



27 to 1-2

Mitoca Gato
CRANAS
Date 10
No. 33
5

HOSPITAL REAL
A D A
9
4
2



2 400 40
GEMMA
MADE IN SPAIN




10

10

27/1-2

Biblioteca Univ.	
GRANADA	
Sala:	<i>B</i>
Estante:	<i>23</i>
Numero:	<i>5</i>



Handwritten scribbles

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL	
GRANADA	
Sala:	<i>A</i>
Estante:	<i>44</i>
Numero:	<i>22</i>

as def.

R. 3117
Del Colegio de la Compañía de Jesús de Guayaquil.

Libaerios

**T H E A T R I
H V M A N A E
V I T A E**

Volumen Decimum.
septimum

Ba

Ba

**De INIVSTITIA RELI-
G I O S A**



DECE DE LIBRIS
differens.



*- Copiados en un tomo y todos los demas de este Teatro
por orden de la Inq^{ta} de Guayaquil de 1640.*
*Por comision de los S^{res} Inquisidores
corregi este libro con forme al expu-
sario de la año de 1640*
Diego de Ribera

Jo^{se} de Villalón



Exempla Malorum

Malis Pudori sint Bonis Honori.

Eo consilio

THEATRI HUMANI
VOL. XVII

DECIM Libris maatum

QVORVM

- I. De SUPERSTITIONE *universim.*
- II. De Superstitione DISTRIBUTIVA erga DEVM.
- III. De Superst. DISTRIBUTIVA erga HOMINES.
- IV. De Superstitione DISTRIB. circa RES diuinas.
- V. De Superstitione CORRECTIVA *differit.*
- VI. De IMPIETATE *in genere.*
- VII. De Impietate erga DEVM.
- VIII. De Impietate erga HOMINES.
- IX. De Impietate erga RES diuinas.
- X. De Impietate CORRECTIVA *aperagit.*

Symmystæ

primorum Academiæ Rauracæ
Initiorum optatiss.

DAVIDI SCHOBINGERO
SANGALLENSI

BARTHOL. P. integritatem uitæq.
sanctimoniam imitanti
adæquantiq.

THEOD. ZVINGERVSV IN
SVI MEM.

Auswärtig



• TOMI DECIMISEPTIMI


LIBRORVM
DISPOSITIO.

INIVSTITIÆ eadē est theoria, quæ Iustitiæ, ex lege cōtrariorū. Materiā subiectam statuimus Contractus iniustos, uel toto genere, in quib. uis aperta occultā ue intercedit, præter uolūtate patiētis: quale est Latrocinium, Sacrilegiū: uel non toto genere, in quib. fraude doloq; patiens ad cōtrahendū inescatur, quos idcirco uoluntarios appellare possumus, qualis est Emtio dolosa, Mutuū perfidū, Testimonium falsum, Lenociniū blandum, Adulteriū, in quo, licet consentiente adultera, maritus iniuria afficitur. Materia uerò organica, ut ita dicam, ex qua, siue per quam cōmittitur iniustitia, in genere quidē Iniuria dici potest: in specie uerò Boni Malūe indignā largitionē ademptionēue cōplectitur. Et quia Bonum Malūq; medio carere uidentur, eo fit, ut uno posito, alterū auferri: uno sublato, alterū poni uideatur. Sic Bonorū & Malorū quædā positiua erūt, quædam priuatiua, barbara licet appellatione, at ingeniosa tamē & recepta distinctione. Forma Iniustitiæ ἀνισότης est. τὸ ἴσον, μέσον erat. Ergo τὸ ἀνίσον erit ἄκρον. Extremū uerò duplex, in excessu alterū, κατὰ τὸ πλεον, alterū in defectu, κατὰ τὸ ἔλαττον. Hinc Iniustitiæ duæ species, in eo quod iustū est, uel minus quàm deceat, uel plus quàm deceat, distribuendo, corrigēdōue, contra legis normā, cōtra rectæ rationis præscriptū. Illud ἀδίκον παρανομον, hoc ἀδίκον αἰσῶν nuncupatur. Et ex ἀνίσω quidā absolute Iniusti homines, secundum philosophicā trutinam: ex παρανόμω uerò iniusti tantū ciues, secundum politicam auctoritatē denominantur. Ergo in bene constituta Rep. idem erit & παρανόμω & ἀνίσω: at in malè constituta, diuersus. Efficiens geminus, agens & patiēs iniuriā. Ille uolens semper sponteq; agit, hic inuitus patitur, necessitate, ui, fraude, coactus, oppressus, circumuentus. Contrahendi autem ea est ratio, ut agens τὸ πλεον κέρδους, τὸ ἔλαττον ζημίας obtineat: patiēs uerò ζημίας τὸ πλεον, τὸ ἔλαττον τὸ κέρδους. Proinde personarum respectu omnis Iniusta actio per se alioqui indiuidua, in Excessum & Defectum diuidi poterit, atq; adeo utrumq; extremum cōplectetur. Nō sine ratione igitur, cum reliquis uirtutibus uitia duo difertē opponātur, Iniustitiæ, quæ ἀνισότης est, unica opponitur Iniustitia: siue quia Inæquale utrumq; extremum cōplectitur, siue quia eadem actio Personarum respectu ad utrumuis extremū referri potest. Scopus iniuste agentis πλεονεξία est boni, μειονεξία (ut ita dicā) mali: patiente cōtraria obtinente. At quia hinc societatis humanæ perturbatio oritur, finē certē Iniustitiæ non aliū, quàm euerfionē œconomix & politix statuere possumus: si modò uitiorum finis aliquis statuendus est. In cogitationibus igitur & actionibus iniustis Personarū simul & Rerū ἀξία

DISPOSITIO.

diligenter perpendēda est, Geometrica & Arithmetica, tam in distribuēdo secundūm Fidē, Meritum, Officium, quā in corrigendo: quomodo scilicet Inæqualia æqualia, Aequalia inæqualia: quomodo Digni indigna, bona malāue, uel toto genere, uel secundūm quantitatem maiora minōrāue, obtineant. καὶ τὰ πάντα μὲν καθόλου. Iam uerò κατὰ μέρος INIVSTITIAE Religiosæ tanquam speciei fontes sunt ijdē, qui generis, nisi quod τὸ ἀδύνατον ex religionis præscripto metimur. Præscriptū istud uel natura sua tale est, quod ἀνίσωρον propriè dicitur, & in sola religione uera, diuinitus per Mosen legislatorem tradita, per Messiam θεῶν θεῶν explicata & confirmata, reperitur: uel certè ex uoluntate & instituto hominum pendet: quod idcirco παρανομίον appellatur. Qualecunq; sit, in Excessu quidem eius, quod uel opinione uel re ipsa tale est, Superstitionem generat: in Defectu uerò Impietatem. In uera igitur religione (cuius cognitio Diuinæ philosophiæ propria est) idem erit παρανομίον & ἀνίσωρον: at in religione falsa, παρανομίον ab ἀνίσωρον diuersus erit. Quòd si ueram cum falsa componas, Persecutor falsæ religionis, respectu huius, παρανομίον erit, respectu ueræ erit ἰσῶρον: Persecutor ueræ, ut non παρανομίον, semper tamen erit ἀνίσωρον. Hanc ob causam exempla religiosæ Iniustitiæ Christiana potissimūm in mediū afferre uoluimus, cū qui in eo Religionis instituto, quo melius non nouit, diuinitatem negat, Impius: qui in eo, quo nullum melius esse potest, diuinitatē iis quibus nō oportet tribuit, Superstitiosus iure censeatur. Ipsa alioqui religiosæ Iustitiæ Ethnica exempla omnia, si cum Christiana pietate theoricè conferantur, ad Impietatem reduci possunt atque debent. Tomus proinde


Ecclesiasticus multa exempla in utramque partem suppeditabit.



LIBRI PRIMI

TITVLORVM

DISPOSITIO.





Voluminis Decimiseptimi Liber I.

DE SUPERSTITIONE in genere.

SUPERSTITIOSI, qui diis subinde in fanis superstites, id est, præsentes adsunt. Cic. 2. de Nat. deorum, eos proprie, qui ut liberi sibi superstitios essent, deos totos dies precabantur, & immolabant. Etsi deinde nomen id latius patuit. Lactantius uero libro quarto Religiosos uocatos dicit à religando, quod deo astricti religatiq; sint: Superstitiosos uero, qui falsam religionem colerent, superstitemq; defunctorum memoriam. De religioso Gellius cap. 9. lib. 4. Superstitutionis appellatione Excessum Religionis intelligimus, in primis quidem respectu Subiecti, quando ei, cui non oportet, cultus religiosus tribuitur: deinde uero respectu Modi, quando etiam ei, cui oportet, plus quam oportet, diuinus cultus impenditur. Huc igitur omnis ueterum Religio pertinet, ut non in Modo, certe in Subiecto peccas. Huc Christiana quoq; & Iudaica quaedam exempla, propter Modum, non propter Subiectum. Proinde ex Politia Religiosa multa for-
trassis ad hunc locum transferri poterunt.

DE SUPERSTITIONIS ACQUISITIO. HVC

INVENTORES SUPERSTITIONIS.

QUI deorum simulacra instituerit, & metum deorum hominibus ademerunt, & errores adiderunt, inquit Varro apud D. August. lib. 4. c. 9. de Ciuit. Dei.

MICHA Ephraimita. matri suae surripuerat clam mille centum argenteos numos: quos cum illa perdidisset, Domino deuo uerat. Ille urgente conscientia matri peccatum suum confessus, pecuniam reddidit. Mater cum pecuniam consecrasset, ducentos inde numos fusori dedit, ex quibus ille signum sculpsit, & simulacrum conflat. Atq; ita Michæ in ædícula sua ephodum fecit, & lares: unumq; filiorum suorum sacris iniitit, ut eo sacerdote ueretur: uiuebant enim eo tempore (ante Iudices) Israelitæ: suo quisq; arbitratu. Cum autem Leuita quidam, generis Iudaici, à Bethlehema profectus, Michæ domum uenisset, anno stipendio ab eo in sacerdotem fuit susceptus. Paulo post cum Dania tribus cum 600 hominibus Laim urbem occupatum proficisceretur, exploratores: quia in Michæ domo ephodum & lares esse didicerant, suis re indicata, persuaserunt, ut per uim & ephodum & simulacrum auferret. Expugnata Laim, eam Daniam uocauit, & ibi ephodum cum simulacro erexerunt, & Jonathan Gersomi F. Moïsi nepos, cum filiis suis, sacerdotium obtinuit in tribu Dania, usq; ad tempus captiuitatis, quam diu templum Silute fuit. In d. cap. 17. & 18.

Quidam uolunt **MERCURYVM** primum instituisse, quibus sacris diis colerentur.

Didymus pdi in libris enarrationis Pindaricæ, **MELISSEA** Cretensium regem diis primum rem obisse diuinam, ac ritus nouos facerentq; pompas introduxisse. Huius porro filias **AMATHIAM** & **MELISSAM**, quæ Iouē puerum capripno lacte & melle connutriunt. Vnde datum mythicis loci conuincendi, aduolasse apes, atq; os puerile succi blandissimi liquore colluuisse. Melissam uero Magnæ matri sacerdotem fuisse institutam primam: unde propagatum mox, ut quibus eiusdem inungeretur sacerdotij functio, Melissæ item dicerentur. Lactantius lib. 1. Infit. Cælius lib. 12. cap. 1. & lib. 22. c. 3. Antiq. Lect.

Diodorus lib. 4. **ÆTHIOPE**s primos deos coluisse autumat, ita scribens: Afferunt aut deorum apud eos cultum primitiuis ad-

inuentum, sacra insuper, pompas, celebritates, allaq; quibus diis honores impenduntur, ab eis fuisse reperta. Aethiopum proinde sacra diis admodum grata esse. Homerus testatur, qui in sua Iliade Iouem reliquosq; unâ deos introducit in Aethiopiam, tum ad sacra, quæ eis de more fierent, tum ad odorum suauitatem commigrantes.

Primi omnium **ÆGYPTII**, auctore Herodoto lib. 2. & Strabone lib. 17. diis & aras, & simulacra, & delubra statuere, sacrificiaq; curarunt, ritusq; eos deinde peregrinis comonstrarunt. Nempe cum in Iudæa ueri Dei cognitio haberetur, studeuit astutissimus dæmon, ut ex finitimis Ægyptiis fecidissima & absurdis. promaneret idolomania. Idem X11. deorum nomina primò cõment sunt. Quæ omnia planè arguunt, eos ab Aethiopiis esse oriundos, qui horum omnium fuerunt auctores, ut tradit Diodorus. Sab. lib. 3. En. 1.

Primi post deos in Ægypto regnasse ferunt **MENAM**, qui populos colere deos, sacraq; his facere, mensas insuper & lectos sternere docuit, deliciis aduasciencem, & cultiori uitæ. Diodorus Siculus.

DEVALION deorum primus templum ædificauit, & ciuitates condidit, ut ait Apollonius lib. 3.

Ἰαπτιονίδης ἀπαθὸν τὴν δὲ Διὸς ἱερόν, ὃς καὶ ἄρ' ἐπιπέσει πόλεως, & ἐδ' ἔμπεσε τῆς ἀδυναμίας, καὶ ἄρ' ἐπ' αὐτὸν ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἔλασεν.

Eius ætate propter hominum scelera peruulgatum illud delinuum in terra Græcia accidit.

Eusebio in præfatione Chronici sui auctore, **CECROPS** Diaphes primus omnium Iouem appellauit, simulacra reperit, aram statuit, uictimas immolauit, nequaquam istiusmodi reb. in Græcia usquâ uis. Primus Atticæ rex fuit, & æqualis Moïsi. Alij **TELECHINI** & **RHODI** diis, alij **HETRVS** & **CIS** hoc tribuunt. Cælius lib. 9. c. 20. A. L. & lib. 29. c. 24.

ORPHEVM Thræcia proditit memoriam Teletas deorum excogitasse primum, itemq; scelorum expiationes, morborum medelas, prætereaq; iræ diuinæ aueruncationes. Cælius lib. 18. cap. 23. A. L. ex Diodoro & Lactantio.

Primus omnium ex Phœnicia, **CADMY**s Agenoris filius mysteria & solennitates deorum Græciæ tradidit, simulacrorum consecrationes etiâ & hymnos, deinde ex Thræcia **Orpheus**. Eusebius lib. 10. de præp. Euang.

MI D A S Gordij filius Phrygiæ rex, ab Orpheo sacrorum solennibus initiatus, Phrygiam totam religionibus impleuit. Iustinus lib. 11.

LYCAON Relasgi F. Arca dum rex, auctor fuit humanarum uitæमारु, infante mactato ad Iouis Lycæi aram: quare in lupum inter ipsa sacra mutatus dicitur. Pausanias in Arcad.

MYSTERIA apud Eleusinem terræ Atticæ duorum generum celebrantur, Magna & Parua. Cereri sacra erant Magna, Proserpine Parua. Ab **ATHENIENSIBVS** perebat Hercules, ut initia rareret. Lex id uetabat, qua cauebat, ne peregrinis impartirentur mysteria. At illi & uiri præsignem admirati uirtutem, & omnium capacem animum, simul etiam amicitia permoti, quæ uetus ferè ciuitati cum eo intercedebat, simul q; Iouis filius esse, dicereturq; ne quid abnuerent, cui nil negatum uellent, rationem inierunt, qua nec legi derogarent quippiam, & nihilominus compertem uoti Herculem facerent. Procius namq; Parua instituerit mysteria, quibus & illum iniitauerunt. Cælius lib. 16. cap. 9. A. L.

Romulus Romanæ conditor urbis, cum legibus armisq; urbem muniuisset, ne religio in benè instituta ciuitate deesset, collegium fratrum **ARVALIUM**, & undecim in eo fratres constituit sacerdotes, quorum insignem fuit Spica corona alba infusa alligata, quam, dum præstantur sacris, singulos gestare more solenni decebat. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 26.

Roma est, **ROMVLM** regem Romignem primum consecrasse, uirginemq; legisse, quas Vestales uocant, Alij tribuunt id Numæ. Plur. in Romulo.

Magnam effectus pietatis nomen **NVM** Æ Pompilij Sabini, Pompeij filij, qui Romæ secundus à Romulo regnauit, nisi stultitia uerius quam iustitia, superstitio, non religio, habendus sit malorum dæmonum cultus. Fuit is auctor, ut Martia ciuitas, & ad id tempus se bellicè ad dicta, aris & facellis dæmonum addiceretur. Dignus senex, qui meliora uoluisset. Nemo tenacior cultus fuisse religionis, quippe qui hostium accessu repente nunciato: Ego, inquit, sacrificabo. Aedè Vestæ consecit, uirgines Vestales elegit. Flamines tres, Dialem, Martialem, Quirinalem. Deinde Salios Martis sacerdotes, ex in Pontificem maximum creauit: & ut scribit Plinius, septimum collegium singulorum instituit. Iani templum erexit, pacis & belli signum, quod bello foret apertum, pace uero clausum. Annum præterea diuisit in menses duodecim: primis duobus, Ianuario scilicet & Februario superadditis, primasq; Romæ leges primus sanxit: de quo referunt historiographi, nihil fuisse liberalitatis, quod apud suos non exercuerit. Sab. lib. 1. cap. 6. ex Plutarcho.

Postquam imp. **HELIOGABALVS** uenit Romam, dato ciuibus congiario, spectaculisq; omnifariam editis, templum suo deo maximum pulcherrimumq; in palatio erexit, ubi quotidie Hæcæromben & ouium uim mactabat ingentem, odoribus in aram congestis, multas optimi uini amphoras infundebat, ut passim uini cruoribus riuus fluere, agitabatq; choros circa aram, unaq; Phœnissæ mulieres saltantes cymbala quæritant, scænaq; & equestri ordine in concionis modum circumfuso. Adortus inde est Martis typpum, & Vestæ ignem, & Palladium, & Ancilia, & omnia Romanis ueneranda in illud transferre templum, ne quis Romæ deus, nisi Helioabalus coleretur. Dicebat præterea, Iudæorum & Samaritanorum religiones, & Christianorum deuotionem, ille lucranserendâs, ut omnium cultuarum secretum Helioabalus sacerdotum teneret. Sacra P. R. subleuatis penetrabilibus profanauit. Ignem perpetuum extinguere uoluit, & omnes in toto terrarum orbe religiones, ut Helioabalus deus unus ubiq; coleretur: & in penum Vestæ, quod solæ uirgines, soli, pontifices adeunt, irrupit pollutus. Signum tamen, quod Palladium esse credebatur, abfuit, & auro hæc, in sui dei templo locauit. Maris etiam deum sacra accepit: & adeo debacchatus est, ut typpum eriperet, & alia sacra quæ penitus habebantur condita. Omnes sanè deos sui dei ministros esse aiebat, cum alios eius cubicularios appellaret, alios seruos, alios diuersarum rerum ministros. Cædit & humanas hostias, lectis ad hoc pueris nobilibus & decoris pro omnem Italiam. Inde ed processum est, ut uxorem suam quæreret deo stultus adolescens, primoque illi nomine coniugis Palladem admouit, mox negans belligeram deo coniugem cordi esse, alteram quæritare. Lunæq; simulacrum est eius iussu templo illatum, quod Dido, quæ & ipsa fuit Phœnissæ, quum Carthaginem conderet, sacrasse dicebatur. Afri uerò uocabant, Phœnices Afroarchi: actum demum id conuulsum conuenire testatus est. Sab. lib. 6. En. 7. ex Lamp.

TIVS O primus rex Germanorum, lucos & nemora, in quibus diuina feret, consecrauit. Arbitrabatur coel esse numen pro magnitudine sua nec paricibus cohiberi, nec in ullam humanioris, multius fluxæq; rei speciem adsumulari debere. Manent adhuc Germanis à lucco, quem Wald dicimus, & Balsar/Walser/Wallengen, denominata deducq; præsecra superstitionis uocabula: illud celeberrimum ob religionem con-

uentum, hæc ad sacras ædes salutatum superos proficisci significat. Auenarius lib. 1. Annalium.

MAHOMETVS Arabs, Saracenicæ auctor perfidiæ, tertius (quod impio ore iactat homo sceleratus) à Moïse & Christo opt. max. coelo missus legislator, duob. uocabulis librū suū nuncupauit, Alcorani scilicet, & Alfurani. Alcorani nomen habet, à lectione: Alfurani uerò, à distinctione: siue quod uetus Testamentum à nouo, nouum à seipso, ab utroq; doctrinā suā discrepantia cõstitutus, ut gloriatur, sibi tradita distinguatur: siue quod uersus non uno tempore oēs, sed diuersis astitibus distinctos accepit. Nonnulli à redemptione Alfuranum dictum contendunt, propterea quod ira diuinæ subtra hat eos, qui iussa ipsius exequantur. Vvidemta dius.

DE INSTAVRATORIBUS superstitionis.

ANCVS Martius post Tullū rex creatus, Numæ imitatione sacrorum usum cõtinuis bellis penè obsoleto, reuocauit, eorum demq; ritus in publico proposuit. In partē fortium primum locati sunt: uerum quia non dum tabulae æneæ erant in usu, in quernis excidendos rex curauit. Linius in albo relatos credidit. Sacris præterea in pristinum statum restituit, otiosam multitudinē Ancus in agros dimisit, laudareq; palam diligentem agricolam, legnem & inertem corripere. Sab. lib. 4. En. 2.

Sub Iosina rege Scoti à duobus philosophis Hispanis temp. stante in Albionē eiectis ab Ægyptio. feratū cultu ad Deū cæli adorandū traditū fuisse. Cæteri **FYNNANVS** cō partem in regno successisset, ut deorum simulacra restituit, sic cui quisq; uellet Deo litare potestatem concessit. Durcerphios (quos Romani Druydas appellauere) sacrorum præfides & interpretes ex tota gente delectos, Græcæ disciplinæ peritos, in Mona insula instituit: principem illis dedit, cui honoris causa ignis præferretur. H. Boethius lib. 2.

ISMAEL Persarū rex, cum armis plurimum posset, tum religionis specie multos mortales in sui admirationē traduxit. Is originē suā ad Allē & Mahumetū referebat. Alles, ut multi referunt frater patruelis atq; gener Mahumetis extiterat. Filiam nāq; illius nomine Fatimam uxorem duxerat. Porro autē post Mahumetis mortem, cum illi in principatu successisset, Mahumetis legem multis in locis immutauit. Quædam enim sustulit, non pauca etiâ adiecit, aliā nouis interpretatōib. ita correxit, ut noua quædam lex genitib. illis uideretur. Sic factū est, ut dum quidā Mahumetis, quidā uerò Allis disciplinam sequerentur, Mahumetis sceta in duas partes diuisa, gentes religione distindentes, odiis etiâ, quod conseqūes erat, discinderet. Persæ namq; qui Allem sequuti fuerant, reliquos Mahumetis disciplinis infectos, ut homines impuros, & diuinæ legis ignaros, à cõsortio suo repellent. Arabes cõtra Persas, ut desertores, atq; legis diuinæ cõruptores, detestabantur. Alie uerò è medio sublati, Hocem illius filius & dignitatis atq; nefariæ religionis heres extitit, & eisdē exitu uitæ habuit: ueneno nāq; periit. Alius dein è illius frater eodē nomine disciplina eadē usq; ad extremū spiritū uitæ retinuit. Huius duo decim filij fuisse, quos Persæ uiros diuinos, atq; Deo propter egrægiæ religionis & pietatis studiū, ualde caros arbitrantur. Vnus tamē, qui plurimum inter omnes excellisse putabatur, appellatus fuit Muza Caim. Post horū hominū memoriā, Allis nomen apud multas nationes in obsecratione latuit: Homaris disciplina, qui Mahumetis religionē summo studio cõseruauit, inuoluta penam sit: donec tandē Sophi, Muza Caimi stirpe, præpagatus, cō piam sapientia & religionis ostentatione multos ad sui studiū allexisset, tum armis eadē sceta, quæ sequebatur, esse uerā Dei legē, demonstrare summo studio cõcupiuit. Cū igitur illi nationes multæ nomina darēt, euenit, ut Allis decus è tenebris emersum uideretur, & nomē illius extinctū reuiuisceret. Is p lineis spiris, quibus Mahumetani caput intexerāt, pileos elana cõstipata colore uiridi cõfectos, & fenis utrinq; gradibus distinctos, eo artificio, ut uel prædici, uel contrahi possint, ad regendū caput instituit, quibus, qui Allis disciplinis adhererēt, ab aliis Mahumetanis, q; Allis memoriā odio persequerentur, interno sci facillimè possent. Hoc autē numero duo decenario, quo pileos distinxit, memoriā filiorū, quos Hocem suscepserat, cõseruare decreuit. Huius tandē fatu, præpagatus Ismael Aidaimi filius, qui Sophi nepos extiterat, uariis casibus, exercitiis, & sapientiæ opinione, & eiusdē religionis, quæ diximus, patrocinio tantū nomē fuit apud Persas cõsequutus, ut oēs liberrimè illius imperio subderentur. Fuit. n. singulari animi magnitudine & liberalitate præditus, multasq; uictorias adeptus, imperij fines latissime protulit, & cū Selymō Turcarum Imp. cõfluxit, ad easq; tandē opes uenit, ut nec ipsi Selymo cedendum arbitrareretur. Is cū ditionis amplificationē curā susciperet, ut etiâ religionis, præpagatē miro studio tenebatur, & partim precibus, partim minis, ut multi pileum illum gestarent, & Allis institutis & præcationum formulis, quas idem in scriptis reliquerat, uterentur, operam enixè dedit. Otorius lib. 9. rerum Em.

Heretici, ut à uera religione desistant, Impiis, ut eandem uiam commentis inficiant, Superstitiosi sunt censendi.

QVI.

Populi, Ciuitates.

AEgyptii diuinarum reru studio summi fuerunt: unde Macrobius Aegyptum uocat artem matrem. Legimus in Ramoth Galaad unum esse in regē Iehu, qui Achabi subuerit domum. In hac urbe trans Iordanem in possessione tribus. GAD idolum consecratu fuit, quae habitabatur à sacerdotibus, & fugitiuorum ciuitas fuit. Haec trans Iordanem habitauit Israel principiu idololatriae & malorum omnium fuit: & qui primi peccauerunt, primi ab Assyriis capti sunt. Hieron. lib. 2. com. in Osee cap. 6. HETVSCI Romanæ superstitionis magistri fuerunt: ad quos sex patriciorum filij singulis annis religionis addiscendae ergo mittebantur. Val. Max. lib. 1. cap. 1.

Reges.

SALOMON Iudaeorum rex, edificauit sanum Chamos, idolo Moab, in monte qui est contra Hierusalē, & Moloch idolo filiorum Ammon. 1. Reg. 11. HERIBOAMVS Iraelitarum tyrannus fecit sana in excelsis, & sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Leui. 1. Reg. 12. Eius exemplum imitauit Iraelitae, edificauerunt & ipsi sibi aras, & statuas, & lucos super omnem collem excelsum, & subter omnem arborem frondosam. Scribit Dio dorus Siculus lib. 1. ERECHTHEVM Aegyptium in maxima annonae penuria Atheniensibus frumenta attulisse. Quo beneficio affecti, eum regem sibi Athenienses elegerunt. Ille ceremonias & mysteria Cereris Eleusina ab Aegyptiis translata Atheniensibus docuit. IANVS in Italia primus diis templa fecit, ritusque sacrorum instituit. Idcirco in sacrificiis praestacionem meruit perpetuam. Macrobius libro 1. Saturn. cap. 9. ex primo libro Xenonis rerum Italicarum. FAVNVS Latinorum rex, quo tempore Pandion regnauit Athenis, religionem & decorem immortalium metum Italibus intro duxit, ut ait Lactantius in libro de falsa religione, cum ante illum parua omnino aut nulla esset religio in Italia cognitio. Fama est, hunc Faunum Satyrorum ac Faunorum fuisse patrem, sororemque habuisse Fauniam, uel, ut alij maluerunt, Fatiam. Habuit filium Sterculium, qui primus agrorum stercoretionem inuenit, & idcirco inter deos fuit reatus. Natalis Comes Mythologiae libro quinto, capite 9. PHEGOVS, frater Phoronei Argiuorum regis iunior, cum esset mortuus, ad eius sepulcrum templum est constitutum, in quo coleretur, ut deus, & ei boues immolarentur. Credo honore tanto ideo dignum putarunt, quia in regni sui parte, quam à patre obtinuerat, sacella constituerat ad colendos deos, & docuerat obseruari tempora per menses atque annos, quid eorum quatenus mtererentur atque numerarent. Hec in eo noua mirantes rudes adhuc homines, morte obita deum esse factum, siue opinati sunt, siue uoluerunt. August. lib. 18. de Ciuit. Dei, c. 3. MAINVS Scotorum rex tertius, ut populum ad religionem moueret, praeiis sacris nouas quasdam solennesque ceremonias superaddidit peragendas, ut immanib. faxis nariis in regionum locis (ut res exposcebat) in coronam admotis, eorumque maximo ad meridiem porrecto, cuius pro ara foret usus, uictimae ibi diis immortalibus sacrificium cremarentur. Instituit & Dianae menstruum sacrum, quam nemorum & uenatorum tum populus deam habebat tutelarem. Ed fiebat, ut Lunam, posteaquam cum Sole conuerat, primum à se prospiceret, quousque precariis quibusdam uerbis uenerando saluaret. inoleuitque profana consuetudo diuissimè inter posteros. Sacerdotes inde ad sacra exequenda à rege dicti, quorum potestati sacrorum iura subieciabantur: salariumque illis ex diis oblati constitutu. Multa alia sacra solennesque ceremoniae, prout antiquis Aegyptiorum codicibus fuerant instituta, gentili more ut peragerentur, auctor fuit. H. Boëthius lib. 2. IULIANVS Apatita, cum paucos Christianos ad sacrificandum diis impellere posset, ad Iudaeos accessit. Eos uero se immolatos abnuentibus, nisi Hierosolymis in templo id facerent, templum Salomonis restitui iussit, idque opus Alypio Antiocheno curandum commisit. Cum autem fundamentorum gratia terra egeret, horrendi flammaru globi crebris assultibus erumpentes, fabris aliquot exustis, locum inaccessum fecerunt: atque ita à templi reedificatione cessatum. Sigonius lib. 6. Imp. Ital.

Legislatores.

LYCVRGVS non in politicis tantum, uerum etiam in religionis negotiis Lacedaemonios instituit. Nullam tamen decorem imaginē in urbe esse uoluit, quod immortalibus mortales species tribuere nefas esse duceret. Alex. lib. 2. cap. 22. ex Plutarchi Lycurgo.

Patres.

CAMBYSES Perfarum rex, Cyro filio ad auum Astyagem Medorum regem iuro haec in primis mandata dabat, ut nihil uel publicis uel priuatis rebus ageret, nisi sacris praestis, deorumque uoluntatibus per auguria perspectis & cognitatis, quid agendum, quid non agendum, explorasset. humanum enim genus erroribus plenum esse. At dii cum semper fuerint, cumque omnia norint, praesentia praeterita & futura, inuocati ad sunt consultationibus hominum, quibus propitij ob pietatem fuerint: signis quoque ostendunt, quid agere, quibusque abstinere oporteat. Xenophon lib. 1. Paedia.

Præceptores.

CHIRON Centaurus Achilles præceptor, haec suo discipulo præcepta dabat:

ἡλιόθεν ἴδὴ κρονίδω βασιλεῦσαν παρθεῖν κερταυῖν τὴν πύθωνιν ἴδων σέβειν, πῶπιος δὲ μὴ πῶτι πῆλιν ἀμείβεσθαι γοῖνεν βίον περὶ κερταυῖν. h. e. Primum omnium Deos timendos, deinde parentes honore esse afficiendos. Pindarus Pythiorum ode 6.

Mulieres, Matres, Uxores.

Cuncti FEMINAS superstitionis duces & auctores esse existimant. Ea enim sunt, quae uiros ad deorum cultus, ad dies festos, ad uenerationes, ad preces inuicem amplius. Rarumque est, ut uir quispiam sine uxoris solus degens, talis reperitur. Strabo lib. 7. ex Menandro. Salomon Iudaeorum rex, cum septingentas uxores duxisset, atque insuper trecentas CONCVBINAS addidisset: ut carum nonnullis morem gereret, spero ueri numinis cultu, ad idololatriam, plus libidini, quam Deo tribus, transiit. Ea propter creptum est filio eius Roboamo regnum decem tribuum, & datum Hieroboamo seruo suo. 3. Reg. 11. & 12. ACHABVS rex Iraelitarum, illecebris Iezabelis uxoris, Sidoniorum regis F. Baalem adorauit, & posuit ei aram in templo, quod edificauit Samariae, & plantauit lucum. 3. Regum cap. 16. Ochozias Iudaeorum rex, ATHALIAE matris, Achabi regis filiae, uasum idola coluit, & cum Ioram Achabi F. Iraelitaru rege contra Hazazilem Syriae regem profectus, Ioramum in acie uulneratum uicens, à Iehu necatus fuit. 2. Paral. 22. Ostridis pudenda enuila cum nullus ex cædis consensu penes se esse uellet, in Nilum fluere projecit. Ab ISIDE postea non minori honore, quam reliquae partes, fuerunt sepulchro condita. Quapropter Graeci cum Orgia sacraeque Bacchi ex Aegypto transiulissent, huic quoque portioni honores impendunt, eam in sacris ac ceremoniis Phallon appellant. Dio dorus lib. 1. c. 2.

Astrologi.

EXASTROLOGIAE sine profuulisse superstitionum omnium uanitates, locupletissimus auctor Varro testatur. Caelius libro 9. cap. 20. Antiq. Lect.

Heretici.

Ex Tit. Hereticorum huc pleraque.

EYSTATHIVS Macedonianus hereticus sub Constantino superstitionis multas & absurdas & alienas à legibus Ecclesiasticis obseruationes introduxit, nuptias damnauit: & in ædibus eorum, qui honestè etiam matrimonio coniuncti uiuerent, preces dicere detestauit. Sed & presbyteros coniuges tanquam pollutos praese contemnit. Dominicis diebus ieiunauit, Ecclesiasticos coetus in domibus ubicunque uellet cogit: ac concessit, ut qui Ecclesias auerterentur, domui communicarent. Diuites in uniuersum à regno Dei exclusos pronunciauit. Carnibus uescentes damnauit, uestitum proprium mutauit: cumque habitu philosophico ipse uteretur, etiam sectatores suos peregrino cultu uti iussit. Nuptias etiã, ueluti Montanus, soluit, & fecit, ut maritos suos mulieres ultro relinquere postea autem, cum se continere minis possent, in adulteriij & fornicationis peccatum inciderent. Quin & hoc mulieribus quibusdam praetextu religionis persuasit, ut capita tonderent, ac more uironum uestitae incederent. Quorum omnium gratia, Synodus uicinorum episcoporum Gangris metropoli Paphlagonum congregata, Eustathium deposuit, & dogma atque obseruationes eius anathemate damnauit. Cum quidē & pater ipsius, episcopus Caesariensis, antea eum deposuisset, quod contra leges

leges Ecclesiasticas stolam indecentem gestasset. Sunt tamen, qui non Eustathium ipsum, sed discipulos suos, tales obseruationes tradidisse affirmant. So crates lib. 2. c. 43. Sozomenus lib. 3. cap. 14.

Pastores.

In Azanea Phrygiae (cuius mentionem facit Strabo libro Geographiae 12.) cum frequentes essent uillae rusticorum, orta ob sterilitatem agrorum fame, collecti pastores rem diuinam fecerunt, fertilitatem à diis petentes. Ceterum cum dii non audiret illorum uota, perduarereq; agrorum sterilitas, EYPHORBVS è pastore quidam, nouum sacrificij genus excogitauit. Immolauit enim uicinis & echinum. Hac hostia placatis diis, agri feraces esse ceperunt. Quod ubi finitimis pastoribus esset cognitum, Euphorbo sacerdotium & imperium detulerunt. Erasmus, ex Stephano.

Quomodò.

Ex loco Aethiæ, in Religione sua propaganda, contraria impugnanda, huc multa transferripotest.

Scriptis.

SOPHOCLES in tragœdia quadam sua de mysteriis Eleusiniis ita scribit:

ὡς περιέβριος κῆνοι βροτῶν, οἱ τῶν δειγμάτων τὴν μάχην ἐς δὲ δὴν τοῖσδε πρὸ μύθων ἐπέθλῆσαν, τῶν δὲ ἀλλοῖσιν παρὲν ἐκείνῳ.

Quibus uerbis multos uana superstitione impleuit, tanquam initis horum sacrorum, quamuis sceleratissimi essent, sanctiores diisque gratiores effici possent. Rectius Diogenes, cum simile quid audiisset, Meliore ergo conditione erit Patæcion fur, quia initatus est, quam Epaminondas Thebanus, uir cetera optimus, nisi quod non est mysteriis istis imbutus? Plutarchus in libro de Audientis poetis.

Ingens beneficium MVARRO iactat praestare se ciuibus suis, qui illos doceat, non solum deos, quos coli oporteat à Romanis, uerum etiam, quid ad quemque pertineat. Quomodo nihil prodest, inquit, homines alicuius medici nomen formamque nosse, & quod sit medicus ignorare: ita nihil prodest scire, deum esse Aesculapium, si nescias eum ualitudini opitulari: atque ita ignores, cur ei debeas supplicare. Hoc etiam affirmat alia similitudine, dicens: Non modo bene uiuere, sed uiuere omnino neminem posse, si ignoret quis nam sit faber, quis pictor, quis tector, à quo quid uentile petere possit, quem a diutorem assumere, quem ducem, quem doctorem. Eo modo nulli dubium esse afferens, ita esse utile cognitionem deorum, si sciatur, quam quique deus uim & facultatem aut potestatem cuiusque rei habet. Ex eo enim profectus, inquit, scire, quem cuiusque rei causa deum aduocare atque inuocare debeamus: ne faciamus, ut mimi solent, & optemus à Libero aquam, à Lymphis uinum. D. Augustinus in libro quarto de Ciuitate Dei, cap. 22.

Exemplis.

CADMVS senex, spectatoribus ostendens cadauer Penthei nepotis miserè discepti, apud Euripidem in Bacchis, inquit: ἂν ἴεν ὄσος θημιόβων ἄσπερθεοῖν, ὡς τὸ δὲ ἀδελφῶν δουλοῦν, ἢ γὰρ ἴδω ἦδε. Si est, qui deos contemnit, ad huius respiciens mortem, existimer esse deos.

Beatitudinis spe.

In Persidis regno tyrannus quidam ALAODIM, Senex demontanus dictus, Muletam regionem occupauit, & multos scarios (quos uulgò Assassinos dixere) sibi adiunxit, eosque ad maxima facinora patranda obedientissimos reddidit, tali astu. In ualle quadam amoenissima, & praeruptis cincta montibus, paradisum omni deliciarum genere (qualem impius Mahumedes suis sectatoribus proposuit) instruxit, in faucibus, per quas solas patebat aditus, arcem extruxit munitionissimam, ne cui accedendi potestas esset, praeterquam consensu. Affirmabat interim, clauas se Mahumedici paradisi habere, & cum libitum esset, potionem soporifera quibus uellet clam oblata, dormientes in eum locum deferendos curabat. Experrecti, cum omnibus deliciis affatim fruerentur, reuera se in paradiso esse credebant. At praestigiator ille captata oportunitate, medicato poculo sopitos rursus extra paradisum efferebat. Cum euigilassent, summo incore uoluptates, quas praereperant, secum repperant: & earum desiderio mortem exoptabant, uitam floccipendebant, & ad omnia, quae tyranno placerent, paratim sese paratissimos offerebant, de paradiso gaudis, si principi obediunt, securissimi. Itaque Christianis contra etiam

Sultanos bellum gerentibus, multa in uere ma'ia, nec paucos Christianorum principum insidiis circumuentos truci daudere, de salute sua minime curiosi, modo ostibus damnatum inferent. Hac demum arte multas gentes sibi tributarias fecit tyrannus iste, cum Assassinorum insulae religiose nemo resistere posset. Ceterum anno Salutis humanae M C L X I I. Allau rex Tartarorum senem hunc in paradiso triennali obsidione cinctum, inopia alimentorum, deditionem facere cogit, locum aboleuit, affecit omnes intererit. Marcus Paulus Venetus libro primo, capite uigesimo octauo Orient. histor.

Armia.

Apud Herodotum legitur, in summa Babylonis turri fuisse templum dicatum Belo regi Assyriae, quem uocabant Iouem: eumque illius cultum ASSYRII & CHALDAEI cepissent instituire, procedente ipsorum imperio ad omnes Asianos bonamque partem Africae, sacrificia quoque & superstitiones ipsorum inualuerunt per imperium totum, quod fuit amplissimum (capiebat enim C X X V I I. praefecturas, & in iis Aegyptum duplo ampliorem quam sit regnum Galiae) & paulatim in Graeciam transfuerunt. Ideoque Deus per Esaiã abominatur Babylonē, quod forilegia & superstitiones suas populis transfuerit. Et Porphyrius ad Boëthium scribens, & Theodoretus lib. de curatione Graecarum afectionum, & Iamblichus, consentiunt, omnes antiquas superstitiones à Chaldaeis manauisse. Boëthius libro 2. Damo nomania, cap. 3.

MARCOMETVS legem suam non disputando, sed pugando confirmandam & propagandam esse docet in Alcorano. Ut quam Christo contrarius est Diabolus, tam quoque diuersis armis utantur, ille spiritus atque pacis, hic gladij & amorum.

ARABES rebus nouis studentes, Mahometum ducem designarunt. Heraclius Imp. per suos legatos exercitum eius sibi adiunxit, & stipendia promisit, ac è Perside rediens Constantinopolim aliquot millia secum duxit. Cum autem stipendium postulare, & praefectus diceret: Vix habemus, quae possimus Romano & Graeco militi dare, cur haec canum turba tantoperè stipendia flagitat? indignè id ferentes Saraceni, in Syriam recessere, & collecto exercitu Damascum occupauerunt. Platina in Honorio dicit, edictum Heraclij de baptizandis Iudaeis, Saracenos ad rebellionem inflammasse. Deinde cum reliquis Arabibus, qui domi remanserant, coniuncti, Phoeniciam, Palaestinam, & Syriam, & omnem regionem ab Aegypto usque ad Euphratem subegerunt. In Persiam etiam, quibus paulo ante seueriter, irumpentes, Hormisda regē interemto, non prius sinem fecere omnia desolandi, quam Saracenorum legem & imperium susceperint: anno Heracli X I X. Paulus Diaconus lib. 18. rerum Rom. anno Domini D C X L.

Aidares, Harduells cognomento, regulus Perfarum non ignobilis, continentia & fortitudine in eam uenit estimatorem, ut Assimbeius Vssumcastanes eum sibi in generum adiciuerit, tradita ei in uxorem Martha, quam ex Despœna Calioannis Trapezuntiorum regis F. Christiana seceperat: praesertim cum uulgata noua religione immutatisque praese legis Mahumetanæ mysteriis apud Taurisum urbem (Ptolemao Terna dicitur) innumeram sectatorum turbam cogisset, quibus armatis, facillè regno potiturus uideretur. Dogma erat, neminem Mahumetanorum caelestia regna petiturum, nisi repudiata Homaris interpretatione, quam Turci ad id tempus sequebantur, Halys alterius ex Mahometis discipuli placita amplecterentur. Tacupus mortuo patre rerum potitus, Harduellum clam interfecit. Hysmael Harduellis F. etiamnum puer ad Pyrchalim regulum prope Caspium mare fuga elapsus latitauit. Interea Techelles Harduellis discipulus in Antitauro monte speluncas incoluit, Rubra saxa dictas, eremiticamque egit: mox à superstitione populo circumduci, & pro uero propheta adorari coepit: iussitque, ut sectatores turbinatum capitis tegumentum linteum in spiras circumdante fascia pro insigni nouae religionis rubro colore distinguerent, & ab hoc rubro pileorum colore Cuselbasae toto Oriente uocarentur, cum Hyreani à uiridi tegumento Baccapas dicantur. HYSMAEL Techellis praescepta, Harduellis patris uestigia secutus, quam primum adoleuit, uirtutis & religionis nomine incredibilem sibi apud Perfas auctoritatem comparauit, ita ut Sophus, hoc est, Interpres Sapiensque cognominaretur. Auunculo lacuppo ueneficae uxoris fraude sublato, à Pyrchale reguli sumtis auxiliis, ingressus Armeniã, fama magis atque hominum beneuolentia, quam uirtutibus paternã ditione uendicauit. Adaudis inde copiis ex Harduellis dogmatu sectatoribus, Sumachiam Mediae urbe cepit & diripuit. Hinc Persarum imperium animo uolens, ad Taurisum Perfarum regiam, maioris Armeniæ urbem contendit, sub anno Sal. 1499. quo etiam

etiam Novus orbis ab Hispanis inventus, novam religionē fuscipere coactus est, & nō multo pōst in Europa Martinus Lutherus contra pontificem scriptis magno successu depugnare coepit. Itaque occulta fiderum vi religiones mutari lo uis credit. Quod si verum est, nil prohibebit, quin Christi opt. max. religio aliquando penitus intereat. Quod tamen uel cogitare, nedum asserere, planē impium est. Aduentante Hysmaële, Aluantes Iacuppi F. bello ciuili cum Moratcha mo fratre attritus, urbe profugit. Hysmaël à Taurisitis excipitur, Aluantem Scyris extrema regni urbe copias colligentem inuadit, & obruncat. Scyris positus, exercitum dicit, Sa pham (quæ uetus Sufa est) & Sulthaniam (quam Tigrano certam fuisse putant) in fidem accipit. Hinc Mesopotamiam occupat, fugato Moratchamo, omnibusq; religionem professis pacem dat, maximamq; Orientis partem armis perua gatus, ab Armenia in Mediam transcendit, castella & urbes expugnat: Albanis, Hyberis & Scythis tributū Persis persol uere differentibus bellum infert. Interea Techelles ad Anti tauri radices, apud Tasciam urbem sex millia armauit, religionis nomine dura omnia persequens. E Cappadocia in Lycaoniam belli terrorem circumtulit, extrema omnia iis, qui ueram religionem fuscipere derectassent, minitans. Ab Hysmaële equitatu & ueteranis ducibus auctus, Orcanē & Mahometum Baiazetum Turcarum Imp. P. F. ad Iconiū, Car agium Bassam in Bithynia ad Sangarium fl. superauit: Cuthicam urbē opulentiſſ. minoris Asiae umbilicū, sedē Bel lerbecchi sic magistri equitum Anatoliae, diripuit: Belerbec hum cepit. Maiore exercitu sequentem Halybassam in Ga laticā interfecit: sed plurimis suorum amissis, ad Antitaurum redire coactus. Ibi à lunusbassa obfessus, noctu per aduersos montes in minorem Armeniam effugit. Lunusbassa per omnes Asiae minoris urbes intentissima conquisitione habi ra, quos Persicæ religionis cultores inuenisset, omnibus tor mentis excruciatos interfecit: his uerò qui arma non traſtaſ sent, stigmatate frontem inuulsiſſit, & in Europam tranſtulit. Hinc cūm Selymus sublato patre Baiazethe rerū potitus, fratris interfecit, nepores quoque persequeretur, Amurathes patrii crudelitate fugiens, ad Sophum confugit. Eum Sophus cum exercitu Cappadociam inuadere iussit. Selymus contra mouens, cum CL. amatorum millibus, ce dentem Persarum equitatum ad XXX. millia, sed peditatu destitutum, in campis Caldcranis adeptus, ad Choim urbē (quæ uetus est Artaxata) anno Sal. 1514. cruenta potius uictoria, XXX. millibus suorum amissis, Taurisum regiā Per sarum occupauit. At mox ubi reparatis uiribus aduentantem Hysmaelem comperit, decimo pōst die in Cappado ciam recessit. Et hæc PERSA RV M & TVRCORVM religionis nomine suscepta certamina, his Haumarem, illis Hal ym Alcorani interpretes sectantibus. Iouius libro 13. & 14. Historiarum.

DE CVR.

Legum digestio caput est ac summa, opinio de diis: qua etiam LVCYRGVS Lacedæmonios, NVMA Romanos, Athenienses ION ille p̄ficus, Græcos prop̄ omnes DEVCALYON ad religionem conuerterunt: & precibus, iuramentis, uaticinijs, deorum responsis inflammatos, ad deos colendos per sp̄m & merum traduxere. Inuenias, si uiseris, urbes montis nudas, illiteratas, à dominatu liberæ regio, uastas, inopes, pecuniæ non desiderantes, theatrorum & gymnasiorum insolentes: sed delubris orbis, nec ulla deorum religione tactas, uotis non utentes nec iuramentis, nec uaticinijs, nec sacrificijs, ob res lætas uel procurandorum gratia malorum, nemo est neque erit, qui contemplatus sit. Imo citius uidetur mihi ciuitas sine solo, quam resp. opinione ex toto de diis sublata, cōstitui, uel durare posse cōstitutam. Plac. contra Colotem.

HEROBOMVS Solomonis seruus, à decem tribubus Israclitarum in regem electus: ut regnum confirmaret, duos uictulos aureos erexit, & sacerdotes ex plebe fecit, non ex tribu Leui. Vide Titulum, Aſtus in regno & imperio stabilendo. Ex 3. Regum 12.

NUMA Pompiliū, memorie proditum est, quum Romanæ iuuentutis bellicosos acres que spiritus incusso deorum metu rerum edere cuperet: omnium primū Fidei templū cōstituisse, illamque Romanis, Plutarcho auctore, maximum esse iusurandum, demonstrasse.

DE DISCIPLINA SVPERSTITIONIS.

DE CVIVS INITIATI SACRIS AEGYPTIIS.

Initiatis sacris ISIDIS, fores edis aperire, arcanosq; libros euoluere, aqua ablui, ad sacraria deduci, duo decimque stolis primò, mox ipsius deæ picta ueste indui decebat. Alex. ab Alex. lib. 1. c. 23.

Perfici.

Iphicrates CALLIAM *Μελιχρυσίου* & *δ' αδύρων* appellabat. Significans illum non fuisse initiatum sacris, sed tamen uelle uideri. Mithras apud Persas sol dicitur, quem illi deorū summum iudicant. Vnde Mithragyrtæ dici uidentur, qui obambulant cum simulatis myſterijs, ac rudibus imponunt. Nam hoc genus hominum & olim fuisse declarat Apuleius affinis, non diffimilis iis, qui diuorum reliquias ad quæſtum circumferunt potius quam ad pietatē. Erasimus in Adagijs.

Calyrorum.

DE CARYORVM narratur Teletis: iis si quis fuisset initiatus, quantalibet mare occupasset hycems, eua debeat. Quod de Vlyſſe pro ditū memoria est. Hæc itē ratione diffidētibus ad Troiam Græcis, Agamemnonem facile seditione conſoſſiſſe, quum in ueris ambitu porphyria haberet, id est, purpuream tæniā, quam eo loci iis imbutos sacris habere, moris erat. Cælius lib. 16. c. 20. A. L.

Eleusinijs.

Tanti Eleusinia sacra existimabantur, ut illis initiati HERCVLES præoptauerit. Quam rem tamen minimè est assecutus, ut ait Pausanias. Id enim Eumolpi legibus prohibebatur: nam initiari tantum indigenis licebat. Atque ea de causa Eleusinia minor instituta fuisse in Herculis gratiam, quo scilicet ille initiaretur, diuersis ritibus, diuerso tēpore. Eumolpus quidem, non ille Thrax celebratissimus, ut scribit Hister, sed alius, Hercules sacris initiatus. Ipsi à Lycophrone *Μόνη* uocatus est. Magna Cereris fuerunt, parua uerò Proferpina, qua ille *δ' αδύρων* *αποδυροῦ* ait esse *ἡ μετ' αὐτῶν*, id est, purificationem, & uelut sanctificationem ad magna. Et tunicam quidem, quam initiationis die induerant nouam & perquam mundam, nunquam exuebant, quo ad tandem lacera gestari amplius nequit. Sunt qui existimēt ad facias filiorum infantum seruari consueſſe. Clemens Alexandrinus in *αποδυροῦ*, Eusebius libro 2. præp. Euang. Arnobius lib. 5.

HIPPOCRATES medicus Eleusinijs sacris secundus ab Hercule initiatus fuit ab Atheniensibus. Plin. lib. 7. c. 37. Soranus Couis in eius uita.

DE QVOMODO INDVCTI AD SVPERSTITIONEM.

Legislatione.

Sub Numa rege sacris ciuibusq; institutis ciuitate inſtruta, tanta rerum animorumq; facta est mutatio, ut pristinas ille uigor martius, quem rudis populus ROM. sub Romulo imbererat, in religionem & iustitiam uersus, multo ab ea, quæ ab initio præcepta fuerat, diuersam uitā inuenerit rationem. Omnis de pietate & religione erat fecit, duplex omnino hominum animis hærebat cultus: sacerorum hic, ille agrorum, quos certis finibus, ut melius omnia ciuibus cōſtarent, rex terminauit: Termino æde & ara positus, qui pacis esset & iniustitiæ arbiter. Talis rerum status non solum ad mores ualuit, sed ad tutelam etiā ciuitatis. Finitimi, qui non urbem, sed castra in medio posita ad sollicitandā propinquarū gentium pacem ab initio arbitrabantur, ob idque Romanum nomen infensè oderant: in eā deducit sunt uerecundiam, ut sacrisculam urbem, non aliter quam templum quoddam biolare nefas existimarent. Sabellicus libro 3. Ennead. 2. Deceuerunt quinetiam, ut singulis quibusque annis sex Patriciorum filij ad Hetruscos sacrorum ritos mitterentur, qui imbuti disciplina in patriam redeunt, diis suis ritē sacra exhiberent. Platina lib. 1. de Optimo ciue. Cicero libro de Diuinatione: & Valerius Maximus libro primo, cap. 1.

Sinistra interpretatione.

Diodorus scribit in galeis & insignibus principes uitros alios aliorū animalium formis uti solitos, uelut Anubim canem, & Macedonē lupō: unde ueneratio illis animalibus apud AEGYPTIOS nata. Hinc principes uita sanctos eorundem animalium, quæ ipsis placuerant, nominibus nuncupare, & imaginibus uenerari, instituerunt. Ergo sub animalium larua eorum animæ, qui illa uiuentes confecerant, & anguſta plenaque ueneratione effecerant, colebatur, suis galeis, clypeis, insignibusq; ea addētes: unde uisum est rudi populo non parua uictorie partem iis ipsi acceptam esse referendam: ita in deorum numerum sunt relata. Lud. Viues in lib. 8. August. de Ciui. Dei, c. 26.

Monachi quidam ex cœnobio Corbeia Ludouico II, imperrante, per Vandalorum prouincias tranſeuntes, ad Ranos, seu RYGIANOS (qui habitant in corde maris) uenerunt, & templum in honorem Viri extruxerunt. Quem miserū illi homines, parum de Christo eius que sana doctrina affecti, paulo pōst pulſis sacerdotibus coluerunt pro deo, ei q; sacrificia obtulerunt, & ab eodem responſa petierūt. Helmodus in Chronico Sclanorum, cap. 6. Cranzius lib. 2. c. 25. in Vandalia. Durauit illa idololatria in eo loco, usq; ad Henricum

ricum Leonem, Saxonum dūcem; per annos circiter CCL. Chronicon Saxonica.

Conservatione, Conſultu.

Aegyptij bouem, quem Apim uocabāt, adorauerunt, eō quōd uideatur animalium omnium, quæ in orbē terrarum degūt, esse utilissimum. Quam opinionem ut cōfirmaret Saranas, aliquando specie bouis apparebat, eōq; mortuo lamentationes fiebant maximæ. Atque hæc Apidis Superſtitio ad eō IsRAELITARVM animos inſecerat, ut ad figurandum Deum, qui eduxerat ipsos è terra Aegypti, uulſum fuſſem confecerint. Bodinus lib. 2. Dæmonomaniæ, c. 3.

ACHOZIAS Ioramī filiū, Iudæorum rex, ambulauit in uisi domus Achab, & fecit quod malum est coram Domino: ge ner enim domus Achab fuit. 4. Reg. 8. & 2. Paral. 22.

Moſto.

Pegasus quidam ex oppido Bætiæ myſteria detulit Athenas, unā cū Liberi patris ligno. Quod POPVLVS cūm ſegnibus

CONSERVATIO, DEFENSIO SVPERSTITIONIS.

CONNIBENSES & TENTIRITÆ Aegypti, dum suos utriq; deos pertinacius tuerentur, non solum se mutuo oderūt, sed deos ipsos, qui ab hostib. colerentur: sunt estaq; inter se pugna congressi, ne à profusi quidē sanguinis lamta, eluq; hostilium carnium abstinerent. Sab. lib. 5. c. 1.

ANNO 404. Radagaifus Scythæ, cūm Alaricum uictum fœdere se cum Romanis iunxiſſe, ac propterea ab inferendis armis abhorre, tanquam summè ab eis honoratum, uideret: opulens, ut inquit Zoſimus, Tranſitūrios & Thrāſibeanos, ueteres Romanorum hostes, ad arma aduerſus eos capiendā conuiuūt, ad ducenta millia: alij quadringenta habent. Erat Radagaifus exoleto idolorum cultu deditus: itaque sacra deis quotidie faciebat, & ritu Gentilium immolabat. Cūm autem ſecundiffimo cursu, Stilichone nupſum occurrente, Romam sine ullo impedimento procederet, atque urbs nouo tumulu ac trepidatione repleta eſſet: & quod raro ante accidisset, de ſua ſalute laborare inciperet: pagani, qui adhuc multi in urbe atq; in Italia, sacris Christianis nondum acceptis, erant, eredi animo, palam in ſermone iactare, meritò hæc ei ſecunda euenire, quōd deos propitios haberet, quos ritu Gentilium coleret: Christianam uerò pietatem, quæ Deum ſuum haberet iuſſum, male didiſſe inſeſere, ac ciuitatem Romanā idcirco deſtitutam aſſerere, quia

SVPERSTITIOSA RELIGIONIS OC CVLTATIO.

ELEVSINIA Cereris templum, apud Eleuſin Atticā urbē fuit. Hinc Virgilius Eleuſinam matrē uocauit. Ceterem: Myſteria quæ ibi celebrabantur, ſomno ſe mōnuit, ne explicaret, Pausanias aſſeruit. Ad eōm arcaua fœre, ut uulgō prouerbium iactaretur in ſecretis & tacitis, *ἀνεργὶ τὰ ἐκδηκτινα*. A ſilentio iſto ſacrorum dicta ſunt græcæ myſteria, ab occludēdo ore, id est *μύθη* ἢ *ἐμύθη*: licet aliter Phurnutus putet. Eadem latinis Seclula sacra dicebantur, ut docet Felſus. Initiationes uocat Cicero, Lilius, alijque. Lilius Gregorius Gyraldus libro 14. Hiſt. deor. gentilium. Ad ea certē non patebat aditus niſi initiatis, præcoque ab eſſe profanos iubebat: atque hinc ſumſiſſe Verg. uerſiculum illum, Procul o procul eſt profani, auctor eſt Seruius: & Alcibiadi tantum negotium faceſſitum, quōd profanus interſuiſſe ſacris Cereris diceretur. Primus, qui hæc ſacra euulgauit, fuit Numentius philoſophus, quem ſerunt paulo pōſt uidiſſe per quietem deas Eleuſinas habitu meretricio, quæ ſe adyto pudicitia ſuæ per illum extractas quererentur, uulgōque profanas. Quod profectò indicium eſt, meretricia illis contineri. Nam ſi honeſta & ſancta, nunquam eas pudiffet euulgari. Obliquè hæc perſtringit Socrates, ut alia per multa apud Platonē, cūm iubet turpia fœdaq; à diis cōmiſſa ſacris ſecretiſſimis occultari: & qui minatur, ſe Iſidis, quæ eadem eſt Ceres, ſacra recondita aditurum: iis minis cogit liſdem ipſam, quæ iſe iubeat, facere. Lud. Viues in lib. 7. Aug. de Ciuit. Dei, c. 20.

Dices conditorum THEBANIS, niſi iis, qui præſecti equitū fuerunt, eſt ignotum. Nam qui deponit hunc magistratum, hic ſucceſſorem ſolus ſolū ducens nocte, id eī monſtrat, operatūque certis citra ignem facis, quorum confundat & delent notas, ſub noctem diuerſi recipiunt ſc. Plutarchus de Soc. dæm.

ROMANI deos urbium præſides euocabant, in urbū obſidionibus. Ea q; propter nomina deorū tutelarium ſacroſancto ſilentio olim præſertantur, ne hoſtibus innotereſcent.

TRENTIVS quidā cū haberet ad Ianiculum ſundum, & bulcus eius iuxta ſepulcrum Numæ Pompilij traiciens ara-

accepiffet, eius cōtentionis pœnas dedit. Correptæ namque ſunt morbo pudoris partes. Multis ergo ſuſtra tentatis remedijs, ex oraculo *Φαδῶς*, hoc eſt, perſicas, atq; in earū faſtigio coriaceum geniale, tum publicè, tum priuatis in edibus crexerunt. Scaliger lib. 1. Poetics, cap. 10.

Metu mortis.

ALEXANDER Magnus poſtea quā Babylonem uenit, obſcuris quibusdā mortis indicijs terrius, diis diſſidere, amicos habere ſuſpectos coepit: tātaq; Superſtitione obſtrictus eſt, tumuluante & trepidate animo præditus, ut nulla res infoſita & aliena tā oblata exigua ſit, quā nō uerteret in prodigium & oſtentum: ſacrificantiū deniq; expiatiū & uaticinantium erat regia refera. Ad eō res eſt horrida Superſtitione, quæ aquæ modo uerget ad demiffa.

Plutarchus in Sympoſiacis tradit, TYRRENO S Pythagore philoſophi decretis uſq; ad eō fuſſe addictos, ut etiā ea, quæ ille ſymbolis illis præcepit, ridicula Superſtitione ſoliti ſint obſeruari. Erasimus in Adagijs.

deos & ſacra deſeruiſſet: profectò ſi priſcæ cœremoniæ reſpetantur, ſinem his malis, ac periculis fore. Quod inter ceteros D. Auguſtinus libro de Ciuitate Dei quinto ſcriptum reliquit. Dum Florentiam obſidet, à Stilichone in ſalibus Apennini, ubi copiam explicandæ aciei non habebat, incluſus, uno die ad C millia ſuorum amiſit. In cœle in de Fœſula rum obſeſſus, in fuga captus cum filiis, & obruncatus eſt. Sigonius lib. 10. Imp. occid.

REGNERVS Danorum rex Haraldum tyrānum proſligarat. Is cūm Moguntie Ludouici Pij Imp. auxilij impetratis, Chriſti religionem ſuſcepiffet, idola omnia demolitus eſt. Cæterum Regnerus eo denud uicto idololatriam reſtituit: nec multo pōſt ab Hella Britanno captus, ſerpētibus uiuis obiectus periit. Saxo lib. 9.

RVTENI ſeu MOſCOUITÆ concionatoribus carent: ſatis enim eſſe putant ſacris interſuiſſe, ac Euangelij Epitolarumque uerba, quæ uernacula lingua recitat ſacrificus, audiuiſſe. Concionari in ſuis Eccleſijs obſtinatiſſimè prohibent: dicunt enim ſe hoc modo uarias hæreſes & diuerſas de fide opiniones effugere, quæ ex concionibus & ſubtilibus argumentis ſophiſticis queſtionibus oriuntur. Guagninus in deſcriptione Moſcouiæ.

trum, eruiſſet ex terra libros eius, ubi ſacrorū iſtitutorū ſcriptæ erant cauſæ, in urbē pertulit ad prætorem Q. Pætilium. At ille cūm inſpexiffet principia, rem tantam detulit ad ſenatum. Vbi cū primores quaſdā cauſas legiffent, cur quidque in ſacris fuerit iſtitutum, Numæ mortuo ſenatus aſſenſus eſt, eosq; libros tanquā religioſos Patres conſcripti, prætor ut combureret, cenſuerunt. Historia eſt apud Liuium, & Valerium, & Plinium, & Laſtantium Liuius, & hunc, ut aſſolet, ſecutus Valerius, L. Pætilium dicūt inueniſſe libros: Plinius Caſſij Heminae auſtoritate Gn. Terentium: & unam arcam, non duas. Liuius conſules eo anno ſcribit C. Bebbium Pamphilum, & M. Acimiliū Lepidum. Hemina pro hoc P. Corneliū Cethegum habet, & hos anno poſt Numæ regnū 335. De libris opiniones multorum ſcite qui cupit, Plinium ad eam lib. 15. c. 13. Alij petiſſe prætorem legendos aiunt, alij ſcribam ſuapte ſponte tuſiſſe. Historia eſt lib. 40. Liuij, & apud Plinium & Valerium lib. 1. In urbē pertuliſſe ait, tamen Numæ ſepulcrum in urbe erat, nempe regione 14. in Ianiculo: ſed quōd ea Tranſiberina erat, qui ad forum & curiam ue niebant in urbem, rure uidebantur ueſpere. Sacrorum itaque cauſæ, à rege Pompilio Romanorū ſacrorum iſtitutore conſcriptæ, nec populo, nec ſenatu, nec ſaltem iſſis ſacerdotibus innotereſcere debuer: ipſeque Numa Pompilius curioſitate illicita, ad ea dæmonum p̄uenit ſecreta, quæ ipſe cūm rex eſſet, qui minimè quæquam meueret, nec docere aliq; nec delēdo, nec quoquo modo cōſumēdo perire audebat. Ita cū ſcite neminē uellet, ne homines nefaria doceret uolare autē timeret, ne dæmones iratos haberet: obruit, ubi tuſi putauit, ſepulcro ſuo propinquare aratrum poſſe nō credēs. Senatus aut cū religiones formidaret dām nare maiorū, & ideo Numę aſſentire cogere, illos tamen libros tā pernicioſos eſſe iudicauit, ut nec obrui tuſus iube ret, ne humana curioſitas multo uehemētius rē iam proditā quæret, ſed flāmis aboleri nefanda motimēta: ut quia iam nec eſſe exiſtimabāt ſacra illa facere, tolerabilius erraretur, cauſis eorum ignotatis, quā cognitis ciuitas turbaretur. Viues in Aug. lib. 7. de Ciui. Dei, c. 34. ex Varr. de Cultu deor.

D. Bern. ferm. 3. de Circumcifione, de fpirituall circumsifione, per qua homo regeneratur, loquens, octo dieru myfterium octo uirtutibus adaptat: & feptem reliquis enarratis, tandē addit: ILLIS uerō, qui ad summā deuotionis grātam perueniunt, unum uidetur restare periculum, & omnino timendum eis à dæmōnio meridiano. Ipse enim fatanas transfiguratur in angelum lucis. Hoc ergo timendum ei, qui summā delectationē omnino facit, dum sequitur affectionem, corpus destruat per immoderatam exercitationem, ac deinde necesse habet, non sine magno fpirituall exercitij detrimento, circa debilitati curam corporis occupari. Ergo ne incurrat, qui currit, illuminari necesse est lumine discretionis, que mater uirtutum est, & consummatio perfectionis. Hæc nimirum docet, ne quid nimis, atq; hæc est octaua dies, in qua circumciditur puer: quia discretio uerē circumcidit, ut non plūs, nec minūs fiat.
ROMANVS Senatus ad eō semper magni religionem fecit, ut quemadmodum M. Varro ad Cn. Pompeium scribit, in libro, ubi ratio locus que habendi Senatus ostenditur quotiescumque senatum magistratus coegisset, id ipsum quod primō proponeretur, ad religionem pertinere: nullāq; quanquam grauior causa, uel quæ celeritatem requireret, hunc morem antea ueretur, ut publicorum consiliorum, quem ad-

SVPERSTITIONIS

ORE.
Elic omnes ii, qui superstitionem publicē priuatim ue uerbis expresse.

MORTE.

Sub Vespasiano Imperatore in Aegypto pueri & adulti IV.

SVPERSTITIONIS ALIENAE, DEORVM PEREGRINORVM INSECTATIO, ODIVM, EVER-SIO superstitiosa.

ÆGYPTII Saturnum & Serapim non prius coluerūt, quam Ptolemæorum tyrannide fuerunt oppressi: ita tamen imperio illorum paruenerunt, ne religionis suæ mores confunderent. Itaque cum pecudibus, aut sanguine deos placare, piaculum esse ducebant, sed precibus & thure solo: Saturno autem & Serapim diis aduenis hostiæ pecudum atque etiam humanæ mactandæ essent: fana eorum extra pomerium locauerunt, ut & illi sacrificij solenni sibi cruore colerentur, nec tamen urbæ templā pecudum morte polluerentur. Nullum itaque Aegypti oppidum intra muros suos aut Saturni aut Serapim fanum recepit. Macrobi. Saturn. lib. 5. c. 7.
ÆGYPTII regibus Perfarum infestis, in primis Ocho, ut nefario & detestabili, asinum eum cognomine dixerunt (asinum ita exosum habent, ut eundem in quibusdam sacris etiam præcipitent.) Qui cum dixisset: Atqui asinus hic bouem uelutrum deorū abierit immolauit, ut est apud Dionem re-larum, Apim. Plut. de Iside & Osiride.
SCYTHIÆ bacchandi consuetudinem apud Græcos in Dionysij sacris uelementer reprehendunt, & insanorum hominum sacra ista esse aiunt. Quæ cum Scyles rex, apud Borysthenitas clam celebrare deprehensus fuisset, regno uitaq; exiuit. Herodotus lib. 4.
CAVNI, populi Caria, sacra principid sibi constituerant æterna. Quorum postea pertaxi, cum patrii duntaxat uideretur utendum diis, omnis ætatis sumtis sacerdotum ad Calyndicos usque montes persequebantur, fustibus cædentes, exclamantesque externos se exigere deos. Herodotus lib. 1.
XENOPHONES phycus, cum cædentes se in solennibus & lamentantes conspiceret Aegyptios, appositè admonuit eos, atq; Hi, inquit, si dii sunt, ne plangeritis eos: si homines, ne feceritis eis sacrum. Plut. de Superstit.
ABELLENSIBVS Herculi sacra celebrari uetitum, quod illi Hercules olim depopulatus esset, eum propterea odio prosequuntur perniciā. LEMNI cum Vulcanum colant, quod apud eos cœnuitus foret, Venerem quod Marti se miscuisset, uelut adulteram ad eō contemserunt, ut nemo illi sacra faceret. TENEDI Achillem, quod Tenedum deuastasset, ita infensum habuere, ut supplicio afficeretur, si quis restitutum templo, Achillem nominasset. CAVCASSI pro duntur Herculem summis colere honoribus, quod Prometheum uinculis exoluerit: Ioui & Mineræ infensi, atq; ut Prometheo satisfaciant, igniferis sagittis aquilas & illorum nidos incendunt, fortisque euasunt & depopulantur. Alexander lib. 2. cap. 14.
ANAXANDRIDES in Ciuitatibus, sermonē ad Aegyptios

modum etiam aliarum rerum, diuino cultui primæ partes darentur. Fulg. lib. 1. c. 1.
A Gallis urbe R. O. M. capta, postquā eā restaurari placuit, nō etiam ad Viciōs transmigrare: Tribuni militum Cōsulari potestate cum primū magistratū inuissent, nulla de re prius, quā de religionibus Senatū consulerunt. In primis fœdera ac leges (erant autem hæc, duodecim Tabulæ, & quedam Regiæ leges) requiri, quæ comparerent, placuit: alia ex eis edita etiam in uulgus: sed quæ ad sacra pertinebant, ea decreto Senatū & à Pontificibus maxime, ut religione obstrictos haberet multitudinis animos, suppressa sunt. Liuius Dec. 1. lib. 6.
OCHIMENSIBVS Indis in more est positum, ut si Rex aliquis, religione tatus, se regni administratione abdicat, ut in templo aliquo ab humanis tumultibus secreto uitam in religione consumat: post illius mortem, sororis filius, qui ei in regno more genitū succedit, cogatur regni procurationem relinquere, & in idem templum gratia religionis immigrare: ut quemadmodum in regno auunculi successore extitit, ita religionis etiam hereditatem quamuis inuitus adeat. Is deinde, ad quem regni hæreditas legibus uenit, regnum occupat. Orosius libro 7. re- rum Emmanuels.

CONFESSIO, FACTA

DEORVM per uarios cruciatus necati sunt à Lupo Alexandria præside, quod ut Casarem dominum, aut quemquam alium præter Deum profiterentur, neque hortationibus ullis, neque minis compelli poterunt. Sabellicus libro tertio, Ennead. 7. septimæ.

conuertens (ut est apud Athenæum libro septimo, cap. 17.) sic inquit:
Haud esse uobiscum quo commilito, Concordibus nec moribus nec legibus, Per maxima interualla differantibus. Bouem collis, deis ego mactō boues. Tu maximum anguillam deum putas, ego Obfoniorum credidi suauissimam. Carnes suillas tu caues, at gaudio His maxime. Canem collis, quem uerbero, Edentem ubi deprendo forte obfonium. Nobis sacerdotes petit lex integros, Arcetur à uobis procul tales uiri. Habere si sclem mali quid uideris, Luges, ego suauissime decortico. Potest apud uos mus araneus, nil me apud.

Orpheotelestæ nuncupati, qui sacris Orphicis apud Lesbios initiandi auctores erant, quique felicitatem certissimā pollicebatur post obitum. Id quum Philippus quidam orpheotelestes & ipse, uerū summē in ops, amplius predicaret: dixit LENTYCHIDAS Spartanus, O fatue, quin statim moreris, iustitiam & miseriam finem impositurus? Cælius lib. 15. cap. 9. Antiq. Lect.
L. AEMYLIVS Paulus cōsul, cum senatu Iſidis & Serapidis fana diruenda cœnisset, ea que nemo opificum attingere audeat: posita prætexta securim atripuit, templique eius aribus infixit. Valerius lib. 1. c. 4.
Harpoctatem, Serapidem & Iſim, Pifone & Gabiniō consulis, quum reliquos in Capitolium admississent deos, euerſis illorum aris ROMANI exegere, illos que diuinis coli honoribus uetueret: saepe que actum in senatu fuit, de Aegyptiorum & Iudæorū sacris ceremonisque, urbe pellendis, quod turpium religionum & nouarum superstitionum causa & feminarium forent. Alex. lib. 2. c. 10.
TIBERIVS Cæsar Iſidis fanum ob constupratam in eo Paulinam matronam nobilissimam à Decio Mundo, fraude sacerdotum à Decio muneribus corruptorum, dirui, simulacrum in Tiberim demergi curauit. Acrodius ex Iosephi Antiquitatum lib. 18. cap. 4.
Luſtatiū, qui primū bellum Punicū confecit, à SENATV prohibitus est sortes Fortunæ Prænestinae audire. Auspicis enim patriis, non alienis Rempub. administrare oportere iudicabant. Liuius lib. 31. Orosius lib. 4. cap. 8. Valerius Maximus lib. 1. cap. 4.
AVGVSTVS Cæsar peregrinarum cetera oniarū sicut ueteres ac receptas reuerendissimè coluit, ita cæteras contemtu habuit.

buit. Namq; Athenis initiatus, cum postea Romæ pro tribu nali de priuilegio sacerdotum Atticæ Cereris cognosceret, & quadam secretiora proponeretur: dimisso concilio & corona circumstantium, solus audire discipulantes. At contra non modò in peragranda Aegypto paulò deflectere ad uiscendum Apin superſedit sed Caium nepotem, quod Iudæam præterueniens apud Hierosolymam nō supplicasset, collaudauit. Suetonius.
Tertullianus in Apologetico refert, in Aphrica infantes palam Saturno fuisse oblatos, usq; ad pro consularium TIBERII, qui sacerdotēs eius religionis in furca suspēdit. Drui das Gallorū magos exegit omni Gallia, succisa eorū sylua: ipsi

in Germaniam trans Rhenum demigrarunt. Auentinus libro secundo Annalium Boiorum, ex Suetonio.
TIBERIVS Cæsar externas cæremonias, Aegyptios Iudæosq; ritus compescuit: coactis, qui superstitione ea tenebantur, religiosas uestes cum instrumento omni comburere, quod ex ea gente quidam Fuluiam matronam nobilem multis persuasionibus in duxerant, ut grande pondus auri & argenti Hierosolymam dono mitteret ad uasa & uestes in usum sacrorum: quæ mūnera fraude intercepta, in prophanum illi usum uerterant. Sabellicus libro primo, Enneadis 7. ex Suetonio. & Iosepho libro 18. Antiq.

SVPERSTITIOSI HOMINES.

GABINI religionis cultus studiosissimi, cum pro more sacris optarentur, repentinò hostium incurſu, ut erant incincti zonis, ab aris ad prælium uocati sunt. Cum hostibusigitur manu conferentes, insignem retulere uictoriam. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 14.
ROMÆ publicè Febri fanum in palatio dicatum est, Orbonæ ad ædem Larium ara, & Malæ fortunæ Exquiliis. Quam obrem maior cælitum populus etiam quam hominum intelligi potest, cum singuli quoq; ex semetipsis totidem deos faciant, Lunones Genioſq; adoptando sibi. Plinius lib. 2. c. 7.
Nationem esse omnium GALLORVM admodum deditam religionibus, scribit Cæsar lib. 6. de bello Gall.
DE POLONORVM & Sclauorum idololatria ante susceptū Christianismum, Cromerus lib. 3. disserit.
Mauritius horis ALEXANDER Scuerus Imp. in lario suo, in quo & diuos principes, sed optimos electos, & animos sanctiores, in quibus & Apollonium, & quantum scriptor suorum temporum dicit, Christum, Abrahamā, & Orphea, & huiusmodi deos habebat, ad maiorum effigies rem diuinam faciebat. Virgilium autem, Platonem poëtarum uocabat, eiusq; imaginem cum Ciceronis simulacro in secundo lario habuit: ubi & Achilles, & magnorum uitorum, Alexandrum uerò Magnum inter diuos & optimos, in lario maiore consecrauit. Lampridius.
PRYENI olim habuerunt multos Deos quos adorabant, cultūque diuino prosequerentur: semper tamen inter quæcetera holocausta eis offerre solebant: & quot ferè res habebant, tot præfides & deos constituebant. Deū Vurſchayro dictum, magno honore uenerabantur, super omnia mobilia iumenta: alterum deum Schreybrato super anferes, gallinas, anates, columbos, pauones, &c. cōstitutum: tertium Gurcho omnibus efulentis cibariisq; præpositum. Præterea tonitruis, lunæ, stellis, serpentibus, bufonibus, & omnibus penè creaturis diuinum honorem deferrebant. Guagninus in descriptione Pruffiæ.
LITVANI olim superstitionis summi fuere: Ignem, Fulmen, Luceos, Arborea proceras, Viperas item & Serpentes colebant. Cromerus libro 15. De iis sic scribit Guagninus in descript. Lituani. Lituanica & Samagitica gens olim multorū deorum superstitioni dedita fuit, in primisq; Ignem (quem sua lingua Zniez, ut rem facram, appellabant) cultu diuino prosequerentur, eumq; in celebrioribus locis atq; oppidis perpetuum seruabant, & sacerdotes cum ministris ad hoc munus obundum adhibebant: quod si in curia ministrorum ignis extingueretur, capite plebebantur. Huiusmodi ignis Vilnæ metropoli Lituanie in arce medio (ubi nunc basilica diuo Stanislao dicata erecta est) perpetuò afferuabatur. Fulmen quoq; quod Perunum Slauonica lingua appellabant, pro deo colebant. Lucos præterea & eximias procerasq; arbores, in syluis singuli sacrosanctas habebant, uiolare eas ferro iniuriæ aliqua nefas erat: quod si Lituanus aliquam arborem uel ignem quolibet modo dehonestasset, statim uel dæmonum iuuuia interibat, uel membro aliquo correptus priuabatur. Solem fortè nubibus obscuratum credebant sibi succedere, ideo sese illi quò placaretur deuoueant. Viperas item atq; serpentes deos esse credebant, & singuli patres familiās, singulos serpentes domi asseruare solebant, quos pro Penatibus adorabant, lacq; & gallos gallinaceos eis immolabant: eratq; inauspicatum & exitabile toti familiæ, quempiam ex eis uiolasse, aut dōmi non fouisset: tales enim uel bonis omnibus priuabantur, uel crudeliter lacerati interibant.
POLONI ante Miecillaum regem, Solem, Lunam, Auram, quam Poguiſd appellabant, cultu diuino prosequerentur. Præterea Iouem, quem illi Ieslam, Plutonem, quem Ladim siue Ladonem, Cererem quam Niam, cuius templum Gnesnæ celeberrimum erat, Venerem quam Marzanam, & Dianam quam Zieuoniā gentili lingua appellabant: Lelum quoq; & Polelum, Romanis Castorem & Pollucem appellatos, pro diis colebant. Et adhuc in comportionibus illa gens nomine eorum utitur, Lelum Polelum uo ciferantes. Solebant diebus festis ad lusus & choreas pariter conueni-

re,maximè 25. die Maij,& uigefima quinta Iunij. Quam con- gregationem populi Stado, id est, agmen appellabāt: quod adhuc apud Ruthenos & Lituanos passim in uillis obseruari uidetur. Post Dominicam enim conuulsus Pascha ad di- ui usq; Ioanis Baptistæ festum, mulieres & uirgines diebus festis ad choreas turmatim conuenire solent, Ladonemque canentes, & Lado Lado frequentius ingeminantes, mani- bus complaudentes, in gym choreas ducunt. Guagninus in uitis regum Polonorum.

Sylus SCLAVINI, & Nymphas colunt, & Dæmones alios; illq; sacrificia faciūt, & inter sacrificandum uaticinātur. Ha- bent præterea lege cautum, à maioribusque traditum, ut inter numerum deorum, unum illum, qui sit fulminis fa- bricator, dominum omnium rerum, ac solum deum esse credant, illique boues, & hostias eius generis alias ma- dent: Fortunam uero, quid ea sit, nec sciunt, nec uim ul- lam in homine habere fatentur. Sed quando, uel domi mot bo languentibus, uel foris in prælio periclitantibus, mors imminet, iubentur pro incolumitate sacrificare, habentque per sua sum, per sacrificia salutem sibi redemptum iri. Dabrauius lib. 1. ex Procopio.

Vandalæ præter lucos & penates, quibus oppida & agri redun- dabant, uarios Deos colebat. Prone deus erat Aldenbu rgē sū, Siyue dea Polaborum, Radigast deus terræ Oborrito- rum. His dicati erāt flammis & sacrificia. Festos dies sacer- dos ad sortis nutum denunciabat: conueniebantque uiri & feminae cum paruulis, mastrisque hostiis boum & o- uium, plerumque etiam hominum Christianorum, sacer- dos de cruce libabat, populus ad epulas conuertebatur. Zuanne uito, deo Rugianorū, utpote efficaciori in respon- sis, annuatim hominem Christianum, quem fors dedisset, immolabant, & de omnibus Vandalorum prouinciis, sta- tutas sacrificiorum impensas eò transmittebant. Cranzius lib. 3. Vandalia, cap. 37.

QVI sub polo habitant arctico, Solem & Lunam adorāt: pan- num quietiam rubeum in perca suspensum. Nonnulli quicquid primo diluculo in celo, terra, uel aqua uiuum apparuerit, hoc ipsum usque ad crepusculum eiusdem diei pro numine adorant. Olaus Magnus lib. 3. cap. 2.

SVPERSTITIOMIS MATERIA. RESPECTV

PERSONARVM, ERGA QVAS. Vterga

DEMONAS.

ETHNICI olim spiritus abigebant certo legumine in os in- ditō, & retrosum facto, nudis pedibus, certaq; precum for- mula nouis repetita: sic enim adoratur omnino Satanæ, ne quid importet mali. Id prius Latini mense Maio per tri- duum faciebant, placandis (ut aiebant) Lemuribus siue Re- muribus: quam institutionem à cæde Remi dicebat ortam, quod spiritus eo mortuo incolae loci infestarent. Bodinus libro 3. Dæmonomania, cap. 5.

PVEROS, INFANTES.

PRISCO RVM mos fuit, ut editos infantes terram attinge- re iuberent, Opemq; deam inuocarent, ut nascentibus o- pem ferret, sinu eos excipiens: nec uocem prius dari puta- bant, quam terram attigissent. Leuanam quietiam deam dicebant, que pueris præset de terra leuandis: Augustinus Cinitatis diuinae libro quarto: item Macrobius Symposia- cōn primo. Varo de Vita patrum libro secundo: Natus si e- rat uitalis ac sublatu ab obstetrice, statuebatur in terra, ut auspicaretur rectus esse. Philo itē Sapientie septimo, ipsum hoc significasse uidetur: Et natus (inquit) accipi cōmunem aerem, & similiter decidi in terram factū. Et in libro de Mo- ribus Seneca, Omnes infantes terra nudos excipit. Hinc Pa- pinianus, Syluarum 1. in Stella epithalamio & Violaantillæ: —tellure cadentem Excepi fouiq; sinu. Sed & libro quinto, Syluula postrema: —tellure cadentem Aspexi, atq; unctum geniali carmine foui. Cælius libro 20. cap. 14. A. L.

Cum infans editus primam lucem hausisset, ROMANIS erat in usu, ut ab obstetrice exceptus, humi sterneretur, quasi di- uinationem futuri exitus, inde auspiciati: lectoq; Pilumno & Picumno in ædibus parato, ita augurabantur, ut his præ- lidibus diis, uitalis foret: nec Syluanus in domum irreperere ualeat, quem uexare pueros opinio erat, ad fores ædium tres uiros, qui per uigiles domum circuirent, aduocabant, quorum primus limen securi, alter pilo feriebat, tertius uero scopis euehebatur: mox nomen & tempus editorum fi- liorum apud præfectos ararij publicis actis testarentur & scriberent. Quæ quidem in Saturni dæde tanquam publica monumenta seruare proditum est. Deinde cum cibo & po- tu cum initiarent, Eduse & Potinæ sacra facerent. Eodē-

INDI omnes multos diuersosque deos colunt. Eos habent pictos fidēque statuis: nempe ligneis, terreis, argentēsiue. Peruana regio eos, auium forma, tygridum, ceruorum, & aliorum animalium exhibet: interdum etiam caudatos, Sa- tyrorum specie. Io. Metellus.

IAPONI regibus quique suis in foro ciuili, in sacro Tun- dis (sic Episcopus uocat) ac sectarum Principibus parent. Eæ uero sectæ ferè duo decim numero sunt: quæ licet cultu & superstitionibus inter se multum differant, in tollenda tamen animorum immortalitate conspirant: & quamuis plebi uaria debent nomina ad colendum proponant, ipsi tamen secum, præter ortum & interitum, nihil esse consti- tuunt. Ad hanc opinionem imis animi sensibus penitus in- figendam, cōmmentationes circiter bis mille & quingen- tas paratas habent. Quas qui diu multumque secum per- penderit, omni tandem religione solutus, in illa cæcitate profus conquiescit. Io. Metellus.

SINARVM populi in extremo Oriente, templa amplissima, multaque statuis & picturis illustrata frequentant: & quam- uis uaria simulacra uenerent, unum tamen Deum, rerum omnium opificem & rectorem, præcipue colendum esse di- cunt, eique potissimum supplices preces adhibendas. V- nius mulieris imaginem, quam appellant Namnam, quam aiunt esse apud Deum summum humani generis aduoca- tam, honoribus summis afficiunt. Est aliud apud illos si- mulacrum uirginis, quam tradunt fuisse regis cuiusdam fi- liam, & rerum cœlestium cupiditate omnes opes humanas neglexisse, ut diuinarum contemplatione frueretur: in hu- ius tutela Sinarum gentem esse credunt. Alius apud illos deus sanè sanctus habetur. Hunc hominem fuisse narrat fortissimum, atque tantis uirtutibus præditum, ut miracula multis in locis edidit. Quorum illud potissimum fuisse di- cunt, quod semel armatus, ense nullo in fluuium proiecto, quasi quodam lembo inuectus, ingentem fluuium traiecit, ut suis, qui ab hostibus in prælio uehementissimè præ- mebantur, auxilium afferret. Hunc ob præclaras uirtutes, & egregium iustitiæ splendorem, in duos relatum fuisse commemorant. Multos alios diuos habent, quibus statutis diebus honores instituunt. Oforius lib. 11. rerum Em.

que Adolescentæ Maiæ, que Fatua dicta est, ac Statano & Fabulino more patrii immolarent. Alex. lib. 2. cap. 25. ex D. Augustino de Ciuitate Dei.

Moses Maymonis lib. 3. Morenebocin, AMORÆ OS scribit inter alia solitos per flammā recetes ex utero fetus trāsmi- ttere, & credidit liberos à calamitatibus plurimis uindica- ri: eandemq; superstitionem nutrices adhuc obseruantes à se in Aegypto uisus. Loca exstant. Reg. 21. & 23. 2. Paralip. 28. & 33 lib. 3. Bodinus lib. 3. Dæmon. cap. 5.

Veteres ROMANI pueros collo solebant pudendi mem- bri speciem appendere, quam appellabant fascinum, ut ef- fet (prout aiebant) præficine, & sortilegia auerteret, idq; ex electo maxime, quod Plinius inuuit lib. 3. cap. 3. turpem o- mnino modum & diabolicum, animis ad libidinem inflam- mandis. Bodinus lib. 3. Dæmon. cap. 5.

Stolidioribus MYLIERCVLIS imperat Sagæ, ut liberos in- ter duas cruces gesserit, sic eos beatos fore: quod nos in sup- plicationibus uisimus, inquit Bodinus lib. 3. c. 5. Dæmon.

REDVCE.

GRÆCI non ducebant esse pueros, neq; in cœtus suos reci- piebant, neq; accedere permittebant ad templa illos, quo- rum ductum funus fuerat, & factæ ceu mortuis exequiæ. A- iunt quandam hac cōtārum superstitione ARISTINVM misisse Delphos precatum Apollinem, supplicatumque, ut liberaretur angustiis, quibus ex lege tenebatur. Ei cecinisse Pythiam:

Quodq; tibi mulier lecto, dum parturit, egit,

Illud idem nunc rursus obi, & ser sacra tonanti.

Ita Aristinum prudenter præbuisse se quasi denuo editum mulieribus, ut seclauerent, in cunabulis colligaret, mam- mam præberent. Eum morem seruare cæteros omnes, qui dicti Gylteropotmi, id est, uiui clari fuere. Alij & ante Aristi- num in hysteropotis ferunt hæc obseruata, ac morem esse uetustum. Plut. in quæstionib. Rom.

Eos, quos fama peregre defunctos falso uulgauit, si reduces sint, nō excipiunt foribus: sed concessio tecto eos intro de- mittunt. Varo causam affert talem. Cum bello Siculo pugna naualis ingens commissa fuisset, multosq; rumor uanus manasset occubuisse, reuersos breui spacio oēs mortē obli- se aut. Vni ingredienti fores occurrisse sponte se claudētes, neq; laxatas fuisse molientibus pandere. Illi ibidem sopito pro ianua speciem in formis monstrasse, ut se ex tecto in æ- des demitteret. Cui parentem, fortunatum euasisse & gran- dæuum. Hinc morem mansisse posteris. Plut. in quæst. Rom

MOR

MORTVOS.

ÆGYPTII dum manibus defunctorum parentant, post præ- ces oppleti lacrymis, tumulum amplexantur & coronant: quibus mos erat, in insula que Abalos dicitur, ut si quo mer- so in flumine, cadauer non appareret, centum annis illi fu- nus facerent, & ita manes expiarent. Alex. lib. 5. cap. 26.

Epicaudus refert, HERCVLEM occiso Geryone, cum uictor per Italiam arma duxisset, ponte, qui post Sublicius di- ctus est, ad tempus instructo, hominum simulacra pro nu- mero sociorum, quos casu peregrinationis amiserat, in flu- uium demisit: ut aqua secunda in mare deuecta, pro cor- poribus defunctorum ueluti patrii sedibus redderentur. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 11.

ORESTES, trucidata matre Clytæmnestra, parentale coniu- gium uelut in illius honorem exhibuit. Hinc prouerbium, Beneuolus trucidator.

Achillis manes, in SIGÆO nisi nudos & unguentis delibutos circa sepulcrum decurrētes, expiare compertum est. Alexan- der lib. 5. cap. 26.

GRÆCI, paucis à morte diebus, feralia libat defunctis ob- sequia: obseruatumq; ut reliquo corpore combusto, pleu- runq; digitum membrumue aut crines seponerent, quibus tanquam caduere iusta persoluerent & parentarent. Idem.

DELPHI cum Pythi tumulū nullo honore antea coluissent, postea cum didicissent, illum cōtra Gallos pro Delphis ad- fuisse, Pythi manibus in posterum parentarent. Idem.

IDEM apud aram Epythiæ Veneris manes euocabant, & defunctis parentabant. Idem.

DELTI pueri & puellæ, Hyperboreis uirginibus uita fundis, tonsis crinibus parentate dicuntur: quos suis inuolutos, supra illarum monumentum puellæ deponunt, pueri uero in sepulcris. Idem.

THRACES ad Teri sepulcrum qui parentant, aut immolat, hordci loco calculi utuntur. Idem.

PLATÆENSES Græci, qui ceciderunt illic, & humati fue- runt, quotannis parentant: Memæterionis mēsis (qui apud Bœotios est Alalcomenius) sexto decimo die pompam ag- unt: quam antecedit prima leuce tubicen classicum canēs: sequuntur plauftra myrti & coronamentorum plena, tau- rus niger, libamina in amphoris uini & lactis, crossosq; olei & unguenti adolefcentes ingenii ferunt. nulli enim licet ho- mini conditionis feruili illud attingere ministerium, quōd illi uiri pro libertate occubuisent. Nouissimus Plategium archon (cui aliās neq; ferrum attredare, neq; aliam quam candidam induere ueltem fas est) tunc sago puniceo ami- ctus sumit ex tabulario hydriam, gladiumq; tenens, medio oppido ad monumenta pergit. mox aquam ex fonte ca- pit, abluit pilas & inangit, immolatq; super pyram tauro, Iouem ac Mercurium inferum precatur, uiros illos fortes, qui lethum pro Græcia oppetierunt, ad cœnas & inferias inuitat: tum pateram uino miscet, quam ubi profudit, ita fa- tur: Propino illis uiris, qui pro libertate Græciæ occiderunt. Plutarchus in Aristide.

Apud ARGIVOS, qui amiserunt propinquum aut familiare, his moris est, mox sub lectum ut Apollini operentur, dieb. triginta post Mercurio. Arbitrantur enim, quomodo corpo- ra mortuorum terra recipit, ita Mercurium animas. Apollini ministro hordeum dant, & carnes hostiæ accipiunt: ex- tingunt ut pollucum ignem, eumq; ab aliis accendit, quo carnes affant, quas enclisma nō cupiāt. Plut. in quæst. Græc.

Apud ALBANOS, manibus defunctorum parentare, aut iu- sta persolueri, nulli permittitur, quōd defunctos humana ope putabant non egeri. ESSÉDONES purgarum defun- cti caput inaurant, illiq; quotannis hostias maētant, & iusta persoluit. AVGILÆ, qui ultra Cyrenem sunt, nullos deos, præter defunctorum manes, putabant: ab illis, ubi tumulis incubuere, per somnia responsa accipere opinati. Alexand. libro 5. capite 26.

ROMANI floribus ornare sepulcrum, & sacrificio atq; epulo defunctis parentare solent, nonnūquam thure & mero sup- plicare, sine tibicine: quibus in acie cegis, fuit tam ara quam annua parentatio constituta. Et tamen mense Februarii mortuis dare inferias consueverunt: Decius tamen & Brutus, contra maioriū instituta, Decēbri mense parentarunt. Idem.

ROMANI, teste Ouidio lib. 2. Fastorum, celebrarunt mense Fe- bruario feralia, quibus diis manibus iusta soluebantur, & epulæ ferebantur ad sepulcra, ab his quibus usus erat ibi pa- rentare. Unde & feralia festo & Varroni dicta sunt. Ponēb- tur autem epulæ in his sacris super silecem, quæ inde, ut Ser- uius dicit, Silecernium dicebantur: quo uocabulo quidam significari uolunt funebre conuiuium, quod senibus exhi- betur. Donatus Silecernium esse dicit cœnam, quæ inferetur diis manibus: quōd eant inferias esse cernant, uel est, umbrae pos- sident: uel q; qui eam inferant, cernant, neq; degustēt, &c. Appellabantur etiam Parentalia, sacra, in quibus pro paren- tibus seu maioribus extruce epulæ sepulcris ferebantur.

Quamuis autem manes parui muneribus placari crederēt; lacte, uino, & aliis rebus, quarum apud Ouidium fit metio- riam etiam maētabant uictimas. Vnde quidam à feriēdis pecudibus feralia putant dicta esse. Sacrificiis addebant preces, accendebant lumina. Quum Romani bellis impedi- ti olim intermisissent Parentalia: putabant iratos manes tē- pestatem & pestem immisisse, & egressās ē sepulcris umbras defunctorum errasse cū questibus circa sepulcra, item per urbis uias & agros. Durauit hoc festū undecim diebus: qui- bus nuptæ à uiris secubabant, nobiles nuptias non contra- hebant, simulacra deorum uelabantur. Lauaterus de Spe- ctris parte 3. cap. 4.

Mense Maio celebratur non solum festū, quod initio Remuria, pos- tea Lemuria uocantur. Hoc festum non multum à ferali- bus differt, quæ ad placandos Lemures instituta fuerunt. De origine eorum & ritibus, uide Ouidium lib. 5. Fast. Surge- bat intempesta, nocte qui umbras placaturus erat, nudis pe- dibus incedebat, aqua fontana se perlebat. Fabas quas ore uerfauerat, à tergo iaciebat, dicebatq; se illis redimere, uel faret; ara, & orabat ut umbræ abirent: quod si nouies fecissent, perfecisse se putabant sacra. Per triduum autem ce- lebrata fuerunt. Ibidem.

ROGVS cum lustraretur militari more, instructas armataq; acies ter circum in cenfām pyram (ubi defunctos acie crema- bant) arma quatientes, cum luctu & lamentabili carmine, arma & spolia in ignem mittebant, & hostiis immolatis inferias occisorum manibus dabant. Alex. lib. 5. cap. 26.

Gangem fluuium, INDI sanctum existimant: ita ut, morituri, regni Bengalæ indigenæ & incolæ, hoc flumine mergi se iu- beant: sed pedibus duntaxat. Io. Metellus.

ANIMALIA ERVTA.

AMORÆ I inprimis Solem adorabāt, quem *ἠὲρ ἰσχυρὸν* He- bræa uoce Bahal, id est, Dominum appellabant: unde pro- ceffit nomen Bahalzebub, muscarum dominus, eò quōd nulla in templo illius musca degeret, quemadmodum in Veneto palatio nulla esse dicitur, & in Toletano unica. Le- gimus cum Acaroni deo muscarum sacrificauissent, & Græ- ci Ioui, quem Myioden, q. d. muscarum nominabant, mu- scas omnes una nebula euolasse, ut narrat Pausanias in Ar- cadicis, & Plinius lib. 29. Naturalis historia, cap. 6. A Magis quoque certis carminibus omnes angues è regione una abi- gnamuerimus. Non estigitur mirum, si omnes mus- scæ à Satana horum magistro abiguntur. Quōd si certa est de Toletano Venetoque palatio fama, omnino statimur idolum aliquod sub palatii lumine fuisse conditum: ut nup- per in quodam Aegypiti oppido (ubi non erant crocodili) ut in aliis oppidis secundum Nilum) inuentum est plumbum crocodili figuram sub ædis limine conditum, quam Mehe- med ben Thaulon cremari iussit: quo nomine expostularit incolæ, dicentes se ex eo tempore à crocodilis grauissimè infestari. Bodinus lib. 1. Dæmonomania.

Deam Syriam superstitionis existimant, si halæcem quis uel a- pius gustauerit, eorum partem anteriorem addedere, uel ce- ribus corpus complere, iecur tabefacere. Plut. de Superst.

RERV, IN QVIBVS SVPER- STITIONEM exercent. Vt circa

METEORA.

NICIAS Nicerati, cuius Atheniensis, classis præfectus in Sicilia, cum repente luna defecisset, metu perterritus, ad sacrificia sese conuertit. Interea à Syracusanis inelusus cum exercitu, turpiss. captus uitaq; exurus est. Plut. in Nicia.

Vehementiore strepitu & malcolectium graminum sumo dif- folui & sedari areorum dæmoniorum insultum, creditum est. Idcirco (ait Gaudentius Merula lib. 1. cap. 5. Memorab.) tanquam ex Academicorum officina fluxerint, etiam nunc ITALÆ mulieres, tempestatibus imminetibus, diri o do- ris pabula sub dio comburunt. THRACES tempestate im- minente, amati cum stridis ensibus & crotalis, horribilq; clamore in nubes fremebant. Sunt qui campani aeris sonitu hoc ipsum tentent. GOTH I, teste Olato libro 3. cap. 2. de gent. Septentr. concitato in nubibus fragore, sagittas in æ- ra excutientes, ostendebant se opem ferre diis suis uelle, quos tunc ab aliis oppugnari putabant. Nec ea temeraria superstitione contenti, inuitari ponderis æreos malleos, quos Iouiales uocabāt, ad eum usum habebant, ut per eos tanquam per Claudiana tonitrua, cœli fragores, quos mal- leis cœli credebant, exprimerent. Durauit illorum usus usq; ad annum Christi 1130. Viers lib. 4. cap. 18. de Præstig. dæm. Sunt qui physicam subesse causam putent. Campanarum namque sonitu nubes coactas uiolenter dissipari, eandemq; ob causam in excelsis etiam arcibus ingruente tempesta- te bombardas maiores dispendio solere.

Inexcusabilis illorum est impietas, qui profuētis celestibus assignant religionis dominatum: ut ILLI Mareri, scriben- tis cum, cui Saturnus in Leone est, uicturum peridi, & possit

mortem in caelo ascensurum: item que ALBVMAZARIS affinitatis cum, qui orabit deum, quando Luna cum altero planeta (cuius nomen de industria placet recitare) in capite Draconis coniuncta est, impetraturum petitione suam: quod Petrus de Apono se expertum narrat, ut homines ad eandem improbitatem pertrahat. Bodinus lib. 1. Dæmon. c. 5.

VETERIS fuit superstitionis, metulosa somnia interim abluone aueruncare. Quod apud Aeschylum est obseruati, & docuit in Batrachis Aristophanes, *his est δειν δεινον δεινον*.

Id est, ut somnium ablum diuinum. Ad quod Persij illud ex Satyra secunda respicere uidetur: *Hæc sancte ut possas, Tibetino in gurgite mergis*

Mane caput bis terq; & noctem flumine purgas. Sed & illud apud Sophoclem obseruatum est, veteribus in more diu fuisse, ut somnia auerentes, ea Soli denararent. Cælius lib. 27. cap. 16.

ROMÆ MACRIANORVM familia solene semper habuit, ut Alexandrum Magnum uiri in auro & argento, mulieres in reticulis & anulis excultum gestarent, quod, sicut Iulius Capitolinus & Trebellius in uita triginta tyrannorum testatur, diceretur iuari in omni actu suo, qui Alexandrum sculptum aut auro aut argento gestaret. Quare, ut opinor, AVGVSTVS Cæsar in signandis epistolis magni etiam Alexandri imagine diu usus est. Sueton. Polyd. lib. 2. cap. 23. de Reum inuent. & Cæl. lib. 21. cap. 35. A. L.

IMAGINES. Nigri ellebori religiosum usum VETERIBVS fuisse testatur Plinius. Siquidem hoc & domos suffebant, purgabantque, aspergentes & sese, & pecora. Tum Iolenni cum precatione colligebatur & superstitionis, ut meminit etiam Theophrastus. Primum enim gladio circumscribatur: deinde qui succisus erat, exortum solis spectabat, precabaturq; ut id sibi liceret diis concedentibus facere. Obseruabat & aquilæ uolatum: quæ si propius aduolasset, moriturum eo anno qui succiderat, augurium erat. Erasmus in Adagiis.

AMULETA. Cum ab Hispanis AMERICA subigeretur, compertum est per derastræ imaginem, pædiconis inquam & cinæidæ, ab inlularis suspensam collo gestari pro amuleto, turpissimo instituto. Etenim circumfluebant gentes illæ sodomia, turpissimis & derastrandis sceleribus, magisq; artibus omnis generis: id eoq; omnes ferè sunt ab Hispano profligati. Bodinus lib. 3. Dæmon. cap. 5.

ALIMENTA. Ex loco Abhisenti alimentorum nimia, huc ea qua religionis nomine sunt.

Plutarchus Conuualium quæst. decade 3. demonstrat antiqui fuisse morem, ut non gustarent uinum, nisi prius libafent alicui deo, quod potus illius, ceu pharmaci, sibi innocuus esset & salutaris. Atq; ATHENIS quidem undecimo mensis die immolabant uini primitias, cumq; diem Pithægiam appellabant. Ast apud BOEOTOS septimo mensis ineuntis die, sacris peractis Bono dæmoni, gustabant, ab exorto Zephyro, quod is uentus præcipue suscitaret moueatque uinum, sed eo ut quod illum effugerit, uideatur iam duraturum. Mensis autem is uocabatur *αὐγυριῶνα*.

AEDIFICIA, TVRRES, PORTAS.

ROMANI murum omnem inuiolatum & sanctum existimant, portas non existimant. An, sicut scripsit Varro, ducendus murus sanctus est, ut eum defendant impigre, animamque pro eo profundant. Romulum apparet fratrem, quod locum inuolatum & sacrum transilire cepisset, efficeretque superabilem & profanum, interemisse. At portæ fieri non potest ut consecrentur: quibus cum multa alia necessaria, tum mortuus esserunt. Hinc qui primùm urbem condunt, quantum loci in ea distare statuerunt, circumdant aratro iunctis boue mare & femina. Postquam muros definerunt, quando portarum spacia dimituntur, uomer subducunt, atque ita aratrum traiciunt. Plut. in quæst. Rom.

MONSTRA. Apud ATHENIENSIS si androgyni aut insoliti animalium partus, aut alia monstra in forma edita essent, foetus in mare uel flumen proieciatur, & carmen à uirginibus per urbem canebatur, & deinde donu ferebatur lunoni. Eandem ob causam Aggis, hoc est uesibularis diis in semitis uiarum sacra exhibuerunt. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 26.

ROMANI si bouem locutum, aliquid animal, intelligerent, aut hoc genus portenta nunciata forent, sub duo fenatum & patrum concilium habebant, quod expiationis genus esse putarunt. Si quando lapidibus pluisset, uel si caelestes minæ terroris aut tetra prodigia enuntiarentur, his auer-

tendis terroribus, piacularibus sacrificiis factis, ad placandas deorum iras, Nouendiali semper sacro utebantur. Ibid. Quum TVLLO Hostilio rege, Romam esset nunciatum, in Albano monte lapidibus pluisset, placuit ut nouè diebus feriae celebrarentur, & Nouendiale sacrum fieret. Quæ religio in multas exiuit atates, ut quoties tale esset prodigium, huiusmodi nouendiale fieret sacrum, aut fore L. L. Cælius Scribanius fuisse asserit. Macro. lib. 1. Saturn. cap. 16.

Legimus L. Licinio Crasso, C. Cassio Longino Coss. Cassini puerum factum ex uirgine sub parentibus, iussu ARVSPI-CVM deportatum in insulam desertam. Sp. Posthumio Albino, Q. Martio Philippo Coss. cum ex Umbria nunciatum esset, seminare inuictum, duo decim ferme annos natum: id prodigium abominantes Romanos Pontifices, iussisse hunc arceri Romano agro, atq; primo quoq; die interfici. L. Metello, Q. Fabio Maximo Coss. Lunæ androgynum natum, præcepto Aruspicum in mare proiectum fuisse. Idem P. Africano, C. Fulvio Coss. cum in agro Ferentino: Cn. Domitio, C. Fannio Coss. cum in foro Vessano: L. Aurelio, & L. Cæcilio Coss. cum in agro Romano annorum octo: L. Cæcilio, L. Aurelio Coss. cum Saturnæ decem annorum natus: Q. rem Metello, Tullio Didio Coss. cum alius inuentus esset: præterea q; decreuisse Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Crasso Coss. ut tota urbe supplicationes fierent. Tandem etiam Constantius Imperator legelata, hoc tertium genus è uita tolli & auferri constituit. P. Acredius lib. 1. De cretorib.

In prodigioso partu uidetur ab initio ROMVLVS parentum omnium & amicorum consilium desiderasse: atq; ex eorū sententia omnem monstruosum & prodigiosum partum necari & abiici consueuisset. Certe L. Furio, Atrillio Sarrano Coss. cum Putcolis puer ex ancilla quatuor pedibus, manibus, oculis, auribus, atq; duplici obfeno natus esset, Aruspicum iussu crematus, cinisq; eius in mare deiectus est. Et L. Scipione, C. Norbano Coss. in Hetruria Clusij, cum mater familiâs uinum serpentem peperisset, iussu Aruspicum in profluentem deiectus, a uera aqua nata uisus dicitur. Dion Halicarnassus lib. 1. & Iul. Obsequens.

Postulatio piacularis sacrum est, quod fieri à ROM. consueuerat, ad aueruncandam deorum iram, facto prodigio aliquo, quod expiandum procurandumq; foret. Cælius lib. 10. cap. 19. A. L. Dicitur à postulando, quoniam turbata sacri cuiuspiam aut ludorum ratione, ubi quid primum exploratè curiosè obissent, aut in re diuina quid omisissè aut ritum foret: per ostenta, quæ mox paulò, inferebantur, uidebatur numen honoris in quaestione postulare.

CAVSAS. CALAMITATVM. Apollo Phœnaces obstructo barathro omnique eorum agro inundato perdidit, ætate Pluarchi, quod mille iam annis, ut VVICO aiebant, tripodè fatidica Hercules sublatâ Phœneon deportasset. Plut. de tarda Dei uindictâ. Gellius Annalium libro decimo quinto, & Cassius Hemina Historiarum lib. 2. referunt, an. ab Vrbe condita, CCCLXIII, à Tribunis militum Virgilio Manlio, Cælio Posthumio, col legiq; eorum, in senatu ROM. tractatū quid esset, propter quod toties inter paucos annos male esset afflicta respublica. Et ex præcepto patrum L. Aquinium Aruspicum in senatum uenire iussim, religionum requirendam gratia dixisse, Q. Sulpitium Tribunum militū ad Alliam aduersum Gallos, pugnatum, rem dimicandi gratia fecisse posthædic Quintilis: item apud Cremeram, multisq; aliis temporibus & locis, post sacrificium die postero celebratum, male cessisse consilium. Tunc patres iussisse, ut ad collegium pontificum de his religionibus referretur. Pontificesq; statuisse, posthædic omnes Calendas, Nonas, Idus, atros dies habendos: ut hi dies neq; præliares, neq; puri, neq; comitia les essent. Macro. lib. 1. Saturn. cap. 16.

ACTIONVM ET PASSIONVM. Humanarum. Superstitios.

NUPTIAS CELEBRANDO. Non plura neq; pauciora, sed quinque, funalia accendunt ROM. in nuptiis (quæ cereos appellant) ut Varro auctor est: ab ædilibus autem accendunt, qui matrimonio iunguntur, igne quasi quinque diis matrimonium opus habeat, Ioue geniali, Venere, Suada, denique Diana: quam in puerperis & partus doloribus mulieres cient. Plut. in quæst. Rom. In Plinio legitur lib. 28. cap. 19. nouas NYPTIAS apud ROM. cum uiris primùm cõgressuras, postea lupino adipe solitas perungere, ne quid mali medicamentis inferretur.

CONVIVANDO. Indicat Aristoteles scitionis uigefimæ problemate uigefimo quarto, apud GRÆCOS, ubi de mensa communi aliquis sibi priuatim sumeret aliquid, intuenti communicans dicebat, Ne me fascines. Ita que sumitur cibum prius edebant ut tam, ceu remediū aduersus fascinum. Tum enim metuebant

bant noxam fascini, quoties uel audiuis uescerentur, uel alii cuius incommodi suspicione tenerentur, aut cibum haberent suspectum quem capiebant: ita fiebat, ut semper cum perturbatione uel biberent uel ederent, flatu simul hausto: qui si expellitur, simul exit cibus: si retinetur, mouet tormina. Ita que ruta prius comesta, & stomachum & reliquū corpus calfacit, ut spiritus ille inclusus discuti atque abigi possit. Erasmus in Adagiis.

OLIM moris fuit, quoties in cena merum uinum dabatur omnibus, ut dicitur, *Αγασθὴ ἀσκήσει*. Boni dei: qui post cenam aqua temperatū, acclamabatur, uisufas perturbationis signere: imbre uerò Iouis admisso, oblectationem eius suauitatemque manere, furoris & enervationis commodum corrigi narrat. Diodorus lib. 4.

VANDALI in conuiuio & comotationibus suis pateram circumferentes olim certis uerbis consecrabant, sub nominibus deorum, boni scilicet atque mali omnem profertam fortunam à bono deo, aduersam à malo dirigunt paterantes. Malum deum lingua sua Zereneboch, hoc est, nigrum deum, appellabant. Franzius lib. 3. Vandalia, cap. 37.

MORBOS PRÆCAVENDO. Apud GRÆCOS, eorum, qui tunc uel aqua inter extem sitat absumit, filij sedentes in aqua, pedes dum crematus sit mortuus, rigabant. Opinio erat enim, ita malum ad eos nõ transire nec accedere. Plut. de Sera num. uindicta.

MEDENDO MORBIS. Scriptū reliquit in Ethicis Theophrastus, ubi disputat, An mutetur cum fortuna mores, & corporis agitati affectibus desiccant à uirtute: esse corruptum PERICLEM amico cuiquam, qui ipsum iuicibat, amuleto ostendisse à mulieribus ex collo suo suspensum, quasi, cum eas etiam toleraret ineptias, grauitè admodum egrotaret. Plut. in Pericle. No dum Gordium quem ostendit Hercules, religiosum ac sacrum apud PRISOS fuisse, satis liquet ex iis Plinij uerbis, quæ sunt in Historia mundi lib. 28. cap. 6. Ac uulnera nodo Herculis præligere, mirum quantum ocyor medicina est.

CONVALESCENDO. BACHIRTI si quando à morbo reualuerint, canibus semetipfos obiciunt. Erasmus in Adagiis.

DIVINDO. Superstitio in Diuinatione quoq; magna. Et ferè quando religio, hoc est, superstitione tanguntur animi, uti lana lanam, sic signum trahit signum. *Videlicet Diuinationum.*

BASSIANI cuiusdam bona publicata sunt eò, quod de uxore diuino consulisset, utrum ea filium filiamue esset paritura. Ammianus Marcell. lib. 29.

LAPONES, quod manè animantis occurrat procedentibus, ex eo capiunt omen euentus dici, & idem in diem colunt. Zieglerus in Scandia.

SCOTI ueteres ad bellum excentes, occiso, quod primùm obuam occurrisset, animal, sanguine eius gladij cuspidem tingentes degustabant, ea sibi prospera fore auspicia pollicentes. H. Boethius in Scotia.

VOVENDO. Antiquitus opinio GRÆCORVM comprobata est, qui caprâ illam Iouis altricem, & ob id in syderum relatum numerum, conspexissent, quicquid uotis conciperent, eius cõpotes futuros. In Plutarcho Collectaneis. Idem in libello de Poetis audiendis, *σὺ δὲ ἄριστον πρὸς τὸν ἄριστον ἀγρῶν καὶ κτηνῶν ἐπιπέφω*, id est, Felix multorum agrorū possessor, cœlestem capram opum largitricem alens.

ORANDO. *Vide supra, Astrologias prædictiones.*

TIMENDO. Plutarchus in com. Quo pacto quis intelligere possit, se profecisse, scribit ANTIQVIS morem fuisse nomina digitorum edicere, his que in metu tanquam remedio futuris uti. Eius uerba sunt, *εἰ μὴ τὸ συμπεριπέφωτες τὸ τὸν ἰδίων ἐνομήσει δυνάτω, ἄλλ' ἄντι τὸς τὸς φόβος αὐτῶν ἐς ἀλεξικακίας, ἀσκήσει κρηναλί*

SUPERSTITIONIS FINIS.

PROPRIVS. Ignorantia ueræ pietatis Superstitionem parit. Ita quædam Dei cultus ab ipsa natura sit monibus humanis impressus, per se superstitionis sum, qui non propter quid aliud, quam quod Deum hac ratione colendum putans, hanc uel illam cultus formulam sequuntur.

IMPROPRIVS. CAUSA SYBDITORVM OPPRI-MENDO RVM.

Tradunt quidam, REGEM quendam Aegyptiorum priscum, superstitionis animalium cultum, in singulis ferè urbibus

periret *ἕως τῆς*, id est, Quidam enim edificunt suorum nomina digitorum, eiq; contra pauores uruntur, tanquam ad depellenda mala remediū habeant, paulatim singulos recenses. Erasmus in Adagiis.

Imperante Henrico IIII. constans opinio in Germania percrebuit, imminere orbi terrarū finem. BOIORVM primores isto seculo, undeuiginti ædes sacras mythis, monachis, uirginibus in Norico, in Vinclielia condiderunt. Et ingens uis mortalium, duodecim ferme millia, ex Germania in Palestina Hierosolyma uotis nuncupatis profecti sunt. Auentinus lib. 4. Annalium Boiorum.

CONSULTANDO, COMITIA HABENDO.

ROMANVS senatus adeò semper magnificè religionem, ut quotiescunque conueniret, idipsum quod primò proponebatur, ad religionem pertinere: nullaq; quaquam grauior causa, uel quæ celeritatem requireret, hunc morem antequam rebat: ut publicorum consiliorum, quemadmodum etiam aliarum rerum, diuino cultui primæ partes darentur. Varro ad Cn. Pompeium, in eo libro ubi ratio & locus habendi darent ostenditur.

Erat mos aspiciendorum comitorū apud Rom. ut cum præfatione deorum deamq; bonis faustiq; nominibus, ac diis bene iuuantibus, cõcilia inirent. Apud ARGIVOS uerò indistis comitiis, cum prætor in præfationis carmine, Iouem, Apollinem, atq; Herculem præfari solet, ut successus darent prosperos: postea Philippi nomen adiecerunt præfationi, assentationis genus. Alex. lib. 4. cap. 3.

CVRANDO. Apud Rom. pedes lecti, in quo Flamen DIALIS cubabat, suto tenui circūlitos esse oportebat, & de o lecto trino dium continuum non decubabat: neq; in eo lecto alium cubare fas erat: neque apud eius lecti fulcrum capillum esse cum strue atq; ferro oportebat. Gellius lib. 10. cap. 15.

CONCVMBENDO. MAZYSVS abstinet à mulierum congressu, nisi si quam bello cepit. Erasmus in Adagiis.

ITER FACIENDO. THEAGENES legitur usque adeò fuisse superstitionis, ut domi haberet Hecates simulacrum, nec usquam pedem moueret, nisi illo consulto. Erasmus in Adagiis.

BELVVM GERENDO. LACONES, si quando pactū auxilij poscerentur, lunas causabantur, atque hoc prætextu suffugiebant: quod, ut testatur Lucianus, legem tulisset Lycurgus, ne prælium inirent, nisi plenilunio. In cæteris item negotiis auspicandis, lunæ rationes superstitionis obseruabat: atq; hinc occasio pro uerbis, Laconicæ lunæ. Erasmus in Adagiis.

Scribunt POPROM. quoties hostium uim propulsarent, aut illatam iniuriam laceratè depellerent, quod minus arma sumerent, & hostibus obuam irent, nulla religione teneri, atrosq; & euitabiles dies nullis censere: illisq; tantū obseruare, cum inferenda in hostes arma, non propulsanda forent. Periatas enim diebus, uim cuiquam inferre piacularis est, propulsare non utiq; Alex. lib. 4. cap. 20.

SICCITATEM AMOLIENDO.

ROMÆ ad portam Capenam ad Martis ædem Manalis lapis fuit, qui in urbem delatus, pluuia excitare dicebatur: sicut aqua in Lycæi Iouis fonte, si quando siccitate laboraretur, sacerdotis manu querno ramo agitata, cogebat nubes, largosq; effundebat imbres. Et ATHENIS Terræ fuisse simulacrum Pausanias prodit, suppliciter à Ioue aquam expetentis, uero euentu, cuius ara in monte Hymetto uiscebatur, quæ Imbrion quasi pluuium Iouè dixere. Et apud INDOS in arce quam magi incolunt, dolium uidisse Apollonius tradit, quo aperto, in defectu aquarum nebulæ emittuntur, quæ totam Indiam imbribus humectant. Quod etiam documentum Democriti fuit, ut ad imbres excitandos, caput & colulum chamæleontis ligno roboris uri præceperit. Alexander libro 4. capite 16.

peculiarè lupi, erocodili, ichneumonis, accipitris introductis, ut populum temerarium & ad res nouandas proum diuersitate religionis distraheret, & multitudini alioquin uictæ occasionem perpetui diffidii daret. Siquidem cum animantes illæ insectæ & hostiliter se mutuo peterent, earum cultores in factiones quoq; sensim distracti sunt. Soli Aegyptiorum Lycopolitæ oue uescuntur, quando & lupus, quæ pro deo habent. Oxyrinchitæ cum oxyrinchum piscem Cynopolitæ manderent, canes eorum captos & immolatos ut uictimam uorauerunt. Hinc bello commiffi cum se inuicem claudibus affecterit, tum postea ab Romanis male multati pacem composuere. Plut. de Iffe, & Dioc. lib. 1. cap. 7.

ANIMANDI contra HOSTEM.
Vide Tit. Animare milites suos. Anxii diuini spe.
 Cum esset Xerxes ex superiore Doridis regione in Phocidem digressus, oppidaq; Phocensium flamma deuastaret: non tu lerunt Graeci supplicia, licet orarent Athenienses, ut ad ar- eendum à terra Attica bellum in Boeotia occurrerent, sicut ipsi obiecerant se ad Artemisium. Verum cum audiret eos nemo, sed respicerent Peloponnesum, omnesq; uires molit- entur intra isthmum contrahere, & murum de uno mari in alterum ducerent: ibi Atheniensibus restabat necessarium, ut urbe relicta, naues amplecterentur. Accipiebat id plebs mo- lestè: quòd aris focisq; relictis neq; uictoriam desiderarent, neq; uiderent salutè. Hic THEMISTOCLES ad inducen- dam multitudinem humanis desitutis consiliis, sicut in tra- goedia machinam erigens, prodigia caelestia & oracula ad- mouit iis. Ostentum mutatus est à dracone, qui per eos dies non fuit in adyto uisus: & libaminibus, quæ ei propo- nebantur quotidie, integris repertis, sacerdotes enunciaue- runt pro concione, dicendi potestate ijs à Themistocle fa- cta, dereliquisse Mineram uictoriam, & ducem se ciuibus ad mare præbere. Iam oraculo populum traxerat, nihil aliud docens muro ligneo quam naues ostendi, atq; idcirco no- minari diuinam à deo, non miseram neque infelicem Sala- mina. Plutarchus in Themistocle.

FAB Max. Dicator, à diis orsus, cum doceret populum, ne- gligentia & contemptu caeremoniarum à cõsule C. Flamini- o ad Trasimenum peccatum esse, nõ ignauia militum, admo- nit, ut ne hostes timerent, at deos placarent, colerentque: non illi quidem quòd superstitione animos implicaret, imò ut uirtutem confirmaret pietate, & spe diuinæ opis formi- dinem eximeret & elucaret hostilem. Eodem tempore li- bros consuluit Sibyllinos, & conuocato populi cõsilio, uo- uit diis immortalibus, quod eo anno uer atulisset ex capri- no, suillo, ouillo, bouillo grege, intra fines Italiae, campos, flumina, præta statum, id omne se immolaturum (Liuus li- bro 22. cap. 34. id Veri sacrum uocat) Simul ludimagnum uoti, Plutarchus in Fabio.

OBEDIENTIÆ EXCITANDÆ.
LSYLLA, quòd paratiorum militem ad pugnam habere, prædici sibi à diis futura simulauit. Postremò in conspectu exercitus, priusquam in aciem descenderet, signum modicè amplitudinis, quòd Delphis sustulerat, orabat, petebatq; ut

promissam uictoriam maturaret. Frontinus lib. 1. cap. 11.
FYGE EXCVSANDÆ.
 Suenonem III. Danorum regè, à Canuto & Valdemaro pul- sum, HENRICVS Saxoniar. rex reducere studere. Acubi Valdemarum instructo exercitu obuium prodire audiuit, metu territus occasionem à tẽpore mutuatus est. Ne enim ob piscium raritatem solenne ieiunium solueret, simulata alimentorum inopia, ignauia studium religionis nomine colorauit. Iter igitur, quod semestri spacio uenientes con- fecerant, triduo remens sunt, multis impedimentis relictis. Saxo libro 14.

SALVTIS.
 Apud Ptolemqum Dionysium regem Aegyptiorum, qui spiam DEMETRIUM Platonium accusauerat, quòd in Baccha- nalibus aquam biberet, solusq; omnium muliebribus non uictiretur. Quòd, nisi accessit ad regè manè palam uiro libasset, & uictus muliebrici amictus ad numeros dithyram- bicos, cymbalorumq; modos fallisset, de eo planè adum e- rat: quòd & regium exemplar non effecimitatus, & asper- naretur Dionysiorum mollitiem. Athenaeus.

QWESTVS, LVCRĪ.
ION ædituus, qui puer Delphis expositus fuerat, Apollinem, in cuius templo abatur, patrem uocabat, propter quoti- dianam uictus beneficia. apud Eurip.
 Τὸν δ' ἀφ' ἐλευθέρου ἐξήλθε, πατρίδ' ὀνομαζόμενον ἰόν.
 Eum qui utilis mihi est, patris nomine uoco. Item:
 Φαίβῳ θεοῦ ἄνδρα, καὶ λήξω
 τῆς βροτοσύνης ἀεγέσσοντα.
 Phœbo meo seruiam, neq; desinã eos qui me alunt colere. Exercuerat IVDÆVS quidam sub Arcadio impositio eiusmodi fraudem, ut cum rebus necessariis indigeret, Christianic- mum subito simularet, & baptisterium peteret, qua impos- tura pecunias multas à Christianis extorquebat. Cumque hac arte pluribus imposuisset hæresibus, tandem etiam ad Paulum uenit. Nouatianorum episcopum Constantinopol- li, obsecrans ut baptisimatis ei lauacrum impertiret. Paulus post traditam Iudæo doctrinam de fide, & completos ieiun- iorum dies, paratis quæ ad baptisimũ necessaria erant omni- bus, eũ ad baptisterium ducit. Ibi aqua in ipsa corymbethra bis cunauit, & Iudæus dolus fassus est. Socrates lib. 7. cap. 17. & Sigebertus an. 416.

SUPERSTITIONIS
ASSIDUITAS.
LYCVRGVS quaerenti, Quid hostias adeò exiguas & uiles præcipisisset? Ne unquam, inquit, deum intermitamus co- lere. Plutarchus in Apophthegmatibus.

BESTIA Appia, mulier Atellana, Capuæ habitans, quotidie sacrificauit pro populi Romani salute, Hannibale Capuam tenente. Quapropter à populo Romano libertati ac bonis postea restituta est. Liuus lib. 26.

ACCIDENTIA.
 quos thesas ducentium elanguisset, itemque si læua manu prehendisset auriga habenas, supplicationem decernebant instaurandam. Olim unum sacrificium tricies instaurant, quòd semper aliquid delicti uel offensonis interuenisse di- cretur. Tanta religio erat erga deos populi Romani. Plu- tarchus in Coriolano.

DILIGENTIA, ALACRITAS, STVDIVM, FERVOR.
Exempla diligentia in sacris, pete ex Tit. Correctio su- perstitiosa. Negligentia in sacris.
 Cum Vulcani opera, Iupiter Palladem discisso cranio edidit- set, in Rhodo insula, Sol ciuibus Rhodiis auctor fuit, ut Mi- neraam apud senaram extructa ara uenerarentur. R H O- diis igitur sine igne ad sacrum properantibus, inconsideran- tiam hanc ex religioso seruore prouenientè Iupiter imbre auro supplcuit, eosque Minerva in statuariæ arte summos fecit artifices. Pindarus ode 7. Olympiorum.

ANAXA GORAS philosophus, rogat, Ad quid natus esset? Collum, inquit, ut spectem. De patria quoq; appellatus, ceu parum hæc sibi esset cura: Imò hanc curo, respondit, digito caelum ostendens. Sabellicus libro 2. cap. 1. Et tamen hunc Athenienses, uel etiam Socratem, impietatis condemnare non sunt ueriti.

NUMA Pompilius, secundus Rom. rex, instituit, ut in profes- sis & omnino in sacerdotum festis, per urbem præcones præcederent, qui quiescere ciues, & ab operibus desistere iu- berent. Quemadmodum enim Pythagoras non permitte- bat homines per transitum adorare deos immortales, sed continuò ex ipsa domo mente ad id paratos pergere: ita & Numa decere ciues existimauit, neq; audire quicquam re- rum diuinarum, neq; aspiciere per desidia atq; negligenti- am, sed uacare à cæteris oportere, mentemq; adhibere, perinde ut rei ad pietatem maximè oportuna: deniq; crepi- tibus, strepitibus, gemitibusq; & quæcunq; huiusmodi ne- cessarios uulgarium artium labores consequuntur, uas ua- gias caeremoniis præstare. Plut. in uita Numæ.

Sacrificia supplicationesque & ludos solebant ROMANI ex- aminutula etiam occasione instaurare. Siquidem si unus e-

PERSEVERANTIA, CONSTAN- TIA SUPERSTITIOSA.
IEPHTHA Israelitarum iudex, cum uouisset, si uictoria aduer- sus Ammonitas potiretur, quòd primum in patriam reuer- tens obuium habuisset, se sacrificaturum: in filiam, quam u- nicam habebat, primum in cidit. Lacrymarumq; ac moestitie plenus, maiore parum prudentis uoti, quam paternæ pieta- tis habita ratione, neque illud respiciens, quòd parum gra- tæ Deo eiusmodi uictimæ forent, post aliquot dies filiam in holocaustum obtulit. Iudicum 11.

AE GYPTII Saturnũ & Serapim non prius coluerunt, quam Ptolemæorum tyrannide fuerunt oppressi: ita tamen imp- rio illorum paruereunt, ne religionis suæ mores confunde- rent. Itaq; cum pecudibus aur sanguine deos placare, pia- culum esse ducerent, sed precibus & thure solo: Saturno au- tem & Serapidi diis aduenis hostia pecudum atque etiam humanæ mactandę essent: fana eorum extra pomerium lo- cauerunt, ut & illi sacrificij solenni sibi cruore colerentur, nec tamen urbana templa pecudum morte polluerentur. Nullum itaq; Aegypti oppidũ intra muros suos aut Satur- ni aut Serapis sanum recepit. Macrobius Saturn. lib. 1. c. 7.

AL CIBI ADES in patriam ab exilio reuersus, cum à Sparta- nis munita Decelea esset, & infestam hostes, qua itur Eleusi- na, uiam tenerent, nullam caeremoniã, quæ per mare age- bantur, specieim habebant: sed prætermittabantur necessa- riò sacrificia, tripudia, atq; multa quæ in itinere agebantur sacra, cum lacuum deducunt. Præclarum itaq; existima- uir Alcibiades, & ad eorum religionem & ad hominum lau- dem, ut sacris ueterem ritum restitueret: prosequens terre- stribus copiis sacrum & præter hostes stipans. Siquidem A- gium se maiorem in modum, si quiesceret, deicaturum & fra- cturum, aut sacram & piam pugnam de sanctissimis & ma- ximis caeremoniis in conspectu patriæ initurum, atq; om- nes habiturum ciues uirtutis testes suæ. Vbi hæc ei delibe- rata

LIBER I.

rata sunt, Eumolpididq; & præconibus denunciavit, specula- tores posuit in uerticibus montium, & lucis principio certos antecessores præmittit. Sacerdotes, mystas, & mystagogos accipiens atq; armis tegens, ritè deduxit & sine strepitu, am- plumq; exhibuit & angustũ illius spectaculũ expeditionis, quam appellabant candidi Hierophantis & mystagogi fun- ctionẽ. Quia uerò adorti eum nullus ausus est hostium, re- ductis in urbem sacris, sustulit animos, præteramq; in eam euexit existimationem, in exuperabilis & inuisita ut habere- tur suis auspiciis. Infirmã uerò & egenã plebem usq; ad eũ il- lexit, ut nihil æquè atq; eũ aueret tyrannũ habere, diceretq; nonnulli & eum adirent hortantes, in uidiã opprimeret, ple- bis itaq; leq; tolleret ac nugatores, qui euerterent Remp. quòd citra calumniarum metum ageret. Plut. in Alcibiade.

Cum Athenienses ob neglectã cõsuetudinem ad Arginusas decem Prætores capitis damnassent, iamq; à litioribus ad necem trahendi essent: DIOMEON unus ex prætoribus, in concione prodiit, inquit: Quod à uobis in capita no- stra decretum fuit, oro felix faustum existat huic populo: uo- ta uerò quæ pro uictoria de Lacedæmoniais omnium maxi- mè illustri diis per uos uocata fuerunt, quandoquidem fortuna nos prohibet, uestra potissimum interesse uiderur, ut soluantur curare. Igitur Ioui liberatori, Apollini, deabus uenerabilibus persoluite. Horum namque inuocatis numi- nibus debellauimus hostes. His dicitis uir optimus cum re- liquis ad desinatam supplicium ducitur, cum maxima opi- mi cuiusque ciuis commiseratione & lacrymis. Diodorus lib. 13. & Val. Max. lib. 1. cap. 2.

Roma capta, circumfederalant Galli Capitolium, in unum præ- cipitiè opus intenti, ne quis hostium ex arce euaderet. Erat Fabia genti in Quirinali colle animaduersarium constitu- tum, cuius ritè peragendi quum itatus dies forte adesset, C. FABIVS, ne gentile sacrum stationes sacra manibus ferẽs, nihil ad illorum clamores & minas territus, in collem euasi- rit. Peracto sacro eo dem uultu & constantia in Capitolium est in columis reuersus, incertum, Gallis miraculo rei atto- nitis, an religione moris, cuius gẽs ipsa haud quaquam ne- gligens esset. Sabellicus. En. 3. lib. 5.

Macheo duce exulum Carthaginem obsiditẽ (ob rem autem male in Sicilia gestã exulare iussi fuerant) CA RT A LO Ma- chei F. ex Tyro reuersus, quòd publicè fuerat missus, ad decimas Siciliensis prædæ Herculi soluendas, quum præter ca-stra iter faceret, à patre accessus, publicæ religionis mun- sus dixit se obire malle, quam priuato officio fungi. Tulit superbum filij responsum Machæus iniquo animo, religio- nem tamen reuerentis, uim illi inferre non est ausus. Nec ita multis interiectis diebus, Carthago commeatu in castra à ma- gistratibus impetrato, cum purpura & insulis, cæterisq; sa- cerdotij ornatu, ad patrem uenit, sed ab eo in altam crucem cum ipsis sublatu est insignibus. Sabel. lib. 9. En. 3.

Cum aliquando Romæ ludj Circenses Apollini celebrarentur, & Hannibal nunciatus esset circa portam Collinam in- gressus: omnes iæptis armis concurrunt. Reuersi postea cum piaculum formidant, inueniunt saltanrem in circo SE- NEM quendam: qui cum interrogatus, dixisset, se non inter- missis saltationem: ductum est hoc perieburium: Salua res saltante senẽ. Verius apud Festum Pompeium huiusmodi fabulam adfert: C. Sulpitio, & C. Euliuo cõsulis, M. Cal- purnio Pisone prætoris urbis faciente ludos, subito nuncia- to hostium aduentu, è foro ad arma cõcursum est. Sed post- quam uictores redissent in theatrum, ne ludi intermissi religio- nem adferrent, & instaurari oportere dicerent, in uentum est ibi C. Pomponium libertinum, hominem grandem na- tu, ad tibicinem laltasse. Itaq; gaudio non interruptæ reli- gionis æditam uocem, nunc quoq; celebrari aiunt prouer- bio, Omnia secunda, saltat senex. Erasmus.

ROMANVS Senatus post Cannensem cladem decreuit, ne matronæ ultra trigessimum diem luctus suos extenderent, uti ab his sacra Cereris peragi possent: quia maiore penè Romanarum uirium parte in execrabili ac ditro solo iacent- es, nullius penates mœroris expertes erant. Itaq; matres ac filias, coniugesq; & sorores nuper interfectorum, absteris lacrymis, deposuissentq; doloris insignibus, candidam induere uictam, & aris thura dare coactæ sunt. Quæ quidem cõstan- tia obtinendæ religionis magnus caelestibus iniectus est ru- bor: si diis placet) ulterius aduersus eam fœuendi gentem, quæ ne iniuriarum quidem acerbitate ab eorum cultu ab- sterrerit poterit. Val. Max. lib. 1. cap. 5.

NE RO Celsar, ne qui nisi Romani dij patrio more colerentur, nec à uetustis caeremoniis decederent, edixit. Alexand. ab Alexan. lib. 4. cap. 5. ex Suetonio.

Sub Vespasiano in Aegypto plurimi IVDÆORVM excrcia- ti sunt, quòd ut Cæsarem dominum aut quenquam alium præter Deum profiterentur, neq; horationibus ullis, neq; minis compelli poterunt. Nullus igitur aut flexus, aut æta-

ris respectus fuit. Pueri & adulti per uarios sunt cruciatus necati. Sabellicus lib. 3. En. 7.

RICHARDVS Frisonum dux, Volfradi Senonensis episcopi, uiri religiosi & sancti suaui & adhortatione commotus, ut Christianam assumeret fidem: quum iam baptismatis laua- cro tingeretur, altero pede immerfo tantum, querebat, Plu- réne maiores sui in inferno, an in paradiso cohabitarent? Responsum accepit, plures esse in inferno, tum educto pede à baptismate: Satius est, inquit, plures sequar quã paucos: ibo quòd maiores mei me uocant: & relicta Christi fide, ad pristinam se conuertit superstitionem. Sed non diu lætatus hoc contemptu, tertia die subita morte correptus, interit cru- delissimè. Cuspinianus in Cæsariis.

Superstitio Slauica Suantouiti Rugianorum idoli diu inter BOEMOS uiguit, donec Vencellaus, princeps Boemiar, im- petratu ab Othone Cæsare diui Viti reliquias, religionem mutauit. At ne sic quidem memoria Suantouidi delere qui- uit: quippe qui nunc quoq; nullam magis solennem saluta- tionem habet, quam eam, quæ fit sub Viti nomine: exceptu ri enim uel hospitem uel amicum peregrè aduenientem, Vi- teci, Vitei ingeminant, quasi à Suantouito concessã salutis congratulantes: quia fortè ita euenit, ut peste inter uici- nos increbescente, ipsi duntaxat, qui Suantouitum colebãt, à contagio integri & in columns permanserint. Dubrau. l. i. Ex Hispania quingenti & amplius, haud unius cultu religio- nis VIRI initiat, quia Ferdinandi regis Catholici, Christianæ pietatis obseruantissimi, edito emendatiũ uitam agi- tate cogerebantur, stareq; ueteri religionis instituto, in Mau- ritianam uo agmine transfugerunt, ut inter impios impie- agerent, flagitium post Christianam fidem conditam inau- dirum. Sabellicus lib. 9. Enead. 10.

Constantiæ ludæi superstitionem suam abiurare cogebantur, aut perire, anno Domini 1348. Anno post IVDÆVS facti pœnitens, igne domui subiecto se cum filiis duobus exul- sit ex alto clamans, Iudæum sese mœnturum. Quo incen- dio uicinia tota conflagrauit. Anno 1590. IVDÆVS alius flexis genibus consulem rogauit, ut extremo afficeretur supplicio, quòd suam religionem deseruisset. Qui cum nul- la ratione ad sanioiorem mentem redigi posset, uiuus exuri- tur. Stumpsius.

FRVCTVS SUPERSTITIONIS.
BONVS.
 Cum captum esset Ilium, Achium miserati captiuorum ærum- nas, per præconem denunciarunt, ut singuli ex liberis ciuib. quòd uellent, unũ aliquod fecũ auferrent. AENEAS igitur cæteris neglectis, cum deos penates exportaret, Graeci pie- tate uiri permoti permiserunt, ut id quoq; quòd post deos chatissimum haberet sumeret. At ille parentem Anchisen ex- tulit. Tum maiori adhuc pietatis admiratione ducti, cha- rissima quæque illi indulsere: obsecrante consentiens, eos qui in deos pij essent, etiam natura inimicos, non iruerentẽs tractandos esse. Aelian. lib. 3. de Var. histor. Xenophon in Cy- negetico, & Q. Calaber lib. 13. & Virg. Aen. 2.

AE THIOPAS aiunt suã erga deos pietatis præmium tulisse, qd nunquã ab externis regibus subacti sunt: semper enim liberi permanserunt. Etenim cũ multi magnis copiis appa- ratuq; aduersus eos profecti sint, nullus tamen eorum imp- rio potius est. Cæbytes quippe maximis uiribus Aethiops aggressus, & exercitum amisit, & ipse periculum subit uitę. Semiramis & consilij magnitudine, & reru gestarum fama excellens, cum Aethiopiã intrasset, de sp̄ratione rerum su- bitò abscisit. Hercules quoq; & Bacchus uniuerso peragra- to orbe, solos Aethiops etiam Aegyptio conterminos, tum propter eorum in deos cultum, tum quia inexpuugnabiles uidebantur, intactos reliquit. Diod. lib. 3. cap. 1.

Ferunt templum Iolao nepoti ab Hercule constructum, tantæ maiestatis INCOLIS fuisse, ut si à solitis desicerent sacris, muti euaderent: rursus si sacra se perfecturos uouerent, in- pristinam restitui sanitatem. Alex. lib. 2. cap. 14.

PA VSANIA Spartanorum rex, ad Plataeas cum extra mili- tum stationem sacra faceret, à Lydis, qui à Mardonij parti- bus stabant, circumuentus est, qui omnem sacrificij appa- ratum dissecerunt. Ipse tamen diis ducibus, cum in crinis esset, loris Lydos in fugam uertisse, & multos occidisse dicitur. Plutarchus in Pausania.

PHILIPPVS Macedo, qui contra Phocenses sacrilegos pia- tulit arma, Sacro bello confectõ, indies res suas auxit, tan- demq; pietatis suę beneficio ab uniuersa Græcia imperator appellatus est, & suum regnum amplissimum omnium quæ essent in Europa effecit. Diod. lib. 16.

COMATES in Sicilia, heri diuitis pecora pascens, consuue- rat nonnunquam Musis aliquid de gregibus domini offer- re. Id cum rescuisset herus, duriter seruulum increpauit. O- rat Comates, ne succenseat: fore enim, ut Musarum benefi- cio omnia cumulatè reddantur. At herus, Age (inquit) expe- cte 4 riamur,

riamur, an Musæ te sint alitura. Et feruum in arborem excava-
 uatam incluit, atque ab eo discessit, relicto, ut fame more re-
 tur. Exaucto anno, cum ad eum locum rediisset, feruum uiuif-
 atq; incolumē inuenit, & multum fauorum circum eum in
 arbore, unde uisitauerat inclufus. Apes enim in eam arbo-
 re per rimas penetrantes, suauiter ipsum aluerant. Ex Theo-
 crito Gilbertus Cognatus lib. i. Narrationum.
L. LV CVLLVM, qui Mithridatem uicit, maximis opibus &
 honoribus auctum esse ob eam causam putauerunt Rom.
 quod uotum Herculi factum persoluisset abunde. Alexand.
 libro tertio, capite 22.

MALVS.
ACHAZ rex, filius Ioathā impiissimus, clausit ianuas templi,
 & in ualle Gehennon adorauit Baalim, & filium suum ido-
 lis consecrauit. Ita ut auferret altare aeneum, quod Salomō
 fecerat, & poneret in templo Dei altare idolorum: cuius e-
 xemplar de Damasco acceperat. Iustē igitur à Domini auxi-
 lio derelictus est: & confurrexerunt aduersus eum Rasin
 rex Syriæ, id est, Aram: & Phacea filius Romelie, rex Israel in
 Samaria, & uenerunt in Hierusalem ut expugnarent eam.
 Hieronymus com. in Esaiam lib. 3. cap. 7.

QVI deorum simulacra instituerit, & metum deorū homini-
 bus ademerunt, & errorem addiderunt, inquit Varro apud
 D. August. lib. 4. cap. 9. de Ciuitate Dei.

Apud priores **ÆGYPTIORVM** reges sapiens desciscente po-
 pulo, Quidam prudentia prestans Aegyptum in plures par-
 tes diuisit, edixitq; quæ animalia separatim colerent, à qui-
 busq; eibus abstinerent. Eo consilio, ut cum quique certa a-
 nimantia pro diis haberent, quæ ab aliis colerentur contem-
 ptis, alteri alteros perosi, nequaquam simul aduersus princi-
 pes conspirarent. Quod & secutum est: cum diuersorum fi-
 nium homines inuicem dissentirent, & mutuo sibi cultus
 impietatem obicerent. Diodorus lib. 1. c. 7. & Plut. de Iside.

Cambyfes, Pelusium oppugnans, cum **ÆGYPTII** fortiter re-
 sisterent, catapulitis in hostes tela iacentes, obiectis anima-
 libus, quæ Aegyptij tanquam deos colunt, occupauit. Po-
 lyenus lib. 7.

ARTEMISIA Cariae regina, cum Latum oppugnaret, ar-
 matas copias occultauit: ipsa uero cum eunuchis, mulieri-
 bus, tibicinibus ac tympanistis in lucum Matris deorum,
 qui septem stadiis ab urbe distabat, sacra peragens, accessit.
 Latmii autem aduenientibus, & pietatē eius contemplan-
 tibus admirantibusq; ii, qui latebant, confurgentes, urbem
 inuaserunt, obtinentes eam fistulis ac tympanis, quam ar-
 mis non poterant obtinere. Polyenus lib. 7.

AGAMEDES & **TROPHONIVS**, cum Delphis templum
 condidissent, & mercedem ab Apolline petiissent: septima
 die se eis redditurum promisit, atque ut in creca epularen-
 tur, præcepit. Cum paruissent, septima demum nocte dum
 quiescerent, interierunt. Plutarchus in Consolatoria oratio-
 ne ad Apollonium. Pausanias tamen mortis illorum aliam
 causam affert.

NI CIAS Atheniensium dux, dum umbram extimescit defi-
 cientis lunæ desidens, muro ab hostibus circumuallatus,
 cum quadraginta millibus capium contrucidatorum, uel
 uiuorum captiurum in deditiōnem concessit, ac turpiter ui-
 tam deposuit. Plut. de Superstit.

METELLVS pōtifex, Vestali æde fortuitō igni flagrante, per
 medias flammās Palladium incendio subtraxit. Cessit illi
 audax conarus prosperē. nam de simulacrum seruauit: sed
 res feliciter cessisset, si uisum non amississet. Fuit tamē clades
 illa religioſa mentis, & immodica caritatis in deam testis
 locupletissima: fuit & ornamento. datum est enim ei à Rom.
 tantę pietatis admiratoribus, ut curru ueheretur in curiam:
 qui honor nulli eius ordinis ad id tempus contigerat. Sa-
 bellicus libro 5. cap. 1.

Cn. Pompeius Hierosolyma potitus, templū oppugnabat mu-
 nitissimum. Erigebant Romani aggerem, ut fossa completa
 templi murum machinis quaterent. Verum **IVDAEI** opus
 egregiē impediabant, & nisi patrius mos illis fuisset, per
 otium septimum quemque diem exigere, non potuissent
 absoluere aggerem: prohibere enim uim inferentes lex per-
 mittit, sed opus facientem hostem impedire non sinit.
 Quod ubi animaduertent Romani, sabbatis neque emi-
 nus incessabant telis **Iudæos**, neque manus cum eis con-
 ferebant: tantum erigebant aggerem & turres, machinā-
 que admoebant, ut eis postmodum aduersus **Iudæos** uti pos-
 sent. Sic tandem concussa turri maxima machinis à Tyro
 aduectis, eaq; collapsa, templum tertio mense captum est,
 die ieiunij, 179. Olymp. C. Antonino, M. Tul. Cic. Coſs. Iose-
 phus lib. 14. cap. 8. Dion, Strabo.

Vespasianus IVDAEIS Saturni die (quo eis nefas est quicquā
 sciriæ rei agere) a dorsus superauit. Front. lib. 2. cap. 1.



HAYMAR Saracenorum dux, in honorem Mahometi tem-
 plum Hierosolymis extruxit. In quo tandem orans à Persa
 quodam interfectus est. anno Domini 647. Sigebertus &
 Paulus Diaconus lib. 19. rerum Rom.

HARALDVS V. Danorum rex, solis sacrorum officiis dedi-
 tus, impunitas omnium noxas enerui legum indulgentia
 præterit. Saxo.

Arce **VORDENSTEIN**, principes Brunſuicenses occupa-
 rant, Bremensi archiepiscopo ademtam. Præualuerat in eo
 oppido superstitio magna. Pastor quidam Otbertus, uanā
 sanctitatis imaginem præ se ferens, putabatur sancta red-
 dere quæcunq; tangeret. Ingens hominum concursus fit:
 contingere manus sineretur. Hanc superstitionem aluit ar-
 cis præfectus, quod oblationis nomine multa congererent,
 qui accurrebant. Hac occasione freti ministri archiepisco-
 pi, specie peregrinorum, uisendi hominis sancti gratia ue-
 nientium, ab arcis custodibus intronissi arcem receperunt,
 & Otbertum ad stiuam redire compulerunt.
 Cranzius libro 7. Metropo-
 leos. cap. 49.




LIBRI SECVNDI
 TITVLORVM
 DISPOSITIO.




LIBRI

SVPERSTITIO Distributa erga Deum considerari potest dupliciter. Partim respe-
 ctu

i. Spe?



I. Spectare igitur uideatur Dei Beignitatem



Voluminis Decimiseptimi

Liber II.

DE SUPERSTITIONE Distributiua erga DEVM.

DEI CVLTVS SVPERSTITIOSVS. RESPECTV EIVS QUI COLITVR. PVTA DIVVS.

Seculo quarto post Christum quædam mulieres ARABVM currum siue fellam quadratam ornâtes, ex passio super eam linteo, per aliquot dies panem proponebant, & offerebant in nomine Mariæ. Omnes autem de pane participabant. Item habebant imaginem Mariæ, quam adorabant, & offerebant ei collyridem seu placentam. Epiphanius lib. 3. tomi 2. hæc res 78. & 79.

DÆMON.

Duodecim fuerunt apud ROM. dii Consentes, sex mares, & sex feminae: quorum imagines auratæ stabant apud forum, ut refert Varro libro 1. Rei rusticæ Hos Ennius disticho est complexus:

Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Consentes appellant, quasi consentientes in eo quod est gerendum. His enim utitur uelut consiliariis Iupiter in maxi-

GENS SVNONVM templum olim habuit, quod Vp sala dicitur (sedes hodie metropolitana regni ibi est) non longè à ciuitatibus Sicrona & Bira. In hoc templo (quod totum fulgebat ex auro) itatus trium uenerabantur deorum, antequam Christo crederent. Potentissimus Thor, in medio triclino strato puluinarî colebatur. Hinc inde latera eius cingebat Vuodan atq; Frisco. Thor, inquit, præsidet in aere; tonitrus & fulgura, uentos & imbres serenitateque gubernans, fruges administrat cum fructibus uniuersis. Alter Vuodan (hoc est fortior) bellis præsidet, hominibusque fertur in hostes uires subministrasse. Tertius Frisco pacem & uoluptatem moderatur: cuius etiam simulacrum turpitudinem præ se ferebat. Vuodanem sculpunt armatum, ut alij Martem: Thor autem cum sceptro Iouem uidebatur exprime. Arbor incognita iuxta templum stabat ingens, patulis diffusa ramis, æstate & hyeme iuxta uires. Fons scaturiebatur ad locum sacrificiorum. Sacrificaturi, hominem hic immergere uiuui: qui si facili mergeretur, factum renuntiabant uotû. Aurea catena fertur cinxisse templum, ad moeniana domusque fastigia suspensa late, rutilans accessuris. Nam templum in planicie situm, montibus ambitur. Si pestis aut fames ingruat, Thor ipsi sacrificabatur: si bella, Vuodan: ad nuptias in eadæ Frisco supplicabatur. Post nouennium totius regni celebritate templum uidebatur: ne regibus quidem immunitas à mitendis donariis. Reges aliquid Christiani, quod sacrilego à cultu huiusmodi abstinerent, regno sunt deieci. Nouem diebus sacrificia peragebantur, nouem per singulos dies animantium genera (in quib. & homo) sacrificabantur. Cranz. in Sueciæ præfat. Deumum nuncupatum cacodæmonem ueneratur Rex empotij India: celeberrimi CALECVT, confusus illi factam à Deo potestatem iudicandi orbis terrarum, & tribuendi uicuique pro benefactis uidelicet & malefactis mercedem meritam. Eius imaginem ut monstrum horrendum ingens, sedentem capite redimito diademate, Romanorum pontificum modo, scribit Ludouicus Romanus patricius lib. 5. Nauigat. cap. 2. regem habere in sacello suo. Hoc autem illi accedit, quod diademata ipsius ternis insignitur cornibus. Deum uerò maximum Tamerani appellant incolæ.

SAOGITARYM rustici demoni Ziemniack sub finem Ostobris sacra faciunt, omnis generis animalia domestica baculis ad mortem usque percutientes. Alexand. Guagninus in Lituania.

SIDERA.

Ab CAARENIS Lunus deus eximio uenerationis ritu colitur: quoniam sit ab prudentissimis traditum, qui Lunam femineo credat nomine appellandam, itaque habendam profum, mulieribus mancipatum deliciis uitam trāmissurum, seruitutis onere ingestibili. At qui masculorum decuriæ ascribendam censuerit, eum uerò uxori pro arbitrio iniecerunt frenâ, reclinatis facili uel elusis perruptisue insidiarum tendiculis omnibus. Nam Græcis quoque Aegyptiisque, etiam si uti feminam uidentur enunciare, mystico tamen sensu deum planè credi. Cælius lib. 20. cap. 7. A. L. ex Strabone.

In foro PHIASIORVM, capra ex ære magna sui parte inaurata conspiciunt, ob eam causam dedicata, quod fidus, quæ Capram uocant, ortu suo uitibus perniciem afferre consueuit. Ne itaq; coelestis capra uinctis noccat, forenses illam ex ære cum aliis afficiunt honoribus, tum uerò auro eam exornant. Pausanias in Corinthiacis.

Caniculæ à ROM. olim rutilæ canes, ut ait Atteius Capito, canario sacrificio pro frugibus, ad sedandam tempestatem immolabantur. Cui ab Aristeo Arcade edoçi, singulis annis eiusdem exortum seruatur cum armis, eidemq; rem diuinâ fecerunt ad impetrandam pluuiam. Cælius lib. 17. cap. 27. Antiq. Lectio.

Mos erat antiquis adorare solem, quem deum existimant, & à PERSIS præcipuè colebatur, nomine Mithræ: item apud AEGYPTIOS Osiridis, apud GRÆCOS Apollinis, apud alios aliis atq; aliis nominibus. Hunc orientem salutabant religionis causa. Quem morem tradit Socrati fuisse Plato. Fertur & ab Elephantis odorari solem in exortu. Salutabantur & occidens, sed à paucioribus. Erasmus in Adagiis.

Apud PHONICES colebatur Sol, quem sua lingua Helio-gabalum uocabant. Erat autem lapis maximus, teretior ab imo, sensimq; fastigiatus, propemodum in conifuram, niger illi color, quem indigenæ iactabant caelo delapsum. Vi sebat in lapide forma quædam, quam Solis uulgo esse arbitri, haud humano artificio fabricata. Huius sacerdos fuit Bassianus, iam annos quatuordecim, cum à militibus propter formam, & quia Caracallæ filius credebatur, in Imperatorum electus est, cæso Macroino. Herodianus.

REXES rex Persarum, transmissis exercitu per pontem in Bosphoro, sole exorto ex aurea phiala libans, in mare apud solem uota concepit, ne quid sibi aduersi contingeret, quam Europam totam subegisset. Phialam in Hellepōtum

LIBER II.

3121

abiecit, aureumq; craterem ac gladium Persicum, quem a cœnace uocant. Herod. lib. 7.

M. MARCELLVS ab equo in pugna lapsus, solem supplex adorauit. Plur. in uita Marcelli.

AVILONARES sub polo solem ob semestre lumē, lunam similiter ob nocturnos radios adorant. Olaus lib. 3. c. 2.

In insula THVLE præcipua solennia sunt, quæ quotannis in honorem solis celebrantur, quando speculatores ex altissimis montibus nunciant, Solem redire ad ipsorum horizon tem, cum antea uerno tempore dies 40. integras noctes habuerunt, sicut & in Autumno dies 40. continuâ lucē. Procopius de bello Gothorum, lib. 2.

TARTARI Solem ac Lunâ adorant: item elementa quatuor, quibus ante prandium ciborum & porus primitias libant. Bonfinius lib. 8. Dec. 2.

Mahumetani uarias habent sectas: unam eorum, qui ELAVTED, hoc est, Trunci appellantur, & uilissimo habitu Africam circumueunt, stellas unum Deum esse asserentes, & nullam legem neque fidem erroneam, cuique enim adorare licere, quod sibi uideatur. Horum unum in foro Alcairi se palam cum primaria femina è balneo egressa congredi uidisse Ioannes Leo lib. 3. cap. 43. Africa, affirmat: omnes mox accurrisse, & uestes mulieris tanquam sacrosanctas manibus tetigisse. Maritum, cognito facinore, deum benedixisse, solenni quoque & elemosynis gaudium suum testatum, qui dignus habitus esset, cuius uxorem propheta simulato concubitu diuini replet charismatis.

IGNIS.

Deignis cultu apud ROMANOS simul & alias gentes, abunde Cælius lib. 15. cap. 14. & 15. Antiq. Lect.

LITVANICA gens olim ignem pro deo colebat, & cum in celebrioribus locis atque oppidis perpetuum asseruabat. Fulmini quoque quod Percunum uocabat, diuinum honorem tribuebat. Cromerus lib. 15.

VENTVS.

Apud Methana oppidum in Isthmo agri TROEZENIORVM Africanus & Saronico sinu agrum & uineas persians, nouos pampinos acriter torret. Id quoties accidit, uento etiamnum spirante, uiri duo gallum gallinaceum albis alarum pinnis in cōtrarias partes distractum lacerant, ac deinde dimidiat uterq; galli partem præferens, cum cusu uitæ ambiunt: mox in eum ipsum locum unde currere ceperunt rursus congressi, a uento ibi desodiunt. Hoc ab illis excogitatum est, tanquam presentissimum remedium contra noxios Africi status. Pausanias in Corinth.

THVRII Boreæ uti deo uota persoluerunt, quod Dionysij classem, quam ad eorū excidium parauerat, funditus eueritisset. Acl. lib. 12. Var. hist. Idem MEGALOPOLITAS fecisse Pausanias testatur.

AVGVSTVS Circo, ne Galliam rapidè infestaret, uotû exoluit, & sacrum fecit: cuius tanta plerunq; uis erat, ut testia auferret. CALABRI Iapygi, Apuliuento Apulo, Athenæ Scironi, Pamphylij Gagneo, ne incolæ tabe afficerent, né ue arua depopularentur. Xerxe in Græciam innumerabiles copias ducente, Delphicum respondisse Græcis oraculum ferunt, ut uentos precarentur sibi auxilio adesse. Illi ara uentis extructa, illos propicios habuerunt, tota ferè hostiū classe demersa. In agro quoque SICYONIO uentis extructam aram legimus: quotannis noctem unam uota effundunt, ut lenita uis uenti desineret, cum turbine uentorum, uillæ, arbuta, fruges passim deuasaretur. Et apud METHONEM Palladi Anemotidi templum dicatū est, ne uiolentiores perflantes loca deuasarent. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 22.

TERRA.

ARTOXERXES Persarum rex, pro uxoris salute, Terræ uotum faciens, se illam attracta humo solenni prece adoraturum, promisit. Alex. lib. 3. cap. 22. ex Plutarcho.

Germanorū populi REVDIGNI, & AVIONES, & ANGLI, & VARINI, & EYDOSES, & SVARDONES, & NVITHONES, in commune Herthum, id est Terræ matrem colunt, eamq; interuenire rebus hominum, in uchi populis arbitrantur. Est in insula Oceani Castum nemus, dicatum it eo uehiculum ueste contectum, attingere uni sacerdoti concessum. Is adesse penetrari deam intelligit, uestamque uibus feminis multa cum ueneratione prosequitur. Læti tunc dies, festa loca, quæcunq; aduentu hospitio que dignatur. Non bella incunt, nō arma sumunt, clausum omne ferrum, pax & quies tunc tantum nota, tunc tantum amata: donec idem sacerdos fatiatam conuersatione mortalium deam templo reddat: mox uehiculum, & uestes, & si credere uelis, nuncu ipsam secreto lacu abluunt. Serui ministrant, quos statim idem lacus hauit. Arcanus hinc terror, sanctaq; ignorantia, quid sit illud, quod tantum perituri uident. Corn. Tacitus de moribus Germanorum.

SAXA.

PHARIS Achæiæ oppido in foro Mercurij agoræ: istatua est barbati,

barbati, prope ipsum signum lapides ferè xxx. erecti sunt...

NUMA Pompilius rex Romanus, cum & publicum agrum populi Romani...

Religiosa ciuitas ROM. ex Pellinunte informem sibi lapidem peruenit...

PHOENICES faxum folis, Heliogabalum dictum, colunt. Vide supra, Sidera.

MAINVS, Scotorum rex tertius, ut populum ad religionem moueret...

MONTES.

In OELANDIA insula Gothici maris prope Aquilonare litus exurgit mons excelsus...

STIRPES, ARBORES.

AEgyptii pro diis colebant etiam allia & cepas, per quas irabant...

CORINTHIIS redditum oraculi, tam arborè quæreret, in qua Baccharum...

Sinin Ptyocamprem in Isthmo occiderat Theseus. Erat illi excellentissimæ formæ...

Anno Christi 508. BOII alieni à ueritate Christiana, Romanos Christianos grauitè uexarunt...

ni. ceremonia Boius consecrauit, èd frequens populus coit, uictimaque immolauit...

VANDALI Aldenburgenfes inter uertissimas quereus, sacras habuere arbores...

LITVANI olim Lucos & eximias quasdam arbores in syluis sacrosanctas habebant...

ANIMALIA QUÆVIS

In Genere.

AEgyptiorum portentosa est superstitio, qui uarias animantes colunt, in singulis ferè urbibus singulas...

AEgyptii colunt animalia quedam, non solum uiua, sed etiam mortua: sicut Felis, Ichneumonas, Canes, Accipitres, Ibides, Lupos, Crocodilos...

AEgyptii colunt animalia quedam, non solum uiua, sed etiam mortua: sicut Felis, Ichneumonas, Canes, Accipitres, Ibides, Lupos, Crocodilos...

IDEM alpidem, mustellam, & scara beum colunt: in quibus imagines quasdam obscuras sibi, sicut in radiis solis, deorum potentia considerant...

ti putant & dicunt, quod aure ineat, & ore pariat, sermone ortum exprimere...

Volatilia.

Scarabeum, qui pilulas uoluit, AEgypti magna pars inter numina colit, quod contra quatuor manifeste auxiliatur...

Ibis serpentium lethalia necans, docuit princeps purgationis medicæ usum, cum spectaret ita cum abluisset purgari ab seipsa...

Item Xenophon in i. lib. Expeditionis Cyri.

Commodi & compendij gratia conitat in honore haberi, à Lemnii Corydalos, qui cum attelaborum oua inueniunt, mordunt ea...

Pythagoreos proditum memoriæ est gallineum album colere, & marinorum piscium mullo & urtica abstinerere...

Picum Martium Latini colunt, omnesque planè ab ea aucterant: quoniam Romulo & Remo expositi non modo à lupa præbitam mammam, sed & pico Martio, qui eò subinde aduolabat, eos pastos credunt...

Aquatilia.

Xenophon lib. j. uia barbaros narrat, Cyri iunioris copias uenisse ad fluuium Chalum appellatum, plenum magnorum piscium ac mansuetorum, quos Syri deos esse putarent...

AEgyptii ciuitas ARSINOË, prius Crocodilorum ciuitas dicebatur. In hac præfectura mirum in modum colitur crocodilus, & est sacer apud eos in lacu quodam seorsum nutritus...

Quod serpens ex Epidaurò aduectus, salutaris fuerit Romanis, malorum demonum præstigijs iure imputatur: quibus præpotens alioqui populus tam perditè seruauit, quam humanis gentibus fortiter impetrat...

Quippe in humido quia non ualent, procul uerò formidant eniti, usque adeò ad unguem futurum præsentunt, ut amne accedente utantur fortantes & incubantes ouis, simul oua sicca & libera ab unda feruent...

Terrestria gresilia.

AEgyptii Api mortuo, magnificeque sepulto, quærun ad id delecti sacerdotes uicium priori persimilem: inuento, populus ludum finit. Sacerdotes quibus ea intumbit sollicitudo, primum in urbem Nili uicium perducunt...

IDEM cum capras, tum uerò capros hircosque omnes uenerantur propter libidinem, fecunditatis ueluti oblectamentum, sicuti Græci Priapum coluerunt. Et inter Mendefios caprarum præcipuo honore afficitur, & ex his uisus maximè qui cū decessit, ingens toti Mendefiæ plage ludus exitit...

AEgyptii lupos uenerantur propter similitudinem canum. Anubim autem in forma canis colunt, parum enim natura, cum etiam mutuo cocant, à canibus differunt...

Murem araneum aiunt animal cæcū, quod lumine tenebras extrinsece arbitrentur priores, ab Iside consecratum fuisse. Edi eum à muribus quinto puerperio, noua luna: etià oculata luna iecur eorum imminuit...

Agathoel Babyloniensis lib. j. de Cyzico, narrat quod fides sacra animalia habentur apud Cretas. Louem in Creta rum esse arbitrantur in Dyctæ, ubi arcua sacrificia celebrantur...

MAGOS à Zoroastre aiunt in præcipuo honore habere terrestrem echinum, abhorre uerò ab aquaticis mutibus: eum que, qui quâ plurimos interemit, diis carum à plebique ac beatum numerari...

Reptilia.

Quod serpens ex Epidaurò aduectus, salutaris fuerit Romanis, malorum demonum præstigijs iure imputatur: quibus præpotens alioqui populus tam perditè seruauit, quam humanis gentibus fortiter impetrat...

Sunt inter SAMOGITAS agrestes idolatras coplures, qui serpentem

VOL. DECIMISEPTIMI

3124

penes quosdam, quatuor breuibus lacertarum instar pedi...

Accidit hoc nostra græte in Lituania, sex à Vilna miliaribus, in pægo...

Forum qui sub arctico habitant SEPENTRIONALIVM nonnulli, quicquid primo diluculo in cælo...

Homines uiuosi.

Plutarchus in Quæst. græcanicis, unde sit natum adagium, Ne mo benemerito bouem immolat...

Mortuos homines.

Iulius Firmicus in lib. de Errore profanarum religionū, in plūsimis, inquit, ORIENS civitatibus, licet hoc malum etiam ad nos transitum fecerit...

Adonis, quia iuxta gentilem fabulam in mense Iunio à mastis Veneris...

Harporates inter numina AEGYPTIO RVM reputatus, ex Ili & Ofride natus, quoniam præmature partu editus erat...

Origine & ceremonias Liberi Cretenfis, Iulius Firmicus in lib. de Errore profanarū religionū commemorat.

peregrè pater, custodibus tutelam credit filij, Iunio inflammata, quia proficiscens pater & sella regi puero tradiderat...

Quid Eleusinis facris continetur, sic Eusebius docet ex Clemente: Quidam, inquit, aiunt Melampodem Amthaois filium ab Aegypto in Græciam luctū Ceres...

Cur inferorum dea credita sit Hecate, Sophron fabulā huiusmodi recitauit, ut ait Theocriti enarrator.

AVGILAE, qui ultra Cyrenem sunt, nullos deos, præter defunctorum manes, putabant: & ab illis, ubi tumulis incubebat...

In PHRYGIÆ finib. inauditæ per omnia uasitatis pætra est, cui nomē est Agdus, regionis eius ab indigenis sic uocata. Ex ea lapides sumtos, sicut Themis mandauerat præcinēs...

deorum in deliberatione quæstū, hæstitantibus cæteris, huius muneris curam Liber in se suscepit: familiare illi fontem, quo ardorem fuerat succus & sitienti lenire flagrantiam...

contriti sunt: & tamen etiam ex iis ipsi deorū suorum numerum VETRES auerunt. Aug. lib. 18. de Ciu. Dei. c. 16. GRÆCI Diomedē fecerūt deum, quem poena diuinitatis irrogata perhibent ad suos non reuertisse...

Liuius & Dionysius Florā à ROM. cultā, & Fioralia in ipsius memoria instituta, meretricem fuisse tradunt, cui ut deæ ob id magnus est habitus honos...

Non longè à Turonibus urbe Gallica, facellum erat, cui dā cadaueri dicarum. Cuius quamquā ignoraretur nomē, tamen uulgō homines Martyrē appellabāt.

Pudenda humana.

AEGYPTI hircum defecarunt, sicut & GRÆCI Priapū, propter eam corporis partem, à qua sit omnium ortus. Pudendis non solum Aegyptij, qui statuas puellas immani membri uirilii magnitudine effingebant...

THEBANIS tertio quoq; anno sacra Baccho celebrabantur in Cytherone monte nocturna, quæ de tempore Nychitena sunt nominata, ut inquit Seruius, & ab annis Trietricha, ceu triennialia. In eis erant phalli, sicut Hero d. & Plut. libello de Cupiditate opum, perhibent, hoc est, ficulnea uere tra, figura pudendi uirilii: qui pōt ē rubro corio confici ce pere...

Cur inferorum dea credita sit Hecate, Sophron fabulā huiusmodi recitauit, ut ait Theocriti enarrator. Cūm Iupiter Iononem aliquando cōpressisset, nata est puella Angelus nomine...

Ino, Inachi natā, GRÆCI cuncti diuinis honorib. consecratā à barbaris arbitratūr, atq; appellationē multis ægorib. & fretis maximis ex se per claritatē suam reliquisse, caput etiā & fontem illustrissimarū & splendiddissimarū familiarū edidisse.

Pegaso imagines Dionysij ex Eleutheris ciuitate Bœotie in Atticā regionem portante, ATHENIENSIS deū neglexerunt, neq; ut mos erat, cū pompa acceperunt. Quare deus indignatus pudenda hominum morbo infestatit, qui erat illis grauissimus. Ab oraculo quo pacto liberari possēt, perentibus, respōsum, ut cū honore & pompa deum recipe rent.

Menfe Augusto ROMÆ matronæ uirilii membri figurā diuinis percolabāt honoribus, quā extra portam Collinam ad ædem Veneris cum pompā sacerdotum deferebat, Aegyptiorum more: mox à castissima & spectata pudicitia matronā, præter rationale decus, in sinu Veneris locabatur: Alex. lib. 2. c. 13.

bro 3. cap. 18. ex Auguft. lib. 6. de Ciuit. Dei, cap. 9. Imagines in ELEVSINIIS deorū hā fuerunt, Creatoris, quā gestabat antistes hierophantes: Solis, quā facifer: Lung, quā minister ad aram: Mercurij, quā præco facrorum: & quem-

admodum in facris Dionijij circumferebatur Priapus, ita in istis natura muliebris, ut Theodoretus testatur: qui etiam affimat Iouem cum Cerere matre, & cum Proserpina filia concubuisse. Et hæc erant facra, ad quæ nō patebat aditus, præterquā initiatis, & in quæ nemini licebat penetrare; qui sibi fecleris perpetrari confcius esset, id præcone conclamā-

te. L. Vines in lib. 2. Aug. de Ciuit. Dei, c. 20. Oua. In Liberi patris facris Oua colitur, ita ut ex forma tereti ac pen-

ne sphærali, atq; undiq; uersum clausa, & includere intra se uitam, Mundi simulacrum uocetur. Macro. lib. 7. Satur. c. 16. Affectus, Perturbationes animi. Sunt apud LACEDAMONIOS non Timoris modō, uerū etiam Risus, atq; aliorum eiuscemodi affectuum templa. Timorem autem uenerantur, non quōd, sicut quos detestantur Lares, arbitrentur noxiū: sed quōd contineri tempub. inprimis arbitrentur timore. Plut. in Cleomene. Misericordias, Pudori, ATHENIS uiuntur ara.

Theophrastus in lib. de Legib. prodidit, apud ATHENIENSES aras fuisse Contumeliæ & Impudentiæ dicatas. Idem attestat uisus lib. 14. item M. Tullius lib. de Legib. 2. Nam illud uisio sum Athenis, quōd Cylonio scelere expiato, Epimenide Cretensi studente, fecerunt Contumeliæ sanum & Impudentiæ: uirtutes enim non uisā consecrare decet. Erasinus in Adagijs. ROMANI Vitulinā deam, quōd lætitiæ præesset, magno cultu semper habuere. Timorem item & Pallorē, ac quid obessent, nēcē aliquid afferrent incommodi, per sanctē habuere, quos canē & ouē placabant. Alex. lib. j. c. 13. Angeroniæ deæ Pontifices ROM. olim XII. Cal. Ian. in faculo Volupciæ sacrum faciebant. Angeronia dicta, quæ angores hominum depellat, teste Varro Flacco. Simulacrum eius ore obligato & obsegnato in ara Volupciæ dedicatū, quōd quos dolores dissimulant, perueniant patientiæ beneficio ad maximam uoluptatem: Macro. lib. j. Saturn. c. 10.

Corporis affectus, Senectus, Fames, Morbi, Mors.

LACEDAMONII Mortis templum posuere. ATHENIENSES Fami & Appetitionis aras. Alex. lib. j. cap. 13. Cū aliquando Athenis summa fame laboraretur, Athenienses oraculum admonuit, ut Famen, loco designato, certis piaculis placarent. Illi designarunt campum, qui est post æranium. Atq; hinc eum locum, Famis campum appellarunt. Erasimus in Adagijs.

IDEM Morti, ut communi quieti & potuū miseriarum, post extantatos labores, diuinos tribuere honores. Aelianus de Varia historia.

Apud GADERAM in Hispania extat templum Senectuti, quod maximē ætatem, utpote magistrat rerum, ueneratur. Idē. Sacra quedam sunt Coronorum Boetorū patria, quibus Archon in Ara publica operatur, alius quisque domi suæ. Appellatur Βασιλειος, Bulmi exterminatio, uinumq; ex feruis, uirgis cædunt uicicis, inde expellunt domo his uerbis: ἔγω βασιλειος, ἐσὺ ἀρχὸν καὶ ὑγιεινὸν. Foras bulimum, intrō spes & sanitatē. Inter Plutarchi igitur sympotas lib. 6. Conuualium quæst. 8. querebatur de ipso nomine, deinde de uoce, qua persequuntur eum, quem pellunt, præcipuē de illo uisio, deq; iis, quæ in eo accidere solent. Ac bulimū quidem uidebatur magnum uel publicum significare, maximē apud Aeoles, qui pro b, literam p usurpabant. Nēque enim bulimum, sed polyimum quasi polymum alij effecerunt. Apparebat autem Bubrostim discrepare ab eo. Cuius rei documentum ex Metrodori libro de rebus Ionicis petitur, qui Smyrnæos tradit (qui quondam Aeoles fuerē) Bubrosti taurum nigrū immolare, concisumq; in frusta totum non excoriatum adolere. Nempē quia germē esse morbi uideretur fames, præsertim canina, affecto contra naturam corpore, scitē opponunt illi ut inopia diuitias, & ut morbo sanitatem.

ROMANI Febrem, ad minus nocendum, templis eolebant: quorum adhuc unum in Palatio, alterum in area Marianorum monimētorum, tertium in summa parte Vici longi extat. In eaq; remedia, quæ corporibus ægrorum adnexa fuerant, deferiebantur, ad humanæ mentis astus leniendos cum aliqua usus ratione excogitata. Val. lib. 2. c. j.

Paupertas. Apud GADERAM in Hispania, Paupertati & Fortunæ facia constituta, ut per hæc altera placetur, altera remediū paupertati obueniat. Aelianus de Var. hist.

Simulacra.

Paulo post locum de Simulacris per se considerari tractabimus. Hæc respectu Cultus deorum.

Trientes.

SERVILIA familia illustis in factis Romanis, trientem areæ passit auro & argento, consumentem utruq;: Origo atq; natura eius incomperata est mihi. Verba (inquit Plin. lib. 34. cap. 13.) ipsa de ea re Messalæ senis ponam: Seruiliorum familia habet trientem sacrum, cui summa cum cura magnificentiāq; sacra quotannis faciunt: quem ferunt, aliās circū se, aliās decreuisse uideri, & ex eō aut honorem aut diminutionem familiæ significari.

Sceptra.

Deorum omnium maximē colunt CHERRONENSES seeptrum illud (Hæstam uocant) quod Ioui fabricasse Vulcanū cecinit Homerus: à Ioue acceptum, Mercurium dedisse Pelopi: Pelopem Atreo reliquisse: Atreum Thyesti: à Thyeste per manus traditum tenuisse Agamemnonem. Diuinitatis ei nescio quid inesse declarat, id quod ex ipso ab hominib. cernitur. In Panopentium finibus, qui sunt in Phocid, illud seeptrum Cherronensis dicunt, aurum etiam cum eo, sed facit à Phocensibus aurū retineri passos, modō ut ipsi seeptrum haberent. Ab Electra Agamemnonis filia in Phocidem exportatum putant. Templum ei nullum est publicē dedicatum, sed quotannis faci eius citator in suis ædibus seeptrum statuit: ei res diuinā quotidie fit, mensā apposita cuiusuis generis carinibus, & bellariis referta. Omnium uerō Vulcani operum, quæ & poetarum carmina, & assentis hominum fama celebratū, aliud sanē nullū quā seeptrū hoc magna dignandū æstimatione, est fide hominum receptum. Pausanias in Bœoticis.

Gladius, Clypeus.

SCYTHÆ sub aggere sarmentorum quadrato, in quem quotannis cl. sarmentorum plaustra reponunt, ferreum acinacem, qui singulis uetusus est, recondunt. Idq; est Martis simulacrum, cui annuus hostias offerunt, cum aliorum pecorum, tum equorum: & plus huic acinaci, quā ceteris diis. Ex captiuus centesimum quemq; immolant, non eodē quo pecora modo, sed diuerso. Nam ubi eorum capitiuis uinū libauerunt, ipsos ad quoddam uas maçant: dehinc eisdem in congeriem sarmentorum sublati, acinacem cruore perfundunt. Hæc quidem supra conferunt: inferiūs autem ad templū illa faciunt. Virorū interemptorum omnes humeros dextros præcūdunt, quos unā cum manibus in aerem iaciunt: quocūq; deciderit manus, ibi iacet, & scorum mortuū. Cæteris deinde solenniū consecratis, ab eunt. Herod. lib. 4.

Pannus, Peplus, Vexillum.

SEPTENTRIONALES, qui sub polo habitāt, inter reliquas infansias rubrum quoq; pannū peritiæ uel hasta sursum appensum uenerantur, diuinam quandam uirtutem, propter colorem rubrum, animalium sanguini similem, eidem inesse putantes. Eiusq; inspectione arbitrantur se fortunatiores fore belluarum interemptores, earum sanguinem ebibētes. Olaus lib. 3. cap. 2.

RVGIANI in Arcone urbe à Valdemaro Danorum rege obsessi, portam urbis unicum ingenti glebarū acero obstruxerant, aditumq; coacta cespitiū compage claudentes, tantum ex eo opere fiducia contrahabant, ut turrim, quæ supra portam sita fuerat, signis tantū a quilibetq; protegerent. Inter quas erat Stantia, magnitudine ac colore insignis, cui tantum uenerationis à populo Rugiano tributum est, quantū omnium penē deorū maiestas obtinuit. Eam enim præ se ferentes, in humana diuinaq; grassandi potestatem habebāt, nec quicquam eis, quod libitum foret, illicitum habebatur. Populari urbes, aras demoliri, fas ac nefas in equo ponere, euictosq; Rugiæ penates aut ruinis aut incendijs euertere licebat: tantumq; superstitioni indultum est, ut exigui panini auaritas regiæ potestatis uires transcenderet. Plecetes signo perinde ac diuino gestamini honorem habebant, officiis damna, iniurias obsequijs rependentes. Saxo lib. 14.

MODI RESPECTV. Quomodo.

IN GENERE. TIMORE, VENERATIONE.

Varro à Superstitio dicit timere deos: à Religio autem tantūm uereri ut parentes, non ut hostes timere: atque omnes ita bonos dicit, ut facilius sit eos nocentibus parcere, quā ledere quemquam innocentem. D. Augustinus libro 6. de Ciuitate Dei, cap. 9.

DELI ara est Apollinis, in qua nullū animal sacrificatur (quam Pythagoram, uelut iniolatam, adorasse produnt)

dunt) sed tantūm solenni prece deum uenerantur. Macrobius lib. 3. cap. 6. Saturnalium.

SYMPPLICATIONE, PRECATIONE, INVOCA-TIONE.

Uide locum, Precum.

Sacrificia supplicationes quæ & ludos solebant ROMANI ex minutula etiam occasione instaurare. Siquidem si unus equus thesas ducentum elanguisset, itemq; si læua manu prehendisset auriga habenas, supplicationem decernebant instaurandam. Plut. in Coriolano.

QVI in ueterē cultu deorum deos inuocabant, nominibusq; ipsos appellabant, timentes ne apud eos offenderent, si forte non suo, nec grato illis nomine uocassent, sæpē ueniam erati sui petebant: rotosq; se ad eorum uoluntatem referebant: in arbitrio ipsorum ponentes, ut è multis id nomē adsciscerent, quo magis delectarentur, suæq; insectiæ ignoscerent. Hoc fecit accurate Catullus: rimum; hunc custo diuit in hymno ad Dianam: cum enim pluribus nominibus deam hanc ipsam uocasset, ad extremum inquit: Sis quocunq; tibi placet Sancta nōmine. Aeschylus quoq; in Agamemnone meminit, & Eurip. & Plato in Phlebo. Victorius lib. 13. Var. lect. cap. 2.

Athenus lib. 4. docet, VETERES nunquam cibum cepisse, nisi si prius deos placassent. Inuocabant AEGYPTII ibides suas, contra serpentium aduentum. Plinius lib. 10. cap. 27. & 28.

FABVLIS, FIGMENTIS HVMANIS.

Plutarchus in uita Romuli EOS cœlum terræ miscere ait, qui ex hominibus deos, ex diis homines faciūt, & quæ sunt hominum fabulantur de diis. Διογενίου μὲν ἐν πεντέκωνταί τῶν θεῶν τῶν ἐσθλῶν, ἀποστολῆς ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἵσχυρίων ἔστι, ἡ δὲ ἐστὶν, ἰνὸς τὸν ἀνεγὰρ δυνάμειν αὐτοῦ, ἰμπύμνῳ ἐστὶ ἰγγενερόσυν: ceterū cœlo miscere terrā, stuporis est.

EVOCATIONE.

ROMANI cum obfiderent urbem hostium, eamq; iam capi posse confiderent, certo carmine euocabāt tutelares deos: quōd aut aliter urbem capi posse non crederent: aut etiam si possent, nefas existimarēt, deos habere captiuos. Nam propterea ipsi Romani & deum, in cuius tutela urbs Roma est, & ipsius urbis Latinum nōmen ignotum esse uoluerunt Alij Iouem crediderunt, alij Lunam: Sunt qui Angetoniam; quæ digito ad os admoto silentium denūciat. Alij autem; quorum mihi fides uidetur sumior, Opem Coniutiām esse dixerunt. Ipsius uerō urbis nomen etiam doctissimis ignorat: ea uis: cauentibus Romanis, ne, quod sæpē aduersus urbes hostium fecisse se nouerant, idem ipsi quoq; hostili euocatione paterentur, si tutelæ suæ nomen diuulgaretur. Macrobius lib. 3. c. 9. Saturn. & Plin. lib. 29. c. 2. Arnobius uerō contra Gentes, caput hominis in fundamentis arcis inuentum, genij tutelaris fuisse ait, eumq; Tolum dictum. Vnde Capitolium pōst, quasi caput Toli nomen habuit. Ceterum id non nisi Auguribus notum erat. Prostituto demum per Christianam religionem ethnicismo, superstitosum quoq; nomen euulgatum fuit.

PRÆCATIONE, CONFESSIO.

L. Corn. SYLLA Fortunæ se beneficio res tantas gessisse dicta bat, nō uirtute propria. Nimirū superstitiosa in hoc animo iustitia latebat. Plut. in Sylla.

FVRORE, BACCATIONE.

Sacerdotes Gallos nuncuparunt à Gallo amne Phrygiæ, cuius aqua phanaticos potantes reddidit. Ipsi quoq; GALLI infan- caput per furorem rotant, cultusq; faciem & musculos corporis totius diffeant: moribus quoq; se ipsos impetunt, cum maiore se correptos furore uel simulatū, uel reuerā sentiunt. L. Vines in lib. 2. Aug. de Ciuit. Dei, c. 4.

LAMENTATIONE, LVCTV SACRO.

Iis perditum filium cū Cynocephalo suo, & aliis sacerdotib; luget, plangit, inquit: & IS IACI miserī cædunt pectora, & dolorem infelicissimæ matris imitantur. Mox in uerō paruulo gaudet Ists, exultant sacerdotes, Cynocephalus inuentor gloriatur: nec desinunt annis omnibus uel perdere quod inueniunt, uel inuenire quod perdidit. Hæc Aegyptia quondam, nunc & sacra Romana sunt. Ariob. lib. 8. contra Gentes. In sacris Ithiacis de pinea arbore cæditur truncus: huius trunci media pars subtiliter excauatur, illis de segminib; factum idolum Ofiridis sepelitur in adyris: hoc annuis luctib; plangunt, rafa capita tundunt, pectus lacerant, ueterum uulnerum refecant cicatrices. Et cū certis diebus hæc fecerūt, fingunt se lacerati corporis reliquias reperire: & cū inuen-

rint, quasi sopitis luctib; gaudent. Iulius Firmicus. Originē huius idololatriæ ibidem cōmemorat: Ists soror est, Ofiris frater, Typhon maritus. Is cū cōperisset Ildem uxorē inces- sisse fratris cupiditatib; corruptā esse, occidit Ofyrim, artuatimq; lacerauit, & per omnes Nili fluminis ripas miseri corporis palpitantia membra proiecit. Ists cum sorore & Anubi uenatorē quærit discepti fratris membra; quæ Anubis ar- tificiō canum uestigantium inuenit: undē & canino capite pingitur. Inuentum Ofyrim Ists sepultura tradidit, & in rei memoriā, publicam ceremoniam instituit.

ELEVSINIORVM sacrorum ludicra in Ceteris honorē insti- tuta. In Proserpinae sacris casa arbor in effigiem uirginis cō- ponitur: & intra ciuitatē illata, usq; ad XL noctem deplora- rata comburitur. Iul. Firmicus in lib. de Errore profan. relig.

MALEDICENTIA.

Apud LINDVM, quod est oppidū Rhodi insulæ, Hercules sacra maledictis & execrationib; celebrabantur. Ea q; p uolatis habebantur, si quando inter solennis ritus uel imprudenti alicui excidisset bonum uerbum. Laetantius lib. j. de Instit. relig. Christ.

Idem in sacris ELEVSINIIS, quæ Magna dicta sunt, factitatum compertissimū: in quibus mulieres mutuis probris conuictisq; se incesse, & maledictis solent conuictari. Et in festo, quod Lenæum ATHENIENSES uocant; fœda conuicta per risum & iocum inuicem poetæ iactitant, & cōtumelias se læcessunt. Alex. lib. 2. c. 14.

Simulacrum Idææ matris probrohis uerbis, cūm propitiātū men uoluerunt, prosequerantur sacerdotēs ROMÆ ad Almonem usq; fluium, & quæ ne impudica quidam femina æquis auribus audiuisset, alta claraq; uoce in hymnis, qui illic canebantur, audiente populo, in deorum matrem iactabantur. Sabel. lib. 4. c. j.

PROSTITVTIONE.

Omnia Persarū templa, tam MEDI, quā ARMENII in ueneratione habent, Anaidis templa præcipuē Armenij, cūm in cæteris locis ea edificantes, tum etiam in Acilēsinā dedicant illis feruos ac feruas: quinetiā nobilissimū gentis filias suas, quib; lex est, ut diu apud deam prostituta: nuptiū denunt, nullo reuente talib; coniugati. Huiusmodi quiddā Herodotus de LYDIS cōmemorat, quæ oēs meretricerant, & tam benignē amatoribus suis utuntur, ut eos hospitio suscipiant, & dona dēt plura etiam q̄ accipere, quippe quæ à copiosis dōtib; suppeditantur. Acceperunt tamē non quoscūq; hospitēs, sed eos maximē qui æque sint digni. Strabo lib. 11.

De cultu Venens apud PHOENICES, Eusebius lib. 3. de uita Constantini hæc refert. Nemo erat, & delubrum, extra publicam uiam, spurco Venens damonij in parte uerticis in G- tis Libani in fruticeto positum. Erat hic malitiæ schola omnibus lasciuis. Vbi uiri non uiri, muliebris morbo demone placabant. Deinde & illegitimi ac furuii mulierū congressus, arcanaq; & turpia facta, ibi exercebantur: nec quicquid erat magistratus, ea peniens, eo quōd nemo uir honestus illic comparere audeat. Constantinus Magnus Imper. delubrum illud funditus unā cum ipsis sacris deleuit.

De cultu Iunonis, quæ nunc Argiua, nunc Samia, nunc Poena dicebatur (ut refert Arnobius lib. 8. hæc Iulius Firmicus in libro de Errore profanatarū religionum refert: Huius deæ apud ASSYRIOS & AFROS aliter seruire sacerdotū suorum choros non potest, nisi uirilē sexū ornati muliebris de cōrent. Videtur in ipsis templis miseranda lubibria, uiros muliebris pati: & hanc impuri & impudici corporis labem gloriosa ostentatione detegere. Publicant faciōra sua, & cōtaminati corporis uitii cū maxima delectationis macula conficunt. Exorant muliebriter nutritos erines: & delicatis amicti uestibus, uix caput lasa ceruice sustentant. Deinde cū sic se alienos à uiris fecerint, ad impleti uibiarū cantu uocant deam suam, ut nefario repleti spiritū, uanis hominibus quasi futura prædicant.

Apud NASAMONES, sponfa primā nocte cū singulis conuiuiis coibat, in honorē Venens. Polyd. l. 3. c. 8. de Iudæ. rerū. ALEXANDRIÆ simulacrum Saturni religiosissimē colebatur, cuius sacerdos, Tyrannus nōmine, matronas eius ciuitatis quas elegisset, tanquam à deo accitas, noctu ad simulacrum ductabat, ibiq; extrinctis repenē lūminibus cum eis rem habebat. Sic Tyrannus communis adulter libidinem explebat, det mentitus personam. Ruffin. lib. 11. Eccles. hist. Apud NOVIOIBIS incolas quosdā, eos potissimum qui Porcum ueterem & Punam insulam habitant, pæderastia tam frequens est, ut in templis caramitos alant pueros formosissimos, muliebris habitu ornatos, uocem, incesum femineū æmulantes, qui idolorum curam gerunt, & diebus festis in honorem demōnis sese pruricipibus & regulis prostituunt. Petrus Ciezā Tomo I. hist. Peruuiz, cap. 64.

INDVITATE.

Epiphanius de ELEVSINIIS sacris lib. 3. tom. 2. de Fide c. 11. ddd d 5 thof.

à scopis: quibus diis custodibus contra uim dei Syluani fœta conferuatur. D. Aug. lib. 6. de Ciu. Dei. cap. 9.

PEREGRINATIONIS.

PEREGRINANTES uota faciebant Herculi. Syluano quoque in singula boum capita, ad ore, lardo, & uini sextario, subtaxata mensura, uotum fit. Alex. lib. 3. cap. 22.

FVRTI.

FVRES Lauœinæ olim uota fecisse, ut fallerent, ex Horatio constat, ubi uotum tacitum improborum explicat:

— pulcra Lauœna Da mihi fallere, da iustum sanctumq; uideri, Noctem peccatis, & fraudibus obice nubem.

MORBORVM ET CVPIDITATVM ABIGENDARVM.

ROMANI malæ Fortunæ, Febri, templâ & aras erexerunt: item Pallori & Timori, quasi diis, ne quid obessent, né ualiquid incommodi adferrent; quos cœne & oue placarunt. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 13.

SVPERSTITIO IN VOLVNTATE DIVINA EXPLORANDA per Oracula, Auguria, Signa quælibet diuina.

Ex Tit. Divinationis species, pleraq; exempla huc poterunt transferri, respectu Præcos: quæ illic causa Theoria recensimus.

LYCVRGVS Lacedæmoniorum legislator, non antea multitudini leges exhibuit, quam cū præstantissimis uiris Delphos petens Deum rogasset, an esset futurum cõducibilis & melius Spartæ, ut legibus, quas ipse tulisset, obediret. Cùm autem respondisset Deus, id prorsus melius fore, tū demum leges suas eis proposuit: non modo iniqui, uerum & impium ita tuens, si quis legibus Pythio roboratis oraculo minus parum esset. Xenophon in Læconum Repub. & Stobæus Serm. 42. Plut. in eius uita, Strabo lib. 16. Dio dorus Siculus li. 3. Dionysius Halicæ. lib. 2. Iustinus lib. 3. Val. Max. lib. 1. cap. 3.

In magnis calamitatibus solebant ROM. consulere uates & oracula, per quos deos possent liberari à malis uel præsentibus uel imminetibus: & cùm uates respõdissent de peregrinis diis aduehẽdis, se duld id curabãt. Sic ad Hannibalẽ uincendũ, & Romanum imperiũ ampliandum, magna Mater deũ ex Phrygio Pessinunte accita, & Romã translata est, & magnifico tẽplo honorata. Et ad pestẽ abigendam Aesculapius, qui erat magnus coluber, Epidaurò Romã est adductus, & tẽplo & sacrificiis cultus. Arnob. lib. 7. cõtra Gẽtes.

IDEM in fructu exercitii deos primò omnium consulebant: mox auspiciato & litato, ne incertis auspiciis & turbatis religionibus acies committerent, Solem uenerabantur. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 7. Apud eosdem sponsa nequaquam ad sponsum ducebatur, nisi prius religionis studiis intentata, in futuri dei gremio aliquandiu sedisset, & prosperum nuptiarum euentum cõflagitasset. Alex. ab Alex. li. 1. cap. 24.

NVMÆ Pompilio cùm insignia regni deferretur, sustinere iussit, uelle se deos de regno consulere. Ita unã cum auguribus & sacerdotibus in Capitolium ascendit, Tarpeium collem appellabant tunc Romani: ibi princeps augurum cum capite uelato ad meridiem cõuertit, atq; à tergo assistens, dextra in capite Numæ imposta, precatus est, & in omnem partẽ circumlatis oculis, si qua auspicia uel offensa dii darent, obseruauit. Mirum interea tantæ multitudinis in foro stantis silentium erat, expectantis & in euentum suspensę, quousq; secundæ & faustæ aues conspẽctæ rem comprobauerunt. Tum Numa ueste regiã indutus ex arce ad populum descendit, exceptusq; est, ut uir religiofissimus & sanctissimus plausu & complexu. Plut. in Numa.

ROMVLVS & REMVS, gemini ex Rhe Syluia, per Martis (ut creditur) stuprum nati, cùm ciuitatem Romã condidissent, noluerunt alio modo, quam per auguria urbi nomen imponere. Sed posteaquam in auguratione Remo sex, Romulo uerò duodecim uultures apparuissent: Romulus augurio uictor, urbi nomen dedit. Liu. lib. 1. Dec. 1.

OBEDIRE DIIS SVPERSTITIOSE.

THESEVS ad Mineruam, monentem se, ne dimittat Argiuos supplices, nisi prius iuramento promiserit, pro beneficio exhibitio, nunquam se bellum illaturos Athenis, apud Eurip. in Supplicibus sic ait:

Δεισάντων Ἀθῆνας, ἀσπίσματι λόγονισι σῶσι (ὅτι γὰρ ἐμὲ αἰσθηθεῖς, ὅσοι μὴ ἐπαρηγορήσῃς) ἡ πόλις, εὐδαιμονίας ἐπιθυμῶν, ἴδιον οὐ μὴ ἐπὶ ὀρθῶν ἰσχυρῶν γὰρ εὐδαιμονίας πόλις ὄσσης, πολιορκίαν ἀσφαλῆως αἰσθησάμεν.

O' domina Minerua, parcho dictis tuis (tu enim me suscitasti, ut non peccem) & hunc per fœdera coniungam, tantum tu me in rectum constituc. Te enim propitia ciuitati existente, in posterum

BESTIARVM ABIGENDARVM.

Octæi Herculem conopium, ne prouinciam infestam culicibus redderet, uenerari sunt. Nam culices Octei conopas uocant. Apollo item Culiciarius in Attica colebatur, quod infestis culices ex agris propulsaret: & Ipoctonus Iupiter apud ERYTHRAOS, & Erythibus Apollo apud RHODIOS habentur maximi. erythibus enim Rhodij rubiginem dicunt. BOETII quoq; Apollini Pomopioni facra facere dicuntur, ne muribus prouinciam redderet obnoxiam. Apud eos enim mūs, pornopios nuncupatur. Alex. lib. 1. cap. 13. & 15. ex Eustathio.

ALIPHERÆ, in urbe Arcadiæ Deo cuidam Myiagro rem diuinam faciunt, proq; hostiis herocem pretati, & Myiagri nomine implorato, securitatem sibi foretati: immolandum ab omnimūscarum proteruitate pro certo habent. Paulanias in Arcadiciis.

In TROADE Apollinem colunt Sminthium: quia τὸς σμίνθους, hoc est, mures abegerit. Eustathius Iliados 2.

ROMANA ciuitas, quæ arx fuit & caput humanarum gentium, foricis ocentum tam religiose obseruauit, ut auditis dictaturam & magisterium equium summis uiris ademerit. Q' centẽ Fabio Maximo dictaturam & C. Flamini magisterium equitum ocentum foricis deponedi causam dedit. Plut. & Val. Max. lib. 1. cap. 1.

Q' FAB. Max. Dictator, bello secundo Punico contra Hannibalem, patri. auctor fuit, ut decem uiri Sibyllinos libros inspicerent. Quorum moniti ipse Erycinę Venere ædẽ uouit; Attilius prætor Menti. Sunt & Marti sua uota nuncupata, & uer sacrum Ioui uotum, si resp. in quinquennũ eo, quo fuerat, mansisset statu, ut quicquid uer unum ex Ouillo, Suillo & Caprino tulisset grege, id Ioui sacrum esset. Supplicatio adhuc & Læcternium indictum. Sab. lib. 1. En. 5.

P. SCIPIO Africanus nõ prius ad publica negotia ire solitus erat, nisi prius in cella Iouis sedisset, mentemq; diuinã acciperet. Vnde & Iouis filius appellatus fuit. Liu. 6. Dec. 3. Plut. in eius uita: Val. Max. li. 1. cap. 3. Plin. de uitis illustr. cap. 49. Gel. lib. 7. cap. 1. Sab. li. 4. En. 5. Syllius Ital. lib. 13. & Appianus de Bellis ciu. sic quoq; Neptunũ sibi apparuisse dicebat, & Carthaginẽ capi posse, auctore deo assererebat. Polyb. lib. 10. Dimicatus acie L. PAVLVS Aemilius aduersus Persen Macedoniã regem, cùm prima luce Herculi sacrificare cõpisset, nec litaret: religiose perfusus uiginti hostias unam post aliam mactauit: nec prius ab incepto desistit, quã in prima post uictissimã certa uictoriã argumenta extiterunt. Sab. lib. 4. cap. 2. & Plut. in eius uita.

AVRELIANVS Imp. cùm aduersus Marcõmannos pugnandum esset, Mediolanum usq; & Placetiã ueniens, ad senarium rescriptis, ut inspectis Sibyllinis libris, quæ necessaria essent sacra ad impetrandam deorum opem conficerent. Fulg. lib. 1. cap. 1.

[Faded text, likely bleed-through or very faint print]

securẽ habitabimus. ORESTES de Apolline, qui iusserat interficere matrem, apud Eurip. in Electra inquit: ἡ δὲ πόλις ἡσθησάντων ἀπὸ τῆς ἀσπίδος ἡσθησάντων. — Apollinis rara sunt oracula, hominum autem diuinationem ualere sino. ERECHTHEVS Atheniensium rex, cùm bellum aduersus Eumolpũ suscepisset, respõsum accepit, se se uictorem futurum, si filiam diis immolaret. Quare uxori Praxithæa communicata, puellam cecidit. Cuius rei Euripides in Erechtheo, & Plut. cap. 40. Parallelorum meminit.

Cũm

Cũm apud HALIARTES Bœotus summa esset siccitas, unus de primoribus Delphos missus, accepit oraculum, aquam secũduerunt, si primum Haliartum sibi obuiam factum redeuntẽ interemisset. In patriam reuerso, filius impuber Lophis primus occurrit. Pater stricto gladio puerum transferebat. Ille adhuc spirans, cùm huc illuc curfaret, ubicunq; humi fatus esset eruo, inde aquã eruperunt. Ex eo fluuius Lophis dictus. Paulan. in Bœoticiis.

Sami Dexicreontis Venerem nominant. aut quod eorum cõiuges ex luxu & petulantia lasciuientes Dexicreon præstigiator certa lustratione liberauerit libidine: aut quod DE XICREON, qui nauclerus erat, in Cyprum ad mercatum nauigauerit: & onerato nauem præcepit Venus, ut aquã, præterea nihil imponeret, & uela faceret quam ocyssimẽ. Quibremperans ei, magna uia aquã imposita soluit. Mox sereno celo & sopito mari laborantibus sibi aliis, mercatoribus & naucleris aquam uendidit, ex qua multum argenti coegit. Ex eo factum Veneris signum nomine suo appellauit. Quod si uerum est, apparet, non unum Venerem ditare, sed multos per unum uoluisse seruare. Plutarchus in quæstionibus Græcis.

LYS Sabinus, cùm in bello tempore erãt optimi quiritibus, agrobantibus tribus liberis, & propter modum inuoluntatis, totã & comprecatione uocem ad diuit, filios fore saluos, si eos per pronũ Tiberim Terenti portasset, ibique ex Diis paris & Proserpinæ petita aqua calida, quam illi desiderassent, recreasset. Valerius de Tarento urbe rarus oraculum intelligendum, tametsi procul ea urbs aberat, nec ullus erat ad Tarentum Tiberis: tamen nauem conduã, & in eã impositis pueris, secundo flumine Ostiam contendit: ad campum Martium prope Romam, cùm pueros in sicum exoneret, ut tædium nauigationis leuaret, uelletq; ignem accendere, consulit gubernatorem, unde ignis peti posset. Ille de proximo Terenti respõdit: nam pastorium ignem uidebat ibi lucere: locus ille Terentus dicebatur, q' Tiberis amnium more ripam mollem tereret: uel quod ara Diis eo loco sub terra occultetur. Valerius nomine audito, lætus illic nauem appellu iubet, existimans de illo loco esse diuinã uocẽ admonitum: ac interim dum ipse in urbem ad aram emendam curricula properat, iussit seruos alidẽ fodere, ubi collocaretur. Viginti pedes altum fodere, & aram ueterem ibi inuenit cum inscriptione, Diis & Proserpineam Romanis olim condiderant post peractum diis inferis sacrum, cùm pugnatum cum Albanis in acie iamiam concurruri starent, iussit à demone id facere, prius quã manus conferrent. Rediit ex urbe pater, & ad inuentam aram suas hostias Diis & Proserpine sacrificauit: & tres noctes, tot enim erant filij agroti, diis ibi factis lectiſterno, exegit,

CONFIDENTIA SVPERSTITIOSA.

Ex Tit. Precum superstitionum Sylua Exemplorum.

THESEVS Adrastum domi manere iubebat, solum se cum populo sussecturũ contra Thebanos affirmans, in bona causa, deorum auxilio, apud Euripidem in Supplicibus:

ὅτι δὲ μόνον μοι, τῆς θεῶν ἰσχύος, ὅπου δὲ ἴστω σὺ θεῶν, τῶν γὰρ θεῶν ὄψιν, νικῶν δὲ ἰσχυρῶν, ἡ γὰρ ὁ δὲ δὲ φέγει

peccatis, & p̄ τὸν δῖον γὰρ ἔστ' ἔγῳ. Vnum opus mihi solum, deos habere, quicunq; iustitiam colunt. Hęc enim cùm præstẽ sunt simul, uictoriam dant. Nam fortitudo nihil prodest hominibus, nisi deum opitulantem habuerit.

GALLI S mutuum inuicem pecuniam dare, quam apud inferos post obitũ redderent, in usu erat. Alex. ab Alex. li. 3. ca. 7

VOTA, PRECES, SVPLICATIONES SVPERSTITIOSAE.

OB QUID. VT OB

MALORVM QVORVMVIS AMOLITIONEM.

L. AEMILIO Paulo & C. Rebio cõsulibus, post multa uisa prodigia, ex Sibyllinis supplicatum est, cùm sex mensibus non pluisset. Iulius Obsequens cap. 4.

L. SCIPIONE & C. Lælio cõsulibus, cùm multa prodigia Romæ uisa essent, quæ aliquid mali (ut solent) portendebant, supplicatio per decem pueros patrimos, matrimos, totidemq; uirgines habita est. Val. Max. de Prodigijs.

LIBIDINEM REFRENANDAM.

Apud Romanos cùm MVLIERES multæ in flagitiũ libidinis irruerẽt pendẽs: ex libris Sibyllinis simulacrũ Veneris Verticordie, in Veneris Erycinæ tẽplo extra portas est cõsecratum: quod facilius uirginum mulierumq; corda à libidine ad pudicitia uerterentur. Valer. lib. 8. & Ouid. 4. Fast.

VITE CONSERVATIONEM.

AVGVSTVS Cæsar, Cantabrico bello, cùm noctu lectica ueheretur, ad subitũ casum fulminis, quo unus ex comitibus exanimatus est, tonanti Ioui ædem uouit. Sab. lib. 3. cap. 4. ex Suetonio & Dione.

Simonis, ANDRONICI Imp. Constantinopolitani bellissi-

ma filiola, imatura ætate Seruix Crali desponsa, hoc nomẽ accepit, quod cùm plures puellæ Andronicõ morerentur, à muliere quadam edocus, XI Apostolorum XII imagines cereas uiri magnitudine statuit, atq; ordine accendit sub tempus parus: quæ cùm in tempus, quo Simonia ardebat, incidisset, puella Simonis est appellata. Pachymerius.

MORBVM DEPELLENDVM.

AEgyptii pro pueris morbo affectis uota cõcipiebant, ut si deus uoto adesset, defectum capillum diis dedicarẽt. Dio dorus lib. 2. cap. 2.

P. VAL. Poplicola, qui eiectis ex urbe Tarquinis primus Roman. consul fuit, in crudelissima urbis peste, nuncupatis uotis, cæsisq; atris bobus, Diis, Proserpinæq; sacra & ludos fecit. Val. Max. lib. 2. cap. de Institut. antiq.

TITVS Vespasianus, cùm peste urbs grauiter laboraret, nullumq; humanæ opis remedium inuaret, omnibus Romanis sacris operatus malum amoliri conatus est. Suetonius. Horatius lib. 2. Sermonum, satyra 4. superstitionem MVLIERVM

CVLARVM iridet, hęc uerba: Iuppiter, ingentis qui das adimiq; dolores, Mater ait pueri, mensis iam quinq; cubantis,

Frigida

Frigida si puerum quartana reliquerit, illo Mane die, quo tu indicis ieiunia, nudus In Tiberi habit. Casus, medicusue leuarit Aegrum ex praecipiti, mater delira necabit In gelida fixum ripa, febrimq; reducet, Quo ne malo mentem concussat timore deorum.

FOECUNDITATEM.

Eleorum feminae orbatam ab Hercule uirili robore patriae miseratq; Palladi uotum nuncupatur, si grauidq; ad primos uirorum congressus fierent, Paufanias lib. 5.

DILUVIUM IMMINENS.

Cannacae quispian Phrygum rex, quemadmodum narrat Hermogenes in Phrygijs, cum prauidisset euenturum diluuium, conuocatis omnibus ad templa deorum, multis lacrymis supplicabat diis, ut id malum auerterent. Vnde Herodes iambographus inquit, in paucis uerbis id est, Vt Cannacae more plotem. Zeno dotus, Stephanus in dictione Iconium, ait Annacum quendam uixisse super annos trecentos. Itaq; undiq; consultata oracula, Quo usq; uicturus esset? Responsum autem, Mortuo Annao peritura uniuersa, quo defuncto, successisse diluuium Deucalionis. Caeterum audi to responso, magnopere luxisse Phryges, atq; hinc de graui luctu ortum prouerbum, in Anaxio dicitur, Era. In Adag.

SICCITATEM DEPELLENDAM.

Sacra Arcadyum pro siccitate abigenda, pete ex Tit. Fontes mirabiles.

ANNONAM.

Romanos Quidius in Fastis tribus anni temporibus fructuum gratis, totidem sacrificia dicit fecisse, VINALIA, ROBI GALIA, FLORALIA: prima causa uini: altera frugum, deo qui Robigus dicebatur sacra septimo Cal. Maij, quoniam tunc ferè legetes robigo occupat, ut ait Plinius: tertia cunctorum fructuum, quibus dea Flora praerat.

VENTOS.

Xerxes contra Graecos classem ducente, in ora Magnesiae terrae, fecerunt Athenienses Boream inuocasse ex oraculo quod eis redditum est, ut generum suum ad sibi opitulandum inuocarent. Habet enim Atheniensium regis filia, Ita q; dum in Chalcide ca Erechthei Atheniensium regis filia, Ita q; dum in Chalcide pro Europa excubarent, inuocauerunt Boream & Orithyiam, ut sibi auxilio essent, & Barbarorum naues corrumpere, quemadmodum prius fecerant circa Athon. Borea igitur id praestante, digressi illinc, delubri ei extruxere ad amnem Ilistum. In eo autem naufragio qui paucissimas naues, ij non pauciores quadringentis ex Xerxis classe perisse aiunt, uiros quoq; innumeras, ac uim pecuniarum immenfam, praeter naues onerarias & lembos. Herod. lib. 7.

Referit Nicolaus Venerus in Indica historia, NAVCLERYM Indum cum cessassent uenti, inuocato, ut ipse appellabat, deo Murrhian, tandem in Arabum quendam illum descendisse, corruptumq; hominem exclamasse, per nauimq; currentem ad tabulam qua hac de causa malo apposta erat, accessisse: Carbones quoq; qui ibi aderant deuorasse, & gal li sanguinem petiisse: quem protinus in gulato gallo exiit. Inde rogasse, quidnam peterent? Respondente nauclero, Ventos. Et qua ex parte? Ex occidente. Illos intra triduum datorum se pollicitus est. Admonuit quoq; eos, ut in occasione parati essent. Soluta coniuratione, Arabs nullius eorum qua uel praedixerat uel passus fuisset, memor erat. Terepore tamen constituto, omnia ex sententia successerunt. Cardanus de Subtilitate libro de Daemonibus.

TEMPESTATEM SEDANDAM.

Angonauitas tradunt ex Sigaeo digressos foeda tempestate factatos, caeterisq; in manifesto discrimine desperatis, Orpheum uoto Samothracibus diis nuncupato, remedium aduersus saeuientem procellam demonstrasse. Quum Minya medio periculo tenerentur, duplex lumen Castoris & Pollucis capitibus effulsi sunt: nec ita multo post pelagus sauire desisse: & ob eam rem credita iuuenum diuinitate, subitoe eiusmodi ignes in mari Castores appellatos. Geminae sunt, uelut fulgurum effigies, quae alias nocturnis militum uigilijs in pilorum cuspidibus sedere, alias per antennis caeterasq; nauium partes sedem ex sede mutantes, uocati quo dam sono uagari solita. Graecus, quum solitariae uenire, mergentesq; nauigia: geminae & tunc quidem, & semper alias salutares prosperiq; cursus nunciat, suoq; aduentu diram illam & minacem, quam eodem argumento Helenam dixere, quae mergit nauigia, & si in ima deciderit etiam exurit, fugare creduntur. Res miraculi loco accepta, fecit ut Castor & Pollux auxilio ad nauem colerentur, portuq; soluturi Samothracibus diis, pro soluentium salute, sacra faceret. Sab. lib. 3. En. i. ex Plin. lib. 2. cap. 37.

HOSTEM AVERTENDVM.

Romae magna trepidatio fuit, aduertu Hasdrubalis ex Hispania in Italiam nunciato, creatis Consulibus Cl. Nerone &

M. Luiuio, magna fuerunt sacrificia praeter solitum facta. Per nouem dies ducebantur ab aede Apollinis boues binae albae, quas sequebantur duo signa cupressae. Deinde uirgines uiginti septem, longa induta ueste, carmen lunoni Reginae cantabant. Virginum ordines sequebantur omnes praetextati, omnis Senatus, & a porta per Iugarium uicium in forum uenerunt. In foro omnis pompa confluit: per manus recte dadas uirgines sonum uocis pulsū pedum modulantes intercesserunt. Inde uico Tusco in eodem lunonis peruentum est, & his duabus hostis deos Romani placatos crediderunt. Deceuerant enim his praetextis Consules obuiam ire Hasdrubali ab Alpihus descensuro, ne eius aduentus Cisalpinam Galliam & Tusciam rerum nouarum audiam turbaret. Io. Gerund. lib. 3. Paralip. Hispaniae.

Obfessa ab Alarico Gotho Roma, ROMANI omni humana deplorata ope ad uetera deorum auxilia, a quibus saepe se conseruatos sequebantur, imploranda se conuenerunt. Auxit uero eorum fiduciam Pompeianus urbis praefectus, qui se Tuscos quosdam audiuisse dixit afferentes, se nuper Narniam sacrificijs factis e maximis periculis exemisse, atq; hostes longe a moenibus propulisse.

Caeterum senatum in Capitolio sacrificijs incumbentem populus auersatus est, sacrilegium illud uerius, quam sacrum arbitrat. Itaq; se ad perculendum Alaricum donis contulerunt. Sigonius.

FGAM SISTENDAM.

ROMVLVS Sabino bello, quod circa Capitolium Palatiūq; gestum est, cum turpem suorum fugam quodam praefectum non posset, Statori Ioui ad eum uoto nuncupauit: si fugientibus suis metum adempisset, susteretq; Romanū aduersus hostem, qui a tergo uictor instabat. Vix bene preces effuderat, atq; illico factus est uoti compos: restituta enim acie, non tantum aequa est pugna, sed ad Curtium usque lacum Sabini, qui uictoria exultat, est cum caede & strage repulsi. Sab. lib. 2. cap. 5. ex Plut. Romulo.

VICTORIAM.

IEPHTHA Galaadites, contra Ammonitas pugnaturus, uotum in haec uerba nuncupauit: Si tu mihi, Deus, uictoriam in Ammonitis dederis, quod mihi extra fores domus meae, incolumi ab Ammonitis redeunt, obuam prodierit, id Iouae erit, idq; inmolabo. Praefectus deinde superior factus, cum Maspham domum rediret, obuam ei procedit unica filia uirgo cum tympanis & choris. Iephta terribus & moestis, filiae uotum suum indicat. Illa patrem, ut uotum praestet, hortatur: petit tamen concedi sibi duos menses, quibus suam uirginitatem cum suis aequalibus in montibus deplorare queat. Eo tempore exacto, a patre immolata fuit. Ea deinde res in confuetudinem abiit, ut quotannis Israeliticae puellae lamentarentur Iepthae Galaaditae filiam quatuor dies, Iudicum capite II.

AIACEM Homerus ait, quando cum Hectore erat ex pronocatione pugnaturus, ut uota faceret praecipisse Graecis pro ipso diis, hinc uota nuncupantibus illis arma induisse. Iam AGAMEMNON postquam confidit in imperio, Hastam quisiq; acuat, clypeumq; accommodat apte: tunc Iouem precatus est.

Annue tu Priami mihi recta excedere celsa. Siquidem uirtus deus spes est, non uelamentum ignauiae. Plut. de Superstit.

GRAECI ad Salaminem praellium contra Persas nauale facturū erant. Et simul oriente sole, extitit terrae marisq; motus. Visum est igitur Aeaecidas in auxilium inuocare. Proinde omnibus, qui illuc de Salamine sunt, diis uota fecerunt, & Aiacei Telamonis filium inuocauerunt: nauemq; ad Aeam & ad alios Aeaecidas inuocandos. Aeginā miserunt. Herod. lib. 8.

PYRRHVS Epirotarum rex Erycem munitissimum oppidum, quod magnum habebat Carthaginensium praesidium, statuit oppugnare. Stante in prociū exercitu, arma toto corpore induit, progressusq; Herculi ludos & uictimas uictoriae causa uouit, si Graecis Siciliam incolentibus dignum se genere & fortunis suis praestitisset bellatorem. Signo tuba dato, barbaros telis deiecit, & admotis scalis in muros euasit primus. Dum ibi pugnat cum multis, partim ex muro hinc inde depulsi & deuorabant, plerisq; gladio interfectis cadauera circa se accumulauit. Nihil interim fuit ipse laesus, sed hostibus terribilis aspectu uisus est. Plut. in Pyrrho.

DIOS Syracusanus a Platone impulsus, ut Syracusanos libere factos Apollini sacrificio contra Dionysium bellum moueret, quem Speusippi auxilio in arcem confugere coegit, cepit, captumq; in exilium misit. Plut. in Dion.

Apud ROMANOS, si quod iustum bellum in exteris nationes indictum, aut si pro aris focisq; & deorum templis a solo patrio pugnandum esset, ut ea res populo Romano sociisq; ac nominis Latino bene & feliciter eueniret, utq; bonis auspicijs

auspicijs ac dijs bene iuuantibus arma fumeret, supplicationes instituae sunt. Alexan. ab Alexan. lib. 5. cap. 26. & Plutarchus in uita Metelli.

Verrus Flaccus auctores ponit quibus credat, in oppugnationibus ante omnia solitum a ROMANIS sacerdotibus uocari deum, cuius in tutela id oppidum esset: promittiq; illi eundem, aut ampliorum locum apud Romanos, cultum. Durat in pontificum disciplina id sacrum: constatq; ideo oc cultatum, in cuius dei tutela Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent. Plin. lib. 28. cap. 2.

TVLLVS Hostilius, cum ad Tyberis & Anienis confluentem in Fidenates & Veientes aciem direxisset, cognita Albanorum ad hostes defectione, duodecim Salios Marti uouit: extititq; confestim uictor exercitus, qui pro uictu iure habebatur, iam spe & uiribus impar hostibus factus. Liu. lib. 1. Dec. 1. Plin. cap. 4. de uiris illust.

Cum Cimbris pugnaturus Rom. lautas manus C. MARIVS ad caelum tollens, diis uouit immolaturum se centum boues. Vouit & Lucatius Catulus tentis trem manibus Fortunae eius dii ad eum. Marium etiam sacrificantem aiunt, cum exa ei porrecta essent, exclamasse, Mea est uictoria. Plutarchus in Mario.

ROMVLVS, cum uideret Acronem Cenensium regem propter raptas uirgines Sabinas Romanum agrum occupasse, uotis nuncupatis, si hostem fuderit fugaritq;, se eius arma ferentem Ioui daturum: ubi in certamen collatis signis descendit, regem uictor obrucat, exercitumq; in fugam uertit. Quoq; uotum Ioui & ciuibus spectato reddere iucundum, trophaea erexit, & Ioui opima spolia obtulit. Liu. lib. 1. Dec. 1. Plut. in uita Romuli.

BALBINVS & PVIENVS, Rom. Imp. cum bellum aduersus Maximinorum sauitiam iis decretum esset, ut uictoria potirentur, Hecatomben diis uouerunt.

AVRELIANVS Imp. aduersus Marcomanos, cum Mediolanum usque ad Placentiam uenissent, mouens, ad Senatum scripsit: Ve in spebis Sibyllinis libris, quae necessaria essent scira, ad imperandam deorum opem conficerent. Quae cum Senatus egisset, ac diuino nutu magis quam humanis uiribus atq; consilijs, barbari ultra progressi grauibus ostentis territi non audent, Aurelio ad uictoriam uia paruit. Is autem, ne parum grate caelo dimissam agnoscere opem uideretur, praeter munera huius uictoriae gratia per urbem Romam multis templa data, soli Capitolino Ioui quindecim millia auri pondi, & magnam gemmarum uim pluribus collationibus dedit. Fulg. lib. 1. cap. 1.

Vnus ducum MOESORVM, qui per Marcum Crassum uicti sunt, ante aciem postulato silentio: Prae uos, inquit, estis? Responsum inuicem, Romani rerum domini. Et illi, Ita inquit uicti, si nos uiceritis, & statim ante aciem immolato equo concipere uota, ut caesorum ducum extis & litarent, & uelicerent. Auent. lib. 1. Annalium Boiorum.

Branas Alexio, duce perfido, ISA CIUM Angelum Imp. Constantinopoli obsidente, ut illum imperio exueret: Imperator iis monachis, qui nudis pedibus incedunt, & humi cubant, in palatium congregatis, Deo supplicabat, ut ciuile bellum propulset, nec alteri traderet imperium: rem uero bellicam penitus negligebat, omni spe sua in armis spiritus colloca. Erat tum temporis in urbe Conradus Caesar Moestiferrati marchio. Is Imperatoris collaudata pietate, dum ne in superstitio abiret, mouit, ne in medicis oem fiducia collocaret, sed rei militaris etiam ratione haberet, & aimatis phalangibus seditione occurreret, nec dextris duntaxat armis religioforum, sed sinistris etiam militum, hostes ulcisceret. Quibus Conradi uerbis foecordia extulsa, auxilia con traxit, Branamq; aggregatus, illustrem uictoriam reportauit. Nicetas libro 1.

PACEM.

NVM A Pompilijs sub Romani imperij auspicijs, ut populi ad pacem & tranquillitatem perduceret, diuinum auxilium implorauit sacrificijs plurimis, ludis & tripudijs. Plut. in eius uita.

REIPVB. INCOVMITATEM.

M. Furius CAMILLVS Dictator, Veiorum urbe expugnata, militibusq; ingentem egerentibus praedam, contemptis ex arce cuncta, primum illa crymauit. Deinde cum celebraretur a circumstantibus felicitas eius, manus ad caelum tol lens precatus est: Iupiter Opt. Max. diiq; rege ac male factorum arbitri, haud uos latet non iniuste nos, sed necessitate compulsi, ab infestorum & nefariorum hostium ciuitate persequi poenas. Si qua tamen nos manet uicissim huius inuidia prosperitatis, oro, ut eam luere ego pro urbe exercitum: Romano quam minimo meo priuato in commodo ualea. Simul atq; ita fatus est, ut in more est Romanis, a prectibus & ueneratione deorum sese conuicere dextrosum, dum circumagat se, probabitur. Percussis illis, qui ad erant, cum humo exisset: Ab impenfa felicitate, inquit, leui ex uoto defunctus sum casu. Plut. in Camillo.

Vota pro imperij aeternitate, nonnunquam pro salute ciuili uerbis solennibus apud ROMANOS concipi solebat. In quo id seruatum est, ut nisi tertio die post Calendas Ianuarias, pro salute principis uoti concipiatur, utq; solenne iusiurandum nuncupationibus uotorum praestetur. Etiam pro itu & reditu, proq; incolumitate principis, iacere stipe ad lacu Carrij, aut ludorum celebritas, apud Romanos uoti fuisse compertum est. Quotiesq; pro principis incolumitate concipiebatur uotum, Tibero imperante id seruatum est, ut in uotorum nuncupatione, Nerone Drusumq; diis commendarent. Alex. lib. 3. cap. 22.

QVI PVTA

DV CES.

Apud ROMANOS, designati ipso die in magistratus, in bellum profecturi, concionem ad populum habere, Capitolium adire, ibiq; sacrificio perfecto, uota effundere solebant: tunc suscepto emissioq; uoto, cum se numinibus obligarent, Rei uoti appellati: cum autem uoti compotes, promissa exoluissent, Damnati uoti dicti sunt. Alex. lib. 3. cap. 22.

In uotis obseruatum legimus, a ROMANIS simul ac consuli aut imperatori, cui belli summa commissa erat, de euentu belli in certa spe fluctuanti, uoti uocere collibitum esset, si id inconsulto senatu, aut citra populi auctoritate faceret, de manibus uel hostiu spolijs, aut si non sufficient, sua impensa exolueret teneatur. Vouebantur enim saepius templa adesse deorum: ludiq; diis aut statuae, uestes, coronae, nonnunquam mulsi pocillum. In quo fuit seruatum, ut uelato capite, & ueste caput operatus imperator, praetor aut consul, uotum effunderet, illudq; conceptis uerbis suscipiat. Alex. lib. 3. cap. 22.

MERETRICES.

Lege sancitū fuit antiquitus apud CORINTHIOS, ut quado ciuitas magnis de rebus ueneri supplicat, quam plurimae meretrices ad supplicationem sumantur, deaq; postea ipse nuncupentur: quae sacrificijs deinde interfunt. Tunc etiam meretrices pro Graecorum omnium salute supplicauerunt in ueneris templo, cum Xerxes exercitum in Graeciam traiecit, ut narrat Theopompus & Timaeus libro 7. Simonides cum tabellam Corinthiae deae dedicasset, singulas meretrices apposuit.

Haec statueret super Graiorum orare salute

Felicem uenerem, & pro laribus patriae,

Non etenim arceiferis uoluit Venus aurea Peris

Arcei Graiorum pro dote, quam populent.

Priuati etiam de uota persoluunt, ac rebus praetextis, pro quibus orarunt, ei meretrices adductas se pollicentur. Corinthius Xenophona ad certamen exercitus in Graecia, ipse quoq; se sortis deae adductum promissit, si uictor eua sisset: ac Pindarus primum in illum encomium conscripsit Athenaeus lib. 13. cap. II.

GRAUIDAE.

ROMANIS praedalu uisus, ut quae uerum seruit, antequam edatur parcas, Postuerat & Profae, quibus duae arae dicatae erant, ne partus perueri fierent, ne uetus praeposter exeret, immolarent: Egeriae, nymphae, & Fluoniae lunoni facra facerent, quia putabant illarum ope conceptum egerere, & fluorem sanguinis cohibere. Alex. lib. 2. cap. 23.

QVOMODO.

RESTIPVLATIO, POLLICITATIO

DIIS FACTA.

Frequens apud ueteres uoti fuit, ut decima praeda & spoliarum, quicquid ex hostibus captum fuisset, Ioui & diis deuouerent: quare Iupiter Praedator nuncupatus: sicut Camillus, captis Veis, uoti uouisse dicitur. Id enim soluebat, ut praeda parte diuendita, donum diis & numinibus diceret. Quj mos GALLO RVM fuit, ut belli iure quaesita, plerumq; uero parte Marti deuouerent: in quo id erat constitutum, ut diuina ope implorata, is plus spei ferret, & propitios facilius haberet deos, qui maiore praeda parte diis deuouisset. Qua tempestate Crotoniata aduersus Locrenses graues testataeque inimicitias habebant, bello dimicaturi, cum decima praeda Apollini uouissent, LOCRENSES ut uoto uincerent, nonna deuouere: & cum Galli, Aristonico duce, contra Romanos militaret, deq; hostiu graua aureu torquei Marti promississent: Flaminius, ut uoto uinceret, de torquebus Gallo rum Marti trophaeum posuit. ARATVS uero Sicyonius cum D C hominum capita, ne ab aduersariis uoto uinceretur, se deo immolaturum uouisset, non compos, exoluere uotum Thesalicis dolor recusat. Alex. lib. 3. cap. 22.

Pontificū decreto cauebatur apud ROMANOS, ut si ab exercitus duce, diis manibus quispia deuotus & consecratus foret, neq; is in acie cecidisset, ut Diti satissat, signum septem pedes altum in terram defodi oportere: ubique signum effossum fuisset, illic hostia immolari non licere. Et tamen se deo deuotas nemo sibi asferere queat, hominem tamen deo deuorum, aut diis consecratum occidere permittunt impune, eamq;

eamque eadem capitali noxæ non haberi, tanquam illius anima non ad nos, sed ad deos pertineat. Ex Macrobio Alex. lib. 3. cap. 22.

Ex incerta pecunia, & quæ non extaret, uotum concipi poterat, & si semel uotum emissum foret, illud denud irritum facere non licebat. Quod si incerta pecunia fuisset, pro qua uotum conciperetur, eaq; bello usui non esset, illam reponi, nec cum alia misceri oportebat: quod nisi factum esset, uotum non rite emissum, nec religione uouentem exolui putarunt. Alex. lib. 3. cap. 22.

Si Ver sacrum in magnis Reip. R. O. M. casibus uouendum foret, nisi ex auctoritate collegij pontificum fieret, non uotum, sed in consulta pollicitatio censetur. In hoc enim uoto, quicquid ex subibus, ouibus & agnis, inter Calendas Martias, & Idus Maias, apud quenasq; natum editumue fuisset, uoto contineri dixerunt: pueros quoque & puellas, qui inter hæc tempora editi fuissent, haud dubie uoto comprehendi: sed quia immolare eos turpe ducebatur, hoc piaculari sacro expiarunt, ut ad uoluntatem uelarent, uelatosq; extra fines exigerent, qui Veruæ dicti sunt: quo piaculo liberi religione putabantur. Alex. lib. 3. cap. 22.

Q. A. B. M. A. X. Dictator bello secundo Punico contra Hannibalem patribus auctor fuit, ut decemuirii Sibyllinos libros inspicere iuberentur. Quorum monitu ipse Erycinæ Veneri eodem uouit, Atilius prætor Menti. Sunt & Marti sua uota nuncupata, & uer sacrum Ioui uotum, si respub. in quincentium eo, quo fuerat, mansisset statu, ut quicquid uer unum ex Ouillo, Suillo, & Caprino rullisset grege, id Ioui sacrum esset. Supplicatio ad hæc & Lectisternium indictum. Sabell. lib. 1. Ennae dis.

INSTRUMENTA.

ATHENIENSES, cum in aureis & argenteis uasis diis propitiasset, & præna occidissent, tunc demum sanctissimis ceremoniis cœlum suspicientes, uota nuncupabant. Alexander libro 3. capite 22.

Ramus ex sacra olea, alba lana coronatus, in emissione uotorum adhibebatur apud Græcos. P. A. R. T. H. O. R. V. M. reges & magi, nyctegretum, quæ nyctilopa dicitur, herbam coloris hyginiæ, ut spinæ folia, adhibebant, magnis sæpè laudibus celebratam: quæ non adhibita, nullum uotum rite concipi arbitratu sunt: & cum deos uocabant, marmaridem herbam, quæ in desertis petris & saxis præruptissimis nascitur, admittēbant. Idem.

PRONUNCIATIO.

Quæ dictator, consul aut prætor apud R. O. M. uota suscipiebat, non aliter nisi uerbis conceptis, præunte pontifice maximo, ne quid præposterè dicitur, concipi poterant. Alex. lib. 3. cap. 22.

GESTVS.

De precantium moribus Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 17. Vide infra, Pompe sacra.

ANCHISES, ut poetica fides his adiciatur, ostento commotus, quod circa Ascanium fieri cõgigit, nocte illa qua Ilium est à Græcis excisum, Iouem precaturus, manus & oculos ad cœlum extulit. Sab. lib. 2. cap. 4.

AENEAS huius filius, in templo Delij Apollinis cum his qui aderant in terram procubuit. Cæterum in Creta noctu apud deos penates patrium morem imitatus, supinas manus & oculorum aciem in cœlum ablegauit, deos rogaturus. Alex. lib. 3. cap. 22.

Nec DIDO uno orasse modo traditur: quippe quæ hospitale Iouem propitiatura, unum leuiter libauit: mox alibi aram tenens manibus, orationem peregit. Ibidem.

Veteris fuit superstitionis, quod in Alectio Mercurius scribit, Deum adorantes, si medius affulserit dies, debere in aultrū conuerti: si uerò dies sit occiduus, in occasum: si se tunc præmat sol, exortiuus esse spectanda. Quidam ex GRÆCIS ita produnt: Si herobus rem obissent diuinam, occasum solitus spectare: si diis, exortiuas partes, quod in Isthmiis significare animaduertitur. Pindarus. Cælius lib. 12. capitez. Antiq. Lect.

Quam uidisset Diogenes Cynicus FEMINAM diis procumbentem, ita curato corpore, ut à tergo quadam appareret quæ nudari non deest oculis hominum: adiit illam dicens, Non uereri mulier, ne stante post tergum tuum deo (nam illius plena sunt omnia) parum decenter te geras? Idem Aesculapio percussorem consecrasset dicitur, qui accurrès præcedentes in faciem contereret. hoc signum deterrere homines à superstitione, qui credunt deos non audituros, nisi ipsi indecoro corporis gestu supplicent. Laert. lib. 6.

Apud VETÈRES sola oratio litare non poterat, nisi & is, qui deos precabatur, manibus aram apprehenderet. Inde Varro Rerum diuinar. libro 5. dicit, Aras primùm ansas dictas, quod esset necessarium à sacrificantibus eas teneri. Ergo commutatione literarum Aræ dici ceptæ, sicuti olim Valē

si & Fufij, nunc Valerij & Fufij. Hinc Verg. Aencid. 4. Talibus orantem dictis, arasq; tenentem, Audiit omnipotens.

Et multis aliis in locis, ut Macrobi. li. 3. Saturn. ca. 2. testatur. NVMA præceptum est, ἄσπετος ἡ ἀσπίς, id est, Adorandum circumactu corporis, nimirum ad imitationem cœli, perpetua uertigine circumacti. Cœlum autem, deum antiquitas credidit. Plutarchus in Numa addit & alias interpretationes: uidelicet cum sacra spectent exortum solis, qui ad orat. uertens se circumacto corpore ad orientem, uidetur semet ad deum conuerrere, factiq; circulo per utranq; mundi partem uota facere. Subiicit et tertiam, quam uidetur maximè probare. Corporis uertigine significari rotas Aegyptias. sentit opinor de hieroglyphicis, quibus illi significabant, nihil in rebus humanis esse stabile aut perpetuum: sed ut uenque uisum fuerit Deo, uitam nostram uertere ac uoluerit, æquum esse ut boni consulamus. An potius alludit ad Sefostrim, qui cum reges ante currum ageret, quidam ex iis rotarum conuersionem intuens, fortunæ inconstantiam regi præfigurauit. De qua re Cedrenus.

Alterum EIVSDEM est, καθήκον ἀσπίδος ἡ ἀσπίς, id est, Adorari sedentem. Significat uota certa concipere oportere, & in his quæ sunt optima perseverare. ἄσπετος ἡ ἀσπίς legunt alij, qui adorauerunt, uti sessio ipsa sit uelut augurium, uota rata firmaq; fore. Quidam arbitratur alium subesse sensum, quod oporteat eos, qui sacris operantur, non obiter ac uelut aliud agentes hoc facere, sed uacuos ac totos rei diuinæ intentos. Nam, Plutarcho teste, quoties pontifex anguria seu sacra aggredi debatur, præcones clamabant, Hoc age. Ea uox hortabatur, ut qui sacra adirent, reuerenter & attentè id facerent. Idem in Problematis rerum præclarum refert, qui diis uota fecissent, in templis manere, & quietem agere solitos, quod ad actiones huius uitæ frequenter inuoluant hominem molestis. Erasmus in Adagijs.

Cum diis Manibus & Diti concipitur uotum, quæ Deuotio potius dicta est, ouibus tribus aris Telluri Iouiq; sacrum fit in quorum precatione qui rem diuinam facit, cum Telluri rem inuocat, manibus terram tangit: cum uerò Iouem, sub latris in cœlum manibus precationem peragit. Cum autem uotum effunditur, manus pectori admouere præcipitur: aliter uotum non rite concipi, sed pollii sacra inexpabili religione putarunt. Alex. lib. 3. cap. 22.

Qui Opi deæ, quæ Terra dicta est, uotum concipiunt, sedentes uotum effundere, inq; concipiendo terram tangere debet. Alex. lib. 3. cap. 22.

Veniam à deis spei alieuius audacioris petimus, in sinum spuendo etiam, inquit Plin. lib. 28. cap. 4.

HABITVS.

Quum diis immortalibus honores dabant VETÈRES, capite aperto & uelato, sacra facere, & numina adire mos erat: ut deorum honores longè dispares ab his qui dantur hominibus magnamq; in eorum diuinitatis ostenderent, quæ se moto uisu à rerum conspectu, religiose & uenerabili diuina peragerent. Ideo in sacris uelare caput, & ueste operiri, antiqui moris fuit. Alex. lib. 2. cap. 19.

ROMANI in summis supplicationibus, nudo pectore & deiecta toga ex humeris, genu nixi, nonnunquam humi prostrati deieci, præces fundere solebant. Alex. ab Alex. lib. 2. ca. 19. Accidit hæc pectus, ut Romi, rebus bello accessis, cum nouus terror ab hostibus impenderet, Romanæ mulieres pacem malorum petitura, solutis crinibus templorum pauimenta uerrerebant. Sab. lib. 2. cap. 4.

MACE DONVM mos erat, si quid suppliciter à diis uel hominibus exposcerent, seminudos, & interiori tantum amictos tunica, obrectari. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 19.

POMPA.

Fiebant supplicationes ROMANÆ cum solenni precatione urbetota, circa omnia delubra phanæq; & puluinaris, in quibus honos diis dabatur: senatoresq; patritij cum coniugibus & liberis, plerunq; coronati, nonnunquam omnes tribus & ordines, præeunte pontifice maximo, aliquando duumuiris, præcedentibus pueris ingenuis & libertinis, ac uirginibus patrimis & matrimis coronatis, uel lauream tenentibus manu, uoce modulata pronuntiantibus carmen, prælaræ pœpa, supplicare, & pacè deũ exposcere solebat. Ibidem.

LOCVS: VBI.

PERSÆ cum nec deorum aras haberent, nec templa erigerent (erant enim ædium sacrarum & simulacrorum eueriores) in loco mundo & excelso, cum precatione diis uictimas immolabant. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 17.

ACCIDENTIA. PRECES.

ASSIDVÆ.

TVRCI præces suas peragentes tanta utuntur diligentia, ut interim

interim nihil uel laboris, uel alterius rei suscipiant. Chalcoedylas lib. 3. Alcoranus quinquies in die præcipit orandū, horis & temporibus assignatis certis. Prima eorum oratio patria lingua Danguanias uocata, p quatuor Erket, & duo Czalamat perficitur. Est autem Erket geminata inclinatio, cum totidem prostrationibus. Czalamat uerò est ipsa secreta oratio, quam sedendo perficit post quo diliber Erket, cum saluatione à dextris & sinistris, & impressione pacis, quam utraque manu in faciem obducendo facit. Fit hæc oratio in ortu solis mane, nullo habito respectu artificialis horologij. Secunda oratio, quæ circiter meridiem fit, Orientalis dicta, continet decem Erket, & quinque Czalamat. Tertia oratio Kyndinianas lingua gentili nuncupata, in declinatione solis uespertino tempore fit, complexa octo Erket & quatuor Czalamat. Quarta oratio Achæamnanias uocata, quinque Erket & tria Czalamat in se tenens, circa Occalum solis fieri consuevit. Vltima & quinta cæteris prolixior (nam quindecim Erket, octo Czalamat complectitur) post cenam tardioris solet fieri hora, dicta laczinonias. Has orationes unusquisque cum patrichiano suo in proprio templo tenetur orare, nisi occurrerit impedimento legitimo, ob quod in alio loco hæc expulserit: quando quidem licet etiam neglectas supplere, si non debitum tempus fuerit seruatum. Cuspianianus.

EXAVDITE.

CROESVS Lydorum rex, à Cyro uictus, & tempus, ut cremaretur impositus, cum Solonè ter alta uoce inelamasset, & Cyrus causam intellexisset: pyram exingui iussit. Verum cum ignis iam præualuisset, Croesus Apollinem inuocauit, ut si unquam ab eo donum illi gratum fuisset oblatam, ipsum præsentem malo liberaret. Repente igitur nubes è sereno & tranquillo aère coacta, copiosissimam aquã effudit, rogūq; extinxit. Herod. lib. 1.

In VULCANALI colle iuxta Agrigentum, uiridia ligna, quæ super imponebantur, si preces iustæ erant, sponte ignem concipiunt. Quod si iniuq; nullum concipiendi ignis signum edebant. Fulg. lib. 1. cap. 6.

OLYMPIÆ sacro certamine, nubes muscarum immolato rauore ei deo, quem Mytiodem uocant, extra territorium auolat. Plinius lib. 29. c. 6.

Inruentibus in Græcos Persis, PAVSANIAS sacrificans imperauit Lacedæmonis, ut postis ante pedes clypeis confiderent quieti, sibiq; attendere, neque ulli hostium repugnarent. Parent Spartæ, quamuis alias aliquot ex ipsis uenerati conciderant. At Pausanias alias ex aliis hostibus uate cadente, atque lacrymis oppletus, conuertit se ad sanum inuoniam, manusq; ad cœlum tendens precatur. Ciceroniã Inuonem, cæterosque deos, qui Plataicam terram incolunt: si in fatis non foret, ut potiretur Græci uictoria, saltem, ut re alia parata memorabili eaderent: & ubi hostibus re ostēdisset, uiris fortibus eos & bellicosos arma intulisset. Ita Pausania deos obtestante, unã cum precib. apparuerunt læta exata, & uictoriam aruspices nunciauerunt: datiq; signo omnes cum hostibus manus conseruerunt. Plut. in Aristide.

DARIÛ Persarum regis preces deus exaudiuit, aquã cœliiis postulantis: cum aduersus Saccas expeditionē suscipiens, à Bisace equisone in uastis solitudines per aliquot dies deductus fuisset, illicq; multi militū fame & siti mortui essent. Polyænus lib. 7. & Iustinus ex Trogo.

Classis Xerxis ad Chalcidem uento Borea grauissimè integro triduo afflicta fuit. Quarto tandem die MAGI incisiones faciendū, & ueneficis incantando uentum, ad hæc Theti ac Nereidibus sacrificandū, tempestatem compescerunt, siue aliter tempestas ipsa sua sponte cessauit. Theti autem ideo Magi sacrificauerunt, quod ab Ionibus acceperant, Thetim ex

co loco captam fuisse à Peleo, omnemq; eam oram Sepiadem illius esse, aliarumq; Nereidum. Herod. lib. 7. M. Tullius Tusculanarum quæstionū lib. 1. tradit; TROPHONIVM & AGAMÈDEM exædicato templo Apollini Delphico, uenerantes deum laboris sui mercedem petisse; nihil quidem certi, sed quod esset optimum hominū: quib. Apollo se id daturum ostendit, post diem ab illo tertium: qui ut illuxit, mortui sunt reperti.

Cum SICVLII ingenti laborarent sterilitate, Palicorū responso admoniti, heroi cuidam sacrificium celebrarunt, & ubertas rediit. Quæ gratia Siculi omne genus frugum congesterunt in aram Palicorum. Hanc ob causam à Verg. Aen. 9. uocatur pinguis ara Palici. Macrobi. lib. 5. Saturn. c. 19.

NVMÆ Pompilij (successoris Romulo ex Curibus Sabinis in regnum accessus) quàm efficax precatio, aut quàm audax, quæ è cœlo Iouem elicit, uel certè elici possit arbitrata est? Res (quod satis constat) non solum credita, sed ab aliis etiã tenata: Tullus Hostilius, qui post illum regno potitus est, quia parum scite id sacri obisset, cum tota domo fulminis est igne concrematus. Sab. lib. 2. c. 5.

DECIORVM uterq; patriæ uictoriã deuotione sua peperit: Pater siquidem ad Vesperim Campaniæ, Latinum hostē iam uictoriæ imminentem uincendum mirabiliter præbuit suis: Filius in Sentinati Gallum & Samnitum, Ethruscis additis, occidione occidendū collegæ Fabio reliquit. Cæterum aut nihil, aut perquam parum patris filijq; ad uictoriam conuulisse uideri poterat, nisi Pontificum solennes precationes adiectæ essent: secundum quos formido & fuga est hostib. iniecta, Romano uictoria parata. Idem.

CLAVDIÆ Vestalis liberior uita cum calumniã incurrisset, uerò eam hominum animis opinionem magno aliquo testimonio eximeret, facinus adorta est, plus admirationis, quàm fidei ad posteros habiturum: nauem qua deorum mater uehebatur, Tiberino uado hærentem, Vestam prius suppliciter precata, cingulo alligat: mox eam remouita est, traxitq; aduerso flumine, quod pars Rom. ciuitatis post multos & uarios conatus nequiuerat. Idem.

TVCIA Vestalis, iussa dicere causam, crimēq; diluere, quod ab accusatore intendebatur: Vestam precata est, ut si castè sancteq; eius factis ad id tempus operam dedisset, propositum teneret. Hoc tantum precata est: simulque ad ripã fluminis progressa, multis comitantibus, ut rei euentum cognoscerent, cribrum fluuiiali aqua plenum ad Pontificum conspectum (quorū ea cognitio erat) detulit. Adiciunt huic miraculo, accusatorem attentè requisitum, nusquam apparuisse amplius. Idem.

Adrianus Imp. Lucio Cōmodo in spem impetij adoptato, SÈVERIANVM & Fuscum nepotem eius, quod illud ægrè ferre uiderentur, suspectos inuisi, iussit occidi: quorum alter nonagenarius, alter uerò decem & octo annos natus erat. Sed Seuerianus priusquã iugularetur; ignem poposcit atq; in censo thure, Vos, inquit, ô dei, testor, me nihil mali cõmississe: de Adriano hoc tantum imprecor, ut cum mori cupiet, non possit. Et hic quidem mortuus est. Adrianus post morbum sapius frustra inuocata morte, sæpe etiã seipsum occidere uoluit. Extat eius epistola, quæ hoc ipsum significat. Scribit enim: Quàm miserum est, mortem optare, & mori non posse. Dion Cassius in uita Adriani.

NON EXAVDITE.

Hercules cum post egregia sua facinora in numerum deorum relatus esset, uix dici potest quot sacrificiorum genera ei instituerint. Literis tamen proditum est, ab I GNAVIS uota Herculi & preces effusas non exaudiri: quod soli strenuo & peruigili prosperos successus faceret, & propitius foret. Alexander ab Alex. lib. 2. c. 14.

GRATITVDO ERGA DEOS SVPERSTITIOSA.

PROPTER QUID. OB.

SAPIENTIAM.

PYTHAGORAS Samius, cum longa contemplatione inuenisset in retriangulis triangulis quadratum, quod à latere rectum angulum subtendente fit, æquum esse quadratis, quæ sunt ex lateribus angulum rectum continētibus. (quod theoremata 47. est. in lib. 1. Euclidis) Babucillus fecit, hoc est, bouem immolauit: alij hecatomben. Proclus libro in Euclidem 4. Plutarchus Quæst. conuiui. uolumine octauo, segmento 2. & Vitruuius lib. 9. cap. 2. Laertius & Cic. in 3. de Nat. deorum. Id uerò Cotta non credit, quoniam Pythagoras ne Apollini quidem Delio hostiam immolare uoluerit, ne aram sanguine conspergeret. Cælius lib. 19. c. 7. A. L.

PRVDENTIAM.

CARNÆ deæ, quæ uisceribus humanis præest, & uitalia fouere credebat, sacrum à Bruto institutum posteri seruaue-

runt, ut pulre fabacea & lardo, absq; uisceribus, sacrificetur. Hic enim quum excors putaretur, latentem animum, diu reconditum, suo tempore detexit. Alex. lib. 2. c. 22.

INDICIVM MALI.

Fuit apud Argiuos Palladis sacellum ἰσχυρὸς, à D I O M E D È structum, quod ei apud Ilium bellanti tenebras, caliginemque ab oculis deterrisset. Cælius lib. 14. cap. ult. Antiq. Lect. Mothone idem Mineræ Anemotidi templum dedit, cum intempestiuus tota regio uictis grauitè laboraret. Pausanias in Messenijs.

Furius C A M I L L V S, quando flammã Gallicam extinxit, urbemq; auro, quæ rependebatur, ex lance & libra detraxit non prudentiæ neq; fortitudinis, sed Aij Locutij templum exerit in uia noua: ubi ante bellum M. Ceditio ferunt iter facientem uocem audiram, quæ nunciabat, breui bellum Gallicum expectarent. Plur. de Rom. fortuna.

LONGÆVITATEM. AMESTRIS Xerxis uxor, ut gratiâ diis referret, quod diu uixisset, quatuordecim Perfarum liberos sub terrâ uiuos defodisse, & uotum diis perfoluiffe dicitur: tanquam his uotis & diis imprecationibus dii immortales & cœlestia numina placarentur. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 22. ex Herod.

VITÆ CONSERVATIONEM in quouis periculo. SESOSTRIS, siue Sefosis, Aegyptiorum rex, cum ex incendio grauissimo dormiens liberatus esset præter opinionem, tum cæteris diis, tum Vulcano, ut liberatori, uotum perfoluir. Diodorus.

THESEVS incolumis ð Creta rediens, Apollini uota reddidit die septimo mensis Pyanepsionis, quo sospites urbem intrare. Ac legumina memorantur elixari, quod incolumes cibarium reliquias in unum confuderint, unaq; coctas cômuni olla, epulati simul inter se manducauerint. Tunc quoque Erechone ferébât. Olea ramus est lana obuolutus, quem admodum tunc erant supplicia, uariis fructuum primitiis distinctus, quia desiderat tunc sterilitas. Plut. in Theseo.

IDEM cum ð Creta, interfecto Alterione Minois filio, reddidit, Trezenæ in foro Dianæ Sospitæ templum crexit. Pausanias in Corinthiacis.

LYCVRGO legislatori Lacedæmoniorum Alcander petulâs iuuenis, cui leges ab eo latae non placebant, oculum excussit. Lyeurgus ad Alpium uicium confugit. Vbi Lacedæmoniorum concursu seruat, quo minùs & alterum perderet oculum, Mineræ Ophthalmitidis ædem extruxit. Pausanias in Laconicis.

HELPIVS Samius, uiso in Africa leone, Dionysio hianti, seruatus à leone, templum ædificauit. Plin. lib. 8. cap. 18.

THEMISTOCLES cum in somnis admonitus insidias euasisset, Magnesiæ templum Diandymenæ condidit. Plutarchus in Themistocle.

Romæ VIctoris Herculis ædes duæ fuerunt: una ad portâ trigeminam, altera in foro boario. Huius cognominis causam Mafurius Albinus Memorabilium libro 1. sic exponit. M. OCTAUIVS Herennius prima adolefcentia tubicen, postquam arti suæ diffusus est, instituit mercaturam: & bene re gesta decimam Herculi profanauit. Postea cum nauigans hoc idem ageret, à prædonibus circumuentus, fortissimè pugnavit, & uictor recessit. Hunc in somniis Hercules docuit sua opera sequatum. Cui Octauius impetrato à magistratibus loco, ædem facrauit, & signum: Victoremq; incisis literis appellauit. Macrobi. lib. 3. c. 6. Saturnaliûm.

SANITATEM, OB MORBVM DEPVLSVM

In uia, quæ ð Sparta Therapnen ducit, templum est Coryleï Aesculapij, quod HERCVLES dedicauit, deoq; id cognominis in didit à uulnere sanatus, quod in pugna priore contra Hippocoonem, eiusq; liberos in cotylem, id est coxenâ, dicem accepserat. Pausanias in Lacon.

ARCHIAS Aristarchmi F. à conuulsione membrorum sanatus, qua inter uenandum apud Pindasum fuerat correptus, Aesculapij religionem Epidauri Pergamum traduxit. Acceptam à Pergamenis deinde Smyrnæ templo consecrante. Pausanias in Corinthiacis.

ÆGYPTII diis uota pro pueris faciunt, qui morbum euasere: radenteq; capillos, ac in auro argentouæ ponentes, dant munus magis. Diodorus Siculus lib. 2. cap. 2.

PHALYSIVS Aesculapio ob restitutionem uisus templum ædificauit. Pausanias in Phocicis.

ARISTOTELES agro tate Nicanore, pro incolumitate amici statuas lapideas se Ioui Seruatori unam, alteram Iunoni Sospitæ dicaturum uouit: at morte præuentus testamento absoluendas reliquit. Alex. lib. 3. cap. 22. ex Laertio.

VAL. Poplicola, cum tres filios morbo laborantes ex uoto recepisset incolumes: uoti reus, ludos seculares instituit prius, & celebrauit magna pompa. Alex. lib. 3. c. 22.

PESTILENTIAM SEDATAM.

TANAGRÆI Mercurio Criophoro tēplum erexerunt, sedata pestilentia. Pausanias in Bœoticis.

APUD ARCADES in Cotylio monte Apollini Epicurio templum pulcherrimū dedicatum est: apud ATHENIENSES Apollini Alexicaco, quasi Auerruncum dicas, quod pestilentia morbum auerteret. Pausanias in Arcad.

In foro SICYONIORVM Pythiæ Suadelaæ ædes est. Suadela uerò hac de causa colere instituerunt. Apollo & Diana, Pythone caeso, ut se expiant, uenisse Aegialen tradunt, sed incusso terrore eo ipso in uico, qui nunc Phobus dicitur, in Cretam ad Carmanorem diuertisse, ac statim pestilentem morbum Aegialensibus immisum, quem depelli non posse uates monuerunt, ni Apollo & Diana placarentur. Missos itaq; pueros septem ac totidem uirgines ad Sythan amnem supplicum ornatu, quorum precatione persuasos deos in arcem uenisse. Eo itaq; in loco, quod primum uenerè, Suadela ædem dicant. Idem uerò ritus hoc etiam tempore feruatur. Pueri enim festo Apollinis die ad Sythan ueniunt, ac deorum signa in ædem Suadelaæ deportant. deinde in templo Apollinis ea reponunt. Pausanias in Corinthiacis.

VAL. Poplicola, cum ciuitatem à peste liberasset, nuncupatis uotis, caesiq; atris bobus Diis & Proserpine, sacra ludosq; instituit. Val. Max. lib. 2. cap. 1.

VALESIVS, cum in crudelissima Romanorum peste duos filios, unamq; filiam epidemia labe laborantes, Diis & Proserpine auxilio ab omni periculo liberasset: statim diuinâ agnoscens beneficium, hostias nigras, quæ antiquitus Furua dicebantur, immolauit, ludosq; & lectissima tribus cōtinuis noctibus fecit. Val. Max. lib. 2. cap. 1.

FOECVNDITATEM. Est apud ELEOS Pallados facellâ cognomento: quoniam quamdoq; deficiente iuuenum turba, deam precantur mulieres sint, simul ac cum uiris congressæ forent, conciperent. Voti compotes, regionem insuper uocabulo gentis patrio, βαυδὴ nuncuparunt, ac fluuium βαυδὴ aquam. Ex Pausania Caelius lib. 14. cap. ult. A. L.

DIGNITATEM ADEPTAM. DARIVS Hyllatpis F. adhuc priuatus, Deo uouerat, si regnū adipisceretur, ualâ omnia sacra ð Babylone Hierosolymam remissurū, quecunq; Nabucodonosor abstulerat. Id quod & præstitit. i. Eldra 5. & 6. & Iosephus lib. 11. cap. 4.

SERVIVS Tullius, sextus Romanorum rex, ex serua captiua natus, cum magno & singulari fortunæ beneficio ad regiâ dignitatem prouectus esset, diuersa fortunæ templa in diuersis quoq; urbis partibus dedicauit. Paruâ Fortunæ ædem, Fortis fortunæ, Primaginæ, Mafculæ, Blandæ, Auerruncanæ, Cœlestiæ, Bene sperantis, Breuis, Virginis, Visceræ, quod procul ab ea capiamur & ad herectamus negotiis, Prosperæ, & Virilis. Fortunæ Scie ædem à Seruio Tullio antea erectam ex phengite lapide, mirifico opere Nero princeps inflaurauit, ita ut foris, apertis ueluti diurna lux uideretur: in quo Seruij Tullij simulacrū testè uultu, toga super inicta diu mansisse dicitur, quasi ut lateret fortunæ dedecus, quod à serua natus imperaret. Alex. ab Alex. lib. 1. c. 13. ex Plutarchi quæst. Rom.

STVPIDVS SVCESSVM. In Laconia e regione ð Gytheo, Cranæ insula est, in qua Alexas drum, raptâ Helena, cum ea primum congressum Homerus dixit. Quare in continentis terræ aduerso litore Veneris est Migonitidis ædes, hoc est, Coniugalis: ac regio illa tota Migonium uocatur. Templum quidem ALEXANDRVM tradunt faciendū curasse: ac MENE LAVS octauo ferme post Troiæ euersionem anno, domum incolumis reuersus, proximè ad Migonitidis, signum Thetidis, & dea Praxidicæ, quasi Vindicatris dicas, dedicauit. Pausanias in Laconicis.

VICTORIAM. Auctor Agathius est Gothici belli libro secundo, in gente Perfarum bello in Marathonis campis, uouisse ATHENIENSES, totidem se hircos Dianæ immolatuos, quot peremissent hostes. Quod quum implere inprimis cuperēt, non quisse tamen, etiam capris adiectis uel succidaneis. Cælius libro 23. cap. 26. Antiq. Lect.

ADVERSVS THYRIOS nauigabat Dionysius, contraq; ipsos rriginta naues agebat. Boreas uerò ex aduerso reluctas, nauigia confringebat, & uniuersas nauales eius copias delebat. Ex eo rem diuinam Boreæ faciendam Thurij instituerunt, & publicis decretis ciuem suum renunciarunt: singulisq; annis sacrificia obtulerunt. Aelianus lib. 12. de Var. hist. Pausanias idem Megalopolitas fecisse refert.

ADVERSVS SICYONIENSIS Dianæ Agrestis templi dedicauerunt, ob hostes Sicyonios propulsaos. Cum enim in eorum agrum Sicyonij irrupissent, nec ipsi se eorum multitudini pares esse posse uiderent: capris omnibus, quæ in eorum erant finibus, faces ardentis comibus alligari. Sicyonij hostes eas arbitrari esse, agmen terrore egere. Sicque ab hostibus liberata Hyperætia, mutato ueteri nomine à capris urbs Aegira dicta est. quoque loco ex illis una eximia specie, reliquisque capris dux capra procubuerat, ibi templum Dianæ

na canentes. Alij tamen Vitulam deam ab eo dictam putant, quod potens sit uitæ toleranda: ideoq; sacra ei pro frugibus fieri, quibus humana uita toleratur. Vnde Verg. Ecloga 4. Cum faciam uictula (hoc est, uictulatione) pro frugibus, ipse uenit. Nisi forte hæc eadem dea Victoria est, utpote quam sequi solet pax, pacem autem agriculturæ, quando in uomerem gladij uertuntur. Macrobius libro tertio Saturnalium, cap. 2.

CAPTIS VEIENSIS dicator Fur. CAMILLVS auctor fuit, ut decima Veientanæ prædæ, quam pro uictoria uouerat, Apollini perfoluere. Pontificum decreto editum, ut quicunq; ex ea prædâ attrigisset, se domumq; suam solueret religione, decimam partem eorum, que bello capta esset, ad domum Apollini mittendum, in publicum conferret. Auertit ea res multitudine studium à Camillo, materiamque postea præbuit inimicis illius ad populum circimandam. Ad quam uindictam eximendam, Pontifices, Camilli iussu & patrum adiutorio, omnem Veientanam prædâ cum muris, & agro æstimauerunt, quanti scilicet incolumes adhuc Veij æstimati potuissent: tantumque est pecuniarum ex publico deproctum, ut decimam rerum omnium partem exæquaret. Interea noua cura incesserat, unde tantum auri ex ea pecunia pararetur, ut satis esse posset ad donum Apollini confidendum. Matronæ sua sponte, quicquid auri in ornatu habuere, ad sacri muneris usum in medium contulerunt. Pro qua oportuna munificentia est eis daturum, ut playstro ad sacra ludosq; uerherentur, festis uerò diebus ac profectis, carpento alio qui uti possent pecuniæ, nihil fecerit pro auro singulis daturæ. Hæc Lilius. Plutarchus non carpenti usum, sed ut in funere mulieres laudarentur, datum scribit, quum ad id tempus honor ille uicis solum dari esset solitus. Aureus crater confectus, qui Delphos portaretur, octo talentorum, Sabellius lib. 9. Enn. 3.

CUM de Veientibus C. ARVILIVS consul triumphasset, ærisque gratis trecenta nonaginta millia in ærarium detulisset: de reliquo quod ex manibus & omni prædâ exactum fuit, Fortis Fortunæ ædem, prope illam, quæ à Seruio Tullio dicata fuerat, faciendam locasse, T. Lilius auctor est, Cuius dies annua octauo Kalendas Iulias celebratur: quo tempore Hadrubal perijt, & Mafiniffa, Syphacem bello uicit. Alexander lib. 1. c. 13.

SEMPRONIVS Primogenitæ fortunæ ædiculam secundo bello Punico uouit, & uoti reus dedicauit. Idem.

MACCILIVS, consul, in apparatu belli contra Antiochum ludos magnos uotus, magno sumtu per dies decem continuos celebrasse traditur. Alex. lib. 3. c. 22.

VICTIS ad Aquas Sextias, Tentonibus, secundum pugnam legit C. MARIVS ex armis & spoliis barbaricis elegantissima & inuoluta, quæ speciem ualebant triumpho magnificè præbere. Reliquorum ægerum in pyram accumulato amplum sacrificium fecit: cuiusmodi quoque, in armis & coronato exercitu, præcinctus de more atque prætexta uelatus, ardentem ferebat facem, eamque ambabus manibus ad cœlum sustollens parabat subdere pyræ: cum accurreret ad eum citatis equis amici desillierunt ex equis, atque cum amplexi nunciauerunt læti quintum conquestum, literasque ei de hoc reddiderunt. Ita cum magna gratulatione solentis cumulata esset uictorialis: hinc exercitus exultans plausu quodam militari & armorum crepitu personauit: hinc legati alteram imponentibus coronam Mario, subdidit flammam pyræ, & sacra peregit. Plut. in Mario.

L. LVCILLVM, qui Mithridatem uicit, maximis opibus & honoribus auctum esse eam ob causam puratū Rom. quod decimas prædæ ex Oriente partæ, Herculi consecrasset.

ROMANI Imp. aduersus hostes dimicaturi, Matri deum multa sæpenumerò uota fecerunt: uictoriam nacli, in Pestinuntem Phygiae proficicentes, summa deuotione deæ uotum perfoluiebant. Valerius Max. lib. 4. c. 1.

HOSTES DEPVLSOS.

ADVERSVS THYRIOS nauigabat Dionysius, contraq; ipsos rriginta naues agebat. Boreas uerò ex aduerso reluctas, nauigia confringebat, & uniuersas nauales eius copias delebat. Ex eo rem diuinam Boreæ faciendam Thurij instituerunt, & publicis decretis ciuem suum renunciarunt: singulisq; annis sacrificia obtulerunt. Aelianus lib. 12. de Var. hist. Pausanias idem Megalopolitas fecisse refert.

ADVERSVS SICYONIENSIS Dianæ Agrestis templi dedicauerunt, ob hostes Sicyonios propulsaos. Cum enim in eorum agrum Sicyonij irrupissent, nec ipsi se eorum multitudini pares esse posse uiderent: capris omnibus, quæ in eorum erant finibus, faces ardentis comibus alligari. Sicyonij hostes eas arbitrari esse, agmen terrore egere. Sicque ab hostibus liberata Hyperætia, mutato ueteri nomine à capris urbs Aegira dicta est. quoque loco ex illis una eximia specie, reliquisque capris dux capra procubuerat, ibi templum Dianæ

AGRESTIS erexere: quod illius propitio numine in mentē sibi uenisse interpretati sunt eo dolo hostem eludere. Pausanias in Achaicis.

REDICULI templum extra portam Capenam post secundum bellum Punicum cōstruxerunt R. O. M. eo quod propitij dij Hannibalem ab expugnanda urbe auertissent, & inde parū feliciter ad suos peruissent. Ideo autem Rediculi nomen templo inditum, quod uisus quibusdam & ostentis terribus, nullo edito negotio Hannibal ad suos rediisset. Alexander ab Alex. lib. 1. c. 4.

ANNO post libertatem partâ decimo octauo, cum MARTIVS Coriolanus exul bellum intulisset patriæ, nec armis repelli posset, nec precibus flecisti lacrymis mulierum flexus est, templumq; exstructum Fortunæ muliebri, uia Latina, ad quartum miliarium ab urbe: quod cum diceretur, bis locuta est imago. Prus sic: Ritè me matrone uidistis, ritèq; dedicastis. Lilius, & Valerius & Plutarchus, auctores. Lactantius uerò libro secundo Fortunam muliebrem denūciasse periculum scribit, hoc est, haud dubiè, quod posterius locuta est. Huius fortunæ signum nefas est attingi, nisi ab ea, quæ semel uisum. Festus. Lud. Viues in lib. 4. Augustini de Ciuitate Dei, capite decimo nono.

BELLVAS DEPVLSAS.

Sicyone in foro Apollini Lycæo templum fuit erectum, hac occasione. Cum lupi ouilia tantopere uexarent, ut nullus iam ex illis capi fructus posset: monstrauit Apollo, quo loco aridum quoddam lignum iaceret: cuius cortice, garnibus, permissum cum ex eodem oraculo lupis SICYONII, appositum esset, statim illi intererunt. Lignum quidem ipsum e de Lycæi Apollinis positum est, sed qua sit ex arbore, ne ipsi quidem norunt ciuitatis antiquitatum interpretes. Pausanias in Corinthiacis.

INUNDATIONEM SEDATAM.

Templum Neptuno Prosclythio ARGIVI erexerunt, quod cum maximam agri partem eo tempore Neptunus diluisset, quod Inachus, quæque ei in consilio adfuerunt, terram eam Iunonis esse debere pronunciauerunt: at deinde cum eum Iunonē exorasset, in agrum reduxit. Pausanias in Corinth.

TROEZENES extra muros Neptuno Phyalmio erectum est templum, eo tempore, quo iratus deus agri fructus, immixtis in arua uisus quis corrupit. Eo postea sacris & uotis placato, sanum erectum est. Idem.

REL AMISSE RECVPERATIONEM.

VLYSES, cum equas perdidisset, & eas quartus totam Græciam peragrasset, postremò quo loco eas reperit, ibi Dianæ templum, quam Eurippen cognominant, addito equestris Neptuni signo, erexisse dicitur. Ac sanè inuentas equas, ita in ea Phœnatiæ agri parte in Arcadia, ut in continenti contra Ithacam terra boues pascendas locauit. Pausanias in Arcadicis.

LIBERTATEM RECVPERATAM.

HYPERMESTRA absoluta in iudicio, in quod uocata fuerat à patre Danao, quod non cum reliquis XLIX fororibus, prima nuptiarum nocte Lynceum sponsum interfecisset, eodem Dianæ Suadelaæ Argis extruxit. Pausanias in Corinth.

COLIAS, ædes Veneris, à QVODAM Attico adolefcente condita: qui captus à Tyrrenis, cum uinctus apud illos seruiret, ad amarus ab herili filia, & solutus, domūq; reuersus, hæc Veneri gratiâ pro salute retulit, fano in litore, unde raptus fuerat, extruxit: & nomine à membris, quæ uinculis pressa fuerant, indito. Alij dicunt, Ione immolante, accipitrē uolūptatis, id est, anteriorem uictimæ partem raptam, cum in locū detulisset, inde dictum. Suidas.

TYRANNOS PVLSOS.

Carna dea erat in Latina historia, quam uitalibus humanis præesse credebant. Ab ea petebatur (Macrobius inquit) ut in cingra & corda, quæque sunt intrinsecus uiscera, salua conseruaret. Huic templum dicitur R. V. T. Y. S., quia cordis beneficium publicum statum emendasset. Hanc esse cardinis deam, intellexit sexto Factorum Ouidius. Et Iulias Kalendas (quas uulgo Fabarias dicunt, quia fabæ ad uictimam adhiberentur rebus) illi sacras, ueteri tradidit ritu illis uerbis: Prima dies tibi Carna datur, dea cardinis hæc est; Numine clausa aperit, claudit aperta suo, Iani porro cum hac cœcubuit celebrat idem Poeta. Quod ignorasse Augustinus uideatur, quando Diuinæ ciuitatis seipsum ita scribit: De Iano non mihi facillè quicquam occurrit, quod ad probum pertineat, & forte talis fuit, ut in noctibus uixerit, & à facinoribus flagitijsq; remotus. Cælius libro 9. c. 8. Antiq. Lect. ex Plutarcho.

DE QVOMODO GRATIAE

ROMANI, si quando feliciter contra hostes pugnaissent, uiri simul ac mulieres egregie uestiti, deorum templa ingredientes, diis gratias ob rem bene gestam agebant. Alexander ab Alexandro lib. 3. c. 26. Postquam Romae, quae C. IVL. Caesar in Gallia gesserat, & literis & nunciis audita sunt, supplicatio eius nomine in quindecim dies decreta est, quod ad id tempus datum erat nulli. Sab. lib. 6. En. 6. D. B. R. V. T. V. S. ob profligatum Antonium, bello Mutinensi quinquaginta dierum (quod antea nulli contigit) supplicationes meruit. Alex. lib. 3. c. 26. C. I. C. E. R. O. N. I. togato & praesenti, quod ad Republicam de conuulsorum manibus eripisset, & eius consecrauerat, supplicationem decretam legimus, cum aliis absentibus tantum supplicationes decernerentur. Idem. Visito ad Mutinam M. Antonio ab Octauius, C. I. C. E. R. O. cessit, ut quinquaginta dierum supplicatio decerneretur, quot diuum nullo unquam tempore fuerat decreta: & ut saga deponerentur, quorum sumedorum idem patribus fuerat auctor. Sab. lib. 3. En. 6.

ROMVLVS caso Aedone rege Cenensium, ubi in Capitolium uenit, Feretrij Iouis templum est metatus, adeo modicis finibus, ut longitudo denos haberet pedes, amplitudine dimidio minore. Huc opima spolia, post Romulum Cornelius Cossus ex Larte Tolunio reuulit. Nouissime omnium Marellus eodem loco spolia duci Gallo detracta. Iupiter Feretrij cognomen est adeptus, ut quidam aiunt, a ferendis spoliis, in qua Dionysius fuit opinio. Plutarchus a ferendo, quoniam Romulus percussio hoste, prima illa fuisset adeptus. Sab. lib. 3. En. 2.

DE SAMNITIBUS huiusmodi uulgatus est sermo, S. A. B. I. N. O. S. aduersus Vmbros diutino certantes bello quorundam more Graecorum uotum fecisse, ut eo anno nata immolarent. Reigitur bene gesta reuensi, nata partim sacrificarunt, partim consecrarunt. Caeterum facta sterilitate, uulgatum est a

quibusdam, oportere & liberos consecrari: quod & patrauerunt. Siquidem editos in lucem pueros Marti consecratos acclamauerunt. Eos autem uirilem ingressos aetatem, in coloniam emiserunt, quibus dux factus est Taurus. Hi Opicos ciecerunt, eorumque occupauerunt sedes, & de augurum sententia, Marti taurum mastrauerunt, qui ducem illis Taurum exhibuerat. Quam ob rem eos diminutio uocabulo a parentibus, Sabellos appellatos fuisse crediderim: Sabinos autem ob aliam causam, quos Graeci Samnitas nuncupant. Strabo libro 5.


PAVSANIAS Lacedaemoniorum dux, ad Plataeas uictor contra Mardonium, cum de manibus tripodem auream Delphis uotum soluisset, suumque nomen inscriberet: Lacedaemonij peracti insolentiam, epigramma induxerunt, & ciuitatis nomina inscripserunt. Hero dorus. Apud GRACOS teste Strab. lib. Geograph. 8. mos fuit in templo eius Dei, qui auxiliatus esset, & praesentim Aesculapij, quod Epidauri insigne erat, tabellas appendere, in quibus morbi curati erant inscripti. Idipsum postea Christiani sunt imitati, sigillariis etiam & oscillis, hoc est, cereis imaginibus & suam & brutorum animalium salutem, Diuorum auxilio recuperatam, testati. Polydorus libro quinto, cap. 1. de Rerum inuentoribus.

AMVRATHES II. Turcorum rex, cum ad Varnam exercitus suos ad fugam inclinare cerneret, uouit, si in columis euaderet praesens periculum, & uictoria potiretur, se cessurum regno, & id commissurum filio, & abiturum in Asiam, ut ibi admixtus sacerdotibus & Nazaraeis, uitam traderet, & culturum frequenter Mahumetem, eiusque imolaturum. Adeptus igitur uictoriam, Mahumetem F. iuniorum ad regnum dederat uocauit: sed poenitentia paulo post ductus, per Chatitem, Mahumetem filium uenatum extrudit, filioque uenatione occupato, ad praesentiam a Chatite die regnum inuastit: cuius Ianusque, ut regem deceret, dixit. Filius, ut accepit patrem mutata uoluntate regnum recepisse, nesciens quid ageret in praesenti negotio, tamen accessit, patremque regem adorauit. Chalcocondylas libro 7.



Voluminis Decimiseptimi Liber II.

DE SVPERSTITIONE Distributua erga HOMINES.



SVPERSTITIOSA CVRA SVIPSIVS.

DE QVO AD ANIMVM.

DE BAPTISMI SVPERSTITIO. Scribit Chrysofomus, QVOSDAM pro tempore ad extremum usque uitae tempus, cum supe reddendus esset spiritus, baptisma distulisse: & quosdam etiam in nouissima demum expiratione suscepisse: idque ideo fecisse, ut interea temporis liceret indulgere peccatis. Quod grauissimè reprehendit in septimum caput Epistolae ad Hebraeos. Item Homilia prima in Acta Apostolorum, scribit, etiam mortuis iam insusam fuisse a quam: dicitque nihil esse aliud, quam sanctam in terram proicere.

DE QVO AD CORPVS.

ANHELITVS RETENTIO SVPERSTITIOSA. In Rugianorum Vandalorum urbe Arconte, Suantouiti idoli colebatur. Semel quotannis, post lehas fruges, mastratis ante ostium uictimis, solenne gentis epulum erat. Aedem SACERDOS uerebat, spiritu oris compresso: quem quoties renouare opus erat, ad ostium decurrebat, ne humano habitu nuntius praesentia offenderetur. Cranzius lib. 5. Vandaliz, ex Saxonis lib. 14.

ALIMENTORVM ABSTINENTIA

In genere. Ieiunium superstitiosum. Apud ROM. olim sunt qui die Ioui sacro qualibet dierum hebdomade ieiunium obseruari soliti putent, ex illo loco Horatii lib. 2. Sermonum, satyra 4. ubi matrem Ioui pro salute filij nota facientem intro ducit: Frigida si puerum quartana reliquerit, illo Nempe die, quo tu indicis ieiunia, nudus In Tiberi stabit.

IOANNES abbas superstitione motus, soli contemplationi se absque cibo uacare posse confidens, per uastam solitudinem per septem dies uagatus, die tandem septimo, fame urgente, rediit: & cum cellae fores ocellas offendisset, contubernale suum, quae ibi reliquerat, ut sibi aperiret, inuocauit, se Io: esse coestans. At ille: Nequaquam, inquit. Na Io. in angelis mutatus est, nec cibo illi opus est, nec cui hominibus, comorari necessarium. Tali exprobratione taxatum dimisit, passus eum nocte sub dio iacere. Mane uero concessit aditu, cum longa media lassum reuertente, praeterea caritate monuit, se hominem esse meminerit, cibo egentem, ut sufficere posset adhiberi spiritualibus: unde laborum monachis comunem ne detrectaret. Marulus lib. 3. c. 2.

EPISCOPVS... reuulit. Nouissime omnium Marellus eodem loco spolia duci Gallo detracta. Iupiter Feretrij cognomen est adeptus, ut quidam aiunt, a ferendis spoliis, in qua Dionysius fuit opinio. Plutarchus a ferendo, quoniam Romulus percussio hoste, prima illa fuisset adeptus. Sab. lib. 3. En. 2.

In Creta. Euripides testatur, quos uocant Iouis IROPH...


TAS, non modo carnibus, sed ne coctis quidem uesci. Et INDO RVM magos, qui ad Solis sacerdotum euecti erant, carnibus abstinere, & nunquam sub tecto esse, sed lineis uelari, & sub dio uitam ageret. Alex. lib. 4. c. 17. MYSORVM quidam religionis causa carnibus abstinerebant, lacte, melle, caseo contenti: quos ob id ipsum Theophrastus appellari Posidonius scribit, & ab Homero γαλακτοφάγους & ιεραμύχρους uocari. Strabo lib. 7. QVI Idis sacris initiandi erant, dies decem carnibus & uino abstinerebant. Alex. lib. 4. c. 7. Plutarchus apud Gellium testatur, Aristotelē scriptū reliquisse, quod PYTHAGORAS μελιτος, κρηθιτος, κισσηνοφθιτος, & τριουπον τριου κηρον διαφροση, id est, iulua, corde, & marina uirtica, atque id genus quibusdam aliis abstinuerit. NYMA Pompilius, cum pro frugibus sacra faceret, esu carniū & uenere abstinuit. Alexander ab Alexandro libro 4. capite decimo septimo. TATIANI haereticus, de carnis abstinentia dicti sunt Encratitici, & Encratitae apud Hieronymum. Caelsus libro 9. cap. 17. Antiquarum lectionum. Apud RVTHENOS & MOSCHOS grande nefas est uitulum mastrare. Alex. Guagninus in Moschoia.

Ex infomnio quodam ouis longo tempore PLYTARCHVS abstiniuit. Eapropter uisus est nonnullis, cum apud Sossium Senecionem cenaret, praecpta sequi Orphica & Pythagorica, ouumque, quomodo nonnulli cor ac cerebrum, quod arbitrentur esse ea geniturae caput, auerari: pronuntiauitque Alexander Epicureus ad ritum excitandum hunc uersum: Ισαν ποι κνήμης τε φραγην κεφαλής τε τοκήων. An ne fabas comedas est par, capita an ne parentum. Quasi Epicurei fabarum nomine obscure significarent scorturae causa oua, neque quaequam interesse putarent, ouis uesci, an parentibus oua animantibus. Plutarchus libro secundum Quae. conuiu. 3.

Piscibus. Veteres PYTHAGORICI uesciebantur interim aliis animantibus, & uero etiam in sacrificiis eas adhibebant, sed gustare nullo modo sustinebant piscem, forte quia id honoris silentio daretur: unde pisces θρωσες, quasi θρωσιλο, id est, coereitum & astrictam uocem habentes, appellant. uel quia cum a pisce non laedantur homines, tanquam ab innoxii abstineant: a reliquis animantibus non item, a quibus si inualeant, laedi homines constat. Posleri Hellenis pisci Nepruno Patrogenio immolant, ex humida essentia natum opinati hominem, ut Syri. Quapropter uenerantur ut cognatum & collactaneum piscem. Plutarchus libro 8. conuiu. Quaestionum 8.

Leguminibus. Theon grammaticus apud Plutarchum in Symposiacis lib. 8. c. 8. narrat, apud AEGYPTIOS tantam esse fabarum religionem, ut eas neque serant, neque comedant, imò nec aspicere sacerdotibus fas sit, Hero doto teste lib. 2. Iubet Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit, quod errorem animis perturbationemque adferat. Ex quo etiam PYTHAGOREI interdictionem putatur, ne faba uescerentur, quae res habet inflationem magnam. Is cibus tranquillitatem mentis quarentibus constat esse cotrarius. Cicero lib. 1. de Diuin. Plinius existimat ob id a Pythagaoradammnatam fabam, quod haberet sensum, & pariat infomnia, uel quod animae mortuorum sint in ea. Qua de causa & in parentalibus assumitur. At Aristoxenes apud A. Gellium lib. 4. cap. 1. affirmat Pythagoram nullo legumine saepius usum quam fabis, quod is cibus & alium sensum subduceret & leguigaret.

LIBRI TERTII TITVLORVM DISPOSITIO.



uigaret. In Empedoclis autem carmine, qui disciplinas Pythagoricas sectatus est, uersum hunc inueniri:

Ah miseri, a cyano, miseri, subducite dextras. Per uerbum autem resticulos significari more Pythagorae oportet atque symbolicè, quasi sint ad uerbum dextris, ad uerbum dextris, id est, ad ferendum uterum efficaces, causaque ferendi uteri, & geniturae humanae uim praebent: neque Empedocle à fabulo edendo, sed à rei uenturae proluuio uoluisse homines deducere.

Apud ROMANOS inter funesta habebantur fabae, quippe quas nec tangere, nec nominare Diali flammis liceret, quòd ad mortuos pertinere putarentur. Nam & lemuri bus iaciebantur lauis, & parentalibus adhibebantur sacrificiis, & in flore carum litera lucus apparere uidentur. Ex Varrone Festus Pompeius.

Romae moris erat leguminibus abstinere EXPIATOS. Vtrū, ut Pythagorei, auersantur ob causas, quae referuntur, fabas, cicerulam, quam Graeci dicunt λάρυγγος, & cicer quòd ἰσπίσιον, tanquam non trahentia ab Erebo & Lethae? An quia in parationibus & inuitationibus manium legumina adhibentur praecipue? An potius quòd in expiationibus & sacrificiis pura habenda sint & graecilia corpora. Sunt autem legumina statuosa, adferuntque redundantiam, quae multam purgationem requirit. An quoniam etiam ad uenerem stimulant, quòd natura sint statuosa & uentosa? Plutarchus in quaest. Rom.

Vino.

HELIOPOLITANI, qui Apis seruiunt, omnino non intro ducunt uinum in templum, quasi parum deceat sub oculis domini & regis interdum bibere. Ceteri, eo utuntur, parè tamè: ac frequentes habent lustrationes, in quibus abstemij sunt. In his assidue cõmentantur, discunt & docent res diuinas. Reges, qui iidem sacerdotes fuerunt, & ad mensuram ex facris monumentis (ut est Hecateus auctor) bibebant, nisi sunt potare ab Pflammerichæuo: antea non gustabant uinum, neque ut diis acceptum libabatur, sed ut cruorem eorum, qui arma quondam diis intulerunt, ex quibus cassis & telluri commisit uineas ortas putant. Hinc etiam temulentia demetes & infans efficit, quòd pro genitorum sanguinem ingurgitent. Ex secundo libro peregrinationis suae Eudoxus. Plutarchus de Iside.

Veneris festo ROMAE uinū ex delubro Veneris assatim effundunt, ut significet celebrandum scis festum, non temulentis: quasi gratiores diis sint illi, qui multum meri effundit, quam qui hauriunt. Plut. in quaest. Rom.

MARIVM ETVS uini uisus Musselmannis interdixit ebrietatis poenā, quadraginta scilicet ictus Mofaica lege praescriptos, con duplicans, & ad octoginta producens: ut Arabes natura calidos eò facilius in officio retineret.

VENERIS ABSTINENTIA, CONIVGII DESERTIO.

HIEROPHANTAE Atheniensium, postquam in pontificatū euecti erant, ut castissimè sanctissimèque sacrum facerent, cunctae foribitione castrabantur. Alex. lib. 4. c. 17.

AEgyptii sacerdotes, negotiis omissis, mulieribus nunquam indulgebant, carnibusque & uino abstinebant.

Celebrabantur Thesmophoria ab Atheniensibus, quae Triptolemum in honore Cereris ob acceptas fruges instituisse dicitur. Hisce sacris uinum non adhibebatur, quae perpetuam & incorruptam pudicitiam seruare decreuissent, & coronis uiticis ornabantur. Quinetia, ut eos dies castos transigerent, uiticis ramos subternebāt, quae iccirco Graecis ἄρρη, id est, pura arbor dicta est. Diofcorides in Hist. plantarum.

In omnibus sacris ROM. sacerdos quum diis immolaret, & rem diuinam faceret, prius corporis ablutione purgabatur, & à uenere abstinerebat, ut lautus purusque accederet. Alexander ab Alexandro lib. 4. cap. 17. Hinc illud Tibulli libro 2. Eleg. 1.

Vos quoque abesse procul iubeo, discite ab aris, Quae tulit haerema gaudia nosse Venus. Casta placent Superis, pura cum ueste uenite, Et manibus puris sumite fontis aquam.

Apud ROM. qui maxima sacra obibant, ut in casta religione manerent, & procul à mulierum contagio uitam agerent, herbis quibusdā emasculari, & uiriliter amittere. Quod iure pontificio cauebatur, cuius uerba sunt: Ad diuos ad eūto castè pietatem adhibento, opes amoueto. Qui secus faxit, deus ipse uindex erit. Alex. lib. 4. c. 17.

VILIANVM Cæsarem oleribus leguminibusque contentum saepe cenasse constat, ob religionem. Idem.

Agathosæ cuiusdam MARTIVS inuita coniuge in monasterium se contulerat. Praecipitigitur Gregorius Magnus Pp. sanctissimus, ut maritus uxori restitueretur: & addit rationes.

ne illius conuersio, uxori relictae in seculo fieri possit perditionis occasio: subiciens, Esti mundana lex praecipit, conuersionis gratia, utrolibet inuito posse solui coniugium: diuina hóc tamen lex fieri non permittit. Nam excepta fornicationis causa, uero uxore dimittere nulla ratione conceditur: quia postquam copulatione coniugij uiri atque mulieris unū corpus efficitur, non potest ex parte conuerti, & ex parte in seculo remanere. Libro nono, epistola 44.

Engeltrudis, cum monasterium puellarum instituisset, BERTEGVNDÆ filiae suae mandatum misit: Relinque uirum tuū, & uenifaciam te abbatissam gregi huic, quae collegi. Cum autem illa cum marito uenisset, iussit eum redire ad liberos, & dixit: Non uidebit regnum Dei coniugio copulatus. Sed GREGORIUS Turonensis ca re cognita, ad monasterium accessit, & legit canonem Niceni: Si quis reliquerit uirū, & thorū in quo bene uixit (preuerit, dicens, quia non sit ei portio in illa caelestis regni gloria, qui fuerit coniugio copulatus: anathema sit. & hoc modo peruasit Bertegundi, ut ad maritum rediret. Turonensis lib. 9. c. 34.

CASTRATIONE.

Vide Titulum, Dei cultus superstitiosus.

CIRCUMCISIONE.

AIVDAIS consentaneum est, ad alias nationes morem circumcidendi postea manasse. Phoenices enim & Arabes, sicut diuus tradit Cyprianus item Saraceni, ueteri ritu circumcidebantur. Plinius Iudaeorum, Aethiopiae & Aegyptiorum id fuisse institutum, auctor est. Herodotus simul & Colchorum ait, sed ex Aegypto translaticum. Polydorus lib. 4. c. 3. de Rerum inuent. In ARABIA gens est, Creophagos uocant, quibus nedum uiri, sed mulieres Iudaicè excindi solebant. Alexander lib. 2. c. 25.

TYRCI circumcissione utuntur non in remedium alicuius culpae, ut Hebraei facere consueuerunt (quandoquidem originale peccatum apud eos ignoratur) sed quandam ob superstitionem. Nam probris loco ducunt, si quis cuiquam dicat Czuncet, hoc est, Non circumcise. Solent enim ceteris ignominiae loco dicere: Vos incircumcisi, quasi dicant, immundi homines. Quoniam maior pars filiorum sine circumcissione moriatur, adeo nulli saluti putant prodesse circumcissionem, si superstitio tollatur. Tollunt autem praecipuum, eam potissimum ob causam, ne dum lauantur, fordes sub illo lateant. Lotionibus enim summa superstitione utuntur. Cuspinianus.

CARCERIBVS, VINCVLIS.

In Campania monte Massico quidam MARTINVS uel Marinus solitariam uitam sponte delegit, atque sibi metipsum pedem catenae illigauit, lapide insuper affixo, ne longius procederet. Verum D. Benedictus per suos discipulos ei denum ciuium, ut catenam deponeret, & potius catena Christi se cõstringi pateretur. Catena deposita, nihilominus in solitaria uita permansit. Benedictus certe eiusmodi spontaneos cultus improbavit. Marianus Scotus sub Mauritio.

PEREGRINATIONE.

ABHYPERBOREIS duae uirgines, Argis & Opis, in Delum uenerunt, una cum ipsis diis. Tempore longo post Hyperocha & Laodice, & cum his tutelae gratia quinque è populis suis, Periphères uocati in Delo, ad reddendum Lucinae tributum pro partu maturando. Quae cum in Delo mansissent, indignè ferentes Hyperborci, si eos, quos assidue mitterent, non reciperent: miserunt, qui ferrent ad confines suos sacra in stipula tritici ligata, iuberentque illos considerare: mittere ad aliam nationem, donec in Delum perueniret. Herodotus lib. 4.

[Faded text block, likely bleed-through from the reverse side of the page]

LOTIONE.

De ROM. priscis sic scribit Ouid. 2. Fastorum: Omne nefas, omnemque mali purgamine causam Credebant nostri tollere posse fenes. Graecia principum moris fuit: illa nocentes Impia lustratos ponere facta putat. Astoriden Pelcus, ipsum quoque Pelea Phocii Cæde per Aemonias soluit Acaeus aquas. Vestam frenatis per inane draconibus Aegeus Credulus immerita Phasida fouit ope. Ah nimium faciles, qui tristitia crimina caedis Fluminea tolli posse putatis aqua.

VETERES diis superis sacrificaturi, corporis totius ablutione purgabantur. Hinc etiam Verg. Aen. 2. multa caede se polulatum sciens, inquit:

Tu genitor cape sacra manu, patriosque penates, Me bello è tanto digressum & caede recenti Attrectare nefas, donec me flumine uiuo Abluero.

Item post Caietae nutricis sepulturam per ostia Tiberis Italiam ingreditur, ut confestim in ipso Italiae limine fluuiali unda ablutus, posset quam purissimè Iouem & Cybelem inuocare. Hinc & Iuano conqueritur, non tam quòd attingisset Italiam, quam quòd optato potiretur Tiberidis alueo Aeneas: quo purificatus, sacra etiā sibi ritè perficere posset. Euan drum quoque aditurus per Tiberim nauigat: quòd eū reuerturus esset Herculi sacra celebrant, ut sic purificatus, sacris posset hospitalibus, interesse. At diis inferis litaturi, aspergebantur tantum: ut Aeneid. 4. de Didone, Dic corpus properet fluuiali spargere lympham.

Et alibi: Sparferat & latices simulatos fontis Aucerni. Et cum Misenum sepulturae mandat: Ter socios pura circumluit unda Spargens rore leui. Et Aeneidos 6. Aeneas ramum Proserpinae consecraturus: Occupat Aeneas adytum corpusque recenti Spargit aqua. Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 1.

RASVRA.

Purum, ut Plato ait, contingi ab impuro nefas est. Nullum autem pastus retrementum & sterus purum & mundum est. Iam ex retrementis lana, uilli, pili, & ungues pullulāt & germinant. Eapropter Iudis SACERDOTES & suos ipsorum pilos in expiationibus ponunt, radentes & glabrum facientes totum undique corpus, & lineis uestibus utuntur, non laeicis. Plut. de Iside.

MORTIS TOLERANTIA.

Monachus quidam Padebornensis PATERNVS, natione Scotus, in conflagratione sui conuicij perire maluit, quam inde, prohibente id inclusionis suae regula, excedere, anno sal. 1038. Sigebertus & Vincentius lib. 23. c. 35.

AVERRVNATIONE MALI IMPENDENTIS.

Somnia meticulosa VETERES ablutione purgabant. Videt Superstitiosi circa Somnia. Sagarum Lamiarumque infidiis ter in sinum spuendo occurrunt olim MVLIERCVLA. Id enim incantamentis & deuotionibus aduersari putarent. Tibullus, Exput in molles & sibi quisque sinus. Erasmus in Prouerbio, Sini inspueres & Plinius lib. 28. c. 4.

Fascinum Priapi penem esse ostendit Ouidius in poemate obsceno: Solis sacrum reuinctus pampino caput Ruber sedere, cum rubente fascino.

Horatius fascinum eandem rem nominat, causam adducit Porphyrio, quòd fascinandis rebus hanc membri deformitatem adderetur. Viues in lib. 6. de Clu. Dei, c. 9. potius ab auertendo fascino dictum putat, quòd in sacris Dionysij ritè propitiato Priapo, & imposita illi corona à matrona ROM. honestissima, fascinum à frugibus auerteretur, ut Augustinus lib. 7. ex Varrone narrat. Ad fascinum ergo amolendum iubebatur super id sedere: nam & Pompeius Festus uersus fecenninos, qui in nuptiis dicebantur, etiam inde uideri posse dictos scribit, quòd fascinum existimarentur arceri. Sicut ergo in agris, ita & in nuptiis Priapus feminum deus, ne fecunditas fascinatione impediatur, colebatur.

Bello contra Antiochum, ROM. duo boues, qui in Carinis sua ponte per scalam in summum aedificij euaserant, iussu aruspicum uiui combusti sunt, & cinis in Tiberim deicitus. Ad eòd praua religio ciuitatem inuaserat. Sabellicus libro septimo, Enneadis quinta.

CVLTVS HOMINVM ALIORVM SV-

PERSTITIO SVS.

30- CONSVLENDO.

Consule Tit. Diminationis cuiuscumq. studium.

30- OBEDIENDO. OBEDIEN-

TIA SVPERSTI-

TIOSA.

Sub Tit. Temp. supra profanata. item, Amatoris doli. aliquot exempla reperies, Mulierum religioni pre-

terari deceptarum.

PHARISÆI plus traditionibus maiorū, quā diuinis man-

datis tribuebant. Matth. 15. Marci 13.

ÆTHIOPIVM reges, cum eis à sacerdotibus Iouis, qui apud

Meroen colitur, denunciati sunt, deo iniuriam esse eorū

ultimā: nullus est inuentus, apud quem plures salus quā

religio haberetur, usque ad Argamenen regē (is in Prolemei

Aegyptij regis tempora incidit) qui, ne per sacerdotes ei

mors denunciaretur, omnes ipsos interemit, primūq; mo-

rem illum sustulit. Dio d. lib. 3. cap. 1.

LACEDÆMONII Pythiæ quamvis falsā consulerent obtem-

perarunt, & Athenas Pisistratidarum tyrannide liberarunt.

Herodotus libro quinto.

M. MARCELLVS, uictō ad Nolam Annibale, omnibus suffra-

giis creatus fuit consul. Ceterum quia tonuerat, uitio crea-

tum consulem pronuntiantibus anguribus, nec obnuncia-

re apertē populi metu sustinentibus, ipse abdicauit se magi-

stratu. Non tamen imperium detrecauit, sed proconsul

creatus, atque in castra Nolam reuersus, agros eorum, qui

sequēbantur partem Pœni, ferro & igni uastauit. Plutarchus

in Marcello.

IDEM quintum consulatum gerens, cum templum Honori &

Virtuti, Clastidio prius, deinde Syraculis positus, nuncupa-

is debitum uotis consecrare uellet, à collegio pontificum

impeditus est: negante unam cellam duobus diis rectē dica-

ri futurum enim, si quid prodigij accidisset in ea, ne digno-

secratur, utri rem diuinam fieri oporteret: nec duobus nisi

certis diis unā sacrificare solere. Ea pontificum admonitio-

ne effectum est, ut Marcellus separatim aedibus, Honori ac

Virtuti simulacra statueret: neque aut collegio pontificum

autoritas amplissimi uiri, aut Marcello adiectio impēnā

impedimento fuit, quōd minus religionibus suis tenor, sua-

que obseruatio redderet. Valerius lib. 1. cap. 1.

L. VAL. Flacco, P. Licinio Crasso Cofs. bellum gerendum erat

cum Aristonico. Rogatus populus Rom. quem id bellum

gerere placeret, Flaccum nominauerat. At Crassus consul,

qui & pont. max. Flacco collega Flamini Martiali mul-

tam dixit, si à facris discessisset. Flamen populum appella-

uit. Is multam remisit. Pontifici tamen Flaminem parere ius

sit. Cicero Philipp. 11.

METELLVS pont. max. Posthumium consulem, eundemque

flaminiem Martialem, ad bellum gerendum Africam peten-

tem, ne à facris discederet, multa indicta, urbem egredi pas-

sus non est, religioniq; summum imperium cessit, quōd tu-

ro se Posthumius Martio certamine commissurus non uide-

batur, ceremoniis Martis deferens. Val. Max. lib. 1. cap. 1.

Mutata religione in Germania, Anabaptismus quoque ir-

repsitum alibi, tum etiam apud Sangallenses in Tauraco

pago. Circa annum Domini 1526. fratres duo, ex honesta

Schuckerorum familia, hac hæresi infecti, cum uxoribus

suis octaua Feb. in aedibus à parentibus lauto excepti con-

uiuio, posteaquam mero incaluisse, Thomas frater LEO-

NARDVM, in conspectu parentum conuenienti iuber-

esse enim quōd patris iussu cum illo ageret. Leonardo ob-

sequenti, & manus ad caelum in orantis speciem porrigen-

ti, gladio quo accinctus erat caput amputauit. Hinc orto tu-

mulo in aedibus, Thomas telita penula furioso similis ad

Ioachim Vadiani Consulis aedes se proripit,

magnum facinus commissum clamans, & uoluntati patris

(sic Deum opt. max. appellans) satisfactum. Consul recogni-

ta, in uincula hominem coniecit. Qui paulo post securi per-

cussus, suæ uastitatis pœnas dedit: & ceteris, ut insanam do-

ctrinam relinquere, exemplo fuit. Stumpfius.

30- VENERANDO. HONORES,

DIGNITATES TRIBV-

ENDO.

SACERDOTIBVS reuerentiam & honorem ciuitates tri-

buant, quōd bona ab diis immortalibus non sibi tantum

amicisq; & necessariis suis, sed omnibus in communi po-

scant ciuibus: licet non efficiant deos sacerdotes bonorum

largitores, sed tales natura cient. Illos uero, qui imperium

tenent, qui agunt cum his philosophi, iustiores, moderatio-

res, atq; ad beneficentiam reddunt alacriores. qua re effe-

rantur oportet gaudio maiore. Plut. cum principib. philos.

Apud GERMANOS priscos nulli uerberare, aut uincire, uel

animā duertere in alios, nisi sacerdoti permillum erat. Alex.

ab Alex. libro 3. capite 5.

In TYRO Hercules sacerdos, qui cum infula & purpura ince-

dit, post regem proxima dignitate fungitur. Apud AE GY-

PTIOS qui sacra ministrant sacerdotes, capite rasi sunt,

quum apud alios comati incedant: à quibus est uisurpauit,

ex philosophis sacerdotibus, & ex sacerdotibus probatissimū

in regem eligere. Vnde Mercurius Trismegistus, id est, ter-

maximus, nomen tulit, quōd philosophus maximus, sacer-

dos & rex maximus esset. Apud PHOENICES Solis sacer-

dos, ueste auro & purpura uaria, manulecata, ad imos pedes

fluxa incedebat, & tanquam splendoris signum, & amplif-

simi honoris prærogatiuam, coronam ex auro gemmisq;

ferabat. Alexand. lib. 2. cap. 8.

TRALLIBVS regia regibus destinata, illis quoq;, qui summū

gererant sacerdotium, priuilegio honoris concedebatur.

Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 8.

PANTHEI sacerdotes omnium duces sūt, iisdemq; causarū

iudicia, & publicarum rerū arbitria tribuuntur. ALBANIS

cæremoniariis anuistes ea fulgebant dignitate, ut post regē

haberetur secundus. In ARTIA, Artemis Diane sacer-

dos, regis nomine saluatur. Ibidem.

COMANA Pontica eodem nomine, quo maioris Cappado-

ciæ Comana, & eidem deæ Anaitidi consecrata, & inde ædi-

ficij exemplum sumtum est, & ferē simili ritu uerunt & sac-

rorum & diuinationum. Bis in anno in festis, quæ Deæ exi-

tus appellantur, sacerdos diadema gestabat, & secundus ce-

rat in honore post regem. Quam dignitatem Pompeius Ar-

chelao dedit. Augustus postea Cæsar Dyreuto Adiatorigis

filio, ob pietatem erga fratrem. Strabo lib. 12.

Vt Plutarchus testatur, sacerdotibus apud ROM. nec habere

nec petere magistratum permittatur: licet tamen & sel-

la cumli utebantur, ut iis delinicti ultrā non quærent in re-

plis prope ianuam lecticam habebant, tanquam custodes

& refugium: pedes iis reliqui osculabantur.

Cæretes Romana ciuitate donati sunt, quōd Senonico bello

Romana tutati essent sacra. Non potuit populi ROM. om-

ni uirtutum genere præstantissimi maius ullum caritatis e-

xemplum in deos extare, quā quōd omne solenne sacro-

rum institutum cæremoniis dixerit, ab ea uerbe, per quam

sacra ipsa seruari cōtingit, illiusq; homines in ciuili Rom.

numerum & dignationem adfuerit. Sab. lib. 5. cap. 1.

VESTALIBVS propter sanctitatem & continentiam uirginita-

tem tantus est honos habitus, ut uelut sacrosancti, ab om-

ni uirorum contagio intactæ forent, aduersusque eas, aut

decreta iussusq; earum, nulli magistratus intercedendi facul-

tas erat. Hoc etiam tributum, ut licet essent sub patris iure,

postquam ad sacerdotium adscitæ sunt sui iuris effectis, te-

standi manu mittendi; etiam sine curatore libera facultas

foret. Ipse tamen intestati hæreditatem adire, aut bonis suc-

cedere, uel ipsis intestatis hæredes aliqui esse nequibant,

quod ueteri scite apud Labæonem cauebatur. Cumq; soli

Teratiæ uestali, priuilegio honoris, ius testimonij dicendi

à populo datum esset, hinc effici cogiq; potest, reliquas te-

stimonij ferendi ius non habere: eas tamen quum testimo-

niū dicebāt, iudicio & foro adesse oportebat. Tum si qua

dissidia & similitates, uel aliqua exorta offensiones fuis-

sent, aut seditio intestina coorta inter ciues, ut Vestalibus

intercedentibus & deprecatricibus, & quasi interuenientibus,

pa cis fœdera inirentur, illarum curę mandabatur: hisq; medijs

& procurantibus, offensarum culpa remittit, uenia impetra-

batur. Testamenta quoq;, & quæ secretioris consilij erant,

quæsi quis celari, & in abdito esse, & suo tempore in luce

promi uolebat, apud illas deponerentur, ut in fidei custo-

dia essent. Si extra atrium Vestæ prodire uellent, nisi præce-

dentibus sacerdotibus, ob honorem sacerdotij, foras exire non

licebat. Tum si ui morbi aut necessitate templo excedebāt,

quō uenerationis plus inesset, matronas & grandes natu-

matres, insignes morum uerēcundia & probitate, quæ eas

comitarentur & custo darent, adhibebant: cui ad omnē oc-

cursum, etiā consules prætoresq; de uia decedebant. Quōd

si dum foras uadunt, ad capitale quicquam supplicium trā-

heretur, si obuiam feret, ipsum tunc mortem oppetere, aut

no uissimo exemplo affici non decebat. Seruitia fugitiua

non dum urbem egressa, in loco precatioris retinebant, &

seruitute eximebant. Ad se quoq; fugientes ab iniuria pro-

hibere, atq; à ciuiumq; magistratus imperio intercedere po-

terant: ab eisq;, quō sacrosanctæ forent, aut decreto iussusq;

earum,

earum, nulli magistratus, nec tribuno plebis, qui pariter sa-

cro sanctus est, prouocare permillum. Itaq; Claudia Vesta-

lis patrem iniussu populi triumphante, ne cui tribuno inter-

cedere liceret, ascenso simul curru, in Capitolium sequuta

fuit. Alex. lib. 5. c. 12. ex Plut. Numa.

AVGVSTVS Cæsar sacerdotum & numerum & dignitatem,

sed & cōmoda auxit: præcipue Vestalium uirginū. Cūq; in

demortuæ locum aliam capi oporteret, ambirentq; multi,

ne filias in forē darent: adiurauit, si cuiusquā neptiū suarū

competeret ætas, oblaturum se fuisse eam. Suetonius.

TI BERTVS Imp. fæpissimē ueniebat ad sacrificia, non solum

ut esset inanis sacrarū rerū atq; cultus diuini spectator: sed

ut honoraret eos, qui ea facerent; tanquam deorum mini-

stros. Dion Nicæus in eius uita.

ALEXANDER Seuerus Imp. causas à pontificibus atq; aug-

uribus tractatas, oratus mutare noluit in ius, quæ ad reli-

gionem pertinere, imperatoriam maiestatem cedere sacer-

dotum auctoritati dignum arbitratu. Fulgosus lib. 1. c. 1.

Seiū supremus sacerdos apud TARTAROS in tanta aucto-

ritate & reuerentia habetur, ut Reges ei aduenienti occur-

rant, stantesq; equo infident manu porrigit, capiteque

inclinat manū illius osculetur, idq; solis Regib. permis-

sum est. Duces uero, non manum, sed genua, Nobiles, pedes

deosculantur. Plebei uerō tantum aut equū manibus attin-

gunt. Guaguinus in descript. Tartarie.

priuata caritati, suis ut plaustro descenderent, imperauit, at-

que in id uirgines & sacra imposta, omisso cepto itinere,

Cerete oppidum prouexit: ubi cū summa ueneratione rece-

pta grata memoria, ad hoc usque tempus hospitalem hu-

manitatem testantur. Inde enim institutū est, sacra Ceremo-

niis uocari: quia CRETANI ea, infracto Republicæ sta-

tu, perinde ac florēte coluerunt. Quare agreste illud & for-

didum plaustrium, tempessitū capax cuiuslibet fulgentissi-

mi triumphalis currus uel aqua uerit gloriam, uel antecessit-

ferit. Val. lib. 1. c. 1. & Plut. in Camillo.

TVRCAS conuersis sacerdotibus & religionis Christianorū

ad se, multa largiuntur, ut ceteris exemplo sint.

Cuspinianus.

NON LAEDENDO.

Cum captum esse Ilium, Achiu miserati captiuorum aruan-

nas, omnino gratē hoc per præconem denunciarunt, ut sin-

guli exhiberent ciuibus, quod uellent, unum aliquod secum

aufferent. Aeneas igitur ceteris neglectis cum deos peni-

tas exportaret, Græcū pietate uiri per moti, permisit, ut

id quoq; quōd post deos carissimum haberet, sumeret. At il-

le parentem Anchisen extulit. Tū maiori adhuc pietatis ad-

miratione ducti, carissima quæq; secum sumere: non obcu-

rē confidentes, eos, qui in deos pij essent, etiam natura ini-

micos non irreuerenter tractandos esse. Aelianus lib. 3. de

Var. hist. Xenophon in Cynegetico, & O. Calaber lib. 13. &

Virg. Aen. 2.

SABA CVS Aethiopum rex, L. annis Aegypti regnum occupa-

uit: quibus exactis, uisus est ei deus, qui Thebis colitur, di-

cere, regnum suum in Aegyptios neque felix, neque diutur-

num fore, nisi sacerdotibus Aegypti omnibus occisis, per

media ipsorum cadauera cum suis transfret. Hoc somnio

sepius oblato, omnes undiq; sacerdotes conuocauit, nar-

ratisq; quæ per somnium acceperat: Nolle se, inquit, in Ae-

gypto manentem alicui perniciem struere, sed malle puri,

omniq; scelere solutum ab Aegypti regno abstinere. Dio do-

rus Siculus, & Herod. lib. 3.

DATES Danij dux aduersus Græcos, cum insulanos reliquos

uel caperet, uel obfides exigeret, solis Delis perperit, quōd

eo in loco Apollinis & Dianæ templum esset. Herod. lib. 6.

ALEXANDER Macedo, cum cepisset urbem Thebanorū, oc-

cidit ciuium non aginta millia: triginta millia sub hastâ

captiuitatēq; redegit, oēsq; liberos homines exceptis sacerdo-

tibus uendit. Aelianus lib. 13. de Var. hist.


ALCIBIADES Pharnabazo superato & Lacedæmoniis in

Helleponto, Abydenum agrum incurrauit, unde captiuorū

uis ingens abducta est. Ceterum sacerdotes captos, ad unū

omnes sine precio dimisit, ne à sacrorum cultu, interim dū

in uinculis essent, auerterentur. Sab. lib. 8. En. 3.



Voluminis Decimiseptimi Liber IV.

DE SUPERSTITIOE Distributua quo ad RES SACRAS.



ANIMALIVM SACRORVM CVLTVS SVPERSTITIOSVS.

Cultum Animalium tanquam Deorum, Libro Secundo explicauimus. Hic uero Cultum eorumdem, ut Diuinorum, propter Deos scilicet, persequimur.

MENDESII Pana summis percolunt honoribus, adeo ut hircum pro deo colant, mulieres que cum hircis coire dicuntur: caprarique maximo in honore sint. Alexander ab Alexandro lib. 4. c. 12. ex Herodoto.

LIBRORVM SACRORVM CVLTVS SVPERSTITIOSVS.

TALMVDISTÆ transgressorib. Talmudicarū fabulosarū constitutionum maiores penas imponunt, quam delinquentibus contra legem Moysi. Idem non tam stultè quam impudenter, affirmant, adeo delectari Deū Talmudico Talameto, ut quolibet die primis trib. horis in Talmud studeat. inde sumens suarū actionum, cœli atq; terræ etiam gubernationis exordiu. Questiones etiā intricatas, ac in cœlo nec sibi nec angelis explicabiles, ad Talmudistas explicandas seu deferre, seu anima horū celeriter corpore exuta ac in cœli trāsata, seu etiā (si tantū otij sit ab aliis, quæ peragēda sunt) quotidie ex ipso codice Talmudico, quæstro loco, unde questionis solutio obscuræ ac difficilis petitur, no dum eius rei, soluere, quemadmodū scribitur in libro Habethzara. Michaël Neander in Erotematis linguæ sanctæ.

ARISTOMENES Messenius, cum decem annis Eram cōtra Lacedæmonios fortiter defendisset, tandem tamen fatalè perniciem inflare uideret: cum haberent opera quædam sacra Messenij, quæ si abolerentur, funditū in posterum omne tempus Messenen occurraturam: sin conseruata illa fuissent, redituū olim imperium ex ipsis ruinis erupturū. Lyci Pandionis filij uariocanis prædictum fuerat, neq; id ignoraret Aristomenes, noctu clam egressus in maximè deuia Ithome parte sacra ea defodit: Ioui & diis cæteris, quorum ope ad eum diem Messeniorum res steterat, ratus curæ fore, ut inco lume depositum seruarerit, neque omnino id in Lacedæ-

moniorum potestatem ueniret, quod iam solum ad posteritatis spēs Messenici nominis reliquæ haberēt. Itaq; 287. annis post Erę oppugnationē Messenij, partim ex Libya, partim ex Italia & Sicilia in Peloponnesum postliminiō redierunt, post Leuisticā Lacedæmoniorū cladem, uocati ab Epaminonda Thebanorū duce. Qui cum ualde sollicitus esset, quo in loco eos consistere iuberet, in somnis monitus est à Caucone sacerdote, qui Andaniā olim Athenis profectus, ad Messenē Triopæ filiā, sacrorū arcana deportauit, ut Messenios ad suos penates reduceret. Iam uero Epiteli, quē Argiui delegerant, qui & suis præfesset copias, & Messenen restitueret, nocturnum illud idem uisum denunciauit, ut quo loco in Ithome hederam ciliciam & myrtum uidisset, humū inter eas stirpes mediam fodiens, anam æreo clausam thalamo, iam grauius affectam & propè intermortuā, eximeret. Epitelles ubi primū illuxit, ad eum, qui circumscriptus fuerat, locum ueniens, æneam urnulam effossa terra effodit. Hanc ille ad Epaminundam detulit. Cui cum somnij imaginem exposuisset sui, iussit ille amoto operculo, quid in ea reconditū esset, intueri. Ille sacris operatus, uotis quæ ei deo nuncupatis, à quo somnium extitisset, uasculum aperuit. In eo uolumen repertum ex albo plumbo in tenuissimas laminas sparso, libri forma. In eo perscripta erant Magnorū deorum initia. Itaq; urbs noua condita, quam Messenen nominarunt. Pausanias in Messenicis auctor.

CADAVERV M. CVLTVS SVPERSTITIOSVS.

SECTIO RAPTA.

Raptus modo superstitiosus, modo impietatis est. Superstitiosus quidem huius est loci, quando cadauera alii eripiuntur, ut colantur. Impius uero ad uitium in defectu referri debet, ad sacrilegos, qui sacra legunt non tam cadauera, quam ligna, statuas, opes diis dedicatas.

Narrat Gregorius Magnus, quosdam MONACHOS Romæ uenisse, ac prope templum Pauli corpora mortuorū noctu

effodisse: qui comprehensi, facti sunt, in Græciam se ea pro sanctorum reliquiis portaturos fuisse.

SECTIO CVLTA.

Apud TYRONENSES Gallos cuiusdam ossa summa ueneratione culta fuerunt. Donec tandem D. Martinus precibus ad Deum factis, latronis id cadaver fuisse deprehendit. Seuerus Sulpitius.

TEMPLORVM CVLTVS SVPERSTITIOSVS.

SECTIO TEMPLA EXTRUCTA, DICATA, INAUGURATA.

SECTIO QUÆ, QUIBUS.

SANABALLETES Samaritanorum præfectus, templū Deo opt. max. in Garizimo mōte extruxit, Hierosolymitano æmulum, eiq; præfecit generum suum pontificem.

Delubra EPIMENIDEM Cretensem primū edificasse, auctor est Diogenes Laertius lib. 1. At Vitruuius P. 1. LIB. IV. M. archi testū primū omnium Priene ad Mineruæ fecisse tradit. Herodotus tamē lib. 2. AEGYPTIOS, primos diis delubra statuisse prodidit. Rome, teste Liniō, ROMVLVS tēplū Ioui Feretrii, quod primū omnium more gentis sacratū fuit.

SESOSTRIS Aegyptiorum rex uictor orbe rediens, in singulis Aegypti urbibus templum ei deo construxit, quem præ-

cipuè colerent. Ad eorum structuram, nō Aegyptiorum, sed quæ ceperat seruatorū opera usus est. In omnibus uero inscriptis templis, nulli Aegyptio ad id opus se grauem fuisse. Diodorus lib. 1. c. 4.

Apud SCYTHAS soli Marti (cæteris diis nec aras nec simulacra faciūt) prius ritu tale extruunt templū. Sarmeniorū factes aggerunt trium in longū latumq; stadiorū, minoris tamen sublimitatis, desuper quadrata planities efficitur: tria latera prærupta sunt, quartū accliuè, per quod ascenditur. Eò quotannis cōparant centum quinquaginta planstra sarmeniorum. nam semper propter cœli tempestatē illa inartescunt. Sub hoc aggestu ferreus acinacis, qui singulis uentus est, statuitur. Idq; est Martis simulacrum, cui annuas hostias offerunt, cum aliorum pecorum, tum equorū: & plus huic acinaci, quam cæteris diis. Herod. lib. 4.

DANAVS, cum Argos uenisset, de regno cum Gelanore Sithenae filio contendit: quod cum sibi ab Argiuis adiudicatum esset, Apollini Lycio templum dedicauit. Pausanias in Corinthiacis.

Neptunum aiunt Cereri, dum illa errans filiam quaereret, uitium offerre conatum. Sed cum in equam se deauerisset, & ad Oncium Arcadiae urbem gregibus permitta pasceret: & ipse in equum mutatus, eam compressit: quod illa primum iracundè tulit. Verum postea placabilior facta, lauiffe dicitur in Lado ne fluuio. Eo igitur in loco Cereri templum ab Arcadibus erectum, cuique cognomina tributa, Erinnyos, à uerbo egrediens, quod furere Arcadibus est; & Lusiae, quod se in flumine abluisset. Ceres Neptuno filiam peperit: cuius nomē arcanū est: item equum Arionē dicitur, unde Hippius Neptunus primū dici cepit. Pausanias in Arcadicis.

Templum & signum Ioui Olympico de manubiis Elei dicantur, Pigeis, aliusque finitimis populis, qui ab illis defecerat, bello superatis, ac Pisa ipsa direpta. Simulacrum à Phidia factum, inscriptio ad Iouis pedes posita testatur: Phidias Charmidae filius Atheniensis me fecit. Templi ipsius Dorica exaedificatio est. Ambitus exterior dispositus in orbem columnas ostendit. Parietes è uernaculo lapide structi sunt. Surgit in altitudinem ab ima arca ad aquilas, quae testium fastigium sustinent, pedes octo, & sexaginta. Patet in latitudinem nonaginta quinque. Excurrit longitudo ad ducentessimum ac trigessimū. Architectus operi praefuit Libon, homo indigena. Testum est non coëssile imbrice, sed caeso ad tegulae formam è lapidicinis Pentelicis marmore. Inuentum hoc Byzæ Naxio tribuunt, cuius statuas Naxi esse dicunt, cum hanc inscriptione:

Naxi haec Latoida fecit solertia Byzæ, Cui primum facta est tegula de lapide.

Viguisse Byzen hunc illis temporibus, proditum est, quibus in Lidya Halyattes Alyagis Cyaxarae filius regnavit in Medis. Pausanias lib. 5.

TELECLUS Orchomeniorum rex opulentissimus & potentissimus, Gratiarum templum primum extruxit, ut uel quam gratas esset, uel quantum alios gratos esse uellet, ostendret. Strabo lib. 9.

TIMOLEON Corinthius, qui Dionysij regnum euerit in Sicilia, paternam domum in templum uertit. Dignus, qui non solum feliciter confenerit, sed etiam defuncto perpetuos honores decreuerit Syracusana ciuitas, & sepulcrum in foro constituerit. Sab. lib. 4. c. 2.

AVRVSVS in Vetulonia lucum sacravit Crano: & inter Icos, id est, deos annumerauit. Iano quoque Veturino templū & statuam non procul ab urbe dedicauit, & deo Razenuo in Vetulonia facellum condidit. Berofus Chaldeus de VII. Assyriorum. reges.

NUMA primum Fidei & Termino tepla excitauit. Fidem constituit maximū Romanis iusurādum: Terminum hostia in anima publicè & priuatum in finibus agrorum placabat, tantam pacis praesidem, & iustitiae arbitrum: ac lege sanxit ut qui Terminum exarasset, ipse & bones Deo sacri fierent. Templum eius desuper patens foramen habuit, quia nefas duxerunt, Terminum deū pacis & iustitiae custodē, sub testō cōspici. Sic Ioui, Soli, Lunae & Diosidii, in aperto mundo templa hypæthra & sub diuū ueteres extruxerūt. Quod à Graecis saepe factitatum nouimus, ut his diis hypæthra templa constituant, sicut eades Iouis Puluerij in Attica semper sine recto erigebatur. Ex Plut. Numa Alex. lib. 2. c. 22.

ANCVS Martius Fortunam Virili cognomēto primus omniū dedicauit, quod fuit extra urbē ad Tiberis ripam in quo mulieres, quae nuptui dabantur, exitis uestimentis omnib. conspiciebantur, ne labe corporis uel morbe sponfus futurus deciperetur. Alex. ab Alex. lib. 1. c. 13.

QABIVS Gurgēs, cum Fabij Maximi parentis sui auxilio & consilio caesis Samnitibus triumphasset, C. Pontium Herennium ducem Samnitum in triumphum ductum fecit percussit: aliorum matronas ad populū stupri damnatas pecunia multauit, ex quo ere Veneris aedem, quae prope Circum est, faciendam curauit. Liuius.

CDVILLVS Iani templum nouum ad forum Olistoriū Romae construxit: ad quod, bellum suscepturus consul, frequēti fenatu, primo ribus patrum ac milicibus comitatus, accedebat, ac solenni more templi fores recludebat. Alexan. ab Alex. lib. 1. c. 13.

Aedes Concordiae Romae fuerunt plures: Vetusissima, quam propter fecunditatem militarem uouit extruxitque M. Furius CAMILLVS: de qua Ouidius primo Faetorum. An hanc Flautus aedis in arca Vulcani, maxima nobilitatis inuidia, dicauit, P. Sulpitio, P. Sempronio Coss. Liuius lib. 9. Altera est, quam uouit L. MANLIVS pretor etiā propter feditionē militarem in Gallia. Facienda est locata, à duumuiris, Gn. Puppio Cæone, Quinto Flaminio, ad hoc creatis à pretore urbis, dicata in arce à M. & Gn. Attiliis. Liuius lib. 22. & 23. Ter-

tia est in foro Romano, prope Graecostasim, gdficata à L. OPIPIO consule, delctis Graecanis partibus, ubi est etiam basilica Opimia. Varro lib. 3. de lingua Latina. Erecta est aedes ingenti indignatione populi Romani, ad quam etiam cum confiteretur, inscriptum est: Opus Vgordiae. Quarta aedes Concordiae posita est à LIVIA Augusta, nisi eadē sit antiquissima, quā fecerat Camillus, reparata à Luia, quod ueritate laberetur: de qua Ouidius primo Faetorum. Feriae huius XI X. Kalend. Februarias. Lud. Viues in lib. 3. Aug. de Ciuitate Dei, c. 25.

Celebre est Romae Virtutis templum, sed sero & multis post feculis à M. MARCELLO dedicatum, eo, qui Syracusas expugnauit. Extat etiam ibi Mentis aedes: uerum hoc quoque Acmilus Scaurus, qui fuit belli Cimbrici aequalis, dedicauit: cum literarum, artesque, & lepos Graecus in urbem irrepsisset. Sapientiae uerò in hanc usque diem non habent delubri, neque Temperantiae, neque Tolerantiae, neque Magnanimitatis: cum Fortunae frequentia sana & peruetusta uenerandaque omnibus prope erecta sint & inserta partibus & regionibus urbis celeberrimis. Plut. de Romanorum fortuna. Virtuti aedem uouerat M. Marcellus in Gallia primo suo consulatu. Eam filius eius dicauit ad portam Capenam. Liuius lib. 29. Alteram C. Marius extruxit Virtutis & Honoris, submissiorum aliis, ne si foret publicis auspicijs officeret, augures eam demoliri iuberent. Cicerio 3. de Legib. Lud. Viues in lib. 4. Augusti de Ciuit. Dei, c. 20.

Honoris aedem cum ara extra portam Carmentalem aedificauit Q. FAB. MAXIMVS, quam & collapsam deinde restituit M. Marcellus: ut nimirum non tantum in urbe, sed foris quoque honorem dignis hominibus exhiberet. Is ergo dedicaturus aedem, quam Honori & Virtuti bello Gallico uouerat, pontificum iussu id facere est prohibitus, negantium recte cellam unam duobus numinibus dedicari: quia si prodigium aliquod incidisset, haud sciri posset, utri numinum rem diuinam fieri oporteret, neque duobus nisi certis diis una hostia mactaretur. Marcellus pontificum auctoritate motus, alteram priori aedem adiecit, hancque Virtuti, illam Honori dedicauit. Sabellius lib. 4. Enneadis 5. & Valerius libro 1. cap. 1.

HERODES Iudaeorum rex, C. Iulio Caesari templum construxit è marmore candido, prope Panium, quod uocant. Id spelunca est in monte amoenissima, cuique subiecta in immensum hians terrae deuectitas, plena aquis stagnantibus. ei mons ualde magnus imminet: sub spelunca autem scaturit fontes Iordanis fluminis. Iosephus libro decimo quinto, capite 13. Antiquit.

DOMITIANVS domum in qua natus est, in templum Flauiae gentis conuertit. Suetonius.

HADRIANVS Imp. & patrem Traianum, & omnes, qui unquam fuerunt, praeclearis aedificijs longissime antecessit: cuius operibus cum orbis terrarum illustratus esset, ipse in uno tantum Traiani patris templo nomen suum inseribi uoluit. Ptolemaeus c. 12. de Magnificentia.

Victoria Zenobia, & Orientis statu recepto, Emissam uictor AVRELIANVS Imp. ingressus est, ac statim ad templum Hellogabali tetendit, quasi communi officio uota solueretur. Verum illic eam formam numinis reperit, quam in bello sibi fauentem uidit. Quare & illic templa fundauit, donariis ingentibus positis: & Romae Soli templum, maiore honorificentia consecratum. De qua read Caronius Bassum scripsit: Templum Solis, quod apud Palmyram aequiliferi legionis tertiae, cum uexilliferis & draconario, cornicibus & lituicibus diriperunt, ad eam formam uolo, quae fuit, reddidi. Habes trecentas auri libras Zenobiae capfulis, habes argenti mille octingenta pondo de Palmirenorum bonis, habes gemmas regias. Ex his omnibus fac cohonestari teplum: mihi & diis immortalibus gratissimum feceris.

Apud GADERAM in Hispania extat templū Senectuti, quod maximè aetatem, ut pote magistrum remum, ueneraretur. Alterum item Morti, ut communi quieti & portui miseriarū, post exantlatos labores: sed & Paupertati & Fortunae sacra constituerē, ut per hanc altera placeret, altera remedium paupertati obuenciat. Aelianus de Var. hist.

HVMAR Saracenorum dux cepit aedificare templum Hierosolymis in honorem Mahometi. Sed cum subinde extructa conuerteret, sciscitabatur causam à Iudaeis, qui aiebāt, crucē, quae erat super templo montis Oliuarum, impedire aedificationem. His ille fidem adhibens, crucem illam amoluit: est & aedificium suum consecutum firmitatem. In eo tandem orans interfecit: est à Persa quodam, quarto anno Constantis, Domini 647. Siebertus, & Paulus Diaconus lib. 19. rerum Rom.

Victi à Carolo Magno RVGIANI Sclauū, & S. Vitum Coruegensē martyrem colere iussu, iugo demum abiecto, ut si dem datam, sic religionē acceptam mutarunt, & in contemtu Coruegensium simulacro suo Suantouiti nomē indidere, & tribu

tributum Vito pendit solitum quotannis tribuere, usque ad Ericum Danorum regem, qui expugnato oppido idolum fuit. In Arcone ciuitate sanum eius erat duplici septem ordine clausum, unico ostio ad eundem. E quibus exterior parietibus contextus, puniceo culmine tegebatur. Interior uerò quatuor subnixus postibus, parietum loco sensibus aulaeis nitēbat, nec quicquam cum exteriori preter testum & pauca laquearia comunicabar. Ingens in aede simulacrum, omnem humani corporis habitum granditate transcendēs, quatuor capitibus, totidemque ceruicibus, conspiciebatur. Saxo labori 14. & Cranzius lib. 5. Vandalia; & Dubrauius lib. 1.

QVOT.

Leo Afer, ubi agit de templorum Mahumetanorum substitutionibus, Sunt, inquit, in urbe Africae FESSA, aetpla septingenta, quorum maximum millianū unius ambitu, unam & triginta portas habet, lampadum uerò nongentas, diu noctuque ardentēs. Io. Bodinus Methodi diuor. cap. 5.

AQVO.

Functam familiam, aut hominem funere pollutum, nec aedes deorū dedicare, nec publica sacra facere posse apud ROM. liquet, nisi in Lemuralibus & Parentalibus, in quibus inferis diis dare inferias usus obtrunuit: quo tempore aedes deorum clausae iacerent. Alex. lib. 3. cap. 12.

QVOMODO.

Cum rex TARQUINIVS Capitolium fabricare uellet, eumque locum, qui ei dignior aptiorque uidebatur, à diis alienis ceruere praecipit, non audens aliquid contra eorum facere arbitrium, & credens eos tanto numini suoque principi uoluntate cessuros: quia multi erant illi, ubi Capitolium constructum est: per augurium quaesuit, utrum concedere locum uellent Ioui? atque ipsi inde cedere omnes uoluerunt, praeter Martem, Terminum, Iuuentatem: atque ideo Capitolium ita constructum est, ut etiam illi tres essent tam obsecris signis, ut hoc uix omnes doctissimi scirent. D. Augustin. lib. 4. de Ciuit. Dei, cap. 23.

CVR.

Ex loco Gratitudinis erga Deos, locus iste ampliandus est. Illic respectu deorum Casam & Modum gratitudinis per templorum extructionem consideramus. hic Templorum cultus religiosus per se consideratur.

PANDROSOS sola è tribus foribus in deposito Mineruae custodiendo fida, templum meruit in arce Atheniensis, conterminum Mineruae. Pausanias in Atticis.

Atheniensis ADULESCENS capus à Tyrhenis, cum uinctus apud illos feriret, adamatus ab herili filia soluitur, loco miere reuersus, Veneri aedem gratiarum actionis loco in litore unde captus fuerat extruxit, Coliam à membris, quae uinctis pressa fuerant, dictam. Suidas.

VBI.

In eo TANAGRÆI praecipuum quandam praecunōis Graecis religionis rationem habuisse uidentur, quod seorsum à profanis aedibus deorum templa aedificanda curarunt: in pura scilicet arca, & ab hominum negotiationibus scitūda. Pausanias in Bœoticis.

Quos deos ROMANI mortalibus obesse sunt arbitrati, in urbem diu nō admiscere. Sic aedes Vulcani à Romulo primum extra pomerium constructa, in urbem diu non fuit admiffa, ne urbe incendis antiquitus obnoxia discernimini aut noxae foret ueluti per contagium. Sic Bellonae & Martis aedes extra Capenam. Sic Veneris Ericinae extra Collinam portā à M. Marcello constructa, ne libido inualeceret. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 4. Plut. in quaest. Rom.

Aesculapij sanum in insula Tiberis aedificarunt ROM. cum aegra ualitudine urbis oppressa esset: seu quod deus ipse hanc sibi sedem elegisset. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 4.

HVMBLVS Gothorum rex, filio suo Dano, primo Danorum regi, cum ipsum Daniae regem designaret, praescripsit, ne in aliqua parte Daniae deorum delubra construeret, sed apud Ypsalam Sueonum metropolim diuinitatis cultum uenera bundas profsequeretur. Io. Magnus lib. 7. cap. ult.

TEMPLA INSTAVRATA.

MILESI, Dindymæi Apollinis templum à Xerxe plane deualtatum, uberiori impensa restaurarunt, ita ut ob magnitudinem fastigio extruendo nullae contignationes sufficerent. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 2.

AVGVSTVS Caesar aedes sacras uentilare collapsas, aut incendio absumtas reuicere: caesque & ceteras opulentissimas donis adornauit: utpote qui in cellam Capitolini Iouis XVI millia pondo auri, gemmasque ac margaritas quingentis H. s. una donatione contulerat. Suetonius in Dion.

CLAVDIVS Caesar, templum in Sicilia Veneris Erycinae uer-

tustate collapsum, ut ex aetario Populi Romani reuiceretur, auctor fuit. Suetonius.

NERO Imp. in Sicilia Erycinæ Veneris templum ueritate collapsum instaurauit. Fulg. lib. 1. cap. 1.

VESPASIANVS ex Oriente reuersus, cum ciuilibus bellis deformatam urbem offendisset, à sacris aedificijs Capitolini quae ipsius Iouis templo eius instauracionem ostus, ante alios ipse operi se accinxit, sublati inde collo suo primis ruderibus, iactisque manu sua fundamentis. Fulg. lib. 1. cap. 1. ex Suetonio.

TITVS V. Imp. templorum aliorumque publicorum aedificiorum, quae incendio & ciuili furore correpta erant, instauracioni uillarum suarum ornamenta designauit: atque huic operi ex equestris ordine insignes uiros praefecit. Suetonius.

TEMPLA EXORNATA.

Cum Fuluius Flaccus Cenfor marmoreas tegulas ex templo Laciniae Iunonis Romae deportasset, ut illic aedem à se dedicandam integeret, parumque iam inde mens illi constare uisa esset, patria superstitione SENATVS percussus, id tegumentum genus in pristinum locum, publico decreto, restituit. Sab. lib. 8. Eneadis 1.

CHRISTIANIS sua aetate oratoria sumtuosis de politionibus & curiosis picturis, quibus orantium mentes impediant extrui & ornari, Bernardus in apologia ad Guelmū abbatem queritur, inter cetera inquiens. Fulget ecclesia in parietibus, lapides suos auro induit, neglectis pauperibus: ut quid saltem sanctorum imagines, non reueremur, quibus uirique ipsum, quod pedibus conculcatur, scatur pauimentum? Saepē spuitur in ore angeli, saepē alicuius sanctorum facies calcibus tunditur transeuntium: & si non sacris his imaginibus, cur uel non pariter pulcris coloribus? Ostenditur in ecclesijs plurima forma sancti uel sanctae alicuius, & co creditur sanctior, quo coloratior. Curritur homines ad osculandum, inuitantur ad donandum, & magis mirantur puluē, quam uenerantur sacra. Ceterum in claustris coram legentibus fratribus, quid facit illa ridicula monstruofitas, mira quaedam deformis formositas, ac formosa deformitas? Quid ibi immunda simia, quid feri leones, quid monstruosi centaurs, quid semihomines, quid maculosa tygrides, quid milites pugnantes, quid uenatores tubicinantēs? Videas sub uno corpore multa capita, & rursus sub uno capite corpora multa. Cernitur hinc in quadripedis causa serpentis, illinc in pisce caput quadrupedis. Ibi bestia praefert equum, capram trahens retrō dimidiam: hic conrotum animal, equum gestat posterius. Tam multa denique, tamque mira diuersarum formarum ubique uarietas apparet, ut magis legere libeat in marmoribus, quam in codicibus, eorūque diē occupare singula ista mirando, quam in lege Dei meditādo.

TEMPLA FREQUENTATA, CVLTA.

Omnia Persarum templa, tam MEDII, quam ARMENII in ueneratione habent, Anaitidis templa praecipue Armenij, cum in ceteris locis ea aedificantes, tum etiam in Acilefina dedicant illis seruos ac seruas, quinetiam nobilissimam gentis filias suas, quibus nullo reuente talibus conugari. Huiusmodi quiddam Hero dōtus de Lydis commemorat, quae omnes meretricantur, & tam benigne amatoribus suis utuntur, ut eos hospitio suscipiant, & dona det plura etiā quam acciperent, quippe quae à copiosis dotibus suppeditantur. Accipiunt tamen non quotiesque hospites, sed eos maximè qui aequè sint digni. Strabo lib. 11.

Zelctica regio Ponti Zela urbem super aggerē Semiramidis conditam habet. In ea templum est Anaitidis, quae ab ARMENIIS colitur. Hoc in loco sacra cum sanctimonia maxima celebrantur, & iusturandum de rebus maximis hic fit. Hanc reges olim non ut ciuitatem, sed ut Persicorum deorum templum colebant, & sacerdos rerum omnium potestatem habebat. Habitabatur à multitudine sacrorum feruorum, & à sacerdotē potestatem maximam habente. Strabo libro 12.

Lunae templum, inter Carras & Edessam multa INDIGENARVM religione colitur. Spartianus id Lunitemplum dicit non Lunae prodidit, persuasumque Carrensis fuisse ait, ut quicumque Lunam feminam esse arbitrareretur, aut muliebri uoce nuncupasset, in mulieribus additus mollior uir ageretur: contra qui marem dem esse Lunam ratus esset, ille & uxori dominaretur, & à mulieribus nullas pateretur infidias: quo fieret, ut Aegyptij mysticè non deam Lunam, sed deum uocitarent. Sab. lib. 5. En. 7. Germanis quoque Luna masculini est generis, de Mon.

Extra CROTONEM olim Iunonis Laciniae templum fuit, multa religione sacrum. Lucus proceris abietibus septus, Leta in medio, pascua, ubi omnis generis pecus dea sacrae f f f f huc est.

sine custo de pascetur, gregibus sub noctem ad stabula sponte remanentibus, nulli hominum ferarumve iniuriae obnoxii. Solida ex auro columna ex illorum prouentu facta dedicataq; deae est. templum diuitiis & religione inclytum. Miraculum loco affingitur ex ara, quae ibi sub dio fuit, nunquam cinerem uentorum impulsu dissipatum. Sabellicus libro 3. Enneadis 5.

Apud Aetnam, qui notissimus est SICILIA mons, esse Vulcani templum fertur honore multo. Circumiectum est templo septem, sacre item uisuntur arbores, nec non perniq; & inextinctus ignis. Templum asseruare ac lucum traduntur canes, quibus mirum praecipue inficum ingenium creditur. Quippe adeuntes, si castè modo ac pie, utq; addebet, id agant, permulcent ac ablandiuntur, illisq; perinde ac beneuolis aggregantur, & planè familiaribus. Quod si manibus non puris, scelereque aliquo pollutior templum inuisat, uel lucum, irruunt mordicus, lacerant conuelluntque. Ceteros ex cœtu aliquo remanentes lasciuore intemperantiorè in festari modo, satis superque habent. Caelius libro 23. capite 29. Antiq. Lect.

ERYCEM tradunt Veneris ac Bute regis indigenae in Sicilia filium exiisse. Condidit super locum excelsum ex suo nomine urbem praclaram, in cuius arce matri dicato templo, & uasis illud & uariis ornauit donis. Eam Venus urbem, cum inclementum religione, tum filij pietate allesta, plurimum dilexit: à qua Venus Erycina dicta est. Ceterq; aliorum templorum gloria ad summum perducta, quandoq; aliqua obducta sit calamitate, solius templi huius cultus atque honor à primordio coepti nunquam defecerunt, semper in melius aucti. Nam praeter honores ab Eryce institutos, AENEAS postmodum Italiam petens, cum in Siciliam appulisset, plurima dona Veneris ueluti matri templo obtulit. SICANI deinde multis post seculis hanc uenerati deam, eius templum sacris domiq; permulctis ornarunt. Ab ATHENIENSIBVS postea, qui eam partem Siciliae tenuere, Venus praecipue summo studio culta est. Romani postmodum uiciorum intule imperantes, superiores omnes in huius deae cultu excesserunt, suum genus ad hanc referentes. CONSULES militesque, qui in insulam transcendent, ac omnes qui cum imperio aliquo illuc adeunt, cum ad Erycem ueniunt, praecipuis sacris honoribusq; templum uenerantur: omniq; abiecta imperij seueritate, in puerorum ac mulierum remissione hilaritateq; conuersi, eo pacto gratum suum aduentum esse deae putant. Senatus statuit Siciliae urbes, decem & septem numero, auro Veneri conferre. Milites quoq; ducenti ad eius templi tutelam deputati sunt. Diod. li. 4. ca. 14.

D. Duillius Iani templum nouum ad forum Olitorium Romae construxit: ad quod, bellum suscepturus consul, frequenti senatu, primoribus patrum ac militibus comitatus, accedebat, ac solenni more templi fores recludebat. Alex. li. 1. c. 23.

ANNO Domini 303. PRUTENIS siue Vlmigauis rex quidam Bruteno dicitur imperauit: qui cum iustus annos ætatis consecutus esset, quietam uitam ducere instituit, fratrem Vey dematum successore sibi in regno fecit: ipse summus sacerdos effectus est, non enim ei dignitatis inditum fuit, Kirie Kirie cyto, quasi dicas, Proximus noster dominus. Huius pontifici suo Pruteni praclarum aedem sub quercu quadam exerebant, locoq; Romam à Roma nomen indiderunt. Circa hanc quercum octo ulnarum in latitudinem & altitudinem tela fenestra extensa fuit, in quam habitationem nemo, praeter patriarcham eorum Kirie Kirie cyto dictum, & praecipuos ministros idolorum munia obeuntes, intrare poterat. Si autem aliquis inuisendi, honorandi, adorandi uel offerendi gratia uenisset, ministri telam à quercu semouebant. Quercus hæc eo loci, ubi nunc oppidum Heyligenbeil, id est, sancta securis, constructum est, sita, una parte Prutenorum deum, qui Peruno, id est, Fulmen dicebatur, habebat, in cuius honore ignis ex quercubus construebatur, qui die nocteq; perpetuo ardebat, & nunquam extinguebatur. Quod si negligentia ministrorum ad hoc officium praestandum deputatorum ignem extinguere contingeret, capitali supplicio afficiebantur. Altera parte collocatum erat Patrimpo idolum, cuius cultus erat in serpente uiuo retinendo, qui lacte, ut eo modius uiueret, alebatur. Tertia parte idolum Patelo nomen situm fuit, cuius honor in retinendo alicuius mortui hominis capite consistebat. Guagninus in Prussia.

DE TEMPLA EXPIATA.

P. SCIPIO Africanus postior expugnata Carthagine, circa Siciliae ciuitates literas misit, ut ornamenta templorum suo regi à Pœnis rapta, per legatos recuperarent, inq; pristinis sedibus reponenda curarent. Val. Max. lib. 5. cap. 1. Romæ, cum Gracchi caede Cereis templum pollutum esset, ROMANI Sibyllinis libris moniti, ut utuissimam Cere rem placarent, Ennam uel Aetnam Siciliae ciuitatem (quoniam eius sacra inde orta credebant) quindecimuiros ad

deam propitiandam miserunt. Strabo lib. 16. Val. Max. lib. 5. cap. 1. Lactantius de falsa Religione.

DE TEMPLA NON VIOLATA

DE SANGVINE, CAEDE.

AGESILAVS ex Asia reuersus, Athenienses & Bœotos, eorum socios, apud Coronam graui praelio uicit. Huius uictoriae uel maxima fuit laus, quod cum pleriq; ex fuga fe in templum Minerae coniecissent, quærere utq; ab eo, Quid his fieri uellet? etsi aliquot uulnera acceperat eo praelio, & iratus uidebatur omnibus, qui aduersus arma tulerant: tamen anteculit iræ religionem, & eos uicui uolari. Neque hoc tantum in Graecia fecit, ut templa deorum sancta haberet, sed & apud Barbaros, summa religioe, omnia simulacra araq; conseruauit. Ita q; praedicebat, mirari se, non sacrilegorum numero haberi, qui supplicibus eorum nocuissent: aut non grauioribus poenis affici, qui religionem minuerent, quam qui fana spoliarent. Probus in Agefilao.

IDEM Thebanos ad Heliconem superauerat. Confugerant ad octoginta hostium in templum Apollinis. Quod ubi Agefilao per equites exploratum habuit, misit qui sine offensa eos inde emitterent, atq; usq; in pacatum comitarentur, ueritus, ne militum temeritate locus caede pollueretur. Sabellius lib. 2. Ennead. 4.

ALEXANDER Magnus scripsit Megabyzo de seruo, qui ad aedem sacram confugerat, iubens: Si queat, extra templum ut inuitatum occuparet, in templo ne citiniiceret manum. Plut. in Alexandro.

DE VENERE, STVPRO.

AEgyptii quotannis in urbe Papremi ad cultum Martis conueniunt, sacerdotibus inter se decertantibus ad ostium templi. Aiunt indigenae, conuentum hunc deo institutum, quod id templum incolat mater Martis: & ad eam Martem iam adultum ac uiriliter ætatis uenisse, gratia coeundi cum matre: quem mater ministri, ut qui cum antea non cognouissent, ingredi ad matrem non permiserunt, sed repulerunt. Hunc autem ex alia ciuitate adductis hominibus culto deo male multasse. Et ob hanc rem aiunt solennem esse Marti die illo festo rixam: & institutum, ne in templo cum feminis coiretur, nec à mulieribus nisi abluti templa adirent. Herodotus libro 2.

DE VINO.

Consule Tit. Abstinentia ciborum superstitiose.

HELIOPOLITANI, qui Api seruiunt, uinum omnino non inferunt in templum. Plut. de iside.

DE SACRILEGIO. NON DIREPTA, NON SPOLIATA TEMPLA.

PERSAE imperantes Asiae, cum omnia Graecorum loca sacra expilassent, solum semideae Rheæ templum, quod in Castamio Cherronesi extat, nec mœnibus nec custo diis cinctum, intactum reliquerunt. Latrones insuper singula rapientes, hoc solum haudquaquam muro cinctum, ut absq; periculo spoliari queat, inuolatum sinunt. Huius rei causam tradunt, deae communem in omnes beneficentiam. Nam & agros per somnum curas mortuorum docet, & multis insuper sanitate desperantibus salutem praebet. Mulieres praeterea parturientes à laboribus ac uitæ discrimine hæc liberare dicunt. Dio dorus lib. 5.

DATIS Medus Darij dux, Graeciae insulas classe occupabat. Delij reliqua insula in Tenum perfrugerant. Sed tantu abfuit, quod natale Apollinis terram uiolari passus sit Datis, ut Delijs per caducatore domum redire iussis, ipse CCC thuris libras, super aram Phœbo sacram adolererit. Sabell. lib. 1. En. 3. Val. lib. 1. cap. 2. & Cic. in 2. Verrina.

NICIAS portum Syracusanum ceperat. Propinquum erat Iouis Olympij fanum, quod capere, quia multa ibi dona aurea & argentea erant, cupiebant Athenienses. Ceterum rem Nicias de industria reiciens, tempore exclusus est, permittiq; eo praesidium Syracusanorum ingredi: existimans, si direpta à militibus illae opes essent, aerarium nihilo locupletius fore, infamiam uero uiolari fani in se recasuram. Plut. in Nicia, & Pausanias in Phocis.

DEMETRIVS Poliorceres à regibus ingenti praelio uictus, cum V. M. peditum & IIII. M. equitum fugiens, citato cursu delatus Ephesum, omnibus non abstetrum ob pecuniae difficultatem fano existimantibus, quia timebat ipse, ne id facerent milites, raptum mouit signa. Plut. in Demetrio.

DE EVERSIONE.

ALEXANDER Magnus, cum Thebanis tantopere iratus esset, ut & eius sub haeta uenderet, & urbem solo equarct, summa tamen diligentia cauit, ne uel ab inuitis ullu templum aut lucus uiolaretur. Suidas.

SELEVCVS rex, cum condita Seleucia ad Tigrim fluuium, in eam Babylonios inquilinos deduceret, neq; muros Babylonis

bylonis demolitus est, neq; Beli templum euerit: & Chaldaeis, ut proxima templo loca inhabitarent, permisit. Pausanias in Atticis.

DE INGRESSV PROFANORVM.

Iouis Lycæi fanum sponte ingressos ARCADES lapidibus obruunt: per imprudentia uero, ad Eleutheram dimitrunt. Plutar. in quaest. Graecanicis.

DE SPVTO.

Aluarecius apud ABYSINOS Afros uel mucorem, uel spu- tum excreare, in templis pro insigni flagitio haberi scribit. Io. Bodinus Methodi hist. cap. 3.

DE ANHELITV.

Suantuouiti Rugianorum Vandalorum idoli in urbe Arcone

DE ARAS SVPERSTITIOSE COLERE.

DE QVORVM DEORVM.

Erant in agro Attico multae dijs Ignotis sacrae arae, ut Lucas attingit in Actis Apostol. cap. 17. & apud Pausaniam in Attica *ἱερὰ ἄγνωτων θεῶν*: quae arae inuento EPIMENIDIS Cretensis sunt erectae: nam cum regio pestilentia laboraret, consultaq; Pythia responderet, exiari oportere urbem & agros, nec, cui deo sacrum fieri oporteret, dixisset: Epimenides, qui cum Athenis erat, iussit dimitri hostias per agros, sequiq; eas sacrificios, & in quo loco quaeq; constitisset, ibi mactari eam, immolariq; deo Ignoto propitio. Itaq; ex eo tempore, etiam ad ætatem Laertij Diogenis, frequentes uisuebantur per pagos Atticæ terræ sacrae arae sine nomine. L. Viues in lib. 7. Aug. de ciuitate Dei, cap. 17.

Extra CROTONEM olim Iunonis Laciniae templum fuit, multa religione sacrum. In quo ara sub dio fuit, cuius cineres nunquam uentorum impulsu dissipati fuerunt. Sabell. libro 3. Enneadis 5.

Apud GADERAM in Hispania, duas aras, alteram Anno, alteram Mensi, ut longiori & breuiori temporis, dicatam esse ferunt. Aelianus de Var. hist.

DE QVOMODO VIDELICET

DE EXTRVENDO.

Olympij Iouis ara in Olympiâ pari interuallo à Pelopio, & Iunonis eadē distat, ante utriusq; frontem sita. Erectam multi tradiderit ab ipso HERCVLE, alij ab indigenis heroibus, duabus ipis ætatibus post Herculem. Congesta illa est è cinere collecto ex adultis uictimarum scemioribus. Talis & PERGAMI ara est, talis SAMIAE Iunonis est: nihilo illa quidem ornatio, quam in Attica, quos Rudes appellant scos. Pausanias lib. 5.

VIRGINIA, L. Volumnij plebeij uiri uxor, patris genere orta, cum ob maritum plebeium, sacellum Pudicitiae in foro Boario, patris deditum, adire prohiberetur, conumeliae impatiens, in parte aedium, quas in Longo habuit uico, à prophano usu exclusa, aram Plebeiae Pudicitiae constituit, hortataq; est eiusdem ordinis matronas, darent operam, ut ara illa à sanctoribus castioribusq; quam patris, coli crederetur. Sab. lib. 7. En. 4.

SUPERSTITIO CIRCA SACRIFICIA.

De his post omnes alios, & elegantè & methodicè scripsit Lilius Gregorius Cyranus, in historia Deorum gentilium. Cui uacat, ex illius fontibus suos deducat riuulos. Consule Tit. Festa religiosa Ethnicorum, quatenus sacrorum enarrationem habent iunctam.

DE SACRA SVPERSTITIOSE OBITA.

RESPECTU

DE MATERIE. QUATENUS SUNT

MIRABILIA.

Apud ELEOS in Bacchi festo, quod *βῆλον* nuncupant, illati templo lebetes tres noctu sponte implentur uini, foribus accuratè oclussis, obfignatis etiam, ne fraudem suspicari quis possit. Quin Andrij quoq; quotannis eiusdem solenni die spontaneum à templo scaturire uinum, praedicant. Caelius lib. 15. cap. 28. A. L.

HERMIONENSES Cereis Chthoniae sacra faciunt. In extremo agmine pompae eximia boues uinculis distentæ, & ferociter reluctantes ad templum trahuntur. Ibi earum una immixtis retinaculis intro agititur: repente postis obicitur. Eam aniculae quatuor de industria intus relictæ falcibus ex cepta faciliè conuicunt: collum earum una, ut casus tulerit, hostiae praefecit. Rursus patefactis foribus, iis quibus id negotij datum est, alteram bouem; mox tertiam, & quartam intrudunt, ac singulae eodem modo ab illis aniculis mactantur. Aliud in sacro miraculum euenit. In quod latus prima bos concciderit, in idem & reliquæ procumbunt. Pausanias in Corinthiacis. Festum Chthonium dicitur. Super ea re cae

SACERDOS aedem scopis purgabat quotannis postlectas fruges, spiritu oris compresso. Saxo lib. 14.

DE STVPRO.

Superstitiosam legem hic spectamus, quae etiam in deorum conspectu impudica permittit. Nam si contra legem id fiat, non ad Superstitionem, sed ad Impietatem pertinet.

Ceteri ferè MORTALES, praeter Aegyptios ac Graecos, coeunt in templis: & à mulieribus surgentes, non abluti intrant templum, putantes hominem esse ut ceteras animantes. Etenim uidere licet & pecudes alias, & uolucrum genera coire in deorum templis, atq; in fanis: quod si non esset deo gratu, neq; illas utiq; id esse facturas, allegat. Herod. l. 2.

DE PVRGANDO.

Olympio Ioui ELEI sacra faciunt. Stato die quotannis Februarij mensis nono supra decimu aruspices cinerem ex Prytaeco deportat, eodq; aqua ex Alpheo amne diluto, aram Iouis oblinunt. Religione sanctum est, cinerem sola Alphei aqua dilui, atq; ex eo tantum luto arae rectoru superindui. Eam ob rem Alpheus fluiorum omnium Ioui maxime amicus creditur. Pausanias lib. 5.

DE DEDICANDO.

Aras dedicantur diis VETERES, legumina elixa pro primitiis offerrebat dedicatis, ob memoria grati animi de primo uictu. Aristoph. in Danais: Testor Iouis Herci ollas, cum quibus ara dedicata est olim. Interdum etiã sumptuose hostia dedicabatur. Suidas in prouerb. *ἄργυρον ἰδὸν ἰστοῖον*.

DE VTENDO.

In curriculo OLYMPICO ad aggeris exitum ara est figura rotunda. Ad eam deus collitur, quem Taraxippum ab incurtiendo equis pauore nuncupant. Solent enim iniecto terrore, circa aram hanc equi tam uehementer consternari, ut incertum, unde coorta trepidatione saepe illis curribus affligantur aurigae. Quod igitur a quo & propitio uantur Taraxippo, ad eam aram aurigae uota nuncupant. In Argiuorum Nemea nullus omnino est Herois genius, qui equis pauorem immitat: saxum tantum eminet in ipso curriculi flexu, colore rutilo, cuius fulgore excitatur equi haud alter mulro, quam si immixtis ignibus iniecta esset trepidatio. Sed qui ab Olympico exiit Taraxippo, longè est acerimus terror. Pausanias lib. 6.

DE NON POLLVENDO.

CAEDE.

Cum Peloponnesij ATHENAS adorti essent, & Codrus rex se pro patria deuouisset, ibi qui è Spartaniam intra portas irruerant, ubi se desituit animaduertent à suis, nocte ea delituerunt. Iam uero cum illuxisset, & in eos Athenensium ex omni urbis parte concursus fierent, ad aras deorum, quae Seueræ appellantur, in Areopagum se receperunt, & incolumes dimissi sunt. Pausanias in Achaicis.

mina circumferuntur apud Graecos, auctore Aristode, quae recenset Caelius lib. 23. cap. 30. Antiq. Lect.

In Mytia supra Caycum modica urbs PIONIÆ appellatur, cuius conditorem Pionia de posteris Herculis unum perhibent. Huius dum parentant, sponte fumus è sepulcro exiit. Hoc ipse praesentem se iudicasse, testatur Pausan. in Boeoticis.

Spontanea, Reluctantia.

In deorum Manium sacris apud VETERES aues & tristia auspicia, aut dira & nefanda, magis fausta & felicia fuerunt. Itaque in his sacris potius erat non litare, quam litare. Alexander lib. 5. cap. 12.

Est apud EOSDEM obseruatum, ut si cum uinum hostiae fundendum foret, potius molam aut fruges in caput spargerent ordine praeposito: aut si cum hostia ad aras ducitur, uehementius fuisset reluctata, ostendissetq; se inuitam altaribus admoueri, uel ab ara aufugisset, uel percussu mugitu dedisset, aut in aliam corporis partem quam oporteret cecidisset, piaculare sacrum & triste auspiciu faceret, quasi inuitis diis offerri uideretur. Alex. lib. 5. capite 12.

IONES contra instituta moreq; sacrorum, tunc maxime hostiam litare, & diis gratam fieri putabant, cum inter immolandum tauris mugitus daret. Idem.

Suisas ait: rursus esse mysterium sacrificii max-
imum & sumtuosissimum: sic nominatum, quod in eo multa con-
funderentur. Est enim rursus infumere, tametsi est quoque perficere
& ideo est, equibus hinc potius Teletas esse dictas placare, seu fons
absoluta quadam sacrificia, & quibus nihil desit. Tullia erant
sacra Solis & Lunae; ut scribit Porphyrius, & Bacchi. & quaedam
expiationes, quae libri Orpheae & Musae continebantur, sicut
Plato docet libro de Republica secundo, quibus scelerata non pri-
uatorum modo, sed publice quoque civitatum, & pro uicentibus,
& pro uita iam functis expurgarentur per sacrificia ludosque, &
omne genus oblectamentorum, quae sacra Teletas dicerentur. Etsi
Plato eo loci Teletas ad solos mortuos pertinere dicit, & inde di-
ctas, nempe à τὸ δεινὸν αἰεὶ: quae uos malis, quae apud inferos
sunt, libent, ad τὸν αἰὲν ἔχοντων ἀποδύσσει ἡμᾶς.
Vides in libro 4. de Cinitate Dei,
capite 31.

Responsum Iouis Ammonis Atheniensibus datum fuit, Ioui
magis cordi esse uota LACEDAEMONIORVM tenuia,
& modicas oblationes, piās & castas, quam immodica & ui-
ciosa ATHENIENSIVM: atque opimis hostiis & ui-
ctimis illorum foedari aras. Id quod Pythagoras etiam
thure & libis magis gaudere, & placatior esse deos;
quam hecatombis & multo sanguine affiduae aras cumula-
ri. Alex. lib. 3. cap. 22.

PTOLEMAEVS Philopator; cum caeso fugatoque, Antiocho
honorem deo habere uellet magnifice, cum multas alias
obtentae ex praelio palmae gratia uictimas, tum quatuor e-
lephantis immolauit. Inde quod somnium illi noctu fuisse,
Iouem cum infernum inuictat illius sacrificij causa com-
minari, multis piaculis id procurauit, elephantosque quatuor
ex aere mactatorum loco posuit. Plutarchus de Animantium
comparatione.

M. Caesius BALBINVS, & M. Clodius PULCRVS Imp. ad
uersus Maximinorum saeuitiam à Senatu creati, praeter alia
quae ad suam patriamque defensionem parauerant, hecatom-
ben, si uictoria potirentur, uouerunt. Id autem sacrum cen-
uum aris consuebat, centumque in eis insignia animalia,
ueluri leones, tauri atque aequilae, sacrificabantur. Audita
Maximinorum morte eam summa fide & magnificentia
perfoluerunt. Fulg. lib. 1. cap. 1.

IVLIANVS Imp. Apostata nequissimus aras multo uictima-
rum sanguine perfundeat, & tauros quandoque immola-
bat centenos, & innumeros taurij pecoris greges. Ammian.
HERODES Atticus sophista, cui diuitiarum initium ex the-
sauro à patre prope domum inuenito fuit, centum boues u.
no Mineruae die sacrificare solitus erat. Philostratus.

Vilia.

Carica uictima, de macilenta hostia minimaeque, esculenta dice-
batur. Hinc ductum, quod CARIVS populis mos fuerit,
eamem immolare. Non in concinnate torquebitur ad cibum
appositum, insipidum, & quem nemo uelit attingere. E-
raismus in Adagijs.

Apud LACEDAEMONIOS, si dux fortiter dimicasset, & cru-
ento Marte, magnaque hostium clade uicisset, trophaei loco
gallum diis immolabat. Qui uero deditioe & pacto, nec
solummodo cruenta uictoria potitus, belli mala uitasset, boue
sacrificabat. Ut significaret, magis decere imperatoiem
(iuxta Periclis sententiam) consilio & astu, quam gladio &
multo sanguine tuto, uictoria potiri. Alex. lib. 1. cap. 22.

Ludicra, Ridicula.

THEBANI in compitalibus non humano sanguine sacra
polluebant, sed pilas & effigies uiriles & muliebres ex lana
in compitis suspendebant: laribusque tot pilas, quot essent
seruorum capita, & tot effigies, quot essent liberi, noctu pro
uictimis dabant: ut si quod periculum famillie immineret, aut
risse fatu, hoc sacrificij genere expiarent. Alex. lib. 2. cap. 22.
Cum RVSTICI quidam Herculi Alexicaco bouem essent im-
molaturi, isque rupto fune profugisset, nec esset quod sacri-
ficaretur: malum arceptum suppositis quatuor ramis crurum
tuce, deinde additis alteris duobus seu cornuum loco, bo-
nem uterque sunt imitati, idque ridiculum simulacrum pro
uictima sacrificauit. Heculi. Iulius Pollux libro de Vo-
cabulis rerum primo, fabulam aliquanto secus narrat, nem-
pe ad hunc modum. Solenne est, inquit, apud Bæotios, Her-
culi malis rem diuinam facere. Cumque iam adesset dei fe-
stum, & immolandi uictimae tempus urgeret (porro hostia
erat aris) quum ea feruus adduceretur, propter quod ad so-
pus fluuius ita subitò creuisset, ut transire non posset, pu-
eri qui iuxta aram ludebant, sacrificij ritum nihilominus
petegerunt. Pulcro cuiusdam malo quatuor stipulas uice pe-
dum addiderunt, rursum alias duas cornuum loco, imagi-
nantes sese ad eum modum arietem immolare. Creditum
est Herculem hac uictima magnopere delectatum, proinde
mansisse apud Thebanos hunc morem, ut malis sacrificia-

retur Herculi. Cognomen hinc additum deo; ut *ἡγέκωνος* *παι-
δός* uel *ἡγέκωνος* *παιδός* est, Hercules malorum uel pomaceus uo-
catur. Erasmus in Adagijs ex Suida & Apollodoro a-
pud Zenodotum.

Quoties aliquid inuentu rarum aut difficile sacrificio adhibe-
ri oporteret, illud cera uel pane effictum apponere satis es-
rat, simulacraque eiusmodi ficta & commenticia, ac si ipsa res
representarentur, eandem uim uigoremque habuissent id quod
à Græcis obseruarium conperimus. Cum CYZICENI ni-
gram bouem Palladi quotannis immolarent, & pressi obli-
dione, bouem comparare nequirent: ex frumento illam ef-
fixere, eoque pacto persoluto uoto, numen expiarent. A-
TMENIENSES quoque, in festis Iouis Militij, quæ Dialia
uocant, extra urbem sæpe non ueras uictimas, sed commo-
de effictas obtulerunt. Alex. lib. 3. cap. 12.

Cum aliquando LOCRENSES publicum sacrum facturi bo-
uem desideraret, composito ex minutis lignis bouis simu-
lacro, diis rem diuinam fecerunt. Atque hinc uulgus adagio-
nem arripuit, *κακοῦ πῶρος*, βῆς, Erasmus.

Cum apud VETERES sex animantium genera mactari diis
soleant, ouis, sus, capra, bos, gallina, anser: pauperes non ha-
bentes uiuum animal quod immolarent, bouis simulacrum
et farina fingere consueuerunt. Is quoniam sensu uitaeque ca-
reret, in hostiis dicitur abire prouerbum, *βῆς ἰδὲ μὲν*. Bos septi-
mus. Citatur apud Suidam Euripides in Erechtheo, & Achæ-
us in Ithide, qui prouerbum hoc usurpauerunt. Erasmus.

Terribilia.

Scripsit Pausanias in Arcadijs, BATHON uallem quendam
fuisse, in qua uulgatum fuit, Gigantes praelium aduersus
deos commisisse. quo in loco rem diuinam facere fulguri-
bus; tonitruis ac procellis, mos fuit, ad eius certaminis
imitationem.

Crudelia. Nempe

Sanguine suo.

BELLONAE sacerdotes non animalia hostia, nec uictima, sed
suo cruore sacrificant. Gladios enim distinctos utraq; ma-
nu tenentes, humeros sibi & lacertos tanquam phanatici
difficant: hoc fungeros litari & crimina expiari putantes,
ita ut pro uulneribus stipites recipiant. Alex. lib. 3. cap. 12.

Cæde aliorum.

Philo, qui Phoenicium historiam scripsit, PRISCI more fuisse
tradit, ut in magnis periculis principes dilectissimum ex li-
beris, uiscenti demoni, quasi redemptionis praemium, tra-
derent: sic traditum mystice iugularet. Polydorus libro quin-
to, cap. 8. de Rerum inuentis.

IEPHTHA Galaadites uictoria potitus aduersus Ammoni-
tas, cum obuiam primò haberet in reditu filiam, uoti soluentem
ergo eam Deo immolauit. Fulg. lib. 1. c. 1.

MESA Moabiturum rex à Ioram rege Iudaearum in urbe
Haraseth obfessus, cum spem nullam effugij esse uideret,
filium suum natu maximu in conspectu hostium super mœni-
bus immolauit. Ea atrocitate terræ Israelitæ, obditionem
soluerunt. Libro quarto Regum, cap. 3.

SENNACHERIBVS Assyriorum rex, maxima clade diuinitus
Hierosolymis affectus, Ninuen reuerfus, quæ fuit à suis Se-
natoribus, quam obrem Deus tam studiosus esset Iudæorum?
Respondens illi, Propter Abrahæm, generis eorum au-
thorem, qui filium suum unicu Deo immolare uoluerit.
Tum rex filios duos, immolaturum dixit, diuini fauoris
conciliandi ergo. Adramelechus autem & Sarsar filij, pa-
trem in aedem Dagonis ad precandam se conferentem, metu
mortis intersecerunt, & in Armeniae euaserunt. Tobiae 1.

LYCÆON Pelagij Arcadum rex, ad Iouis Lycæi aram infante
mactato, humanum sanguinem primus libauit: quare in lu-
pum inter ipsa sacra mutatus dicitur. Post Lycæonem etiam
multi alij in istis diebus ex hominibus lupos factos tradunt,
non tamen in reliquum omne tempus, sed decimo tandem
anno, si interea humana carne abstinent, pristinam homi-
nis figuram recepisse, Pausanias in Arcadijs.

DEMARCHVS, Parrhasius genere, eo quod in sacrificio
(quod Arcades Ioui Lycæo humana hostia faciebant) im-
molati pueri extra degustasset, in lupum cōuersus est, ac de-
cimo decimo anno humanæ figure restitutus. Plinius libro
octauo capite 22. ubi cum Demarium, non Demarchum uo-
cat, nisi menda fit.

Cum Athamas Aëoli F. ex consilio secundæ uxoris Ino, Phri-
xum F. cum sorore Helle occidere conatus fuisset, & illi au-
seo aricete per Bosphorum fugerent, Helleque submersa esset:
ACHÆI expiationem loci facturi, Athamantem immola-
re uolebat. At Cythiforus Phrixii F. è Colchide ueniens, aut
liberauit. Ob quam rem indignatus deus, oraculo iussit, ut
ex Cythifori posteris natu maximo propter iniustitiam hanc de-
fensionem, aditu Prytaneii (quod Achæi Leitii uocant) inter-
diceret ingressus, fertis redimitur mactaretur. Her. lib. 7.

AGAMEM-

Impudica, Obscena.

AGAMEMNON cum deuouisset Dianæ, quod in suo regno
pulcherrimum natu esset illo anno, immolauit Iphigeniam,
qua nihil erat natum eo anno pulcrius. Cicero libro tertio
Officiorum.

Cum urfus Dianæ Munychiæ facer ab Atheniensibus interfe-
ctus esset, fames ingruit. Itum est ad oraculum, quæstumque
malo remedium. Respondit deus, iram demum sine mali fu-
turum, si quis filiam immolasset numini. Vnus autem reper-
tus est EMBARVS, g amore patriæ suam filia Dianæ im-
molauit. Plutarchus in colleclaneis, & Erasmus in prouer-
bio, Embarus sum.

Troia capta, cum Helena non existeret, Græci tum demum ha-
bita prioribus uerbis fide, Helenam non apud Troianos,
sed apud Aegyptios esse, MENELAVM ad Proteum regem
miserunt. Hic expolita rei gestæ ueritate, honorificissimò
hospitio exceptus; Helenam malorum immunem recepit,
& insuper omnes pecunias suas. Et cum hæc affectus esset
Menelaus, tamen iniurius in Aegyptios exiit: nam cum
proficisci conaretur, nec per uentum posset, Idque iam diu,
rem indignam excogitauit. Summis enim duobus pueris,
quorumdam indigenarum filijs, excelsisque, haruspicinam fe-
cit. Quo uero ubi cum fecisset scitum est, inutilis & exagita-
tus, fuga in insulas Africæ oblaentes contedit. Herod. lib.
2. Sed Plut. mendaciam hoc esse suspicatur.

IDOMENEVS Cretensium rex, Deucalionis filius, Minojs
nepos, in reditu à Troia cum naufragus ex uoto scelerato
filium sibi obuiam factum immolare diis uellet: à Creten-
sibus pulsus, & patria eiecus est. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 22.
& Volat. lib. 16. Anthrop.

ASYNTHI, Plethoro deo immolatum Oebazorum ducem
Perficum, qui Atheniensibus Cherfonneum oppugnantibus,
cum exercitu nocturno in Thraciam aufugerat. Sab. lib. 2.
En. 3. ex Herod. lib. 9. qui Oebazum nominat.

PERSES Persarum rex contra Græcos profectus, cum in
Thracia ad locum peruenisset, Nouem uias Hædonorum ap-
pellatum, totidem illic pueros ac uirgines puellarum indi-
genarum filios uiuos defodit. Perficum enim, defodere ui-
uentes. Nam & Amestrim Xerxis uxorem, iam prouectæ æ-
tatis, bis septem illustrium Persarum liberòs defodisse; a-
iunt, referendam pro se gratiam deo, qui sub terra esse fer-
ret. Herod. lib. 7. Idem milite decretante militiam, in duas
partes diffecto, exercitum tradidit, & humana uictima ex-
cerabili mœtibus lastrauit, criminaque expiauit. Alexander ab
Alexan. lib. 5. cap. 26.

ARISTOMENES Messenius, Ioui, quem Ithomiæm appel-
lant, CCC simul homines, in quibus Theopompus fuit, uo-
to sacrificio mactasse proditur. Pausanias.

ARISTODEMVS Messeniorum rex, pro salute patriæ aduer-
sus Lacedæmonios, ultro filiam immolandam obtulit: cū-
que eam à se uicitiam esse testaretur Messenius quendam ci-
uis, pater filia diffecta mendacij uanitatem detexit. Pausa-
nias in Messenijs.

LANTONVS consul, Perusia ab Augusto Cæsare capta, Iu-
lio Cæsari CCC. hominum uictimas parentat. Suetonius.

HELIOGABALVS Imp. Orestam ciuitatem condidit, & hu-
manis ibi hostias sacrificauit: Romæ Heliogabalo deo suo
hūtanissimè litabat hostijs. Lampridius.

Ad uictoria acquirendam saga quædam MAGNENTIVM
iussit uirginem immolare, cuiusque sanguinem uino mistum
militibus gustandum præbere: ipsa interim carmina quæ-
dam recitante, & demonum opem implorante. Zonaras
tomo 3. de imperio filiorum Constantini.

HAQUINVS Noruagiorum rex, ab Harald IV. Danorum
rege deficiente, humanæ opis diffidentia, superos insutato
pisculo propitios curauit. Duos siquidem præstantissi-
mæ in dolis filios hostiarum more aris admotos, mactauit.
Nauali pugna commissa, Danorum naues repentino nim-
bo infectæ, mox subsequente grandine speculorum instar
incumbente prostratæ sunt. Saxo lib. 10. & Cranzius libro
3. capite 3. Noruegiæ.

Domalder GOTHORVM rex, oraculis iubentibus, à popu-
lo Cerei, siue genero eius Plutoni immolatus fuit, stetitira-
tis depellendæ causa. Io. Magnus lib. 7. cap. 21.

AMVRATES VI. Thracorum rex, occupata Ithimo in Pelopò-
nesum uenit, emittit, mancipia numero sexcenta, quæ ad sa-
crificium duxit in honorem patris sui, uolens expiare ca-
dem occisurum. Chalcondyllas lib. 7.

Cæde sua.

CYANE Syracusani Cyanippi filia, iubente oraculo, patrem,
ob cuius cum filia congressum pectus immissa urbi erat, ma-
ctauit diis, & se quoque diis obtulit. Dositheus lib. 3. rer. Sicu-
larum, & Plut. cap. 38. Paral.

VENDAM reginam Polonorum Cracoui uictimas macta-
se, & seipam diis patriis deuouisse, ac de ponte in Vistulam
flumen præcipitem dedisse; CROMERVS lib. 2. scribit:

ISRAELITARVM feminae colebant Beelphegor, ob obfœ-
ni magnitudinem, quem nos Priapum postumus appella-
re. Hieron. in Osee cap. 4.

Liberum à liberamento appellatum uolunt, quod mares in
coeundo per eius beneficium emissis feminibus liberetur.
Hoc idem in feminis agere Liberam; quam etiam Venere
putant; & ob hoc Libero eandem uirilem corporis partem
in templo poni, femineam Liberæ. Ad hæc addit milie-
res bacchantes attributas Libero & uinum, propter libidi-
nem concitantem. Sic Bacchanalia apud GRÆCOS &
ROM. summa celebrabantur infania. D. Augustinus lib. 6.
de ciuitate Dei, cap. 9.

Priapum Bacchi sacris addi, multa sunt in causa. Primum, quod
Priapus comes fuit expeditionum Bacchi: deinde quod sine
beneficio Bacchi frigeat, ideo filius putatur Liberi & Vene-
ris iam & Bacchus feminibus præesse creditur, quorum men-
brum instrumentumque inter omnia primum est Priapus, &
hac de causa hostijs præfictebatur, eiusque sacra per pagos uil-
lasque à rusticis magna lætitia rursusque celebrata sunt. Postre-
mò Diodorus Osirodem, quem eundem Bacchum fuisse fe-
runt, discriptum à Typhone narrat: datumque uicij; coru,
qui cum Typhone coniurauerat, partem aliquam, quod & fi-
diores inter se forent, & Osirodis mors melius celaretur:
uirile membrum, cum nemo uellet recipere, in Nilis est ab-
iectum. Postea Isis mariti necem ulta, membra omnia ex cõ-
iuratis recuperauit: ac ubi deesse mentulam intellexit, ima-
ginem eius sacravit, & ad suam consolationem maiore ha-
bitu honore, quam reliquas partes: ceremoniasque; & sacra
illi instituit, phallumque dixit, cui primum initiabantur futu-
ri sacerdotes. L. Vives in lib. 7. Augusti de Ci. Dei, cap. 21.

Quædam quæ in Eleutinijs sacris, religiosis illis, quæ ATHE-
NIS celebrabantur, fiebant, exponit Tertullianus in initio
libri aduersus Valentinianos: Quod tacent, inquit, pudor
est. Idcirco & aditum prius cruciant, diuitijs inuicem quam
confignant, cum & portas ante quinquecentum instituant,
ut opationem suspensio cognitionis adificent. Sequitur
iam silentij officium, attende: cunctoditur, quod tardè inue-
nitur. Cæterum tot adytis diuinitas, tot siparati portarum,
totum signaculum lingue, simulacrum membri uiculis re-
uelatur. In Cæteris festo muliebrem pectinem, diuino ho-
nore dignum mulieres initiatæ habebant, ac cantabant ei
lulum. Theodor. lib. 3. de Diis, & lib. 4. de Mudo & materia.
In ITALIA compitis M. Varro quædam dicit sacra Liberi ce-
lebrata cum tanta licentia turpitudinis, ut in eius honorem
pudenda uirtuta colerentur: non saltem aliquantum uere-
cundiore crederet, sed in propatulo exultante nequitia. Nā
hoc turpe membrum per Liberi dies festos cum honore
magno prostitis impositum, prius per rura in compitis, &
usque in urbem postea uectabatur. In oppido LAVINIO u-
nus Libero totus mensis tribuebatur, cuius diebus omnes
uerbis flagitiosissimis utebantur, donec uirile membrum
per forum tristitum esset, atque in loco suo quiesceret. Cui
membro inhoneste matrem familiam honestissimam palam
coronam necesse erat imponere. Sed uidelicet Liber deus
placandus fuerat pro euentibus feminum: sic ab agris fasci-
natio repellenda; ut matrona hoc facere cogere in pu-
blico, quod nec meretrici, si matronæ spectarent; permitti
debat in teatro. Aug. lib. 7. de Ci. Dei, cap. 21.

Floralia à Flora sumptere nomen, cui ut arbores affatim ef-
florescerent, ad iustamque magnitudinem fructus accede-
rent, quarto calendis Maij; oraculo moniti sacra constitua-
erunt: namque hæc tempora frugibus metuenda sunt. In cu-
ius festis diebus feminas, quæ uulgato corpore quæstum
faciunt, denudari, & pudendis obfœnisque; inuolatis, per lu-
xum & lasciuam currere, impudicos iocos agere seruati
est: quibus etiam adiles cicer, fabas & milisilla plebi spar-
gere assueuerunt, leporesque; & capreas, aliasque; mitia animalia
iudis admittere. Eas in uico patritio, aut proximo celebra-
bant, noctuque; acensis facibus, cum multa obscenitate uer-
borum per urbem ibant, & ad tubæ sonitum conuenie-
bāt. Flora nobile scortum; quum præpotens esset & diuiti-
is afflueret, POPULVM Romanum morte obita hæredes se-
cit, pecuniamque; annuam iudis Floralibus exhiberi uoluit:
quorum instar ludorum, Anthisteria apud Atheniensis si-
mili licentia fuit. Alex. lib. 6. cap. 8.

Sordida.

KYRGES SI Tartar cateratiūm in campis degunt, habentque;
ritum gentilem huiusmodi. Sacrificus ipsorum, quo tempo-
re rem diuinam peragit, tunc sanguinem, lac & simum iu-
mentorum, terramque sumit, commixtionemque; in simul fa-
cta in uas quoddam infundit, & unā cum hoc arborem a-
scendit, ad populumque; circumstantem concionatur: con-
tionemque; peracta, in stultam plebeculam; prædictam com-
mixtione

ab oraculo, ARISTEVM Apollinis ac Lycenę filium accer...

VALESIVS, uir lo cuples apud Rom. pro xpianis a pestile...

ARNYPHIS, magus Aegyptius, in eo bello, quod Romani...

Futurorum

Bonorum conciliationem.

Hus pertinent ex Tit. Precum quedam.

THALYSIA primitiæ dicebantur, quas subiectis iam fructi...

ARPA DV S rex Hunnorum, filius Almi, in pectus terra, herbis...

Malorum depulsionem.

Consule Tit. Superstitionis circa Monstra, item...

Fama tenet, Heluam uirginem Vestalem, quæ equo uehba...

ACCIDENTIVM. PVTA

Loci. Vbi.

HYPERBOREI ab extremo Aquilone frugum primitias De...

Vide Tit. Superstitionis circa. Illic Tempori sa...

Apud INDO S erat patrius mos, ut cum dies primū auger...

ALEXANDER Macedo, manē postquam surrexisset, ante o...

Constantiæ.

Irruentibus in Græcos Persis ad Plataeas, quia sacrificans Pau...

NVM A rex Rom. ut ferunt, ad eō fuit diuina fiducia fretus, ut...

M. HORATI VS Collega P. Val. Poplicolæ consuli datus, Ca...

C. FABIVS Dorius, Gallis Capitolium obfidentibus, ne sta...

Cum ducē HAMILCARE Hannonis F. Carthagenensium re...

SACRA SVPERSTITIOSE NEGLECTA.

DEMONAX philosophus Adriani tempore, adduci nunquā...

S A

SACRA SVPERSTITIOSE

TRANSATA.

CLAVDIVS Cæsar sacra Eleufina etiam transferre ex Attica...

SACRA SVPERSTITIOSE

INSTAVRATA.

Victi ab Agathocle in Africa CARTHAGENENSES, cū dl...

SACRORVM LEGITIMORVM

ABVSVS.

In concilio Salegunstadiensi, cap. 6. scribitur, Conquestum est

LVDORVM SACRORVM CVLTVS SVPERSTITIOSVS.

De Ludis sacris inter Ecclesiastica ex professo agemus.

INSTITVTIO.

THESEVM uictorem de Creta in Delum appulisse aiunt, & lu...

APOLLINARES ludi uictoriae causa instituti sunt à Roma...

AVGVSTVS Cæsar, in fnu Ambracio Nicopolin urbē, uicto...

Ludos plerunq; Imp. ROM. uouerunt ex anno imperij com...

SIGNORVM, IMAGINVM, SIMVLACRORVM SVPERSTITIOSE

ACQUISITA. SIVE IAM

FACTA.

Qui apud GRÆCOS, id est, Ethnicos simulacra institunt, quō...

INVENTA.

Ioannes Antiochenus missum celo Palladium prodit, ac ph...

etiam in concilio sancto de quibusdam PRESBYTERIS stultissimis...

PASTOR quidam Vandalus apud Obortus, sacra die Paschæ de manu...

SACRA SVPERSTITIOSE

OCCVLATA.

ARISTOMENES rex patriæ excidium præuidēs, sacra Messeniorum...

INSTAVRATIO.

THESEVS cūm Atheniensem populum, qui antea dispersus; uicacim...

CELEBRATIO.

Scribit Diodorus, ALEXANDRVM Macedonem in Persas bellum moturum...

in

THEAGENEM quendam domi Hecates simulacrum, quod Hecateum uocant, a deo superstitiosè coluisse, Græcorū monumētis adnotatum est, ut nusquam omnino profertur pe dem, nisi id consuluisset. Cælius lib. 20. c. 6. A. L.

L. SYLLA ciuili bello à Telesino Samnite, qui præter expecta tionem omnium Romam adoriebatur, ferè obtritus est. Stigillis dicitur habuisse Apollinis aureum Delphis sublatū, idque cum semper in sinu inter dimicandum circumtulisse, tum illo tempore exofculatus esse, atq; ita fati: Felicemne Cornelium Syllam, Pythi Apollo, quem tot splendidiū & in clyrum euexisti certaminibus, huc adduxisti, ut piciis eū, utin patriæ foribus unā cum ciuibus suis fœdisimè cadat? Ita precatum Syllam aiunt alios orasse, aliis minitarum fu ille, manu prehensisse alios: deniq; sinistro cornu obtrito, permittum fugientibus, multis desideratis amicis & fami liaribus, in castra esse delatum. At dextrum cornu, quod te nuerat Crassus, hostes Antemnam usq; persecutum uictori am Syllæ tribuit. Plut. in Sylla, & Val. lib. j. c. 3.

CASSIUS, Cæsaris interfector, Epicureus, dicitur tamē in se natu Cæsarem interfectorum tacite Pompeij statuam intui tus tanquam uiuentem in uocasse. Plut. in Cæsare & Bruto, ubi Bruci spectrum Sardcis uisum refellit.

NERO Cæsaris religionum usquequaq; contemtor, præter u nius deæ Syriæ. Hanc mox ita spreuit, ut urina contamina ret: alia superstitione captus, in qua sola pertinacissimè he sit. Siquidem iunculam puellarem, eum quasi remedium

MVNERA, DONARIA, ANATHEMATA SUPERSTITIOSA VEL

DEDICATA.

QVA. Puta

Statua.

MYRINÆ & APOLLONIATÆ, messes aureas Delphos miserunt. Plut. de Pythiæ orac.

ATHENIENSES palmam æneam cum Mineræ signo au reis inter se laminis, Delphis dicant, uictoria ad Eury me dontem parata. Pausan. in Phocicis, & Plut. in Nicia.

MEGARENSE S, soli penè hastatum Delphis posuerunt Apol linem de prælio, quo Athenienses, qui secundum bellū Per si cum urbem suam tenebant, profigatos exegere: Hi tamen pōst plestrū Apollini aureū donarunt. Plut. de Pythiæ orac.

LIPARÆ I, uictis Tyrthenis, Apollinis signa pari numero su peratis à se iam toties nauibus, Delphos miserunt. Pausan. in Phocicis.

PHORMIS Mænalis à Mænala Arcadiæ, cum in Sicilia tran sississet, multa dedit bellicæ uirtutis documenta, pluribus expeditionibus partim à Gelone Dinomenis filio, partim uero à Gelonis fratre Hierone susceptis. Quare ad luculen tam prouectus fortunam plurima Olympio Ioui, quinetiā Delphico Apollini dona dicitur. Olympica eius dona sunt equi duo, aurige totidem. Assisit enim suus utriq; equo au riga. Alterum fecit Dionysius Argiuis, Aegineta Simon al terum. Incisa est in prioris equilatera inscriptio, uersu nul lo adstricta: Phormis posuit Arcas Mænalis, nunc Syracu sanus. Huic equo hippomanes insulum tradunt magi ho minis astu, quò esset intuentibus miraculo. Magnitudine il le quidem & specie inferior est equis multis intra Altum po sitis, & deformiorem cauda præcisa reddidit. Sed illum ma res equi non uere tantum, sed planè quauis anni parte ap petunt. Irrumpentes enim effractis uinculis intra Altum, uel e rectorum manibus elapsi, illum inuadunt, nihil hercè mi nus fureter, quā si uiuentem pulcherrimam equam gregale in ituri adorirentur. Cedunt illis quidem ungulae: non prius tamen desinunt, hinnitus omnia latè complentes, insanire, & ueluti rabie quadam incitari, quam plagis, & acriori ali qua ui edomiti, ab illo ære abstrahantur. Pausan. lib. 5.

Nauis.

SESOSTRIS nauem ex cedro ducentum xxx cubitorū lon gitudine, forinsecus etiam aureis bracteis uestita, intus ue rō deargentatam fecit, quam dono liberaliter obtulit deo qui Thebis colitur. Diodorus.

Arma, Clypei, Enses.

HERCVLES clauam suam, ab oleastro ad Saronidem palu dem inuento abscessam, Mercurio Polygio dedicauit Troe zene: eamq; aiunt radicibus actis regenerasse, & oleaster il le etate etiam Pausania ostendebatur. Paus. in Corinth. Iouis Labra dei, id est, securigeri in Caria signatum est, quod se curum tenet, non sceptrum aut fulmen, hac de causa. Hippo lyta Hercules interfecta, inter cætera arma, quæ ei detraxit, securim Omphalæ dono dedit. Ac reges Lydorum, qui Om phalæ successerunt, gerebant eam, quam ut quid aliud faci

insidiarum à plebeio quodam & ignoto muneri accepisset, detecta confestim cōiuratione, pro summo numine trinitq; in die sacrificiis colere persecutus: uolebatq; credi moni tione eius futura prænoscere. Ante paucos quam periret menses, attendit & extipitio, nec unquā litauit. Suetonius. LVD OVICVS XI. Francorum rex,

galero utebatur uariis sanctorum imaginib. plum beis stanneisq; refero: easq; quilibet occasione boni ma liue nunciij in terram pro cidentis uenerabilibus ofculabatur, ut pleriq; eius moris ignari mentē captiū putarent.

GESTATA.

MACRIANO RVM familiæ uiri Romæ in auro & argento, mulieres uero in reticulis, in dextro cheriæ, & in omni orna mentorum genere Alexandrum Magnum exculpatum sem per habuerunt: quod existimant iuuari in omni actione, q cum gestaret in auro uel argento. Volat. lib. 17. Vrban. Com.

VSVRATA.

Ex Procopio narrationem textit Eūagrius: EDSSÆ urbis ci ues in summa rerum desperatione, cum iam iam urbs capi enda esset per Costoem Persam, imaginem quam Christus ipse fecerat, & ad Abgarum miserat, ad fossam adduxisse, & immeriam aquæ contra rogam & ligna obiectis. quo fa cto, dicto ciuibus strum lignorum in cinerem redactā, & ag gerem, quē Costoës extruxerat, ut pedestri impressione ur bem inuaderet, combustum.

ex successione accipiebant: donec Candaules dedignatus, uni ex familiaribus ferendam dedit. Vt uero desinuit ab eo atque ei arma mouit GYGES, uenit Gygi Arselis ex Mylicis suppetias cum copiis: qui Candaulem amicūque eius su stulit, ac securim in Cariam cum spoliis aliis deportauit, pa ruitq; Iouis signum, addita in manu securi, uocauitq; Iou em Labradæa. Lydi enim securim labren appellat. Plut. in Quæstionibus Græcis.

Aureum scutum CROESVS Lydorum rex, dedicauit Delphis Mineræ Proneæ, quod Philomelus Phocensis eripuit. Pau sanias in Phocicis.

ARISTOMENIS scutum, quod in pugna cōtra Lacones ad Apri sepulchrum in agro Stenicerlo fugientes persecutus am misit, Trophonio dedicatū fuit. Illudq; idem postea in tro pheum erectum, uictoriam Thebanis conciliauit cōtra La cedæmonios ad Leuctras. Pausanias.

In medio fastigij apice templi Iouis Olympij inaurata est Vi ctoria, infra Victoriæ signū fixus est aureus clypeus, in quo Medusa Gorgon cæzata est. Dedicatū LA CEDÆMONII cum hac inscriptione:

Ex auro phialam capta poshere Tanagra,

Iuierat hæc bello quod Lacedæmonios,

Cecropidæ Argiuiq; duces, & Ionica proles

Victores partis de spoliis decimam. Paus. lib. 5.

Heronitus, qui lingua Latina Mars dicitur, VOLGASTEN SIVM Vandalorum deus fuit, ac in omni prælio uictores sese, hoc præuio, futuros confidebant incolæ. In cuius tem plo miræ magnitudinis clypeus eidem dicitur, de pariete dependebat, aureis laminis, miro artificio exculptis, obre ctus, quem nemini mortalium fas erat atrectare. Auctor Vi tæ Othonis Magni lib. 3. c. 5.

Vasa, Cratères, Tripodes.

Mineræ templum habet Lindos insulæ Rhodiorum, in quo HELENA sacrauit calicem ex electro, mammae suæ mensu ra. Electri natura est, ad lucernarum lumina clarius argento splendere. Plinius lib. 33. c. 4.

In pugna ad Plataas commissa cōtra Persas, repertum est e quorum præsepe Mardonij ducis ex ære rotum, spectatu di gnum, quod TEGATÆ in tēplo Alæ Mineræ reposue runt. Nam cætera quæ cepere in unum cum cæterorū Græ corum præda contulerunt. Herod. lib. 9.

Cum Phocensium tyranni uim magnam donariorum aureo rum & argenteorum cōstassent, ex quibus nouerant signa tam disseminarunt per ciuitates: collecto OPVNTII ali quantulo argenti, unam Delphos miserunt, ac deo conse crarunt. Plut. de Pythiæ oraculis.

ALEXANDER Magnus, Thebis direptis, Lychneuchū pen silem arboris modo mala ferentem cepit, & Apollini Cymæo dicitur. Qui deinde in templum Apollinis Palatinū à Roma nis translatum fuit. Plin. lib. 34. c. 3.

GELON Syracusanus tripodē 16 anni talētis educit, Delphos misit Apollini, p gratia numinis & bene rei gestæ cōtra Car thaginenses habeda, & in posterū cōsilianda. Diōd. lib. 11. c. j.

Cæsis ad Clastidium à M. Marcello Gallis, ROMANI Apolli ni Delphico donum craterem aurè centū pondo gratiq; re ferendæ causa misere, partemq; magnā prædæ donauerunt focis ciuitatibus, ac multa ad regem Syracusarum amicum & socium Hieronymum curauerunt ferenda. Plut. in Marcello.

Apollo Delphicus ALCEMÆONI, Quo pacto possit ab infania liberari; percunctanti:

Grandia dona petis, cesset furor iste: sed & tu

Grandia dona feras pariter, mater quibus olim

Sub terras immerfit equos simul Amphiarao.

Ac Menelao, Quomodo puniret Alexandrum, interrogati, respondit:

Coniugis eripiens de collo da muliebrem

Ornatum ex auro mihi, quem Venus aurea quondam

Gaudia magna Helenæ dederat gestare: ualebis

Inuisum Paridem ulcisci sic itaq; Alcemæon matris Eu riphyles, Menelæus Helenæ monile dedicauit: quorum u trumq; Phocenses spoliato fano Delphico rapere. Athe næus lib. 6. cap. 4.

Coma, Capilli.

Morem ueteres GRÆCI habebant comam alicui deo conse crandi à tēporibus usq; heroum. Homerus in XXIII. libro Iliadis de ACHILLE cecinit, Ζῆς ἀπαράδοτος πύθης ἐπιπέδῳ ἀπαράδοτος χαίρειν, τὸ δὲ βασιλευσίν ποταμὸν ἠέθετο τῆς θεῶν. Item THESVS Delum est profectus ut id faceret, teste Plu tarcho. Pausanias etiam cōsuetudinē huius meminit in Ar cadicis, ubi LEVICIPPI regis Oenomai filij historiam nar rat: qui cum amore Daphnes arderet, nec speraret posse illam uicem obtinere (abhorrebat namq; uirgo à marium consuetudine) ad dolum animum conuertit: auxilioq; comæ productioris, quam Alpheo aiebat, sumta itidēma ueste muliebri, se uirginem simulauit. Victor. lib. 6. Var. Lect. c. 22.

QVALIA, VNDE SVMTA. NEMPE

Primitiæ.

ERETRIENSES & MAGNETES, hominum primitiis Apol linem honorauerūt, ut Frugum largitorem, ut Patrium, Na talitium, & Humanum. Plut. de Pythiæ orac.

GRÆCI post pugnam ad Salaminem, parta de Perxæ uictoria, prædam inter se disputare, ex quibus primitiis Del phos misere. Vnde statua effecta est longiudine cubito rum decem, truncam nauis partem manu sustinens: eodem in loco stans, ubi Alexander Macedo aureus. Missis Delphos primitiis, Græci publicè percōtati sunt, Nunquid perfectas & acceptas primitiis accepissent? Quibus ille respōdit, Ha bere se quidem à Græcis aliis, uerum non ab Aeginetis: sed reposcere donum optime nauatæ ad Salaminem operæ in pugna nauali. Id cum audissent Aeginetæ, aureas stellas tris dedicauerunt: quæ super malum nauis arcū stabant apud angulum, proximè Cræsi craterem. Herod. lib. 8.

Equi GRÆCI uocabant lucrum præter expeditionē obla tum, à primitiis, quas olim in uis ponebant Mercurio, iis uiatores uelcebantur. Alij malunt ductum ab aceruis lapi dum, quos in itineribus ambiguit: Mercurio sacros pone bant, quorum meminertunt & Hebræorum prouerbia: Sicut qui mittit lapidem in acerum Mercurij, ita qui tribuit infi pienti honorem. Erasmus in Adagiis.

Decime.

GRÆCI ex præda ad Plataas adepta decimas diis elegerūt. Vide Tit. Præda bellica.

ROMÆ Herculi complures diuites facultatum suarum deci mas soluebant, ut inuidiosas ciuibus immodicas opes præ cidentent: & arbitrabantur Hercule potissimum capi eiusce modi profusionibus, quod frugalit & minime luxuriantis uitæ fuerit. Plut. in quæst. Rom.

Tributa, Vefligalia, Stipes.

Suanto iugitū idolo, apud RVGIANOS in urbe Arconē culto, numus ab unoquoq; annuatim in huius simulacri cultum pendebatur, cum spoliūrum ac prædæ parte tertia. Hoc idolum quoq; trecentos equos, totidemq; fœlles in eis mili tantes habebat: quorum omne lucrum, seu terra seu mari quæsitum, sacerdotis custodia subdebatur. Ille ex earum rerum manubiis diuersi generis insignia ac uaria templorū ornata cōstabat, eaq; obsecratis arearum claustris man dabat: in quibus præter abundantem pecuniā, multa pur pura ueritate exesa congesta fuerat. Illic quoq; publicorū munerum ac priuatarum ingens copia uisibatur. Hanc sta tuam totius Sclauia pensiohibus cultam, finitimi quoq; reges donis proferebantur. Quam inter cæteros etiam rex Danorum Sueno III. precioso poculo ueneratus est: cuius postmodum sacrilegij, interfecti necē pœnas perfoluit. Alia quoq; sana compluribus in locis, hoc nomen habebat, quæ per minores flamines regēbantur. Saxo lib. 14.

Furti.

MICHÆ Ephraimitæ mater, pecuniā à filio ereptam, Domi

no consecrauit. Cumq; eam à filio conscientē stimulis agi tato recepisset, ad idoli fabricationem consult. Iudic. c. 17.

Fortiū inuenta.

ANTIQUVS mos erat, sicubi fias repertus fuisset, cum uelu ti Mercurio sacrum suspendere. Liberum autem erat uelere ficum Mercutialem, cuiusq; libitum fuisset, uel quod is deus fuitus fauere creditus est, uel iuxta parociam illam, uerois legibus, Communis Mercurius. Huc opinor alluisse Per sium, cum ait:

Inq; luto fixum possis transcendere numum,

Nec glutio sorbere saluam Mercurialē. Erasmus in Adag.

QVIS DEDICARIT.

Anathemata uaria pete ex lib. 6. Græcorum Epigrammatum, ex uarietate personarum dedicantium distincta.

GYGES Lydorum rex, ptimus muntra apud Delphos posuit secundum Midam Gordij filij, qui thesaurus dicitur à Del phis Gygadas. Nam & aurum Gygadas summè probatum ueteribus animaduerto, ueluti Daricum. Cælius lib. 6. cap. 11. Antiquarum Lectio num.

CVR. CAUSA

Adepræ

Tranquillitatis, Pacis.

Boues æneas CARYSTII & PLATÆENSES Delphis dedi carunt, quod Barbaris è Græcia expulsi, & alias fortunas incolumes habuerunt, & libero solo terram arare potue runt. Pausanias in Phocicis.

Victorie.

Dedicarūt Delphis AMBRACIOTÆ æneum asinum, uictis nocturna pugna Molossis. Nam cum in illos noctu insidias disposuissent Molossiani, qui fortè ex agro in oppidum agebatur, astellam infestans cum multa laiciua, uehemen tem roditum sustulit: ipse etiam agaso per tenebras obscura & incondita uoce in clamabat. Iniecit ea res tantam Mo lossis trepidationem, ut statim insidiarum locum deserue rint. Eos Ambraciotæ detecta siquē noctu inuadentes prælio superarunt. Pausanias in Phocicis.

AGESILAVS rex Lacedæmoniorum, rebus feliciter gestis, biennio supra centum talenta quasi decimam quandā Del phis Apollini consecrauit; beneficia semper se memorem esse ostendens. Plutarchus.

AVRELIANVS Imp. cum bellum aduersus Marcomannos gereret, diuino auxilio uictoriam nactus, ne parum gra tē cælo demissam agnoscere opem uideretur, præter mu nera per urbem Romam multis templis data, soli Capitoli no Ioui quindecim millia auri pondo, & magnam gemma rum uim pluribus collationibus contulit. Fulgofus lib. 1. cap. de Religionis cultu.

Sanitatis.

Apud GRÆCOS, teste Strabone lib. Geog. 8. mos fuit in tēplo eius dei, qui auxiliarius esset, & præferum Aesculapij, quod Epidauri insigne erat, tabellas appendere, in quibus morbo rum care erant inscriptæ. Polyd. lib. 3. cap. 1. de rerum Inuent.

Consequendi

Victoriam.

ORNEATÆ, qui sunt in Argolica terra, cum Sicyoniorū bello premerentur, uotum Apollini nuncuparunt, si hostibus repulsi patriam periculo liberare potuissent, quotidianam se illi pompam missuros, & hostias ad certum & præfinitum numerū immolatos. Verum cum Sicyoniis prælio uictis uoti rei facti essent, pompam quotidie ex uoto mittētib; non tam impensa grauis, quam laboris & molestiæ conti nuatio uisa est. Venit igitur in mentem, satis deo factum iri, si & pompam semel, & hostiarum numerū, ducta æquæ æsti mationis ratione, mississent. Aenea itaque uotum testantia Delphis posita fuerunt opera. Pausanias.

PAPYRVS Imp. aduersus Samnites dimicaturus uotū fecit, si uicisset, Ioui pocillum uini. Deniq; inter dona antiquorū sextarios lactis datos inuenimus, nisi quā uini. Plin. 14. c. 13.

Veniam peccatorum.

IVDAI, à Pharisaïs sic persuasi, neglectis parentibus, dona offerrebant templo, hoc tanquam præstantiori operē pecca torum remissionem meritori. Matt. 15. Marci 7. Quam tradi tionem, cum auaritia Pharisaïorum & superstitione aliorū coniunctam, Christus seuerè coarguit.

Depellendi periculi.

CORN. Syllæ dimidium Thebani agri Ioui Olympio, & Apol lini Pythio consecrauit, ut ex eius fructibus, pecuniæ, quas ex ipsorū templis ad alendum exercitum abstulerat, ipsorū tēplis restituere: non ignarus, sacrelegij septius uniuersi exercitus & impèratoris exitio expiatur: atq; eo grauius, quo tardior pœna secuta esset. Sabell. lib. 4. cap. 2.

Mathias Miechouius historicus Polonus scribit, in consubius LI TVANORVM ac Moscouitarum, statuam esse publico g G G g iucri

itineri impositam, quæ patria lingua Zlotababa dicitur, id est, Aurea uetula: quam singuli uiatores certis munusculis placant, etiam si pili ualorem non excedant, alioquin suscepti itineris nullam habituri securitatem. Hoc idem Albertus Cranzius in Vandalia sua attestat. Olaus Magnus lib. 3. cap. 1. & Guagninus in Moscouia.

REPVDIATA.

Aiunt THEMISTOCLEM Delphos profectum Apollini Medorum exuias attulisse: percunctantem uero nunquid intra templum ea dona locaret, iussisse Pythiam, ut eas omnino extra fani limen auferret.

In templo pulcras nostro ne figite Persei Exuias, subito sed uestras mittite in ædes.

Cum admiratione certè causa quaeri potest, cur ab uno Themistocle, oblata dona de Medis, accepta deus non habuerit? Sunt enim uerò qui, Persica omnia spoliata itidem repudiaturum fuisse credant, si antequam dedicarentur, nūquid sibi ea uellet offerri, quaestum esset. Non desunt qui dicant, Apollinem cum præciter supplicem ad Persas irurum Themistoclem, iccirco sibi exuias illas dedicari prohibuisse, ne religiosis monumentis testatum odium, fidem deprecationi adrogaret. Pausanias in Phocicis.

TRANSLATA, TRANSMISSA.

In Præsensibus Attici agri Apollinis est templum, quo HYPERBOREORVM primitias mitti tradunt. Eas enim Hyperboeci Arimaæis committunt, Arimaæi Ethesdonis: ab iis acceptas Scythæ Sinopen, inde ad Præsenses Græci deportant.

SVPERSTITIO IN RERV M CERTARVM AVERSATIONE, RVGA. AVERSATA

ANIMALIA.

Consilio T. V. Materia sacrificiorum, quatenus certis certis animalium genera offeruntur, uel quæ repudiatur.

GRÆCI olim canem sacris templis arcebant, quod securum fugium concederent supplicibus. Hinc probabile est, etiam FLAMINEM Dialæ apud Rom. ueluti animatum & sacrum signum, quod per fugerent, supplices (qua de causâ scilicet eius in uesibulo domus erat locatus: & genibus eius aduoluti, liberi illo die à uerberibus & supplicio erant. Quod si uinæ ad eum confugisset, soluebat. Vincula non foras per ianuam, sed sub tecto proiecibant, non ausum fuisse uel attingere uel nominare canem, qui per fugium requirentes terretet & prohiberet. Plut. in quæst. Rom.

Romæ FLAMEN Dialis capram uel attingere uel nominare cauebat. Vtrum quia capræ detestantur lasciuiam & uirus? an quod eam ut morbosam metuant? Apparet præ cæteris animantibus capram morbo comitali esse obnoxiam, ac contagiose afficere uelentes uel tangentes eo morbo occupatam. In causâ esse ferunt angustias spiritalium meatuum, eius, qui subinde occupantur: coniecturam capiunt ex uocis exilitate. Etenim habent hoc homines, qui morbo comitia tentantur, in loquendo ut germanam caprarum balatui uocem edant. Plut. in quæst. Rom.

STIRPES.

Romæ Bonæ deæ quæ ornât ædem feminæ, myrtum eò non important: quamuis omnibus uti studeant germinantibus & florentibus. Quoniam ut fabularum scriptores produnt, Phauli uxor illa fuit diuinatoris: quæ uino furtim usa cum

TEMPORVM OBSERVATIO SVPERSTITIOSA.

CVLTVM DIVINVM. HV C.

FESTA SVPERSTITIOSE

MAHOMETVS, quod ab Hebræis Christianisq; lex sua dissentiret, Veneris diem sacrum statuit, quod in hac re rex esset factus, & quod cum nulla alia secta dissentiret. Et ex hac pariter causâ, soli Turci contra aliarum gentium ritum ad Meridiem conuersi, Deo supplicant. Cuspimanus.

Antiochi Epiphani milites IVDÆOS, qui in montium latebras confugerant, & regis mandato obedire recusabant, aggressi sunt die sabbathi, & ita ut erat in speluncis exusserunt, non repugnantes, ac ne aditus quidem speluncarum obturantes. Etenim propter religionem diei repugnare nolébant, nec in aduersitatibus quidem uiolarent honorem sabbathi, quando lex iubet feriarum ab omni opere. Itaq; perierunt cum uxoribus, & liberis suffocati in speluncis circiter mille. multi quæ clapsi adiunxerunt se Matathias sacerdoti, iudæ Machabæi.

tant: eas deinde Delon Athenienses mittunt. Inuolutæ illæ quidem triticea stipula sunt, neque eas cuiquam fas est intruci. Pausanias in Atticis.

CONSERVATA.

PHARISÆI maiorem curam auti ipsius templi, quam templi habebant: maiorem uictimæ, quam aræ. Marci 9.

ÆGYPTII cum fame olim ita premerentur, ut humanis carnis cibis etiam post multa animalia consumta uescerentur: in summa tamen rerum penuria & extrema necessitate, ea animalia, ut porce, feles, canes, lupos, accipitres, & alia huiusmodi, occidere noluerunt, quod diis diuicis sacrata essent. Diódorus Siculus.

RESTITUTA.

MASINISSA Numidarum rex, cum à profecto suo eburneas dentes miræ magnitudinis accepisset dono: ubi comperit ex templo Iunonis surreptos esse, quinqueremi reportandos, & Iunoni restituendos curauit: insculptos Lybicus literis, significantibus, regem ignoratè eos accepisse, & libenter dea restituisse. Val. Max. lib. 1. cap. 2.

TIMASITHEVS Liparitarum princeps, excepta in fletu à ciuibus suis pyriticam exercentibus magni ponderis aurea cratera, ubi comperit à Romanis Pythio Apollini decimarum nomine dicantur, eam Delphos perferendam curauit. Valerius Max. lib. 1. cap. 2.

CVLTA.

Fornicati ISRAELITÆ sunt in ephodo, quod fecerat Geleon. Iudicum octauo.

non fessellisset, myrtis uirgibus à uiro castigata fuit. Qua de causâ myrtum non inferunt, libant ei uinum, quod lac appellant. An à multis puræ, maximè à re ueneræ, sacrificium illud perpetranti? Non solum enim extrudunt domo uiros, uerum etiam, cum solennia huius deæ agunt, masculum omnino expellunt. Myrtum ergo ut Veneri sacram abominantur. Quippe quam nunc Venerem Murciam dicunt, eam quondam Myrtiam, ni fallor, uocauerunt. Plut. in quæst. Rom.

VINVM.

Ex loco, sacrificiorum materia, huc quædam.

FERMENTVM.

Romæ sacerdoti Iouis, quæ FLAMINEM Dialem nuncupât, farinam uel fermentum nefas fuit attingere. An alimentum est farina inchoatum & crudum? Neq; enim, quod fuit, manet triticum: neq; quod debet fieri, facta est panis: sed simul & feminis facultate amittit, & cibi usum non accipit. Hinc per metaphoram poeta farinam appellauit, quasi in molendo perentum & corruptum. Fermentum namq; cum ipsum ex corruptela genitum est, tum corrumpit eius mistio massam. quippe languida & infirma efficitur. Breui apparet, fermentationem putredinem esse, quæ si copiosior sit, exasperat & labefactat farinam. Plut. in quæst. Rom.

EIDEM carnem crudam attingere uictum. An eadem de causâ? Neq; enim est animans, neq; factum est dum pulmētum. Dum enim elixando & assando alteratur & mutatur, inuertitur formam suam. Recens uerò & cruda nec aspectum habet purum & impollutum, sed fœdum ulcerosumq;. Plutarchus in quæst. Rom.

bæi patri, eumq; principē sibi elegerunt. At ille docuit eos, pugnandum etiam sabbathis: aut si ita pergât, ipsos sibi futuros exitio, hostibus eam occasionem obseruantibus, & nõ nisi sabbatho illos aggredientibus. atq; ita fore, ut uel sine certamine omnes facile opprimâtur. Hęc locutus persuasit eis: & in hodiernum usq; mos hic permanet, ut si ita necessitas postulet, pugnent etiam sabbathis. Iosephus lib. 12. c. 7. Antiq. Ptolemæus Lagi F. Hierosolymam ingressus, ueluti sacrorum gratia, IVDÆIS nec arenibus, nec hostile quid suspicantibus, & alioquin eum diem in otio & quiete agentibus, urbe potitus est. Iosephus lib. 12. Antiq. cap. 1. ubi Agatharchidem Gnidium adducit ita scribentem: Iudæi dum propter superstitionem grauantur arma sumere, grauem dominum receperunt. Ita quoque Plut. com. de Superstitione. Iudæi, inquit, per sabbatha in pannis non interpolatis desident, cum ad mouerent scalas hostes, atq; muros scanderēt, haud exererunt se, sed hæserunt sicut uno in uericulo in superstitione constructi. Cn. Pompeius Magnus, quum Hierosolymam, urbem Palæstinæ

næ omnium munitissimam, graui obfisione cingeret, & uideret urbem difficulter expugnari posse: obseruauit diē sabbathi, quæ sanctissimè iuxta legem obseruabant IVDÆI. Itaq; semel iterumq; eo die aggressus est. Quod quâuis intellegebant Iudæi furore hostis fieri: urbem direptâ hosti tradere, quâuis sabbathum negligere, ac in Dei legem peccare repugnando, maluerunt. Dion. & Iosephus lib. 14. cap. 8.

ACTIONES QVOTIDIANAS

HOMINVM, SVSCIPIENDAS, Omittendas, Differentias.

In genere. Dies Nefasti.

Antiquè dies nefasti, id est, Nefasti dies, ANTIQVVS uocabantur inauspicati, & quibus publica non licebat agere. Vnde receptum, ut homines inuisos ac detestandos, Antiquè dies appellarent. Testis Lucianus in huius uocis calumniatore. Apud ATTICOS huimodii dies erant septem, quibus inferiæ peragebantur Manibus, eoq; habebantur inauspicati. Ad hæc ueterū superstitioni sibi peruasit & lunæ certos dies finistri auspicii esse, ueluti lunæ senescētis quartâ, quintam & secundam, & Antiquè dies appellabant. Rufus dies in quibus rei capitibus damnabantur, Antiquè dies ueluti funestos. Postremò dies insigni quapiā calamitate funestis, Antiquè dies dicti sunt. Horatius, Ille & nefasto te posuit die. Horum dieum meminit Plato libro de Legibus septimo, negans illos esse ueritatis, id est, ueros, sed Antiquè dies appellat, ut funestos & sepeliendis mortuis sacros. Ea uox deinde translata est ad homines execrandos, & abominandæ malitiæ, teste uersio. Antiquè dies, & Antiquè dies, id est, Homo nefastus, & ore perfidum tuens.

Eadem est autem Græcæ uocis etymologia, quæ Latina, Antiquè dies, Huiusmodi diuinitatis Suidas, Helychius, & Etymologicus. Quia & homines detestandos, sacros dicimus, ut Horatius, Sacer & intestabilis esto. Verg. etiâ ad animi rem transfuit, Auri sacra fames. Erasmus in Adagijs.

ROMANOS, atris & infastis diebus, pontificum iussu, non modò à bellis gerendis & Reipub. cura, sed à rebus quoq; diuinis & deorum sacrificiis, abstinentes legimus. Sæpius tamen cum hostium uim propulsarent, nulla se religione tene ri pœuarunt: & neglectis infelicium dieum obseruationibus, prosperè dimicauerunt, imitari Homerico Hectorum, & Antiquè dies, id est, Antiquè dies, Alex. lib. 4. cap. 20.

In specie. Quo ad Opus, Laborem.

ROMÆ Idib. Augusti ferias agebant ancillæ & serui oēs, mulieresq; maxime tergere & mundare corpus studebant. Nēpe quod Seruius rex eo die ex ancilla natus sit captiua, ideo uacationem operarum famuli habebant. Mos autem lauandi capitis, festi causa ab ancillis ad liberatas quoq; progressus uidetur. Plutarchus in quæst. Rom.

Pugnam.

Lucianus in libello de Astrologia, palam refert, Lycurgum legem instituisse LA CEDÆMONIIS, ne præliū inirent ante plenilunium. In eam superstitionē iocatur Aristoph. Antiquè dies, id est, plenilunio. sero aut nunquam futurum significans. Cùm Datis & Artaphernes duces regis Persarum, in Marathonem irrupissent, plenilunium obseruabant Spartani, ut tū exirent in prælium. At prius quam illi uenirent, Athenienses bellū aggressi sunt. Herod. lib. 6. de cunctantibus.

LOCORVM SVPERSTITIOSVS CVLTVS

FREQVENTANDO, COLENDO, Non uitando. Cultus

INSVLARVM.

INDELO olim nefas canes alere, aut mortuos humare. In Rheena, quæ illi ad quatuor stadia adiacet, Deliorum sepulchra fuere. Sabellius lib. 1. Enn. 3.

INAPHACIS circa Libanum montem & Adoniam fluuium, ad quandam inuocationem certo die, à summo uertice Libani, ignis instar cæstri progressus, in uicino flumine mergebatur. Dicebant autem esse Vraniam, eo nomine Venerem appellantes. Sozomenus lib. 2. cap. 5.

FLVMINVM.

IN flumen PERSÆ non misuerunt, nec lauauerunt, nec abluuerunt, nec mortuum iniiciunt, nec alia quæ immunda esse uideantur. Strabò lib. 5.

Feritur ÆGYPTII ex puteo peculiari Api potum præbere, atq; à Nilo eum in totum depellere: non quòd liquor eum profanum crocodili causâ (ut quorundam ferè opinio) arbitretur (nihil enim a quæ est apud Ægyptios ac Nilus in honorem) uerum ut saginare uideatur & obesos reddere Nili habitus. Nolunt autem eam uel Api uel sibi habitudinem esse,

quauis occasione reprofrentibus, dicitur, Antiquè dies, id est, plenilunio. Erasmus in prouerb. Accessit Luna.

PARTHIS de nocte pugnare, nefas est & difficile. Plutarchus in Crasso.

GERMANIS olim nec consuetudo nec fas erat, ante nouâ lunâ, decrefcente lumine fideris, prælio cōtendere. Quod ubi C. Iulius Cæsar intellexit, religione impeditos, ad Rhenum aggressus profugauit. Auentinus lib. 1. Annalium Boiorum.

Athenienses à Syracusanis in Sicilia fœdè uicti, fugam meditabantur. Cōparatis omnibus cū postera die statuisset abnauigationē, luna noctis initio deficere uisa est. Quam ob rem NICIAS dux admodum perturbatus, ut erat naturâ religionis cultor obseruantissimus, tum propter pessilentiam exercituum depascentem, ingenti deum formidine tali portento cortipitur: moxq; accitis aruspices consuluit. A quibus responsum est, post tres sequentes dies abnauigationē oportere differri. Hoc responso hi quoq; qui sentiebant cum Demosthene duce, abitu omnino urgente, religioni deum timore maioris mali parèe cogitū. Syracusani cognita pertransfugas eius dilationis causâ, Athenienses terra mariq; ad ortos superauerunt, & cepere. Diod. lib. 13. & Plut. in Nicia.

ALEXIVS Angelus Byzantinus Imp. consulit astris in Blachernas se conferre summo mane ante solis ortū diluclid infuitur. Adest igitur omnis Imp. cognatio cū luminibus, ut nauiget unâ. Deo uerò monstrante, se esse horarū & temporum dominū, & se itinera hominū uel prosperari, uel impediri: solum ante Imperatorū cubile uerò cedens profectum debilitat, ac id periculum Imperator mirabiliter euadit. Sed alter eius gener & alij plures, uoragine illa impliciti, in turribus malè afficiuntur: quidâ uerò eunuchus in imum hiactim delapsus perit. Niceas lib. 3. de Imperio Alexij Angeli.

Migrationem.

Sextilibus Calendis ex ueteribus domibus migrare, & nouas incolere, ROMANI consueuerunt: illasq; ueluti boni cœtus & fortunatas obseruauerunt. Alex. lib. 4. cap. 20.

Nuptias.

GRÆCI, præcipueque ex his LA CEDÆMONIIS, quicquid essent rerum auspiciaturi, superstitionē lunam obseruabant. Id quod tacitè notat Euripides, cū in Iphigenia in Aulide respondet Agamemnon, tum nupturam filiâ, ubi lunæ dexter circulus adueniret. uidelicet de plena luna sentiens.

BRVTORVM, FERIE BRVTORVM.

ROMÆ Consulū festo tam equos quâ asinos fertis redimitos permittebant feriarum: cū Neptuno Equestri eum diem festum agant. Asinus autem ea uacatione unâ cū equo fruitur, in eiusq; partem uenit: quia postquam extitit nauigatio & cōmeatum subuectio mari, non nihil otij & requietis iumentis contigit. Plut. in quæst. Rom.

ROMÆ Septimontio obseruabant, ne uehiculis, quæ equis essent iuncta, uerentur. Septimontium autem celebrabat, quæ Septimus collis adiectus, & facta Roma festum septem collium. Opere enim grandi ad amplificandam cōfecto urbem, quæ fecisse eam existimarent iam in crementi finem, cū relaxauerunt semetipsi, tum remissionem dederunt iis, quæ in labore diuenerunt, iumentis, fruiq; publici festi feris permiscere. Forè etiam eum uellent festum omnium ciuium præsentia ornari & celebrari (presertim quod amplificatæ causâ urbis agebatur) ne urbem, cuius est dies festus, relinqueret, non trat uehiculis iugatis illo die utilicium. Plutarchus in quæstion. Rom.

sed expeditis & agilibus uestitas corporibus animas, neque nature caduce ui & mole, cœlestem premi uel degrauari, Plut. de Iside & Osiride.

Lusitanix fl. Effemea, ab alijs Belion dictus, labitur ex Celtiberis & Vaccis. Fama est Celtiberos & Gallos, qui circa Anam fluuium agitabant, olim iunctis inter se armis ad Lethen peruenisse: ibi seditione iactatos, ac duce amisso, tota regione dispartatos, ueluti patriæ oblitos, his locis desedisse, atq; ab eius rei uictu accidisse, ut iam inde Lethe sit fluuius dictus. Quam ROMANVS exercitus famam secutus, omnibus mali uitandi superstitione amem transgredi tecusfuit, ita ut D. Iunius Brutus dux signum in ulteriorem ripam iacere cogereur. In quo repetendo fluuius à paucis primū, mox ab uniuerso exercitu religione quodammo dō attonito, quod id nomen Obliuionem significaret, & unū ex quatuor Orci fluminibus, superatus est. Iniecta est & altera maior circa Oceanū religio: nam eoufque Brutus uictor Romana signa protulit. Hic cadētem in Oceanum Solem sibi dux & exercitus spectare uisus est, eumq; aquis obrui, non sine sacrilegij metu se cernere arbitrati sunt, ob astronomiæ imperitiā. Vetus opinio fuit ipsum sidus sub occasum maris

nis fluctibus immergi, ac uelut candentis ferri massa in lacum aliquem immergi, feruorem quandam terrificum exaudiri. Sabellicus lib. 9. Ennead. 5.

LV CORVM.

Ad quercu Mambre, sub qua Abrahamus angelos Dei Sodomam puniturus obuios habuit, longa post ætate PALÆSTINI & PHOENICES & ARABES idololatriam exercuerunt. Dicitur locus Hierosolymis circiter CCL. stadiis, Terebinthus uulgò dictus. Messis tempore illic conueniebant, tanquam ad mercatum, Iudæi, Christiani, Ethnici: pro sua quique religione locum colunt, orationibus, sacrificiis, opima animalia in conuiuium illud sacrum toto anno seruantes. Cum mulieribus, licet cultissimæ sacro intersint, religio nis causa non miscetur, in puteum ab Abrahamo depressum libamenta porriunt, alij lychnos accensos, alij uinum, alij pla centulas, alij numismata, unguenta, uel thymiamata: eamq; ob causam aqua illa commixtione iniectorum corrupta & inutilis eo tempore redditur. Hanc idololatriam Constantinus Magnus sustulit, & templum ibidem edificauit. Euseb. lib. 3. de Vita Cōstantini. & Sozomenus lib. 2. c. 4.

ÆSCVLAPII lucum apud Epidaurios, mōtes circum quaq; incingunt: intra cuius ambitum mori aut nasci quenquam religio est. Pilæ intra ambitum olim multæ, in iis uirorum & feminarum, quæ a deo curatæ sunt, nomina incisa: morborum etiam, quo quisq; laborarat, addita est curationis ratio. Scripta uerò omnia Dorica lingua. Est ibi porticus, Coryos dicta, in qua & feminis parere, & ægris mori liceret. Pausanias in Corinth.

Habit SCLAVORVM gens lucum quendam sacrum, firmissima sepe cinctum, ob deorum multitudinem maximè in deliciis: in cuius medio ruinosa quædam steteret quercus, Prouendo dicatæ, cui flamen quidam præerat, ad quas uarij sacrificiorum ritus peragebantur. Illic secunda feria populus cum flamine & regulo, qui tum ad tribunal sedere solebat, conueniunt. Atrium ingredi fas nemini erat, præter sa

cerdotes, ac sacrificare uolentes, aut quem mortis periculum urgebat, cui tum hic asylum dabatur. Tantum enim sacris locis reuerentiæ exhibent, ut nec hostium suorum sanguine ea pollui patiantur. Helmodus cap. 53.

SEPLVCORVM.

Sepulcrorum uetustissima fuit religio, ne quis uiolaret, deiceret, frangeret: quæ lex non modo in XII. fuit, & in Solonia nis, sed etiam in antiquissimis Numæ, ac Latinorum Græcorumq; quæ non tam ad ius civile profanum, quàm ad sacra religionisq; pertinere uidebatur, quod sepulera ueluti tēpla quædam esse deorum manium existimarentur. Ideoque inscribatur in eis, D.M.S. id est, Diis manibus sacrum: & quæ illis celebraretur sacra, Neq; sunt dicta. Cic. 2. de Leg.

AVERSANDO, FUGIENDO.

Locorum superstitionosa fuga.

IVDÆI religioni non ducebant Christum in fontem damnare: at prætorium Pilati introire uerebantur, ne contaminarentur, Pascha comesturi. Ioan. 18.

Landora Scaniae litus est in Dania, regibus inimicum, quod illud aggrediētes, annum superuicere non posse dicantur. Itaque cum ERICVS IV. Danorum rex, tutor Valdemari pueri regij, bello contra Olam tyrannum, malè ominosum litus fugiens, Eskyllo Lundeni episcopo exercitum commisisset, magna strage affectus est. Saxo lib. 14.

Virgo Oxoniensis Fidei uida, ducis Didani filia fuit, Cuthredo regnante. Hanc regulus nomine Algarus ad stuprum cogere uolens, fugientem persequitur. Illa se protinus in oppidum recipiente, ei porta clauditur, lumenq; oculorum eodem momento admittit. Verum mox uirgo suis precibus Deum Algaro placauit, qui rursus uidere cepit. Hinc fama est, in aram postea REGIUS religionem, ut formidant in urbem Oxonium introire. Atqui Henricus IIX rex, Oxonium sine ullo suo incommodo, ac totius populi magno cum gaudio ingressus est. Polyd. lib. 4.



Voluminis Decimiseptimi

Liber V.

DE SUPERSTITIONE Correctiua.



SUPERSTITIOSA CORRECTIO SUIPSIUS.

CONFITENDO. CONFESSIO SUPERSTITIOSA.

CHORVS metuens ne ciuitas Thebarum, à Græcis expugnetur, quia iustam causam hostes habeat, apud Eurip. inquit:

Ἀγρὸν ὃ Πηλεσσῶν, ἀρμενίαν τὴν πρὸ ἀλκιδῶν, ἢ τὸ θεῖον, ἐστὶν ἄδραν ἐς ἀρχαῖα τὸν ἵπποτον, ὅρα δὲ πῶς, ὅς μετῆρξεν ἀίμας.

Argos ὃ Pelagicum, timeo tuas uires, & diuinū auxilium. Non enim iniuulm in certamen hoc armatus cōtendit (Polynices) filius, qui accedit ad has ædes. Phœnissis.

LYSANDRO sciscitanti deos in Samothrace, iussit sacerdos, quod facinus in uita nefandissimum concepisset, expromere. Hic percunctatus eum, Tu uone an deorum præcepto id faciam? Qui cum diceret, Deorum: Tu ergo, inquit, hinc facesse, ego illis, si rogent, aperiam. Plut. in Apophthegmatib. Homerum literarum principem in deo excecaturum memorant, quod in Helenam stilum distingere sibi permisisset: nec uisus deinceps unquā fuisse compotem, quod delicti per se ueritè imprudens. Contra uerò, errore animaduerso, STESICHORVM facile in reliquum esse oculis usum, quum per palinodiam recinuisset, Non uerus sermo ille fuit, neq; natiuis alius Existi fugiens, neq; adisti Pergama Troiæ. Quin & SOCRATEM prodit, ubi in amorem petulanter est inuectus, à dæmone familiari amplius castigatum, atq; inde prius quàm sinistri pateretur quippiam, expiatum, amoris eiusdem præconia concelebrauit. Cælius lib. 15. cap. 28. A.L.

POENITENDO. POENITENTIA SUPERSTITIOSA.

SERAPION monachus in Scethi Aegypti, errore Anthropo-

morphitarum ita despicbat, simplicitate quadam, non malitia, ut ne à Paphnutio quidē pastore suo conuerti posset. Cū autē aliquando Photinum diaconū Cappadocem, ad uisendos eius loci eremitas profectū, disputantem audiisset de imagine Dei, ad quam homo conditus esset: reliquit suā de corporali Dei forma opinionem. Verum cū paulo post in gratiarum actionem exurrexisset: sensit inter precandum ex mēte sua clabi eam, quam oraturus, Dei anthropomorphin sibi proponere consueuerat. Conternatus igitur animo, protupit in amarissimos sctus, & humi deuolutus clamauit: Heu me miserum, tulerunt à me Deum meum, & quem nunc teneam non habeo, uel quem adorem aut interpellem iam, nescio. Cassianus capite tertio, decimæ Colationis.

Bernardus in uita Caroli narrat, EPISCOPVM, qui ob ualitudinem recuperandam comederat carnem, in desperationem incidisse: unde agrè sit liberatus consiliis & cōsolationibus sacerdotum.

STESICHORI Lyrici poetæ meminit Plato in Phædro. Is cū Helenam carmine uituperasset, oculis orbatus est. Intelligens autem (Achille, sicut scribit Pausanias in Laconicis, Helenæ iussu nunciante) cæcitatē suæ causam, protinus palinodiam cecinit, Helenamq; prius uituperatam laudauit, ita quæ uisum recepit. Hunc Socrates iocatur sese uelle imitari, & amoris uituperati prius canere palinodiam, quæ orbetur oculis. Erasmus.

PUNIENDO.

Vide Tit. Superstitiosa cura suiipsius, Carceribus, Flagellis.

CASTIGATIO, REPREHENSIO, CORRECTIO aliorum SUPERSTITIOSA. Consideratorum respectu

SUBIECTI, HOC EST EIUS qui corrigitur. Sic exercetur erga

POENITENTES. NOLLE RECIPERE poenitentes.

ACESIUS Nouatianorum episcopus, à magno Constantino rogatus, An decreta concilij admitteret, & limitem fidei, & definitionem festi Paschalis? assensus est. Imperator autem denuò interrogante, Cui se ipse segregaret? Quæ sub Deciana persecutione euenissent, edocuit: & acrimoniam austeri Canonis protulit. Non oportere iis, qui post baptismum, peccatum (quod sacra litera mortale uocant) in se admisisse, diuina mysteria communicari: sed ad poenitentiam quidem illos esse cohortandos, spem uerò remissionis non à sacerdotibus, sed à Deo expectandam, qui peccatis posset dare ueniam. His ab Acesio dictis, respondit Imperator: O Acesi, scilicet appositus tu solus cœlum conscendiro. Suidas, ex Socrate.

SACERDOTES.

Qui in Meroe sunt deorum cultui dediti sacerdotes, cū eis uisum fuerit, regi Aethiopum nunciant, ut mortem oppetant. Ita enim deorum iubere responsa, neq; fas esse immortali uoluntatem à mortali homine cōtemni: aliaq; addunt rationes, quibus ex uetere obseruatāq; consuetudine uoluntariam regi sua deant mortem. Et sanè superstites omnes reges, sacerdotibus, nō armis, neq; ui coacti, sed ipsa uicti superstitione, sponte paruerunt. At Ptolemæi secundi tempore rex Aethiopum ERGAMENES Græcis doctrinis philosophiæque deditus, hunc primus morem spreuit.



Vfus namq; prudentia rege digna, cum militibus in Auatū, ubi templum aureum erat Aethiopum, profectus: sacerdotibus omnibus interemtis, ueteriq; consuetudine abolita, pro uoluntate regnum tenuit. Dio d. lib. 3. cap. 1.

AVGVRES. Fuit obseruatum apud ROM. in omni augurum responso, ut si pullarius, seu quiuis augur, qui auspicatur, cuique monita deorum prædicere, & de augurio respondere, ac portenta interpretari curæ fuit, tacitum ferret, quod diuulgari uoluisset: haud aliter contraheretur nefas; quàm si occultenda diulgaret, & abdita palam faceret. Si uerò augurio fallaci mentiri ausus fuisset, sinistrumq; pro dextro, uel quod prodigij foret, contra denunciasset: non id illi, qui de auspicio consultit, sed in ipso pullarij uel auguris caput, qui tant improbè mentiri ausus esset, quicquid fuisset infortunij, recisurum. Alexan. ab Alex. lib. 1. cap. 29.

ISEBTVS rex Hispaniæ, anno 654. initio regni, Iudæos ad fidem Christianam compulit, quos pro uocari oportuerat fidei ratione. Rodericus Toletanus lib. 2. rerum Hispan. c. 17. FERNANDVS & ISABELLA, Castellæ Reges, cū exploratum habuissent, per Iudæos, qui in illorum ditone erant, scelera nefaria contra religionis nostræ sanctitatem confari, omnes illos in exilium eiecerunt. anno 1482. Quidam uerò ex illis ad Christi se cultum & fidem contulerunt. Alij autem, ne fundos, & ædes, & reliqua bona relinquere, uel tempore alieno uendere cogentur, se Christi religionem profiteri simulauerunt. Reliqui omnes in exilium pulsi sunt. Cū uerò alij in alias partes disiecti fuissent, maxima eorū pars g G G 3 à Ioan-



LIBRI QVINTI TITVLORVM DISPOSITIO.



à Ioanne II. Lusitaniae Rege sub certis conditionibus im-
trauit, ut in Portugalia tempore aliquo desinito confisteret.
Conditiones autem potissimae fuerunt, ut octonos aureos
singuli Regi persolverent, & intra certum tempus à Portu-
galiae finibus emigrarent: quod si post tempus illud assigna-
tum usi in Portugalia fuissent, libertatem amitterent: Rex
autem tutam nauigandi facultatem uolentibus abire præ-
beret. Hac ratione Ioannes grandem sibi pecuniam compa-
rauit, & quandiu uixit, sedulo curauit, ut Iudaeis fidem præ-
staret, quam dederat. Itaque eis, qui in portibus illi operas
nauabant, imperauit, ut agerent cum nauiculariis, ut tolera-
bili quadam uectura Iudaeos in regiones, quas ipsi uellent,
transportarent. Sanxit præterea, ne quisquam iniuriam illis
inferret. At mercatores & nauicularij, qui Iudaeos in naues
suas recipiebant, eos in mari multis iniuriis admodum a-
cerbe diuexabant. Multi uero eorum cum minimè possent
ea, quae erant ad nauigandum necessaria, intra tempus illud
emere, & tempus interim illis constitutum elaboraretur, li-
bertatem amittere. Qui igitur seruum Iudaei habere cupie-
bat, eum à Rege postulabat. Rex autem eorum precibus cede-
bat, quos animaduerteat esse miti clementiq; natura præ-
ditos, ne Iudaei duriore, quam par esset, dominari præmere-
tur. Hoc autem accidit paulò ante Ioannis mortem. Emma-
nuel qui Ioanni successit, uidens illos non sponte sua contra
fœdus in Portugalia post tempus à Ioanne præstitum reman-
sisse, omnes liberos esse iussit. Hoc illi beneficio permoti, ei
magnū argenti pondus obtulerunt: quod accipere noluit. Sta-
tuerat enim gentem illā beneficiis paulatim ad studiū Chri-
stianae pietatis allicere. Sed aliquanto post cum uenisset in
consultatione, utrum Iudaei, qui fuerant à Castellae Regib; ex-
pulsī, & in Portugalia morabantur, essent expellendi conti-
nuò, ut fuerat Ioannis tempore constitutum: an potius in
sedibus, in quibus eo in regno confidebant, habitare, beni-
gnitate Regia permittendi: & Castellae Reges Emmanuèle
per literas admonerent, ne gentē sceleratā, & Deo & homi-
nibus inuisam, consistere in Portugalia sineret: post longam
deliberationē tandem statuit, ut omnes Iudaei atq; Mauri,
qui Christi religionē profiteri nollent, à regni finib; excede-
rent: diemq; dixit, intra quē oēs, qui in illius regno fuissent
inuenti, libertatē amitterent. an. 1496. Cū iam instaret dies:
omnes se ad nauigandum summa ope cōparabat. Rex Emma-
nuel indignissimè ferens, tot hominum millia in sempiternū
exitum detrudi, ut saltem filiorum salutē prospiceret,
iussit, ut Iudaeorum filij, qui nondum decimum & quartum
annum ætatis excederent, à parentibus abstracti, & ab illo-
rum cōspectu remoti, in religionis Christianae disciplinam
traderentur. Erat res uisū mirabilis, à complexu matrum fi-
lios auellere, patres liberos affixos raptari, & fustibus etiā con-
tundi, clamores ingentes ubiq; tolli, omniaq; mulierū plan-
gore & ciularu compleri. Fuere, qui rei indignitate pertur-
bati, filios in puteos abicerent. Multi etiā progressi sunt
amentia, ut sibi mortem propria manu consciscerent. Acce-
debat ad grauiorem gentis miserā calamitatem, quòd illis,
qui tantis iniuriis affecti in Africam transmittere cupiebāt,
facultas minimè præbebatur. Rex enim adeò flagrabat cu-
piditate gentis illius ad Christi religionem perducendae, ut
partim præmiis allicendam, partim malo cogendam esse
iudicaret. Quamuis igitur nauigandi potestas esset Iudaeis
ex parte facienda: id tamen de die in diem differēbat, ut
mutandi consilij spacium intercederet. Itaque cū in princi-
pio fuisset illis tres in Portugalia portus assignati, unde cō-
scenderēt, interdixit, ne quisquam ex illis aliundē, quàm ex
Olypponenſi portu solueret. Quo factum est, ut innumera-
bilis Iudaeorum multitudo Olypponem confluxerit. Inter-
im uero dies dista præterfluxit, ita, ut esset illis necesse, qui
nondum emigrare poterāt, libertate spoliari. His tandem
malis pleriq; uicti, Christianam religionem aut ex animo
profiteri, aut saltem callidè simulare maluerunt, quàm ui-
tam in tanta acerbitate traducere. Cum fidei igitur Christia-
nae confessione, fontibus sacris abluti, & filios & libertatem
recuperarunt, multiq; à Rege præmiis clementer inuitati,
in Portugalia regnis satis commodè uitam exegerunt. Hoc
nec ex lege, nec ex religione factum fuisse, Orosius lib. 1. re-
rum Emmanuelis contendit.

DE MODI QUOMODO. Vel

PERSECUTIONE APERTA.

SAVLI magnus fuit zelus, qui Christianos passim & publicè
& priuatim persequebatur, & uestes eorū qui Stephanū la-
pidibus obruebant sedens custodiebat. Quinetiā à principe
sacerdotū literas accepit ad synagogā, quae erat Damasci, ut
si quos inueniret ibi, qui inuocarēt nomen Christi, uiuēdos
perduceret in Hierosolymam. Act. 8. 9. & 22. Galat. 1.
In AEGYPTO plurimi Iudaeorum excruciatī sunt, & ut Cysa-

rem dominum aut quēquā alium præter Deum profiterē-
tur, neq; hortationibus, ullis, neq; minis compelli potuerunt.
Nullis igitur aut fexus, aut ætatis respectus fuit. Pueri & a-
dulti per uarios sunt cruciatus necati. Mirū uideri id Lupo
Alexandriae præfidi, & mirum aliis qui huiusmodi spectacu-
lis aderant, quanta esset Iudaeis in suppliciis & cruciatu cō-
stātia. Scripsit VESPA SIANVS Lupo, à quo fuerat factus
certior de nouo Iudaeorum motu, ut templum quod Iudaei
habebant in Aegypto apud Thannas, funditus dirueret. Lu-
pus templum clausit, prius donariis spoliātū. Paulinus qui
Lupo successit, omni postea cultu desertum reddidit: fuitq;
annus ille quo in eo sacrificari desitum est, trecentisimū e-
ius ædificationis ac trigessimū. Sab. lib. 3. En. 7.

ADRIANVS Imp. Iudaeorum omnium pertinaciā ultima ce-
de perdomuit, præcepitq;, ne cui Iudaeo facultas introeundi
Hierosolymam daretur, Christianis tantummodo ciuitate
permittenda: quam moenibus & ædificiis instaurans, de suo no-
mine Acliam appellauit. Platina ex Suetonio.

An. 1408. Cracouiae apud Polonos uulgò in Iudaeos impetu cō-
citata multitudo, ne quicquam prohibentibus Moscoto-
uio præfecto, & Nicolao Lituos procuratore arcis, sequitum
est. Directæ & incensæ eorum domus: sepe sitq; per plateas
aliquot etiam in Christianorum tecta & templa incenduntur.
Magnam autem CHRISTIANI in Iudaeorum pueris, qui-
bus parum erat, educandis, & Christiana religione imbuen-
dis, curam impendere. Adulti quoq;, qui cædi superflue,
pleriq; ultrò Christiani facti. Inuidia opum fraudē & uisuris
quaestiam, & opibus aucta licentia, ac scelera flagitiaque
impunita, ipsi cladis illius causa fuerit. Cramerus lib. 16.

IN SIDIIS OCCULTIS.

Latinis Syria occupata bello Sacro, & per aliquot postea an-
nos fortiter defensa, non tam magni Reges imperatoresq;
formidolosi erant, quàm ASSASSINI, gens obscura. De-
cem omnino incolunt oppida circiter sexaginta uirorū mil-
lia Phœnicib; tunc contribuēbantur. Eadem ferè in regione
sunt Effeni, quo, ut Plinius tradit, nocentes fugerunt: quiq;
sine pecunia & femina, duab; generis humani pestibus, de-
gerent. Sed Assassini ex Perside profecti creditur: receptaq;
Mahumetus persuasione, sanctissimi omnium à Barbaris exi-
stimabantur: nec qua ceteri mortales cupiditate honorum
ducuntur: ipsi inter se maximè unanimis: nulla de imperio
magistratq; ambitio: summam arbitriumq; rerum nō no-
bilitati sanguiniq; committunt: quem uirum optimum Iudi
carunt, eum sibi præficiunt, Senioresq; ac Arfacidā uocant:
eoq; nomine contenti, ceterorum curam gerere iubent: &
ut illum in cōmune consulere uolunt, ita ipsi ea opinione
imbuti sunt, ut sibi persuadent, in reb; humanis nihil anti-
quius esse, quàm pro publica salute, cū tēpora postulent,
mortē opterere. Eorū alij alias linguas à pueris edocentur:
oēs ita animo affecti, ut cœlestē immortalitatē adepturos
se munere naminis confidant, si hæresis suæ quasi cōmunis
cōmōdi sanctitatib; hostes occiderint. Qui proximeia eue-
nerit alicuius è nostris proceribus interimendi: is ut unus è
nostris se nostrorū turbæ immiscēs, per fallaciā cædēt. Acit,
sibi minimè parcens, gnarusq; sibi statim occumbendū esse.
Sic Raimundus Comes Tripolitanus, quæ eis infestus esset,
Tripoli à duob; Assassinis confossus, cæterorū curam acuit,
ut custodes corporibus suis adhiberet. Aemil. lib. 5.

In Syria SARACENVS quidam, quo tempore Godofredus
Bolionius, ac comes eius, pro Christi fide in Syriam trāse-
cerunt, in medio foro Tyriae urbis, principem Conradū Bo-
nifacij Montisferrati Marchionis filium occidit, statimq; ipse
quoq; eodem in loco occisus est. Nam cū uideret ob sin-
gularem Conradī uirtutem magna Saracenis inferrī dam-
na, uoluit moriendo patriæ ac gentis suæ legi, tanta uirtu-
te præditum hostem adimere. In hoc Scæuolæ Rom. tanto
præferendus, quanto felicius rem, quam susceperat trans-
egit. Fulgosus lib. 5. cap. 6.

Alius SARACENVS eodem studio compulsus, Eduardum
Henrici regis Britanniae F. qui Ptolemaide aduersus Christi
hostes Christianis in præsidio erat, secretum colloquium
ab eo petens, occidere tentauit. Sed Eduardus audacia peri-
culū discussit. Nam etsi duo uel tria uulnera à Saraceno ac-
cepit, eius tamen dextram tam diu tenuit, quoad famuli Ar-
facidam fœdè laceratum cubiculo extraxerunt. Fulg. lib. 5.
cap. 6. & Blondus lib. 8. Dec. 2.

MAYRVS quidam in Betica Hispania, cū Ferdinandus & E-
lizabetha, Castellonenſes reges, Malachū urbē à Mauris in
Betica possessam obsiderent: sperans se patriam eo bello li-
beraturum, si regem reginamq; bellum inferentes, interime-
re potuisset: finxit se conditiones ferre, quib; finis bellū pos-
set, atq; ita ad Hispanorum castra uenit. Qui dum postea ad
reges deduceretur, in tentorium ornatisimū cuiusdam His-
pani principis uocatus, cum uxore cubantis, & audire quæ
Maurus perferret cupientis: ornamentoꝝ specie deceptus,
regem & reginam putauit esse. Et ueluti nouus Scæuola, in
utrua-

utruq; impetu facto, quanquam uulneribus eos affecisset:
tamen ministrorum interuentu prohibitus, quod decreuerat,
explere nequiuit. Fulgos. lib. 5. cap. 6.

Parentum nostrorum ætate missus à Sultano SARACENVS,
ut sub prætextu ferendarum literarum, Iacobum Lusigna-
num Cypri regem confoderet, arbitratus se eum interemis-
se, humerum gladio traiecit: captusq;, atq; acerbissimis tor-
mentis discruciat, ingenti animo, quia id se patriæ præsti-
tisse dicebat, animam egit. Fulg. lib. 5. cap. 6.

TEIVNIO.

Cædem uiri boni, duorum mensum ieiunio & pœnitentia ex-
piari opinatur impius MAOMETVS Azoara 10. Et iurif-
iurandi uiolationem ieiunio trium dierum compensari af-
scribit, Azoara 13.

FLAGELLIS.

Astragalote scutica Gallos, qui piaculum in Matris magnæ
Idæe admittit facris, castigabat. Est ea scutica ex implicitis
astragalus, uel nodum Iorum. Plut. lib. contra Coloten.

AVERSATIONE.

Consule sub Tit. Sacrorum Efficent, Initiati,
Profani.

IVDÆI, qui Christo nomen dederant, ægrè ferebant Petrum
apostolum cum Cornelio centurione ethnico congressum,
& domum eius baptizasse. Itaque Petrus Hierosolymis co-
ram ecclesia se purgauit. Act. 12.

DEMOPHOON rex Atheniensium, Orestem, quod nondum
expiatus esset à patricio, à festo Chou, quod ipse institue-
rat, arcuit. Athenensium lib. 10. cap. 12.

ROMANI solis Aegypti sui ciuitatis cuiuilibet desegaruit,
ne orbem furiosus superstitionibus repleret. Iosephus li-
bro 2. contra Appionem.

PROSCRIPTIONE, EXILIO.

G. CORN. Hispanus, prætor peregrinus, M. Pompilio Læate,
L. Calpurnio Coss. edito Chaldaeos circa decimum diem
abire ex urbe atq; Italia iussit: leuibus & ineptis ingeniis,

SVPERSTITIOSA CORRECTIO SVPERSTITIO-
NIS, SIVE CVLTVS SVPERSTITIOSI.

IN GERE.

Idomeneus rex Cretæ, cū è bello Troiano domum rediens,
tempere uexatus, promississet, si sospes in regnum rediret
se primum, quod sibi de naue exeuotū occurrisset, immola-
turum, eiq; occurrisset unica filia: uotum soluere uolens, à
SVDDITIS regno pulsus est. Homer. & Volat. 1. 16. Anthro.
Atheniensis cū horreatur DIOGENEM Cynicum, ut my-
sterijs initiaretur: adentes, quod apud inferos principatū
teneret, qui sacris initiati essent. Ad ea Diogenes: Per quā
ridiculum est, ait, si Agellus & Epaminondas, fortissimi
duces, in ceno degunt, & Patæcion fur, & uilissimi quique
homines, quod initiati sint, in summo apud inferos gaudio
sunt.

Lactius lib. 6.

LEONTYCHIDAS, Aristonis filius, quī portæ illi proximæ
clauem dracon circumuolutus esset complexus, idq; augu-
res affirmarent esse portentum: Mihi, inquit, nequaquam ui-
detur: sed si clausi fuisset complexa draconem, portentum
erat. Lepidè hominum superstitionem irrisit, qui suspensum
ro terrentur his quæ casu aut fortè fortuna eueniunt. Plutar-
chus in Lacedænis apophthegmatis.

MASSILIENSIS uates & sacrificulos, qui quæstus gratia sa-
cra circumferebant, suis oppidis exegerunt religionis pre-
textu otium se Ætarentur, & luxum. Alex. ab Alex. lib. 3. cap.
13. ex Val. Max. lib. 2. cap. 1.

ANTONINVM Caracallam Imp. eos condemnare statuisse,
tradit Spartianus: qui contra tertianas & quartanas febres
periapta gestarent: quæ à Luciano quoq; lepidè irridentur
in Dialogo phitosophico.

HALIM Habdallæ Arabū regis iussu, in Bercæ & Chalchide se-
ductores, qui persuadabant Saracenis, si omnia sua uende-
rent, & nudi in murum ascendere, seq; inde præcipitaret,
quod in cœlū essent subuolaturi, interfecti: cum res ipsa demō-
strasset, uolantes in terram decidere, & crura & artus frange-
re: anno 18. Constantini Copronymi, Christi 759.

ALIVAV Tarrarorum rex, Assassinorum hæresim extirpauit
funditus. M. Paulus Venetus lib. 1. cap. 28. Orient. hist.

IN SPECIE CORRIGERE,
DELERE, TOLLERE.

LIBROS SVPERSTITIOSOS.

Magna conseruandæ religionis F. Corn. Cethego & M. Bebio
Pamphilo Coss. apud ROMANOS acta cura est. Siquidem
in agro Lepitij scribæ (Plin. Cn. Terentij habet) sub Ianicu-
lo cultoribus terram altiūs uersantibus, duabus arcibus lapi-

fallaci siderum interpretatione quatuor sam mendacis suis
caliginem iniicientes. Idem, qui Sabazij Iouis cultu mores
Romanos inficere conati sunt, domos suas repetere coegit:
Valerius lib. 1. cap. 4.

TIBERIVS Imp. Iudaicos ritus exorsus: Iudaeorum iuuentu-
tem ad quatuor millia per speciem sacramenti, in prouin-
cias grauioris cœli distribuit: reliquos gentis eiusdem, uel
similia festantes urbe submouit, sub pœna perpetuæ serui-
tutis, nisi obtempèrassent. Suetonius.

DIREPTIONE.

Sub rege Vladislao BVDÆ in Hungaria populus Iudaeorum
ædes diripuit. Bonifacius lib. 3. Dec. 5.

MORTE.

TIBERIVS Cæsar, sacerdotes Isiacos, quod Decium Mundū
adoleſcentem admisisset cum Paulina Romana in Isidis
tēplo, in cruce adegit. Iosephus lib. 18. Antiq. & Egeſip. li. 2.
Jonathan textor, pseudopropheta, scitiorum unus, qui è bello
Iudaico in Cyrenaicam prouinciam per fugerāt, plebis se
prophetam esse persuasit, & in solitudinem perduxit, mira-
cula multa se editurum pollicitus. Cyrenenses Iudæi cum
Cattulo præfidi prodiderūt: a quo captus est Ionathā. Cæte-
rū ut uitam redimeret, Cattulo ditissimos quoq; Iudaeo-
rum prodidit falsò, eos seditionis accusans, tam Romæ,
quàm alibi. Inde perductus Romam, mendaciq; conui-
ctus, uirgis primò cæsus, dein de uiuis exultus fuit, sub VES-
PASIANO. Iosephus lib. 7. cap. ult. bel. Iud.

ATHENIENSES sacerdotem quandam interfecerunt,
quoniam eam quidam accusauit peregrinos colere deos.
Decretum autem aduersus eos, qui peregrinum introduce-
rent deum, supplicium mortis inferebatur. Iosephus libro 2.
contra Appionem.

SCYTHÆ Anacharſim, sapientia mirabilem apud Græcos, ad
suos redeuntē interemerunt, quoniam uidebatur Græco-
rum deorum ad eos uenisse plenissimus. Iosephus libro 2.
contra Appionem.

deis repertis, quarum in altera scriptura indicabat corpus
Numæ Pomponij filij fuisse, 335. annis ante defuncti: in altera
libri reconditi erant Latini septem de iure pontificum, to-
tidemq; Græci de disciplina sapientia: Latino magna dili-
gentia asseruandos curauerunt: Græcos, quia aliqua ex par-
te ad soluendam religionem pertinere existimabantur. Peti-
lius prætor urbanus ex auctoritate Senatūs per uictimarios,
facto igne in conspectu populi cremauit. Noluerunt enim
prisci uiri quicquam in sua ciuitate asseruari, quo animi ho-
minum à deorum cultu auocarentur. Val. lib. 1. cap. 1. & Plur.
in Numa. & Plin. lib. 8. historiae huius auctores multos citat.

Bello Punico secundo in summa uarietate fortunæ, nouè quo-
que superstitiones Rom. populū inuaserūt. Quo d malum
M. Aemilius prætor s. c. recitator sustulit, & edixit, ut quicū-
que libros uaticinos præcationesq;, aut artem sacrificandi
conscriptam haberet, eos libros omnes, literasq; ad se ante
illum diem deferret: neque quis in publico sacrore loco, no-
uo aut externo ritu sacrificaret. Linius Decad. 3. lib. 5.

Postquam AVGVSTVS Imp. Pontificatum maximū adeptus
est, quicquid fatidicorum librorum Græci Latiniq; gene-
ris, nullis uel parum idoneis auctoribus uulgò ferebatur, sit
pra duo millia contra undique, combussit: ac solos reti-
nuit Sibyllinos, hos quoq; delectu habito: & ne patere o-
mnibus, condidit duobus forulis auratis sub basi Palatini
Apollinis. Luperæ libus uenit currere imberbes. Item, secu-
laribus ludis iuuenes uirūq; sexus prohibuit ullū noſtur-
num spectaculum frequentare, nisi cum aliquo maiore na-
tu propinquorum. Compitales Lares ornare bis anno iussit
tuit, uernis floribus, & ætiuis. Suetonius.

SACRIFICIA SVPERSTITIOSA.

Spartæ Orthiae Dianæ templum & simulacrū, è Taurica Cher-
soneso ab Oreste & Iphigenia furtim ablatum, religione
sacroſanctum fuit. Cū autem Limnatæ & Cynosturenſes
Spartani sacrum deæ faciētes ad iurgium & cædes mutuas
conuerſi essent, reliquos subita uis morbi absumit. Inde o-
raculum acceptum est, eam aram humano sanguine asper-
gi oportere. Quare cū antè forte duceretur immolandum,
sacri ritum LYCVRGVS ad puberum plagas trāstulit: quo
fit, ut hoc etiā ritu nihilo ferè minus sanguine humano ara
imbuatur. Sacris præest femina: ea tantisper, dum cæduntur
pueri, signum præfert, quod est alioqui propter breuitatem
leuissimum. Verū si, quibus cædendi negotium datum est,
cum quopiam eorum, qui cæduntur, ephëborū, uel ob spe-
ciem, uel ob natalium claritatem agant parūs, tunc eo uf-
que signum aiunt graue fieri, ut sacerdos illud sustinere ne-
queat. Quod ubi anima durtis, in cædentes scilicet causam
confert, seque eorum culpa queritur onere opprimi. Aded
ggg 4 est

est ei signo è Taurica tralatitium, hominum sanguine lactari. Eandem sanè deam non Orthiam modò, sed Lygode-

DA RIVS Perfarù rex humanas hostias immolare prohibuit, & caninam carnem editare, quum ueteri ritu Carthaginenses tam obsceno cibo uescerentur.

GELO Sicilia tyrannus, debellatis apud Himeram Carthaginensibus, in pacis fœdere compulsi illos, & hoc acceptis cõditionibus ascribere, ne posthac filios suos Saturno immolarent. Solebat enim ea gens infantes suos ancæ Saturni statuae cauæ, & intus incensæ, in suam ponere, qui uelut in dei complexu enecabantur.

Pelafgi, sicut Varro memorat, cum sedibus suis pulsi, diuersas terras petissent, confluerunt pleriq; Dodonam: & in ceteri quibus hæerent locis, cuiusmodi acceperunt responsum:

Πολλοὺς ἔρωτες ἀνὰ τὴν ἑσπέρην ἔλαβον, ἢ δὲ ἀδελφικῶν ἡρώτων, ἢ τῶν ἀπολλωνίου, οἱς ἀναμύθητες, δεικνύοντες ἑσπέρην φέρον, ἢ καὶ φάλαξ ἀδελφικῶν πατρῶν ἀπέμεινε φέρον.

Post multos errores tandem in Ladum uenere, ibiq; in lacu Cutulensium amplissimū cespitè, uirgultis & arboribus cõptum, iactu uentorū per lacum uagantè conspicati, has sibi sedes prædictas esse didicerunt. Itaq; uastus Siciliensibus incolis, occupare regionè, decima prædæ, secundum responsum, Apollini consecrata, erectis Diti facello, & Saturno ara: cuius festum Saturnalia nominauerunt. Cumq; diu humanis capitibus Ditem, & uirorum uictimis Saturnum placare se crederent, propter oraculum, quod κεφαλὰς ἀδελφικῶν πατρῶν σίμων ἰουβεται: HEC VLEM feruit postea cū Geryonis pecore per Italiã reuertentè, suasisse illorum posteris, ut Faustis sacrificiis inausita mutarent: inferentes Diti, non hominū capita, sed oscilla ad humanã effigiem arte simulata: & aras Saturnias, non maciando uiros, sed accensis luminib; excolentes: quia non solum uirū, sed & luminã φέρον significat. Inde mos per Saturnalia missiandis cœreis cepit, simulq; ut festis Sigillaribus, quæ Saturnalibus sunt iuncta, oscilla siue sigilla sticilia pro se atq; suis piaculū pro Dite Saturno facerent. Et talium commerciorum celebritas Saturnalibus cepta, septè occupabat dies, à 14. Calend. Ian. exorsa. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 7. & 11.

DIACONDAS Thebanus in nullas calamitates incurrit, ut testatur Cicero in secundo de Legibus, licet omnia nocturna sacrificia propter eorum turpitudines percepta lege sustulerit. Natalis Comes Mythol. lib. 5. cap. 15.

Apud Rom. pro familiarium sospitate pueri macari cõsueuerant: Laribus & Maniæ matri Larum, ex respõso Apollinis, in compitis scilicet, capitib; supplicandū esse. Ludi & sacra Cõpitalia dicebantur, eosq; restituit Tarquinius Superbus. Verum pulsis regibus LYNIUS Brutus primus consul non humanis, sed alijs & papaueris capitibus supplicari iussit, ut responso Apollinis satisfieret de nomine capitum, remoto scelere inausitæ sacrificiationis. Factumq; est, ut effigies Maniæ suspensæ pro singulorum foribus periculū, si quod immineret, expiarent. Macrobius libro primo Saturnalium, capite septimo.

ROMANI Saturnum & Latialem Iouem humana placabant hostia, eorumq; simulacrum humano sanguine proleuabāt: donec tandem anò Virbis 657. Cn. Corn. Lentulo, & P. Li-

ciaio Crasso Coss. senatusconsultum factum est, ne homo immolaretur. Plin. lib. 30. cap. 1.

LIUIUS lib. 4. Decad. 1. de pestilentia agens, qua ob siccitatem & aquarum defectū urbs ROMA plurimum laborauerat, Cornelio & T. Quintio Pœno Coss. hæc subdit: Nec corpora modò affecta tabo, sed animos quoq; multiplex religio & pleraq; externa inuasit. Nouos ritus sacrificandi, uaticinandi, inferentibus in domos, quibus quaesiti sunt, capti su perfitione animi: donec publicus iam pudor ad primores ciuitatis peruenit, cementes in omnib; uicis facellisq; peregrina atq; insolita piacula pacis deum exposcendæ. Datum ergo negotium ædilibus, ut animaduertent, ne qui nisi Romani dii, ne quo alio more quàm patrio colerentur. Bacchanalium sacrorum mos nonus institutus, cum ad pœniciosam uasiana iretur, ROMA sublatas est. Valer. lib. 1. c. 3.

SIMVLACRA, IMAGINES SVPERSTITIOSAS.

Herodes Iudæorum rex, sublati omnibus qui erant de sanguine regio, magis ac magis discessit à patriis ritibus, & peregrinis studiis ueterum insuetura corrupti. Athletica certamina quinto quoque anno in honorem Caesaris instituit, theatro Hierosolymis exstructo: deinde in campo amphitheatrum utrumq; sumtuoso opere conspiciunt, sed alienum à Iudaicis moribus, apud quos nullus est horum usus, nulla spectaculorum ostentatio. POPVLVS hæc ægrè ferebat, sed inprimis hominum cum belluis certamina: gerimè uerò trophæa uictoriarum Augusti, quæ in theatro cum titulis deuitarum gentium exereat. Nam cùm putarent aris contectas imagines (quarum usus interdictus est legibus) indignissimè eas ferebant. A quibus, cùm eds sic abhorere Herodes animaduertit, per uim nihil agere uoluit, sed blandis alloquiis conabatur hanc superstitionè eximeri: nihil tamen mouebantur, sed credentes cum grauior peccare, uno ore exclamant. Etiam si reliqua omnia ferre oporteat, non lauros se intra urbem hominum imagines, sic trophæa uocabant: hoc enim nefas esse. Herodes uerò uident eos turbatos, & sine satisfactione non facillè cessuros, accitis ad se precipuis ex illo numero, & in theatrum adductis, rogabat eos, offensis trophæis, Quisnam hoc esse putaret. Cumq; reclamassent, hominum esse imagines, iussit detrahi ornatum appositum, & ostendit nudos stipites. Quo facto in risum uersa est indignatio cõcepta ex suspitione imaginum. Iosephus lib. 15. cap. 11. Antiq.

IOSEPHVS, Galilææ præfectus, sub Iudaici belli initia persuasit Tiberiensibus, uti Herodis Tetrarchæ domum sumtuosissimam, quoniam multiformes haberet animalium figuras, quæ lege interdicerentur, demolirentur & incenderent. Iosephus in sua uita. Superstitio hæc fuit reuera, sed tam consuetudine patria excusari potest.

EVNERA.

Lacubus sepelirentur in membris, uti in C. V. R. Quædam sunt uerò expungis & habere ante oculos rerum monumenta religioforum permittens. Sullustianus piacula. Prohibuit quicquam cum corpore condi, præter punicum amiculum, quo & solis oleaginis cãdauer æquè omnes inuoluerent. Inscriptioes etiam cõditoriorum interdixit, præterquam eorum, qui in bello ceciderant: præterea luctus & lamentationes. Plut. in institutis Laconicis.

ROMANVS senatus post Cannensem cladem decreuit, ne matronæ ultra trigessimum diem luctus suos extenderent, uti ab his sacra Ceteris peragis possent: quia maiore penè Romanarum uirum parte in execrabili ac diro solo iacente, nullius penates mœoris expertes erant. Itaque matres ac filias, coniugisque & sorores nuper interfectorum, abster sis lacrymis, depositisque doloribus insignibus, candidam induere uellem, & aris thura dare coactæ sunt. Val. Max. lib. 1. cap. 5.

SVPERSTITIOSA CORRECTIO IMPIETATIS siue INIURIÆ illatæ, respectu

36 L AESIONIS siue CRIMINIS. Huc Correctio

IMPIETATIS. IN GENERE.

ATHENIS impiatorum corpora proici, & cadauera exterminari, ne filiorum quidem filii aspicerent licuit illorum, qui irregulari fuerant. Plut. de tarda Dei uindicta.

Aspasia uiolantè religionis est re facta Athenis, accusatore Comædiarum scriptore HERMIPP0: obiecit præterea eam libera feminas, quibus illudebat Pericles, recipere. Ad hæc rogationem tulit Diopithes, nomina ut deferrentur eorum qui esse deos negarent, aut qui sermones de rebus æthereis sererent: ea suspitione perstringens Anaxagoræ causa Periclem. Aspasia eripuit Pericles precibus, pro qua uim lacrymarum in causa dicenda, ut scribit Aeschines, profudit

obsecrauitq; iudices: Anaxagoram trepidans ablegauit, atque ex urbe deduxit. Plutarchus in Pericle. Melos insula una ex Cycladibus, Diagoræ patria, quia omnes incolæ athei essent, ab ATHENIENSIBVS excisa fuit, atque perdit. Captus ibi Diagoras Melius uixit postea Athenis, & Atheniensium sacrorum mysteria usque ad eod cõtemisit, ut cõplures auerterit à religione, deterrueritq; ne iam uellent initiari. Præterea arcana illa mysteria, quæ nefas est prophanis edere, ille in uulgus extulit, modis omnibus irridens. Quas ob res ab Atheniensibus proscriptus est, eamq; proscriptioem palam in arca columna poluerunt, ad ditorum loco, talento, si quis hominem occidisset: si quis uinum adduxisset, duobus. Meminit huius Aristophanes in Aulis. Erasim. in Adag. ex Suida, & Diod. Siculo lib. 13.

BLASPHEMIA.

ANAXAGORAS Clazomenius, quia existimantibus ATHENIENSIBVS Solem esse deum, ille cum faxum ignitum afferuit, paucorum sententia morte damnatus est. Iosephus lib. 2. contra Apionem. Laertius in uincula coniectum scribit. Protagoras Abderites sophista, temporibus illis uel maximus, cum in principio libri sui posuisset, De diis neq; ut sunt, neq; ut non sint, habeo dicere: ATHENIENSIVM iussu, urbe atq; agro est exterminatus, librisq; eius in concione combusti. Cælius lib. 22. cap. 1. A. L. ex Cicrone de Nat. dcorum.

NEGLIGENTIA CIRCA RES SACRAS.

ASTRAGALOTE scutica Gallos, qui piaculum in Matris magnæ Idæe admittunt sacris, castigare ROM. solebat. Est ea scutica ex implicitis astragalus, uel nodosum lorū. Plutarchus lib. contra Colotem.

ATHENIENSES ob cadauera militum non sepulta prætores X. uiros clarissimos morte damnarunt. Pinarij cùm nouissimi, ceteris iam manus lauauitibus, ad Herclis epulum uenissent, tarditatis penam uulere. Macrobi. lib. 3. cap. 6. Saturnalium.

ROMANI olim unum sacrificium tricies instaurarunt, quod semper aliquid delicti uel offensionis interuenisse, dicebant. Tanta religio erat erga deos populi Romani. Plutarchus in Coriolano.

P. LICINIUS pont. max. uirginem Vestalem flagris dignam existimabat, quod parum diligens æterni ignis custos fuisset: qui si exingeretur aliquid, inter dira auspicia numeratum est. Liuius lib. 8. Dec. Flor. lib. 28. Val. Max. lib. 1. c. 1.

TIBERIVS Sempromius, quem uirtus & probitas gratia ciues plurimi fecerunt, succedentes erexit cõsul Scipionem Nasicam & C. Martium. Cùm iam in prouincias profecti illi essent, incidit in libros ad sacra populi pertinentes: ubi quiddam, quod lacuerat ipsum, solenne reperit: id hoc fuit. Cùm aspiceretur consul, in domo extra urbem uel in tabernaculo ad id conducto, sedebat. Quod si qua de causa redire in urbem nullis dum uisis certis signis cogetur, relictendum erat prius conductum tabernaculum, & querendum alterum, ex quo de integro seruaret de celo. Hoc solum Tiberium falleret, bis eodem usus, illos renunciauit cõsules. Cognito post uicio, rem ad factum reuoluit, neq; neglexit ad eod minutum offensionem fenatus: scripsit Scipioni Nasicæ & C. Martio, qui relictis prouincis illicd Romam regressi, deposuerunt magistratum. Plutarchus in Marcello, & Val. Max. lib. 1. cap. 1.

ROMA, bello Gallico duob. clarissimis uiris sacerdotia sunt adempta: Cornelio Cethego, quod exta hostia non ritè por rexisset: Q. Sulpicio, quia immolauit apex, quem gestant flammes, de capite ei deluxisset. Idem.

P. Cælius, M. Cornelius, M. Cethegus, & C. Claudius, propter exta parum curiosè admota æris deorum immortalium, tumq; potissimum cùm essent uaria tempora, bellisq; multis occupata, flaminio abire iussi & coacti sunt à POP. Rom. Visum est enim, propter contemum religionis, in hæc incommoda uenisse Rempub. Val. Max. lib. 1. cap. 1.

Vix dici potest, quanto silentio sacras suas orationes perficiat TVRCI. Habent inquisitores, qui accusatos de orationum omissione multis afficiat ignominias: ut per urbem circumducentes, ac tabulam cum caudis uulpinis collo appendentes, non sine multa pecuniaria dimittant: potissimum si orationes illas tempore Quadragessimæ intermittant. Cuspinia nus. Idem Donec sua lingua uocant & peccatū, & caudam uulpinam: quoniam eos qui tribus diebus ueneris sacris non interfuerint, excommunicant, & in eius rei signum caudam uulpinam illis affigunt. Gul. Postellus.

INOBDIENTIA.

TALMVDISTÆ transgressoris Talmudicarum fabulosa constitutionum maiores pœnas constituerunt, quàm illis qui contra legem Mosi delinquerent quoquo modo. Michael Neander in Erotematiss linguæ sanctæ.

DRVIDÆ Gallorum sapientes, uti Cæsar in suis Commentariis testatur, si quis aut priuatus aut publicus corū decreto non stitisset, sacrificiis interdcebatur. Et hæc pœna apud eos grauisima, quoniam quibus ita erat interdctum, ij numero impiorum ac sceleratorum habebantur, ab iis omnes recedebant, aditum sermonemq; desugiuebāt, ne quid ex conuagatione incommodi acciperent, neq; iis petentibus ius reddebatur, neq; honos ullus communicabatur. Polydorus libro 4. cap. 12. de Rerum inuent.

P. Claudius, L. Iunius Consules, neglectis auspiciis (quorum ideo fuit obseruatiissima Romanorum antiquitas, quod d generis omne Reipub. constant religioe erga deos augeri atque retineri, ut si qua alia re maximè, sibi persuaderent) nauigauerant, & classem tēpestate amiserant. Hoc nomine P. Claudius, POPULI iudicio dānatus est: alter sibi ipse mortem consciiuit: non quod infeliciter pugnaissent, sed quia cõ-

tra auspicia: eoq; Reip. patriq; suæ ritus ac ueteres cœremōnias repudiare, religionè cui parendum fuit, negligere uidebatur. Aerodius ex Cic. lib. 2. de Diuinat. & Val. Max. lib. 4. IDEM A. Gabinius accidisse fertur, qui postremis quoq; temporibus Pompeio Magno solo consule, ob neglecta auspicia, & quod aduersus quàm libri Sibyllini suaderent, cum exercitu in Aegyptum profectus, Ptolemæum Auletem reduxisset, damnatus est abfens, & bona publicata. Appianus lib. 2. Bellorum ciuilium.

CÆDIS. EXPIATIO CÆDIS.

Expiandæ cædis gratia ueteribus mos inoleuit, ut ad cæsi caput enses abstergerent, uelut sic sceleris auerruncarent labem: uel corporis totius extrema præciderent, præsertim ciuili cæde perpetrata, eaq; connexa sibi ad alas uel ad collū instar torquis applicarent: eo modo nocenti uim auferre se arbitrat, quod ab eis μετὰ τὸν δόλον dicebatur: quod iuxta Elestra Sophocles indicat, & ab Scholiastis est enarratum, ac repetitum ab Suida, in uoce ἱμερῶν. Sed & innuit Apollonius, ἡδύμενος τὸ πρὸς ἱμερῶν, de Iafone ac Absyrto. Cælius lib. 3. cap. 23. & lib. 4. cap. 3. A. L.

ORESTES occisa matre furis agitatus, fluuii qui septem ostiis in mare effunderetur, abluu iussus. Træzene ante fanū Apollinis ædificium quoddam est, quod Orestis appellant. Priusquam enim matrem cædem expiationibus Orestes elueret, de Træzenis nemo cum tecto recipere uoluit: sed in ea ipsa cella illum consisteri iusserunt, ibiq; qui ei lustrationi præfuerunt, cum eo epulati sunt, quantisper ritè expiatus est. Manet adhuc ritus, ut illorum posteris stas diebus eodem in loco cenitent. Desolus autem non longè ab ea taberna piaculis, laurū enatū tradunt, quæ adhuc uiret, primum ei tabernæ loco. Ad eum uerò lustrandū, & alia Februarij genera adhibita, & aqua ex Hippocrene. Pausan. in Cor. VLYSES cædem procorum igne & sulphure (quo præcipuè usi sunt in expiationibus ueteres) purgari & expiari iussit. Homerus in Odyssa.

PAVSANIA S, rex Spartanus, à cæde Cleonices amicæ nunquam expiari potuit. Plut. in Pausania.

Cùm in acie Archilochum obtruncaisset CALLONDAS Naxius, cui erat Coraci cognomen: repulsus primū à Pythia, quod uirum Musis sacrū interemisset: deinde adhibitis supplicationibus certis & inferiis cū culæ purgatione, iussus est Tettigis domū pergere, & propitiare Archilochi manes. Ea Tgnarus erat. Illic enim appulsum cum classe Tettigem Cretem urbem condidisset, atq; incoluisse apud ptychomanium perhibent. Plut. de tarda Dei uindicta.

MAHOMETVS cædem uiri boni duorum mensium icuinio & penitentia expiari opinatur. Azoara 10.

Anno sal. 1154 Aegyptiorum Calypham, quem ipsi numinis cuiusdam loco colebāt, Soldanus interfecit, quò suum filium Nofceradinum ad eam dignitatem eueheret. Sed populo arma contra homicidam corripiente, ipse cum filio fuga sibi consulens, uersus Damascum iter arripuit. Re cognita, uicini Damascæ Christiani profugos adoriuntur, iisq; caesis, rantis spoliis potiuntur, quanta uix unquam uisa fuerant. Nofceradinus, qui forte in prædæ distributione Templariis militibus obigerat, AEGYPTIIS reptentibus uenditus sexaginta aureorum millibus, in minutissimas partes disceptus fuit. Tyrone.

INCESTVS RELIGIOSI.

Est inter Orchomeniorum & Mantinensium fines Dianæ Hymniæ cognomento, prisca accolarum, & imprimis Arcadū religioe sacrosanctum sanum. Dea sacris uirgo præfidebat. Eam cùm ad stuprum pellicere Aristocrates rex Arcadū non potuisset, postremò ad aram deæ confugientem uiolauit. Scelere patefacto, hominem ARCADES lapidibus obruerunt, & à uirgine ad nuptam mulierem sacerdotij honorem transtulerunt. Pausanias in Arcadicia.

Themistius Aphidneus, quod initis Eleusiniis Rhodiam citha ristria uiolasset, ATHENIS capite multatus est. Aerodius ex Dinarcho, contra Demosthenem.

Apud ROM. quæ Vestalis leuiter deliquerat, uerbis à pōt. max. cædebat: sin parum pudicè castitatem habuerat, stupriq; conuicta erat, in eam manus aut uim inferre nulli licebat: sed postquam familiam in potestate habere, & sacris abstinere iussa fuerat: ita die sub effossa humo ad portam Collinam, in loco cui Scelerato nomen, uinum deso diebāt uirginis uerò stupratorem, in comitio cedebant ad necem. In ea enim subterranea erat fouea, ad quam gradib; descensus, & in imo lectulus, lucerna ardens, panis simul & lac, irè aqua & in gutto oleum: uirginem uerò damnatam, demitis uittis è uertice, feretro imposita, cultu miserabili, maximo omnium horrore, eod deducebant: quò ubi deducā fuerat, uinculis solutam, pontifex maximus solenne præfatus carmen capite uelato ad ostium foueæ constituebat: & postquam introgressa fuerat, illo aucto, & scalis sublati, desu-

perq; aggesta humo, defodiabant uiuam, ita ut ab omni ho-
minis tactu illa exstingueret. Quae die tanquam lugubri
& ominosa confertata urbe, ueluti repentinum incom-
modum accidisset, iustitio indicto, nihil publice magna-
rei agere licebat. Sic defossa fuit Cornelia uirgo Vestalis, au-
tore Saetonio. Capronia suspensa cum his, qui eam corru-
perant. Suspensa etiam Septilia, quia suspensio suppli-
cium praueuere. Demum Aemilia, quam corrupit L. Septi-
lius, & Minucia, ob incestum uiuae defossae fuerunt. Augusti-
nus in libris de Ciuit. Dei. Nō multo post priuile, quam cla-
des Cannensis accepta est, duae Vestales uirgines Opimia
& Floronia stupri compertae, una ad Collinam portam ui-
ua, ut moris erat, sub terram necata est: altera sibi mortem
conficiuit: & L. Caninius scriba pontificum, eius incesti con-
uictus, adeo atrociter in foro a Pontifice flagris caesus est,
ut inter uerbera exspirauit. Sabellicus lib. 2. Ann. 5. Ex Plut.
Fabio. & Alex. lib. 5. cap. 12.

DOMITIANVS Imp. incesta Vestalium uirginū, a patre suo
quoque & fratre neglecta, uariē ac seuerē coercuit: priora
capitali supplicio, posteriora more ueteri. Nam cum Ocella
tris sororibus, item Varonilla liberum mortis permisisset ar-
bitrium, corruptoreque earum relegasset: mox Corneliā
uirginem maximā, absolutam olim, dehinc longo inter-
uallo repetitam atque conuictam, defodi imperauit: supra
toreque uirgis in comitio ad necem caedi, excepto preto-
rio uiro: cui dubia etiā causa & incertis questionib.
atque tormentis de semet professo, exilium indulsit.
Suetonius.

Senatus R. O. M. Sp. Posthumio Albino, & Q. Martio Philippo
consulibus mandauit, ut de iis quae factus Bacchanalium
incestu uis fuerant, inquirerēt. A quibus cum multae essent
damnae, in omnes cognatas intra domos animaduere-
runt: atque patens opprobrii deformitas, seueritate suppli-
cij emendata est: quia quantum ruboris ciuitati Rom. mu-
lieres tūpiter se gerendo inculcerant, tantum laudis graui-
ter puniunt attulerunt. Valerius lib. 6. cap. 2.

P. Clodius nobili familia erat, etate florente, feroci animo &
proci. Hic captus uxoris Caesaris amore Pompei, assum-
ta ueste & ornatu psalteria furim penetravit in domū eius.
Nam sacra tum in aedibus Caesaris arcana illa, quibus nefas
est uiros intueri, agebantur: nec aderat uir ullus: sed ille, q.
adolefcens esset, & imberbis etiam tum, sperabat occulte
posse cum mulieribus ad Pompeiam peruenire. Noctu in
amplas ingressus aedes hāsit in diuerticulo. Vagantem con-
spicata Aureliae matris Caesaris ancilla, quaesuit nomen ei-
us. Coactio loqui illo, atq; pedisse qua demonstrante quaer-
erēt se Pompeiae nomine Auram: ut uocem animaduertit
abhoerentem a femina, tollit clamorem, conuocatq; mulie-
res: quae obsecratis foribus, omnibusq; excussis deprehendit
Clodium in cubiculo puellae, cui qua ingressus fuerat, latitan-
te. Cū ea res percrebuisse, repudiavit C. I. V. L. Caesar Pompe-
iam, ac nomen Clodij de uiolatis factis deluit. Plut. in Cic.
Istis sacerdotes pecunia corrupti a Decio Mundo Romano
adolefcēte, Paulinam ingenuam matronam persuadent,
deum Aulin concubitum eius expetere. Paulina Saturni-
no marito rem communicat, & a superstitione homine faci-
le euincit, ut sibi deo inuicem gerere liceret. Personatus ergo
Mundus cum Paulina concumbit. Postero die in publi-
co Paulinae factum exprobat, quod amore inuicta, astu se
uinci passa esset. TIBERIVS Imp. re cognita, quia templū
stupro profanatum esset, sacerdotes crucifigi, templum di-
rui iussit. Iosephus lib. 18. cap. 4. Antiq.

SACRILEGII.

In Elephantina AETHIOPIA sacrilegos hac poena multab-
ant, ut opifusam herbam bibere cogerentur. Quae pora, ita
terroribus & falsis imaginibus afficiebantur, ut mortem sibi
ipsis consciscerent. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 5.

Apud GRÆCOS poena in sacrilegos statuta fuit seuerissima,
ut precipitati, uel immergi, aut cōbusti poenas darent. Ibid.
Apud ATHENIENSES cum puer laminam auream, quae ex
deae corona deciderat, furto sustulisset, uocatus in iudiciū,
ingenij atque naturae suae specimen dare iussus est. Iudices
quippe cum crepundia, laminam ipsam, ac alia etiam pue-
rilia proponerent, iusserūt ut quod uellet acciperet. Verūm
puer cum iterum ad aurum inclinaret, plexus est ut fur atq;
sacrilegus. Neq; aetati ueniam dederunt, sed flagitiū & sce-
lus uindicarunt. Aelianus lib. 5. de Var. hist.

Circha Delphorum nauale est. Ita diis L. X. distans. Cuius inco-
lae olim cum & aliis impietatis generibus Apollinis numen
lascissent, & in sacrorum sanium possessionem temerē irruis-
sent: publico AMPHYCTIONVM decreto arma sunt in
sacrilegos mota. Pausanias in Phocicis.

XANTHIPVS, Atheniensium dux, Artaxtam Perfam sacri-
legum, qui sanum circa Proteflai sepulcrum thesauris plen-
num diripuerat, multum licēt auri pro redemptione offeren-
tem interfecit. Herod. lib. 7. & 9.

Phocenses necessitate coacti, Xerxe in Græciam irrumpente,
eius partes secuti sunt. Sed mox a Barbaris desidentes, cū
Græcis Plataeensi praelio interfuerēt. Insequenti deinde tem-
pore grauis multa est illis ab AMPHYCTIONIBVS iro-
gata. Quam cum indignissimo animo ferrent, Philomelus
Theotimus pro concione cenfuit, Apollinis Delphici tem-
plum diripiendum esse. Sententiam eius omnes approba-
runt, & sanum Apollinis spoliarunt. Olymp. C. V. anno I. V.
Sacra pecunia potiti, statim firmissimas mercenariū co-
hortes conduxerunt. Direpto templo ingens tumulus & se-
ditio per uniuersam Græciam excitata est, cum aliqui deo
subueniendum, & in Phocenses, ueluti sacrilegos, animadu-
erendum: alij rursus ut Phocenses auxiliis iuuarentur, de-
creuissent. In diuersum prouide tendentibus gentium & ur-
bium factionibus, templo succurrere decreuerunt BOEOTI,
Loereses, Theffali, Perrhaebi: & praeter hos Dores, Do-
lopes, Athamantes, Achæi, Phthiotæ, Magnetes, Aeneaces,
& aliquot alij. Phocenses uero auxilio erant Athenienses,
Lacedaemonij, & quidam alij ex Peloponneso. Bellatū est
per annos X uaria fortuna. Collatis demum apud Neonē
urbem signis, Phocenses uicti, Philomelus in fuga ex prae-
pto saxo sese praecipitem dedit. Idem necis genus, Amphio-
nyonum decreto, iis omnibus qui eum secuti fuerant, iro-
gatum. Onomarchus imperio suscepto, acie uictus a Philip-
po Amyntæ & Thebanis, propter ignauiam a suis militib.
iaculis confixus est. Frater eius Phayllus uix dum ad im-
perandum aggressus, cōrabuit. Phalæcus filius magistratu ob-
sacrilegium deiectus, & in Cretam transmittens miserē tru-
cidatus est. Tandem a Philippo Amyntæ F. Macedonum re-
ge confectum bellum, cui se Phocenses dederunt. Amphio-
nyonæ decreuerūt, Philippum eiusq; posteros in collegiū
suum cooptare, cum duorum suffragiorum iure, quae debel-
lati Phocenses habuissent. Vbiūm trium Phocidis moenia
solo equari, ne ipsi Phocenses aut sacri templi, aut Amphio-
nyonum consilij aliquo modo participes essent. Ne eisdē
equos aut arma habere liceret, donec subreptam omnē pec-
uniam deo exoluissent. Phocenses autem aliosq; qui fa-
crilegio eo inquinati aufugissent, sceleratissimos haberi, ex-
que omnib. locis impune retrahi posse. Urbes omnes quae
Phocensibus parerent, dirui & redigi in pagos, qui haberēt
domos non plures sexagenis, quae haud minus interu-
allo stadij unius inter se distarent. Agros suorum haberēt, sed
eorum uestigial annuum talenta L. X. deo penderent, quod
ad pecuniam in rationibus scriptae tempore templi direpti,
fatis deo fecissent. Philippo, Theffalis, & Boeotius, ius Pythia
certamina curandi esse, q. Corinthij Phocensium in rerum
sacrarum interuisione adiutores fuissent. Philippum cum
Amphistyonium arma Phocensium auxiliatorumq; con-
fringere, eorumq; frustra quae superessent incendere, equos
per audicionem distrare. Haec omnia Philippus compro-
bavit. Diodorus libro decimo sexto. Omnes Phocidis ur-
bes dirutae, & ad formam uicorum redactae, praeter Abas-
nam Abasacrilegij profus expertes fuerant, & a belli etiā
societate abhoruerant. Pausanias in Phocicis.

PHOCENSES, qui Delphici Apollinis sanū diripiuerē, & bello
sacro ob id facinus per decennium exagitati fuere, Gal-
los, qui duce Brenno templum illud spoliare aggressi sunt,
acerimē persecuti sunt, ut ueterem infamiam abolerent.
Pausanias in Phocicis.

Messeniorum iuuenes quidā Spartanos uirgines ad sacra pro-
fectas stuprauerant. Spartani noxios sibi dedi postulabant.
Messeniorum maior pars id negare, & contraria sentientes
urbe pellere. EXYLESS legatos mittunt Delphos, indignū
esse dicantē, se causa Dianae susceptae, ut eius sacrorū uio-
latores poenas luerent, a dea ipsa & Apolline ita deserti. Re-
spōdit deus, unā cum Chalcedensibus Rhegium in Italiam
ad sedes quietas migrarent, & id praemij loco a Diana ha-
berent, Messene non multo post Spartanorum iugum subit-
ura. Quo d. & accidit. Strabo lib. 6.

Antiochus Syriae rex, qui Magni cognomen tulit, super cae-
teras belli clades quibus fuerat afflictus, grauisimo etiam
tributo, quo pacem a Romanis redemerat, exhaustus, ad
sacrilegium animū adiecit, exercituque ad Didyme Iou-
nis templum noctu moto, ut id tumultuario impetu dona-
riis spoliaret: FINITIMORVM incurfu cum omni-
bus est copiis oppressus, anno sui regni sexto & trigesimo.
Seleucus eius filius successit, qui Philopatori cognomen
fuit. Sabellicus libro octauo, Enneadis quinta. Cum Na-
nae sanum noctu spoliare aggrediretur, cum paucis in
templo conclusus, lapidibus de super per templi lacunar a
SACERDOTIBVS obrutus, & in fusta concisus fuit.
2. Machabæorum I. Strabo etiam & Iustinus eum in sacrile-
gio necatum tradunt.

Fulius Flaccus Censor, ut equestris Fortunae templum,
quod edificabat (cū id antea bello Celtiberico nouisset)
augustus & magnificentiū redderet: detecta aede Iunonis
Laciniae

Laciniae, profectus in Brutios, regulas marmoreas eō tran-
stulerat. Ruinis templorum templa aedificari, piaculum esse
uisum est, ac grāde sacrilegium, quod nulla magistratus au-
toritate exequari possit. Igitur relatione facta, praesertim
cum parum iam inde mens illi constare uideretur, censuere
PATRES, ut haec regulae reportandae loarentur: istiq; rei
nomine Iunoni piacularia fierent. Liuius lib. 2. Decad. 5. Va-
lerius Max. lib. 1. cap. 2.

SENATVS Rom. Plemini legati Scipionis in thesauro Pro-
serpine apud Locros spoliando, sceleratam auaritiā iu-
sta animaduersione uindicauit. Cum enim eum uictū Ro-
mam protrahi iussisset, ante causae uictorem in carcere, te-
rerrimo genere morbi consumtus est. Pecuniam dea, eiusdē
senatus imperio, & quidem summam duplicando, recupera-
uit. Val. lib. 1. cap. 2.

Quidam Domitiani libertus, ex lapidibus Iouis Capitolini tē-
plo destinatis, filio suo monumentum parauerat. DIALES
re ad Principem delata, lapides eximi postulabant, eoque
transferti, quōd semel uoti ac dedicati essent. Libertus malle
se dicebat ex lege duodecim Tabularum duplum soluere,
quam pati se inuito lapides eximi. nam & eos nunc auferri
non posse uti est, quin uiolati sepulchri actio competeret: mi-
nufq; imponendo, quam eximendo uiolata religio dicere-
tur. Motus tamen imperator DOMITIANVS, ne quā re-
ligio deorum impune contaminaretur, monumentum di-
rui iussit, ossaque ac reliquias in mare prouici: hoc ipso dū
taxat paulo inhumanum. Suetonius.

LAESI PER CRIMEN. CORRE-
CTIO SUPERSTITIOSA IM-
PIETATIS COMMISSAE ERGA

ANIMALIA QUAEVIS SACRA.

ATHENIENSES Atarbem, quoniam Aesculapij sacrum fa-
scesum, ad necem uerberasset, morti adiudicauit, quam-
uis diceretur uel inuitus uel furore percitus id fecisse. Ae-
lianus lib. 5. de Varia hist.

Tempore Ptolemaeus rex a Romanis socius atq; amicus
dictus est. appaudentibus AEGYPTIIS, Italosq; ad se ue-
nientes summo studio colentibus, maximeq; anitentibus
ne quam diffensionem aut belli causam praebere: tamen
cum quidam Romanus selem occidisset, ad domū eius con-
cursu plebis factus, neq; a regis ad id missis principibus, ne-
que Romanorum timore a poena hominis absterri potue-
rit, quamuis non sponte bellum occidisset. Diodorus lib.
1. capite 6. & Strabo lib. 17.

ANNO 1569. cum IO. Basilides Moscorum Dux esset in arce
Vyolodhda, quam extrui curabat, operarij fame pressi, uicu-
lum emptum mastrant. Dux iussit omnes comprehendī
& sanis tradī. Apud Ruthenos enim & Moscositas, gran-
de nefas est uiculu mastrare. Alex. Guaguinus in Moscouia.

SACERDOTES.

Cn. Tremello tribuno plebis, quōd M. Aemilium Lepidū pon-
tificem maximū concitiū aspersisset, a populo R. O. M. mul-
ta grauisima dicta est. Alex. lib. 5. cap. 1.

LIBROS SACROS.

M. Attilius duumuir sacrorū custo diendorum sub rege TAR-
QUINIO fuit. Is pecunia corruptus, describendos libros
Sibyllinos homini priuato & plebeio Perronio Sabino con-
cesserat. Haec ob rem, parricidarum uetere supplicio dam-
natus est, uel eo nimirum infusus, & in mare abiectus: cte-
rium censuisse Tarquinium, pari uindicta, paratum ac deorū
uiolationem expiandam esse. Dion Halycarnassens lib. 4. &
Valerius Maximus lib. 1. cap. 1.

TEMPLA VIOLATA.

Furto, Sacrilegio.

ALEXANDER Magnus, uictō Dario, in Bacchiana profectus,
Branchidarum oppidum subita ui captū hostiliter diripuit.
Violauerant olim maiores Didymaonis templum, quod a-
pud Milesios fuit, proditi thesauris Xerxi regi, atq; ob id in
Asiam ab eo tradidit. Direpta urbe ciues ad unum sunt tru-
cidati: nec commercio lingua, aut suppliciorum uelamen-
tis precibusue, ferrū inhiberi potuit. Muros urbis a summo
ad imum uictor Macedo demolitus est. Sacros etiam locos
extirpauit, ut ne uestigium quidem ullum extaret in poste-
rum. Sabellicus lib. 5. de Xerxi & Strabonis lib. 11.

Stupro.

Sponte Lycæi Iouis templum inaccessum ingressos, lapidib.
ARCADES obruunt, sin ex improbitate, ad Eleutheras di-
mittunt. Nam ut Archimimus in Arcadicis est auctor, atqui,

qui eō imprudentes penetrarant, fuerunt Phliasis ab Area-
dibus, Megarensibus a Phliasis dediti: dum autem depor-
tatur Megara Thebas, iuxta Eleutheras imbribus, tonitruis,
ac prodigijs detenti. Ex quo etiam eum locum Eleutheras
quidā autumant appellatū. Quod aut dicitur, non reddi ab
iis, qui Lycæum intrauerūt, umbram, haud est uerum perse,
sed enigmatice: quia necaturis, qui intrauit. Extingtorū autē
aiunt Pythagorici animas nō scire umbrā nec conuicere.
Sed & umbram reddidit sol, sed solem eripit lex ingresso. Cer-
uus aut uocatur ille, qui eō se intulit. Hinc Cantharionem
Arcadem, q. ad Elios, qui cum Arcadibus bellum gerebat,
transfisset, templumq; inaccessum transfisset cum praeda,
& transacto bello Spartam perfluxisset, dederunt Arcadi-
bus Lacedaemonij: cum iussisset deus, ut eorum redderent.
Plutarchus in quaest. Graecis.

Imaginibus.

IVDÆI aquilam auream ab Hero de supra maiorem templi
portā erectam clara meridie deiecerūt. Iosephus lib. 17. c. 8.

Pulueris dissipatione.

ATHENIENSES si quis scobem excuteret ex Heroo, eum
morte multabant. Aelianus lib. 8. Var. hist.

Stercore.

PISISTRATVS tyrannus, eum qui templum Apollinis ster-
core fecerant, uinctum iussit in uia flagris caedi, pracone
proclamāte: Ille uerberibus caesus interficietur, q. edictum,
Ne quis in fano Apollinis uentrē exoneraret, contēst. Suid.

SACRA, QUA PROFANATA,
VIOLATA.

Idem Tit. praecedentem, Incestus religiosi.

Accusatio Alcibiadis hūc uerbis perscripta fuit: THESSA-
LVS Cimonis filius Laciades, Alcibiadē Clinij scābonidē,
q. aduersus caeremonias & instituta Eumolpidarum, praeco-
nū & sacerdotū Eleufinensium mysteria simulauit, & fami-
liarib. suis domi ea ostendit, uelut inducus, quali ostendit fa-
era hierophantes, se ipse hierophantem nominauit, Polytio-
nem tēdiferū, praconem Theodorū Phægaensem, caeteros
sacrales mystas appellauit, & spectatores uiolatarum deorū
Ceiris & Proserpinæ deluit. Damnauerunt eum iudicia
causa, publicauerunt bona eius: insuper sciuerunt, ut oēs sa-
cerdotes caput eius sacrarent. Vnā aiunt Theano Menonis
filiam Agraulem plebiscito intercessisse, ac uotorū se di-
xisse, non execrationum esse sacerdotem. Plut. in Alcibiade.
Andocydes orator, impietatis accusatus est ATHENIS, q. sa-
crarū imaginū ornamenta lasciuens cōcidisset, itemq; in-
teriorū sacra pollulisset. Is eum seruū suum quaestioni dare po-
stulātū accusator recusasset, pro cōuicto habebatur: & poe-
nas lussit, ni sceleris se auctores in dicaturū, pmisisset. Qua-
propter & alios plures, ac patrē etiam Leogoram indicauit.
De caeteris sumū est supplicij: Leogora uenia cōcessa est,
spe meritorū erga Rempub. atq; etiā (ut opinor) ne pater fi-
lio accusante damnatus uideretur. Plut. in uitis decē Orat.
Valerius Soranus poeta antiquissimus, quōd arcanum nomē
Romae pronunciaffet, cruci affixus fuit a R. O. M. Alij, ut & Pli-
nius, cum subita morte coruissē affirmant. Hinc Angerona
silentij praesens coli coepit, cui ante 12. Calend. Ianuarij, Ro-
mani sacra faciebant. Gyrald. Dial. 4. Hist. poetarum.


SIMVLACRA.

In uico Arcadiae Condylea dicto, sanum est priscū Dianae Con-
dyleatidis. Ibi eum pueri circa templum ludentes, reperio
funiculo, Dianae signū obligato collo per lufum traxissent:
CAPIENSES, pueros uiolati numinis crimine damna-
tos, lapidibus obruerunt. Pausanias in Arcadicis.

Silpo Megarensis Philosophus, eum de Minerua, quae in tem-
plo erat, & idē dēy pronunciaffet, quia haec Phidia sit, nō
Iouis opus, ad AREOPAGITAS arcessitus est. Et quan-
quam rectē se locutum esse affirmaret, quia reuera Minerua
non deus, sed dea sit non placuit ista cauillatio. Itaq; primo
quoq; die is urbe abire iussus est. Laertius lib. 2.
TARYARI suo regi ante stationem magnum simulacrum ho-
nificē ponunt: cui equos, quos nemo deinde conscendit,
dicant. Mastrant etiam animalia uaria, quae combustis ossi-
bus deuorant. Huic quifq; praeteriens se inclinare ac praue-
nerari cogitur: quod quum Michael dux Ruthenorū facere
recusaret, extemplo trucidatus est. Bonfinius lib. 8. Dec. 2.


FESTA VIOLATA, intermissa.

Superstitiosē urgebant PHARISEI obseruationem sabba-
thi, quando uidebant Dominum die illo curantē infirmos:
Luc. 6. & 13. Item quando uidebant discipulos eius spicas uel
lentis, & manibus conficantes. Luca. 6. Marth. 12. Marci 2.
Vitellius pontificum maximum apud R. O. M. amiste, quōd
ad XV. Calend. Sextiles, caeremonis publicis sacram diem
concilium edixisset. Alex. ab Alex.





LIBRI SEXTI
TITVLORVM
DISPOSITIO.



Voluminis Decimiseptimi
Liber VI.
DE IMPIETATE in genere.

MAGISTRI, AVCTORES, DOCTORES
IMPIETATIS.

Vide Tit. Hereticorum, Esalorum uatum, Apostatarum. quatenus ij ipsi etiam aliis auctores sunt impietatis.

QVI. PVTA
REGES.

Iosephus scribit, Nemrodum ASSYRIORVM regem primò induisse in genus humanum iniuriam, & superbiam etiam aduersus Dominum. nam cum manu esset fortissimus, suadebat populis, nò Deo acceptum ferre, si quid contingeret boni, sed uiribus suis. Ità tyrannidem instituit, & ne quid in eos posset Deus, turrim aggressi sunt extruere, quã diluuiũ, si rursus irasceret Deus, effugerent.

Quum Hungari exculso Petri regis iugo duro, Andream & Leonardum fratres diui Stephani nepotes, ex Russia, ubi exulabant, ad regni gubernacula uocarent, à Christiana religione ex pacto consentientibus regibus, ad Scythicam decurrerunt impietatem. Ex his primus omnium VATHA, se caco demoniis planè deuouit, caput Scythico more raris cincinnos pagano ritu treis dimisit, quo nuic Turci more utuntur. IANVS eius filius, ex instituto paterno sibi magos magosq; ac aruspices adhibuit. Homum opera populus à uera fide defecit, & equina carnè uesci cœptum est. In Christianos omnes, & inprimis in anafites & sacerdotes ita facit, ut neminem fecerint superstitem: basilicę ac delubradiruta, sacra donatiuã direpta. Bonfin. lib. 2. Dec. 2.

QVOMODO. VIDELICET
DESCENDO.

Impietatem, Abbeismum.

CHEOPES Aegypti rex, templa omnia obserauit, ne populus sacrificaret diis. Herod. lib. 2.

EVEMERVS Meſſenius, testimonio commentus absonę fidei & à natura abhorrentis fabulę, orbem terrarum omni impietate impleuit: dum eos, qui pro diis habentur iuxta omnes, inter ducum, nauarchorum, & regum nomina recenset, tanquam qui olim nati fuerint, atq; illa legit Panchonte literis aureis perscripta in acta: quę in nullius manus neq; barbari neq; Gręci, nisi unius Eumeri (qui scilicet nauigauit ad eos, qui nusquam gentium extiterunt neq; existunt, Panchos & Triphyllos) ueneri. Plut. de Iside.

DIAGORAS Melius, philosophus & poeta, qui Olymp. 88. emicuit, uocatus Atheos, à Myſteris homines auocabat. Quare ab Atheniensibus pulsus est, qui talentum polliciti sunt interficientibus eum. Suidas.

EPICVRVS, Neoclis filius, Atheniensis philosophus, ex animi hominum extraxit radicem religionem, quum diis imimortalibus & opem & gratiam sustulisset. Cicero de Finibus bonorum & malorum. Lucretius ait, Epicurũ magnò metu liberasse humanas mentes, quod superstitiones iustulerit, & foruitò geri omnia confirmari. Deos ipsos nempe beatissimos, nec habere negotij quicquam, nec exhibere aliis: scilicet in diuis ad eò delicatis interruptum iri quietem illam beatissimam, si quid rerum molirentur. L. Viues de Veritate fidei lib. j. Lucretius inquit:

Humanã ante oculos secedit cum uita iaceret
In terris oppressã graui sub religione,
Primũ Græuis homo mortaleis tollere contra
Est oculos auctus, primusq; obistere contra.
Quare religio pedibus subiecta uicissim
Obtruncatur, nos exæquat uictoria celo.

SERGIVS monachus, Nestorianus hæresiarcha, qui Acepalarum hæresim instaurauit, è Constantinopoli in Arabiam profugus, domum Abdemonaplis Iſraclitę mercatoris diuiceret, frequentauit. Demum in Mahometis familiaritate perueniẽs, qui uiduam Abdemonaplis duxerat, malus magister & moderator, turpissimo & nefandissimo discipulo facillè coniungebatur. Eum edocuit Nestorianam insaniam, Christianosq; sacerdotes expellere Damasco, Syria, Arabia paulatim omni perſuaſit: Iudaicam corrumpens legem, Christianam inficiens. Fertur item opera usus Ioannis Antiocheni hæretici, & Astronomi Iudæi, quos unã adhibuit cum Sergio, cum Alcorani comminisceretur fragmenta. Simoneta lib. 4. c. 6. Vincentius lib. 23. c. 51. Cuspin.

Persecutionem.

Fuit apud Imp. Alexandrũ Scuerum (qui doctissimos in aula sua fouit homines) VLPIANVS iunior, & doctissimus & peritissimus, Seueri tutor, & (ut Lampridius ait) fidelis, quę tanquam parentem suum Imperator obseruabat. Laetius testis est, eum, cum de officio proconsulis scriberet, collegiſe ueterũ tyrannorũ aduersus Christianos edicta, ut rabiem iudicũ aduersus eos inflammaret. Nò poterat fortassis Alexandrũ suũ, ut crudelis & sanguinarius in hoc genere esset, permouere: sed ne eius pietas illorũ furorem restingeret, operã dabat. Neronis fortasse, & Domitiani, & Septimij edicta collegit. Res aduersus Christianos iam sepe iudicata, & senatus consulta quaedã obiecit, & quicquid ad eorũ cõuentus dissipandos cõtórquere ex Romanis legib. potuit, collegit. Extrat etiam in Pandectis locus unus, ubi de exortis loquens, Christianos uidetur impostores appellare.

IVDEVS quidam principem Saracenorũ Gizid, ad Christianorum religionem euerendam inflamauit, promissa regni sui ad annos XL prorogatione. Ille fidei Iudę adhibens, publico edicto imagines Christi & aliorum sanctorũ

colli iussit: cui qui non assentiēbantur, in periculo erant. Sed ab hac persecutione liberati sunt Christiani subita morte tyranni, anno Leonis I X. Paulus Diaconus lib. 21. anno DCCXXIV. Sigebertus.

DE DEDOCENDO, AVERTENDO
A PIETATE.

Vide Tit. Persecutorum: quatenus minus & panis alios à uera pietate auertunt.

HIEROBOAMVS à Deo ad regnum Iſraclitarum X tributũ euectus, populum à cultu ueri Dei auertit: & duos aureos uiculos in Dan & Bethel erexit, ut hoc religionis diffidio, suos à Iudęorũ commercio prohiberet, & sibi ipsi regnum stabiliret. 3. Reg. 12. & 13.

MANASSES rex seduxit Iudam, & ciues Hierosolymorum. 2. Paralipomenon 33.

IASON, Oniæ frater, pontificatum pecuniã ab Antiocho Epiphane redemit. Mox, ut regi gratum faceret, theatrum sub arce extruxit, & Iudęos Græcorum exercitiis uacare cogebat. Hierosolymas Antiochiã uocauit. Cum Iudi quinque nales Tyri ederentur, misit eò ad sacrum Herculis argenti drachmas CCC. Tandem à Menelao fratre, per quẽ ad Antiochum CCC miserat argenti talenta, pontificatu deturbatus, exul obiit. 2. Machab. 4.

MENELAVS, deiecto fratre Iasone pontificatũ inuasi, & populum Græcorum mores seque cogit. Tandem, anno pontificatus sui decimo ab Antiocho Eupatore Berręã abductus, ubi turris erat L cubitorum, plena cineris, machinam habens rotundam, undiq; in cinerem præcipitem, in qua sacilegos & quopiam alio singulari facinorẽ obstrictos necate consueuerant. Itaq; homo sceleratissimus, qui arã Hierosolymitanam, ubi sacer ignis & cinis erat, profanauerat, in cinere perit: cum Lyſias cum omnium calamitatũ, quas Iudæi regi intulerant, auctorem fateretur, qui Iudęos à patris legibus abducendi regi auctor extitisset. 2. Mach. 13.

HERODES Iudęorum rex, sublati omnib. qui erant de sanguine regio, magis ac magis discessit à patris ritibus, & per reginis studiis ueterum instituta corrupit. Athletica certamina quinto quoq; anno in honorẽ Cæsaris. Atque, theatro Hierosolymis extructo: deinde in campo theatri utrumq; sumtuoso opere conspicuum, sed alienum à Iudæicis moribus, apud quos nullus est horum usus, nulla speculorum ostentatio. Iosephus lib. 13. cap. 11. Antiq.

IVDEI, occiso Christo, cum nihilominus fidem Christianam propagari cernerent, legatos ad omnes synagogas atq; ceteros externos reges misere, cauerent sibi à Christianorũ scelerã clã grassante. Iustinus Martyr in colloq. cum Tryphone. Paulus apostolus, cum Paphũ applicuisset, BARIESVM Elymam magum, qui Paulum Cypro proconsulem à fide auertere moliebatur, cæcitate damnauit, ut nec solẽ hunc super

iuſtos & ſuper iuſtos orientem poſſet aſpicere, qui tam auctus abibat a ſole iuſticię. Proconſul autem apoſtoli ſecutus, magnum contemſit nec in illo ueritatis lumen eſſe iudicauit, qui oculorum lumen amittere dignus fuit: ſed in illo qui dum ueritate doceret, eam qui ueritati repugnabat, in tenebris reſtituit. Marci lib. 2. c. 9. & ſab. 10. ſ. c. 4.

VLIANVS Imp. non modo ipſe ad gentium religionem deſcendit, ſed etiam ſubditis, ut idem ſacerent, inſiſt. Obtemperantes honoribus & dignitatibus & beneficiis cumulauit, iſq; permittit quicquid uellent, contra Chriſtianos agere. Idolorum templis apertis, uetula priuilegia & prouentus Chriſtianiſ ademptos gentibus dicitur. Sozom. lib. 5. c. 1. & 3. Militiæ cingulum non dari niſi immolantibus iuſſit, ſtudii auctorum gentium Chriſtianiſ interdixit, ludos literarum ſolis iſ qui deos uenerantur, patere decreuit: ac premiis, honoribus, blanditiis, perſuaſionibus, maiorem populi partem, quam ſi atrociter perſequutus eſſet, elicit. Rufinus lib. 1. c. 32. Miro quietiam, artiſicio ſtuduit Gentiliſmum in externis ritibus Chriſtianiſmo conformẽ reddere: ut pater ex epistoſa eius ad Arſacium, apud Sozom. lib. 5. cap. 16. Primarium Romani exercitus uexillum, Labarum ſcilicet, cui Conſtantinus crucis ſymbolum inſcribi curauerat, ad priſcam formam redegit: & in popularibus uexillis louem pingi iuſſit, tanquam coelitus apparentẽ, coronamq; & purpuram Imperij ſymbola exhibentem, Martẽ deniq; & Mercurium in ipſum reſpicientes, & ueluti oculõ attentantes, quod & eloquio & bellandi ualeret industria. Hęc autem & quęcunq; alia ad cultum paganismi facere uidebat, imaginibus immiſceri iubeat, ut prætextu honoris, qui Imperatori deputatus erat, elanculum quę per picturam acceſſerat adorarentur, abuſuq; priſcorum rituum omnimoda circumſpectione ſubditorũ animos ſuffurari ſatagebat. Sozom. lib. 5. c. 17. Socrates lib. 3. c. 13.

PAVLVS patriarcha Conſtantinopolitanus ob Monothelera hæreſim à Theodoro Pp. abdicatus, ut fidem catholicam præſeruat, typum Imperatori propoſuit, in quo prætorum partium auctoritate docebat, neq; unam, neq; duas in Chriſto uoluntates uerſari (quod hæreticus adhuc nemõ cõnuerat) quin etiam longius inſania furorẽq; prouectus, altare ſedis apoſtolicę, quod erat in ædibus Placidie conſecratum, diripuit, & legatos Pontificis de more ad ſacram hoſtiam adorandam atq; accipiendã adire prohibuit. Conſtans autem Imp. ab illo inductus, eõdem Pontificis legatos grauius ſeſe monitis ſepius à tanta turpitudine reuocare conatos, ceterosq; Catholicos ſimul inuaſit, atq; alios carceribus, alios uerberibus, partim exilio, partim aliis de-

trimentis affecti, & per totum Orientem ſubinde crudeliſſe iſe abiecit, anno D CXLVI. Sigonius lib. 2. regni Ital. Philippicus Bardane impetio accepto, nihil prius habuit, q̃m texti concilij ecclẽſiæ actã periret, ac fractam abiecitamq; Monothelitarum hæreſim excitaret, IOANNIS monachi cuiuſdam impuſſu: qui cum uaticinandi arte profectu, impetum illum addeptum, diuq; poſitũm oſtenderat, ſi ipſum de duplici Chriſti uoluntate concilium ſuſu liſſet. Quod cum ſacramento ſe ſacrum Philippicus affirmat, mito impetio omnium primum id ſibi præſtandum exiſtimauit. Sigonius lib. 3. regni Ital.

ROTHARIS rex Longobardorum, Romani pontificis & Exarchi & Orthodoxorum conſenſum, ad ſuę gentis opes euerendas arbitratuſ pertinere, ediſto publico iuſſit, in ſingulis Longobardorum ecclẽſiis duos eſſe Antitiſtes, quorum alter Arianam, alter Orthodoxam traderet doctrinã. Effectum ergo eſt, ut penẽ in omnibus Italiae oppidis duo diſſidentes eſſent antiſtes, & regia auctoritate muniti Ariani, ſuam hæreſim longẽ lateq; ſpargent. Vnde totus orbis ea luce infectus eſt. Rotharis autem hoc pmo diſcordi conſultõ Ecclẽſiam turbauit, ut eo minũs ad Longobardorum uires opprimendas ſibi Chriſtianiſ daretur principib; Sabell. Ennead. 8. lib. 6.

OCCASIONEM DANDO ALIIS

Nathan propheta plurimũ exaggerauit peccatum DAVIDIS, eo quod blaſphemã feciſſet ab inimicis nomen Domini; 2. Regum 12.

Idololatria.

AARON Iſraẽlitis, Moſem in monte perſiſſe ſuſpicantib; morem iuſtitię gerens, ut eos ornamentis ſpoliaret, & nomina afficeret coram inimicis propter idololatriam, fortaſ ſis etiã, quod nunquã fore ſpectaret, ut illi tam prompte ornamenta ſua proferret, iuſſit ut in aures aureas, monilia & ſimilia afferret. Quibus in ignem coniectis, conſtat eſt uiculus aureus, coram quo Aaron aram extruxit, & diem Iouẽ ſeſtum in poſterum diem inſiſit. Illi holocauſta uiculus immolarunt, diſtribuerunt, choreas duxerunt. Exodi 32.

GEDEON quia idololatrię occaſionẽ dederat ephodũ ſuo, quantum uis bono zelo, domus eius eõ mortuo per Abimelechum exciſa, & LXX filij trucidati fuerunt. Iudicum 9.

Negligentię.

IASON pontifex Iudeorum iceleratiſſimus, ſub Antiocho Epiphanẽ, ſacerdotes à templi cura ad Gręca tradidit corporis exercitia, cum ſub ipſa aere gymnaſium extruxiſſet. Machabæorum 4.

DISCIPVLI IMPIETATIS:

QVI, QVALES.

ASSYRII, quia grauius putabat eſſe parere Deo, quam mortali, ideo libenter didiciſ Nemrodi regis, eos ad Dei contẽtum & humanarũ uirium fiducia tradentis audientes, turrim altiffimã coepit erigere, quã aquę obrucere ñquiret. Huius turris meminit Sibylla dicens: Cum omnes homines unius uocis eſſent, quidam turrim ædificauerunt excelſam, tanquam aſcẽſuri in cœlum per eam. Dij uerõ immitentẽtes uentos, euecterunt turrim, & uocem propriam unicuiq; partiti ſunt: propterea uocari & contigit Babyloniam ciuitatem. L. Viueg in lib. 16. Auguſt. de Ciuit. Dei, c. 5.

QVOMODO. VIDELICET

ILLVSIONE Dæmoniaca.

Narrat Caſſianus, **MONACHVM** quẽdam Meſopotamiẽũ, qui annos multos clauſus uixerat, continentie ceterarũq; uirtũ famã ſupra omnes inſignis, ſub angeli forma à diabolo deceptum, ita ut ad Iudaismum declinaret, & circumſiſionem acceperit. Etenim multis illius non falſis reuelationibus, & coram ſe conuſcantis luce deliniquis, firmiſſimẽ credidit, ipſum eſſe cœli, non tenebrarum ſpiritum. Vbi hoc perſuaſum eſt, illo tandem monſtrante uidere ſibi uidebatũ, apoſtolos martyresq;, & omnem proſus Chriſtianiſmum cœtum, triſtes abiectosq; in locis miſerię ac pẽditionis eſſe: econtrã uerõ Iudaicum populũ cum Patriarchis & Prophẽtis in lumine fulgere, & altẽ ſideris in ſedibus lætos ac gaudentes uerſari. Hiſ præſtigis illectus, corruit in errorem.

PRÆCEPTIONE, INSTITVTIONE.

Decem **TRIBVS** cum deſceſſent à domo Dauidis ad Hiero-

boamũ, paternã item legem ſpreuerunt, & à cultu Dei uniũs ad inuocatiõnem dæmonũ tranſerunt.

VLIANVS Imp. etiamnum puer ab Eufebio Nicomediẽſi Epifcopo in religione Chriſtiana inſtitutus fuit. Poſtea quã uerõ Philoſophos & Rhetores audire cepit, & in hiſ præcipuẽ Libanium Rhetorem & Maximũm Philoſophum (quem poſtea Valentinianus magiẽ crimine condemnatũ interfecit) ad ethnicorum impietatem delapſus eſt, & magiã exercuit. Pomponius Lætuſ in Caſarib;.

CONVERSATIONE.

IORAMVS Iſaſaphati regis ſanctiſſimi F. occiſis omnibus fratribus ſuis, à pietate deſciuit, & regum Iſraelitarum idololatriam ſecutus eſt, ab uxore, quę Achab filia erat, ſeductus. 2. Paralipomenon 21.

EXEMPLE.

DIAGORAS Meliſus philoſophus, cum adoleſcentem quempiã accuſaſſet, à quo liberi, quem ipſe compoſtiterat, ſurreptus eſſet, idq; adoleſcentẽ à ſe factũm peccatũ, deinde librum pro ſuo edens, magnum ex eo nomẽ ſibi comparatũ: quia impuẽ adoleſcentẽm itẽ tanto fortunã ſuceſſũ peccatũ uideret, deos eſſe negauit. Suidas.

OVIDIVS tertio Amoriũ, impietatis & atheiſmi ſui cauſam hanc aſſertit:

Cum rapiant mala fata bonos (ignofcite falſo) Sollicitor nullos eſſe putare deos.

Viue pius, moriere pius: cole ſacra, colentem Moys grauiſ à templis in caua buſta trahet.

DESELIQ, Martialis Epigrammatum lib. 4. Nulloſ deos, inane cœlum Affirmat Sæluſ, probatq;, quõd de Factũm, dum negãt hæc, uidet beatũm.

IMPIETATIS CONSERVATIO, CONSTANTIA.

Cum argueret Hieremias **POPVLVVM**, eõ quõd ſacrificaret diis alienis, reſponderunt: Sermoñem Domini non audimus, ſed ſacrificabimus reginã cœli, ſicut fecimus nõs, & patres noſtri, & bene nobis fuit, quia malum non uidimus. Sed gladio tandem & fame conſumpti ſunt. Hierem. 44.

FRIDERICVS Rigenſis archiepiſcopus, ſcripſerat Ioanni XXXII

XXII. pontifici, Auenione agenti, uti mitteret epifcopum & abbatem ad poſtulationem Lituaniarum, in quibus offiũ fidei uſus ſit aperire Deus. Nam eius gentis principes hoc polliceri uidebantur, ſi Romani pontificis accederet auctoritas. Qui ubi in Lituaniã peruenere, perducti ſunt in conſpectum Lituanię principis DAVIDE, expoſito legationis ſuę mandato. Barbarus uerũ, cum iam animum muſtaſſet, fertur reſpondiſſe: Papam ueſtrum nec noui, nec noſſe cupio: fidem ac religioñẽ, quam paterna traditione ac-

cepi, in ea permanebo, certas pro illa à ſanguine uſque ad mortem. Legati deieciſ in terram frontibus non læti redierunt, tantũ itineris, tantũ periculorum, per mare, per terras emenſi. Non multo poſt eam auxilia ferret Poloni in obſidione Pruiſlauię urbis ſub ditione Marchionis Brandeburgeniſ, Poloniũ quidam ſciens, quã grauiſ eſſet ſuę ditionis Chriſtianiſ, Ploſcouia egredientem, admiſſo equo infecta haſta perit, & gladio perſoſum extinxit, celeri curſu uin dicum manibus creptus. Cranzius lib. 8. Vandalie, c. 10.

IMPIETATIS OCCVLTATIO, PIETATIS SIMVLATIO.

Iudas Machabæus contra Gorgiam ducem Antiochi Epiphanis pugnans, clarã uictoriam adeptus, non paucos tamẽ ſuorum amiſit. Quoſ cum Iudæi poſtridie ſepelirent, inuenerunt ſub omnium mortuorum tunicis donaria laminiſ diũ conſecrata. Ex quõ omnibus perſpicuum fuit, hæc ob cauſam eos occubiſſe. Ad pieceſ igitur conuerſi, Dominum rogauerunt, ne ipſi propter id commiſſum peccatũ proſuſ deleterent: Iudas ſiſte cõſta, drachmarũ duo milia Hieroſolymã miſit ad ſacrificium pro peccato mortuorum procurandõ. 2. Mach. 12.

Eutropius ſcribit, **VLIANVM** Apoſtata religionem ſimul-

laſſe, antequã ad Imperium perueniſſet, & adoleſcentem adhuc, lectorem fuiſſe in ecclẽſia Nicomediẽſi: ſed munus illud legendi in Ecclẽſia ſacros libros magis geſſiſſe ſimulatiõne, ne ſcilicet Conſtãtius cum ob imperandi cupidinẽ (quẽ ei Maximus philoſophus inſillauerat) ſuſpectum haberet. Clãm poſt ledionem ſacrorum librorum, nihilominũs legit libros philoſophicos: ac paulõ poſt Athenas miſſus, philoſophos ſolos audiuit, ſemper in animo ſecum ueſans Imperium. Quã cogitatione mox per Helladã totam diſcurrit, uates reſponſa reddentes de imperio futuro conſulens.

APOSTATAE, QVI A RELIGIONE SVã, QVAM VERAM ESSE SCIUNT, OPINANTVR VE, DEFICIUNT. DESERTORES religionis.

Apoſtatae uocamus Deſectores, qui à uera religione deſciunt, per nequitiam & prauitatem: ut qui uero Dei cultũ reliſto, idola & demones ſequuntur. Ad quem locum Veneti quoque, & Magi, apud Chriſtianos; poſſent referri, qui diabolũ numinis loco adorant. Ceterum ſi in Apoſtatiſ incoſtantiam perpendã, ad apoſtatae, in deſectu ueritatis, pertinebunt: qui impietatiſ cauſa hic proprie locum habent. Vide Tit. Fructuſ Impietatiſ, Apoſtaſie, ne eadem ſint reſpetenda.

DESVVS. RELIGIONIS

CHAMVS, Noachi F. apoſtata à religione paternã. Sabellicus lib. 1. Ennead. 1.

ISRAELITÆ cum Moſi, qui iam XI diebus in monte Sina cum Domino fuerat, aliquid ſiniſtri accididiſſe ſuſpicarentur: nulla habita præcedentiũ Dei miraculorum rationẽ, Aaronem coegerunt, ut ſibi præituroſ deos faceret. Exodi 32.

Mortuo loſue filio Nun, **ISRAELITÆ** ſeruituroſ Baalim & Aſtaroth, ac reliquerũt Dominũ Deum patrum ſuorum. Iudicum 2.

ACHABVS Iſraelitarum rex, Hieroboamũ ſcleribus etiã ſuperatũ, & Baali templum Samarię extruxit, perſuaſus à Iezabele uxore, Sidoniorum regis filia. 3. Reg. 16.

ACHAZVS, Iothami F. Iudæorũ rex, à paternã religione deſciuit, & ſiliũm etiã ſuum per ignem traiecit, more gentium: deoſque Syrorum, ut iſ ueretur poſitũs, adorauit. Cum à Razine Syrorum & Peka Iſraelitarum rege obſideretur, Theglath phulaſſaris Aſſyriorum regis opem implorauit. Iſ Damascum cepit, & Razinẽ occidit. Achazus Damafci Aſſyrium conuenit, & animaduẽſã ſibi ara, miſit eius exemplar Vriã pontificẽ, & arã æneã in templo Domini amoueri, eiusq; loco Damafcenã ſubſtitui iuſſit. Omnia ornamenta è templo ſuſtulit, & tandem quoq; templũ clauſit. 4. Reg. 16. & Iofeſphus lib. 9. Antiq. c. 13. ex 2. Paral. 28.

MANASSE, Iaddi pontificis frater, inuidens fratri ſacerdotium, Iſachã Sinabalthi Samarię præfecti filiam duxit uxorem, ſoceriq; potentia ſectus, futurum arbitrabatur, ut dignitatem uel inuito fratre oblineret. Ceterũ tantũ abſuit, ut etiã à ſacris ſit populi conſenſu tanquã impius repulſus, quia alienigenam duxiſſet uxorem. Ea Manafſe iniuriã inſtructus ad ſocerem profugit, & apoſtata factus eſt. Sab. lib. 4. Ennead. 4.

ASINAVS & Anilæus textores primõ, poſt collectã manu pauperum iuuenum cum ſatrãpã Babylonie uiciſſent, ab Artabano Parthorum rege Babylonie præfecti, à patria Iudæorum religione deſcientes perierunt. Iofeſphus lib. 18. capite ultimo, Antiquitatum.

ANTIOCHVS Anuoclienus iuuenis, à Iudaismo deſiciens, Iudæorum cladiſ maximã apud Antiochiã auctor fuit. Cum enim populuſ concionaretur in foro, progreſſus in medium, patrem ſuum & ceteros Iudæos deſerebat, quaſi una nocte totam ciuitatem incendere ſtauiſſent: & uelut huius conſilij participes quõſdam hoſpites Iudæos tradidit. Quibus auditiſ, populuſ ſtatim eos qui traditi erant omnes in theatro concremauit. In reliquã uerõ multitudinem, ex inſinſtu eiũdem Antiochi, qui paganorũ ritu ſacrificare nolent, tanquam maniſtoſ inſidiatores creũ delicti ſaciuerunt. Iofeſphus lib. 7. c. 21. belli Iud.

AVILA Ponticus, ſub Hadriano à uanitatibus aſtrologiciſ ne Chriſtianiſ quidem factus abſtinuit. Ab ecclẽſia itaque proſcriptus, proſelytus factus eſt, & circumciſus, Hebraicę linguę operam dedit, & poſt LXXII Interpretes Biblia in Græcã linguã tradidit: id maximẽ ſtudent, ut omnia Prophetarum de Chriſto teſtimonia deprauaret. Epiphanius in lib. de Meſuriſ & ponderib;.

DEMAS Pauli coadiutor Romę fuit: ſed ad uomitũ reuerſus eſt. 2. Timõth. 4.

AMMONIVS Alexandrinũs, præceptor Origenis, fuit à puero Chriſtianiſ. Poſt uerõ ad philoſophiam ſe conuertit, deſerta fide orthodoxa Rauifiſus.

AVRELIANVS q̃ Galieno ſucceſſit, anno DCLXXIII, tantũ ab eſt, ut iniquus iſ aut inimicus Chriſtianiſ fuerit, ut ſuam etiã poſtremã, & frequentiffimã contra Paulum ſamofatẽntũ Iuodo Antiochię auctoritatẽ interpoſuerit: & ſamofatẽntum de Ecclẽſia cedere nolentem, exire cõpulerit: ut Eufebius narrat lib. 7. cap. 36. Attamen cum natura barbarus & ſanguinarius eſſet, ut Eutropiuſ ſcripſit, ad eũ nec à proprie ſororis filij cæde abſtineret: alienus tandẽ à Chriſtianiſ factus, perſecutionem in eos mouere propoſuit. Eufebius, & Platina.

ECEBOLIVS Conſtantinopolitanũs ſophiſta, cum imperatorũ ſe ingentiſ accõmmo daret, uehementer Chriſtianiſ eſſe ſe ſimulauerat: ſub Iuliano uerõ apoſtata truculentus gentiliſ apparuit, ac ruruſ poſt Iulianũ Chriſtianiſ eſſe uoluit. Etenim ante portã oratorij ſe ipſe pronũm in terram proiciẽs, clamauit: Calcatẽ me, ſalem inſpidum. Ad hunc modũ leuiſ & mobilis Ecebolius & ante & poſt Iulianũ fuit. Socrates lib. 3. hiſt. Ecclẽſ. c. 13. & Suidas.

VLIANVS Imp. à Libanio rhetore ita inſtitutus eſt, ut prætermiſſa ueritatis cognitionẽ, puerilem animũ ad antiquorum credulitatẽm flexeret: quamuis Conſtãtius pater, hoc ſuſpicatus, interdiſſet, ne à Libanio erudiretur: priũs ab Ecebolio ſophiſta tunc Chriſtiano, à Mardonio & Nicole grammatico inſtitutus. Ob id Apoſtata quaſi præuicacior dictus. Mercurium cunctis præpoſuit: & in uexillis publicis, abſoluto ueteri Conſtãtini crucis ſimulachro, Iouem pingebat, quaſi de cœlo ſibi coronã & purpurã deferẽtem: Mercurium & Maitẽ in ſe reſpicientes, ueluti teſtes ſapientiã ſuã ac fortitudinẽ. Præterea contra Chriſtianiſ librum edidit, quem argutiſſimẽ Cyriluſ præſul Alexandrinũs conſutauit. Eutropiuſ.

VALENS Imp. ab ea ſententiã & conſtãtia, quam ſub Iuliano Imp. cum fratre Valentiniano in confeſſione oſtẽderat, imperio ſuſcepto deſecit. Ac primũm uerõ Arrianiſ factus eſt, perſuaſione uxoris ſuę, quã Arriani dogmatiſ laqueiſ prior irretita fuerat. Huc acceſſit, quõd ab Eudoxio Conſtãtinopolitanõ epifcopo Arriano baptizatus fuerat: cuius religionis zelõ deinceps ſemper duci exiſtimatus eſt.

h h h h z Eudo-

rum offerarum memor, quas sempiterna obliuione de-
se uideri uolebat. Aemilius lib. 2.

CHILPERICVS Francorum rex, homo fuit plane Epicureus
& ab eo. Vxor plures habuit, quarum unam repudiavit,
alteram occidi iussit. Ecclesias spoliavit, regionum & urbium
in incendiis & euersionibus delectatus est, misericordie paupe-
res contempsit, subditos intolerabilibus exspilationibus opp-
ressit. Sigebertum fratrem suum omni genere afflixit. Hinc
non immerito Neronem cum, & Herodem sua ætatis uo-
cat Gregorius Turonensis: tum alias, tum præsertim lib. 5.
cap. 23. Historiarum, & lib. 6. cap. 46. Paulus Diaconus de ge-
stis Longobardorum lib. 3. cap. 4. Tandem à Fredegundâ
uxore ad uillam Calensem per sciscarium necatus est. Turon-
ensis lib. 4. cap. 27. & lib. 5. cap. 34. Regino lib. 1.

CVLIELMVS Ruffus, cum primùm Anglorum regnū suscep-
set, ab omnibus nefariis sceleribus regni initiū auspiciatus
est, facillè ecclesiam Christi multis afflictiis contumeliis,
prouentibusq; eam omnibus spoliatis: Monasteria item,
quæ uenerationem impedire suam caufabatur, partim clam, par-
tim publicè interimens. Anselmum Cantuariensem Ar-
chiepiscopum, quòd leuiter eum corripere ausus esset, Ro-
mam in exilium misit; non ferens ullum animæ salutis mo-
nitorem. Tandem in nouo saltu, quem dirutus qua draginta
monasteriis auixerat, feras persequens, incautè in telum em-
missum incurrens, uiolatè religioni poenas dedit. Hector
Boethius lib. 12.

BARBARA Sigismundi Imp. uxor, ex Cilie Comitum fami-
lia, in domita libidinis mulier, inter adulteros publicè uitâ
duxit, prostitutoq; pudore uiros sapius petiit quam petere
tunc. Ab omni religione destituta, superos ac inferos esse ne-
gabatur religiofas ancillas, ieiuniis aut orationi rebuq; diu-
nis in tentas, grauius increpabat, nullis asseuerans molestias
ac inedia corpus esse macerandum, imò laudè pascendū,
in deliciis & uoluptatibus alendum, & post mortem, quum
nihil superstiti, nullam deorum animorumque curam esse
subeundam: Bonifinius libro 7. Decadis 3. & Aeneas Syl-
uius capite, 59. historiæ Boemæ. Hinc, mortuo marito,
cum à uiris matronisq; que honestioribus turtur auis propo-
neretur, quæ marito mortuo iterum nubere nesciret, abster-
so omni pudore, solita fuit respondere: Et quid mihi cum a-
nie monticola & solitaria? Cur non potius columbas & pas-
seres domi ob oculos quotidiè obuerfantes mihi proponi

tis? quarum auium oscula & amores nunquam cessant. Du-
brauius libro 28.

Silestæ Dux BVLCO Opolienfis, Glogouie residens, deliciis
ac uoluptatibus deditus, usq; ad eum infaniuit, ut neque su-
peros esse diceret, animalq; cum corporibus simul profusus
interire putaret. Ecclesiam uel nunquam, uel ratò ingressus
est: sacramentis Christianis profusus abstinuit. Vxor, cum
sibi tædio esset relicta; alteram superduxit. Quæ ne pellex
appellari posset, non nisi per solennia matrimonij coniu-
gi uoluit. Aeneas Syllius cap. 24. Europæ.

PRIVATI QVIVIS.

Describit Homerus uitam Cyclopicam Odyssæ lib. 9. sub per-
sonâ POLYPHEMI:

*Νηπιον ει ο εστιν η τρολον εληλυθως,
Ορ μηδεις κλησει η θεωδερην η αλταωδ.
Οι γδ κωλοπαις θεις εγγυρον αλτρωνιν,
Ουδεις δειτ ρε κωκωιν.* id est,

Desipis, aut cerè longinquis hospes ab oris
Hic ades, ut qui me iubeas, cuiâc moueri,
Sive timore deam. neq; enim cyclopica turba
Curamus summum me Iouem diuofite beatos.

Homeri æmulus Euripides Cycloperum hoc pacto loquen-
tem facit:

*Ζηδεις δ' εγδ κωκωιν η φηλοσω θεις,
Ουδεις οιδ' ην ζεις ις' ημυ κωκωιν θεις.* id est,

Atqui hospes ego fulmen Iouis non horreo,
Neq; me Iouem præstantiorem habeo deum.

Erasmus in Adagijs.

DIAGONORAS Melus, capta Melo uixit Athenis, & Athenien-
sum sacrorum mysteria usque ad eò contempsit, ut complu-
reis auerterit à religione, deterrueritq; ne iam uellent initia
ri. Præterea arcana illa mysteria, quæ nefas est prophans ex-
dere, ille in uulgus extulit, modis omnib. irridens. Quas ob-
res ab Atheniensibus proscriptus est, eamq; profectione
palam in ærea columna posuerunt, addito præmij loco, ta-
lento, si quis hominè occidisset: si quis uiuum adduxisset,
duobus. Meminit huius Aristophanes in Aulis,

*Ηι απροσθετις τις ηρωδ' διαγορον τον μηλον,
Αμυθωνιν φηλοσων Ιω τε των τυραννων τις πια
Των τιθικωτων απροσθετιη.* id est,

Si quis è uobis Diagonoram Melium interfecerit,
Præmium feret talentum: siq; quis quem è mortuis
Intererent tyrannus. Erasmus in Adagijs.

IMPIETATIS FINIS. VEL

PROPRIVS.

Huc illi, qui odio Dei absq; fructu laborant.

IMPROPRIVS. PVTA

SANITAS.

QVÏDAM longa ægitudine confectus, à fortilegis mulierib-
us, si suæ salutis consultum uellet, rebaptizari iussus est.
Quarum consiliū etiam secutus scribitur in epistola Ale-
xandri tertij.

DIGNITATIS RECEPTIO.

THEOPHILVS, quidam in Cilicie quadâ ciuitate diaconus,
remotus ab officio, magi cuiusdam Hebræi suauis, diabolo
sefe literis scriptis mancipar, promiseratq; se Christi ab-
negaturum esse. Recepta dignitate agnoscere peccatū cœ-
pit, & coram episcopo ac tota ecclesia poenitentiam suam
declarauit. Die qua dragesimo dormienti uirgo Dei mater
apparens, dimissum illi peccatum nunciavit. Somno exci-
tatus, chirographum suum iuxta iacentem reperit, & pecca-
tum suum, Deiq; erga se misericordiam cunctis audientib.
publicè enarrans, die tertio uita defunctus, etiam miraculis

IMPIETATIS ACCIDENTIA. NIMIRVM

CONSTANTIA.

Hadrïanus Cæsar cogitauit Christum inter deos recipere, &
tèplâ sine simulacris, in omnib. ciuitatib. quæ Christo dica-
rentur, extrui iussit: quæ iccirco, q' numina non habebant,
Hadrïani, usq; ad Constantinū, dicta sunt. Sed Hadrïanus à
propòsito deterret' est per SACRIFICIOS & PHILOS-
OPHOS, qui in fatis esse dicebant, si hoc faceret, deorum
religionem cum Rom. Imperij maiestate interituram, & om-
nes Christianos futuros, cæteris templis desertis. Auenti-
nus lib. 2. Annalium Boiorum.

An. 368. V Idus Octobris, terræmotu in Bithynia factò, urbs Ni-
cæna pro cubuit. Quo prodigio Eudoxius episcopus Con-
stantinopolitanus Arriani, & Valens Imp. haudquaquam
exterriti, acerbè saeuire in eos, qui à se in fide dissentiebant,
perreuerunt: cum plurimos episcopos exegissent: Basilium
tamen Cæsaræ, & Gregorium Nazianz' episcopos ex

Cappadocia, & Athanasium Alexandriæ non attigerunt,
homines pietate atq; eruditione inter cæteros eminentes.
Sigonius lib. 7. Imp. occid.

ALACRITAS, STVDIVM.

Permiserat IVDÆVS Iulianus Apostata, ut templum Hiero-
solymitanum restaurarent. Conferunt eò illi omne studium,
omnemq; opulentiam, uiri, mulieres, pueri. Cyrillus Hiero-
solymorum episcopus, pios Christi uaticinio cõsolabatur.
Ruderibus amotis, cum ad templi euersi fundamenta per-
uenissent, terræmotus nocturnus eâ euerit. Mane cum per-
tinaces Iudæi etiam fundamenta restaurare niterentur: i-
gnis coelitus sue ex ipsis fundamentis emicans, instrumen-
ta omnia cum operis absumsit: nocturne in celo crucis si-
gnum effulsit, & uictibus Iudæorum cruceis attri coloris nul-
la arte eluibilis inhaere. Iudæi re infecta turpiter discesse-
re. Et tum demum uidetur Christi ora culum completum,
lapidem

lapidem non remansurum super lapidem: Ruffinus libro 1.
capite 28. Socrates lib. 3. cap. 22. Theodor. lib. 3. cap. 20. So-
zomenus lib. 3. cap. 22. Zonaras, Niceph. lib. 10. cap. 32. & a-
lij. Gregorius Nazianzenus, oratione secunda in Iulianum,
suo tempore quosdam huius miraculi spectatores &
mystra scribit ostendisse uestimenta, quæ crucis fuissent
signata notis.

FRVCTVS

IDOLOLATRIÆ, MAGIÆ.

ISRAELITÆ idolis seruientes, à tyrannis uicinarum gentiū
grauiter afflicti fuere, testante libro Iudicum.

Ob idololatriam ACHABI regis Helias Thesbites uates fã-
mem per triennium integrum duraturam ex sterilitate ni-
mia minatus est, neque cessaturam, nisi ex præscripto suo.
3. Regum 17.

ACHAVS rex, scelere quàm regno insignior, impietatis fug-
penam facco & icinuo humilitati distulit: posteros. Il-
lo defuncto, Ochozias filius cecidit per cancellos cõnacu-
li, & mortuus est. Ioram filius à Iehu fãgita percussus peri-
it. Iezabelem uxorem ui de fenestra præcipitatem, equorū
ungula contriuerunt, contrariam dilacerauerunt frustatim
canes, reliqui 70 filij in Samaria occisi sunt. Et qui in Iezra-
el de domo eius erant, omnes Iehu regnante intertemti, &
omne profusus genus Achabi interfectione sublatum. Ieu-
nauit, & usq; ad tertium regni successorem ea familia dilã-
ta est clades. Marul. lib. 4. cap. 1.

Quãdiu ISRAELITÆ RVM reges cū populo pariter uitulos
aureos adorabant, & habebant in impietate consensum, nō
uenerit captiuitas. Extremus rex decem tribuum fuit Ofese: de
quo scriptum est, quòd fecerit quidem malū in conspectu
Domini, sed non sicut reges Israel, qui fuerunt ante eum:
cuius nomo anno Salmanaasar rex Assyriorum cepit popu-
lum Israel, & eduxit eos in Assyriã, & habitare fecit iuxta
flumen Gozan in ciuitatibus Medorum. Quaritur ergo,
quare sub pessimis regibus capti nō fuerint, sed sub eo qui
exceperat ex parte aliqua ad meliora conuertit? Ad quòd hæc
inferunt. Excusabat se primū populus & dicebat, regum
paremus imperijs, nec possumus eorum resistere tyrannidi:
colimus uitulos quos adorare compellimur. Quaritur autem
Ofese ab eodem rege præceptum est, ne tanto studio
uituli coleretur, sed qui uellet, iret in Hierusalem, & in tem-
plo sacrificaret deo: huic, aiunt, sententiæ populus contra-
dixit. Hieron. lib. 2. com. in Ofes. cap. 10.

In facris scriptum est MANASSEM fuis excedendis scelerib.
prouocasse Deum, atq; subiicitur eum fuisse magum, & cõ-
uentionem cum diabolis iniussit: itaq; spoliatum fuisse re-
gnò, & numella in carcere fuisse coërcitum. Et quamuis eū
postea poenituerit, eo tamen extincto post annos quinqua-
ginta Hieremie dixit Deus, Igne & cedibus delebo istud op-
pidum propter execrabilia scelera Manassis Regis. De loco
uerò Tophet, ubi Sathanæ sacrificauerat, dicitur is fore lo-
cus cædium, ad hinc dicitur iræ diuinæ (uti contigit) exercẽ-
dam. Bodinus in consuet. opinio num Vieri.

CVTHAI ab Assyriorum rege Salmanaasare in colidiam Sa-
mariam deducti in locum Israhelitarum abductorum, pro-
pèter cultum patriorum deorum in terra Israhelitarum à leo-
nibus insectati fuere. 4. Reg. 17. & Ioseph. lib. 9. cap. 15. Antiq.
MAGOS hæc opes suis artibus, nec uoluptates, nec honore,
nec scientiam adipisci, sed modos solum faciendi res tur-
pes nefariaq; ad quas eos Sathanas perducit, inuenire coh-
stat. Atque hanc illam mercedem esse quam reportant in
hoc mundo, quòd Diabolus cogit eos ut Deo renuntient,
se adoret, & posteriora sibi figura hirci aut turpis alterius
animalis osculentur, & quòd quietis loco mancipia sua ex-
portat noctu ad scelera horrenda perpetranda. Bodinus
lib. 4. Damonóm. cap. 1.

BLASPHEMIÆ.

Blasphemus ANTIOCHVS Epiphanes rex insanabili & in-
uicibili plaga percussus est. 2. Mach. 9.

PERSA quidam regulus in obfidione Theodosiopolis sub
duce Gororane, eū ad inenia accedens, ne templis quidẽ
se paraturum dixisset, multa que alia uerba impia sparsisset:
Eunomius episcopus tormentum in deum dirigi iussit, in
Dei, quem blasphemarat, nomine. Quo ita regulus commi-
natus fuit, ut Persæ præ terrore obfidionem soluerint.

PHRECYDES Syrius miserimè omnium hominum uitam
exegit, toto suo corpore à pediculis exeso atque consum-
to. Et cum fœda turpitiq; facies euassisset, abstinuit à confor-
tio familiarium, & eos fugiebat: si uerò quis accederet, &
interrogaret, Quomodo haberet? per foramen inane digi-
to; qui profusus emarcuerat, extenso respòdit, ita totum cor-
pus suum habere. Dicunt autem Delicenses, deum in Delo
ira commotum & indignatione, hunc e morbum inieci-
se. Nam cum quodam tempore sederet cum discipulis suis,

tum alia multa de propria sapientia iactitauit, tum præci-
puè illud, quòd etiam si nulli deo rem sacram faceret, nihilo
iniucundiùs neq; tristius uitam ageret, quàm qui hecatom
bas sacrificarent. Aelian. de Var. hist. lib. 4.

IMPIETATIS IN DEOS.

TANTALI impietas fabulosis apud inferos supplicijs expia-
tur. Sic in Thyeste Seneca:

Exceptus gladio paruulus impius
Dum currit patrium natus ad osculum
Immatuta foci uictima concidit;
Diuisulq; tta est, Tantale, dextera;
Menfas ut strueres hospitibus diis,
Hos æternâ famas persequitur cibos,
Os æterna sitit, nec dapibus feris
Decerni potuit pena decentior.

ORPHEVM inquit cum ad inferos descendisset, ibi deorū
omnium laudes cecinisse, præterquam Liberi patris, quum
per obliuionem prætermisit. Quare iratus Dionysus, furo-
rem suis Bacchis immisit, à quibus apud Hebrum fluuium
fuit discerpitus. Natalis Comes Mythol. lib. 7. cap. 14.

HYPOCRISEOS.

IACOBUS Bullularius, monachus Augustinianus, urbi Papi-
ensi à Io. Montisferrati Marchione præfectus, tum factis ad
bonitatem morib. tum facundia magnitudine rem Papien-
sem ita in potestate suam redegit, ut eum propheta parcsq;
omnium, & uerus dominus à ciuib. coleretur. Pecunia, ar-
mis fideq; ciuium adiutum, uix quarto anno fame Galea-
cius Vicecomes an. 1354. domuit: captum Verceilis in fer-
rea cauea detinuit. Fulg. lib. 1. cap. 1.

PERIVRII.

In D. Laudi æde crux in Andibus summa religioe & GALLIS
colitur. Per uerus opinio tenet, qui ad eam conceptis uer-
bis peccarint, intra annum uerentem pessimo letho occi-
bere. Ea caeremonia Ludouicus XI. rex Comit' Cõuenati
fidem in metu demendo diuinxit: simul ad eandem cruce
nullo non die; quos commodum erat, iureiurando adige-
bat. Aemilius lib. 10. Francorum.

In D. per aquam Sandaricinæ, quæ apud Magos è fonte ma-
nabat, maximū iusturandū æstimarunt, ita ut deierates gra-
ui nexu & certissimo exitio tenerentur. Alex. lib. 5. cap. 10.
Annis Olachas in BITHYNIA Briazum alluit (hoc est & tẽ-
plo & deo nomen) cuius gurgite periturū notantur pati ue-
lut flammam urentem. Plin. lib. 31. cap. 1.

In ARCADIA apud aquam Stygem (quæ è petra manabat,
præfentissimi uentis) ad Nonacrim, fraus & perfidia deieratã
tium extremi discriminis erat. Alex. lib. 5. cap. 10.
Ad Palæmonis speluncam in CORINTHO, nemo duceba-
tur, qui non grauißimas inde sui perituri poenas reporta-
ret. Ibidem.

In templo Neptuni, quod est in Isthmo CORINTHIACO,
intra templi septum est Portuni sedes, & cella, quod Pen-
trale appellant: a ditus est ad eam subterraneus: ibi Portu-
num latere aiunt: ac si quis uel quis, uel hospes eo in loco
peccarit, quin perituri poenas det, effugere nulla ratione
queat. Pausanias in Corinthiacis.

Mira erant Palici stagna in SICILIA, iuxta Symethum ainne:
ubi tabellæ iuramenti ueri innatabant, falsi mergebantur.
Illis morientibus semper, qui falsum iurantes, in eis se laus-
sent: contra autem uera iurantes, nulla in parte lædebat.
Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 10. ex Aristotele, qui fontem hunc
Acadinum uocat. De his sic Diodorus: In templo, inquit, de-
arum Palicarum in SICILIA crateres quosdam conspici
aiunt (Dellos uocant) magnitudine haud profusus modum
excedenti, uerum profunditatis inenarrabilis: ex qua scin-
tillas imimensi incendij interdum erumpere, aliàs feruentẽ
inde aquam extumescere, & eructari. Sulphuris odorem læ-
rè aqua abundeq; fumans emittit: neque super effunditur,
neq; subsistit aqua, impetumq; & uim expulsi fluctus in ex-
cellum sublata ferre uidetur obstupescendam. Cùm itaque
tam diuino spectaculo, tamq; arcatis miraculis, perinde ac
quodam habitatum numine, templum illud cunctis passim
habeatur admirationi, sanctissima per ipsum, summeq; ob-
stricta religioni iuramenta depromi solent, explorariq; fi-
des & integritas dictorum. Periueros illò descendentes illi-
cò deus ultor supplicio repentinò corripit. Nam nonnul-
los templo comperitum est discessisse, luminibus ob peri-
urium excæcatis. Diod. lib. 11. Eapropter Verg. in 9. Aen. im-
placabilem Palicum uocat. Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 19.
ex Aeschylj Aetna, ex Callia lib. 7. de rebus Siculis, & Pole-
mone de rebus admirandis Siciliæ.

In SARDINIA quosdam aquarū scaturigines esse legimus,
in quibus si perituri immergerentur, cæcitate admissum faci-
nus lucenti autem qui benè iurassent, incolum fama cla-
rius cernerent. Alex. lib. 5. cap. 10.

Iuxta TYANA Mons erat Ioui sacer frigidissimus: qui cū ca-
teris foret innoxius, perituri solum, pustulas liuentes & u-
micas

micas faciebat calamitosissimas. Idem, ex Philostrato.
GODVINVS, Cantianorum comes, Anglis, mortuo Canuto
111. Alfredum, Etheldredi regis uxoris, reuocantibus, i-

SOLOMONI regi, eo quod in gratiam suarum mulierum
peregrinos deos secutus esset, praedixit Achias Silonius ua-

IVDAI sub Roboamo rege ad idola deflexerunt, & omnium
gentium scelerebus sese obstrinxerunt, ita ut effeminati quo-

HEROBOAMVS Israelitarum rex, cum ad idololatriam de-
cem tribus adduxisset, & duos vitulos aureos adorandos

IORAMVS Iudaeorum rex, cum sex fratribus interfecisset Iude-
os quosq; ad idololatriam cogere; Domini insinatu Idu-

PARISALIGIO OZIAS constitutus, cum regiae opes affluerent,
floretiq; ut si quando alia Iudaeorum quicquam, otio &

OB IDEM scelus OCHONIAS, Samaritae rex, de palatii fene-
stris cecidisse creditur, atq; ex eo casu sacrilegam animam

MANASSE Iudaeorum rex, propter idololatriam captiuus
Babylonem abductus fuit. Poenitens tamen regno restitutus

AMON patri in regno succedens, homo scelestus, cum non
penitentiam, sed flagitia patris imitatus, deos stercoreos

ISRAELITAE decem tribuum, cum rege Osea, a Salmanasse-
re Assyriorum rege in Mediam captiui abducti propter ido-

CUM IOAS Iudaeorum rex, mortuo Ioia da pontifice sancti-
simo, ad idola deflexisset ab Hazaele Syriae rege praelio ui-

IOAHASVS Iehu F. Israelitarum rex, propter idololatriam
ab Hazaele Syriae rege miserè tractatus est, ad eum ex nu-

AMASIAS Iosae Iudaeorum rex, cum Domino relicto Syrorum
deos a se uisitorum adoraret; praedixit ei propheta excidium.

AMASIAS Iosae Iudaeorum rex, cum Domino relicto Syrorum
deos a se uisitorum adoraret; praedixit ei propheta excidium.

IGITUR cum Ioam Israelitarum regem bello tentasset, ab eo ca-
ptus est, & Hierosolymorum muri diruti. Ipse tandem La-

chis a coniuratis interfectus. 2. Paralip. 23. & 4. Regum 14.

IOSIAE regis sanctissimi degener F. IOACHAZVS, cum idola
coleret, anno regni tertio a Pharaone Necho, a quo Iosias
in praelio occisus fuerat, captus, & in Aegyptum abductus,

SIMONIS pontificis filii duo, defuncto Ochia postquam fratre,
IASVS siue Iason, & ONIAS siue Menelaus, de pontifica-
tu Hierosolymitano inter se pugnarunt, non animis tantum

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

BULGARORUM regis Trebelli FELIXVS, qui primus Chri-
stianam religionem amplexus fuerat) monasticum uitae ge-

IMP. acerbè tortus, cum se ille Christianum non esse fate-
retur, dimissus est. Mox autem cum ad aram sacrificasset, de

Sub Iuliano apostata HERO Aegyptius episcopus cum a pi-
etate defecisset, repentina putredine totum corpus depa-

IOULIANI Imp. THESAURARIVS, cum in gratiam Imp. a fide
defecisset, sanguine ex toto corpore per os emisso (conspi-

EDUINO Northumbroreum rege impio a Cadouallone Britan-
norum & Penda Merciorum regibus caeso, diuiso in duo

EDUINO illic regnauerat, impij regis filij, ea Eugenij Sco-
torum regis intercessione obtinuerat. Reuersi subinde ad

EDUINO illic regnauerat, impij regis filij, ea Eugenij Sco-
torum regis intercessione obtinuerat. Reuersi subinde ad

EDUINO illic regnauerat, impij regis filij, ea Eugenij Sco-
torum regis intercessione obtinuerat. Reuersi subinde ad

EDUINO illic regnauerat, impij regis filij, ea Eugenij Sco-
torum regis intercessione obtinuerat. Reuersi subinde ad

EDUINO illic regnauerat, impij regis filij, ea Eugenij Sco-
torum regis intercessione obtinuerat. Reuersi subinde ad

EDUINO illic regnauerat, impij regis filij, ea Eugenij Sco-
torum regis intercessione obtinuerat. Reuersi subinde ad

EDUINO illic regnauerat, impij regis filij, ea Eugenij Sco-
torum regis intercessione obtinuerat. Reuersi subinde ad

EDUINO illic regnauerat, impij regis filij, ea Eugenij Sco-
torum regis intercessione obtinuerat. Reuersi subinde ad

EDUINO illic regnauerat, impij regis filij, ea Eugenij Sco-
torum regis intercessione obtinuerat. Reuersi subinde ad

EDUINO illic regnauerat, impij regis filij, ea Eugenij Sco-
torum regis intercessione obtinuerat. Reuersi subinde ad

EDUINO illic regnauerat, impij regis filij, ea Eugenij Sco-
torum regis intercessione obtinuerat. Reuersi subinde ad

phis, iussit uelut castra circumiri, ne quid intenterent hostes.
Videntes hanc regis diligentiam Iulianenses, ex tempore
confilium mutauit. Quidam ex eis manebat, cum Danicæ

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

MO RAVI qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi co-
uerfi, spe recuperandae libertatis pristinae arma capiunt: ad

piis hortatibus mollescere prorsus nequeant, eos Domi-
nus anathemate uidetur execrare, dicens: Quicumque non
repperit uos, neq; audierit sermones uestrorum, exeuntes fo-
ras de domo uel ciuitate, excutite puluerem de pedibus ue-

SO C I E T A T I S, S Y S C E P T I O N I S, D E -
F E N S I O N I S I M P I O R V M.

ANTIOCHIA quia sedes plerumq; fuit & receptaculum hæ-
reticorum, ideo sæpe diuinitus puniuit. Anno Iuliani 7.
partim caelesti conflagratione, partim terramotu cum suo

G I S Y L P H V S Longobardorum rex, ob studium præposterè
pacis, in suo regno tum Arianis, tum orthodoxis ecclesiis
suas concedebat. Eum Auarum dux Caianus, nulla iniuria

V O R T I G E R N V S Britannorum, Hengisti Saxonum du-
cis felici opera Scotorum & Pictorum armis repressus, quid-
uis Hengisto indulset: sacra ethnico ritu facere permisit: Ro-

A R N V L P H V M Imp. ferunt nonnulli à Deo phœnitici crucia-
tum, quod Vngaris, genti crudeli, aperuerit claustra in Ger-
maniam: ut illorum ope Morauos conuincas sub iugum

S O R O R Kenelmi regis Merciorum, quæ fuerat auctor illius
caedis, cum finis deduceretur, Psalmum 109. Deus laudem
meam, nescio quo præstigio nequitiæ, retro gradè recitans,

S A C R O R V M P R O F A N A T O R V M.

Euripides in Bacchis Cadmi filias, sororesq; Semelès, quæ Di-
onyfium educauerant, PENTHEVM sacra Bacchi ex arbo-
re spectantem discerpisse scribit, & commemorat quas

Cabrorum Thebanorum (qui Cererem colebant) religiones
qui uiolassent, inexpiabilis sceleris poenam effugere nõ po-
tuisse, euentu compertum est. Nam quæ Thebis fierent sa-

S A C R I L E G I I.

EBERVLPHVS, Chilperici regis cubicularius, spoliavit ec-
clesias, pulsauit ministros, occidit infantes, pœcudibus suis
agros & uineas subditorum publicauit. At mortuo Chilpe-

EBERVLPHVS Chilperici regis Francorum legatus, qui Tu-
ronensem ecclesiã miserè uassauit, regio morbo correptus,
anno sequenti Pictauum profectus, ut contra ciues inquir-

EBERVLPHVS Chilperici regis Francorum legatus, qui Tu-
ronensem ecclesiã miserè uassauit, regio morbo correptus,
anno sequenti Pictauum profectus, ut contra ciues inquir-

EBERVLPHVS Chilperici regis Francorum legatus, qui Tu-
ronensem ecclesiã miserè uassauit, regio morbo correptus,
anno sequenti Pictauum profectus, ut contra ciues inquir-

EBERVLPHVS Chilperici regis Francorum legatus, qui Tu-
ronensem ecclesiã miserè uassauit, regio morbo correptus,
anno sequenti Pictauum profectus, ut contra ciues inquir-

EBERVLPHVS Chilperici regis Francorum legatus, qui Tu-
ronensem ecclesiã miserè uassauit, regio morbo correptus,
anno sequenti Pictauum profectus, ut contra ciues inquir-

EBERVLPHVS Chilperici regis Francorum legatus, qui Tu-
ronensem ecclesiã miserè uassauit, regio morbo correptus,
anno sequenti Pictauum profectus, ut contra ciues inquir-

EBERVLPHVS Chilperici regis Francorum legatus, qui Tu-
ronensem ecclesiã miserè uassauit, regio morbo correptus,
anno sequenti Pictauum profectus, ut contra ciues inquir-

EBERVLPHVS Chilperici regis Francorum legatus, qui Tu-
ronensem ecclesiã miserè uassauit, regio morbo correptus,
anno sequenti Pictauum profectus, ut contra ciues inquir-

incensis ecclesiis, sacerdotes ad aras trucidabant. At subita tempestas, à femicremis ecclesiarum relictis scindulas eleuās, eas in ora paganorum rotauit: ita dum fugæ prædium quæ- runt, partim in fluitina precipitati, partim à ciuibus truci- dau sunt. Cranz. lib. 3. cap. 2. Metrop.

Cum FRIDERICVS II. Imp. Petrum de Vineis secretarium ex odio aduersus Alexandrum III. Pp. excauasset certis de causis: motus postea pœnitentia, adiecit eum in secretis consilium. Cumque semel Imp. angustia rei pecuniaræ Pif- sis premeretur, consuluit ei Petrus, vires Ecclesiæ fuisset op- pibus conterendas, constanti esse ad usum belli ecclesia- rum omnia ornamenta aurea atque argentea, inter quæ zo- na templi cingens mirabilis erat. Placuit consilium Fride- rico, & spoliis ecclesiarum exercitum parauit. Tum Petrus, Imperator, inquit, iniuriam abs te iniuncti mihi illatam ul- tus sum. Tu tibi hominum odia comparasti, ego tibi Deum ex sacrolegio reddidi inimicum. Omnia tibi deinceps in de- terius cadent. Poggius in Facetiis.

POMERANVS Poloniam uastans, Spicimirum uicum de improbitate inuaserunt, & spoliarunt. Ferunt, Pomeranos om- nes, quicunq; Aethiopianum & sacra templi uasa at- tigitissent, domum reuersos, cum libens, coniugibus, pro- pinquis atque domesticis familiis, uel comitali morbo correptos ad parietes & saxa se allisisse: uel in amentiam uentos partim mutuis cædibus concidisse, partim dentibus & unguibus in seipos saeuisse. Hoc malo igitur percussis, causaque mali notata, Archidiaconum cum sacris uasis & omni instrumento templi Spicimiriensis conquisito, domū remiserunt. Cromerus lib. 5.

ARTABVS Persa, Pharnacis F. à Mardonio LX millibus præfectus, cum in templum Neptuni, & in eius simulacrum, quod est in suburbanis Potidae, impius fuisset: in obfidio- ne urbis, æstu maris uexatus, & obfidione soluere co- actus, cum in Pallena cum exercitu concederet, æstuatione maris magnam copiarum partem amisit. Herod. lib. 8.

SAMBIVS quispiam Eleus unā cum sociis aliquot, nō pau- cas apud Olympia æreas statuas condidit uendiditque. De inde maiora etiam ausus, Dianæ prædium templum diripu- it. Est enim illius in Elide templum, quod Aristarcheum no- minant. At ille mox comprehensus, dum socios prodere re- cutat, animum perpetuum exquisitis cruciatibus dilacera- tus est, inter quos etiam animam efflauit. Atque hinc uul- go nata parœmia, Grauiora Sambico patitur. Plutarchus in problem. Græcicis.

Cum HIMILCO Carthaginensium dux Syracusas obside- ret, tota reliqua Sicilia ferè subacta, ut cætera unā templa, sic Ceteris quoque & Prosperina fanum diripiuit. Mox autem res eius in peius cedete, cuncta fieri deteriora coepit: cū- que deinde Dionysio paulatim audacia crederet, crebris- que lacessere excursibus, & eruptionibus leuibis con- ferere manus assueceret, ex omni semper congressu Syra- cusi superiores redibant. Excitabantur etiam crebro per- stationem medio noctis silentio uani tumultus inter mili- tes, subitiq; terrores, quibus ad arma frustra, causa quæ id moueret incompetita, correbat, miscebanturque trepidan- tionibus castra, perinde ac hostes uallo irrumpere cœne- rent. Pestilentia in loco palustri feruentissima ætate obsi- dentes inuasit Afros, quæ ad CL millia absumit. Ea oca- sione usus Dionysius, classim illorum incendit, & ad eam necessitatem redegit, ut CCC talentorum mercede sibi & Carthaginensibus tutum abitu, relictis & proditiis sociis, à tyranno mercari cogeretur. In patriam reuersus, exposi- tam opprobrio omnium uitam egit, eoque infelicitatis processit, ut in tenuissima tunica suam arguens impieta- tem, confessamque scelerum in deos pœnam numini exhi- bens, urbis templa circuitet. Denique desperans, mortem sibi ipse conscium, ingentem uiolatæ religionis formidine ciuibus relinquens. Defecerunt enim ab illis socij, & exerci- tu CCC millium coacto, Tunetum occuparunt, Carthaginen- ses ad prælium prouocantes. Carthaginenses cum antea neque Prosperina neque Cereri sacra fecissent, insigniores quoque ciues sacris horum præfere: cumque omni ueneratione inter deos acceptis sacra Græco ritu peregre- re, defectosque & Græcis, qui apud eos erant, gratiosissimos quoque deorum cultui præposuere: postea & templa con- struere. Dio dorus lib. 14.

PERSECUTIONIS ERGA SACROS HOMINES.

ANNAM, CAYPHAM cæterosque Pontifices, Scribas & Phariseos, qui persecutionem contra Christum & creden- tes in eum, uel mouerant, uel adiuerant, graues uarias- que pœnas Deo dedisse, Nicephorus libro secundo, capi- tulo. asseuerat. Fuerunt autem priuata calamitates, quod subinde Pontifices ab impijs regibus dignitate deieci, ac facultatibus spoliati sunt. Deinde publica, quod crudelita-

te Ethnicorum præfectorum & bellis uehementèr oppres- si sunt. Tandem miserabiliter & funditis sunt per Vespasia- num ac Titum delecti.

HERODES, Antipatri F. qui pueros innocentes occidit, pœnam impietatis suæ dedit. Nam lento calore uiscera torrebantur: bulimus aderat insignis: colico colore cruci- abatur. Pedes tumebant, ex pudendis uermiculis scaturie- bant cum tentigine molestissima, & feotore grauissimo, nec uorim contractione & difficultate anhelus. Ad Iorda- nem transgressus, in aquis calidis Callirhoes lauabatur, quæ in lacum Asphalicten effluit. Ibi oleo calidioris fatus, & solio immersus, in lipothymiam incidit. Recepto spiri- tu, Hiericum rediit, uinctos Iudæorum primates in Hip- podromo concludi præcepit, ut omnes interficerentur, si contingeret eum uita excedere, ut cum Iudæa eius morte lætaretur, priuato luctu gaudium publicum obscuraretur. Salome tamen soror, & Alexas maritus, eo mortuo omnes liberarunt. Malo sumto, culleum poposuit, quo illud diu- deret: & elata manu, sese interfecit, nisi Achiabus conso- brinus eius mortum continuisset. Ibi clamore sublato tan- quam rex manum esset, Antipater filius, qui in unculis e- rat, animum recepit, & custos promissa pecunia rogare coepit, ut se soluerent. Herodes eum statim interfici cura- uit. Quinque post diebus moritur, 34 anno post interfecit Antigonum, & 37. postquam rex à Romanis declaratus est. Post eius mortem regnum eius in Tetrarchias diuisum est, & magis magisq; debilitatum. Ioseph. lib. 17. Antiq. cap. 8. & de Bello Iudaico lib. 1. cap. 21.

HERODES Antipas (frater Archelai, quem pater Herodes tes- tamento regem declararat, Antipam uero tetrarcham) Io- annem Baptistam, uirum sanctissimum, Christi præcurso- rem, in castro Macharunte trucidauit: uetus, nec eum mag- ni ad eum concursus ferent, defecione aliquam para- ret. At non multo post exercitus illius contra Aræam Ara- bium regem missus (cuius filiam cum ignominia dimiserat, superinducta Herodiade alterius Herodis fratris uxore) ad interfectionem perit, omnibus iudicantibus iusta ultione numinis ob eadem prophetæ delectum fuisse exercitum. Deinde & ipsi Christo insidias tetenderat, & postea à Pila- to sibi exhibitum aulicè irriterat, & cum contumelia à se de- miserat. Esti autem ipse nullus inde conscientie terrores al- liquandiu sentit: tamen postea ultio diuina eum corripit. Nam cum anno 100. Caligula, Domini uero 40, Herodi- adis frater Agrippa, Roma rediret dignitate regia ornatus, à meretricula excitatus est, ut & ipse regium titulum ab Im- peratore flagitaret: eamque ob causam Herodes unā cum Herodiade Romam iter faciunt. Agrippa factus ea de re cer- tior, Caius scribit, ne fidem Herodi habeat, quem constaret armā ad bellum præparare, federe inito cum Parthorum rege: casque literas celerimè perferri curat ad Cæsarem, ita ut unā cum Herode ad Cæsarem peruenirent. Caius cum nulla alia re magis quam seditionis suspitione moueri pos- set, Herodem inuito blandè suscipit: ac deinde percontatur, Nunquid amorum in promptu haberet? Herodes respon- dit, se regio apparatus instructum esse. His auditis, putauit Caius, Iatis insidias esse probatas: ac Herodem in perpetuum exilium, Lugdunum in Galliam relegauit, donatis omnibus eius bonis Agrippæ per literas. Herodiadi uero, propter Agrippam fratrem, quassdam possessiones decre- uit relinquere, unde se uitæ suæ tempore sustentaret. Sed mulier significauit, se pro conjugali amore, maritum in hac sua calamitate deserere honestè non posse, cum quo antea rebus secundioribus iuisset. Caius magnanimitate mulie- ris cognita, simul eam in exilium abire præcepit. Hac ratio- ne arrogantis meretriculæ instigationibus obtemperans Herodes, cum ipsa, bonis, gloria ac patria exutus, miserimè in Gallia uitam finit. Iosephus Antiquitatum libro 18. cap. 7. & 9. Eusebius lib. 2. cap. 4.

TRAIANVM Imp. & Christianorum persecutorem acerrimum, Dion narrat resolutione membrorum & stupore cor- poris, sensumque primū subito correptum esse, adeo ut uenenum se hausisse suspicatus sit: postea uerò aqua in- tercutere repletum, apud Selinuntem Ciliciae urbem extin- ctum. Inter pœnas persecutionis à Traiano motæ, Eutro- pius & alij referunt, repentiam aureæ domus, quam Nero priuatis publicisque urbis expensis extruxerat, const- ructionem. Ut intelligeretur cepta etiam ab alijs persecu- tio, in ipsius potissimum monumentis, à quo primū exor- ta esset, atq; in ipsò auctore puniri. Referunt eodem & qua- tuor urbium Asiæ subuersionem, per terramotum: ut Eleæ, Myrina, Pyraeus, & Cymes. Item Græcarum ciuitatum, Opuntis & Onicij, eadem ex causa interitum: nec non & triū aliarum Galatiæ. Aurelius Victor, Traiani tempore, inquit, perniciosè Nilus inundauit, magna clade ædium, & terræ- motus grauis per provincias multas, arroxq; pestilentia fa- melq; & incendia facta sunt.

Dion

Dion HADRIANVM scribit grauibis & multiplicibus mor- bis affectum, miserabiliter periisse. primū enim nimio san- guinis fluxu adeo debilitari & exauriri coepisse, ut de uita eius sæpius desperaretur. Qui morbus est confectus eti- am ante fuerat, tamen nunquam maiori dolore eum inua- ferat, in tantum, ut sæpius ipse moriem uocaret, sæpè etiam sibi ipsi crudeles manus inferere constitueret: ut dici ibi po- tuerit, Sanguinis effusi pœnas in sanguine soluit. Interea & phthisis accedit: qua cum totum corpus contabuilisset; hy- dropisis secuta est. quæ nec quidem, cum magis artibus & incantamentis sibi aquam omnem extrahi Imperator curasset, quicquam remisit, nihil etiā cessante fluxu san- guinis. Dum tot malis simul exercetur, primū à medico, ut Spartianus scribit, uenenum petit. Quod cum non por- rigeret, gladium postulat: promittens pecuniam, si quis porrexisset: sed domesticorum nemo obtemperabat. Post- remò, medicorum consilio, quandiu morbis & dolori- bus tantis consistebatur, cibo & potu abstiniuit: sed illud consilium etiā ad morbum exaugendum magis quam ad salutem faciebat. Mortuus igitur tandem, supra quam dici potest, miserabiliter est, cruciatibus omnium ferè mem- brorum confectus, cum uiuisset annis sexaginta duobus: ut Aurelius Victor testatur. Meminit quarundam ciuitatū, quæ sub Hadriano terræmotibus absorptæ sunt, etiā Chro- nicon Eusebij, ut Nicomediæ & Nicææ: cuius maior pars quaefata motu terræ collapsa est. ad cuius instaurationem Hadrianus de publico largitus est impensas: Nicopolis ite, & Cæsareæ; quæ conciderunt anno Hadriani duodecimo.

GALERIUS Maximinus Christianorum persecutor, subita plagâ Dei per totum corpus percussus: grauibis doloribus exagitatus, & inedia consumptus, pronus lecto decidit, ac carnis suæ inuisibili igne labefactis, omnem præfæc formæ speciem amisit, ut sola illi arida ossa relicta fuerint: nec aliud ab adstantibus corpus eius esse iudicatum sit, quam sepulcrum animæ, in mortuo iam corpore defosus. Cum autem uehementius adhuc, & magis quam thermæ sole- ant, ex ipsi medullarum penetratibus conflagraret, excide- runt illi oculi. Spiritus autem adhuc in illis cruciatibus, con- sessione Domino facta, mortem aduocare: ac tandem hæc se propter insaniam contra Christum præsumtam meritò & ultionis uice perpeti confessus, animam reddidit. Euse- bius libro 9. capite 10. Sed alij, ut Zonaræ indicauit, in fug- gium cum à Licinio uersum, & seipum interemisse scripse- runt. E medio sublatus omnium Imperatorum impiissimus, ignominiosissimus, ac Deo supra modum inuisus tyran- nus, publicis est edictis declaratus. Statuæ, quæcunq; in honorem illius erectæ fuerant, conculcatur, omniumque risu & illusionibus expositæ sunt. Deinde & aliorum pie- tatis hostium insignia omnia sublata sunt: & occisi, quot- quot Maximino fauerant: illi præsertim, qui primariis di- gnitatibus ab illo affecti fuerant, ut ipsi assentarentur; & doctrinam ac religionem Christianam acerbis infestaret. Inter quos PEOCETIUS erat, & CVLCEIANVS, qui suo innumerorum Christianorum sanguine, per Aegyptum cæ- lestem factus fuerat, & THEOCENVS magus. Li- beri eius, quos iam Imperialis honoris, tabularumq; & in- signium publicorum focios reddiderat: deinde & cognati, qui per insolentiam antea omnes opprefferant, dira supplicia subi perpeffi.

DIOCLETIANVS crudelissimus ille persecutor Christiani nominis Nicomediæ miserabiliter periit. Primū hydro- pe intumuit: quo distrupio, lenè emarcuit, ita ut lingua illi- us blasphemam uermibus corrumperetur, & grauissimo fe- tore astantes læderet. Postremò canis more latrans, scelera- tam euomit animam. Nicephorus libro septimo, capite uigesimo. Eusebius libro 8. capite 15. cum in ecclia inci- disse, & sic periisse, scribit Rufinus uariis prius morbis con- fectum, sibi ipsi manus intulisse: cum se prius, fulminis itū metuens, abscondisset. Gelasius Cæsareæ Cappadocum e- piscopus refert, eum cum Maximino imperium recuperare uoluisset, & S. C. interfecit fuisse. Aurelianus Victor & Po- ponius Lætus eum, cum à Constantio & Licinio ad nu- ptias uocatus fuisset satis imperiosè, metu uenenum hau- disse tradunt. Domum etiam eius fulmine consumtam, Eu- sebius testatur. Persecutionem Diocletiani terramotus gra- uissimi sunt secuti, qui Tyrum & Sidonem concusserunt. Eu- tropius libro 10. Orofius libro 7. Romæ Pyrbopogon præ- fectus cum 40. ministris lapsu cameræ oppressus. Spoleti regia 350. uiros idolis seruientes extinxit. Vincentius libro 12. capite 41. & 54. FLACCVS præfes post martyrium Gre- gorij episcopi Spoletani ab angelo percussus, interiora sua euomit. DIOSCORVS cum filiam suam Barbaram occi- didisset, igne cœlesti absumtus est. Vincentius libro 12. ca- pite 67. APROFRASIVS cum apud Mendulas Chri- stianos persecueretur, à demone equo deiectus est. Idem libro 12. capite 42.

Diocletiani collega MAXIMINVS, sue Maximianus, ab- dicato imperio priuatus uixit Mediolani. De eius suppli- cio hæc narrat Eusebius libro octauo, capite decimo sexto. Corripuit, inquit, cum supplicium diuinitus illatum, initio ex ipsa illius carne sumto, & progressu ad animam usque facto. Etenim subito illi accidit in medijs corporis arcanis suppuratio, deinde in imis illorum ulcus fistulosum, & ex his uis quædam mali interiora uiscera depascens, & indi- cibilis multitudo uermium ebulliens, & lethiferum feo- rem exhalans: toto alioqui corporis tumore, ex abundan- tia cibi, etiam ante morbum in nimiam pinguedinem mu- tato: quæ tum suppurata, intolerabile & horrendissimum appropinquantibus spectaculum præbuit. Itaque medicor- um alij incredibilem feotorem uerre non ualentes, occide- bantur: alij, quia toto corpore tumefacto, nulla supererat spes salutis, ideoq; medendo nihil efficere poterant, crude- liter interimebantur & ipsi. Addit Rufinus, quendam ex- iis, quem iugulari præceperat Maximinus, inspiratū à Deo, Imperatori hæc obiecit: Cur Imperator eras, & quod Deus inferat, ab hominibus putas posse reuocari? Nec huma- nus est iste morbus, nec à medicis curatur. Sed recordare, quanta in seruis Deici egeris, quamq; in religionem diuinā impius & profanus exieris: & intelliges, unde tibi sint po- scenda remedia. Nam & ego quidem mori cum cæteris po- tero, tu tamen à medicis non curaberis.

Beda inquit, martyrism Polycarpi & Pyonij, quod in Asia fecerant, aliorumque plurimorum, qui in Gallia sub M. AN- TONINO uero Imp. sanguinem pro Christo fuderant, se- curam esse quasi scelerum undecim, atrocem pestilentiam, uastantem multas provincias, maximè uerò Italiam & Ro- mam: quod & Ethnici scriptores testantur: & plures quide- calamitates passim hoc tempore uagatas commemorant. Ab armis quies nunquam erat, perq; omnem Orientem, Il- lyricum, Italiam, Galliamque bella feruebant: terræmotus non sine interitu ciuitatum, inundationes fluminum, lues crebræ, locustarum species agris infestæ profusæ: ut propè nihil, quo summis angoribus atteri mortales solent, dici seu cogitari queat, quod non Antonino regnante fauerit. Sex Aurelius testatur & Eusebij Chronicon, anno ultimo Antonini Smyrnæ Asiæ urbem, in qua Polycarpus & plu- rimi alij passi fuerant, terræmotu corruisse.

Pomponius scribit, DECIUM Christianorum persecutorem in prælio infelici aduersus Gothos, ubragine absorptum esse: in quam ipse insilerat, ne in hostium manus perue- niret. De pœnis uerò persecutionis Decianæ, etiam hæc ad Demetrianum scripsisse, Cyprianus uidetur: Certe sum- mus, & fidentes, quod multum non remaneat, quodcun- que perpētum: quantoque maior fuerit persecutio, tanto magis illi illud sit, quod non teneamus antiquas, documentum recentis rei satis est: quod sic celeriter, quodque in tanta ce- leritate sic grāditer nuper secuta defecit, inuis regum; iactans opum, dispendio militum, diminutione castrorum. Eusebius libro 7. capite 1.

Vibij GALLI Imper. res initio satis bene ac feliciter habue- runt, sicut Dionysius scripsit. At posteaquam persecutio- nem per manus quasi acceptam continuauit, pulsus pijs do- ctioribus, qui pro salute eius orauerant: nec prosperè dein- de, nec diu regnauit. Si quidem biennio nondum exacto, & ipse Volusianus filius, in regiam societatem nuper actus, in bello aduersus Aemilianum à militibus deserti trucidan- tur: terretima prius populo Romano ignominia concilia- ta, quem Scythis Gallus tributarium sepebat, per fœdus ea- cum gente percussus, ut Eutropius & Lætus prodiderunt. Sed quæ potuit esse horribior Christiani sanguinis expta- tio, atque illa immanis uastitas, quam lues pestifera in pro- uincijs populi Romani, præcipue uerò in Aegypto fecit, or- ta sub Gallo, ut Lætus scribit: ac deinceps per integrum decennium; aut quindecim totos annos grassata: Meminit eius Dionysius in epistola ad Hieracè Aegypti episcopum: cuius uerba ab Eusebio libro septimo, capite uigesimo pri- mo & uigesimo secundo referuntur. Meminerunt eius & Ro- mani scriptores, ut Lætus in uita Galli. Perniciosa, inquit, pestis undique uiguit. Tabis initium fuit ab Aethiopia, for- tē ex nimio solis ardore: pestilentia primò consumtis men- dianis; per Orientem diuagata est: inde cæteras orbis par- tes inuastit: ubique maximam partem incoletium exhaui- sit, pleraque loca inhabitata reliquit. Ea lues uix intra de- cem annos finem inuenit. Prouenisse ex infelicibus Galli auspicijs uisa est, ut qui prædione imperium arripuit, Chri- stiani etiam dogmatis hostis.

DE VALERIANI Imp. Christianorum persecutoris suppli- cio & uindicta hæc prodiderunt Romani scriptores, Eutro- pius, Pollio, Sabellius, Volaterranus. Quo minus diutur- num fuerit illi decus, ipsius credo impiā in Christianos ani- maduersio effecit. Nam haud multo post quam Christia-

num

num nomen infectari est adortus, ad Persicum bellum profectus, siue aliena fraude acciderit, siue sua ipsius temeritate (nam utrunque traditur) in hostium potestate uiuus uenit. Ferunt Saporem Persarum regem, a quo captus est, a quo in solentem & barbaram captiuo seni (erat enim Valerianus septuagenarius) illulisse, ut pro scabello eius tergo uretur equum ascensurus. In tam turpi captiuitate eum tandem consensuisse, scribunt Lætus & Aurelius Victor. Eusebius in sermone ad conuentum Sanctorum, excoriari eum iustum a rege, scripsit. Eius præsidem Claudium a diabolo arreptum, & post in cisam minutim linguam suffocatum, testatur Henricus de Erfordia lib. 6. cap. 37.

GALIENVS, patre in perpetuum captiuitatem & infelicitatem abduçto, tamen cum solus imperare cœpisset, persecutionem contra Christianos motam remouerit, paterno fortasse facta, quemadmodum Orosius ait, terribis (quamquam lætatum eum alij scripserint) tamen & publicas atroces calamitates & priuatarum uindictam, quia persecutionis socius antea cum patre fuerat, expertus est. Plurimæ enim & mirabiles defectiones, rebelliones & mutationes regno perniciosissimæ sub eo acciderunt. Nulla pars fuit reipublice, nulla provincia, una duntaxat Italia excepta, in qua non sit tumultuatum: totique eo principe rebelliones existerent, tot tyranni, qui Imperatoris titulum sumserunt, quot à Cæsare dictatore ad id tempus, in tam longa Imperatorum serie, ferè unquam. Triginta numero à Trebellio ponuntur, qui uno tempore, alij alijs in terris, exercere imperium in quibus feminæ etiam quædam Romano nomini illufere. ut narrant Vopiscus, Eutropius, & Sabellicus. Eusebius hoc ad didit: Sub Galieno, Ciliciam, Syriam & Cappadociam à Perdis, Saporis ductu, fœda populacione uastatas: Alemanos, Gallis hostiliter uexatis, in Italiam transgressos: Gothos Pontum, Asiam, Macedoniam & Græciam populos: Quados & Sarmatas Pannonias occupasse: Tarracoenem in Hispania à Germanis oppugnatam. Sabellicus lib. 7. Enneadis septimæ, Tristis, inquit, & terrorum plenus huius principatus fuit. Dira naturæ portenta illo imperante sunt omnibus terris facta: plures dies uelut tenebris iacuit terra obuoluta: auditumque tonitruum terra mugiente, non cœlo tonante: secutusque, ut solet, motus terræ ingens, quo plura ædificia cum habitatoribus subito terræ hiatus absorpta sunt, multiq; mortales nimio terrore exanimati. Sed id malum Asiam præcipue habuit obnoxiam. Mota est Roma, mota & Libya, terræq; hiatus uastissimi pluribus existerunt locis. Maritimas urbes subitum mare obruit. Galienum tandem ipsum Aureoli tyranni fraude, apud Mediolanum cum filio, seu (ut Eutropius uult) cum fratre Valeriano interfectum, scripsit Victor.

Dorothei eunuchi uiri græca & hebraica lingua eruditissimi doctrina mirifice delectatum **AURELIANVM** Imper. ferunt. Nam ita primis imperij sui annis Christianis fuit, ut Pauli Samofateni sectam ab Ecclesia separauerit. Verum postea malis consilijs subornatus, publica edicta contra eos euulgaturus, fulmine terribis à proposito destituisse dicitur, teste Eusebio, capite 30. lib. 7. Cum iam nos, inquit, persecutus esset, & edicto contra nos uulgando prope subripisset, diuina eum ultio corripuit, quæ conatum eum tantum non religatis cubicis prohibuit. Et Rufinus: Dicitur iam literis & scriptis, cum superesset sola subscriptio, diuina dextera interueniens, subscriptionem nefandæ dextræ decurbauit. Morte enim subita condemnatur, qui de piorum morte celesabat. Vopiscus autem, Victor & Eutropius, Ministri, inquit, notarij sui fraude, qui ad quosdam militares amicos eius, nomina eorum annotata pertulit, falsò manum illius imitatus, perinde atque Aurelianus eos interficere constituisset, occisus est. Aureliani præses **ANTIOCHVS**, inter tormenta Agapeti martyris subito de tribuna li decidens, se interioribus ardere clamauit, & expirauit. Henricus Erfordiensis lib. 6. cap. 29. Vincentius multos sub eo martyres recenset. Pace interim alta sub Tacito, Florianò, Probo, Caro, Numeriano, Carino per annos 44. fruebatur ecclesia usq; ad Diocletianum.

IVLIANVS Apostata dira Christianis minabatur, si de Perside rediret. Sed in eo bello exercitus primùm annonæ penuria laborauit. Ipse Persæ cuiusdam dolo in deserta ductus, conuoluitur perit. Alij sagitta cœlis demissa confixum, in hæc uerba contra Christum prorupisse aiunt: Vicisti Galilæe præprietiq; crucis pugillum in aerem proiecisti. Theodoretus lib. 4. cap. 2. Nazianzenus eum horribiliter mortuum, mox à terra commota absorptum, & flammis emicantibus absumtum scribit. Terræ motus grauissimi totum orbem afflixerunt, & fames ingens. Theodoretus lib. 4. cap. 4. & Sozomenus lib. 6. cap. 2.

VALENTI Imp. Ariano orthodoxos immaniter persequente, unde grandis lapidum instar Constantinopoli cecidit. Terræ motus Nicæam & German Hellesponti ciuitatem

deiecit. Fames in Phrygia propter combustos in nauis presbyteros orthodoxos adeò magna, ut incolæ sedes mutare cogenterent. Cùm D. Basilio episcopo Cæsariensi persuadere non posset, ut alteri parti Arianorum subscriberet: exilij libellum contra eum subscripturus, manus ita conculsa est, & contritus calamus, ut nullam litteram exarare posset. Tandem bello contra Gothos suscepto, cum sagitta uulneratus esset, in tugurium quoddam se recepit, ibique à Gothis circumiecto igni exustus est. Socrates libro quarto, cap. 38. Theodoretus lib. 4. cap. 36. Sozom. lib. 7. cap. 40. **COSE** Persarum rege crudeliter in Christianos fauente, Heraclius in Persidem irruens, sex annis omnes Persarum duces occidit. Cosroes cum filium natu minore regem designasset, à Syro filio maiore natu captus, manibus pedibusque uinctus, à collo etiam ferro ponderè suspensus, in altissimam turrim, ubi thesaurum suum recondiderat, demissus, solo pane & aqua uixita deditis probrois uerbis, ut de auro comederet, quod ex immani uastatione orbis collegisset. Tandem extractus, cum filium natu minore, quem regem fecerat, necari prius uideret, per dies quinque omnium ludibrio expositus, & arcibus ad extremum confixus fuit. Pace firmata, Heraclius captiuus receptis cum Zacharia præfule & ligno Domini cruce crucis, anno septimo Constantinopolim reuersus est. Paulus Diaconus libro 18. rerum Roman. Zonaras tomo 3. Regino libro 1. Procopius lib. 2. belli Persici.

HERACLIVS, post actum summa gloria de Persis triumphum, præterquam quòd neptem suam, uel, ut alij uolunt, filiam Epiphaniam in uxorem duxit, religionis cura abiecit, ad studia mathematica & incantationum conuersus, se totum illis præstigijs dedit. Deinde circumuentus à Pyrrho Constantinopolitano, & Cyro Alexandrino episcopo, in Monothelitarum hæresim consensit, & decretum promulgauit, neque unam, neque duas operationes aut uoluntates in Christo esse fatens. Scripsit illud uenenum longè lateq; ad posteritatem, & ecclesias aliquot annos, usque ad Constantinum Pogonatum turbauit. Excitauit ergo sua temeritate furores Arabum & Saracenorum, qui & religionem & imperium miserè dilacerarunt. Ipse aqua intercutè perit, sic ut tumefactis inguinibus, & inuulsis, ipse suam sibi faciem perimere, nisi per tabellam infimo uentri appositam defendere. Zonaras tomo 3. Paulus Diaconus lib. 18. & Sabellicus lib. 8. lib. 6.

IVSTINVS II Imp. Pelagianam hæresim sectatus, rectè sentientes persecutus est. Per ipsius ignauiam imperium Romanum ingentem cladem à Persis accepit. Quam calamitatem cum immo de erat ferret, in phrenesim & insaniam delapsus est: & post recuperatam mentis sanitatem, substituto Tyberio, ex humanis decessit. Eusebius lib. 5. cap. 9. & seq. Paulus Diaconus de gestis Longobardorum lib. 3. cap. 5.

CONSTANTIUS II, Constantini F. Monothelitarum hæresios propugnator, Constantinopolitanis exofus, cum Romam transferre imperij sedem studeat, ingressus iter, incidit in Saracenorum manus: cum quibus infeliciter dimicans, uix fuga est elapsus. Tradunt eum, antequam nauale prælium iniretur, somnium habuisse, quasi apud Theffalonicenses degeret: idque interpretem somniorum de amissione imperij intellexisse: quasi diuinitus esset significatum, ut à *deus uelut*, regnum ab eo auferendum esse. Eius autem hostium manus effugit, iudicium tamen Dei non potuit effugere. Nam in Siciliam reuersus, à satellite quodam, dum sapone Gallico illiniretur, situla interficitur. Paulus Diaconus libro 19.

PHILIPPICVM Bardianum ob hæresim Monothelitarum, & persecutionem orthodoxorum, breuitate imperij, & cæcitate punitum esse, referunt Paulus Diaconus lib. 20. rerum Romanarum, & Zonaras tomo 3.

RHADAGAYSVS Scythæ, orbis terror, cum de nomine Christiano penitus abolendo cogitaret, tandem panico quodam terrore cum exercitu percussus, in asperissimo Fesulani montis iugo conclusus; fame & siti pressus capitur: & aliquædiu uinctus, supplicio afficitur. Exercitus maxima pars capta, tanta uilitate, ut singulis aureis singulis singuli grege uenderentur. Paulus Diaconus lib. 13. Orosius lib. 7. ca. 37. Refert Iuo in Arcadio, ab eo monachis proposito edicto imperatum esse, ut militarent: id uerò qui detestarent, nec interficerentur. Quæ res multis causam martyrij præbuit: cum mallent pî subire supplicium, quam tyranno conueta Christianam religionem militare.

ATHANARICVS Gothorum rex, multos Christianos uariis tormentorum generibus enecauit. Alios obruncavit gladio, quosdam in exilium pepulit, & ibidè fame & siti læguere ad mortè coegit. Hinc uita numinis ira miserè exhalauit spiritus, sanguinis fluxu toto corpore erupetis. Rauli.

LEUTHARIVS Alemânorum princeps in Italia pro Gothis contra Romanos, cum Christianos miserè afflixisset, in rabi-

biem tandem uersus, suis semetipsum dentibus lanauit, suooq; sanguine fatiatus perit. **BVLTI** NVS eius frater cum XXX millibus in Campania à Rom. delatus est, quinque ex eo numero fuga elapsis. Reliqui Alemanni à Rom. & Hunnis, qui ad Pisaurum stationem habebant, ferro cæsi, & de rupibus præcipitati fuerunt. Qui hanc cladem euitarunt, in urbe Veneta peste absumti sunt. Agathius libro 2. de Bellis Gothicis.

HYNERICVS Vandalorum rex in Africa, patrem Genesicium & Ethnicos Imperatores immanitate uidetur superasse, cuius furori Ariani episcopi frigidam suffundebant. Eapropter expertus est primùm siccitatem ingentem, ita ut magnorum fluuiozum aluci exiecatentur. Fames secuta maxima. Hanc secuta est pestis: quam ut cum suis effugeret, magnam multitudinem hominum Carthagine eiecit. Verum ipse quoque uentato illicere correptus, uermibus toto corpore scatenis, miseranda morte interit: ita ut non cadauer, sed cadaueris partes uiderentur sepulta. Victor lib. 3. hist. Vandalicæ, Sigebertus, Turonensis lib. 2. cap. 3. scribit, ipsum à demone correptum, proprijs se manibus dilaniasse.

Vandali, ducè **GRONIO** uel **GROSCO**, Galliam populabundi peragantes, multas urbes & ecclesias subuerterunt, multosque piorum martyrio celebres fecerunt: inter quos præcipui sunt Seduincens, Florentinus & Hilarius: item Desidius Lingonensis, cum Vincensio archidiacono: item Antidius Vefontiensis episcopus; ut est auctor Sigebertus. Ipse Gronscus in obfidione Arletensi captus, & cathenis uinctus, per omnes urbes, quas miserè uastauerat, ductus; post grauissima tormenta necatus est. Bergomensis in uita Constantini Magni.

SARACENI in Gallias ab Eudonè, & postea à Maruntio ex Hispaniâ asciti, à Carolo Marcellò & alijs propemodum deleti sunt, ob suam in Christianos crudelitatem. Eudo & Maruntius uterque regnis & uita priuati sunt. Sigebertus in Chronico.

IDEM ob Constantinopolim obsessam, & Thraciam uicinasque regiones uastatas, fame (quæ tanta erat, ut camelos & alinos, & cadauèra hominum, & sterces suam in cibano totum comederent) & peste (quæ trecenta hominum millia absorpsit) punitur. A Bulgaribus uiginti duo millia cæsi. Grandine ignea cœlis demissa, naues piecæ liquefactæ ac dissolutæ, solis decem saluis: quarum quinque in Syriam uenerunt, quinque à Romanis captæ. Dei omnipotentis uindictam manum annunciauerunt. Paulus Diaconus lib. 21. rerum Romanarum: anno Domini 719. & 20. primo & secundo imperij Leonis. Sigebertus in Chronico.

ABAS Saracenus pro sua in Christianos crudelitate dignam mercedem tulit. Nam Aethiops quidam à Marua subornatus, impleuit sollem uina calce, eamque in os & nares eius efflauit: unde ille suffocatus interit. Paulus Diaconus lib. 22. rerum Roman.

AISTVLPHVS Longobardorum dux, apoplexia perit, iuxta Blondum Decad. 2. lib. 1. aut de equo lapsus crucicem fre-

git, iuxta Gaguinum lib. 3. de gestis Francorum: quod est propter afflictum Romanum pontificem euenisse, pleriq; uolunt, anno Domini 756. iuxta Sigebertum.

RAGENARIVS, dux Normanorum, qui anno Domini 846. Parisiis Germani monasterium spoliarat, magnificè sese efferens ob uictoriam, subito concidit, & post triduum expirauit: foetij uerò eius, dysenteria pleriq; perierunt. Aimoinus lib. 5. cap. 20. de Gestis Francorum.

REGNERVS, rex Daniæ, qui abolita religione Christi, idola restituerat, graues pœnas Deo perfoluit. Nam ab Helle, quem expulerat, captus est auxilio Gallorum, & in carcere à serpentibus diu excruciatu, perit. Cranzius libro 4. cap. 10. Danorum historia.

SVENONEM Haraldus F. ut Danorum rex erat declaratus, in diuina sententiam; totam uerè religionis stirpem à radice suo in regno conuellerent, annixum tradunt, eoque auctore Danorum plerisque Christi cultu dimisso repetiuisse superstitionem. Inde, tantæ temeritatis uerice diuinitate, ter hostium potestate captiuum factum, totiesque ingenti pecunia redemptum. Tandem crebris dèi tormentum in cursibus lacessitum, exulem extoremque, ab Olauo Noruægiæ regi men gerente spretum, auxilium, quòd frustra à diuo Eduardo Anglo petierat, à Scotis, ad ueram pietatem facis eorum faceret motum conuersum, impetrauit: eo que fratrum in regno restitutum. H. Bœthius lib. 11. c. H. Melmoldi ca. 15. Cranzij lib. 3. cap. 24. Metrop.

Cum anno 913. Hungari **BREMAM** Saxoniarum urbem incendio fœderent, & prædæ instarent, incensiq; ecclesijs sacerdotibus ad aras trucidarent: crucifixi Domini imagines per ludibrium atrectarent: subita orta tempestas, à semicremis ecclesiarum tectis scintillas in ora paganorum rotans, dum fugæ præsidium quaerunt, aut in fluuium præcipitari compulsi, aut in manus ciuium incidere. Cranz. li. 3. Metrop. c. 2. Cum moueret aduersus Stephanum Vngariæ regem seditionem **CYPA** S, religionis causa, quam multi auerfabantur: in acie cæsus est, ac corpus eius in quatuor dissectum partibus, portis est affixum. Bonfin. lib. 1. Decadis 2.



SFRIDVS Danorum piratarum dux, expoliata Ramfola cœ nobis prope Hamburgum, à malo demone correptus, mirè rotatus, tam diu excruciatu est, donec ablata redderet, & tantumdem de suis rebus repensaret. Cranzius libro 3. Metropol. cap. 42.

D. Venceslai Boemorum regis, Boleslai fratris scelere sublato, **INTE** RE FECTORE S OCS, paulo post diris modis perierat: pars eorum mente alienata, in tabicemque uersa, præcipites ex alto deorsum se dabant: quidam in eos gladios, quos nudauerant, incubuere. Ad hæc, templi paries, quem propè occisus fuit diuus Venceslaus, uelut cædis ipse quoque confusus, aut potius, ut tectis foret sceleris sempiterni, nulla ullius opera abstergi eliquè potuit à cruore, quo resperus ex corpore diui Venceslai fuerat. Drahomira Boleslai uxor, terræ hauit absorpta. Dubrauius libro 5.





LIBRI SEPTIMI
TITVLORVM
DISPOSITIO.



Voluminis Decimiseptimi
Liber VII.
DE IMPIETATE DISTRIBUTIUA
PRIMARIA ERGA
DEVM.

IMPII ERGA DEVM IN GENERE. QVI DEVM

NEGANT ESSE. AΘEOI.
Inter contemptores diuini numeratur MEZENTIVS Tyrhenus à Vergilio lib. 7. Aechidos. Fuit enim impius in homines, sine deorum respectu, teste Macrobio.
Κοιλότης αθεοι. id est, Cyclopica uita, pro uita uehementer ef fera ac barbara, quæ neq; legibus, neq; disciplina ciuili con ſtit, neq; religione deorum gubernetur. Qualem describit Homerus Odyſſæ lib. 9. sub persona POLYPHEMI:
Νῆπιός τε αὐτῶν ἢ γηλοῖν ἀνθρώπων,

Ος με θεὸς κέλευε ἢ δειδύμεν, ἢ ἀλκιοδῶ, Οὐδ' αὐτὸν κέλευε θεὸς ἀνθρώπων ἀλλήλων, Οὐδ' αὐτὸν κέλευε θεὸς ἀλλήλων.

Homerum æmulatus Euripides tragicus Cyclopem hoc pa tro loquentem facit:
Ζῆλος δ' ἐγὼ κεραιὸν ἐ Φεισῶ, ἔτινε, Οὐδ' αὐτὸν ἐγὼ θεὸς ἐπὶ κεραιῶν θεός. id est, Atqui hospes ego fulgem Iouis nō horreo, neq; me Iouem præstantiorem habeo deum.

MELOS

MELOS insula una ex Cycladibus, propter atheismum dele ta ab Atheniensibus. In cuius excidio DIAGORAS, Tele chyti F. poeta Lyricus seruatus, Athenas ductus, & Demo crito philosopho x millibus drachmarum uenditus, quod sophus præclarus testatur. fuit, uel patriæ uitio, uel suo pte ingenio. Suidas. Socrates quoq; ab Aristophane Me lius nūcupatus est, quod uel impius fuerit, ut Diagoras Me lius, uel quod Aristagoræ dithyramborum poeta Melij di scipulus esset. Omnes enim Melij, quod parum erga deos pij essent, male audiebant. Gyraldus dialogo 9. hist. Poetarum, ex Suida. Sabellicus lib. 3. Ennead. 3.

EVHEMERVS Messenius poeta dicitur, quia primus res gestas Iouis & cæterorum deorum, collegit, mortesq; & sepulturas eorum ostendit. Lactantius, & Eusebius lib. 2. Præpar. Euang. Vide Tit. Poetarum.

PROTAGORAS Abderites, Democriti auditor, Sapientia di cebatur. Sed stultitiam eius ex eo quis colligat, quod deos negauit: eamq; ob causam Athenis fuit pulsus. Laert. li. 9.

THEODORVS dicitur primò, deinde dicitur, sophista ar rogantissimus simul & impudentissimus, Aristippi mox dicitur auditor, deos esse negabat. Inter homines, eos qui li teris essent exculti, cæteris præstantiores esse uidens, deum sese profiteri fuit ausus, & tyranni instar cælos eiectis diis inuadere. Ex Aristippi & Pyrrhonis schola, nouam condi dit sectam Theodoretorum, qua adiphoniam, sicut Pyrrho, tenebat: nullam uidelicet differentiam inter bonum & ma lum, iustum uel iniustum ponendo, legeq; tantum, non na tura illa fuisse diuisa. Nullos præterea assererat esse deos, edito ea de re libro. Vnde plura EPICVRVM Atheniensem mutuum esse constat, ideoq; Athei nomen adeptum. Sui das, & Laertius lib. 2.

THEODORI discipulus BION Borysthenites multos discipulo rum impietate, quam à magistro hauserat, corrupit. Tandè longo morbo confectus, deos esse falsus est, sanitaris recu perando ergò. Stultus, qui deos tunc tandem esse uoluit, quando iis opus haberet Bion. Laertius lib. 4.

DE SELIO, Martialis Epigrammatum lib. 4.
Nullos esse deos, inane cælum
Affirmat Silius, probatq; quod d se
Factum, dum negat hæc, uidet beatum.

LVCIANVS sophista, Christianorum hostis summus, quod impius in Deum esset, eumq; quotidie ut uanum irrideret, (ut dignus fuit) à canibus miserè laceratus est. Suidas.

ANASTASIVS Imp. dicitur, somniis diuinitatis immisus ad pœ nitentiam inuitatus fuit. Verum ne ea quidè, cælestia quo que & terribilia curauit præſagia. Zonaras memorat, dor mienti terribilem aluisse uisum, librum manu tenentem, & hæc uerbis compellente: Ecce Imperator, ob impietatem & peruerſitatem fidei tuæ, annos XIV. uitæ tuæ deleo. Pau lus Diaconus lib. 13.

MICHAEL Traulus Imp. Copronymum imitatus, eadè à lu daeis quæ hic in pueritia didicit, & ob id sabbatis ieiunare præcepit. Resurrectione minime credebat, futurus promissi ones videre solitus, prophetas carpebat, dæmones nega bat, adulteria passim permisit, ac per Deum in omnib. iuran dum censuit: ludæ salutem ominabatur, Pascha irregulariter celebrauit, & Christi ueram religionem, quantum potuit, subuertere studuit. Cuspin. ex Zonara.

MAHOMETVM II. Turcorum tyrannum existimant, nō ma gis Mahometanæ religioni, quam aut Christianæ, aut Gen tilium ad hæsisse. Educatus quidem à matre Christiana La zari Seruicæ Despotæ filia ab incunabulis fuerat, Angelicæ que salutationem, ac Dominicam precationem eulam ex ea di dicerat: sed quum a doluisse, Mahometanam sectam secutu rum, talem se exhibuit, ut neq; in Christum, neq; in Mahome tum crediderit: hincq; effectum est, ut promissa, nisi quæ tenus in suum commodum cederet, minime seruaret: atque in nulla scelere culpam aut peccatum constitueret, quod su is satisfacere desideris ualeret. Iouius in uita eius Maho metum Turcorum prophetam sui similem fuisse dixit, uel se illo tanto superiore, quod is & Cyreneus & reſectus, uel & fur, & latro, & à maioribus suis cum inhonestissimo in faciem uulnere turpiter fugatus ex Perside. Prophetas omnes atque patriarchas pro nugis habuit. Solum Alexandrum Magnum, potissimum ubi de eius furorè ac libidine scribitur, admirabatur: cui se similem assererat, Magnusq; Mahometus dici à cunctis uolebat. Cuspin.

PHILIPPVS Strozza dicitur fuit, seipso teste. Et enim cū exu lum Florentinorū dux contra Cosmum captus esset in præ lid, he indignam natalib. suis necem subire cogere, gladio, quem Hispanus carceris custos temerè exiens relique rat, gutturi apposito, magno nixu & corporis pondere incubuit, relicto in mæsa chirographo, quo testabatur, se qui rectè uiuere nesciisset, generoso animo, uitæ & miseris finem imposuisse. Sabel. Supplem. lib. 22. ex Iouio.

NEGANT CVRARE
HVMANA.

Veteribus persuasum erat offendi diuos inferos, si mortuo ne garetur sepultura: offendi Iouem Supplicium, si quis sup plicè reuereret. At CREON apud Eurip. Supplic. putabat ni hil huiusmodi rerum curæ esse diis, quod illi non queant à quoquam lædi:
Οὐδὲ μὲν ἔτι ἀνθρώπων δέουσι. id est, Violare diuos, nemo quit mortalium.

PROUIDENTIAM MVLTOS negare ex infelicitate bonorum, & prosperitate malorum, Ouid. 3. Amorum 8. his uerbis, sub sua persona, impiè affirmat:
Cūm rapiant mala fata bonos, ignoscite fasso,
Solicitor nullos esse putare deos.
Viue pius: moriere pius. cole sacra: colentem
Mors grauis à templis in caua buſta trahet.

PLINIVS Secundus deum quidem esse, uerum curam rerum humanarum nullam habere, opinatus est. lib. 2. c. 7.

DEFORMANT SIMV LACRIS.

De his sub Superſtitionis loco.
Empedocles reprehendit HOMERVM arque HESIODVM, ac ceteros omnes poetas, qui speciem hominis diis affinge rent, quæ nullo modo, ut ipse docet, ipsi cōgruebat. Hic au tēdi uerſus ipsius leguntur apud Ammonium in commen tario in segmentum 4. Aristot. dicitur: quibus Agrigen tinus ille sapiens queritur in hanc culpam incidisse morta les (tunc autem de Apolline loquebatur: nec tamen nō cæ teros etiam deos intelligebat, qui omnes forma illa prædi ti ſingebantur)
Ἐπεὶ οὐδὲ ἀνδρῶν κέλευε καὶ θεῶν ἴσην κτῆσιν εἶναι, ἢ μὲν ἀνθρώπων γὰρ δῖα κλάσει κίοντων, ἢ πῶδες, ἢ ποὰ γένεα, ἢ μὲν δὲ λαζυρίων τε, ἢ δὲ ἀφ' ὧν ἴσθη, & ἀδῖο φωνῶν, ἢ κωροπο μῶνον, φρονέοντες κῶρον μὲν ἢ κτῆσιν ἴσθη ἢ κτῆσιν ἴσθη.

VICTORIUS lib. 35. Variarum lect. cap. 10.
Cosides rex Persarum, anno Christi DCXV. cum ingenti ar matorum numero ludæam ingressus, Hierosolymis captis XC Christianorum millia occidit: Zachariam patriarcham captiuum abduxit, & ligna crucis Domini asportauit. Ad ſciunt etiam, qui Rituales libros composuerunt, ut sanctis simæ Trinitati illuderet, domū cælo similem in Perside con ſtruxisse, atq; à dextra parte Crucem, à læua gallum, in me dio semicirculum statuisse: ac se patrem esse, qui medius inter filium & spiritum sanctum sederet, dixisse. Sigonius lib. 2. regni Italici.

NON HONORANT.

HADRIANUS Caesar cogitauit Christum inter deos recipere, & templa sine simulacris, in omnibus ciuitatibus quæ Christo dicarentur, extrui iussit: quæ idcirco, quod numina non ha bebant, Hadriani, usq; ad Constantinum dicta sunt. Sed Ha drianus à proposito deteritus est per SACRIFICVLOS & PHILOSOPHOS, qui in fatis esse dicebant, si hoc face ret, deorum religionem cum Rom. Imperij maiestate interi turam, & omnes Christianos futuros, cæteris templis deser tis. Auentinus lib. 2. Annal. Bōiorum.

MINVS HONORANT, QVAM HOMINES.

CYLIONIANÆ coniurationis consortes archonte Megacle ad causam dicendam domum redire iussi, annexum simulacro Mineræ filium tenentes, ubi in descensu appropinquaerunt Venerandis deabus, filium sua sponte ruptum est. ME GACLES igitur cū collegis, quasi reiciētē supplices dea, eos qui extra templum erant, saxo obruit: qui uerò ad aras recurrerunt, iugulauit: solos missos fecit illos, qui ad uxores ipsorum manas tetendissent. Plut. in Solone.

SYBARITA oraclū acceperant, tum demū perituros, cūm maiorem hominibus quam diis honorem detulissent. Eue nit, ut Sybarita quispiam secum loris cæderet in agro: qui cū ad uinum aram confugisset, nihilominus perseque nte domino cædebat. Ergo ubi uidit sibi nihil profuisse numinis reuerentiam, protinus ad monumentum patris he rillis confugit, atq; ibi demum religione commotus herus, desistit cædendo. Quod simulatq; conspexisset Amyris suæ, Thamyris, collectis rebus suis, in Peloponnesum demū grauit. Eustath. in 2. Iliad, ex Paulan. rhetorico Dictionario.

DE BLASPHEMANT DETRAHUNT, OBTRACTANT, CONTEMNUNT, IRRIDENT

FILIVS mulieris Israelitidis ex viro Aegypto, praecepto Domini lapidatus fuit in deserto, eo quod nomen Domini blasphemasset: Leuit. 24.

Cum TRES Iobii amici, Eliphaz, Balduus, & Sophar, cum Iob disputantes, impie de Deo locuti essent: praeceptum illis Deus, uti septem tauros totidemque arietes placulares in sacrificium offerrent, & Iobum uti pro ipsis supplicaret, orarent. Paruerunt illi, & Iobi intercessione calamitatem a se depulerunt. Iobi ultimum.

Obfidente Iuda Machabaeo quoddam castellum, qui in praedidio erant GENTILES, uerba blasphemiae nefanda iactabant. 2. Machab. 10.

IVLIANVS Apostata, in ipso Perfici belli medio ardore, septem libros contra Christi euomisse proditur: cum & antea contra Christianos libris editis pugnarit consecutus. Eutrop.

IDEM suscepit aduersus Perfas bello, cum in ipso praedio ab incognito inter costas lethale uulnus accepisset: sanguine suum manu in caelum iaculatus, in hac uerba prorupit: Vicisti Galilee (ita enim Christum appellare consueerat.) Sozomenus, Rufinus, Eutropius.

ELPIDIVS Iuliani Imper. domus praefectus, blasphemus in Christum, affectata tyrannidis suspitione bonis exutus, & carceri inclusus perit. Nicephorus lib. 10. cap. 29.

OLYMPIVS episcopus Arianus, Cathaginis in Elyanensium balneo lauans, cum Trinitatem publice blasphemaret, tribus ictus iaculis tanquam fulminibus, consumtus est: Anno Christi DX. Paulus Diaconus lib. 15. in Anastasio. Sabellicus Ennead. 8. lib. 2. Marulus lib. 2. cap. 11. Matthaeus Palmerius in Chronico. Sigebertus.

TALMVDISTI tam stulte quam impudenter affirmant, adeo delectari Deum Talmudico Talamento, ut quolibet die primis tribus horis in Talmud studeat: inde sumis suarum actionum, caeli atque terrae etiam gubernationis exordium. Quaestiones etiam intricatas, ac in caelo nec sibi nec angelis explicabiles; Talmuditis explicandas seu deferre, seu animam horum celeriter corpore exuta ac in caelum tranlatam, seu etiam (si tantum otii ab aliis, quae peragenda sunt) quotiens ex ipso codice Talmudico, quaesito loco, unde questionis solutio obscurae ac difficilis petitur, nexum ac nodum eius rei, quae torserit se, et angelos ac totum chorum caelestium, solvere, quemadmodum scribitur in lib. Habethzara.

Michael Neander in Erotematis lingua sanctae.

EO RVNDEM contra Christum horrendae blasphemiae cap. Sabbath & Nictahon proponuntur, idem contra Virginem matrem & Apostolos, nullo incendio, nullo suspensio, diluio nullo cluendae, sed infernali gehenna puniendae in aeternum. Idem.

Damiatia Aegypti expugnata, D. Ludouicus Francorum rex, agro exercitu a MELEXA Sultano circumuentus, turpissimam pacem admittere coactus fuit: sin fidem falleret, ea uerba addebantur, quae etiam rerum scriptoribus referre effrausque faciat. Auertitur est carmen illud impium Francus: tantum in eo scelus esse, ut uel mente concipi, uel ex dentium uallo erumpere formulam illam iusiurandi scelus sit. Praefens merces pietatis persoluta est sancto Regi, poenas de perditissimo Sultano religio ipsa exegit. Sultani uictorem Francus iura praescribentem, nobilissimum, nobilissimo patre auoq, seu emittiturore repentino capti, spectante, silentioq; agente nobilitate, occiderunt: & incruentis dextris, eadem uacordiam mentes, in tabernaculum regis Franci irrupere stricis ensibus, madentibusq; recenti caede, eo animo consiliisq; ut cum uel occidant, uel in quae ipsi nefariae formulae uerba conceperint, iureiurando adigant. Conspexit sancti Regis, quamuis decumbentis, maiestas oris, dignitas uultus, rabiem hominum cohibuit. Refedit sua sponte furor, uersaniq; Aemilius lib. 7.

SIMON Thyruius Anglus, Parisiensis scholae praefectus, cum senex in Mosen & Christum plurimas euomeret blasphemias, repente obmutuit, & cum horrendo mugitu poenas blasphemiarum moreluit. Polydorus lib. 5. anno MCCI. Balaeus Cent. 3. cap. 4. Scriptorum Britanniae.

In specie. V.G.

Negando, Irridendo potentiam. Vir Dei dixit ad regem Israelitarum, Quia dixerunt SYRI, Deus montium est dominus eorum, & non est Deus uallium, dabo omnem multitudinem grandem hanc in manu tua. 3. Reg. 20.

Cum in conuiuio quodam Bononiensi mira arte GALLVS affatus discetus fuisset, unis conuiuariu dixit, D. Petro hunc gallum in integrum restituere impossibile esse: alius uero, Nec ipse Christus id praestare posset. Ad has uoces statim gallus ille prostravit, & alis collisus in discumbentium ora effudit. Blasphemi lepra statim hereditaria puniti sunt. Vincenzus lib. 25. cap. 64.

PIO II. sedente Romae in arce Adriani, VRBINVS quidam adulescens cum arceui prode conaretur, effectq; deprehensus, uotum Christo uouit, ei se crediturum, relicturnq; Solis cultum, si liberatorem atq; impunitatem assequeretur. Sed raptus ad supplicium, stultum se fuisse asseruit, qui ab eo salutem sperasset, qui seipsum saluare non potuisset. Itaq; sui fecerit poenas dedit, laqueo suspensus, & in Tyberim proiecitus. Aeneas Sylvius cap. 12. Asia.

Falsa sugillando. Cum eiecisset demonium Dominus cecum & mutus, stupentibus turbis, PHARISAEI blasphemabant dicentes: Hic non eicit daemones, nisi in Beelzebub principe demonum. Matth. 12. Luc. 11. Pendente Domino in cruce, praetereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua. Matth. 27. Luc. 23.

Conferendo illi homines. PLINIVS Secundus lib. 2. Natur. histor. cap. 7. tam impie sentiens de diis, quam paulo post de animarum immortalitate, deq; corporum resurrectione despiciens, cum & multitudinem deorum irrisisset, & uni illi summo, quem aut mundum hunc, aut naturam neficio qua esse putat, profusus admissit curam mortalium, Deus est, inquit, mortali iuare mortalem. Et haec ad aeternam gloriam uia. Hac proceres iere Romani, haec nunc caelestis palus cum liberis suis uadit maximus omnis aui rector. Vespasianus Augustus, fecis rebus subueniens. Hic est uentusissimus referendi bene merentibus gratiam mos, ut tales nuntiis adscribant Quippe & omnium aliorum nomina deorum, & quae supra siderum retuli, ex hominum nata sunt meritis.

Edixerat Henricus Leo Saxoniae dux prouincialem in Erteneboig conuentum Vandalis, & uerba fecerat ad regulos super Christianissimo suscipiendo. Ad quem NILOTVS regulus Oboritorum ait, Sit Deus (quae nos quoq; in caelis regnare credimus) Deus tuus; tu uero esto Deus noster, & suscipit nobis. Cole tu illum quem uoles religiosissime; nos te uenerabimus. Aridens corripuit eum Dux de uerbo stultitiae pleno. Est hoc uidebat etiam Niculos uelle, immanitatem tributorum relaxandum esse: iis relaxatis, facile religioni ceruicibus submissuros Vandalos. Albertus Cranzius libro 14. Vandal. cap. 24. & 25.

Praefendo alios.

SENNACHERIBVS Assyriae rex, per RABSA CEM ducem suum Iudaeos ad defectionem ab Ezechia rege sollicitans, contra Deum Iudaeorum blasphemata multa protulit, quasi non magis Iudaeos defenderet postea, quam reliquas gentes diu earum. Itaq; una nocte angelus Domini CCCV. millia, in castris Sennacheribi occidit. Rex fuga elapsus, Ninie in aede Nisrochi dei sui procumbens, a propriis filiis intersectus est. 4. Reg. 19.

NABUCODONOSOR rex Babylonis, dixit sociis Danielis, qui statum auream noluerunt adorare: Quis Deus, qui eripiat istos de manu meae? Sed postea poenitent. Dan. 3.

HOLOFERNES indignatus, quod Achior potentia Dei caelestis extulisset, dixit ad eum: Quoniam prophetaisti, quod Israelitae defendantur a Deo suo, ostendam tibi quod non est

est Deus, nisi Nabucodonosor, quem percussimus eos omniae quasi hominem unum. Iudith 12.

NIANO R, Antiochi Epiphanius dux, Iudaeos grauibis affectis malis: cumq; eos die Sabbathi aggrederetur, & illi eum ut Sabbathi reuerentiam haberet moneant, propter Dominum in caelo imperantem: superba uoce, Et ego dominus in terris contrariu iubeo. Ille idem iam ante manu contra templum extenta, locum sese illi demoliturum affirmauit. Verum a Iuda Machabaeo ingenti strage uictus, amissis suorum XXX. millibus cecidit, & brachiu eius cum capite & lingua sacrae Hierosolymis ad ignominia suspensum fuit. Libro 2. Machab. cap. 15.

Anianus Aurelianensis episcopus, Hunnis Aurelios obidentibus, una cum suis clericis de muro ipso letanias decantabat. SACERDOS autem unum ex captiuis, quem nec captiuitatis quidem iugum ad proccatitate oris coercere poterat, cum forte in acie urbi proxima uerfaretur, uocem intendens, ut ab omnibus audiri posset: Cassa, inquit, spe duceres, o Aniane, si uerbis abigi posses aduersarios credis, eadem praecationes ualidiores etiam urbis nihil profuerunt. His dictis corruit exanimis, nec ultra quequam est proleueus: Post haec Barbaris oppidum inuadentibus, tanta uis aquae de caelo cecidit, ut coacti sine dimissa oppugnatione in castra se recipere. Mox superueniens Aetius Romanus dux, in campis Catalanis Atilam memorabili praedio fudit. Gregorius Turonensis lib. 2. cap. 7.

Mendacij arguendo. IULIANVS Apostata, Iudaeos Christianorum hostes pertinacissimos amplexus, ad templum Hierosolymitanu rursus adificandum hortari cepit, ut medaciu Christum opt. max. argueret, qui lapidem supra lapidem non mansurum asseruisset. Nicephorus lib. 10. cap. 32. & 33.

58. DIVOS. Tempore Mauricij Imp. GRACI quidam in domo cuiusdam prudentes, ed prolapsum fuit, ut in uirginem Deipara conuitia atq; execrationes idcerent. Horu reliqui illico a malis correpti spiritibus poenas dederunt. Dominus autem domus istius per insomniu uidit sibi adstare Deiparam: quae alloqui ipsum non dignata, pedes eius uirgula ueluti notis impressis circumscripsit. Ille autem pra dolore statim euigilans, pedes suos in incisus inuenit. Gestatus in publicum, ibiq; expostus, iustum Dei iudiciu, & inculpatae uirginis Deiparae contra se indignationem professus est. Cedrenus.

CONSTANTINVS Copronymus Imp. imaginu oppugnatore, res etiam ipsas oppugnauit. In manus sumpto saculo auri pleno, & omnibus monstrato, rogauit, Quanti esset? Qui cum dixisset, Magnitudo effuso auro quesiuit, Quanti esset sacculus? cum respondisset, Nullus esse precii: Sic, inquit, Maria (neq; enim Deipara miser illa uocari uoluit) dum Christum in se haberet, honorata fuit: postquam autem eum peperit, nihil ab aliis differ multiribus. Suidas.

Cum Gangulpho finus fieret, & multi ex contactu feretri sanarentur, ancillaq; ad VOREM eius impia id retulisset, respondit illa: Maritus ita miracula facit, sicut po dex meus canat. Factum est autem, ut quoties illa deinceps per tota suam uitam uerbum ore ederet, toties cetera crepitu ex ano cum fœtore emitteret. Martinus in Chronico, feria sexta id maxime fieri solitum ait, in qua maritus eius martyr effectus erat. Et Pipinum regem Francorum accessit muliere, in maiorem gloriam Gangulphi martyris, uerum id esse deprehendisse, narrat Erphordienis cap. 67. & Vincenzus libro 25. cap. 159.

MAVRI cuiusdam feruus, cum perpetrato scelere aufugisset in templum Lupi Tricapitoni episcopi, a domino suo est deprehensus. Cum autem ira commotus herus in hac prorumperet uerba: En tu, Lupo, non auferes mihi seruum meum, nec manu tua eum proteges: mugire cepit instar uaccae, & die tertia perit. Greg. Turonensis.

DEOS FICTOS.

MASSAGETÆ deos omnes despiciunt. Vni modò Soli rem diuinam obeant, equo immolato. Caelius libro 18. cap. 28. Antiquarum lectionum.

Ascalabum, seu ascalaboten, ab Atticis Galeoten dictum, tradit Nicandri interpres esse lacertam, in quam ferret deformatus ABA S Metanira filius ab Cerere, quam a matre susceptam hospitio is moleste tulerat, simul & infirmitatem illi is honori rem diuinu risu fuerat profecutus; & in deam immurmurat neficio quid. Caelius lib. 19. cap. 4. Antiquarum lectionum.

Apud Pygmaeos puella fuit OENO E, forma non contemnen da, ceterum moribus inuenustus & superbis, & quae nihil neque Dianam neq; lunonem curaret. Nupta Nico damanti, mediocri & probo ciui, filium peperit Mopsum: ob cuius natales Pygmaei uniuersi, beneuolentiae ergo, plurimis eam donis affecerunt. Sed Iuno Oenoae inferna, quae nul-

lo honore ipsam dignaretur, in gruem eam mutauit, cololumque in longum protraxit, altiuolentemque auem fecit: interq; eam & Pygmaeos bellum excitauit. Oeno e autem de siderio filij Mopii, absq; intermissione domos circumuoluauit, quam Pygmaei omnes armis suntis profligant. Atque ab eo tempore in hunc usque diem inter Pygmaeos & grecs bellum est. Athen. lib. 9. cap. 16. & Antoninus Libera lis ex Bœi lib. 2. Ornithologiae.

Liberos habuit Eumelus Meropis F. superbos & iniuriolos; BYSSA, MEROPIS, & AGRON ij erant: habitabantq; Cōh insulam Meropidē. Iis terra plurimos edebat fructus: quia hanc solam deorum uenerabantur, solumq; diligenter colebant. His nulli erant cum hominibus congressus, neq; uel in urbē intrabant, uel solennes epulas & festos diis dies obibant. Nam siue puellae ad rem Mineturae sacram faciendam inuitarentur, frater recubabat, gratas egesteq; deo rores suas nigris praeditas oculis negans, sibiq; inuisam omnino esse ululam auem ait: siue ad Dianae sacrificium uocarentur, deam se odisse dicebat nos ambulam: siue ad Mercurij libationes, furcem deum a se non honorari dicebat. Cum nullum maledicendi finem faceret, irat Mercurius, Minerua & Diana, ad eorum aedes peruenient: ha uirginum forma, ille pastoris habitum ferens, Eumelum & Agronē compellans ad conuiuium inuitabat, quod ipse cum ceteris pastoribus Mercurio rem sacram fecisset: simulq; hortabatur, ut Byssam & Meropidem in lucum Mineruae & Dianae ad euales mitterent. Cum his auditis Meropis nomen Mineruae afficeret contumelia, in auiculum ululam ab ea mutatur. Byssa nomen suum retinuit, facta Leucothae auis. Agron audita re, uerū arrepto acconritum Mercurius trans formauit in Charadriam (sive is Latinis est rupex) Eumeli quoq; ob mutatum filium sibi conuictum facientem, in coruum nocturnum seu cicumam conuertit, auem malorum nunciam. Antoninus Liberalis in Metamorph.

Myinas Orchomeni F. habuit filias LEYCIPPAM, ARSIPPAM, & ALCATHOEM. Ha operum nimio studio arserunt, plurimumq; alias mulieres reprehenderunt, quod urbe relicta in montibus ex bacchantur. Tandem Bacchus puella sumta forma, eas hortatus est, ne sacra mysteria desererent: cumq; animum non aduerterent, indignē ferēs Bacchus, & puellā in taurum, leonem, & pardalim est mutatus. His prodigiis territae, paulo post sortes in urnam coniectas concusserunt: exiitq; fors Leucippae. Ea uouit deo sacrificium, suumque filium Hippasum, adiuuantibus sororibus, dilaniauit. Inde paterna domo deserta, in montibus baccharae sunt, pastaeq; hederam, smilacem, & laurum: donec eas Mercurius uirga tactas, in ublicres conuertit; despersitionem, ululam, & byzā: & ha tres fugiuu radios Solis. Antoninus ibi dem.

MYRRHĀ Cynara filia, eo quod spreuisset Venerem, patris incesto amore capta est. Plutarchus, & Ouid. in Metam. PROETIDES, filiae Proeti Arginorum regis, Iunoni se praefereutes, ab eadem mutatae feruntur in uaccae. Alij fabulantur hoc factum, quod Venerem spreuissent. Rausius. SALMOENEVS, Aeoli F. rex Thessalorum, homo impius, machina quadam fulgurabat, tonabat, populi animos conturbabat. Tandem poenas impietatis dedit, diuinitus fulminatus. Suidas, & Verg. lib. 6. Aeneid.

Vidi & crucales dantem Salmoena poeas, Dum flammās Iouis, & sonitus imitatur Olympi. CAPANEVS, cum in pinis moeniū Thebanorum iactaret, se uel inuito Ioue in urbem peruasurum, fulmine ictus est. Pausanias in Bœoticis, & Statius Thebaidis 10. De eo sic Euripides in Phœnicis:

Καπάνηδ' ὁ παῖς ἔπιπτεν ἐπὶ τοῖς ἰμαίνουσιν, καὶ ἡρώεσσιν ἐπὶ τοῖς ἱεροῖσι. καὶ οὐκ ἔμελλεν εὖτε σπυρίων βαβύλων, ἀλλ' ὄψετο γαστρὸς ἕλκεα τεύχεον. βλάπτει παρορμητῆρ' ἑὸν ἀπὸ τῆς ἵππου, καὶ οὐκ ἔμελλεν εὖτε σπυρίων βαβύλων, ἀλλ' ὄψετο γαστρὸς ἕλκεα τεύχεον. καὶ οὐκ ἔμελλεν εὖτε σπυρίων βαβύλων, ἀλλ' ὄψετο γαστρὸς ἕλκεα τεύχεον.

Capaneus uero qui dicerem ut infanierit? alta namq; scalg ad ascensus ibat, ac talia gloriatus est: Neq; uenerabilem ignem illum prohibere Iouis, quo minus summis arcib, caperet ciuitatem. Et haec simul loquebatur, & lapidibus ictus ascendebat, sub ipso clypeo conuoluens corpus, gradatim ascendens scalg politos pericarum clathros. Iam uero superantem pinas muros, ferit fulmine lupiter ipsum: in sonuit

ur deam placarent. Faciendum itaq; oppidani signum curarunt, (sancio femore, quod ipse etiam Pausanias purpurea factia uulnus obligatum se uidisse, testatur in Arcadicis.

DIOMEDES Tydei filius, Venerem in bello, Troiano lassisse fingitur ab Homero.

Fabulantur Bactrum, ubi illi Iuno persequeretur, labore fessum itinere, se quieti sub arbore quam dedidit, atque amphibacaa (id uiperæ utriusq; caput habentis nomen est, ut ait Nicandrus in Theriacis) eius tibiā momordisset: tum excitatum Dionysium illam palmite uitis, qui forte propinquus adiacebat, occidisse. Nam, ut sentit Demetrius Chlo- rus, id animal neq; ligno, neq; ulla re alia, nisi ligno uitis, facile potest interfici. Istud illi contigisse aiunt post uitem inuentam, cum furore à lunone iniecto percussus orbem terrarum peragraret. Cum igitur in Aegyptum, & in Syriam uagaretur, illum primus omnium Proteus rex Aegyptiorum feratur hospitio accepisse. Mox ad Cybellam Phrygiæ urbē profectus, & à Rheæ expiatus, stola ab ea sumta ceremonias Cybeles edoctus, per Thraciam ad Indos contendit. Tum LYCYRGVS rex Edonorum, qui iuxta fluium Strymonē habitabant, illum contumelios affectit. Cui Dionysius, cum euasisset, furorem iniecit: nam cum pampinos uitiumq; germen se cadere putaret, Dryantis filij crura truncavit. Atque cum extremas quoq; sui corporis partes abscidisset, respuit deniq; & ex oraculi responso ab Edonis ob sterilitatem agrorum in uinula coniectus, ab equis deniq; pro Dionysij uoluntate laniatus fuit, ut scripsit Apollodorus lib. 3. Natalis Comes Mythol. lib. 5. c. 13. A poetis Bipennis & Securiger appellatur, quod securi seipsum uulnerat. Ouid. lib. 4. Metamorphol.

PHERON Scythiarum Aegyptiorum regis F. cum Nilus supra decem & octo cubitos agros transdidisset, spiculū in me-

dios uortices contorsit, statimq; oculis captus est. Undecimo post anno ex oraculo uisum sibi restitutum iri audiuit, si urina mulieris, quæ ad fumum solum maritum accessisset, oculos lauaret. Inuenta est uxor cuiusdam olitoris solæ, cuius urina id præstitit. Rex eam in uxorem duxit: suam cum cæteris urbi Erythroboło inclausas, uiuas concremavit. Herodotus libro 2.

CAMBYSES Persarum rex, Aegypto subacta, Apim percussa eius coxa interemit: in eo impius, quod quædam belluolum & idolum peremisset, tamen uero deo uim se fecisse arbitrabatur. Sed cum ab eo falsus Smerdes haud multo post rebellasset, qui penè Përsidem omnem occupauerat: dum equum contēdit, lapso uagina ensa, quæ bouem ante occiderat, isti coxa uulnus accepit, quæ parte ipse Apis bouem uulnerauerat, atque ex eo uulnere breui decessit. Fulg. lib. j. cap. 2. & Sabell. lib. 4. cap. 2.

HERXES rex Persarum, Nepruno maris deo cōpedes, & Soli tenebras minabat. Proinde cum ui fluctuum pons sublitus in Hellepono diffectus esset: recenta uerbera mari infixit, alapas in cuti curauit, & compedes in illud demisit. Herodotus lib. 6.

HELIOGABALVS Vestalem uirginē secum nubere coegit, ac loco suo Palladium dimouit, perpetuos Vestæ ignes extinguere tentauit: & ceu cum diis ipsis bellum gereret, Romanorum religiones omnes, quæ eius temporibus colebantur, sine discrimine uiolauit. Quibus sceleribus deos hominesq; ita irritauit, ut ab equitibus suis impetu in eum facto occideretur. Quanto autem eos qui antea principatum gesserant, uiolata religione superauit: tanto ipse aliis despectior fuit, in latrinis interemptus, ac per uerbum primò, inde ad lupanar pedibus tractus, in Tyberim deiectus est. Fulg. lib. j. cap. 2. ex Lampridio, & Herodiano.

DAEMONIS CVLTVS IMPIVS

ADORANDO.

Fuit in Laodunensi suburbio, cui nomen est à ualle, Saga, men- se Maio MDLXXIX. quæ multis præsentibus facta fossa uultum huius abiecti, orans ex animo & adorans diaboli. Bo dinus lib. 4. Dæmon. c. 5.

SIMVLACRVM VENERANDO.

Anno MDLI. in Vigilia Simonis & Iudæ, sex BOEMI quasi ex professo artem bibendi exercentes, in Boemia contulerant in domunculam quandam nondum inhabitatam, proximam statuat, in qua flagris cæduntur facinorosi. Singula sua tulerunt symbola, candelas, cereuisiam, carnes assatas, & alia ad computationem nocturnam necessaria. Initio autem statim unus ex eis diuino (credo) numine admonitus, horrens quasi, & attonitus aufugit, cæteris licet clamantibus & retrahentibus. Relicti quinque, nihili facientes hanc admonitionem potant, uorant, ludunt, clamant, uoci-

ferantur in horam usq; tertiam & quartam noctis, abutuntur sedissimè canticis piis, imagini Satanæ in pariete depictæ, aliorq; syphos epotandos porrigitur per iocum. Mane eireiter horam sextam Vxor unius ingressa uaporarium inuenit singulos prostratos, alius mensæ incubuit, alius scammno, tertius sub scammno, alij duo per pauimentum supinat iacuerunt. Mulier nonnihil horrens atrox spectaculum, resumpto animo tandem accedit propius, excitatura uiros. Clamat igitur, Ecce iacetis hic tanquæ fues in uoluntate uita! Sic gite uelut egrediet. Verū misera mulier cū exanimatos omnes esse uideret & uiolenta morte oppressos, exclamata lamentabili uoce. Concurrunt, fœtor maximas est, inuenti in summo (qualore & pleni cribrosorum fordibus. Efferruntur, lauantur, cadauera cōferuantur in diem usq; tertium, ut omnibus fierent conspicua. Illorum colla sic pœdebant, ut contrafacta omniū ossium ligamenta & uinula: sanguinē singuli per os, nares & aures euomebant, ceruices tumebant, cruore undiq; sub ductæ.

IMPII ERGA DEVM, VT VERVS EST.

INVESTIGANDO, SCRVTANDO CVRIOSE.

Antistes ait oraculum Pythium THEORIS solitū tradi obfignatum. Quod qui solueret prius q̄ fas esset, unū ē trib. malis illū apud Athenienses manebat, aut oculorū orbatio, aut manus, aut linguæ iactura. Sunt qui dicat iis q̄ sententia capitali dānati fuisset, tria solere defeceri, gladiū, laqueū, & acōnitū. Hinc proverb. E tribus malis unum. Erasmus in Adag.

NON CONSVLENDO, NON INVESTIGANDO.

Diuinationis contentus quatenus ex scientia fit, ad locū Metaphysicæ pertinet: quatenus uero ex religiose affectu pio, ad Iustitiam religiosam impio, ad Iniustitiam suæ Impietatem. Ex Tit. igitur Diuinationis cuiuscunq; odium & contentus, exempla petantur.

Cecidit OCHOZIA S rex Israelitarum, per cancellos cœnaculi sui quod habebat in Samaria, & ægrotauit, misitq; nuncios, dicens ad eos, Ite, consulite Belzebub deum Accaron; utrum uiuere queam de infirmitate mea hac. Propterea Elias propheta cum seuerè corripuit: Quia misisti nuncios ad consulendum Belzebub deū Accaron, quasi non esset deus in Israel à quo posses interrogare sermonem, ideo de lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. 2. Regum 1.

APPVVS Claudius Pulcer, Rom. consul, ad Drepanum Sicilię ingenti prælio nauali ab Adherbale Pœnorum duce uictus est, ita ut naues uix XXX numero cum cōsule fuga dilapsæ sint. Ad XXXII Romanorum millia partim cæsa partim in uictorum potestatem redacta. Auxit consulis inuidiā spreta

religio, quod in pugna iturus, cum pulli ex cauca emissi tripodum non fecissent, eos in mare contentu religionis abiecit. Iudibrio etiam uerborum adhibito, ut biberent, quæ esse nolent. Sabell. lib. 9. Ennead. 4.

RUTHENI seu Moscouitæ cōcionatoribus carent: satis enim esse putant sacris interfuisse, ac Euangelij Epistolarūq; uerba, quæ uernacula lingua recitat sacrosus, audiuisse. Concionari in suis Ecclesiis obstinatissimè prohibent. Dicunt enim, se hoc modo uarias hereses & diuersas de fide opiniones effugere, quæ ex cōcionib; & subtilib; argumentis philosophicis; quæstionib; oriuntur. Guagninus in Moscouia.

NON CREDENDO. INCRECVLITAS.

Vsq; ad Aquas contradictionis constanter credidit MOSES cūctis uerbis Domini: sed ibi aliquantū hæsitauit. Num. 20. Rex Israel HEROBODAM mente peruersa non credēs Deo, quē ueracem promissa sibi regno datus; probauerat, timuit ne ueniendo ad templum Dei, quod erat in Hierusalem, quod secunq; diuinam legem sacrificandi causa ueritas illi genti ueniendum fuit, seduceretur ab eo populus, & stirpi Dauid tanquam regio semini redderetur, instituit idololatriam in regno suo, & populum Dei secum simulacrorum cultu obstitutum nefanda impietate decepit. Aug. lib. 17. de Ciuit. Dei, cap. 22.

ZACHARIA S sacerdos, cum Gabriel angelus natiuitatem Ioannis ei prædicaret, ætatem causatus & suam & uxoris Elizabethæ sterilitis natura, signum petebat, dicens, Qui cognoscam istud? At angelus signum ei dedit in pœnam, Ecce mutus eris ad eum usq; dicem, quo fiant hæc. Lucæ j.

Iesus

Iesus Christus propter incredulitatem NAZARENORVM non potuit illa ibi facere insignia miracula, quoniam contemnebant illum, quia fabri filius esset. Matth. 13. Marc. 6. Christus Dominus CHORAZIN, Bethsaidam & Capernaū, in quibus tot edita fuerant miracula, propter incredulitatem grauitè increpat. Matth. 11. Luc. 7.

NON OBTEMPERANDO

Primi PARENTES, quod de arbore comedissent contra mandatum Domini, morte damnati sunt: non quidem quod noxium esset, sed de ligno (nullam enim nocentem stirpem Dominus creauerat, sed quod rerum Domino & creatori inobedientes fuissent. Genes. 3.

LOTHVS admonitus fuit ab angelo, ut à Sodomitibus cū suis fugeret. Generi eius nolentes obedire, perierunt cum Sodomitibus. Lothus uero cum iis qui eum sequebatur, periculum euasit, excepta uxore, quæ etiam inobediens, retrò uiderat contra mandatum: uersa itaq; in salis statuum. Genes. 19.

MOSÉS eo quod ducatum populi non reciperet, iubente Domino, & multoties recularer, iratus ei fuit Dominus. Exo. 4. Cū ISRAELITÆ Domini iniussu montem superassent, & terram sanctam inuassent, Domino se considerare pertinaciter dicentes, cum interim Moses relucetetur, & arca fœderis loco fe non moueret: à montis illius incolis Amalechitis & Chananeis ad Hormam uicque fœda strage afflicti fuerunt. Numer. cap. 15.

ISRAELITÆ contra Domini præceptum cum Chananeis & Pherezæis habitauerunt, tributum tantum ab illis exigentes. Iudicum cap. 1.

SALVS Iudæorū rex, iussus perdere Amalechitas, bello superato neci dedit: Agago aut regis eorum pepercit: Deoq; inobedientie crimen ulciscitur, sublatum est ab eo regnū, & traditū alteri. Non enim lex impletur, nisi tota seruetur. Cui autem ille pepercit, eum Samuel propheta coram adducit, frustratum concludit, ut crudelitatem pietatem esse doceret, dum obsequium præstaret Deo. Marul. lib. 4. cap. 3.

Cū DAUID rex populum Israheliticū recenseri fecisset, nulla ad huc necessitate iratus Dominus, q̄ iniussu suo hoc fecisset, & populum quē ipse Abrahamo arena numero fore promiserat, numerare tentasset, neq; ut in Leuitico Dominus præceperat, pro quolibet capite argenti siclum Domino pependisset: per Gadum prophetam eum monuit, ex tribus supplicis unum eligeret, septem annis famem, trium mensium hostilem exercitiū, triuue dieū pestilentia. Dauid præstare dicens, in manus Domini quàm hominū incidere, pestilentiam elegit: quæ per triuuum 70. hominū millia ceciderunt. Cumq; genus manū suam in Hierosolymā quoq; intendisset, & apud aream Araunæ Iebusai constitisset: rex sacco uelutis, populo parci, se puniri rogauit. Dominus ergo ignouit illi, & manum suam cohibuit: utq; in Araunæ Iebusai area aram sibi construeret, imperauit: quo in loco quilibet Isaacus ab Abrahamo patre immolandum fuerat. Ea area precio 50 siclorum ab Arauna emta, factisque sacrificiis clades sedata est. Libro 2. Reg. cap. ultimo.

Prædixit Dominus SALOMONI regi, si faceret omnia quæ præcepisset ei, posturum se thronum regni eius in Hierusalem sempiternum: si auerteretur, ablatum se Israhelitas de superficie terræ. 3. Regum 9. 2. Par. 7.

IA DON propheta, propterea quod Domino non obediuerat uetanti, ne in Bethel cibum caperet, & pseudoprophetae crediderat, à leone in uia interfectus est. 3. Reg. 13. & Ioseph. lib. 8. cap. 9. Antiq.

ACHABVS Israhelitarum rex, Benadadum Syrię regem potentissimum bis ingenti clade affecerat, atq; ceperat. Ei, neglecta Micheas prophetae admonitione, pepercit, & tanquam fratrem tractauit, fœdusq; in super eū percussit. Micheas ut peccatum regi indicaret, iussit cuidam prophetae ut ferret, Deo ita iubente. Renuit ILE, & propter inobedientiā non multo post à leone occisus est. Alium nactus, iubet ut se feriat, ab eoq; in capite ictus, faciem puluere fœdat, & in uia ptererentem regem obseruans, Cū in acie uerfaret, inquit, quidam Israhelitarum Syrum captiuum mihi commisit, ea lege, ut si amissus esset, ego uel ita mea illum, uel argenti talento rependerem. Interea fatigante me amissus ille est, & ego (uulneris huius iudicio) de uita periclori. Tum rex: Tute te ipsum cum demnasti. Mox Micheas abterfo sanguinolento puluere, Tu ille es, ô rex, inclamaui, qui Benadadum, quæ perdere debueras, seruasti. Illius igitur uitam uita, populumq; populo repensum iri scias. Id triennio post contigit, quando Achabus in prælio contra Syros occubuit. 3. Reg. 20. & Iosephus lib. 8. Antiq. cap. 13.

IONAS propheta, à Domino ad prædicandum Nininitis missus, quod inobediens Domino esset, commoto mari è nauis proiectus est à nauis, & à pisce deuoratus. Ionæ 1. 2. & 3. Conquerendo de ISRAELITIS dicit Dominus: Præualuerūt

sermones Ionadabi filij Rechab, quos præcepit filiis suis, ut non biberent uinum, qui obediunt præcepto patris sui. Ego autem locutus sum ad uos, & non obedistis mihi. Hieremias capite 35.

DIIS FICTIS.

Minerva Erichthonium in cistam additum, tribus oribus, filiabus regis Atheniensium commisit: admonens, ne, quid intus esset, curiosè inspicere. Pandiosus quidem paruit. AGLAVROS uero & HERSE cistam resignarunt: uis quoque Erichthonio, furis agitata, se de arcis maxime prærupto loco præcipites miserunt. Pausanias in Atticis.

Cum maritima Atticæ uastarent Bæoti, & ATHENIENSES aduersus Aeginam expeditionem inirent: aduenit à Delphis oraculum, ut ab Aeginetis ledendis triginta annos abstinerent: tricesimo anno cum sanum Aeaco difcasset, bellum cum Aeginetis inchoarent, ad uotum eis re successura. Sin bellum continuò inferrent, fore ut interea multa detrimenta acciperent & inferrent, sed ad extremum illos subigerent. Hoc oraculum Athenienses ubi audiuerunt, Aeaco sanum dicarunt, quod nunc in foro extructum uisitur: sed triginta annis non esse abstinentum censuerunt, quod uidelicet audissent esse fatale, multa se passuros indigna ab Aeginetis, si bello abstinerent. Herod. lib. 5.

CAMARINÁ palus est in Sicilia, iuxta oppidum eiusdem nominis: quæ cum olim siccata, pestilentiam creasset, cōsuluerunt oraculum, an penitus eam desiccare præstaret. Uenit deus Camarinam moueri. At illi exiccarunt, non obtemperantes oraculo, & cessauit quidem pestilentia: sed per eam ingressis hostibus, pœnas dederit neglecti oraculi. Suidas, Seruus, Erasmus in proverbio, Camarinam mouere.

TIBERIVS Attinius Accius, cum in somno à Ioue monitus esset, ut ludos Circenses diu iam neglectos instauraret, idq; senatui & consulibus indicaret, nō fecit. Ideoq; eodem die filius eius mortuus est, ipse quoq; graui correptus morbo. Rursumq; querentem per quietem imaginem cum audiisset, fatilne pœnarum pro neglecta religione pependisset? Ite etica ad consules delatus, & re omni in senatu exposita, corporis pristinam sanitatem recepit, pedibusq; domum rediit. Laëtantius lib. 2. de Origine erroris, cap. 8.

NEGLIGENDO ORACVLA, MONITA.

PHARISÆI plus tribuebant suis quàm Dei mādatis. Cū enim per Mosen præceperit, parentes senio confectos alere illi docuerunt, filios religiosi facere, si sumtus in sacrificia præstarent, & munera in corbonam siue gazophylacium mitterent. Matth. 15. Marci 7.

Cum Abrahamo promississet Ioua, sese eius stirpem ad celestium stellarum numerum multiplicaturum, & DAUID rex Israhelitarum censum à Ioua fieri, nulla coactus necessitate, imperasset: recensita quidem sunt à populo ad XIII cenrenam millia eorum qui arma ferre possent, maiorum uiginti annis: ac minores non sunt recessit. Cū igitur rex Dei quasi promissum refellerit, Deum que ueluti mendacij uoluerit arguere, pestilentia populo immissa, ad LXX millia trium dierum spacio amisti. 2. Regum 24. & 1. Paralip. 27.

IPHIGENIA audiens uiuere adhuc Orestem fratrem, & uana esse somnia quæ de eo uiderat ut defuncto, apud Eurip. in Iphig. Taurica sic ait:

Ἰφίγητις ὄνειρος χυλίσθη, δὲ δὴν ἦν ἔσθ, εἴθ' οἷσθαί γε δὴ σάκωνες κενυθήμενοι, σὺ δὲ δὴν ἀνέθαν ἔστιν ἀψυδής στρού, πᾶσις παροργισθὲς ἐν τοῖς δροῖς ἔτι, καὶ τοῖς βροχέοις.

Vana in somnia ualete, nihil estis utique: neq; qui sapientes diu uocatur, uolucris somniis sunt certioris. Magna perturbatio in rebus diuinis est, atq; in humanis.

FINGENDO, MENTIENDO ORACVLA.

Cum Blachi à defectione ab Imperatore Isaacio Angelo, ad quem à PETRO & ASANE fratribus inducebantur, rei difficultate terri, abhorreret: fratres, ut popularibus suis eum metum adimerent, eodem nomine martyri Demetrii ædificarunt, in eamq; multos daemonia eos utriusq; sexus coegerunt, qui cruentis & perueris pupillis, effusisq; crinibus, cetera omnia exquisitè exprimebant, quæ id genus hominum propria habet; eosq; docebant in furore proloqui, Deo uisum esse, ut gens Bulgarorum & Blachorum, diuurno iugo excusso, libertatē cōsequatur: eaq; de causa Christi martyrem Demetrium, relicta metropoli Thessalonica & æde, Romanorumq; conuenerunt, ad ipsos peruenisse, adiutorum id opus. Tum uacordes isti homines paulum morati, & subito maiore spiritu collecto rursus alienati exagitabantur, & elata uoce quasi numine afflati clamabant, Non amplius desidia esse locum, sed arreptis armis Romanos

KKK inua-

diis immortalibus sibi dari regnum: quod nisi credat, deos augurio id esse confirmatos: mox Neptuno clam uouit, se quod primum apparuisset, immolaturum. Cum uero eximia pulchritudinis taurus apparuisset, illum dedit pastoribus ad amera deducendum, atque alium pro illo mastrauit. Quare iratus Neptunus, nefarium illius tauri desiderium ueroi Minos immisit. Natalis Comes Mythol. lib. 6. cap. 5. ex Diodoro lib. 4. capite 13.

PLASGI orta agrorum sterilitate, uer sacrum diis uouerant. Voti compotes, exoluere neglexerant. Pestilentia inde uenit, oraculum de causa mali interrogauere. Responsum accepere, ut uictimas deo immolarent, eorum uictimas uictimas. Itaque ad placandum numen decimas humanas exolendas esse. Dion. Halicar. lib. 1. & Eusebius lib. 4. Præp. Euangelicæ.

Italia ad Posidonia eorum petram fabulatur miraculum tale accidisse. Erat VENATOR in regione que dicitur Andragathia, solitus antea eorum que ceperat capita ac pedes Dianæ dicata, arboribus affigere. Cum aprum ingentem cepisset, contenta dea ait se caput solum dicaturum: arborique cupiam suspensio, cum meridiano astum deuotans sub arbore quiescisset, in somnum incidit: tum ligaculo sua sponte dissoluto, caput decidens hominem peremit. Diodorus lib. 4. cap. 3.

CAMILLYS Dictator cum Veios peteret, si urbe potius esset, Apollini decimam partem se uouerat sacraturum. Urbe capta & direpta, siue interpellare ciues dubitauit, siue rebus presentibus dissentio uoti effluxit memoria, concessit illis prædam. Postquam se dictatura iam abdicauit, retulit hæc de re ad senatum: & aruspices in uictimis obnunciauerunt portendi deorum iram, que expiationibus & piaculis esset placanda. Tum senatusconsultum factum est, non quin prædam maneret diuisa (neque enim fieri commode aliter poterat) sed ut prædam, quam quisque habuisset, partem decimam iuratus in medium conferret. Fuit id acerbum magnopere & graue militibus hominibusque, post labores exdatos multos, eorum que quaesierant, & iam absumptam, tantam cogi inferri portionem. Quorum tumultum Camillus undique percelleret, neque causam expediret commo diorem: descendit ad inuestigandam, oblitum se uoti confessus. Illi uero fremebant eum, qui uotum conceperat de rerum hostilium sacra decima, nunc eam cogere ex fortunæ ciuium. At tamen ex iis, que omnes pro rata quisque contulerunt, decreuerunt cratera aureum faciendum, & Delphos mittendum. Plutarchus in Camillo.

GALBA, qui Fortunam Tusculanæ torque fraudarat, illumque Capitolinæ Venere dedicarat, in somnis Fortuna queri uisa est, quod promisso eam fraudasset: breui quoque se crepturam quod dederat, interminata est. Nec multo post perit. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 13. ex Suet.

BENEFICIA COLLATA DISIMVLANDO, SIBI ALIISQUE ADSCRIBENDO.

TIMOTHEVS Atheniensium dux, Cononis pater, ad quodcumque mitteretur bellum, facilem, ac perinde certam retulit uictoriam. Vnde factum est, ut à pictoribus non aliter per picturam exprimeretur, quam similis dormienti, assistente ei muliere, quam Fortunam intelligi uolebant, que retia ferret, & id genus instrumenta alia, uenationibus accommodata: hoc figmento prudentioribus insinuantes, pro eo Fortunam omnia peregrisse: ipsum uero nil profum aliud, quam dormitasse. Caterum ubi grauis hæc molestiaque ferre cepit, asserens suæ ipsius uirtuti & ingenio uictorias omnes acceptas referri par esse, procul Fortunæ aura sequestrata:

indignata dea disti tumore, nunquam postea Timotheus ex hoste potius est uictoria. Cælius libro 9. capite 18. Antiquarum Lectio num.

SCIPIO Aphricanus, respondens legato Antiochi regis, sententiam ponit & contumeliosam in deos, & hominæ in illis ritibus perquam religio indignam. Romani, inquit, ex iis que in deorum immortalium potestate erant, ea habemus que dii dederunt: animos, qui nostræ mentis sunt, eosdem in omni fortuna gessimus, gerimusque. Sed quid mirum eos talia dicere, quum TYLLIVS (ut Augustinus inquit) philosophaster, posuerit in tertio libro de Natura deorum: Quis agit Ioui gratias quod sit bonus: hoc enim sibi debet. Quomodo de deo suo poterant sentire abiecti, qui illum facerent uelut œconomum fortunæ, distribuentem res uiles & despiciabiles: maximas autem & præcipuas unum quemque sibi parare ac debere, non illi principi domino rectori uniuersorum. Ludouicus Vices de Veritate Fidei, lib. 5. Sunt qui putant ARNULFVM Imperatorem phthiriasi perisse, quod rebus secundis elatus, omnia uiribus suis accepta retulerit, Deum Opt. Max. non agnouerit: passus, dum in Italia bellum gereret, sacerdotes uinctos trahi, uirgines stuprari, coniugatas opprimi, templa spoliari, & in iis res uenæ reas exerceri impune: cum Zuendebaldum Morauienfium regem debellaret, Hungaros, gentem perfidam, & Christianæ religionis hostem aduocarit, ut sibi resistentem opprimeret. Quo factum est, ut hæc gens uniuersam dehinc Germaniam crudelissimis affecerit populationibus ac suppliciis. Nonnulli quod corpus S. Dionysij abstulerit furtim, & Ratisbonam detulerit, id accidisse credunt. Cuspinianus.

GRATES MALE AGENDO.

DEO VERO.

Tradit Hebræi, ideo ægrotaffe EZECHIAM regem, quoniam post auditam uictoriam ludæorum, & Assyrii regis interitum, non cecinerit laudes Domino, quas cecinit Moses Pharaone submerso, & Debbora interfecto Sifara, & Anna genito Samuele: unde commonitum esse fragilitatis suæ. Hieron. lib. 11. com. in Esaiam, cap. 39.

INNOCENTIA Carthaginensis matrona sanctis, cæcro mille incurabili affectu, precibus ad Deum conuersa, in somnis admonetur, ut ab ea, que die Paschatis prima omnium è baptisterio baptizata sibi occurrisset, locum Crucis signo signari peteret. Paruit, & sanata est. Miraculum tamè si non occultauit, saltem minus, quam decebat, celebravit. Id in dignè uulit D. AVGVSTINVS, & curauit ut eorum multis historiam totam ad Dei laudem recitaret. Testis ipse lib. 22. de ciuitate Dei, capite 8.

DIIS FICTIS.


STOICI philosophi diis gratias agebant, non quod oratione flecti potuissent, sed quod factum benignum constituissent. Nam quod semel decretum esset, nullis nec precibus nec sacrificiis immutari posse, impie existimabant.

ORNEATÆ, qui sunt in Argolica terra, cum Sicyoniorum bello premerentur, uotum Apollini nuncuparunt, si hostibus repulsis patriam periculo liberare potuissent, quotidianam se illi pompam missuros, & hostias ad certum & præfixitum numerum immolatueros. Verum cum Sicyoniis prælio uictis uoti rei facti essent, pompam quotidie ex uoto mittentibus, non tam impensa grauis, quam laboris & molestiæ continuatio uisa est. Venit igitur in mentem, satis deo factum iri, si & pompam semel, & hostiarum numerum, ducta æque æstimationis ratione, mississent. Aenea itaque uotum restantia Delphis posita fuerunt opera. Pausanias.

LIBRI



LIBRI OCTAUI TITVLORVM DISPOSITIO.






Voluminis Decimiseptimi

Liber IIX.

DE IMPIETATE Distributiva Secundaria erga Ho- MINES.



IMPIETAS ERGA SEIPSVM. QVO AD

ANIMVM PVTA

NOLLE ERVDIRI IN SACRIS.

Vide Tit. Impii erga sacros homines, Non credendo. Item Tit. Obsinationis impiæ.

BAPTISMVM DIFFERRE.

Scribit Chryostomus, QVO SDAM suo tempore ad extremum usq; uitę tempus, cum propę reddendus esset spiritus, baptisma distulisse: & quosdam etiam in nouissima demum expiratione suscepisse: ideo fecisse, ut interea temporis liceret indulgere peccatis, quod grauissimę reprehendit, in septimum caput Epistolę ad Hebręos: item Homilia prima in Acta Apostolorum, ubi etiam amplius subiicit, uidelicet quod etiam mortuis iam sit infusa aqua. Quod itidem reprehendit, dicitq; nihil esse aliud quęm sancta in terrę proiecere.

ANIMÆ IMMORTALITATEM FLOCCIPENDERE.

SADDVCAI apud Iudęos animarum immortalitatem non credunt, nec quicquam præter legem seruandum existimant. Sectę huius pauci sunt affectę, sed ferę dignitate præcipui: qui tamen in repub. gubernanda Phariseorum decretis assensuerunt, locum alioqui non habituri in magistratu. Iosephus lib. 18. cap. 3. Antiq.

IA PONTI Indi Tundis (sic episcopus uocät) ac festarum Principibus parent. Ex uerõ sectę ferę duodecim numero sunt: quę licet cultu & superstitionibus inter se multum differant, in tollenda tamen animorum immortalitate conspirant: & quamuis plebi uaria deorum nomina ad colendum proponant, ipsi tamen secum, præter ortum & interitum, nihil esse constituunt. Ad hanc opinionem imis animi sensibus penitus insigendam, commentationes circiter bis mille & quingentas paratas habent. Quas qui diu multumq; secum perpenderit, omni tandem religione solutus, in illa cęcitæte profus conqueiescit. Io. Metellus.

BARBARA Sigismundi Imp. uxor, cum Epicuro summum bonum in uoluptate ponebat: similiterq; atque Sadducęi de immortalitate animę nihil planę credebat, sed tam superiorum quęm inferos ridebat. Dubrauius lib. 28.

ANT. VREVS Codrus Grammaticus Brixienis circa Christianum dogma, si nõ re, uerbis saltę plerumq; claudicabat. Rogantibus amicis, quid post mortem de se futurum esset, uideret ne animus, an interiret cum corpore. Quę de inferis homines prædicaret, an illa dicebat esse terriculamęta. Ecclesię tamen sacra, cum ad ultimũ uitę finem ægrotaret, ipsemet petiit. Nam cum ad se Christi corpus per sacerdotę afferri uideret, pectus manibus atq; ora penitentis in modũ percutiens, miserum se esse protestatur, & nunquam sapientem, qui ductus esset per omnem ferę uitam a tanta animi cęcitæte. Bartholomęus Bononiensis in eius uita.

DEMONAX philosophus percontanti, qualia putaret esse apud inferos? Expecta, inquit: & simulatq; illuc uenere, per literas tibi significabo omnia, impidę sentię, nullos esse inferos. Nec enim credebat animarum immortalitatem. Erasmus lib. 8. Apophthegmatum.

LVDOVICVS Ariostus Ferrariensis, in uernacula & Latina poesi excellentissimus, sibi ipsi scripsit uiuens epitaphium, cuius uersus hęc sunt: *Christia non homine indignum, cum impietatis suspitionem præbeat, mortuorum resurrectionem scurriliter intridendo. Est autem tale:*

Ludouici Areosti humantur ossa
Sub hoc manore, seu sub hac humo, seu

Sub quicquid uoluit benignus hæres,

Sive hæredę benignior comes, siue

Opportunius incidens uiator.

Nam scire haud potuit futura: sed nec

Tanti erat uacuum sibi cadauer,

Vt unam cuperet parere uiuens.

Viuens ista tamen sibi parauit,

Quę inscribi uoluit suo sepulcro,

(Olim si quod haberet is sepulcrum)

Ne cum spiritus exili peracto

Præscripti spacio miscellus artus,

Quos ærę antę reliquerit, repositet,

Hac & hac cinerem hunc & hunc reuellets,

Dum noscat proprium, uagus pereret.

IOANNES de Canis, medicus Florentinus multi nominis, cum ex matæosophiæ principis animã mortalem esse sibi certõ constare semper affirmasset, morti tamen proximus dubitare cepit, iamq; animam agēs, inquit: Presto sarõ suõ tri d'un gran forse: Sit necne, mox sciam. Io. Bapt. Gellus secundo dialogo Chimæico, del Botaio.

CORPV S.

IEIUNIA NEGLIGERE, Frangere.

Consule Titulum Intemperantię circa Alimenta.

IA DON propheta Hierosolymis ueniens Bethel, cum psetidoprophetę mendacio deceptus fregisset ieiunium, a Leone (quod animalis genus ieiunanti Danieli pepercerat) suffocatus perit. Qui tamen dum ieiunium seruabat, manum Hieroboami regis ipsum ferire uolentis arefcere fecerat: & arefcãã, cum illum ponitisset, rursus sanitati restituerat. Tanta itaq; ieiunantis uirtus fuit, quanta solutis ieiunium imbecillitas. Nam quem irati regis potentia lædere non potuit, unius bestię uis interemit. Marul. lib. 4. cap. 1.

POLONI munitis. Pomeranię arcem Naclum obsidebant. Noctu panicis terrorib. infestati, homines obuscantes incassum fuit persecuti. Obfessi tumultu Polonorum exaudito, erumpunt subito, & ignem in tuguria militum stramine arundinę, contra inuicem quo celeriter magna castrorum pars conflagrauit. Nocturnas umbras illas fuisse aurumant, Polonos ita diuino permisso exagitant. propterea quod solene omnibus Christianis quadraginta dierum ieiunium, priore expeditione, promissuo actemeratio est carnis & lactatorum, temerauerant. Itaque quod hyems iam instabat, tuguriaq; amiserant, re infecta ab oppugnatione Nacli discesserunt. Cromerus lib. 5. hist. Polonia.

CASTITATEM SOLVERE.

Consule Titulum Incestus religiofi.

FORTVNAS. VT

HONORES DIVINOS ACCIPERE, arrogare.

Ex loco Ambitionis. Item Dei contemptus, huc multa.

HERODES Agrippa, qui Iacobum fratrem Ioannis Euangelistę Hierosolymis occidit, iam tertium Iudęe totius regni annum exegerat, cum peruenit in urbem Cæsaream, quę prius Stratonis turris dicta est: ubi solennes ludos celebrat pro salute Cæsaris. Ad quam festiuitatem magna multitudo nobilium ac procerum conuenerat ex tota prouincia. Eius celebritatis die secunda proecessit manę in theatrum, amictus ueste tota ex argento mirabili opere contexta: quę radiis orientis solis illustrata, diuinum quandam fulgorem emittebat, & uenerationē cum horrore incutiebat spectantibus: moxq; adulatores perniciosi alius aliunde acclamantes,

LIBER IIX.

tes, Deum consalutant, rogantes ut faueret propitiis. hæc enim ut hominem reueritos, nunc agnosceret & faceret in eo quiddam mortali natura excellentius. Hanc impiam adulationem ille non repressit: pauloq; post suspiciens, uidit supra caput suum babonem funi extenso insidentem: moxque ut sensit hunc esse calamitatis nuncium, qui olim felicitatis fuerat, ex intemis præcordiis indoluit. Secuta sunt uentris tormina, statim a principio uehementia. Conuersis igitur in amicos oculis: En, inquit, ego ille uestra appellatione deus, uitam relinquere iubeor, fatali necessitate coarquente uestrum mendacium: & quem immortalem salutatis, mox efferetis. Sed ferenda est uoluntas cœlestis numinis: neque enim malę uiximus: imò tanta felicitate, ut omnes me beatum prædicent. Hęc locutus, crescente dolore discredibatur. Properę igitur relato in regiam, rumor sparsus est, breui esse moriturum. Quamobrem confestim totus populus, unã cum uxoribus atq; liberis, saccũ indutus more patrio, supplicabat Deo pro salute regis, omnia miscens lamentis & euulabibus. Rex autem in celsiore decubens cubiculo, & in faciem stratos humi prospiciens, non temperabat sibi à lacrymis. Cruciatu deinde per continuos quinque dies nihil se remittente, confectus uitam finit, annum natum quartum supra quinquagesimum, postquam regnasset per septennium. Iosephus, & Eusebius lib. 2. cap. 10.

DIGNITATES SACRAS INVOLARE, ut, prece, gratia, precio.

SIMONIACI.

Hęc locum confer Ambitionis in captandis honoribus

Imperii, ut Religiofius, Sacerdotii, Illę honoris hęc

Imperii, ut Religiofius, Sacerdotii, Illę honoris hęc

IASION, siue Iesus (Oniæ pontifice fratre interfecto ab Andro

IMPIETAS ERGA HOMINES SACROS, PIOS, RELIGIONIS NOMINE COMPLECTENDOS.

ERGA ANIMVS. ERGA

SACROS.

Consule Tit. Impii in Cadavera, Sepulera. Illę rei sanctę, hęc. Personaratio habetur.

CONSTANTINVS Coptonym? Imp. inito post patris mortę imperio, uniuersali edicto proposito imperauit. Ne quis aliq; ex feruis Dei nomine sancti decoraret, sed corũ reliquias conuerteret, ac pro nihilo duceret: neq; Mariam uirginem dei genitricem uocaret. Quin sumto loculo auro reposito, de quibusdam, qui aderant forte, rogauit, Quãtũ cum precia æstimarent, cum responsum esset, Magni: ex toto auro, iterum Quantũ æstimarent, quę sunt. Respondentibus autem illis, Nihil: Rectę iudicatis, inquit. Maria quoque dum Christum gestauit, summi precii fuit: postquam eum peperit, nihilo ceteris mulieribus preciosior est. Sigonius libro 3. regni Italici.

DAUIDIS STIRPEM.

VESPASIANVS & TITVS Imp. in regiam Iudęorum gentem diligenter inquisierunt, politico partim fine, ne motus aliqui timendi essent: partim Diaboli instigatu, qui familiam Christi penitus exterminare conabatur. DOMITIANVS patris exemplum imitatus, ipse quoque in regiam Dauidis stirpem cõquiri, deprehensos interficere curauit. Eusebius lib. 3. capite 20. ex Egeippo narrat, nepotes Iudę illius, qui frater Christi secundum carnem fuit, ad Cæsarem pertractos, & stirpe Dauidis se esse fastos, pauperes tamen & agricolas, ut qui pauca agri iugera haberent, & uix sese inde annuatim sustentarent. Offenderunt laboris sui testes manus callis induratas: neque Christi regnum mundanum, sed cœlestę futurum asseruere. Eos igitur Domitianus tanquam uiles homunciones cõtemsit, liberosq; dimisit: quin & reliquis Christianis æquior in postem fuit. Illi postea & quia affines Christi & martyres essent, Ecclesiis præfuerunt, & ad Traiani usque tempora superuixere.

PROPHETAS.

IZABEL Sidoniorum regis F. Achabi Israelitarum regis uxor impurissima & sceleratissima, cum ad Baalis cultum maritum quoque pertraxisset, omnes prophetas Domini persequebatur: ita ut Abdias centum in specu quadam absconditos pane & aqua aluerit, Elias in solitudine ad torrentem Carithum deliquit, triennio integro. Eo exacto, cum Elias precibus suis imbrem impetrasset, & omnes psetidopphetas mactasset, Izabel irata, Elię exitum machinabatur. At is Bersabam fugit. 3. Regum 18. & 19.

Ajunt Hebręi, ob duas causas interfectum Esaiam prophetam à VDÆIS, quod principes Sodomorum & populum Gomorrę eos appellauerit: quod Dominõ dicente ad Moysen, Non poteris uidere faciem meam, iste ausus sit dicere, Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum. non considerantes, quod faciem & pedes Dei siue suos (quã in Hebręo ambiguitur) Seraphim texerint,

nico Antiochi Epiphani præfecto) a regē pontificatum obtinuit, argenti 360 pollicitus, & alterius cuiusdam reditus talenta octoginta. 2. Machab. 4.

MENELAVS Iasonis frater longę scelerator, cum cœcilentis ad Antiochum a fratre missus, iis ad uendicandum sibi pontificatum usus, pecunia ea regem corrupit, & pulso fratre principatum occupauit. 2. Machab. 4.

ARCHIDIACONVS episcopatum Canusinũ ambiens, cum Sabinum episcopum senem & cæcum, donoq; prophetandi clarum, è medio tollere propinato ueneno statuisset: Sabinus accepto è pincernæ manu poculo dixit: Vade, & dic auctori harũ insidiarũ, me quidem poculum bibiturũ, sed eum episcopatu nunquã potiturũ. Sic accidit, ut uenenum Sabino bibenti non noceret, & archidiacono non bibenti ea ipsa hora causa mortis existeret. Georg. Turon. lib. 3. Dialog. cap. 5. & Vincent. lib. 21. cap. 66.

GISELERVS, Mersburgensis episcopus, mortuo Othrico Magdeburgensi archiepiscopo, impetrauit ab Othone III. Imp. ut à minori ad maiorē assumere ecclesiã, minore tamen nõ relicta: & arbitrabantur multi, interuenisse negociũ, quod perambulabat in tenebris: scandalumq; peperit res illa ætate incompta, ut duabus ecclesiis unus esset pontifex, hoc est unus sponsum duabus sponfis. Cranzius libro 3. Metropoleos, cap. 37.

INVS SACRVM SIBI ARROGARE.

NICEPHORVS Phocas Imp. omni auctoritate designandę episcopos sibi uendicata, edixit, ne quisquam iniussu suo in ullam ecclesiam mitteretur. Mortuo igitur episcopo, ex ministris suis in ecclesiam uacatęm mittebat aliquem: quo sumtus necessarios parçẽ faciente, ipse reliqua sibi uendicabat. Zonaras.

& media tantum eius Esaias uidisse se scribat. Hieronymus lib. 1. in Esaiam, capite 1.

Contra prophetam Danielem duodecimum librum scribit PORPHYRIVS, nolens eum ab ipso, cuius inscriptus est nomine esse compositum, sed à quodam, qui temporebus Antiochi, qui appellatus est Epiphanes, fuit in Iudęa: & non tam Danielę uentura dixisse, quã illum narrasse præterita. Deniq; quicquid usq; ad Antiochum dixerit, ueram historiam cõtinere: si quid autem ultra opinatus sit, quia futura nescierit, esse mentium. Hieronymus in proœmio super Danielem.

HERODES Antipas, Galileę Tetrarcha, D. Ioannem Baptistam in gratiam Herodiadis meretriculę in castrò Machærunte capite multauit.

Primus religionis nostrę propugnator Stephanus, cum signa & prodigia faceret in populo INFIDELIUM, in se inuidiam concitauit. Conspirant omnes de synagoga Libertinorum, Cyrenensium, Alexandrinorum, Cilicium & Asiaticorum: ut inita cum illo disputatione fidem ab eo prædicatam quoquo modo possint fugillat. Nec tamen resistere potuerunt sapientię & spiritui, qui in sancto loquebatur: & dum pudet tam multos ab uno superatos, innocentem blasphemis aduersus Moysen insulam. Postremõ quem argumentis uincere non poterant, ut oppressere, & lapidibus obruerent. Marul. lib. 2. cap. 7. & Sabell. lib. 5. cap. 4.

PONTIFICES, PATRIARCHAS.

Syluerio Pontifici Rom. præceperat THEODORA Iustiniani uxor, ut Menna Constantinopolitano antistite pulso, Anthemium ab exilio reuocaret, qui ob Eutychanã sectã pulsus fuerat. Negat Syluerius id se facturum, quod Põtrificia pietate incolumi præstari non possit. Excanduit femina insolens, quę nihil sibi non licere putabat: scripsitq; Belisario, ut Syluerio pulso, Vigilium Diaconum, cuius impulsu petium erant à Theodora, ut Anthemius restitueretur, in eius locum substituat. Belisarius, siue quod bellicę rei intentus esset, siue planę sciret, causam Pontificis ad se minimę pertinere, negotium à muliere acceptum, uxori Antoninę commisit. Quę subornatis à Vigilio testibus, qui Sylueriũ diceret consilia agitasse de Gothis in urbem inducendis, hominẽ cogit se se dignitate abdicare, pallioq; deposito, monasticam sibi cucullam inducere. Sicq; in Pontias insulas relegatus, in sanctitate uitę dies concludit extremos. Procopius.

MAVRICIVS Imp. diuo Gregorio summo pontifici fuit infensus: qui antequam Papa fieret, à Pelagio summo pontifice missus erat ad Mauritium, ut se apud principẽ purgaret, ne sibi uitio uerteretur, quod ab Iulio illius assensu se pontificẽ proclamari passus esset. Post mortẽ Pelagij, cum Gregorius sedem obtinuisset pontificis: Mauricius, Gregorio scripsit, ut Ioanni Nescenti patriarchę Constantinopolitano, & eo defuncto Cyriaco, qui ei successerat, & prius Oeconomus magnę ecclesię fuerat, obtemperaret, ueluti omnium

antistitum patriarchæ principali. Quod cum Pontifex recu- sare, Mauricius Smaragdo Exarcho & militibus ex Italia reuocatis, Agilulphum regem Longobardorum adhortatur, ut fœdere postposito, quod cum Romanis habebat, urbem armis inuaderet: quanquam iam Italiae exarchus rapinam Romanam affligerat. Adiecit dehinc impium edictum, ne Deo militaret, quicumque Romanæ militiæ esset ascriptus, nisi finita militia, aut ui aliqua debilitatus. Omnino annixus ob odium in Gregorium pacem Romanis frangere. Cuspinianus, Orho Phringensis lib. 5. cap. 7.

Mortuo Zenone ANASTASIVS Diaconus, humiliter natus, repulso Longino Zenonis fratre, ceu fene, auxilio & studio Ariadnæ Zenonis uiduæ, quam post in uxorem duxit, Imperfactus est. Cum initio, quod de magia & Manichæa heresi, quam & mater eius sectabatur, suspectus esset, purpuramq; Imperatoriam ab Euphemio Constantinopolitano patriarcha impetrare non posset, nisi propria manu scriptâ & iuramento confirmatam confessionem ac stipulationem traderet, quod à Chalcedonenis synodi sextæ decretis non uellet discedere, aut quicquam nouorum tumuluum in Ecclesia mouere, haud grauatim stipulationis synographâ dedit. Sed non multo post mutata sententia, eam reposcit. Quam cum Euphemius dare detrectaret, eum in exilium eiecit, & Macedonium eidem substituit. Cæterum cum neq; Macedonium synographam reddere uellet, clam in exilium deportatus est, & tandem Sangre interfectus. Euagrius lib. 3. cap. 29. & 32. Nicephorus lib. 16. cap. 26.

CLERICVS quidam, qui Euthymio, post mortem Leonis Philosopi Imp. patriarchatu detrufo, canos euulserat, domum reuertens, eam ea ipsa hora incendio absumtam deprehendit, filiamq; membris luxatam, quæ multos deinde annos mendicando uictum quæsiuit. Cedrenus.

EPISCOPOS.

CYRINVS sub Arcadio ecclesiæ Chalcedonenis episcopus, homo arrogans, & iniurius contra Ioannem Chrysoftomum fuit. Cum autem episcopi plurimi, instigante Theophilo Alexandrino episcopo contra Ioannem Chrysoftomum ad concilium Constantinopolitanum pergerent, & Chalcedone prius de rebus consultarent: accidit casu, ut Maruthas episcopus Mesopotamiæ pedem Cyrini alterum calcando laederet, leuiter sanè in speciem: sed tantum postea serpsit malum, ut non illum pedem tantum, sed & alterum secundum præbere coactus sit: neque tamen lues sic quoq; cessauit, sed totum corpus lento quasi igne consumit. Sic impietatis suæ, ut & pleriq; alij accusatores D. Chrysoftomi, pœnas dedit. Sozom. lib. 8. cap. 27. Nicephorus lib. 13. cap. 14. Sozocrates lib. 6. cap. 27.

PRESBYTERI duo, qui episcopatum Aruernensem affectabant, & Sidonio eicere conabantur, diuino iudicio puniti sunt, alter superstitite adhuc Sidonio, alter post eius obitum. Cum enim prior sub uesperam optimo seni minatus esset, se eum ecclesia eiekturum: mane ecclesiam ingressurus, prius alium exonerare uolens, cum sordibus simul animam egerat. Alter cum ipso inaugurationis suæ conuiuium lætus esset, pincernæ sui somnio, quo ille iustus erat eum ad diuini iudicii tribunal accersere, ut pote ibi accusatum ad Sidonio, ita exanimatus fuit, ut poculo è manibus lapsio, ipse humi caderet, & moreretur.

GVNTHRANNVS rex Francorum, cum plurimos episcopos in exilium agere conaretur iniuste, in grauissimum incidit morbum: & exercitus eius in Hispaniam missus, ad quinque millia amisit. Turonensis lib. 8. cap. 20. & 30. Mandericus episcopus Ternoderensis castri, ui ab ecclesia sua auulsus, in exilium, in arctam & detectam turrim ad ripam Rhodani extructam detruitur: ubi per biennium ferè integrum detentus fuit, quod Sigebertum regem Mediomatricum cum fratre Gunthranno bellum gerente, alimentis & comenatu iuuisset.

NANTINVS comes sub Childeberto rege Francorum, cum ob incertam homicidij suspicionem Heraclium episcopum acerbè infestaretur, & collegam eius interficeret, bonaque ecclesiæ diriperet, excommunicatus ab episcopo, sed ab alijs episcopis pecunia corruptis absolutus, mortuo Heraclio, grauissima febris correptus, sese ab Heraclio episcopo exuri, & ad diuinum iudicium uocari, horrendis clamoribus testatus, expirauit. Cadaver eius nigredinem contraxit, ac si uisularum fuisset. Greg. Turonensis lib. 5. cap. 35. Aimoinus lib. 3. cap. 31. de gestis Francorum.


DE LICTORE, qui Leodegariam iussu Ebroini in Gallijs interficere conabatur, scribunt, quod ille post patratam cædem, statim à damone sit correptus, & ardore interno quæ signi in corpore succensio consumtus. Vincentius libro uigesimalmo tertio, capite 125.

Mortuo Clodoueo Francorum rege, cum filios tres reliquisset, Lotharius maior natus quatuor annis nomine tenus imperauit, EBROINVS enim aule princeps reipsa imperans,

rege deliciis dedito, Theodericum Lotharij fratrem regno exiit, & in monasterio Dionysij relegauit. Mortuo Chiderico, cum Theodericus reuocaretur, ipse quoq; (qui in Luouenfe monasterium ob nequitiam detrusus fuerat) iuribus resumptis, Theoderici thesauros omnes diripuit, ecclesias spoliari, episcopos exilio & morte affecti: Leodegarij episcopum Augustodunensem fame, carcere affecti, oculis e- uulsis, plantis concisis, lingua & labijs amputatis, securi percussit. Theodericus dignitatem ei restitueret coactus, in eius gratiam pios ualde afflixit. Tandem Ebroinus exofus suis, ab Hermenfrido quodam nobili dolo est necatus: & uisus à diabolo in infernum deportari. Hartmannus Schedelius arate sexta, & Trithemius de regibus Francorum.

Sub Othone I. BERENGARIVS regnum Italiae affectans, omnes eos, qui suis cupiditatibus aduerfabantur, grauissimè infestans est, Luitprandum Ticinensem diaconum in exilium eiecit, Iosephum Brixiensem episcopum dignitate exiit, & alios multos. Luitprandus lib. 6. cap. 6.

Dederat Treuirenſibus præter clerici & populi uoluntatem (ut Schafnaburgensis testis est) Henricus III. Imp. Conradum quendam Colonienſis ecclesiæ præpositum, episcopum. THEODERICVS Treuerici agri comes, populi instigatus, ipsum ad suam iam Ecclesiam euatent, intercepti, milites ex rupe ter eum præcipitem egerunt: ex quo lapsu solium fregit brachium, tandem transossus est. Anno 1062. iuxta Contractum, & Marianum Scotum. Sigebertus & Schafnaburgensis annum habent 1067.



Thomas Bequetus, archiepiscopus Cantuariensis, cum ordinis ecclesiastici immunitatem acriter defenderet, Henricum II. Angliæ regem grauius offendit: & exulare iussus confugit ad Alexandrum III. pontificem, qui tunc, ob inimicitiam Frederici Barbarossæ Cæsaris, in Gallijs erat. Huius demum atq; etiam Ludouici VI. Galliarum regis intercessione, reconciliatus, domum rediit, exilio anno septimo. Quum autem episcopis nonnullis, qui regis erant secuti partes, sacris interdiceret iterum offensus, miserum sese clamabat, cui per uenicum sacerdotem non liceret uiuere pascato: deplorabat etiam à suis esse neminem, qui se liberaret ab ea molestia. Quam quidem uoce NONNVLLE concitati, & cum putarent non ingratum regi fore, Cantuariam profecti, Thomam interfecerunt, direptis illius fortunis. Rex autem magnum præ se tulit dolorem, missis Romam legatis purgandi sui causa: tandem exorauit pontificem, ut cognitores, qui de facta cæde quaestionem haberent, in Angliam mitteret. Cumq; tandem duo essent à pontifice missi cardinales, neq; de causa cædis liquidò constaret, rex iururando sese purgat, & quia propter antea tantum odium ac emissas uoces non nihil in eo suspicionis atq; culpæ residerebat, hac tandem lege reconciliatus est: ut & ecclesiasticis omnem deinceps beneuolentiam præstaret, & intra tertium annum contra Saracenos ipse militaret, inq; Syriam proficisceretur. Fuit hæc facta cædes anno salutis humanæ 1171. neq; multo post inclaruit memoria Thomæ per miracula. Quæ de re cum audisset pontifex, renunciantibus legatis, retulit eum in numerum diuorum. Polydorus.

Ad Methudium præfulem Moraorum, diuis postea adnumerat, Rex SVATOPLVS, Suatopluci, qui primus Christiano nomen dederat, filius, miserat, ne prius sacra obiret, quàm ipse à uenatu reuerteretur. Expectat præsul plus satis temporis: dein meridie iam instante, ac magna plebis multitudinem (quia moræ longioris tædebat) dilabente, neglecto regis imperio ad aram se recipit, sacraque more solenni facere incipit. Ecce tibi rex, turba uenatorum, canumq; grege stitatus, subitus in templum influit, ad aramq; cum ingenti strepitu boatumq; & lacratu se applicat, ac ægrè manus à uiolando præfule abstinet: interim omnia quæ in arca deposita erant, sacra profanaque dilurbat & dissipat. Hunc tantum Dei uenit quàm sui contemptum, ipse præsul Deo uindictam dum reliquit, ac inde protinus in Boemiam migravit. At Cæsar Annulus, quod se contra Normannos rem agente Noricum depopulatus esset, regnum illius per edictum publicum, deditque illum diripiendum uicinis gentibus, Hungari-

ris, Polonis, Austriacis, reliqua pars quæ nunc extat, ultrò se fidei potestatiq; Boemorum permisit. At misericordiam ple-nus Deus, qui non uult mortem peccatoris, sed magis ut conuerteretur, & uiuat, de Rege multarum gentium, humilem inopemq; sibi fecit eremi cultorem, ad montem qui Sembori nomen, quem tres duntaxat eremitæ, uitam aridam duramque uiuentes, incolbant. Iis Rex quartus additus, nemini contubernalium de tolerantia patientiaque concessit: nec nisi ante extremum diem, quis esset, se illis prodidit, à quibus etiam Nitriæ in Pannonia conditus fuisse dicitur, hoc elogio: Regem Morauie Suatoplucum, in medio regni sui sepultum iacere. Tam late olim, tamq; longè prosperebat Morauia, quam ueteres Marcomanniam uocabant, quia fines Germaniæ, qua Danubio in Pannoniam pergitur, terminabat. Dubrauius lib. 4.

Vnum solummodò annum BOLESLAVS Polonorum dux, omnibus inuisus, post Stanislai cædem suspectus fuit. Russo enim principes ab eo subacti, parè respuerunt: cõspirarunt deinde in necem eius nobiles plurimi. Quæ tamen conspiratione detecta, mente captus ipse sibi mortem cõsciuit, an. Sal. 1081. Cromer. lib. 4. Boleslaum Deo hominibusq; profusum, languore inaudito miserè interiisse, filium uerò ueneno sublatum, Cranz. lib. 3. c. 14. de Vandalis narrat.

THOMAS Capiuaciu s. cognomine Capiuigier, Patauin? nobilis, cum iuste conuictus atque iudicatus fuisset à Bellino episcopo Patauino, uirò sanctissimo, ad soluèdas decimas agrorù, quos sub diocesi Patauina latius possidebat. cum esset agri ditissimus: & quum ea sententia, ut homini auaro, uideretur multum iacturæ adferre: non ualens id æquo animo ferre, aggressus Bellinum Romam fortè pro Ecclesiæ suæ negotijs proficiscentem, in itinere iuxta Rodigium oppidà cæcis oculis amandatum obiecit. Ad cuius cadaver cum multa fierent miracula, à summo Pontifice Eugenio quarto biennium post mortem in catalogo martyrum honorificè ascriptus est. Homicidâ autem ille est pœnas impietatis, ut dignus erat, tunc fortè legibus humanis propter potentiam non dederit: diuino tamen iudicio postmodum acriter punitus est. Nam iusta Dei uindicta, grauissima post hec inopia afflitus (quoad uixit) uitam tradidit miserimâ, & tanta æris alieni magnitudine oppressus, ut in carcere infelicitate reliquum uitæ suæ tempus degens, maxima egestate confectus, & ab omnibus derelictus, miser interiret. Insuper in ultionem tanti flagitij, omnis etiâ eius soboles, quæ ab eo descenderat, donec superfuit (ut ferunt) templum in honorem diui Bellini Deo dicatum ingredi nãquam potuit, adeoque diu in fundis & facultatibus haud multo post penitus defecit. Bernardinus Scardeonus libro 3. historia Patauina.

ANTONVS à Turre, Baro Vallesianus, Guitschardum episcopum Sedunensem, cum quo agrerum quorundam contentionem habebat, Seduni in arce incautum aggressus, dum oraret, præcipitem dedit per fenestras, anno Domini 1375. Eius mortem Vallesiani armis uisi sunt, multisq; ultrò citroq; datis & acceptis claudibus, Baronem cum tota progenie trucidarunt & extirparunt. Stumpfius.

SACERDOTES.

Doëgus Idumæus, pastorum Saulis regis magister, cum Nobæ uoti causa esset, uidit ibi Dauidem extem, qui Achimelechus pontifex panes appositos, & uolæ Goliathi Palæstini dederat. idq; Saulo regi nunciavit. Rex cum Dauidem summo profeceretur odio, Achimelechum cum suis omnibus conuocauit, & quod inimicum suum hospitio excepisset, ei exprobrauit. Achimelechus inuicem regi Dauidem esse, sese ignoratè constanter asseruit. At SAULVS ira accensus, satellitibus suis ut sacerdotes interficerent, imperauit. Quibus cunctantibus, Doëgus iussu regis eos inuasit, & 85. (aut ut Iosephus, 305.) peremit: Nobam oppidum ferro delent, nulli erati sexuæ, ne brutis quidem, parcens. Et sic familia Elis pontificis tota perit. Solus Achimelech F. Abiathar ephodum sacrosanctum arripens euasit, & Celi- lam ad Dauidem confugit. I. Regum 22. & Iosephus lib. 6. Antiquitatum, cap. 13.

Anno Christi 1369. metalla Bythomiensia in Polonia plumbi cum argento intermixto feracia, euauerunt, post interfectos crudeliter ab oppidanis publico consilio duos sacerdotes, Petrum paræcum oppidi, & Nicolaum, qui ipsi erat à sacris cõcionib. Neq; hac modo pœna BYTHOMIENSIS facinus illud luerunt, sed etiâ ab episcopo Cracouien- si interdico percussit, & honore omni priuati sunt, damnatiq; ne qui ex posteritate eorum deinceps facris initiarentur, aut ulla sacerdotia obtinerent. Sed ab interdico & cæ-

teris pœnis post biennium demùm apud pontificem max. permagno se redemerunt. Cromerus lib. 12.

ABBATES.

Leuigildus Vestgothorum rex, cum filium bello profeceretur, & milites eius monasterium inter Säguntum & Carthaginem Siparthariam inuaserunt: MILES quidam abbari eius cœnobij seni, gladio caput præcisurus, resupinus concidit, & obiit. Reliqui fugere, & regi renuncia, omnia cœnobio restituerè iussi sunt. Greg. Turon. lib. 10.

Tempore Rudolphi Habsburgensis Imp. Monachi Altiachen- ses inferiores, se uigiliis & inedia confici causati, Volckmarum abbatem accusarunt, quod genio indulgès, luxurq; diffluens, immunis ab istis molestiis uiueret. Monachorù COGNATI, facta in monasterium irruptione, omnia diripiunt, & Volckmarum Danubium traicientem, eminus sagitta interficiunt. Monachi conscij facinoris, ab Henrico Boiorum regulo exiguntur, sex eorum cognati, auctores cædis catenati Straubingam deportantur, biniq; ibidem supplicium luunt, execti, rotæ innexi, in cruce affixi, securi percussit. Auentinus lib. 7. Annalium Boiorum.

MONACHOS, EREMITAS.

VALENS Imp. Ariana heresis fautor, lege lata, ut monachi militatè, nolentes, per tribunos & milites sustibus iussu in- terfici, quorum tum erat ingens numerus in solitu dimibus Aegypti. Eusebius, Eutropius, & Orofius.

MAVRICIVS Imp. superatis in Hetruria & Campania, exarcho Romano duce, Longobardis miserè tulit, ut qui Romana militiæ ascriptus esset, nisi finita militia, aut mancus & debilis ex uulnere factus, Deo militare non posset. Gregorius I. Pontifex hominem admonuit, ne eius religionem impugnaret, cuius benignitate ex infima sorte hominum ad summum gradum dignitatis peruenerat. Platina.

MAVRIBIS ab exercitu Caroli Magni uicti, pluribus tum nauibus tũ fociis amissis, testati sunt, se diuinitus puniri, propter captos & uenditos monachos, ex insula Patalana. Aimoinus lib. 4. cap. 93.

IOANNES Imp. Constantinopolitanus anno 1142. prouinciam, Antiochenam, ab Raynundo principe accitus iniuit. Verùm ab episcopo Gabulensi, ut ab urbe Latinorum abstineret, admonitus, urbem ille quidem dimisit, sed prouinciâ ferro, flammaq; ita uisitauit, ut ne ipsis quidam cœnobij supererit. Postero anno, iaculo inter nenandum percussus uitam, reliquit. Sigonius lib. 11. regni Ital.

CAPVANI quidam milites, postquam Concham castrum, quod Castinensium erat, iudicio non obtinissent, fines cœnobij ferro & flamma perdere constituerunt. Cumq; dicto die locoque conuenissent, & nocte intempesta ascensissis, quis usque ad crepusculum matutinum se pergere arbitrati essent: orta luce, in eodem adhuc loco quo conuenerant, se hæere animaduertunt. Itaque propositum suum S. Benedicti meritis impeditum existimantes, Capuam redierunt. Chron. Cass. lib. 2. cap. 83.

Præcepit Henricus III. Imp. in frequenti procerum suorù corona, funditus deleri Hirsaugienſem monachorum conuentum, eò quod à Romani pontificis partibus cõtra ipsum starent. Ad hoc facinus perpetrandum, fidelem se VVERNERVS Argentinensis episcopus præstitit ministrum: qui benignè compellans suos milites, de amplissimis monachorum spolijs spem eis fecit maximam. At milites episcopo religiosiores, in Dei seruos se uire detrectarunt. Quos episcopus læsæ maiestatis fore eos, nisi iussa exequantur, pronunciat. Mox ipse lorica indutus, conscendit equum, cæteris duces se exhibiturus. Sed ex equo inspektante exercitu, eo ipso momento delapsus, cum magno boatu animam expirauit. Quo uiso, cæteri ab incepto destitèrè. Trithemius in Hirsaugienſi Chronico.

Discipuli S. Galli in monasterio Sangallensi magnam persecutionem passi sunt ab impio Alemannorum duce OTTVINO, cuiq; præfecto Erchnaldo: qui oratorium ac sepulcrum S. Galli fregerunt: ac sanctos patres ibi studijs pietatis operam dantes, miserè & indignis modis traxerunt. Bruschius libro de Monasterijs Germaniæ.

Danis in Scotiam irrupentibus, multi cum Adriano Scotorum episcopo in Maiam insulam (quæ media penè est inter Fissam & Laudoniam) ubi tum insignis erat monachorum cœnobium, fugiebant. Danos nec reuerentia loci nec titulum innocentia retinuit, quin sanctissimum eum coetum cœnobio incesso inauditis supplicijs interimeret. H. Boeth. 1. 10.

Angli sub Eduardo II. rege Scotiam, Edinburgum usque, ingressi, inopia commectus ante decimum quintum diem ho- stium agro excedere fuere coacti. In reditu, cœnobium Melrosarum spoliarunt, monachos ægrotos, qui fuga euadere non poterant, interfecerunt: & eucharistiam arcula eximenter, in ligneam coniecerunt pyxidem, auaritie causa id, quod inter mortales sacratissimum esse debebat, spoliantes. Hector Boethius libro 14.

REGES. CUM Izates Adiabonorum rex religionem Iudaicam suscepisset, & in rebus gerendis felicissimus esset: fratres quoque illius eandem se qui religionem uoluerunt. Id ubi PRO CERES regi audiuerit, Abiam Arabum regem contra Izatem incitarunt. Quo egregie uictus, Vologesium Parthorum regem potentissimum aduocarunt. Cui se Izates cum sex tantum millibus Deo fretus opposuit. Et mox Vologesus de Saccarum in cursumibus certior factus, infecto negotio abire fuit coactus. Iosephus lib. 30. cap. 2.

PHILOSOPHOS. ATHENIENSES optimum & sanctissimum uirum Socratem curam bibere cogunt: quod non sculptiles deos suos, sed sublatis in caelum oculis Deum adoraret, quasi nubes colere uideretur. Val. Max. lib. 1. cap. 2.

VIATORES RELIGIOSOS. Ad uiarum angustias, quae in Delphos agunt, CRISSEI quorum infestum iter facerentis, qui oraculum peterent: sociorum copias adiuti Amphitiones Crissam expugnarunt, & certamen Pythiis ludis addiderunt, in quo tibicines canerent. Crissarum exitus quo minus facinorosa sequeretur, neutiquam deterruit CIRRHAOS: neque enim minor laetitia exercere. Quare uicti ab Eurilocho Theffalo, qui ob roboris praestantiam nouus Achilles dictus fuit, ad montem, qui Cirphis nomine contra Parnasum iacet, confugerunt. Eurilocheus ad belli reliquias persequendas relicta exercitus ibi parte sub praetore Hippia, abiit ipse, constituitque gymnica certamina. Hoc factum est Athenis, praeturae agentis Simone, Delphis autem Gylida. Victori pecunia praemium. Annis autem sex postea debellatis reliquis Cirrhaeorum praetore Athenis Damasio, Delphis Diodoro, redintegratis ludis coronam uictori tum primum propositam quidam prodidit. Scaliger lib. 1. Poetices, cap. 23.

AEGRVS. ALMARICVS (quem alij Amalaricum appellant) Westgothorum rex, Arianam haereticos propugnator, Clotildem uxorem orthodoxam senuumeto ad sacra accessuram, stercoreibus & omnis generis foetibus conspurcauit: a uerbis ad uerbera ueniens, tam indignis eam tractauit modis, ut sudarium sanguine infectum, Childberto regi Gallorum fraatri misisse perhibetur. Ita quod intestinum inter affines exortu est bellum. Gregorius Turonensis lib. 3. cap. 9. Hist. & Procopius libro 1. de bello Gothico.

SERVOS. VANDALVS quidam ex iis qui Millenarij uocantur, duos seruos & unam ancillam Christianos habebat, quos iussu Genferici in dies singulari genere toruere exercebat, ita ut uiscera nuda apparerent. Verum illi Christi beneficio altero die mox sanitati restituti fuerit. Quod cum tyrannum non permoueret, ipse cum filiabus & optimis animalibus moritur. Sola uidea superstes, seruos donat Serfioni, cognato Genferici. Qui postquam eos accepit, cum tota familia a demone fuit agitantus. Victor de perfec. Vand.

PAUPERES. Consule Tit. In liberalitate religiose erga pauperes, item, In humanitate erga pauperes.

HATTO Bonofus, archiepiscopus Moguntinus, cum circa annum 970. famas uniuersam premeret Germaniam, ingenitum mendicorum copiam in horreum quoddam amplum, quasi sua liberalitate eos aliturus, coeluisse dicitur, ac igne subiecto, eos concremari iussit. Horum cum in ipsis flammis ululatus audirent, iures esse dixit episcopus. At sequente eum diuina uisione, tertio pontificatus sui anno a muribus deuoratus fuit, in turri quam in medio Rheni extulerat. Honorius in Floribus, Martinus in Chronico, & Trithemius de rebus Hirsaugensium, Marianus Scotus, & Schafnaburgensis.

Miles Romaricus CONSANGVINEO suo equum tradidit, ut se mortuo uenderet, & pauperibus daret. Sed ille equum uendidit, & sibi pecuniam retinuit. Post dies autem triginta, anima eius reuersa inquit: Triginta diebus fui in penis tartari: sed tu, qui non pauperibus quod iusseram dedisti, hodie ed uenies, me in paradysum translato. Eodem die demones illum rapuerunt, & in altissimo monte post 12. dies cadauer illius est reperitum. Vincentius lib. 24. cap. 8.

Cum pauper quidam circiter annum Domini 606. a NAVTIS eleemosynam petisset: illi uero respōdissent, se nihil praeter lapides habere: mendicus inquit, Omnia ergo quaecunque manducabilia in nauis sunt, uertantur in lapides. Itaque lapidum duriciem omnia sortita sunt, licet color & forma reb. illis mansisset pristina. Siebertus in Chronico.

Aigolandus, rex Saracenorum, cum fidem fecisset CAROLO Magno, multis uictoriis aduersus se claro, baptisimi lauacri se posthodie suscepturū esse: fide accepta ad Carolum ipsa hora praedij uenit: miratusque regij conuiuij apparatus, seminudos inde quosdam, humiliter accubantes, ac terra penē nuda prandentes, Qui hominum hi essent, sciscitatus est, qui tam humiliter & pro despiciatissimis discumbent? Cui Carolus: Sunt, inquit, hi, Aigolande, celestis Dei nunciij, qui ad me uenerunt. Ego ne, inquit ille, tuum istum sequar Deum, cuius nuncios tu ita aspernaris, ut quum caeteri lautissime epulentur, ipsi omnium egentissimi, contemtu & ludibrio tibi sint: ualebis cum dei tui instituto. Et cum his in castra reuersus, futuro se praelio ac-

impij pœnas dedit. Aucntius lib. 3. Annalium Boiorum, & Caelius lib. 4. Antiq. Lect. cap. 7.

FALLENDO. Duo quidam PAUPERES Epiphanium foras progressum animaduertentes, spe amplioris eleemosynae alter in terram prostratus se repente mortuum fingebat: alter iuxta adflans, plorans eleemosynam pro tumulando focio petebat. Epiphanius iacenti requiem precatur, alteri sumus funeris largitur. his uerbis: Sepulturam cura, & lacrymis cessa, o fili: non enim in praesenti resurget. His dictis abiit. Ille socium iacentem de egregia simulatione collaudans, ut surgeret hortatus est. At digna simulationis impiae pœna, mortuus erat reuera. Itaque ad Epiphanium cōcito cursu alter ille currens, ut socium excitare rogat. Epiphanius uero irreparabile Dei iudicium esse asserens, ut id quod acciderat, aequo animo ferret, consuluuit. Sozom. lib. 7. cap. 26.

CONVIGES. ALMARICVS (quem alij Amalaricum appellant) Westgothorum rex, Arianam haereticos propugnator, Clotildem uxorem orthodoxam senuumeto ad sacra accessuram, stercoreibus & omnis generis foetibus conspurcauit: a uerbis ad uerbera ueniens, tam indignis eam tractauit modis, ut sudarium sanguine infectum, Childberto regi Gallorum fraatri misisse perhibetur. Ita quod intestinum inter affines exortu est bellum. Gregorius Turonensis lib. 3. cap. 9. Hist. & Procopius libro 1. de bello Gothico.

SERVOS. VANDALVS quidam ex iis qui Millenarij uocantur, duos seruos & unam ancillam Christianos habebat, quos iussu Genferici in dies singulari genere toruere exercebat, ita ut uiscera nuda apparerent. Verum illi Christi beneficio altero die mox sanitati restituti fuerit. Quod cum tyrannum non permoueret, ipse cum filiabus & optimis animalibus moritur. Sola uidea superstes, seruos donat Serfioni, cognato Genferici. Qui postquam eos accepit, cum tota familia a demone fuit agitantus. Victor de perfec. Vand.

DE QVO MODO VIDELICET COMMUNANDO.

Valentis Imperatoris CVBICVLARIVS, quia Aphraata monacho Imperatori liberius monenti, acutus comminatus fuerat, Imperatori balneum paraturus, mente captus in solium feruentissimum insiliens perit. Theodoretus libro quarto, capite uigesimo sexto.

ASPARES & ARDABVRIVS, Orientalis imperij duces sub Leone Imperatore, Vandali, & Ariani, cum Genferico regi Ariano fauerent, & se Leoni imperium, quod dedissent, erepturos minarentur: a Zenone, iussu Leonis, trucidati sunt, qui Zenone Leoni postea successit. Nicéphorus libro 15. capite 27.

VOVENDO. Crudele uotum & impium fecerunt quidam IVDÆI, nihil gustaturos, donec occidissent Paulum. Act. 23. Paulus Diaconus lib. 2. de gestis Longobardorum, capite 13. de ALBOINO rege Longobardorum rem mirandam commemorat. Cum integro triennio, & praeterea aliquot mensibus Papiam obsidisset frustra, uouerat, sese capta urbe omnes eius gladio interfecit. Verum cum oppidani fracti diuerna obsidione, sese tandem in Alboini fidem dederent, regis Alboini equus in ipsa urbis porta concidit: & quamuis calcantibus acriter urgeretur, & deniq; sustibus cœderetur, eleuari tamen non poterat. Quidam ex ministris dicebat: Memento rex, quale uotum uoueris. Rex iuramentum reuocans, equo libere surgente, urbem ingressus est.

ALAGISVS uel Alachis, dux Tridētus Longobardus, qui praefectum Boiorum Graphionem, qui Pisonium & caetera castella Aethiopiae uallis pro praetore administrabat, tumultuoso praelio superasset, regi suo Cuniperto uel Bertharico rebellat. Cumque sacerdotem regis armis indutum, quem regem esse putarat, in pugna occidisset, & spoliatum galeara, rursus sacerdotem fuisse proderet, uotum nūcupauit, Si uictoria potiretur, salacibus mystis fibulam se imposturū, genitalibusq; sacerdotum putem oppleturum. Sed uotū impij

impij pœnas dedit. Aucntius lib. 3. Annalium Boiorum, & Caelius lib. 4. Antiq. Lect. cap. 7.

FALLENDO. Duo quidam PAUPERES Epiphanium foras progressum animaduertentes, spe amplioris eleemosynae alter in terram prostratus se repente mortuum fingebat: alter iuxta adflans, plorans eleemosynam pro tumulando focio petebat. Epiphanius iacenti requiem precatur, alteri sumus funeris largitur. his uerbis: Sepulturam cura, & lacrymis cessa, o fili: non enim in praesenti resurget. His dictis abiit. Ille socium iacentem de egregia simulatione collaudans, ut surgeret hortatus est. At digna simulationis impiae pœna, mortuus erat reuera. Itaque ad Epiphanium cōcito cursu alter ille currens, ut socium excitare rogat. Epiphanius uero irreparabile Dei iudicium esse asserens, ut id quod acciderat, aequo animo ferret, consuluuit. Sozom. lib. 7. cap. 26.

CONVIGES. ALMARICVS (quem alij Amalaricum appellant) Westgothorum rex, Arianam haereticos propugnator, Clotildem uxorem orthodoxam senuumeto ad sacra accessuram, stercoreibus & omnis generis foetibus conspurcauit: a uerbis ad uerbera ueniens, tam indignis eam tractauit modis, ut sudarium sanguine infectum, Childberto regi Gallorum fraatri misisse perhibetur. Ita quod intestinum inter affines exortu est bellum. Gregorius Turonensis lib. 3. cap. 9. Hist. & Procopius libro 1. de bello Gothico.

SERVOS. VANDALVS quidam ex iis qui Millenarij uocantur, duos seruos & unam ancillam Christianos habebat, quos iussu Genferici in dies singulari genere toruere exercebat, ita ut uiscera nuda apparerent. Verum illi Christi beneficio altero die mox sanitati restituti fuerit. Quod cum tyrannum non permoueret, ipse cum filiabus & optimis animalibus moritur. Sola uidea superstes, seruos donat Serfioni, cognato Genferici. Qui postquam eos accepit, cum tota familia a demone fuit agitantus. Victor de perfec. Vand.

PAUPERES. Consule Tit. In liberalitate religiose erga pauperes, item, In humanitate erga pauperes.

HATTO Bonofus, archiepiscopus Moguntinus, cum circa annum 970. famas uniuersam premeret Germaniam, ingenitum mendicorum copiam in horreum quoddam amplum, quasi sua liberalitate eos aliturus, coeluisse dicitur, ac igne subiecto, eos concremari iussit. Horum cum in ipsis flammis ululatus audirent, iures esse dixit episcopus. At sequente eum diuina uisione, tertio pontificatus sui anno a muribus deuoratus fuit, in turri quam in medio Rheni extulerat. Honorius in Floribus, Martinus in Chronico, & Trithemius de rebus Hirsaugensium, Marianus Scotus, & Schafnaburgensis.

Miles Romaricus CONSANGVINEO suo equum tradidit, ut se mortuo uenderet, & pauperibus daret. Sed ille equum uendidit, & sibi pecuniam retinuit. Post dies autem triginta, anima eius reuersa inquit: Triginta diebus fui in penis tartari: sed tu, qui non pauperibus quod iusseram dedisti, hodie ed uenies, me in paradysum translato. Eodem die demones illum rapuerunt, & in altissimo monte post 12. dies cadauer illius est reperitum. Vincentius lib. 24. cap. 8.

Cum pauper quidam circiter annum Domini 606. a NAVTIS eleemosynam petisset: illi uero respōdissent, se nihil praeter lapides habere: mendicus inquit, Omnia ergo quaecunque manducabilia in nauis sunt, uertantur in lapides. Itaque lapidum duriciem omnia sortita sunt, licet color & forma reb. illis mansisset pristina. Siebertus in Chronico.

Aigolandus, rex Saracenorum, cum fidem fecisset CAROLO Magno, multis uictoriis aduersus se claro, baptisimi lauacri se posthodie suscepturū esse: fide accepta ad Carolum ipsa hora praedij uenit: miratusque regij conuiuij apparatus, seminudos inde quosdam, humiliter accubantes, ac terra penē nuda prandentes, Qui hominum hi essent, sciscitatus est, qui tam humiliter & pro despiciatissimis discumbent? Cui Carolus: Sunt, inquit, hi, Aigolande, celestis Dei nunciij, qui ad me uenerunt. Ego ne, inquit ille, tuum istum sequar Deum, cuius nuncios tu ita aspernaris, ut quum caeteri lautissime epulentur, ipsi omnium egentissimi, contemtu & ludibrio tibi sint: ualebis cum dei tui instituto. Et cum his in castra reuersus, futuro se praelio ac-

impij pœnas dedit. Aucntius lib. 3. Annalium Boiorum, & Caelius lib. 4. Antiq. Lect. cap. 7.

impij pœnas dedit. Aucntius lib. 3. Annalium Boiorum, & Caelius lib. 4. Antiq. Lect. cap. 7.

FALLENDO. Duo quidam PAUPERES Epiphanium foras progressum animaduertentes, spe amplioris eleemosynae alter in terram prostratus se repente mortuum fingebat: alter iuxta adflans, plorans eleemosynam pro tumulando focio petebat. Epiphanius iacenti requiem precatur, alteri sumus funeris largitur. his uerbis: Sepulturam cura, & lacrymis cessa, o fili: non enim in praesenti resurget. His dictis abiit. Ille socium iacentem de egregia simulatione collaudans, ut surgeret hortatus est. At digna simulationis impiae pœna, mortuus erat reuera. Itaque ad Epiphanium cōcito cursu alter ille currens, ut socium excitare rogat. Epiphanius uero irreparabile Dei iudicium esse asserens, ut id quod acciderat, aequo animo ferret, consuluuit. Sozom. lib. 7. cap. 26.

CONVIGES. ALMARICVS (quem alij Amalaricum appellant) Westgothorum rex, Arianam haereticos propugnator, Clotildem uxorem orthodoxam senuumeto ad sacra accessuram, stercoreibus & omnis generis foetibus conspurcauit: a uerbis ad uerbera ueniens, tam indignis eam tractauit modis, ut sudarium sanguine infectum, Childberto regi Gallorum fraatri misisse perhibetur. Ita quod intestinum inter affines exortu est bellum. Gregorius Turonensis lib. 3. cap. 9. Hist. & Procopius libro 1. de bello Gothico.

SERVOS. VANDALVS quidam ex iis qui Millenarij uocantur, duos seruos & unam ancillam Christianos habebat, quos iussu Genferici in dies singulari genere toruere exercebat, ita ut uiscera nuda apparerent. Verum illi Christi beneficio altero die mox sanitati restituti fuerit. Quod cum tyrannum non permoueret, ipse cum filiabus & optimis animalibus moritur. Sola uidea superstes, seruos donat Serfioni, cognato Genferici. Qui postquam eos accepit, cum tota familia a demone fuit agitantus. Victor de perfec. Vand.

PAUPERES. Consule Tit. In liberalitate religiose erga pauperes, item, In humanitate erga pauperes.

HATTO Bonofus, archiepiscopus Moguntinus, cum circa annum 970. famas uniuersam premeret Germaniam, ingenitum mendicorum copiam in horreum quoddam amplum, quasi sua liberalitate eos aliturus, coeluisse dicitur, ac igne subiecto, eos concremari iussit. Horum cum in ipsis flammis ululatus audirent, iures esse dixit episcopus. At sequente eum diuina uisione, tertio pontificatus sui anno a muribus deuoratus fuit, in turri quam in medio Rheni extulerat. Honorius in Floribus, Martinus in Chronico, & Trithemius de rebus Hirsaugensium, Marianus Scotus, & Schafnaburgensis.

Miles Romaricus CONSANGVINEO suo equum tradidit, ut se mortuo uenderet, & pauperibus daret. Sed ille equum uendidit, & sibi pecuniam retinuit. Post dies autem triginta, anima eius reuersa inquit: Triginta diebus fui in penis tartari: sed tu, qui non pauperibus quod iusseram dedisti, hodie ed uenies, me in paradysum translato. Eodem die demones illum rapuerunt, & in altissimo monte post 12. dies cadauer illius est reperitum. Vincentius lib. 24. cap. 8.

Cum pauper quidam circiter annum Domini 606. a NAVTIS eleemosynam petisset: illi uero respōdissent, se nihil praeter lapides habere: mendicus inquit, Omnia ergo quaecunque manducabilia in nauis sunt, uertantur in lapides. Itaque lapidum duriciem omnia sortita sunt, licet color & forma reb. illis mansisset pristina. Siebertus in Chronico.

Aigolandus, rex Saracenorum, cum fidem fecisset CAROLO Magno, multis uictoriis aduersus se claro, baptisimi lauacri se posthodie suscepturū esse: fide accepta ad Carolum ipsa hora praedij uenit: miratusque regij conuiuij apparatus, seminudos inde quosdam, humiliter accubantes, ac terra penē nuda prandentes, Qui hominum hi essent, sciscitatus est, qui tam humiliter & pro despiciatissimis discumbent? Cui Carolus: Sunt, inquit, hi, Aigolande, celestis Dei nunciij, qui ad me uenerunt. Ego ne, inquit ille, tuum istum sequar Deum, cuius nuncios tu ita aspernaris, ut quum caeteri lautissime epulentur, ipsi omnium egentissimi, contemtu & ludibrio tibi sint: ualebis cum dei tui instituto. Et cum his in castra reuersus, futuro se praelio ac-

impij pœnas dedit. Aucntius lib. 3. Annalium Boiorum, & Caelius lib. 4. Antiq. Lect. cap. 7.

impij pœnas dedit. Aucntius lib. 3. Annalium Boiorum, & Caelius lib. 4. Antiq. Lect. cap. 7.

FALLENDO. Duo quidam PAUPERES Epiphanium foras progressum animaduertentes, spe amplioris eleemosynae alter in terram prostratus se repente mortuum fingebat: alter iuxta adflans, plorans eleemosynam pro tumulando focio petebat. Epiphanius iacenti requiem precatur, alteri sumus funeris largitur. his uerbis: Sepulturam cura, & lacrymis cessa, o fili: non enim in praesenti resurget. His dictis abiit. Ille socium iacentem de egregia simulatione collaudans, ut surgeret hortatus est. At digna simulationis impiae pœna, mortuus erat reuera. Itaque ad Epiphanium cōcito cursu alter ille currens, ut socium excitare rogat. Epiphanius uero irreparabile Dei iudicium esse asserens, ut id quod acciderat, aequo animo ferret, consuluuit. Sozom. lib. 7. cap. 26.

CONVIGES. ALMARICVS (quem alij Amalaricum appellant) Westgothorum rex, Arianam haereticos propugnator, Clotildem uxorem orthodoxam senuumeto ad sacra accessuram, stercoreibus & omnis generis foetibus conspurcauit: a uerbis ad uerbera ueniens, tam indignis eam tractauit modis, ut sudarium sanguine infectum, Childberto regi Gallorum fraatri misisse perhibetur. Ita quod intestinum inter affines exortu est bellum. Gregorius Turonensis lib. 3. cap. 9. Hist. & Procopius libro 1. de bello Gothico.

SERVOS. VANDALVS quidam ex iis qui Millenarij uocantur, duos seruos & unam ancillam Christianos habebat, quos iussu Genferici in dies singulari genere toruere exercebat, ita ut uiscera nuda apparerent. Verum illi Christi beneficio altero die mox sanitati restituti fuerit. Quod cum tyrannum non permoueret, ipse cum filiabus & optimis animalibus moritur. Sola uidea superstes, seruos donat Serfioni, cognato Genferici. Qui postquam eos accepit, cum tota familia a demone fuit agitantus. Victor de perfec. Vand.

PAUPERES. Consule Tit. In liberalitate religiose erga pauperes, item, In humanitate erga pauperes.

HATTO Bonofus, archiepiscopus Moguntinus, cum circa annum 970. famas uniuersam premeret Germaniam, ingenitum mendicorum copiam in horreum quoddam amplum, quasi sua liberalitate eos aliturus, coeluisse dicitur, ac igne subiecto, eos concremari iussit. Horum cum in ipsis flammis ululatus audirent, iures esse dixit episcopus. At sequente eum diuina uisione, tertio pontificatus sui anno a muribus deuoratus fuit, in turri quam in medio Rheni extulerat. Honorius in Floribus, Martinus in Chronico, & Trithemius de rebus Hirsaugensium, Marianus Scotus, & Schafnaburgensis.

Miles Romaricus CONSANGVINEO suo equum tradidit, ut se mortuo uenderet, & pauperibus daret. Sed ille equum uendidit, & sibi pecuniam retinuit. Post dies autem triginta, anima eius reuersa inquit: Triginta diebus fui in penis tartari: sed tu, qui non pauperibus quod iusseram dedisti, hodie ed uenies, me in paradysum translato. Eodem die demones illum rapuerunt, & in altissimo monte post 12. dies cadauer illius est reperitum. Vincentius lib. 24. cap. 8.

Cum pauper quidam circiter annum Domini 606. a NAVTIS eleemosynam petisset: illi uero respōdissent, se nihil praeter lapides habere: mendicus inquit, Omnia ergo quaecunque manducabilia in nauis sunt, uertantur in lapides. Itaque lapidum duriciem omnia sortita sunt, licet color & forma reb. illis mansisset pristina. Siebertus in Chronico.

Aigolandus, rex Saracenorum, cum fidem fecisset CAROLO Magno, multis uictoriis aduersus se claro, baptisimi lauacri se posthodie suscepturū esse: fide accepta ad Carolum ipsa hora praedij uenit: miratusque regij conuiuij apparatus, seminudos inde quosdam, humiliter accubantes, ac terra penē nuda prandentes, Qui hominum hi essent, sciscitatus est, qui tam humiliter & pro despiciatissimis discumbent? Cui Carolus: Sunt, inquit, hi, Aigolande, celestis Dei nunciij, qui ad me uenerunt. Ego ne, inquit ille, tuum istum sequar Deum, cuius nuncios tu ita aspernaris, ut quum caeteri lautissime epulentur, ipsi omnium egentissimi, contemtu & ludibrio tibi sint: ualebis cum dei tui instituto. Et cum his in castra reuersus, futuro se praelio ac-

impij pœnas dedit. Aucntius lib. 3. Annalium Boiorum, & Caelius lib. 4. Antiq. Lect. cap. 7.

gras, deprauavit. Atque hæc prima Italiam labes Ariano- rum infecit. Sigonius lib. 6. Imp. occid.

AD LIBIDINEM PELLICIENDO.

¶ Vide sub Tit. Occasiones libidinis fugere, exempla Mar- tini, Carilephi, Aegyptii eremite, Apellis monachi, Christophori, Eusebii episcopi.

VITIZA Gothorum rex in Hispania, præter multa alia infan- da facinora, sacerdotibus, non coniuges modo ducere, sed multas quoque, habere permiserat. Quamobrem cum uere retur, ne rex Rodericus (cuius patri Theo debito Vitiza o- culos effoderat) paternam iniuriam ulcisceretur, iuanti- bus Rom. ab eo defecit. Itaque pralio uictus captusque lu- mina regnumque simul amisit, & in tetro carcere decessit. Fulgofus lib. 1. capite 2.

CONSTVRANDO.

¶ Consule Tit. Incessus religiosi, eorum præsertim, qui per uim sacris mulieribus uicium offerunt.

CEOLREDVVS rex Merciorum, & OSREDVVS rex Bernicio- rum, monasteria effregerunt, & nonnas stuprarunt: ideoq; prior in furorem uersus, alter regnum & uitam miserè per- didit. Bonifacius in epistola ad Adalbaldum.

REPREHENDENDO, MALE- DICENDO.

AARON & MARIA soror contra Moſen uehementius irati, quod uxorè Aethiopiſſam duxisset, à Domino acerbis uer- bis reprehensi, & ipsa Maria leprosa fuit reddita, niui simi- lis, & castis per septem dies exclusa, restituta interim fan- tati Moſis interfectione Num. 12.

Infanticidia solita obitici Christianis, ostendit Tertullianus in Apologetico, qui id crimen falsissimum atque impudentis- simum purgat.

NODDO quidam, homo Epicureus & contemptor Amulphi Merensium episcopi, cum in synposio ei maledixisset, do- mum reuersus, flamma cum focis cepit ardere inextingui- bili. Sed precibus episcopi curatus, cum nec postea uitam emendasset, una cum filio in scelere quodam comprehen- sus, poenas capitis luit. Vincent. lib. 22. cap. 76.

TREMELIVS tribunus plebis, cum M. Acmilium Lepidum, pontificem maximum cõuictis aspersisset, multisq; probis affecisset, ut contemptor religionis à populo damnatus est. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 1.

ACCVSANDO.

MERETRIX quædã ab Arianis mercede conductã, sub Con- stantio, ut Eustathium Antiochenum episcopum orthodo- xum aduſterij falsè accusaret: grauissimo paulo post mor- bo correpta, Arianorum insidias detexit. Theodoretus li- bro primo, capite uigesimo primo.

Narcissus Hierosolymorum antistes, trium TESTIUM dictis falsis oppreſſus, iudicum sententiã quã celerrimè obtem- perauit. Relicta enim sede, quã per multos annos obtinue- rat, in desertã ita concessit, ut nõ faciliè ab ullo inueniri pos- set. Quo tempore diu delitescens, aliquot successores ha- buit. Cæterum, conuictis mox testibus grauib. suppliciis, ut primus ex his cum uniuersa domo conflagrarit, alter re- gio morbo correptus obierit, tertius luminibus sit captus (quibus poenis sese singuli antea obstrinxerant, si falsum te- stimonium coram iudicibus dixissent) Narcissus tandem in- uentus pristinæ dignitati restituitur: quam ita postea rexit, ut eius memoria apud posteros diuissimè floruerit, insigni- tiam miraculo honestatus, qui aquam sanctissimo pascha- tis die, quando oleum defecisset, infundi luminibus iussit. Quæ quamprimùm in oleum uersã, sic est accensa, ut o- mnibus spectaculo esset. Eusebius in suis Chronicis testa- tur, reliquias nonnullas ad suam usque ætatem perdurasse. Egnatius libro 8. cap. 1.

Sixtus 111. Romanus pontifex, à BASSO presbytero est accu- satus. Cuius alumnium cum in concilio episcoporum di- scussisset, Bassus à Valentiniano in exilium pulsus est. Vo- lar. libro 22. Anthrop.

Damasus Papa aduſterij accusatus, publico concilio causam dixit: ubi & innocens absoluitur, & CONCORDIVS atq; CALLISTVS diaconi, falsi accusatores dñati, ac reiecti ab Ecclesia sunt: cautumq; lege est, ut deinceps poenam ta- lionis subeant, qui aliquem falsè accusauerint. Platina.

Ann. 504. LICVMANNVS Cæsarij episcopi Arelatenſis nota- rius, Cæsarium ad Alaricum Gothorum regem, urbis domi- num, detulit, id moliri, ut urbem Burgundionibus prode- ret. Cæsarius indicta causa à rege damnatus, Burgigalam est relegatus. Cum autem interim ciues admonere, ut pote- stati regis obedirent, perfidiam uerò cauerent, quod erat Arianus, insisteret: Alaricus, sancti sacerdotis innocentia co- gnita, eum domum reuocauit. Reditus eius ab uniuersa ci- uitate, totoq; clero cum crucibus & cereis obuiam effuso concelebratus, illud præterea boni ciuib. attulit, quod ter- ram diuina siccitate arentem, excussus sub ingressum eius celo imber largissimus irrigauit. Sigonius lib. 16. Imp. occi-

Non multo post Arelaten urbem Franci, cæso Alarico Vostgo- thorum rege, obsidebant. In ea obsidione propinquus Cæsarij episcopi, urbi & sibi timens, noctis silentio reſte se de- muris demisit, atque ad hostes transfugit. Qua re cognita, POPVLVS Arianus & Iudæi consilio id Cæsarij episco- pi catholici factum infirmularunt, quod urbem hostibus proderet statuisset: atque exceptum in custodiam tradide- runt, inq; eius contumeliam Episcopium, immisſa Ariano- rum turba, fecerunt. Sequenti nocte Iudæus quidam epis- tolam saxo alligatam in castra hostium iecit, monens, ut ur- bem ab ea parte inuaderent, in qua ipsi excubias agerent. nam sine controuersa posituros, proinde Iudæorum popu- lo parcerent. Mane uerò, digressis fortè à muro hostibus, ci- uis quidã egressus epistolã deprehendit, eamq; in urbè de- lata in cõcionem recitauit. Ita Iudæo eius scriptore correpto, Cæsarius, probata innocentia sua, è custodia mittitur. Re- uersi inde in urbem Gothi, Francos, quos ceperant, in Epi- scopium coniecerunt, quibus inopia laborantibus Cæsari- us uictum subministravit, ornamentis etiam ecclesiæ in id pietatis genus exhaustis, ne illi Iudæis aut Arianis se ad- dicere cogerentur. Ad extremum Francus ab Arelatis obsi- dione cõcedentibus, urbs longam perpessa famem, in Theo- dericu Ostrogothi potestatem cõcessit, & pro Visgothis O- strogothos accepit. Sigonius lib. 16. regni Ital.

DAMNANDO.

Cum sub Constantio Athanasius à synodo ANTIOCHENA damnatus esset, ingens terrarum Orientem, ac præser- tim Antiochenam quassauit. Sozomenus lib. 3. cap. 6.

PERICVLIS OBIICIENDO.

Ormisda pontifex, ut ANASTASIVM Imp. Eurychianum ad Catholicos traheret, legatos ad eum misit Enodium episco- pum Tincinensem, & Peregrinum Messanensem, literaq; Ca- tholicam fidem asserentes & libellum penitentia: addidit. Anastasius uerò non solum salutaribus legatorum uerbis monitisq; non paruit, uerum etiam eos corrumpere cona- tus, ubi frustra se laborare animaduertit, extemplo urbe, ne mandatis obediret, eiecit, atque in fragilem impositos nau- im dimisit, adiectis custo diabus, ne oppidum Graciæ ulli attingerent. Legati tamen tanta solertia fuerunt, ut opem- nachorum epistolam in omnibus ciuitatibus diuulgarent: quas episcopi ciuitatum metu Imperatoris misere Constan- tinopolim. Quibus rebus Anastasius inflammatus, eò indig- natione prouectus est, ut, literis ad pontificem datis, au- sus sit dicere, se uelle imperare, non imperari. Sed meritas breui post poenas perſoluit, summe iſtus. Sigonius libro 16. Imperij occid.

Anno 683. Ioannes episcopus Bergomensis, ab Arianis, quos persequeretur, occisus est. uir eruditionis atq; innocentia: singularis. Hunc CVNIPERTVS Longobardorũ rex iuue- nis, libertate eius offensus, perdere aliquando in animo ha- buit, atq; ei ad hospitium suũ reuerenti, effrenem atq; in- domitum equum, qui cum frenis excutere infensores sole- bat, de industria præbuit. Qui à Ioanne infensus, ita lenitus est, ut placido mitiq; passu domum usque deſcenderit. Qua re Cunipertus commotus, postea Ioannem magno in ho- nore habuit, atq; ei mitem alterum proprio commodo de- ſtinatum donauit. Sigonius lib. 2. regni Ital.

Methodius Moraurum archiepiscopus, suum REGEM ex- communiacione feruit, uniuersoq; regno sacris interdixit, eò quod in ipsum sacra pragrentem in templo, præter alia conuitia, uenaticos immisisset canes. Aeneas Syluius cap. 13. hist. Boëmicæ.

OCCIDENDO.

¶ Consule Tit. Persecutorij, item sub Tit. Aliena pietatis infectatio, Persequendo, aliquot exempla reperies, item Templa cede uiolata. Nam qui in templa conſugiunt, loci religione religiosi uidentur euadere.

Onias uir iustus & Deo charus, qui aliquando siccitatis tem- pore impetrauerat pijs precibus pluuiam, mortua Alexan- dra Iudæorum regina, in latebras se abdidit, ciuile bellum præsentiens. Hunc in castra adductum Iudæi, qui cum Hyr- cano pontifice & Areta Arabum rege Aristobulum Hyrcani fratrem in templo obsidebant, rogabant, ut quemadmo- dum olim sterilitati attulerat remedium, ita tunc deuocue- ret diris Aristobulum, & quotquot eius factione sequerentur sacerdotis. Id cum diu recusans cogere, atq; turbas, stans in medio eorum sic precatus est: Deus auicursi huius mundi rex, quoniam & hi qui mecum stant, tuus sunt populus, & qui oppugnantur tui sacerdotes sunt, precor ut neq; hos contra illos, neque illos contra hos, orantes exaudias. Post hæc uocæ eum quidam IV D E obruerit lapidibus. Quam crudelitate Deus uocæ est continuè, cædisq; Onia: pe- nas exegit totius agrì inundatione & fame maxima. Iosephus lib. 14. cap. 3. Antiquit.

LEO 111. Iconomachus anno 726. bellũ sanctis imaginibus, earumque cultoribus intulit. Mota eam ob causam seditio- ne,

ne, ciuium alios bonis spoliavit, alios in exilium egit, in a- lios uerberibus, in alios ultimo supplicio animaduertit, ut ne sacre quidem Scholæ pepercerit, in qua uetere instituto magister unus doctriinæ magnitudine clarus eũ discipulis duodecim, ingenio studioque præstantibus, uersabatur. Qui postquam omne dicendi artificium attigissent, magna cura ecclesiasticam rerum diuinam scientiam pertrahebant, neque sine eorum consilio publicè agi quidquam, ne Imperatori quidem, permittebatur. Hos Leo, cum ad se uocatos sæpè in suam adducere sententiam, sed frustra, tentasset, in Auditorio inclusos ipsos cum libris, qui magni precij erant, & sacra omni comburi suppellectile iussit. Sigonius libro 3. regni Italici.

Stanislaus archiepiscopus Cracouiensis BOLESLAVM regẽ Polonorum ex crudelitatem anathemate perſtrinxerat. Eũ proinde rex in ecclesia sancti Michaëlis de Rupella, diuina celebrante, ab ara iussit abstrahi. Satellites atrocissimi irru- entes, diuina uirtute retro pulsus retrocedunt, tertio profstrati mansuescunt. Tyrannus ad fores ecclesiæ fremens ipsemet manus inicit uiolentas: mox irruunt se quui domitum mi- lites, frustratimque cælum discerpunt, & obiciunt canibus. Ex quatuor partibus, quatuor sunt uisæ aduolare aquilæ, quæ loco circumuolantes, à contactu sacri corporis abi- gebant canes atque uolucres. Quæ nouitate miraculi pluri- mi accensu, cum ad sparsas membrorum particulas colligen- das properant, corpus antè discissum reperunt integrum: multisque conditum aromatibus reponunt in basilicã, an- no 1087. Boleslaus in Vngariam pulsus post biennium in- auditio languore correptus miserabiliter interit. Mefco au- tem filius eius exilij comes, in primo pubertatis flore perit ueneno: atq; ita domus sanguinatij principis corruit. Cran- zius lib. 3. Valdal. c. 14.

BYTHOMIENSIBVS in Polonia, euauere metalla plumbi cũ argenteo intermixto feracia, ob intersectos duos sacerdo- res ab oppidanis publico consilio, Petrum parochum oppi- di, & Nicolaum concionatorem. Cromerus lib. 12.

SPOLIANDO.

NICEPHORVS Imperator duces exercituum iussit episco- pis & clericis mancipiorum loco uti, in ædibus episcopali- bus & monasterijs diuertere, eorumque rebus pro arbitrio abuti. Cedrenus.

Anno secundo & tertio Tiberij Constantini, ciuilia bella inter reges Francorum, STIGEBERTVM, CHILPERICVM & GYNTRAMVM fratres, orta sunt: quæ Gregorius Turonẽ- sis lib. 4. Hist. c. 48. poenas fuisse ipsorum impietatis memora- rat, eò quod filij tam turpiter à paterna pietate degenera- rint. Nam quæcunq; maiores ipsorũ religionis ergo ad Dei gloriam, & ecclesiæ ac ministrorum conseruationem cõsti- tuerant, donauerant, legauerant: ea filij defunctis parentib. nefariè destruxerunt, diripuerunt, ac suberterunt. RVCCO- SEM NVS Chilperici legatus, qui summa perniciã Turonẽ- sem ecclesiã contra omnium piorum deprecationes tur- bauerat & uastauerat, regio morbo correptus est: & anno sequenti cum Pictauium iret, ut in rem uitamque ciuium e- ius loci iudicio constituto inquireret, perit. Gregorius Tu- ronensis lib. 5. Hist. c. 4.

BERVLPHVS Chilperici regis cubicularius, spoliavit eccle- sias, pulsauit corũ ministros, oppressit pauperes, occidit in- fontes, iussit depasci pecore suo subditoũ agros ac uineas, & infinita alia mala exercuit. Mortuo Chilperico uicissim om- nibus possessionib. exutus, ac iussu Guntharini regis Pa- risiis in basilica Martini à sicario occisus est. Gregorius Tu- ronensis lib. 7. c. 21. 22. & 29.

Andreas Pontifex Pragensis PREMISLAVM 11. Boëmiẽ re- gem ægotum inuicentis, pro officio suo ad expiandã sacro- rum negligentiam illum adhorabatur. At illè tacere cum iussit, si alia remedia dicere nesciret præſenti languori apta, habuitque posthac eum in odio: ex quo multa in sacerdo- tes mala promanarũ. Rege iniurias illorum dissimulante, quas à nobilitate, aut à uulgo per conuitia, per spolia, & ali- quoties per uerbera accipiebant. Repertaq; in eisdem tunc fuit iniquissimæ exactionis singularis improbitas. Nam ubi ab Hebræo unus uectigalis nomine exigebatur numus, ibi à sacerdote decem, mox uiginti numi extorquebantur, fru- stra Andrea pontifice aduersus impotentem queritãte. At- que ea causa ei fuit, cur ex Boëmia in Austriam secederet, ut uidelicet ex loco tuto Regem unã cum nobilitate perceret anathemate posset quo factõ, Romam migraret. Tanto in- de atrocius quam prius lupi in gregem dominictum, pasto- re absente, defæuiebant, iam cum pabulis caulis quoq; illi & stabula adimentes, ac præcipuè in cõnobitarum posses- siones inuadentes, illasque diripientes. Cuius rei indignita- te ante alios Abbas Strahouiensis commotus, Regem blan- da oratione docuit, non cõnobij, sed regni bona diripi, eum cõnobija regum ueluti horrea sint. Itaque finis impoſi-

tus rapinis. Mox cum terræ motus accidisset, qui rarissimè apud Boemos apparere solè, Premislaois apurimè saluta- ris apparuit, ut qui animum eius ex negligentia religionis torpentem, iacentemque, ita motu suo uegetauit, erexitq; ut multo quàm prius mori maiore, templa, cultumq; Dei celebraret: ac mox fundamenta cõnobio eleganti, sub ti- tulo diui Jacobi, haud procul à domo regia posuit. Dubra- uius libro 15.

CONRADVS Znoymæ marchio, regnum Boemiæ affectas, Pragã obsidebat. Vladislaus 11. Conradi Cæsaris auxiliũ impetrat. Conradus desperatione urbis ob tinendæ, telis ignitis in testã templorum D. Viti & D. Georgij inicitis, ua- sitatem dedit maximam, ita ut sacra mulieres, sui quoque, nedum rerum aliarum, oblitæ, proiectis flammis & uelis, ne agnoscerentur, ex arce profugerint ad montem Peruinũ arci proximum, & deinde ad ripam Valtauie in casulã quã- dam, in qua tantisper delituerunt, dum Cæsar, expulso Con- rado, Pragã ingressus, cuncta in Boemia pacata redderet. Iam cum Henricus Olemucensis episcopus, qui regis parti- bus constanter adhaererat, Romam iret: quidam à Conra- do submissi eum orant, ne se in tam longinquam peregrina- tionem daret, priusquam Vladislaum & Cõradum recõ- ciliaret. Henricus assentens, in Boemiam ad Vladislaũ abijt, Conradus haud procul à Lythomillio cum assequitur, ab eodemque ad cõenam uocatur, nescio lupum uenisse, qui a- gnum uellere aureo spoliaret, quod pro uiatico acceperat. Manè iter ingressum Conradus adoritur. Dum comites se defendunt, Henricus se intra syluam abscondit solus per to- tum illum diem ac noctem insequentem. Postero die à colo- no lignatum profecto reperit, plautroque rustico impos- tus, Lythomillium est deuctus, paucis ex suis incolumibus inuenit: cæterum pecuniis rebusque suis omnibus amissis. Diris inde deuotus Conradus à legato pontificio, & Znoyma eictus, uagus & exul tandem ad Conradum Cæ- sareum fugiens, militiæ factæ nomen dedit, peccatorum ex- piandorum causa. Dubrauius lib. 12.

DEFRAVDANDO.

Cum in primitiua ecclesia pij homines omnia sua bona uende- rent, & precium ad Apostolorum pedes afferentes, in mediũ deponerent: ANANIAS & Sapphyra eius uxor, possessio- nem uendi derunt, & detracta precij parte, partem aliquam attulerunt ad Apostolos, sortem totam esse simulant. At Petrus fraude diuinitus cognita, acibus uerbis Ananiã in- crepauit. Quibus ille auditis, exanimatus corruit. Interfecto deinde trium horarum spacio, cum uxor eius, rei ignara, in- gressa esset, & tanti, non pluris, prædium addictum afferuif- set, uerbis à Petro castigata, ad pedes eius mortua concidit. Actorum cap. 5.

TRIBVTA IMPONENDO.

BIRGERVS primus & Sueonum regibus, qui Turgilli Canuti sui tutoris & regni gubernatoris suggestione ecclesiam reg- norum Gothiæ & Suetiæ tribuit, atque oneribus graua- uit archiepiscopusque Vpsalensem Nicolaum, & reliquos episcopos pro ecclesiastica libertate respondentes, prescrip- sit. Sic utrumque regnum in grauis. calamitates traduxit, & tandem post infamem uitam infami morte perijt. Turgil- lus uerò, regis Birgeri ac fratrum eius præcepto, in uilla V- strogothorum Lena compedibus ferreis constructis, & in regia Stocholmensi decollatus, ecclesiastica caruit sepulta- ra, donec ad petitionem regis Nicolaus archiepiscopus V- psalensis permitteret ipsum in monasterio Minorum sepe- li, accepta pro eius reconciliatione ingenti copia auri, & ar- genti, quod ecclesiæ persecutor exiens, ipsam grauissimis damnis implicasset, anno Christi 1306. Ioan. Magnus libro 20. capite 15. & 16.

IRRIDENDO.

MICHOLO Sauli regis E. Dauidis uxor, cum uidisset Dauidem coram arca Domini, quam Hierosolymis inferebat, saltan- tem cum cithara, ita ut corpus quoq; magna ex parte nuda- ret, reprehendit eũ ob id factũ, quasi regiã maiestatem parum obseruasset. Et quia maiorẽ regis dignitatis, quàm religio- nis & pietatis rationem habendã hæc reprehensionem offen- derat, sterilitatis poena diuinitus fuit affecta, ita ut nullos ex Dauidẽ liberos susceperit, cum tamen ex priore marito quinque filios habuisset. 2. Regum 6.

ISRAELITÆ decem tribuum ab Ezechia rege Iudæorum per cursores & præcones admoniti, ut ad Deum redirent, & Hierosolymis festum paschatis celebrarent, eum irrita- runt. Proinde anno quarto Ezechia: à Salmanassar Assyri- orum rege in Mediam, in perpetuum seruitutẽ abducti sunt. 2. Par. 30. & 4. Reg. 17. & 18.

ETHNICI olim Christi cultores Semifios nuncupauerunt, & Sarmentarios, & de lethi genere, quod ad assis dimidij si- pitæ delinuit, superiectis accumulatisque sarmenticis fas- cib. 1111

scibus concremari consueverunt. Semisses autem dici homi- ciones, palam est uel imperitioribus. Caelius libro trigesi- mo, cap. 21. Antiq. Lect.

NON HONORANDO.

VALENTINIANVS I. Imp. Iustinae uxoris mulieris Arianae instinctu Martinum Turonensem episcopum ad se aduentem sepius Palatii foribus iussit arceri. Qua ex re Martinus cilio obuolutus, ac cinere confersus, ieiunia, precationesq; inuit, ac septimo die iussus ab angelo, Palatium repetiit, ac patentibus foribus, usque ad Valentianum, nemine prohibente, peruenit: cui Valentianus, prodeuntem eminus cōspicatus, infrensus, cur fuisset admissus, nequaquam assurrexit: ecce autē repente sellam ignis inuasit, ipsumq; ea parte corporis, qua sedebat, affluuit: tū uero folio excussus honorem habuit, ac benignè complexus, prius omnia praestitit, quam rogaretur: colloquio & conuiuio adhibuit, ac postmodò abeuntem multis muneribus profectus est, quæ ille magno animo cuncta rececit. Sigonius libro septimo, Imperij occidentalis.

SEDITIONEM EXCITANDO.

KORAH filius Aminadabi tribu Leuitica, cum aliis quibusdam seditionem contra Mosē Dei seruum mouit, & terra absorptus est. Historia habetur Numeri 16.

PRODENDO ALIIS.

Cum D. Athanasius primo anno Constantij, exul in subterraneo specularetur, ANCELLA quædã spe mercedis illecta, cum Ariano prodidit. Athanasius diuinitus infidias euasit: ancilla uerò quasi contra dominos suos mētia esset, qui & ipsi aufugerant, penas dedit. Sozomenus lib. 4. c. 10.

MANVS INICIENDO, CAPIENDO.

HIEROBOAM regi Israhelitarum extendenti manum, ut propheta caperetur, manus exaruit. 1. Reg. 13.

Iustina Augusta Mediolani cū Valentiano II. puero constituta, Ariano studio, Ambrosij Mediolanensem episcopum euertere instituit. Itaque muneribus atque honoribus oblati homines in eum incitauit, tribunatusq; promissit iis, qui ipsum raptum de ecclesia ad exilium extraxissent. Quod cum aliquot irrito conatu tentassent, EUTHYMIVS quidam ausus est domum sibi iuxta ecclesiam comparare, atq; ibi curam constituere, quo correptum repente cilio imponeret, atq; aliò aforaret. Post annum eodem die, quo se Ambrosium rapturum, atq; in exilium deducendum putarat, in idem cistum illatus ipse, ad exilium est deportatus. cui tamen ab Ambrosio uaticum, atque alia necessaria ministrata fuerunt. Ceterum Ambrosium ad Palatium uocatus accessit. Quod ubi sensit populus, infidias parari ueritus, ad Palatium repente confluit, ac tumultum ingentem exciuit. Comiti autem militari ad fugandam multitudinem cū expeditis egresso alacri animo restitit: neque ante seditioni est modus impositus, quam populum incitatum rogatus Ambrosius longo sermone demulsi: demum, sacerdotali dignitate ac constantia egregiè conseruata, domum discessit. Sigonius lib. 3. Imp. occid.

Ambrosius episcopus Mediolanensis Sirmium uenerat, anno sal. cccclxxix. ad Anemium episcopum Catholicum consecrandum. Ibi Iustina Valentiani II. Imp. mater Ariana odium suum aduersus Ambrosium acrem Ariano hōstem effudit: si quidem, conuocata populi multitudine, ipsum ecclesia deturbare cōtendit. Cuius auctoritate sulsa VIRO Ariana, facinus inaudite audaciae perpetravit. Nā Ambrosium in tribunal progressum, prehensa ueste, ad partem trahere mulierum studuit, ut ab iis casus de ecclesia pelleretur. cui ille dixit: Etsi ego indignus tanto sacerdotio sum, tibi tamen non conuenit, manum sacerdoti iniicere: quare debes Dei iudicium extimescere, ne quid tibi aduersi contingat. Quod dictum tristis euentus proximè est consequutus: nam post die uirgo uitam amisit. Idem.

CONATVS IMPEDIENDO.

SANABALLATVS Honorius, TOBIAS Ammonita, & GEMVS Arabs, Iudeis, qui duce Nehemia Hierosolymę muros instaurabant, infesti, etiam armis eorum conatus impedire conabatur. 2. Esdræ 2. & 4.

MONACHVS quidam Corbeiensis, cuius fidei sacra uestes commissa erant, Meianverco Padebornensē, episcopo sacra facturo, ornatum promere detestabatur. Vyalonē enim abbatem suum paulo ante præter meritum dignitate exerat.

Tum episcopus: Reddes, inquit, rationem Altissimo pro omnino hodierno officio. Nec multo post subitanea morte perit monachus. Cranzius lib. 4. c. 4. Merop.

NON CREDENDO.

ACHABVS rex Israhelitarum uolebat audire Michæam prophetam Domini quia non prophetauit bonum, sed malū. 3. Regum 22.

Obsessa à Syris Samaria, fame maxima urgente, prædixit Elifæus, postero die similia factum sicut, bina hordei fata sicut itidem uenire. At TRIVMVR, cuius manū rex Ioram inuiti solebat, id uix futurum, etsi Dominus cœlitus fruges plueret, temerè asseruit. Elifæus subiecit, Tute uidebis, sed inde non comedes. Panico igitur terrorē confertis Syris, & per noctem delapsis, manè Israhelica castra diripiunt, tantamque commeatu copiam inuenerunt, ut ad portam Samariae similia & hordeum ita ut Elifæus prædixerat uenderent. Triumuir portæ præerat, ubi à turba oppressus interit. 4. Reg. 7.

Antiochiam Paphia Paulus & Barnabas suis concionibus egregiè instruxerant. At IVDÆI sub pietatis zelo religiosissimos quosq; suæ sectæ professores tantū promouerunt, ut Apostolos è suis sinibus eiicerent. Act. 13. Similiter & ICENIENSIS Iudæi lapidibus eos obruissent, nisi maturè discessissent. Act. 14. Profesti inde in Lycaoniam, LYSTRENSIS primū quidem illis sacrificare: at cum sacra respuerent, lapidibus obruere. Ibidem.

In nulla urbe pauciores conuertit Paulus Apostolus, quam Athenis, quod illic homines nouitatis potius ueritatis studio essent, & humanę philosophiæ sectis uariis corrupti, etiam religionem æquè incertam & inconstantem arbitrarerant. Act. 17.

Recitat Sozomenus lib. 2. cap. 14. Millem quandam episcopos, qui in persecutione sub Sapore in Persia martyrium passus est, uenisse aliquando in CIVITATEM Persicam, ac diligenter singulos ibi exhortatum esse, ut Christo nomen darent: sed uerba ibi multa passum, ac tractum per ciuitatem: nemini autem persuadere potuisset, ut Christianus fieret. Mole stè igitur id cum tulisset, ciuitatēq; maledixisse, & abiisse. Paulus igitur post, cum in regem Persarum magistratus ciuitatis eius quiddam deliquisset, missum eò fuisse exercitum, qui ciuitatem eam funditus euerterit.

Cum DYO in una domo Vvalarum Columbanū abbatis discipulum de penitentia concionantem irrisissent, Dei iusto iudicio alter oculis captus, alter genitalibus putrefactibus mortuus est. Vincentius lib. 23. c. 23.

GALLI, conciones Hospitij monachi de penitentia contemnentis, à Longobardis sexto anno Tibenij grauiter afflicti sunt. Paulus Diac. lib. 3. de Longob. c. 1.

Barthabæus Cybelis sacerdos, quo tempore C. MARIVS aduersus Cimbrōs bellū gereret, Senatui prædixit, à dea se munitum, fore ut Marius hostes superaret. Et cum id populo de claraturus esset, A. autem Pompeius Trib. pleb. id prohiberet: subita ardentiq; febre tribus corruptus est: nec multo post uictoriae allati fuerē nunciij. Plut. in Mario.

NON OBEDIENDO.

Deus Pharaonem cum tota Aegypto, eo quod Mosi & Aaroni, qui pro populo intercedebant, & missionem efflagitabant, parere nolent, decem grauissimis plagis affecit: innumerum flumina in sanguinem conuertit, ranas, pediculos, insecta, luem seuisissimam, grandinē, locustas, tenebras triuannas immisit, tandem primogenitos eorum omnes occidit. Qua ultima plaga territi Aegyptij, Israhelitas ut se discederent rogarunt, & auro, argento, preciosaq; suppellectile ornatos libenter dimiserunt. Fidelibus mare, ut illæsi euaderent, secum præbuit iter: fideiq; uirtutem etiam in se insubilia senterunt: Pharaonis duritia non admisit. In aquis maris Pharaon, in aquis baptismi diabolus interit: credentes uerò saluati sunt. Ex libro Exodi Marulus libro 2. capite 6. & Sabellicus lib. 5. c. 4.

Cum Palæstini maximum exercitum apud Machmas congregassent contra Israhelitas, SALVS rex, cum duobus millib. tantum (reliquis Israhelitis metu diffusis) apud Galgala Samuclē prophetā expectare iussus: cum septimo die non uenisset, & exercitus in dies dilaberetur, per se solidū sacrificiū fecit. Quo facto, Samuel statim affuit, & Saul propter inobedientiam reprehendit, & propter hoc peccatū regnū eius non fore firmum prædixit. 1. Reg. 13.

IDEM rex contra Amalechitas exercitum ducere, eosque ad interractionem excindere à Samuele propheta iussus, eò qd Israhelitis ex Aegypto profectis infesti fuissent: expeditione suscepta uicini Amalechitas, & omnes alios interfecit: excepto uno rege Agago, pecorum item atq; pecudum opimis quibusq; quæ milites ad sacrificium Iouæ ad Galgala faciendum conseruarant. Eo facto offensus Dominus, per Samuelem Saulo nunciari fecit, quoniam maiorem sacrificij quam

quam obedientia rationē habuisset, futurū, ut regno priuaretur. Samuel ipse regē Agagū Galignis apud Iouā sua manu dilexit, iniquiens: Quem admodum orbauit ens tuus mulieres: sic orbabitur præ cæteris mulieribus mater tua. 1. Regum 15.

Michæas propheta, exprobraturus iussu Domini Achabo Israhelitarum regi, quod Benadado Syriae regi capto pepercisset: iussit eundem prophetā, ut se feriret, Deo ita iubente. 1. L. E. qui propheta imperit, ut ei uilnis infingeret, neglexit, à leone laceratus, inobedientia penas dedit. Alter uerò obediendo percussus, seruatus est. 3. Reg. 20. & Iosephus lib. 8. Antiquit. capite 13.

IOSIAS rex Iudæorum iustissimus, cum contra Pharaonem Aegypti regem (qui contra Babylonensium expeditionem moliebatur) ad Magdonem, Hieremie prophetae dissuadentis monita contemnentis, pugnaisset, uulnerē ictus perit. 3. Esdræ 1. & 3. Regum 7.

ACHABVS rex Israhelitarum Benadadum Syriae regem bello uictum, quem ex Michæe prophetae iussu perire debuerat, incolumè dimittens, Dominum grauiter offendit: Michæa ipsi denunciante: Quod uitam ipsius uita, & populum populo sit repensurus. 3. Reg. 20. & Iosephus lib. 4. Antiq. c. 13.

AMASIAS rex Iudæorum prophetae monitu exiguis copiis Syros percauit. Mox hac elatus uictoria, cum eiusdem prophetae monita cōtemnisset, à rege Israhel Iouā uictus captusq; cognouit, quantum sibi prius profuerit obediisse, cum tantum postea non obediisse nocuerit. Marul. lib. 4. cap. 3.

SEDECIAS Iudæorum rex, Hieremie prophetas non spernebat, eoq; monente Nabucodonosoro se dedidisset: metu tamen suorum procerum ei parere non audebat. Itaq; cum maiorem hominum quam Dei rationem haberet, Babylonem abductus est & excaecatus. Hieremie 38. & seq.

Cum IVDÆORVM reliquæ, occiso per Ismaelem Godolia, quem Nabucodonosor ipsis præfecerat, metu Chaldæorum in Aegyptum fugere cogitarent, dissuasit hoc illis Hieremie propheta. At illi non paruerūt, sed ipsūmet uatem secum abduxerunt. At non multo post Nabucodonosor Pharaonem supercauit, Aegyptum uastauit, & Iudæos omnes Babylonem abduxit. Hieremie 43.

NABUCODONOSOR cum precibus Danielis non flecteretur, qui tam obnixè, ut peccata elemosinis redimeret, orauerat, in bestiam mutatus est. Dan. 4.

Eutythianæ hereseos, quam Chalcedonensis synodus damnauerat, assertor ANASTASIVS Imp. ut ab ea discederet, summi pontificis Hormisdæ denunciationibus monitus, sed obtemperare negligens atq; contemnens, fulmine ictus penas dedit. Marul. lib. 2. cap. 11. & Sabellicus lib. 5. cap. 4.

Capta à GENERICO Vandalorum Roma, Leo P. ad patriam Ecclesiæ salutem, quantum apud barbarum hostem siue gratia, siue auctoritate ualeret, in extremo experiri periculum uoluit. Itaq; sacra procerum caterua stipatus Genérico ad urbem aduentanti sese obuium tulit, atq; ipsum in limine portæ adeptus, per omnia Christianæ religionis sacra, quibus ille magna ex parte esset ad dictus, orauit, ut ei ciuitati uellet parcere, cui nuper inimicissimus ac seuisissimus omnium Attila pepercisset, cum ab ea adeunda ardentem animi sui imperum temperasset. Non flexere sanctissimi antistitis preces regem Christianum, quæ paganus infregerant: nam urbem ingressus, non tam profanas domos, quam sacra templa, contra quam Eudoxia Augusta uocanti promiserat, libidini auaritiæq; militari permisit. Sigonius libro 14. Imperij occidentalis.

Rex Rugorū trans Danubiū Feleteus, siue Filitheus, siue Febanus, Flacitæ patris instituta sequutus, sanctum Seuerinum in Norico sedentem saepe de regni sui incolumitate consuluit. Vxor uerò eius GISA, mira hominis reuerentia ducta, à Catholicis quidem rebaptizadis abstinuit, uerū Romanos, licet illo tristitia omnia denunciantē, uexauit. Itaq; cum quodam die in proximo Fabianis uico consisteret, aliquos ad se adduci iussit (seruituti uilissimæ destinatos. Quos cum dimitti Seuerinus petisset, illa subiecit: Ores sibi intra cellā suam Seuerinus, nobis uerò de seruis nostris pro arbitrio statuere sinat. Cui respondit Seuerinus: Confido in Domino, illam necessitate facturam, quod praua uoluntate neglexit. Neque tanti uiri iritum proforus suo oraculum. siquidem cum aurifices quidam barbari in ergastulis positi Frederico puero eius filio ad se peruilerat a deum nefarias infidias comparassent, re cognita, repente magnitudine doloris adacta supplex opem Seuerini poposcit, ac se presentia plaga percussam, propter contemtam eius auctoritatem, petita uenia, confirmauit. Itaque, dimissis subitò Romanis, & barbaris liberatae donatis, Seuerini beneficio filium recepit incolumem. Sigonius lib. 15. Imp. occid. Post paucos annos Filitheum pugna uictum cum uxore Gisa Odacer rex I-

talie cepit, uinctos in Italiam deportauit, ibiq; exules extincti sunt. Auentinus lib. 2. Annal. Boiorum.

Asturum oppidum in confinio Norici Ripensis & Pannoniæ à Germanis excisum est. Aperiuerat D. Seuerinus ciuibus calamitatem in templo, horam quoq; indicans, ut respiceret, obsecrabat. Verū surdis cætabat. Astures ipsum deridebant, eo magis uoluptati operam dantes, ne, ut iam morituri, genū defraudaret. Effugiente inde Seuerino, Germani irruunt, capiunt, uastant, delent, omnes trucidant. Senex unus, qui nunciū claudis foret, euasit ad Seuerinum Comagenas. Auentinus lib. 2. Annal. Boiorum.

Idem Seuerinus, anno 476. IVVAVIENSIBVS, qui hodie Salisburgenses, per Moderatum psalten Bathauensem clade nūciarat, ut omnes sine mora oppido excederet, inuitabile impendere urbi renuncians. Illi parere recusabant. Rursum Quintasium quendam misit, qui aperiret, subséquenti nocte interituro, si euectigio auferat. Iuuuuienses confisi uiribus, & quod hostes longius abessent, pro uano terrore uicium ducunt. Eadem nocte, inopinatè adfuit Germani, urbem inuadunt, capiunt, diripiunt, incendunt, populum caprium abducunt, Maximum in crucem agunt, amplius quin quaginta quinq; cum ipso symmythas contrucidant, & rupiumq; cauernis, quod fugerant, sicut adhuc monstratur, præcipites deturbant. Auent. lib. 2. Annal. Boiorum.

FRATER quidam egrotans in monasterio Scythi, cum adire ciuitatem pararet curationis gratia, & Moses abbas à proposito illum detererit: simulque prædiceret, si discessisset, fornicatione polluentum: inuictus eius abiit, & mulierem, quæ languenti ministrabat, cum conualuisset uitauit. Quanto illi melius erat, morbo perisse, quam peccato? Mori timuit: & multo grauiorem mortem incurrit, dum obediendo negligit. Marulus lib. 4. cap. 3.

Columbanus abbas uita sanctimonia & miraculis clarus, GALLO discipulo inobedientia crimen obiecit dicitur, quod ad Ligonem fluuium piscationem fecisset, quam ad fluuium Bruseam facere iussus fuerat. Gallus autem utrum in hoc, an in illo fluuii piscaret, nihil referre arbitrat, dummodo opus, quod iubebatur, peregerit: demum aduertente animo cepit, secumque cogitare, quod ideo fortasse sine piscibus redisset, quia cuncta quæ iussa fuerant, non plenè fuisset executus. Itaq; iterū tentata piscatione, multificus in illo, quod sibi assignatum fuerat, flumine captis piscibus, didicit mandati non rem solum, sed etiam uerba singula diligentius esse perpendenda. Marulus lib. 4. cap. 3.

Erat in Britannia, in ciuitate Baugor, monasterium, ita referunt hominibus, ut in septem partes diuisum, quælibet circiter trecentos complecteretur MONACHOS, qui omnes labore manuū quæritabunt uictum. Augustino episcopo petenti, ut simul & Rom. pontifici subiecti essent, & munus euangelizandi subirent, detestatur ea omnia: quam ob causam ingens eorum numerus interfecit. Galfridus Britannicæ historiae lib. 8.

STRATIQUAS Boleslai Bohemorum ducis frater apud Ratisponam Bauriacā ciuitatem, in cœnobio sancti Haimerani monasticam uitam sequebatur. Eum Pragm forte uenientem aggressus Adelbertus episcopus, pontificalem ei cathedram obtulit: quod cum regis esset frater, ex rege natus, facile populum sub religione continere posset: nam sibi non esse facultatem eiusdem regendæ plebis, quæ rapinis & adulteriis assueta, ius fasque omne contemneret. Stratiquas mundanas dignitates quasi malas pestes fugiendas esse respondit, monasterium sibi & præsentem uitam suauè præstare, & futurā promittere meliorem. Adelbertus hominis detestatus, Quod nunc me pietate offerente recusas, aliquando magno tuo cū malo uerò, sed frustra ambies. Nec ita multo post Stratiquas mutato animo Pragensem ambiens episcopatum, repulsam passus, cum apud Moguntinum archiepiscopum sacris imbuitur, inter duos episcopos iacens pronus, diabolico spiritu arreptus, tamdiu uexatus est, donec animam exhalaret, Adeo dato ecclesiæ commissa. Aeneas Syluius in hist. Boem.

REPREHENSIONES NON FERENDO.

Et Impietatis ratio habetur: Volumine XIII. Peritiam

CONTEMNENDO IMPRECATIONES.

HIEL Bethelensis sub Achabo rege Israhelitarum Hiericum tem instaurauit, neglectis diris, quas Iosua restauratori in precatus fuerat, Iosue cap. 6. Proinde in fundamentis iacendis Abiramum primogenitum suum, & in collocandis foribus portarum Segubum filiorum Iosue natu. minimum amisit. 3. Regum 16.

IMPIETAS ERGA HOMINES IMPIOS, RELIGIONIS NOMINE FUGIENDOS, AVERSANDOS. Nempe

FOEDVS CVM IMPIIS FACERE.

ACHABVS Ifraelitarum rex, cum Benadado Syrorum rege, ingenti clade à se uicto, foedus facit, cum eum ex Domini iussu necare debuisset. 3. Reg. 20.

ACHAZVS Iudaeorum rex, cum Theglathphalassare Assyriorum rege foedus inuit, eiusque opem implorat (Domino relicto) contra hostes suos. Ob quod facinus ab Esaia propheta seuerè reprehensus fuit. 4. Reg. 16.

EZECHIAS Iudaeorum rex, cum à grauisimo morbo liberatus fuisset, Berodacus Baladā, Baladanis F. Babyloniarum rex, gratulandi ergo munera Ezechiae misit. Quibus ille delectatus, foedus cum Berodaco inuit, & legatis eius omnes suos thesauros ostendit. Eo foedere offensus Dominus, per Esaia minatus est Ezechiae, tempus fore, quando oēs illi thesauroi Babylonem transferendi essent, cum filiis regis. Id quod postea sub Manasse Ezechiae F. contigit. 4. Reg. 20.

Saracenos ad eum fouit FRIDERICVS II. Imp. ut eos mercede conductos magis quam ceteros Christianos in militia caros habere sit uisus: praeterque arma tractantes, multos ex ea barbarie amplis per Italiam & Siciliam honoribus & magistratibus eueit. Luceriam Apuliae ciuitatem, ceteris populis Christianis, Saracenis dedit habitandam. Cuius facti memoria inde ad posteros peruenit, quod diu Luceria Saracenorum sit appellata. Lege in regione promulgata, Saracenos ad eum uoluit saluos esse, ut contententes cum illis, impune occiderentur: caeterorum autem Saracenorum quaestio, si captus non esset, qui uim attulerat, in uicinarum regionis populos haberetur, quae aeris summa ac totidem capitum supplicio expiaretur. Cranzius lib. 8. Saxoniae, c. 10.

ARNVLVS Imp. cum Zenedaldum Morauensium regem debellare, Hungaros in societatem belli asciuit, gentem feram & impiam. A quibus deinceps uniuersa Germania crudelissimè depopulata fuit. Cuspinianus, & Cranzius lib. 2. Metrop. c. 22.

CONIVGIA CVM IMPIIS CONTRAHERE.

Consule Tit. Coniugia inter eos, qui sunt diuersae religionis: quatenus occasione matrimonii pervertuntur. Quatenus uero occasione eiusdem ad saniorum religionem conuertuntur, sic ad Religiosam pertinent iustitiam.

SALOMON Iudaeorum rex sapientissimus, idemque Deo ita acceptus, ut praeter Dauidem patrem dignum fuerit iudicatus, qui templum aedificaret, postea quam libidini ita indulgit, ut ab Iudaeas tantum uxores, sed etiam Gentiles concubinas haberet, in reprobum sensum abiit, ut Dei ueri numine spreto, aut saltem dissimulato, Daemones adoraret, quando hoc idolomaniae genere suis pellicibus se rem gratam facturum uideret. Expropter regnum, quod à patre acceperat pacatissimum & firmissimum, Roboamo filio tam turbulentum reliquit & infirmum, ut decem tribus Hieroboamum sequi, quam impij patris impio filio subesse maluerint.

IOSAPHATVS Ase F. Iudaeorum rex, Ioram filio Achabii Ifraelitarum regis filiam in matrimonium dedit, & affinitate contracta, contra Benadadum quoque Syriae regem ei supplicia tulit. Verum parum absuit, quin in praesens pro Achabo interficeretur: domumque à fuga reuersus, seuerè à Iehu ob id ipsum correptus fuit. Libro 2. Paralip. 19. Interfecto Achabo cum Ochozia eius F. homine itidem scelerato societate inuit, & classe instructa communi, Ophirem in Ciliciam transfugerunt, auri petendi causa. Verum classis naufragio periit: cum id futurum praedixisset Eliezer Dodouae F. Marefanus, propter societatem cum impio rege inuitam. Ibidem cap. 20. & 4. Regum 8.

FAMILIARITER CVM ILLIS VERSARI.

NICEPHORVS Imperator Manichaeis & Attinganis in im-

perio suo securitatē dedit, ubi uellent habitandi: unde multorum secta correpti sunt. Paulus Diaconus libro 24. rerum Romanorum.

POLLINARIS Laodiceae episcopus, cum exerceret cum Epiphano sophista, homine minimè Christiano: eius consuetudine à Theodoro praefule Laodicensi iussus abstinere, nequaquam obtemperauit. Quapropter à Gregorio Theodori successore commercio Christianorum repulsi, ob indignationem statim in haeresim lapsus est, cuius ipse princeps fuit. Vide Tit. Haeticorum.

DEFENDERE IMPIOS.

THEODOSIUS Imp. cum Iudaeos defenderet, qui Constantinopoli synagogam in foro extruxerant, eaque cum à Christianis esset incensa, eosdem Iudaeis sumus restituere refecerat; synagogam imperaret: ab Ambrosio seuerè reprehensus fuit, qualem pro Iudaeis contra Christianum pugnarat. Vnde mutato animo Theodosius Byzantii multam remisit, & Iudaeos intra urbem Regiam, synagogam tenere uenit. Zonaras. BERTHOLDVS Abbas S. Galli, castris quam cenobio aprior, monachum ab Eberhardo episcopo Constantiense in ius uocatum, quod d scorum palam in conductibus adib. aleret, armis defendere uoluit, missoque foeciali bellum episcopo in dicit: quod uix intercessione clausi. uirorum sopiti potuit. Circa annum Domini 1246. Stumpfius.

Edouardus IV. Anglorum rex moriens, Ricardum fratrem Gloucestriensem ducem filio Edouardo regi tutorem reliquit. Is Edouardo in suam potestatem redacto, interfectis optimis quibusque, quos suae cupiditati aduersarios suspicabatur, cum RODOLFO Shao Theologo magni nominis egit, utis pro concione in templo S. Pauli multis rationibus populū doceret, Edouardum non fuisse à Ricardo Eboracensi duce creatum, sed ex quo dā alio, qui matris Ceciliae ante nuptias notitiam furtim habuisset: & id certis argumentis probare, quod Edouardus neque effugit, neque corporis forma Ricardum patri similes fuisse, cum ille magnus statura, hic pusillus, ille facie ampla, hic breui & compacta esset. At neminem dubitare posse, quin Ricardus foret uerus ducis filius, isque primogenitus, qui iure regnum patri debitū possidere deberet. Et proinde hortaretur principes, cum in praesentia rege carerent, uellent Ricardum ueram regiam prolem regem facere, repudiatis aliis, qui turpi essent genere orti. Paret Rodolfus rexque, creatur Ricardus. At tanta turpitudinis praecone non multo post ita penituit, ut moerore animi breui consumtus fuerit. Polydorus lib. 25.

COMMUNICARE NON COMMUNICANDA PROFANIS.

Vide Tit. Sacrorum profanatorum.

DIGNITATES CONFERRERE IMPIIS.

ANDRONICVS Comnenus, cum Alexio Porphyrogenito Manuclis Imperium administrans, de successore suae factionis patriarchae Theodosio, qui ob Andronici improbitatem ultra patriarchatu cesserat, dando deliberans, Camatero Basilio pontificatum defert: aut potius illius synographa impulsus, uendit, quae is promiserat, se quicquid cordi esset Andronico, quantumuis illicitum, facturum, & ea declinat, quae illi displicerent. Nicetas de imperio Alexij Porphyrogeniti.

PAVLVS IV. pontifex Cardinales Legatos prouinciarum, subrogatis minorum ordinum praesidibus, cunctos reuocauit, uno excepto Carolo Carafa, fratris filio, Bononiae Legato, cuius unius consilii totus regebatur: qui paulo antea uix diem exutis armis, quibus à puero assueuerat, in collegium Cardinalium à patruo Pontifice fuerat cooperatus. Panunius.



LIBRI NONI TITVLORVM DISPOSITIO.

Scripturam sacram. IMPII in sacras literas. Abutendo. Contemnendo, negligendo.

LIBROS: Adulterando. Exurendo. Euulgando. Dehonestando.

Cadauera. IMPII in Cadauera, Sepulchra. Diuorum, Mortuorum quorumuis. Destructa, Dissipata. Incuriosè tractata. Diruta. Spoliata. Ignominiosè affecta.

Tempora, Arae, Luci, Apsida, Monasteria, Loca quaeuis alia. IMPII in loca sacra. Locorum sacrorum. Prohibitione, ne aedificentur. Attentione. Euerfio, Destructio. Spoliatio, Directio. Vfurpatio. Inquina, Inquinatio, pollutio. Idolis, Sacris peregrinis. Cæde, iniuria. Stupro. Cibis uicinis. Animalibus impuris. Stercore. Aspectu, ingressu profano. Cadaueribus, Osibus.

Actio nem. Sacra. Obiit. Quae non oportebat. A quibus non oportebat. Quomodo non oportebat. Vtputa. Negligenter facta, frequentata. Simulata, per ludum obita.


Sacrificia. IMPII in sacra, Sacrificia, quo ad. Non obita, uel. Neglecta, nulla. Contenta, Spreta, trisa, Non culta. Impedita, intermissa. Communicatio nem. Sacra. Conspecta ab indignis. Euulgata, profanata. Ad usus illicitos adhibita. Ignominiosè tractata. Polluta. Cæde. Stupro. Iniuria.

LVDOVS. Signa, Simulacra. IMPII ETAS erga Simulacra consideratur quo ad. Confectionem: Facta aliter quam oportet. Destructa, Corrupta, Euerfa. Cultum: Culta indignis. A quibus non oportet, contructata. Ad usus illicitos adhibita. Non culta: Abiecta. Ignominiosè tractata.

Res quasuis alias sacras. IMPII in res quasuis alias consideratis. Per se: Animalia. Arborea. Agros, Possessiones, Praedia. Vasa, Vtensilia, Arma. Vestes. Respectu: Acquisitionis, In Praedia. Donationis, Conservationis, In Donaria, Anathemata, Thesauros. Impensae, Expense. Fructus, In Decimas, Primitiis, Redibus.


Tempora. IMPII in dies festos, profestos, Abolendo. Conuiuuiis. Choreis. Inauguratione. Conflictu, Certamine. Mechanica opera. Nugis.

LOCA.





Voluminis Decimiseptimi
Liber IX.
DE IMPIETATE erga RES
diuinas.



IMPII IN SACRAS LITERAS.

DE AVTENDO.

Primum nostrum seculo tam rara essent, quam sunt frequenter exempla. Nimirum ea recitavit aulica Theologia, ut in sigillandis principum inceptis, in commendandis eorum dictis factis, licet impiis, symbolis sacrarum literarum abuti non veretur. Quod ipsum quid est aliud, quam Luciani imitatione, humana omnia diuinorum sepe inducta larua irridere? Coniule Tit Diuina per sortes quatenus in his opibus captandis sacra Scriptura auctoritatem superstitiosa impietate in dubium reuocare uidentur. Nam dum is id quod non debet tribuunt, id quod maxime debeant, minime tribuunt. Ex Tit. Hereticorum, non paucos colliges exempla, quatenus uidem et religionem ueram corrumpunt, et contra diuinum nomen blasphemias uoces emittunt.

Afinius Pollio bellum gessit cum Illyriis. Quo uero tempore cepit Salona illorum urbem, natus est ei filius, quem ideo Saloniu appellauit. VERGILIUS cum in uersibus Sibyllinis legisset, nasciturum per illa tempora admirabilem quendam puerum, qui orbem renouaret, uaticinium accommodauit puerum in 4. Ecloga. nam ex aliis gentibus arbitrabatur futurum, propter magnitudinem imperij Romani. Sed puer tenera aetate mortuus est. Alterum enim Afinius habuit filium, haeredem familiae, qui dictus est Afinius Gallus. Ludouicus Viues in Eclogam.

IVSTINIANVS II. cum per x. annos crudeliter imperasset: Leonius patritius, magister militum Orientalium, populari manu facta eum cepit, & lingua, naribus & auribus truncatum, Chersonam relegauit. Is ope Terbellij Bulgariae regis, cuius filiam ambebat, Constantinopolim recuperauit: Absumarum & Leontium captos & uinctos in triumpho duxit, eosdemque pedibus conculcans, acclamante populo. Super aspitem & basilicum ambulabis & conculcabis leonem & draconem, iussit decollari. Paulus Diaconus libro 19. & 20. Rerum Rom.

Andronicus Angelus post acceptam cladem ad Characem a militibus ANDRONICI Comneni imperio inhiatis, cum statim Constantinopolim uenisset, repetita est ab eo pecunia, quam ad bellum administrandum acceperat. Videns igitur casum eum sic accipi, quasi ex amicitia Andronici rem de industria peius gessisset: sex filiis & uxore in nauim impo sitis, ad Andronicum abiit. Qui eo uiso dixisse fertur: Ecce mittam Angelum meum ante faciem tuam, qui uiam tibi praeparat. Nicetas de Imperio Alexij Porphyrogeniti.

ALEXIVS Angelus Byzantius Imp. lbancum rebellem, quem manifesta ui & aperto Marte superare non poterat, sacrosancto Euangelio misso (per quod solebant iurare) per generum natu maiorem Alexium Paleologum ad se pellectum, dato utriusque iuramento, in uincula coniecit: Dauidica illa sententia, Cum sancto sanctus, & cum peruerso peruersus eris, abutens. Nicetas lib. 3.

Cyriacum uirum opt. & sanctiss. in episcopum ordinatum fuisse, Mauricius patritius, PETERVS, Domitianus & Elpidius episcopi D. Gregorio Pp. significauerant, quantoque gaudio & faustis acclamationibus exceptus esset: inter caetera his quoque uocibus, sicut sole in Ecclesia apparuisse, ex Sapientia x. ite ex Psal. us. Haec est dies qua fecit Dominus: exultemus & laetemur in ea. Benedictus, qui uenit in nomine Domini. Quas quidem acclamationes ut soli Christo debitas Gregorius diserte & pie reprehedit, & gaudij immo derationis tantum tribuit. Quia potius in id sedulo eos incumbere iubet, ut assiduis precibus, talis qualem omnes fuisse haec uis scirent, permaneret, quam nimis blandimentis ad superbiam euectus, se simul & populum sibi commissum irae diuinae obnoxium redderet. Lib. 6. Epist. 171.

Siculi Vespertinarum precum tempore, die Paschatis, Gallos omnes interfecerat. Martinus diris Siculos persecutus est. A Panormitanis missi ad eum LEGATI uiri sancti, ad pedes illius strati, uelut pro ara hostiaque; Christum agnum Dei salutes, illa etiam ex altaris mysteriis uerba supplices effati sunt, Qui tollis peccata mundi, miserere nostris: iterumque, ac tertio istud reperiunt. Pontifex super eum respicit, Panormitanos agere, quod impij milites fecissent: qui cum Christum pulsarent, eundem regem Iudaeorum salutabant: re hostes, fando saluere iubetes. Quod nam piaculum, qua demum satisfactionem peteret, ex quibus percontando orationibus reddidit responsum. Redderat se a quibus defecissent: uolasse illos non modo maiestatem regis ipsorum Caroli, sed sacrosanctam potestatem, in cuius fide Sicilia esset. Amilius lib. 1.

Kentelmi regis Merciorum SOROR, eiusdemque; cedis auctor, cum funus deduceretur, Psal. 109. Deus laudem meam, retrograde cepit recitare, & sanguinis oborto profluio, oculos amitte: cruoris signis in Psalterio, quod legebat, extantibus. Ranulphus lib. 5. c. 29. Polychronici.

BONIFACIUS III. Pp. ipso Cinerum die, quo ut Pontifex Ecclesiarum antistitem capita cinere aspergere coeuevit, ubi ad Porticum Spinulam, Genensem archiepiscopum, peruenit, quod Gibellinae factionis esse putabatur, cinerem in oculos eius coniecit, peruersae enunciatiss solennibus uerbis: Memento homo quia Gibellinus es, & cum Gibellinis in cinerem conuerteris. Fulgosus lib. 9. c. 5. & Sab. lib. 9. c. 11. Circa an. sal. 1472. carmen famosum, in ALBERTVM Marchionem Brandeburgensem compositum prodit, quo ad Dominicae passionis seriem, Christo clerus, princeps Pilato assignabatur. Non erat id leue crimen in contemptum Christi cuius passio uerebatur in risum. Crasius lib. 13. Vadal. c. 6.

AENEAS Syluius, qui post pontifex fuit Pius II. dictus, ad Stephanum Caciama L. C. sic scribit lib. 1. Epist. 62. Rogo te, ut parumper expedites, mihi, fidem habeas, quia aut Aeneas esse desina, aut tuae cupiditati parebo. Nec me Gallico more loqui censes, qui parua mora quatuor & decem an. coputant. Credo Prophetas imitari cupiant, qui cito uenturum dicebant, qui annis post quingentes uenit. Ego non annum, sed paucos menses petam, ut rem tibi confectam donem.

Insignis latro EXAMITES, natione Boemus, Hussitarum astra, sub Sigismundo Imp. milites praedandi cupidus undecumque, ad se uenientes benigne collegit, eosque fratres appellauit, & uniuersam Hungariam trans Danubium (sepositum uocant) tributariam sibi reddidit, exa dicitur munitionibus locis opportunis, praedas in sine cuiusque mensis uiritum diuides. Ex quibus non plus accepit, qui totum mensem, qua, qui die una ante diuisionem in castris fuit numero fratrum ascriptus. Id sibi ex Euangelio praecceptum affirmavit, quod in uinea Domini laborantibus, & qui prima hora, & qui undecima uenerat, & qua mercedem promittit. Aeneas Syl. c. 1. Europae.

DE CONTEMNENDO, NE GLIGENDO.

ANGELVS Politianus totam sacram Lectionem aspernabatur. Lud. Viues de Ver. fidei lib. 2.
FABER quidam ferrarius in Gallia, postquam a celebri praelato audiisset in concione, per Adamum (propterea, quod pomum ederat) totum genus humanum praeter exiguum Christianorum manipulum in damnationem aeternam corruisse: cum uideret sibi contra dispartanti Praelatum de sensu literali non satisfacere, dixit tandem, Tam multas rixas pro re tanta incepte excitari. Quod blasphemum dictum simulaculo puluauit auribus, in proverbium abiit. Bodinus lib. 2. De aemone maniae c. 2.

IMPII IN LIBROS SACROS.

DE ADULTERANDO.

AQUILA Ponticus sub Adriano a uanitatibus astrologicis ne Christianus quidem factus, abstinit. Ab ecclesia itaque profscriptus, profelyus factus est, & circumcissus, Hebraicae linguae operam dedit, & post LXXII. Interpretes Bibliiae Graecam linguam tradidit: id maxime studens, ut omnia Prophetarum de Christo testimonia deprauaret. Epiphanius in lib. de Mensuris & ponderibus.

DE EXVRENDO.

IOACIMVS Iudaeorum rex, propter exultum Hieremias librum graues poenas Domino luit. Vrbe enim capta occisus est a Chaldeis. Iosephus lib. 10. Antiq. c. 8.
ANTIOCHVS Epiphaneus astu occupatis Hierosolymis,

IMPII IN CORPORA, CADAVERA, SEPVLCRA, TVM

DE DIVORVM.

DE DISSIPATA, DESTRVCTA.

Ioan. Baptistae sepulcrum Sebastae, quae Samaria olim dicta fuit, extitisse commemorat D. Hieronymus in Epitaphio Paulae matris. Socrates autem libro 2. capite 28. & Theodoretus libro tertio, capite sexto, narrant, ETHNICOS tempore Iuliani Imp. Ioannis sepulcrum furiose aperuisse, ossaque dispersa, postea recollecta, cremasse, cinerem inde late sparsisse: quae tam tamen a nonnullis lecta, & Alexandriam Athanasio fuisse transmissa.
SARACENI in Myra D. Nicolai tumbam cum reliquiis eius disperserunt, & sacra uasa diripuerunt, indeque discedentes naufragium fecerunt. Paulus Diaconus lib. 24. in uita Nicophori. At Sigebertus non Nicolai, sed aliam similem per errorem ab his disiectam scribit.
CONSTANTINVS Iconostasis Imp. Dracem in sepulchro conculcavit, dissipauit. Cedrenus.

DE INCVRIOSE TRACTATA.

Corpora sanctorum PETRI & PAULI Apostolorum, tantis in ecclesiis suis coruscant miraculis atque terroribus, ut neque ad orandum sine magno illuc timore possit accedi. Dum Pelagius Iunior Pp. argentum, quod supra sacratissimum corpus beati Petri Apostoli erat, longe tamen ab eodem corpore ferre quindecim pedum spacio, mutare uellet: signum ei non parui terroris apparuit. Sed & cum D. Gregorius aliquid similiter ad sacratissimum corpus sancti Pauli Apostoli meliorare uellet: & quia necesse erat iuxta sepulcrum effodi altius, praepositus loci ossa aliqua non quidem eidem sepulchro coniuncta reperisset: quoniam ea leuare praesumerat, atque in alium locum transponere: apparentibus quibusdam tristibus signis, subita morte defunctus est. Idem Pelagius ad corpus D. Laurentij martyris quaedam meliorare desiderans, dum nescitur ubi uenerabile corpus ipsius esset collocatum, & effoditur exquirendo, subito sepulcrum ipsius ignoranter apertum est: & ij, qui praesentes erant, atque laborabant, monachi & mansuarij, qui corpus eiusdem martyris uiderunt, quod quidem minime tangere praesumerant, omnes intra decem dies defuncti sunt. D. Gregorius libro 3. Epist. cap. 30.
Corpus Edgari regis Anglorum Glafconiae integrum & incorruptum inuenit ADELARDVS abbas: qui cum id angusto loculo haud includere posset, ferro laesit, unde exteplum sanguis promanauit largus: quo uiso abbas exterritus, temporeque egressus, breui post obiit. Vincentius lib. 23. c. 31.
CLODOVEVS, Dagoberti regis filius apertis beati Dionysij feretro, brachij partem inde abstulit. Quod etsi reuenter haberet protinus tamen mente prostratus humi concidit: secutaque sunt per Dionysiacum templum tenebrae & cinerum omnium obscuritas, ut qui illic aderant pauitantes certissime inde aufugerent. Rex etsi infano non absumis esset,

inter caetera crudelia facinora etiam legis libros, quoscumque inueniebat, disceptos igne cremauit, eos, apud quos reperti essent, morte damnauit. i. Machab. 1.

ROMANI D. Gregorij Pp. libros, post illius obitum, ob nimiam liberalitatem erga pauperes, exurere conabantur. Nisi Sabitanus iureiurando asfirmasset, sepe se scribentis uerticem luce diuina circumseptum & illustratum uidisse. Sigonius.

AFRICANI exardecentibus Vandalis, libros diuinos igni tradiderunt, ac de sacris palliis ac uertibus habitus sibi fecerunt. Quibus Valerianus episcopus cum non consentiret, a Genserico rege omni urbe & domo exclusus est. Sigebertus in Chron.

PROCVLVVS a Genserico rege Vandalorum in Eugitanam prouinciam missus, cum ecclesias diriperet, & sacra uolumina igni cremaret (id enim praecipue in mandatis habebat) non multo post sibi ipsi frustulatum linguam dentibus praecidit, & interit. Sigebertus.

DE EVVLGANDO.

C. FLAVIVS libertino patre genitus, & scriba, cum ius ciuile uulgaret, dies fastos quoque penes toto foro exposuit. Liuus libro nono, Decadis primae, & Valerius Maximus libro secundo, cap. 1.

DE HONESTANDO.

ISAACIVS Angelus Constantinopolitanus Imp. de sacris edicibus maximi precij ornatum abstulit, eosque uilioribus duxit stolis. Nicetas lib. 3.

brachij partem ablatam auro circumdata, & gemmis multis decoratam beato corpori restituit, simulque donaria monasterio attribuit, quibus meliorem mentem recipere possent. Qui etsi paulo meliusculus extiterit, praese tamen tulit insaniam uestigium, quo annos duos afflictus tandem interit, expleto regni sui anno XVI. Christi DCLXII. Gaguius lib. 3. c. 4. ex Regione & Adone Viennense aetate 6. Nauclerus generatione 23. Sigebertus an. 660.

Capra a MAHOMETO II. Constantinopoli Martyrum ossa canibus suisbusque, sunt obiecta, sanctorum imagines luto defecatae, ferroque laceratae. Cuspinianus.

Cum ex crypta templi Paulini Treuirensis, ubi legionis Thebeae a Rictiano Maximi quondam Imp. praefecto intererant, corpora quiescere putantur, terra portaretur: os quoddam incaute a SACERDOTE proiectum, sanguinem non modicum stillauit, & usque hodie cruentum permanet. Schafnaburgensis, anno 1072.

DE MORTVORVM QVORVM.

DE DIRVTA.

Sertorius, Tingenna urbe Mauriforum expugnata, ubi Antei sepulcrum fuisse traditur, eius magnitudine commotus, ad arguendam uulgi uanitatem, conditorium diuini iussit. Inuentum ibi cadauer autem LXX cubitorum. Quod ille inuitus, ac religione tactus, tumulum instaurauit, honoresque & famam auxit. Adiicit Plutarchus, Tingennam fuisse Antei coniugem, quae post uiri interitum ex Hercule sic Syphacem enixa, qui regnum in ea terra sortitus, urbem de matris nomine Tingennam condidit. Syphax Diodorum genuit, unde postea longo stemmatis intervallo, ortus sit Iuba, regum omnium in historia praestantissimus. Sabellicus libro tertio, Enneadis 6.

Carthagenensium duces HANNIBAL & HIMILCO Agrigentum obsidentes, militibus mandarant, ut sepulcra eruerent, eaque ruina aggerem ad moenia ducerent. Nec segnitas ad imperium multitudo facile deduxit opus. Ibi inter erendum ingenit quaedam religionis reuerentia, & deorum pauor cepit exercitum. Nam Theronis sepulcrum, mira molis artisque opus, fulminis ictu concussum tremuit. Quo portento procurato, nonnulli uates cum ad illud erendum propterare multitudine uidissent, obistere prohibereque, ne id committeretur, conati sunt: moxque repente pestilentia inuasit castra, quae multos absumsit, nec paucam turbam in uarias afflictiones, grauesque calamitates distortam traxit, in quibus Hannibal dux interit. Tum ex his, qui in uigiliis pernoctabant, nonnulli uidisse se per noctem manes & simulacra uita defunctorum per umbram uagantia. Himilco ab erudis sepulcris destitit: mox diis supplicia peregit: Saturno infantem immolauit, Neptuno turbam sacerdotum summersit. Diodorus lib. 12.

HIMILCO Carthaginensium dux Syracusis obsidens, dum muro obducere castra studet, omnia propè proxima operi sepulcra demolitus est ad murum educendum, in quibus Gelonius regis, & eius coniugis Demaretæ monumenta miro opere olim extructa subruuntur. Tria castella secus mare construxit, unum ad Plemmyrium, alterum in medio portu, tertium ad Iouis templum. Diod. lib. 15.

SPOLIATA.

HERODES Iudæorum rex, multum pecuniarum domi forifque profundens, audito quòd Hyrcanus, qui ante eum regnavit, recluso Davidis sepulcro tria millia talentorum argenti extulisset, superesseque multo plura, quæ possint quantumvis magnis sumptibus sufficere: noctu apertum sepulcrum ingreditur, assumtis tantum amicorum fidissimis: depositas tam pecunias non invenit, sicut Hyrcanus, sed mundi preciosi & aureorum ornamentorum vim magnam inde sustulit. His inuitatus ad diligentius scrutandum, interioribus processit usque ad conditoria corporum Solomonis ac Davidis: ubi duos satellites amisit, erumpente (ut fertur) ex adytis flamma contra progressos temerè. Quo casu territus exiit, & tactus religione ad expiandum se, in aditu sepulcri monumentum de candido marmore condidit sumtuosissimis impendit, Cæterum Herodis domus post violatum sepulcrum cœpit labi in deterius, diris ultricibus in eam partem incumbentibus, quæ iam antè malè habebat. Iosephus libro 16. cap. 11. Antiq.

Corinthus excisa à Múmio, deserta diutius manens, à Cæsare denudè est restituta, ob loci commoditatem, missis eò COLO NISI qui sepulcra refodientes, plurima inveniabant stitilia toreumata, per multa etiã aenea. Ornata subinde mirati opera, nulli in discessum dimiserunt sepulcrum. Vnde inuentis talibus locupletati, urbem Romã Necrocorinthiis plepulerè: præda uidelicet de sepulcris excepta. Strabo lib. 8.

ALEXIVS Angelus Imp. cum à prouinciis tributum Alemanicum, quo pacem ab Henrico VI. Rom. Imp. redimeret, nõ impetraret, aurea quoq; & argentea donaria tæplorum sibi negarentur: furda & muta Imperatorum monumenta, quæ nullum aduocatum haberent, inuadendã censuit. Itaq; sepulcra effodiuntur, nec ullis Byzantinorum Imperatoribus, quantumuis ob res gestas claris, quicquã præter faxeas tunicas, frigidum & extremum illud propugnaculũ relinquitur, omni precioso ornatu spoliatis. Ac ne Magni quidẽ Cõstantini locus intactus & inuiolatus mæsset, nisi FRÉS Imperatoris decretum anteuertissent, & aurea illius ornamenta abstulissent, Vnde cum ad LXX centenarios argenti & auri non nihil corrasisset: conuari ea tanquam profanam materiam iussit. Eius munieris ministri duo paulo post obierunt, alter ardentis febre, alter aqua intereunte sublatu. Nicetas lib. 1. de imperio Alexij.

Virpergensis & Platina narrant, D. Ioan. Baptistam SACERDOTI cuidã, qui monumentum regis Longobardorũ Rotharis in basilica sibi ab eo extructa quiescens aperuerat, & ornamenta corporis, quibus cum erat humatus rex, abstulerat, apparuisse: cumque diuiter compellasse, quòd ausus esset corpus huius hominis attingere: qui tamen non recto pede ad ueritatem incesse, tamen sese ipsius turelæ & patrocínio commiserit: ob hoc facinus cum non ingressum amplius hoc templum. Quod & factum est. Quoties enim ecclesiã uolebat ingredi, à spectro iugulum eius perente abigebatur.

Ad tumulum Veneslai IV. Boëmorum regis, insignis LATRO cum accessisset, exprobrans mortuo uitam, lapideæ statuæ super sepulcrum positæ colaphum inculsit; & mox cęcitate percussus, impietatis sue pœnam dedit. Statua post-

modum in sacario erecta est, & alia aenea loco eius reposita. Aeneas Sylvius cap. 28. hist. Boëm.

IGNOMINIA AFFECTA.

Narrat Hebræi EYLIMERODA CHVM, qui patre suo Nabodonosor uiuente per septem annos inter bellas, ante regnauerat, postquã ille, relictus in regno est, iussu ad mortem patris cum Iosachim rege Iudæ, in uinculis fuisse. Quo mortuo cum iussus in regnum successeret, & non suscipere- tur à principibus, qui metuebant, ne uinceret, qui diceba- tur extingui, ut fidem patris morui, faceret, aperuit sepul- crum, & cadauer eius unco & funibus traxit. Hieron. com. lib. 5. in Esaiam c. 14.

Referret Hector, Boëthius, Guanora cuiusdam beatæ mulieris in SCOTIA sepulcrũ, si quã mulier, cuius sepulcrũ stetit, euasisset. Eius potest, uoluerit, quibus id eueniret, in eam uentum suppressis, aut corruptis imaginatione men- sibus tales euenirent: uel certe alia id tentare non sunt au- sa, aut in solo fuit causa sterilitatis. Cardanus de Rerum ua- rietate lib. 8. cap. 44.

Gulielmus Roskildensis episcopus, Suenonis II. Danorũ regis funus ex uoto comitatus, in æde Trinitatis Roskildie uicinum regi tumulum fortiter erat. Sueno Noruagicus, qui ei successit, Roskildensis templi adificatione à Guliel- mo cœptam, faxe opere prosecutus, cum perfecto sacello solas locandi pulpiti angustias, quò minus dedicatio per- gretur, oblatre conficeret: condendi eius gratia Gulielmi monumentũ submouit, cineresq; mausoleo erutos, eò loci, ubi nunc quiescunt, transferendos curauit. Noctẽ igitur, quã dedicationis dies infecutus putabatur, sacrificiã som- nium capienti quidam sacerdotij insignibus decoratus per quietem præcepit, Suenoni sufficere diceret, quòd in exã di- ficando sacario Gulielmi sibi merita uendicasset, ac glori- riæ suæ alieno labore partam arrogasset impensam: ne cur- ius famam aucupatus fuisset, etiam cineres submoueret, eosq; à Suenonis regis corpore separaret. Cuius facti pœ- nas haud dubiè ab ipso uiolationis auctore, nisi uitæ eius sanctitas obstitisset, expectandas fuisse: nunc uero in ipsas sa- crarij partes ab eo conditas ulciscendum, seq; omnem ope- ris eius molem funditus euerfurum. Monuit quoq; ne quis suum de cætero tumulum attentare præsumeret. Deinde baculo testum impellere, totamq; operis molem diuere uisus, somnij fidem ædis excidio comprobauit. Quippe sa- crarium repente ab imis fundamentorum sedibus conuul- sum concidit. Antonii ciues, ruina præsentis admiratione concurrunt, custo demq; excidio perisse credunt, è mediis ruinis incolumem egredi ceruunt. Quæ res omnium in eũ oculos religiosa uulgi admiratione conuertit, incertum, ut- rum templi lapsus, an sacrificiã salus plus uisentibus suppo- ris attulerit. Is cum antistiti nocturna Gulielmi mandata promississet, subridens præful, Nil se mirari inquit, quod sua nihilominus sollicitudinis fore, collapsas ædificij partes rescire. Multo post tempore cum Afceri episcopi Lundensis sepulcrum causa tu- mulus idem aperiretur, incorrupta antistitis toga inter a de- sa fuit ossa reperta. Quibus sublati, mira fragrantia ad circũ stantium nares manauit, & ipsas conrectantium manus sic infect, ut ipsum triduo balneis ac lauacris abolere nequi- uerint. Nec tamen sanctitatem cinerum uenerati, in extre- mam eos monumenti partem relegerunt, magno cum ma- lo trium consilij huius auctorum. Hermannus enim præses templi, sacro igne naribus correptus, perit: Arnfastus scho- læ præfectus icur uomitu reicit: Isaac sacerdos longa tabe confectus est. Saxo lib. 11.

IMPII IN TEMPLA, ARAS, SACELLA, LVCOS, ASYLA,

MONASTERIA, quæuis alia loca sacra, Græcis τει- μένη dicta. Et uel

PROHIBITA, NE AEDIFI- CENTVR.

ARTAXERXES, siue Cambyses, rex Persarum, instinctu suo- rum, qui Iudæis inuidebant, & illos templo urbeq; restau- rata, rebellaturos affirmabant, templi infaurationem à Cy- ro permissam, missis literis ad Syriæ præfectos impediuit. Ext. Esdræ 4. Iosephus lib. 11. Antiq. cap. 3.

ATTENTATA.

Polybius & Diodorus, qui Bibliothecarum scribunt historias, narrant, ANTIOCHVM Epiphanem non solum contra Deum fecisse Iudæa, sed auaritiã facibus accensum etiam templum Dianæ in Elimaide, quod erat ditissimum, spolia re conatum: oppressumque à custodibus templi, & uicinis circumgentibus, & quibusdam phantasis atq; erroribus

uersum in amētiam, ac postremum morbo interiisse: & hoc ei accidisse commemorant, quia templum Dianæ uiolare conatus sit. Hieron. in Danielis cap. 11.

VNVS ex barbaricis regibus in oppugnatione Constantino- politana diuinum se incensurum templum minitatus, ob blasphemiam faxo ex funda misso perit. Theodoret. l. 5. c. 36.

FRÉS quidam monasterium Cassinense noctu ingressi, ne- que sacros cibis impletos tollere, neq; foras iterum exire potuerunt. Chronicon Cassinense.

FRÉS sacellum ligneum, in sepulcro Edmundi regis erectũ spoliatum, inuisibilibus lotis iretuit sunt. Vincent. l. 23. c. 32. GVNDERICVS, Crofici successor in regno Vadalorum, cum capta Hispania in ecclesiã quoq; Dei impias manus exten- deret: à demone correptus perit, an. Christi 429. Siebertum Cùm Anglorum regis Ricardi II., classis Emoniam insulam diripuisset,

diripuisset, ac igni uastasset: templum præsentis numine ser- uatum est. Militem quendam narrat ter in templum ignem inmisisse, terq; flammam sponte extinctam, eumq; carnem propriam mordicus absumentem, menteq; captum pœnas dedit. H. Boëthius lib. 16.

ALMANZOR rex Saracenorum Alhagibensium in Hispania bellicosus, ecclesiam beati Iacobi inuiserat: sed fulgure terri- tus, ab eo loco, ubi esse corpus Apostoli credebatur, absti- nuit, quod tamen proposuerat uiolare. Campanas minores in signum uictoriae secum tulit, & in Mezquita Cordubensi pro lampadibus collocauit. Inde dysenteria ferè totus exer- citus est consumtus: rex Asturũ Veremundus ægros in mon- tanis facile trucidauit. Et sic Almanzor coactus peste ad p- pria est reuersus. Rodericus Toletanus libro 5 rerum Hispa- nicarum, cap. 16.

SAXONES, quũ in Hassos tempore Caroli Magni irrupere- rent, & Buriaburgi templum à diuo Bonifacio consecratum exirent: nitentur, coelitis subito terrore percussis, terga uer- tunt, domiq; pauidi reuertuntur. Auentinus libro quar- to Annalium Boiorum.

QUATOR MILITES, Henrico II. Imp. Gandauum oppugnan- te, & Buriaburgi templum à diuo Bonifacio consecratum exirent: nitentur, coelitis subito terrore percussis, terga uer- tunt, domiq; pauidi reuertuntur. Auentinus libro quar- to Annalium Boiorum.

THERON rex Hispania citerioris, cum ad expugnandũ Her- cules templum, quod apud Gades esse, ageretur furor, instru- ctis exercitibus nauium, Gaditani ex aduerso uenerunt, proue- chi nauibus longis: omissoq; prælio, adhuc æquo Marte cõ- sistere pugnã, suo in fuga uerfẽ regis sunt naues: simulq; improuifio igne correptæ, confusa grauerunt. Paucissimi, qui superferant hostium capti, in dicauerunt apparuisse sibi le- ones prois Gaditanæ classis superstantes: ac subito suas na- ues immisissis radiis, quales in Solis capite pinguntur, exultas. Macrobius lib. 1. Saturn. c. 20. ubi Herculem & Solem eundẽ deum esse probare nititur.

CAMBYSES Periarum rex, cum ad Thebas Aegyptias usque peruenisset, quinquecentis milia ad Ammonios diripendos misit, & ut oraculum Iouis Ammonis incenderent præcep- tit. Cùm igitur septem dierum itinere per arenas processis- sent, & inter Oasis urbem & Ammonios pranderent, ualidus Austifer ingessit arenæ cumulis totum oppressit exercitũ. Ipse cũ reliquo exercitu contra Aethiopes Macrobius pro- fectus, cum uix quantam itineris partem conficisset, cõmea- tu desituit, Memphis rediit. Vbi cùm propter Apis appa- ritionem festum diem agerent Aegyptij, ratus id fieri in suã contumeliam, quasi pro rebus malè gestis eis insultarent: sa- cerdotes & Aegyptios feriatim interfecit, Apis uulnerauit, ex quo uulnere postea contabuit. Mox fratrem Smerdem, & forores germanas interfecit, dignas scelerum suorũ pœnas luens. Herodorus lib. 2.

PERSES, Xerxis ductu, ubi Delphos, spoliandi animo tem- plum celeberrimum perueniret, magna rerũ miracula sunt eorum oculis oblata. Nunquam mali demones, quorum haud dubiè fuit domicilium illud, maiorem hominum cap- tum sibi oblatam uidere, quam quum ea tempestate, Xerxem & totum oronem, quem ille secum trahebat, nouæ licebat superstitioni addicere. Duo scopuli ex Parnassi uer- tice repente concussi, in subiectos hostes deuoluti, multos subeuntium obtriuere. Fulmina adhuc de cælo cum frago- re deiecta, & sacra arma sua sponte è penetralibus mota, uo- ciferatoque ex proximo Minervæ Prouidæ templo exaudi- ta subitam Barbaris consternationem iniicit, ut præcipites se inde, quasi furore perciti per decliua montis eiecerint, in quo Delphi saxa & tela corquentes, stragem ediderunt in- signem. Hisque phasmatum ambagibus templum inuola- tum mansit. Trogus quatuor millia hominum Delphos ue- nisse ait, quæ manus tota sit fulminibus fœdaq; tempestate consumta, ac cum demum palam factum, quanto maior of- fensa est deorum quam hominum, tanto præfentiorum pœ- nam grauioremq; sequi oportere. Sabellicus lib. 2. En. 3. ex Diod. lib. 11. & Iustini lib. 1.

EVERSA, DESTRUCTA.

VESPASIANVS Imperator confecto bello Iudaico, & tem- plo Hierosolymitano exulto, Heliopolitanum, ab Onia an- te C C C X X I I I annos extructum, iterum iussit, ne feditio- nis nouæ pericacibus Iudæis occasionem daret. Iosephus lib. 7. c. 30. belli Iud. Cùm à Iuliano Apostata IVDÆI potestatem accepissent tem- pli Hierosolymitani reedificandi, pro suo erga Christianos odio Damasci duas incendunt basilicas, & plures alias, ut Gaza & Alcalone & Beryti, & uicinis in locis, & Alexãdriæ: ut refert Ambrosius in epistola ad Theodosium, quæ in lib. 5. epistola 29. est.

ANDRONICVS Contostephanus Manuelis Comneni Imp. in expeditione Aegyptiaca dux, partè muri urbis Tamiathl deiecit, in quo celebris ædes Dei genitricis extructa erat. Ibi narrabant ciues, uirginẽ matrem eũ Iosepho fugam sti- tisse, cũ Herodis metu in Aegyptũ fugerent. Proinde Sarace- ni Romanos irridebãt, quòd ædi nõ peperissent, in qua Chri- stiani Deo preces afferrent, & uota exoluerent; & sua myste- ria peragerent. Nicetas lib. 5. de reb. Manuelis.

Oreste Hierosolymitanæ ecclesiæ episcopum agente, impius Aegypti S V L T A N V S Calyphas, ipsius episcopi aulicus; templum Hierosolymitanum solo æquauit. Tyrtius lib. 1. Sa- cræ historiae, cap. 4.

ALEXIVS quidam, qui Manuelis filium se profitebatur, re- gnunguè affectabat, cum post largiorem computationem dormiret, à quodam sacerdote suo ipsius gladio iugularis fuit. Eius caput Sebastocrator contemplatus, & flauis crini- bus equestris flagello discussis, Non omnino sine causa, in- quit, urbes hunc hominem secutæ sunt. Ac is quidem suo- rum scelerum has graues pœnas dedit, tum quòd Perfas cõ- tra Romanos incitauit, & ex his ipsis quotquot ad eum cõ- fluxerant, popularium suorum sanguine cõtaminauit: tum quòd Chouis celebre templum Michaelis archiducis celestium copiarum uiolauit, Persis in sanctissimum Dei taber- naculum introductis: nec spectare dubitauit pernicies hu- mani generis, Christi & Sanctorum imagines calculus uarij coloris expressas aboleri, & sacros postes securibus & cel- tibus reuelli, & sacrosanctam mensam profanari, & in terrã abiici. Nicetas lib. 3.

Interemto rege Siegberto, in Galliis RVCCOLENVS quidã Chilperici præfectus, Turonos missus fuit: qui postis castris ultra Ligerim, Gunthranum regem ex templo, quò salutis causa confugerat, tradi sibi petiit. Monachi missa legatione; indicare ei iubent, nulla unquã ætate hæc facta esse à Chri- stianis. Ille templi foribus intra Ligerim ciuitatem ui effra- ctis, omnia ibi diuina & humana euerit & uastauit. Grego- rius Turonensis lib. 5. Hist. c. 4.

ZOTO dux Beneuentanus, Casinense diripuit cœnobium, di- reptum incendit, incensum solo æquauit. Nec diu superisset fuit sacrilegio, sed breui post morte consumtus est, cui Arri- gem Agilulphus furoregauit. Sab. lib. 5. En. 8.

GVLELMVS Conquæstor Anglorum rex, locum quendam, qui Noua foresta dicebatur, ad triginta circiter milliaria, uil- lis & templis euerfis in solitudinem, ac ferarum lustra rede- git. Sed Dei iudicio, filius eius in eadem sylua à Gualterio quodam milite Franco, qui telum in prætereuntem ceruum direxerat (ut Polydorus in fine libri decimi Anglica histo- riã indicat) traicitur. Et Ricardus ex Roberto eiusdem Cõ- quæstoris filio, qui Normannis dominabatur, nepos, dum equo celerius illac transit, ramo arboris in collum illiõ sus- focatus est. Malmesburienfis libro 3. capite quadragesimo- octauo, & lib. 4. c. 29.

Bello quod Philippus & Otho IV. de imperio inter se gessere, Thuringia miserè à BOEMIS Othoni militantiibus dire- pta. Sedecim uirorum ac mulierum monasteria igni ferroq; uastata. Abacta præda, nobiles Christi sponsas, sacras uirgi- nes, equorum faleris tractas alligarunt, ludibriõq; habue- runt. Sacris uestibus sunt abusi, pro camisia albam, pro cin- gulo stolam, pro chlamyde casulam in expeditione gestauit: re altaris pallas equis pro uelamento dedere. Cranzius li- bro 7. Saxoniae, c. 16.

HVSSITÆ in Boemia post Ioannem Hus & Hieronymum de Praga in Constantiensis concilio contra datam publicam fidem exustos, ira inflammati, omnia templa, quæ argustis- sima in Boemia fuere, ut faciliè omnia Europæ regna supe- rari, funditus euertere. Fuit inter cætera monasterium Au- læ regis, apud ripam Multauiæ, qua Moisa fluuius illi iun- gitur, situm, in quo regum corpora condebantur, singula- ris excellentiæ. Nam præter ædem, magni & memorabi- lis operis amplum dormitorium, cæterasque monacho- rum officinas magnificè constructas, habuere circuitum, qui non paruum conclusit hortum, ambitum uocauerit. In huius lateribus uetus nouumque Testameatum ab ini- tio Genesis usque ad Apocalypsim Ioannis literis maiuscu- lis in tabulis scriptum continebatur, notis quòd altius itentis paulatim crescentibus, ita ut à summo usque deorum faci- lis lectio præberetur. Sed hoc decus, post Veneslai mor- tem, Hussitarum impetus deleuit. Aeneas Sylvius capite 66. historiae Boemiae.

Ante cladem Varnensem milites VNGARI in sacra Bulgaro- rum Græcorumq; grassabatur, eorumq; templa ueluti pro- phana, manu, ferro, igne uiolabant. Cuspianus.

PHLEGYAS rex Lapitharum, & Ixionis pater, templum Del- phici Apollinis incendit. Hinc ad inferos detusus, ibidẽ gra- uissimè puniri fingitur. Verg. lib. 6. Aeneid.

XERXES rex Persarum templa omnia in Græciã incendit ho- ioco: quòd impie faceret, qui Deum, cuius templum mun-

3216
dus uniuersus efflet, parietibus includerent. Cic. in 2. de Legi...

PERSES Anaetorium templum Cereris in Eleusine concrema...

PHILIPPVS rex Macedonum, Athenis frustra obfessis, omne...

HEROSTRATVS templi Ephesiae Dianae toto orbe nomi...

CLEOMENES Spartanorum rex, Argi sacrum lucum in cen...

Suidas commemorat, Anagrasion quendam genium fuisse, sic...

Cum Cereris nemus ERISICTHON quidam Thesalus excidisset...

L. SYLLA Athenas cum Mithridate facientes obsidens, multis...

Aesculapius consecratum templo suo lucum apud Coos, a TVRVLIO...

MANASSE eiusq; filius AMON, Iudaeorum reges, quia Hierosolymarum...

NABYCONDONOSOR Chaldaeorum rex, quoniam deificus Ioachimo...

MANASSE eiusq; filius AMON, Iudaeorum reges, quia Hierosolymarum...

NABYCONDONOSOR Chaldaeorum rex, quoniam deificus Ioachimo...

MANASSE eiusq; filius AMON, Iudaeorum reges, quia Hierosolymarum...

NABYCONDONOSOR Chaldaeorum rex, quoniam deificus Ioachimo...

MANASSE eiusq; filius AMON, Iudaeorum reges, quia Hierosolymarum...

NABYCONDONOSOR Chaldaeorum rex, quoniam deificus Ioachimo...

MANASSE eiusq; filius AMON, Iudaeorum reges, quia Hierosolymarum...

NABYCONDONOSOR Chaldaeorum rex, quoniam deificus Ioachimo...

MANASSE eiusq; filius AMON, Iudaeorum reges, quia Hierosolymarum...

NABYCONDONOSOR Chaldaeorum rex, quoniam deificus Ioachimo...

manam effugium, in nulla parte hominum mores agnosce...

ANTIOCHVS Epiphaneus, captis Hierosolymis, Menelao po...

ANTIOCHVS Epiphaneus in Perside urbem praediuitem Ely...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

GUANTANI regis Francorum EXERCITVS post spoliata &...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

GUANTANI regis Francorum EXERCITVS post spoliata &...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

GUANTANI regis Francorum EXERCITVS post spoliata &...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

GUANTANI regis Francorum EXERCITVS post spoliata &...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

GUANTANI regis Francorum EXERCITVS post spoliata &...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

GUANTANI regis Francorum EXERCITVS post spoliata &...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

GUANTANI regis Francorum EXERCITVS post spoliata &...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

GUANTANI regis Francorum EXERCITVS post spoliata &...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

GUANTANI regis Francorum EXERCITVS post spoliata &...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

aduentantis noui exercitus spe subnixi, deditionem extra...

Cum VNGARI Bremensem ecclesiam diriperent, subito ex...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

GUANTANI regis Francorum EXERCITVS post spoliata &...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

GUANTANI regis Francorum EXERCITVS post spoliata &...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

GUANTANI regis Francorum EXERCITVS post spoliata &...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

GUANTANI regis Francorum EXERCITVS post spoliata &...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

GUANTANI regis Francorum EXERCITVS post spoliata &...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

GUANTANI regis Francorum EXERCITVS post spoliata &...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

GUANTANI regis Francorum EXERCITVS post spoliata &...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

GUANTANI regis Francorum EXERCITVS post spoliata &...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

GUANTANI regis Francorum EXERCITVS post spoliata &...

DA GOBERTVS Clotharij Ecclesiam passum spoliari & de...

haec gens in nostrum excidium nata uidetur, quae domi, fo...

Sub Iacobo III. Scotorum rege DONALDVS ab insulis He...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

PHLEGYAE Orchomeniorum gens, a rege Phlegya dicti, ab...

occupavit, rebus sacris, quarum necessitas permisit, manus continuit. Sed qui ei successit ONOMARCHVS, multum de pecunia in belli sumtus usus est. Tertius PHAYLLVS frater Onomarchi, non pauca munerum, quae in templo fuerant consecrata, ad pecuniam signandam conuulsit, ut conducto militi stipendia exoleret. Dicitur siquidem a Croeso Lydorum rege lateres aureos centum viginti, quibus pondus erat talenta bina, acceptos pro conficiendis numis districte pariter & aureas trecenta sexaginta phialas binis minis expensas, leonis quoque & feminae signa aurea, ut ea omnia auri talentis trecentis & triginta aestimata fuerunt: redactisque omnibus, quae ex auro sunt confata, ad argenti rationem talenta quatuor millia perficerentur. E rebus autem argenteis, quae tum a Croeso, tum ab aliis fuerant consecratae, duces omnes absumserant ad summam talentorum supra sex millium, ut auri argenti que totius ratione inita, talenta essent plus decem millibus. A scriptoribus nonnullis traditum est, opum hinc correptum non minus fuisse, quam illud quod in Perfarum thesauris ab Alexandro inuentum fuerit. Aggressi quinque fuerat, qui sub Phalacro ordines ducebant, aperire solum templi, cum a Philone quodam esset dictum, argenti & auri magnam vim ibi desolam essentiamque locum circa focum & tripodem excipere ceperant. Qui uero thesaurum indicauerat, testimonio clarissimi & antiquissimi poetae Homeri nitebatur, ubi ait:

ἄλλ' ἔτι καὶ τὰς ἐπιπέδων ἀφ' ἧρας ἔσθ' ἄρ' ἔστιν ἄρ' ἔστιν ἄρ' ἔστιν

Quanta pauimentum interius non claudit, Apollo

Nunc ubi saxo Pythone ora cula reddit.

Sed cum a militibus loca prope tripodem foderentur, magnis terrae tremoribus factis, Phoenices ualde sunt perterriti: planeque ita deis animaduersionem in sacrilegos praemonstrantibus, ab eo negotio destiterunt. Diodorus lib. 16. At Aelianus lib. 6. hoc posterius ipsis Delphi incolis tribuit. Philomelus contra Boroetos sacrilegij uindictam pugnas, multis affectus uulneribus in locum quandam praeruptum, & unde non facile posset euadere, inclusus, supplicia, quae non nunquam in captos edi solent, timens, sese illinc praecipit dedit: & ad eum modum perfoluta deo poena debita, extinguitus est. Diodorus lib. 16. Onomarchus a Philippo Amyntae facie fusus, ad tremeos Atheniensium litus legentes adnans, in mari interfectus est. Phayllus longa tace absumtus. Qui uero post omnes eos quicquid in donariis reliquum erat corripuit, Phalaeus, in uariis magnisque periculis & timore uitam longam satis duxit, non quo fors eius melior quam ceterorum sceleris impij sociorum esset, sed ut longiori tempore cruciatus, multis que ex sua miseria notior factus, insigniorem celebrataque magis calamitatem subiret. Variis agitata erroribus, dum in Creta Cydoniam oppugnat, fulminis incendio perit. Milites superstitibus ab exulibus, Eleis in Peloponnesum deuecti sunt: cum quibus in Eleos pugnare ceperunt. Sed enim cum Arcades opem tulissent Eleis, multi mercenariorum interfecti sunt. Reliqui ad quatuor millia captiui inter Arcades & Eleos diuisione facta, distributi sunt. Arcades eos, qui sibi obuenerant, uenundederunt. Elei suos omnes ob scelus in ora uelut diripiendo admissum trucidarunt. Nobilissima etiam ciuitates, quae ea impietate se intrinserant, ab Antipatro (succedente tempore) deuectae, & imperium & libertatem suam miserè perdidit. Vxoribus quoque Phoenisium principum, quae auctae sunt omnibus rapitis se exornare, & de his etiam inter se contendere, impij facinoris poenas non cuitarunt. Quae enim Helenae monile a Menelao depositum gestare est solita, in meretricium probrum incidit, pulcritudine sua eam expetentibus prostrata. Altera eo, quod fuerat Eriphyles depositum ab Alcmaeone, subinde ad ornatum utens, cum filius, quem natu maximum habebat, in furorè concitatus, ignem domui iniecit, intra eam uia incendio extincta est. Diod. lib. 16. & Athen. lib. 6. c. 4. At Parthenius c. 23. Eroticon, Phayllum, Aristonis Oeaeorum praefecti uxori, Eriphyles monile in stupri praemium efflagitanti dono dedisse, ait.

ARTAXERXES, qui Ochus cognominatus est, cum alia multa sacrilegia, tum praesertim in Aegypto commisit. Verum dedit mox sua impietatis poenas condignas. Bagoas enim Aegyptius eunuchus, cum hominem miserè trucidasset, cadauer eius sibi proiecit, ac ex feroribus eius manubria gladio rum fecit. Aelianus lib. 6. de Var. hist.

ARTACTES Persa, praetor Cherfonnesi, cum sciret in Eleute Cherfonnesi Protefilai sepulcrum esse, & ei sanum circumiectum, ubi inerat ingens uis pecuniae, nec non phialae aureae, argenteaeque, & aes, & uelut aliaque donaria: Xerxem regem contra Graecos proficiscentem dolosis uerbis circumuenit, inquit: Haec est hoc in loco domus uiri Graeci: qui cum militum copiis terram tuam adortus, meritis morte poenas dedit. Eas mihi domum dato, ut discant alij non militare aduersus regionem tuam. Eam uero sentiebat, Protefilai in pro-

uincia regis militasse, quod si dicitur Persae omnem Asiam suam esse arbitrabatur, & eius semper, qui potitur regno. Itaque regem rem non intelligentem facile persuasit. His postquam pecuniis ab rege donatus est, eas ab Eleute ad Seston exportauit, sanumque seuit & coluit: & quoties Eleute pergebat, in adyto templi cum mulieribus concumberebat. At postea quae fugatus fuit de Graecia Xerxes, & Graeci Cherfonnesium obsederunt, Artayetes fugiens cum suis super Aegros fluenta captus, & Seston cum filio ductus est. Fertur a Cherfonnitanis, uni eorum, qui uinctos seruebant, dum carnem calfam torret, tale ostentum extitisse: Offa illa salis praesens imposita resiliit, palpauique, quemadmodum pisces reces capti. Quae de re cum circumfusi admirarentur, Artayetes ostentum ut uidit, accito uiro, qui salis aequaeque, Hostes, inquit, Atheniensis, non est, quod istud metuas ostentum, quod non tua causa extitit, sed mea. Protesilaos, qui est apud Eleunte, signum date, qui mortuus ac sale conditus, habet a diis potestatem, eum a quo iniuria accepit uexandi. Nunc igitur ei donaria restituere in animo habeo. Pro pecuniis quidem, quas de templo sustuli huius dei, centum talenta pendam: pro me uero ipsius salute ac filij, ducenta. Haec pollicens, Xanthippum Atheniensium ducentum non persuasit, tum sua sponte animatum, tum ab Eleuntinis exortum, quod Protefilai uelut sceleretur. Itaque adductum Artayetem in litus, in quo Xerxes pontem iunxerat, ut alij aiunt, in tumultum urbi Madyto imminentem, de patris humi stipitibus affixerunt, filio eius ante patris oculos lapidibus obruto. Herod. lib. 7. & 9.

Quae ex aede Herculis patera aurea surrepta esset, uisus est de ipse in somnis Sophocli poetae dicere, qui id fecerat. Quod semel somni, iterumque, cum neglexisset, non cessante specie illa, ascendit SOPHOCLES in Atrium pagum, ac detulit. Ariopagite comprehendit insistentem, qui erat nominatus: qui quaestione adhibita, confessus est, pateraque retulit. Quo facto sanum illud Indicis Herculis nominatum est. Index autem manifeste Latinis est, qui *peluuis* Graecis. Victor. lib. 4. Var. lib. c. 21. ex Cic. lib. 1. de Diuin.

SCYTHAE finibus suis egressi, cum Afcalone in Palaestina Veneris Vraniae templum essent depraedati (erat autem phanum uelutissimum) dea & ipsis & eorum liberis immixtum muliebrem morbum: quem illi, quos Scythae uocant Enareas, curare tantum possunt. Asiae imperio 28. annis potiti, tandem a Cyaxare Medorum rege conuiuio excepti, inter pocula ex composito trucidati fuerunt. Herod. lib. 1.

PHILIPPVS Macedo (uelut immanis prado) omni rapinarum genere Apollinis templum, auro, argento, aliisque preciosis rebus magnifice ornatum, uastauit, incendit, atque omnia immisso exercitu diripuit. Alexander ab Alexandro lib. 6. capite 2.

Alexander Magnus eius F. cum Miletum Ioniae urbem munitissimam oppugnasset, eius MILITES in Ceresis templum spoliatis irruerunt. Sed Milesia Ceres factum ulciscens flamas obicit, quae spoliatum priuare oculos. Val. Max. lib. 1. c. 2. & Lactantius lib. 2. de Origine erroris, c. 8.

ANTIOCHVS Syriae rex, cognomento Magnus, Beli templum spoliare conatus, a finitimus Barbaris interuentus est. Strabo lib. 15.

ANTIOCHVS, cum graui tributo pacis a Romanis premerentur, inopia pecuniae nocte Iouis Dindymae cum exercitu templum intrauit, ut praedam faceret: ubi cum multis furorum ab agricolis interuentus est.

Phanum Proserpinae apud Locros multa religione insigne PYZRHVS Epirotorum rex ex Sicilia reuersus, quae Locris praeterea cheretur, hostiliter spoliavit, per derisum inquit: in tempesta religio, superstitio est: & opes cogere sine labore, prudentia. Suidas. Postredie uero quam id sacrilegium perpetrarat, classe foeda tempestate iactata, omnes nauas, quae sacrum pecuniam habebant, Italiae sunt litoribus impactae. Qua clade terribis, conquisitam pecuniam in pristinos deae thesauros reponi iussit. Nec illi postea quicquam prosperè euenit. Multis aduersis casibus iactatus, postremò Argos ingressus infeliciter periit. Sabellicus libro 5. Ann. 5. ex Liuji libro 9. secundi belli Punici, & Plinius libro 1. cap. 35. de Vir. illust.

HIMILCO Carthagenensium dux, cum tota fere Sicilia in sua redacta potestate, Syracusas obsideret, tepla spoliavit caetera, in primis uero Ceresis & Proserpinae sanum. Dux stationem cingere, muroque obducere castra studet, omnia prope proxima operi sepulcra demolitus est ad murum educendum, in quibus Gelonis & eius coniugis Demarete monumenta, miro opere olim extracta. Diod. lib. 14.

DIONYSVS tyrannus Syracusanus superius pecunia destitutus, in Tyrrenianum expeditionem sexaginta trirēmibus suscepit, sub praetextu quidem, quasi praedonum ac latronum interitum quaereret, reuera autem sacrum templum spoliaturus, quod Agylla in Tyrrenhae oppido prope nauale stationem (quam Turres uulgò uocant) extractum, referunt pra-

praestantibus donariis cognouisset. Nocte itaque soluens, & copiis suis secum deductis, prima luce irruens accessit potius est. Templum spoliavit, nec minus inde quam mille talentorum bona asportauit. Agyllenses ad succurrendum excurrerunt praedio uicis, & agro eorum penitus deuastato, Syracusas rediit. Spolii aut uenditis, non minus quam L talenta col legit, & exercitum contra Carthagenenses constituit. Diod. lib. 15.

BRENNVS Gallorum dux, qui bello plurimum Romanos uexauit, cum Delphici Apollinis templi spoliare uellet: Apollonem irreuerenter tractare religionis ultor, tanta cum crudelitate percussit, ut sibi ipsi turpiter manus tulit. Val. lib. 7. c. 2. Iustin. lib. 2. Sab. lib. 8. Enn. 4.

Fama tenet SAMBICVM quendam Elium, multis cinctu adiutoribus, magnum numerum abstulisse ex Olympia donariorum, distraxissetque, demum expulisse Diana: Cuiusmodi sanum est hoc Elide, diciturque, Aristarchion. Fuisse autem mox ab hoc sacrilegio prehensum, quaestioneque totum annum habita, interrogatum de singulis consortibus, in ea expirasse, ac natu ex illius cruciatibus prouerbum, Atrociora Sambico pati. Plut. in Quae. Graecis.

PLEMMINVS legatus ad Scipionem Locris cum praesidio populi Romae praefectus, praeter multa alia facinora, templum quoque Proserpinae, quod sibi nobilissimum & opulentissimum fuerat, diripuit. Quod ubi senatus rescituit, uinctum Romam deduci in carcerem iussit, in quo pediculari morbo, ante causae dictionem miserè periit. Liuus lib. 9. secundi belli Punici, & Val. lib. 7. cap. 2.

Cum esset Delos totius olim Graeciae emporium, eaque sola religione munita, contra omnes omnium iniurias incolae tuerentur: exortus est MENOPHANTES quidam Mithridatis copiarum dux, qui uel suprae insolentia, uel regis imperio impulsus in insulam, cum inuoratum, tum armorum praesidio carentem, cum classe inuasit: ubi omnibus caesis, direptis, compulsa, atque etiam sub corona uenditis, ipsam tandem urbem solo aequauit. In ea populatione Apollinis effigie, petulantem sede sua motam in mare abiecit: ea maris aestu in Beatorum in Laconiae fines delata, loco nomen dedit Epidelum. Verum Dei iram neque Menophantes, neque Mithridates ipse effugit. Non multo enim post Deli calamitatem, cum in altum prouehere, qui eius manus effugerant negotiatores, hominem occiderunt. Mithridatem uero coegit deus ipse manus sibi conferere, cum amisso iam regno, a Romanis huc illuc pulsus nusquam posset consistere. Sunt qui illum dicant ab uno de Barbaris mercenariis magni beneficii loco impetrasse, ut se conferret. Pausan. in Lacon.

Q. EVL. Flaccus impudens non tulit, quod in censura regulas marmoreas ex lunonis Lacinae templo in aedem Fortunae eque stris, quae Romae faciebatur, transtulit. Negatur enim post hoc factum mente constitisse: quin etiam per summam egritudinem animi expirauit, cum ex duobus filiis in Illyrico militantibus, alterum decessisse, alterum grauius audisset affectu. Cuius casu motus Senatus, regulas Locros reportandas curauit, decretisque circumspectissima sanctitate impium opus censoris retexit. Val. lib. 7. c. 2. Liuus lib. 42. & Lactantius libro 2. cap. 8. de Origine erroris.

M. CRASSVS dux Romanus, cum ad Parricum bellum proficisceretur, iter per Iudeam faciens, impellente auaritia, sacris thesauris templum spoliavit. Iosephus lib. 14. cap. 13. & Sabel. lib. 7. Ennea d. 6.

PIRATAE bellis ciuilibus Syllanis inuoluta & intacta ante id sana adorti, expulsi Clarium, Didymaeum, Samoethracium, Telluris Hermione templum, Aesculapij Epidauri: in Isthmo, Tenaro, Calauria Neptuni: Apollinis in Actio & Leucade: Iunonis Sami, Argis, in Leucadio. Plut. in Pöpcio.

C. VERRE Siciliam compulsi, sublati deorum simulacris, ornamentisque: fanorum. Eum propterea Cicero comparauit Dionysio tyranno.

Statuam ex auro solidam primùm in Anaïdis deae Armenio templo positam, annales prodidere: quoniam esset illis gentibus numen eius sacratissimum. Direptam aedem ferunt, quom bellare in Parthos ab Antonio, uulgata inde fama, EVM qui uiolare templum, sacrilegas ad mouendo manus, ausus fuisset primus, oculis esse captum membrisque, ac ira denique, expirasse. Propterea quae Bononiae a VETERANO coena hospitali, scitari Augustus instituit, uerane est et quae iactarentur uulgò: respondit, De eius nunc cruce coena Imperator. Ego enim ipse sum: & quicquid mihi est, ex ea constatum praeda est. Plin. lib. 33. cap. 4. & Caellius lib. 18. cap. 20. Antiquarium lectio. nomen.

DEMETRIVS Adramyrenus, temporibus Augusti, Pergami degebat: Ixion dictus, quod in aurearum bractearum Alexandriae Iunonis furto esset deprehensus: aut, quod Euripidem Philotimum Ixione fabula spoliasset. Alij tradunt, quod cum Aristarcho magistro contendens, Ixionis ingratiudinem fuerit emulatus. Scripsit de uerbis in *met* desinentibus, enarrationem Homerici atque Hesiodi. Suidas.

CAIVS Imp. Graeciae templorum nullum in spoliatis reliquit, & omnes insignis artificij tabulas atque statuas edicto ad se comportari imperauit: quicquid ubique terrarum pulcri esset, in pulcherrimo loco, hoc est, Romana urbe spectari debe re dicitur. His spoliis palatium suum & hortos exornauit, aliosque suos secessus per Italiam. Iouem, qui a loco cognominatur Olympius, opus Phidiae Atheniensis statuaria, ausus est iubere in Urbem transferri: quod tamen factum non est, architectis apud Memmii Regulum, cui demandatum erat hoc negotium, negantibus loco moueri posse illud simulacrum, & absque uitio. Aiunt etiam pro digis fide excedentibus Memmii uetitum, distulisse imperata faceret: quae ipse inferuit excusantibus cessationem suam literis. Cumque capite luendum esset neglectum mandatum, interitus Caij hominem exemit periculo. Iosephus lib. 19. c. 7.

DE VSVRPATA:

Longobardorum quidam EPISCOPVS Arianus, cum Spoletum locum non haberet sacra faciendi, & Episcopus locum dare negaret: Arianus D. Pauli sacellum in uicinia situm altero die occupatum professus est. Templi custos sacellum clausit, & lampades extinxit. Adest manes cum turba Arianus episcopus, portas effringere conatur. Interea magno cum fragore sponte sua portae aperuerunt, & desuper effusum lumine lampades omnes accenduntur. Arianus episcopus subito exaeratur, aliorumque manibus domum reducit. Longobardi in posterum a sacris locis abstinent. Gregorius papa lib. 3. dialogorum, cap. 29.

CONSTANTINVS Copronymus monasteria, quae ob honorem Dei condita fuerant, suis uiam amplectentibus sententiam militibus tradidit, utque monasticum ordinem excinderet, operam dedit. Cedrenus.

ASTVLPHVS Longobardorum rex, Ecclesiae Romanae eripuit ea, quae maiores eius conulerant, ea dicens a pontifice diabolico ingenio esse a Repub. ablata. Facta pace, tributum Romanis indixit, in singula capita aureos singulos. Et postea Desiderius similiter multa subtraxit, quae tamē restituere coactus est in Charolo Magno. Liber pontificalis. Ad aetate sexta, Ius in Chronico, Blondus lib. 10. Dec. j.

DE INQUINATA, POL-LVTA

DE IDOLIS, SACRIS PREGRINIS.

Βδύρμας ἱερῶν ὀνομασ, signum uastitatis, erat imagines quaedam lege interdictae, quae in templum inferebantur: id quod PIRATAVS fecit, Imperatoris statua noctu in templo collocata. Suidas.

ANTIOCHVS Epiphantes captus Hierosolymis, templum poluit, & Iouis Olympij statuam in eo posuit: Garizimum quoque Samaritanorum sanum Ioui Xenio dicitur. Comestationibus & scortationibus templum replebatur, arg carnes suilla imponerentur. Iudaei Bacchanalia agere ui cogebantur, & qui Graeco more uiuere recusarent, extremis supplicibus abiebant. Machab. 6. & Suidas.

HADRIVS Caesar, Hierosolymam pridem euerfam rursum habitari iussit, atque urbem Aeliam Capitolinam seu Capitolinam appellauit. Ioui item ex aduerso templi aedem excitauit. In aditu quondam templi, statuam suam equestrem dedicauit. In loco resurrectionis Christi, simulacrum Iouis: in crucis uicibus rupe statua Veneris marmorea a cultoribus deorum posita: & ubi Christus terrarum Deus natus est, cultus Adonidis amasij Veneris institutus est. Arbitrabatur authores persecutionis, ita tolli posse fidem resurrectionis & immortalitatis, si sacrosancta loca Christianis, numinum cultu polluerent. Auent. lib. 2. Annalium Boiorum.

Anno Sal. 1012. ut Palmerius annotat, Hierosolymitanum templum a CALIPHA Aegyptiorum principe, cui probrosè Christianismus a suis (matre enim Christiana natus erat) obiectus fuerat, sui purgandi gratia, ut Antoninus indicat, uastatum, Ethnicis sacris pollutum est. Sacerdotes cunctos inde ciectos, Zonaras tomo 3. scribit.

DE CAEDE, INIURIA.

Consule Tit. Occisorum in templis, uel ad aras.

IOANNES Iudaeus pontifex Hierosolymitanus, fratrem Iesum sacerdotium affectantem per iurgium in templo interfecit. Iosephus lib. 11. Antiq. c. 7.

SICARI apud Iudaeos in Hierosolymorum urbe sub Nerone usque adeo grassabantur, ut ne templo quidem parceret. Doctec tandem his sceleribus Deus irritatus, gentem totam Romanorum feruituti subiecit. Iosephus lib. 20. c. 6.

Honorius Imp. Mediolani Libycarum ferarum munus anno 396. populo exhibuit: in quo res insignis memoriae contigit. Cum Cresconius quidam ad bestias damnatus, a militibus Stilichonis, tutoris Honorij, de ecclesia, ad quam confugerat, raperetur: Ambrosius episcopus cum clero ad hominem M M M confer-

conferuandum accurit. Sed MILITES duces Arianos habentes...

RANIGARIVS, Rathbodi Frisonum ducis fratres, Grimoaldum...

EVTROPIVS Eunuchus dum fudet in quosdam, qui ad templum...

Cum natalem Domini Henricus IV. Cesar, puer adhuc, Goslarie...

PHILIPPICVS Patricius, qui interfecto Iustiniano imperio...

VLPHO Suecus, qui Efritham Canuti Danorum & Anglorum...

Colomannus Hungariae rex, fratrem Almu excacatum regnan...

Non crubuit PYRRHVS, Achilles filius, Priamum senio confectum...

Cum Nicodromus Cnethi appellatus, quia prodicionem moliebatur...

Cylon qui dum Atheniensis, Olympionices, Theagenis Megarensium...

dit, ut percussores impij habiti sint, nec ipsi solum, sed etiam...

THESSALICAE mulieres ex emulatione, Laidem meretricem lignis...

Cum ACHAEI supplices de templo Neptuni, quod erat in urbe Helice...

LAEDAEONII cum in flotas fecissent, qui supplices in templum Neptuni...

Paufanias SPARTANORVM rex, ob prodicionem attemptatam in Palladis...

Fuerant olim METAPONTINI, SYBARITAE & CROTONIATAE, communi nomine...

Cum Sybari citharodes caneret in certamine, quod in honorem Lunonis...

Cede

Cede meis mensis, manibus nam sanguis adhaerens, Destillansq; recens...

Neq; ultio tardata est. Cum enim aduerfum Crotoniatas bellum...

Scribit Heraclides Ponticus in lib. de Iustitia: Cum Telyis tyrannidem...

L. SYLLAE proseritione non Romae modo, sed & per omnes Italiae urbes...

Auctor Dion est, Delphicum oraculum ab AERONE solutum, ad hiatum...

PHINEES & Hophnis filij Elis pontificis Israelitarum, cum mulieribus...

Medusa, ut ait Paufan. in Corinth. filia Phorci & marino monstro...

ATA LANTA Schoeni filia, corporis uiribus & celeritate pedum...

Capta Troia, quoniam AIA X Oilei, Loeris, Cassandra Priami filiam...

TARENTINI unam Iapygum ciuitatem Carbinam exciderunt, ex qua...

ARTAYCTES Persa, Sesti praefectus in Hellefponto, cum in Eleunte...

Tenentibus Aroen, Anthean & Messatin Ionibus, in domo quam...

Facta est deditio Hierosolymorum Saladino Aegyptio, secundum Octobris...

ALFONSVS VII. Aragoniae rex bellicosus, in rebus tamē diuinis...

lam deuinxisset, uxorem eam a patre sibi poposcit. At nihil uel a suis...

ma essent praestantissima, dea maclaretur. Cum sacri itaq; fieri instituti...

TYRANNVS sacerdos Alexandrinus, ob profanatum stupro templi...

ANIMALIBVS IMPVRIS: GENSERICVS princeps Vandalorum, quum Carthaginem cepisset...

THRASVMVNDVS Vandalorum rex, Christianorum templum iumentis profanauit...

ANIMALIBVS IMPVRIS: GENSERICVS princeps Vandalorum, quum Carthaginem cepisset...

ANIMALIBVS IMPVRIS: GENSERICVS princeps Vandalorum, quum Carthaginem cepisset...

ANIMALIBVS IMPVRIS: GENSERICVS princeps Vandalorum, quum Carthaginem cepisset...

ANIMALIBVS IMPVRIS: GENSERICVS princeps Vandalorum, quum Carthaginem cepisset...

ANIMALIBVS IMPVRIS: GENSERICVS princeps Vandalorum, quum Carthaginem cepisset...

ANIMALIBVS IMPVRIS: GENSERICVS princeps Vandalorum, quum Carthaginem cepisset...

ANIMALIBVS IMPVRIS: GENSERICVS princeps Vandalorum, quum Carthaginem cepisset...

ANIMALIBVS IMPVRIS: GENSERICVS princeps Vandalorum, quum Carthaginem cepisset...

ANIMALIBVS IMPVRIS: GENSERICVS princeps Vandalorum, quum Carthaginem cepisset...

no regni sui XX iudicio Dei repente occisus, nec mortuus nec uiuus apparuit, absque liberis, anno MCXXVI. Tapha de regibus Hispan.

Carolo rege Sicilia, quo à Petro Aragonum rege exutus fuerat, Gerundà obfidente, GALI templum diui Philippi, in quo sancti Narcissi corpus multis celebratum miraculis feruabatur, profanarunt, & equos in altarihus uelut in praecipibus aluerunt. Itaq; grandium muscarum uariq; coloris agmen Gallos impetens, aculeis non secus ac gladiis occidebat. Multis proinde malis oppressi, de uictoria desperantes, à ciuitate iam capta discesserunt, & in itinere passim castruatiq; concenterunt. Carolus languore confectus, lecti ca delatus apud Ampurias defecit. Marinese lib. II. rerum Hispanicarum.

STERCORÈ.

In uia ad Apollinis castris praestitisset, prouerbio circumferunt. Cùm QUIDAM Apolliniam contempnerent, & in eius sano uentrem exonerarent. Pissistratus id facinus capite sanxit. Cùm uero id edictum riderent, idq; plures facerent magis de industria, custodes constituit. Qui cum quendam deprehendissent, eum uinctum iussit in uia flagris caedi, pracone proclamante: Ille uerbis, caelus interficietur, quod edictum contempsit. Quae res ita motit Athenienses, ut si qui postea male tractarentur, aut delicti alicuius poenas darent, hoc dicto uerterent. Suidas.

IVLIANVS Juliani Imp. auneulus, Antiochia sacra mēfanti Christianorum lotio profanauerat: & Euzoio episcopo, qd eum obiurgabat, alapam impigerat. Perit inde uolulo. Theodoretus lib. 3. c. 13. Sozom. lib. 3. c. 8. cum quoq; phthiriali cruciatum fuisse, testatur.

Quidam ANTIOCHENSIS, qui sub Juliano Antiochia sacrum altare comminxerat, in inguine orta putredine, turpissimo mortis genere impietatis suae poenas dedit. Nicephorus lib. 10. c. 29. hist. Ecclē.

HABDALLAS Saracenoꝝ princeps, ex templis Christianorum fecit sterquilina. Iuo in Chronico, & Blondus Dec. 2. libro primo.

ASPECTV, INGRESSV PRO-FANO.

Capitis à Cn. Pompeio Hierosolymis, laesa est non mediocriter templi religio, humanis antehac nec uestigijs penetrati, nec oculis. Introgressus est enim illud POMPEIUS, & unà cum eo non pauci alij, & inspexerunt quae nefas est uidere nisi solis sacerdotibus. Tamen cum intus essent ex auro mēsa & candelabrum & pocula, & odoramentorum magna copia, praeter ea in thesauris sacrae pecuniae circiter talentorum duo millia, nihil horum praepietate attigit: sed hic quodque sui similis fuit, & nihil commisit indignum ceteris uirtutibus. Sequenti uero die iussis purgare templum aedibus, & instauratis legitimis sacrificijs, pontificatum Hyrcano reddidit, tum propter alia ipsius officia, tum quia tota regione habitantibus Iudaeis auctor fuit, ne arma pro Aristobulo fumerent. Iosephus lib. 14. c. 8. Antiq.

Narrat Henricus Erphordiensis cap. 49. anno XXVI. imperij Anastasij, Karilophum miraculis clarum uixisse, qui nunq; mulieres aspiceret uoluerit: & precibus à Deo impetrauerit, ut à monasterio ipsius mulieres arcerentur. Accidit igitur, ut mulier quaedam GVNDIA nomine, abscissa coma, induta uirili habitu monasterium ingrediens, & interiora domus curiosè scrutans subitò uisu priuaretur, & à satana agitata, sanguinem per os euomeret.

Gregorius dialogorum lib. 1. c. 2. FRANCO S inuasisse monasterium Libertini scribit, ut aurum quo abundare dicebat, auferrent. Verùm ipso orante, cecitate percussos, speq; sua frustratos, recedere coactos esse.

In Creta fertur esse antrum apibus sacrum, in quo fabulantur Iouem à Rheca editum parit: & uel deum uel hominē quenquam praeterire, est religio. Certo autem cuiusq; anni tempore plurimus cernitur ex antro effulgens ignis: fierique id fabulantur tum, cum sanguis de Iouis partu efferuiscit. Obtinēt speluncam eam sacrae apes, Iouis nutrices. Hoc antrum intrare aui sunt LAIUS, CELEVS, & CERBERVS, & AEGOLIVS, quamplurimi mellis exhauriendi causa: & corporibus undiq; aere obiectis, mel apū hauserunt, Iouisq;

IMPII IN SACRIFICIA, SACRA. VEL

OBITA.

QVAE NON OPORTET.

CAINVS Adami filius, cum de terra frugibus Deo munus si bauerit, uelut decimas, non autem primitias frugū: Abel autem frater, qui opilio erat, de pecorum suorum primigenis, & maximè opimis Dño obtulisset: Deus respexit Abelis pietatem, at Caini auarum munus non respexit. Gen. 4. Babylonem Mesopotamiae urbem habitauit Cleinis, uir diis

uiderunt cunabula. Tum & aēs circa eorum ruptum est corpora: & Iupiter intonauit, fulmenq; intendit: sed eum Parca ac Fas inhihiberunt, quòd fas non esset eo loco quenquā mori. Ergo Iupiter eos omnes in auium naturam trātulit: ab iisq; sunt genera auium, quae laij, coloro (id est, graulij) cerberij, & aegolij uocantur: suntq; boni auspicij: & praeg alius rebus quod praedicunt perficiunt, eo quòd Iouis sanguinē uiderunt Antoninus Liberalis in Metamorphosi.

In Lycaeo monte Arcadiae area est Lycae Iouis, quòd hominibus non est accessus. Si QVIS loci religione contenta introierit, necesse omnino est eum infra annum è uita excedere. Mirum est etiā quòd aiunt, tam homines q̄ bestias, quae forte intra eius loci ambitū se immiserint, nullas è corporibus suis umbras reddere. Ac feras quidem uenator illuc confugientes non consequitur: sed foris consistens, nullam sanè umbrā ab eius corpore mitti animaduertit. Ea certè anni parte, qua Cancer Solem gestat, Syenae, quae Aethiopiae urbs est, nullas è corporibus umbrā se offēdit: uerū in Lycaeo hoc nulla non anni parte contingit. Pausanias in Arcad.

In monte Halesio prope Mantinea templū fuit Neptuni equestris, quernis tabulis à Trophonio & Agamede extractum, non obiectis alicuius oppositū, sed laeaco duntaxat funiculo obtento, cui occulta uis ad homines arcedo inerat, ad adiutor prohibens. In hoc templum nullus unquam intrauit, praeter AEPYTYM Arcadiae regem: qui filio conficillo, ubi primam templū intrauit, marinae aquae & sacris scatebris erumpentis ui subita obcaecatus, neq; multò post suo oppressus est fato. Adrianus Imp. eum illud reaedificaret, ipse uolentes adhibuit inter fabros, ne quis aut intra uelus templum aspiceret, utpote aduersus eum quidquam fieret alio transporari libidem.

In Ceryneae oppido Achaiae Eumenidum sanum est: dedicatū ab Orēste traditum. Huc si QVIS uel caede, uel quouis incesti aut impietatis genere pollutus intrarit, spediandi causa, statim cum mēte capi diris terroribus exagitatum crediderit. Quare omnibus etiam aliò contententibus templi aditu interdicitur. Deorum signa à ligno, modica magnitudine elaborata. Pausan. in Achaicis.

MILTIADES Cimonis F. parua ad Marathonem uictoria, Paris, qui tiriem Perfas iuuerant, diu obfedit. Tandem à Timō muliere sacerdotē Ceteris Thesmophore persuasus, non atu mactariam tranfilit, ut nescio quid in templo moueret (in quòd tamen nulli uirorum ingredi licebat) uerū horrore praecipitatus, eademq; uia reuersus, de mactaria deflillens, femur fregit. Athenas inde re infecta rediēs, à Xanthippo Atiphronis F. accusatus, quòd populum pecunia emunxisset, sub specie expeditionis contra Paris: uix tandem populi interuentu, ne capite plecteretur, obtinuit. Multa talentorum indicta: Ipse ex femoris uicere periit. Cimon filius multam exoluit. Et hanc uenam mysteriorum uolatorum perfoluiffe putatur. Herod. lib. 6.

EXPERIUS, de Xerxis copijs, qui duce Mardonio in Boeotia statiuu habuerunt, quae pars in Cabylorum Thebanoru Ceterem colentium sanum introire non dubitauit, uel ingentis praedae allecti cupiditate, uel potius ad numinis edoctum, infania omnes correpti, partim se in mare abiecerunt, partim de praeruptis rupibus praecipites dedere. Cùm Alexander superatis praelio Thebanis, uicem & agnum igni ferroq; peruastasset, qui è MACEDONIBVS intra sanū Cabylorum irruerunt, omnes aut fulminibus, aut è caelo missis ignibus exanimati sunt. Pausan. in Boeoticis.

CADAVERIBVS, OSSIBVS, CARNIBVS MORTVORVM.

In festo azymorum, quòd Pascha uocant, mos erat Hierosolymitanis sacerdotibus post mediam noctem aperire templū ianuas. Post Archelai relegationem quamprimum aperta sunt, SAMARITANI quidam clam ingressi Hierosolyma, sparserunt ossa humana per porticus & per totum templū: quo factum est, ut posthaec sacerdotes solito diligentiores custodias agerent. Iosephus lib. 18. cap. 3.

SARACENVS quidam, ut Christianorum persecutionem augetet, cane mortuo in templum Mahometanum Hierosolymis introit, id facinus Christianis imputauit. Vide Tit. M. humetani persecutores Christianorum.

charus, ac opulentus, boum, asinorum ouiumq; diues. Hūc mirum in modum dilexerunt Apollo ac Diana: ac saepe cū istis diis uent ad templum Apollinis, quòd est apud Hyperboreos, uiditq; ei asinos immolari. Reuersus Babylonem, intendit ipse quoq; Hyperborico ritu Apollini sacrificare: asinorumq; magno numero uictimas ad aram constituit. Superuenit Apollo, mortemq; se ei illaturum minatus est, nisi hoc abstineret sacrificio: & pro more capras sibi, boues ouesq; offerret: ita enim se asinorum gaudere immolatione,

ac, si ea fiat in Hyperboreis. His minis territus Cleinis, asinos ab altari abduxit, liberisq; suis audium sermonem exposuit. Erant ei ex Harpa uxore filij tres, Lycius, Ortygius & Harpafus, ac filia Artemicha. Ortygius & Artemiche cum Cleinide obediendum Deo pronuntiabant. Sed HARPAVS & LYCIUS uisolutis asinorum uinculis, eos ad aram compulerunt. Ibi Apollo in rabiem egit asinos, ita ut Cleinid & liberos famulosq; mordicis aggredirent. Harpami & Harpafum Neptunus in aues non mutatis nominibus, conuertit. Cleinis factus est Hypsaëtes, Lycius in corum albū abiit: deinde tamē Apollinis nitu factus est ceruleus, cū primus de Coronide Phlegyas filia iudicium detulisset, eam Alcyouco esse nuptā. Artemiche piphinx facta est, auis diis hominibusq; grata. Ortygius aegithallus, quòd patri persuasisset pro alitis captas Apollini immolare. Ant. Liberalis ex Bœi Ornithogonia, & Simmia Rhodio.

A' QVIBVS NON OPORTET.

Aaronis filij NADABVS & ABIVS, sacerdotēs; cū iniussu Domini ignem alienum corā Domino libabatur, profectus à Domini conspectu ignis eos exanimauit. Leuit. 10.

AZARIAS Iudaeorum rex, cū ipse in aedem Dei ad suscipiendum cum thuribulo ingressus esset, lepra correptus poenas profanati templi dedit. 2. Paralip. 25.

SATVRNINVS, Gorgoniae infulae presbyter, propter crimē à presbyteratu deiectus, nihilominus sacra faciebat. Eum proinde D. Gregorius Pp. perpetuè excommunicationi à Venatio episcopo Lunensi subiciit, nec nisi in die obitus sui ad sacram synaxiam admitti praecipit. Lib. 4. Epist. 49.

CHRISTIANVS Moguntinus archiepiscopus, Frederici I. Imp. nomine Bononienfium ciuitatem ad dedicationē compulit. Priusquam tamen deditos acciperet, imperauit obfides: & in monte supra urbem sancti Michaelis cenobio sacra iussit apparari: ipse iudex pontificalibus aram adit, postquam sanguine eorum: officium diuinum satellites honestate caentes. Erant CCC pedites monachi, & totidem moniales, unā psallere docti: qui de sanctis Thebais martyribus sacrum cecinerunt officium missae, Gaudemus omnes in Domino: Euangelium, cū audientis seditiones. Nam profcriptis undiq; Cisterciensibus, qui Alexandro III. papae fauebant, uiri & feminae euerfis monasterijs militiē se immiscuerat. Exploro officio, archiepiscopus acceptis obfidibus, cum multa praedauit Anconam, obfisione ibi tracta ferè per integrū biennium. Albertus Cranzius lib. 6. Saxoniae, cap. 28. & libro 6. Metropolis, cap. ultimo.

Cū POTTII sacrorum Herculis ritum, quē pro dono genitorum ab ipso assignatum, uelut hereditarium obtinuerant, auctore Appio Claudio censore, ad humile seruorum ministerium tranfultissent: omnes qui erant numero supra XXX puberes, intra annum extincti sunt: nomenque Pottii in XIII familiis diuisum, propè interit. Appius uerò luminibus capus est. Valerius Maximus lib. 1. cap. 2. Lilius lib. 2. Decad. 3. Plinius lib. 9. cap. 1. Macrobius lib. 3. Saturn. Fenestella cap. 2. de Rom. sacerdotibus lib. 6. Ennead. 4. Lactantius lib. 2. de Origine errorum cap. 8.

QVOMODO NON OPORTET.

NEMPE

Negligenter facta, frequentata.

Benedictus abbas, cū FRA TREM quendam à diabolo ludi audisset, eius uicem dolens, ad monasterium, ubi si habitabat, accessit: uiditq; ipsum ab Aethiopo puero extra ecclesiam per uestem trahi, dum ceteri fratres psallere coepissent. Insecutus ergo eum, atq; increpans, uirga percussit: & ipse nullā postea euicemodi mentis instabilitatem passus, cum aliis in oratione perseverauit. Marulus lib. 5. cap. 7. Sabellius lib. 10. cap. 3.

Hercules Iolao nepoti templum magnificum crexit, & in eo sacra multa instituit. Quòd si à solitis deficerent sacris INCOLA, mutescerant profus: rursus uerò si ex more pericerent, in pristinam sanitatem restituebantur. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 14.

Cū MINO S rex, Neptunum miroribus quā decebat honoribus affecisset, iratus Deus taurum Cretem, immisit. Symphalius fluuius in Arcadia lacum efficit, & terram per cuniculum subiens in Argolico se demum agro profert, ibiq; mutato nomine pro Symphalo Erasinus uocatur. Pausanias tempore hoc miraculum contigit. Cū Symphaliae Dianae (diēne sacrum ab ARCADIBVS indiligentiū omnī ex parte factum esset, ac in primis patrij ritus praetermissis silucus repente supra eam cauernam corruit, quam subter Symphalus amnis meat. Obseptio igitur ostio aqua refluens, late omnem campum haud minus stadium CCCC perpetuo stagnos occupauit. Fortè ita accidit, ut uenator ceruā fugientem persequens, cū illa se in eius paludis coeum abiecerit, animi impetu concitatus, per aquam natans eam urgere non prius desierit, quā idem hiatus & feram & uenatorē ablutente, moro ad uentrem uenatorē, animi uentrem, & cetera, & totam paludem uisibilem fecerunt. Sacrum Dianae appatitū & magnificentius factum. Pausanias in Arcad. diis.

Simulata, per ludum obituro.

Michael Imp. Theophilus Imp. F. nefarios ADOLESCENTES aiebat, & malis obsequijs inuicem uicium. Li pontificum sibi habitum sumebant, & in euentum uictimam se immolare simulabant, ipso etiam Michael in eo coetu uersante: ludum minime ludicrum, sed horrendum potius ludentes, & aceto ac sinapi in uasis aureis & gemmaris temperato, eam potionem sodalibus & collutoribus suis impertiebant. Zonaras, & Cedrenus. Haec impia consuetudo in octaua generali Synodo Constantinopolitana damnata & abrogata fuit.

Olim Canon Missae palam & alta uoce decantabatur. At uigilius papa statuit, ut non nisi in loco sacro, in uestibus sacris, & uoce submissa. Contigit semel, ut PATORES in campo ridiculos super lapidem pane positum, recitanti uerba Canonis, quibus sit tranfubstantiatus: atque ita repente ante se uiderunt carnem humanam eruentam, statimq; diuinitus percussu interierunt. Herman. Gigas.

ALCIBIADES Atheniensis, non solum dux inclytus, sed in dicendō eloquentissimus, quim Cereem & arcana mysteria uiolasset, in iudicio accusatus & condemnatus est. Plut. in eius uita.

NEGLECTA, NYLLA.

CENEVS Calydoniae rex, in Aetolia in magna frumenti copia, cū ceteris diis, sola Diana neglecta (cui tamen primitiae omnium quae è terra nascerentur, ex more debebantur) sacrificasset: irata dea Calydonium aprum ingenti magnitudine celebrē, ad uastandam late regionem propinquā immisit. Diodorus lib. 4. cap. 2.


CYANIPPVS Syracusanus, quòd Baccho sacra facere negligisset, irato Deo in tantam ebrietatem incurrit, ut occurrentem in tenebris filiam Cyanem, quamquam relucēntē, uiolarit. Ea uerò anulum scortatorij surripens, nutrice comendauit, ut uiolatoris indicium esset. Postmodum uerò quum grauis pestilentia urbem inuasisset, ob tam crudele peccatum facinus, ex Pythio delatum est oraculum, ut impietatis auctor liberatoribus diis immolaretur. Conscia igitur rerum Cyanē, tractum capillis patrem mactauit, ut deos iratos placaret. Dositheus lib. 3. rerum Sicularum, & Plut. capite 38. Parall.

ARVNTIUS hydripota, cū Romae Bacchanalia fierent, deo uires floccificiens, illius ira ebrietate captus, Medullinam filiam obfuro loco corruit. Ea uerò demto uiolatori anulo, parentem agnouit. Quem iacbratū & corōnatum ad fulguris aram duxit, & ut deos iratos placaret, eum mactauit. Aristides Mileficus lib. 3. rerum Italicarum, & Plutarchus capite 39. Parallelorum.

Cū quodam tempore sederet cum suis discipulis PHERECYDES Syrus, tum alia multa de propria sapientia iactauit, tum praecipuè illud, quòd etiam nulli deo rem sacram faceret, nihilo iucundius neque tristius uitam ageret, quā quae hecatombas sacrificarent. Aelianus lib. 4. Var. hist.

CONTENTIA, SPRETA, IRRISA, NON CVLTA.

In pagō ditionis Magdeburgensis (Cranzius Halberstadtensem habet) Colbea, anno Domini MXXII. OTHOPERDVS quidam cum XV uiris & tribus feminis in caemeterio D. Magni inter missificandū profanas cāntiones uociferari, & chorēas ducere in uigilia Natalis Domini nocturnā cō-



pit. Qui cum focis, propter contumacem perseverantiam, a presbytero Roberto, ut circuitus iste annalis esset, illis imprecante, excommunicatus, totum annum in saltu & cantu presenerat, sic ut neq; pluvia, frigus, calor, sitis, fames, lassitudo eos afficeret, neque uestimenta eorum contererentur: ipsi ad femora usq; in terram demersis. Quidam fororem suam ex chorea trahere nisus, brachium ipsi euulsi, quæ anno reuoluta cum duobus aliis exspiravit: reliqui omnes tribus noctibus continuè dormierunt: quorum alij postea obierunt, alij uero tremore membrorum testimonium rei actæ perhibuerunt. Liberati autem sunt precibus episcoporum Coloniensium, Moguntini, Hildeshemensis, & aliorum piorum. Vincentius lib. 25. cap. 10. ex Guilelmo: Herman. Schedelius, Cranzius in Saxonia lib. 4. c. 33. Chronicon Saxonie, Nauclerus Volum. 2. Gener. 34.

Cum Clementis summi pontificis tempore in urbe Traiecto IVVENS, puellæ, uiri, femina, choreas ducerent in ponte frequentes, sacramentum mysticum deferebatur. Illi cum in furore pergentes saltaret, repente facto ponte ferè ceteri homines perierunt. Cranzius lib. 8. c. 39. Metrop.

Scelestum BRACHII senionis (est factio sale asperum uideatur) uerbum fuit, conuerente cum eo quodam Martini V. pontificis nomine, quod dixisset, se pontificem summum ed redacturum, ut missam numo, qui grossus dicitur, cantaturus esset: respodit Brachius, Mirari se, quod id de se pontifex crederet, qui non modò numum grossum pro una missa, sed ne minutum quidem assen pro X missis daturus esset. Impia uox, manifestum atheismum præ se ferens. Fulgus lib. 9. cap. 11.

GLAVVS Sisyphi filius, qui apud Potnam regnauit, sacra Veneris spernens, ab equabus suis, quibus ad currum utebatur, dilaceratus est. Seruius apud Vergil. lib. 3. Georg.

Cum LEMNIE mulieres Veneris sacrificia spreuissent, dea irata tantum furorem illis immisit, ut a suis maritis contereantur. Mariti cum bellum aduersus Thracas per id tempus suscepissent, septiusq; captiuas inde abducerent, ac pro prias uxores aspernarentur, mulieres unanimo consilio uiros omnes per noctem cum captiuis trucidarunt. Veritas inde cum filij adoleuissent patrum iniurias ulciscerentur, illos etiam ad unum obruncarunt, atq; uniuersum uirile genus de medio sustulerunt. N. Comes Mythol. lib. 4. c. 13.

Cum multa impura facinora Orgiorum Bacchi simulatione comitterentur, PENTHEVS Agæus & Echionis filius rex Thebanorum conatus est ea euertere. At Bacchas in pardales Bacchus mutauit, Pentheum in taurum, qui fuit ab illis unguibus disceptus. N. Comes lib. 5. c. 13.

Baccho dicatum poëma est simul & celebritas Phallophorum (qui phallos ferentes eundo canebant. Ithyphalli uero ebriorum persona & coronati stantes pronunciabant) propterea quod ex oppido Batiæ, cui nomen erat Βατις, Pegasus qui dam mytheria detulit ATHENAS unâ cum Libe-ni patris signo. Quod populus cum segnius accepisset, eius contemtionis poenas dedit. Corruptæ namq; sunt morbo pudoris partes. Multis ergo frustra têtatis remediis, ex oraculo Phæbas, hoc est, pericias, atq; in earum fastigio coriacei genitalium publice, tum priuatis in ædibus exereunt. Simile quiddam legitur in historia Palaestinarum. Scaliger lib. 1. Poetices cap. 10. Nimirum religio talis, in qua impium quam piium esse multo sit præstabilius.

SE IMPEDITA, INTERMISSA.

MONACHVS quidam Corbeiensis, cuius fidei sacre uestes commissa erant, Meinuerco Padebornensi episcopo sacra facturo, ornatum promere detrectabat: Vualonè enim abbatem suum paulo antè præter meritum dignitate exuerat. Tum episcopus: Reddes, inquit, rationem Altissimo pro omisso hodierno officio. Nec multo post subitanea morte periit monachus. Cranzius lib. 4. cap. 4. Metrop.

HYRCANVS pontifex Aretæ regis Arabi copis instructus, Aristobulum fratrem regem Iudæorum in templo obsidebat. Superuenit Pascha, in quo festo mos est multis Deum honorare sacrificiis. Quibus quia carebant obfessi, rogauerunt suos tribules, ut accepta quantam postularèt pecunia uictimarum copiam sibi facerent. Illis uero pactis mille drachmas in singula capita, & representari sibi iubentibus, Aristobulus & sacerdotes libenter id fecerunt, & per funem muro demiserunt precium. At illi accepta pecunia, non reddiderunt uictimas: sed eò progressi sunt impietatis, ut

non seruata fide hominibus, Deum etiam fraudarent debitis honoribus. Sacerdotes autem quibus per pastorum speciem illudum fuit, orauerunt eum, ut poenas de tribulibus suis sumeret: nec dilata est uindicta: sed inundatio uehementis immissa fecit per totam eam regionem magnam uastationem fructuum, ita ut tritici modius ueniret drachmis quindecim. Iosephus lib. 14. c. 5. Antiq.

FLAMINTO, quod secundo Punico bello consul Latinus non indixisset, neq; sacrum in Albano fecisset, sed laxè modo sine more, sine auspiciis ad exercitum profectus esset, dirum fuit, & haud multo post, publica clade expiatur: siquidem ad Thrasymenum, quum inconsulta audacia in hostes irruisset, depulsi & dissipatis copiis, totoq; exercitu profugato, & nefanda cæde afflictò, prætermisisti sacri poenas dedit. Alex. lib. 5. cap. 7.

Cannensi clade ROMÆ nunciata, luctus adeo totam urbem compleuit, ut sacrum Cereris sit eo anno intermissum, quoniam lugentes religione prohiberentur. Et hæc quidem Quinius Valerius auctor est, ne in tanta quidem ciuitatis consternatione id sacrum interpolatū. Satis constat XXX diebus publico decreto finitum, ne ob eam causam cætera sacra publica priuataq; defererentur. Sabel. lib. 2. Enn. 5.

CONSPECTA AB INDIGNIS, PROFANIS.

PENTHEVS rex Thebanorum, cum Liberum patrem multis contumeliis uexaret, & alia insolenter faceret, postremo etiam, ut feminarum operta sacra speculareretur, ad Cythronem profectus, in arbore ascendit, atque inde omnia conspiciat. Quod cum Bacchæ animaduertissent, impetu facto uiuentem eum lacerarunt, ac membratim disceperunt. Pausanias in Corinthiacis.

In Phocide ad Tithoream Isidis templū est religio sanctissimum eorum omnium, quorumque Aegyptia dea consecratur. Neq; enim ad id penetrare accessus est aliis, quam quos Isis ipsa per somniorum uisa sibi præ ceteris delectos aduocauerit. Isidis Tithoreæ binæ celebrantur quotannis nundinae, uere scilicet, & autumno. Infinitos tabernas sibi erigunt ex arundine & alia fortuita quauis materia. Postremo tertio die, qui ad eum mercatum conuenere, emunt mancipia. Pomeidianis iam horis ad sacra animam adiciunt. Immolant iauiores, boues & cernos: tenuiores, asnes & bestias quædam aues. Impuras hostias suam & captiuam ducunt. Ac iam intra adytum sacris receptis, qui sunt foris tabernis exultis properè abeunt. HOMINEM aliquando aiunt profanum, cum cæpta esset iam pyra incendi, præcuriositate & confidentia ingredi ausum. Ac sibi illum uisum uidere Lemurum plena omnia. Reuersum tamen Tithoreæ, cum quæ uiderat cuncta enarraisset, statim animam efflavit. Pausanias in Phocicis.

Iside Aegyptie festos dies Phoenices agitant, qua anni parte lugeri ab ea Ostitim dicunt: ac per illos sanè dies incipere Nilum annuiterario ausu exerecere. Quo fit, ut incolari turba diditit, augeri Nilum atq; impleri, lateq; ex eo arua irri gari, Isidis lacrymis. Eo ipso tempore Romanum hominè, qui Aegyptum prouinciam obtinebat, QVENDAM mercede conductum iussisse Isidis adytum intrare, quod Copti erat: redisse illum, sed mox ubi quæ conspexerat exposuit, è uita discessisse. Idem.

EVVLGATA.

THEODECTES Phaselites, quod quædam Hebræorum sacra in tragœdia prodece uoluisse, luminibus captus est: & uix tandem multorum dierum supplicatione & precibus Deum opt. max. placare potuit. Iosephus lib. 12. Antiq. Aristæas, & Eusebius.

THEOPOMPVS cum è sacris Hebræorum libris, quædam suis serapis inserere uoluisse, mente motus fuit diebus triginta, & per interualla infaniae, prætermissis, factis, facile conuictus, quæ morbi causa esset, arguitur. In domo aduocatus, se hæc idco pati, quod iussisset circa sua diuinas curiosior, easque uoluisse proferre, profanis hominibus. Hæc Demetrius Phalereus Ptolemæo Philadelpho affirmante, interroganti, cur Graecum nullus de Iudæorum factis libris diceret, Iosephus lib. 12. c. 2. Antiq. Anno CXXVI Atheniensis orator unus, cum Claudio aliando designatus fuit ad ferendum uictimarium clas se Corcyreis, quibus bellum erat cum Corinthiis, supplicat. Post infamulatus impietatis, quasi ipse quoq; signa mutaret, & sacra Cereris profanasset (ex eo quoq; priora uita fuisset proteruis, ac comellabundis nocturnum ex Cereris regis fregisset: ac delatus, cum ferui nollet ad questionem postulanti, accusatorib; dedere, infamis fuisset, ac de crimine secundo, de quo iterum est postulat, esset suspectus) id factum est non multo post, missa in Siciliam clasus fuit. Nam submissi Athenas à Cerythijs Leonini quidam & Seg-

Segestani, quibus priuatum Athenienses auxilia mittere decreuerant, nocte signa, quæ in foro erant (ut tradit Cratippus) truncauerunt. Ibi inter cæteros nomen eius delatum est, & quod etiam sacra Cereris profanasset. Ideo uocatus in iudicium, euasit hæc lege, ut huius culpe affines dederet. Qui eam in rem omni studio incumens, sacrorum uiolatoris eruit: in quibus parentem quoq; suum denunciat, conuictosq; alios omnes rei capitalis damnauit: patrem tamen quamuis iam unctum eripuit, multum eum ostendens resp. commo daturum. Nec fecellit eos. Complures enim pecuniam publicam auertisse, aliaq; fraudes admisisse, coarguit, qua de causa noxæ exemtus fuit. Plutarchus in uita Andocidis.

ORPHEVM quidam fulminatorem tradunt, quod initiorum arcana profanis hominibus tradidisset. Pausan. in Boeoticis. ARISTAGORAS Melius dihyrambus, Eleusiniis initiis uulgis, omnium maximè impius iudicatus fuit: & ab eo Melios ob impietatem criminatur. Nomen hoc & de blasphemis usurpat. Suidas.

DIAGORAS Melius, Atheniensium sacrorum arcana mysteria (quæ non licebat profanis inuulgare) omnibus detexit. Propterea Athenienses eum in exilium pepulerunt, talento proposito, si quis hominem compertum occidisset.

NYMENVM philosophum memoria præditum est, offensus numen scississe, quod sua interpretatione sacra Eleusinia in uulgus dedisset. Cælius libro 7. capite 1. Antiquarum Lætionum.

MATILIVS II uir Sibyllinos libros profanauit, Petronio Sabino homini profano & plebeio eos describere concessens. Ideoq; paricidarum uetere supplicio damnatus est, culco nimirum infusus, & in mare abiectus.

AD VSVS ILLICITOS, ADHIBITA.

ISRAELITÆ uicti à Palaestinis, sub Eli pontifice, arcam fedè in Silunte arcesserunt, quæ ipsos ab hostium defenderet in iuria. At longè maiori strage uicti sunt, cæsis eorum 34 milibus, capta arca, Hophni & Phineas filij interfecit. Eli nuncio audito, è sella delapsus ceruicem fregit: uxor illius, uxor Phineas, in partu interit. 1. Regum 4.

MVLIER quædam infamis, in solennitate Paschæ apud castrum, quod Mons aureus dicitur, cum ore corpus Domini perciperet, integrum domi suæ arcule inclusit. Eam cum foret aliquid post quidam eius amatorum aperuisset, hostiam (ut uocant) Domini corporis in carnis & sanguinis effigiem transfusam iauenit, anno Domini 181. Sigeberti Continuato.

COLONIENSIS quidam patre natus Iudæo, sed conuerso, cum in Paschali festiuitate corpus Domini perciperet, integrum illud ore, necio ad quos usus, secum deferrebat domum. At diuinitus ille territus in coemeterio, ipsum terræ mandauit. Superuenit fortè sacerdos, ac quid agatur explorans, fossa aperta, infantis formam reperit. Quem cum ad ecclesiam deportare festinaret, in tenues abiit auras. Tithe mius in Hirsaugensi Chronico.

Froissardi historia testis est PRESBYTERVM quidam, apud Sueffionas ad ulciscendum inimicum, in agro petuisset: qua consulente, ut bufonem baptizaret, uideret, & consecratam hostiam edendam traderet, id à se factum & alia per multa tacenda confessus est. Quinq; Magarum quæritores narrant inter alia, se questionem de MAGA habuisse, quæ fatebatur se consecratam hostiam quam oportuerat non deglutuisse, sudario exceptam in poculo ubi bufonem alebat condidisse, puluerisq; sibi à diabolo datos adiecisse, ut certis uocibus enunciat, ad necandas pecudes limini oculis subtermeret. Deprehensa itaq; & euicta, uita concremata est. Bodinus lib. 2. Daemon. cap. 8.

PETRVS Luna, genere Catalanus, delectus papa Benedictus XI. Auenione post Clementem, præter fidem ac iurandū quod dederat, ad tollendum schisma nunquam animū applicuit: uerum ut Franciæ duces infensos sibi reconciliaret, unius anni decimas illis concessit. Tandem in Tarraconensem fines patriam suam se recepit, & quod iutor esset, prius Euchariſtam ante se ad sui custodiam gestari semper uoluit. Auctor Chronici Francorum.

IGNOMINIOSE TRACTATA.

Optatus narrat lib. 2. contra Parmenianum, DONATISTAS in persecutione Orthodoxorum sub Valente iussisse, Euchariſtam orthodoxi episcopi canibus fundi: sed eos canes in rabiem uersos, dominos suos dilaniasse. Saluti anno 1290. in Parisiorum urbe quidam IVDÆVS, per

inopem mulierculam, cui uestem quam ab ea oppigneratam habebat, se gratis restitutum promiserat, Christianam hostiam in Paschate allecutus, cum accenso igne in sartagine uellet affare: ut perfixit eam non mutare formam, nec colorem, gladio eam pupugit, ex qua confectum sanguis manauit. Re autem detecta, superuenientibus Christianis, hostia in loco ei dicato restituta, Iudæi domus in templum conuerſa est, quæ etiam nunc Saluatoris Bullientis nomine compellatur, ubi hostia gladiuq; etiam nunc ostenduntur. Fulgofus lib. 1. cap. 6.

In Cracone Vandalorum ditionis oppidulo, effractus ecclesiæ foribus IVDÆI furati sunt sacras causas infirmorum hostias. Quasdam punctiōibus torserunt, alias scissuris lacerarunt in contumeliam Christi: cæteras ut conculcauerunt, sparserunt in publico itinere, ut Christianorū etiam pedibus calcarentur. Sensere primi sacerdotes furum, & quid suspicarentur non habebant. Deuolare rem maioribus in oppido: perlata est ad Gustrouensem capitulum. Ceteris indicto ieiunio postulatit à Deo reuelari, furèrme argentum, an sacramentum inuitallet. Quum desereret res ad Ioannem principem, cepit statim suspicari quod erat, iussitque rapi Iudæos ad quæstionem. Falli crimen, detegunt concisos. Hostiæ quæritur in arena, crebescunt miracula, sit populorum concursus, ex uotis hominū extruitur capella. Iudæi exquisitis suppliciis fracti, rotis necantur. Cranzius libro 8. Vandalicæ, cap. 8.

Non multo post sub annum 1330. in Gustrou Iudæa mulier, ad Christum conuersa, obuiam habuit in uico Iudgam, germani sui coniugem Eleazari: ea inuitabat conuersam in domum suam. At illa, Deum, inquit, meum timeo: ideo me retraxi à cōmunionem Iudaica. Stomachata Iudæa respondet, Quia pro facinore & flagitio exclusa es à synagoga, ad Christianos te contulisti, ut laxius luxurieris. Tum illa: Meministi, quum hostiam à Christiana muliere coemtam pungeretis in synagoga, astante me, & ueluti infantis uagium audiente? Terruit me iniuria, mouit me rei miraculum: ut protinus fugerem à uobis in ecclesiam, affecit misericordiam cum baptisate. Audiuerunt nonnulli uerba mulierum, Ioannes princeps IVDÆOS adhibitis quæstionibus examinauit. Neuter sexus, nulla ætas crimen faceri uoluit. Mulier ex fuga retracta, quæ uendiderat, coram rege confessa est crimen, uitam deprecata. At ille iussit eam exui. Tum missis militibus ad principem gentis Eleazarum, iussit, ut reddita hostia seruet se ac gentem suam, suscepto baptisate. Ille respondit, Nunquam se contra ueritatem diciturum, etiam si ignominiosè sibi ac suis sit moriendum. Uxor Ioannis interpellabat coniugem eiusdem, ut uirum emolliret. At ille exclamat, Constantis esto mea Methilda: pro ueritate morientes in sinu Abraham euolabimus. Pyra ingente extructa, ut presentis supplicio terri detegerent facinus, cum nemo illorum moueretur: cæteris in ignem proiectis, data fuit uita optio Eleazaro ueritatem pandente. Ille uero sicis oculis uxorem in ignem iniici sustinens, cum se contra ueritatem loqui non posse diceret, exustus est. Constantia ea suspensione Ioanni iniecit, ne forte conuersa fraude id commentum cepisset. Necem igitur illi simul & sacerdoti interminatus est, nisi hostia illa reperiretur: inno centum Iudæorum mortem expiandam esse. Mulier fiducia plena, ieiunio & oratione sese confirmans, consularibus uitis comitantibus, in fratris synagoga multum quæstam reperit, hostiam, peplo inuolutam hostiam, quatuor locis crucentam. Aduocatur clerus, pulsantur campanæ, in laudes Christi ora laxantur. Capella in loco inuentionis de oblationibus accurrentium erigitur, ecclesiastica stipendia fundantur, ad concinendas Deo laudes. Permanit capella in annum tertium post quingentos ac mille: rum enim conflagrant oppido ab igne fulguris: cum ecclesia parochiali deperit, in uigilia apostolorum Petri ac Pauli. Cranzius libro 8. Vandalicæ, cap. 8.

Parisiensis quædam oppignerauerat IVDÆO uestem. Cum redimere non posset, hostiam, quam Paschate proximo sumtura esset, illi pollicetur. Iudæus acceptam hostiam lebeti feruenti oleo & aqua pleno iniicit, blasphemis uerbis illudit. Proflissit autem puellum formosissimum, & harpagonem Iudæi mira agilitate, quo illum demergere nitentur, declinasse. Astabant pueri, & reinouitate terri, ad matrem currunt, crudelitatem patris contra puellum indicantes. Fit concursus populi. Ereptam Iudæo hostiam, copus in ecclesiam S. Ioannis de Grauia deportauit. Iudæi uxor & liberi ad Christi fidem conuersi. Ipse ad supplicium ductus, Talmudi uirtutem iactare & inclamare non desinebat. Ad hominis superstitionem eludendam affertur iubetur. Eo accepto, cum securitatem Iudæus sperare inciperet, ignis iaculi instat è pyra constructa euolans, Iudæum cum libro exuffit. Thomas Patriarcha Barbatianus libro 3. Fortalitij fidei.

Anno Christi 1345. cum consecrati QUIDAM homines hostiam cum ferculo suo in templo omnium Sanctorum memoriae dicato suffurati essent, atque id ferculum non aureum, ut crederentur, sed aereum inauratum esse comperissent, apud Bubalum pagum suburbanum Cracouia in cenosam paludem id abiecerunt. Mox locus crebris ignibus atque faculis dies noctesque; alii quot perperes collustratus est. Id miraculum cum ad episcopum perlatum esset, neque causa tamen eius pate- ret post indicium triduanum ieiunium, eodem cum solenni po- pa profectus esset: repertamque Eucharistiam eodem, unde sublata erat, retulit. In eo uero loco, ubi ea reperta est, Cazimirus 11. rex augustum templi, titulo corporis Christi, de costis lateribus edificauit; successuque temporis per amplum spa- cium muro complexus, nouum oppidum condidit, & Ca- zimiriam de suo nomine appellauit. Cromerus lib. 12.

Bruxellis anno Christi MCCCXLIX. JONATHAS Iudaeus ad Iohannem parochum ad D. Catharinam aliquot hostias, ut uocant, consecratas redemit, & incursum inimicorum in horto occisus, eas uxori asseruandas reliquit, uxor Abrahamo filio. Qui die Veneris sancto hostiam exera in coetu ludorum cultello conscidit. Verum copioso profuente sanguine, mater Abrahami conuersa, miraculum euulgauit. Ven- ceslaus Brabantiae dux, diligenti inquisitione facta, Abrahama cum conficiis ante aedem D. Catharinae uiuum exuri curauit: & hostiam in templo cathedrali D. Gudulae religio- se deposuit. Ludouicus Guiccardinus in descriptione Ger- maniae inferioris.

Circa annum Christi 1401. apud Postnamiam, cum Christi cor- pus in specie panis a MVLIERCULA quadam ore sublatum, ut in deis ad ludibrium uenderetur, mutataque sententia in pratis suburbanis eius oppidi abiectum esset, miraculis qui- busdam insignibus proditum est, & reperit. Itaque templum in eo loco Vladislaus Jagello rex condidit, & sanctissimi corporis Christi titulo dedicauit. Cromerus lib. 16.

Anno Salutis 1490. in ualle Canonica, Brixienis agri, complu- res SACERDOTES, freti se facilius magicam artem con- fecutores, spe ita eis ab humani generis hoste facta, quem in uno montium illius uallis palam alloquebantur: in eam impetorem praecipites ruerunt, ut in hostiam, quam ipsi im- molarant, alij uentrem leuant, alij pedibus eam procul- carent: nonnulli, quo de nihilo leuius est, comburerent. Ful- giosus libro 9. capite 11.

Anno 1491. LVDAEI, in oppido Sterneberg, principatus Star- gardiae, redeta a sacerdote hostia impietate abusi. Cum aut uiderent male sibi rem credere, reddiderunt ea sacerdoti. Ille deo dit in terra. Defossa publico loco mirabiliter innotuit: effossaque delata fuit in ecclesiam. Iudaei exusti: Presbyter Roskockij de gra datus, ignitis forcipibus impetitus, longo itinere perducus in montem Caputum ante urbem, ibi con- gessis lignis concrematus est. Coepit est inde concursus in locum Sterneberg: facta & infecta miracula nunciaban- tur, amplissimo conatu. Principes Magnopolenses fegregat-

ta inde portione, collegium suum in Roskockio firmatum, coemeterii redditibus, quos in eo seruientes quotidianis di- stribuerent impendit: ornamenta sacra cum quoque uestium inde procurarunt. Cranz. lib. 14. Vandaliis, cap. 17.

PERTRVS Sermonetanus, qui Minorum ordinem profiteba- tur, asini ori Christianam hostiam manducandam inseruit, ut daemones in magica arte sibi fauenciores faceret. Tan- dem Romae sub Innocentio VIII. uiuus exustus est. Fulg. lib. 9. cap. 17. Exemplorum.

DE POLLUTA SACRA

CAEDE.

CLOTHARIVS Gallorum rex Gualterium, iuuetori dominum, (quem inuidorum opera a regi cubiculi honore expul- rat) post decennium Roma a pontifice Vigilio literas com- mendatarias afferentem, easque in die Passionis in tem- plo offerentem, manu sua crudeliter inter sacra interfecit. Ful- giosus lib. 9. cap. 3.

STVPRO.

Bonae deae sacra, quibus interesse uiris non licebat, cum in a- dibus Caesaris celebrarentur, stupro polluta sunt a P. CLO- DIO, amore Pompeiae uxoris Caesaris flagrante: in quas assumpta ueste & ornata psalteria furtim irrepserat. Ibi certe in cubiculo puellae, cui qua ingressus erat, deprehensus fuit. Plutarchus in Cicrone.

INIVRIA.

Nouem in Ionia ciuitates conuenire ad Panonia celebranda consueuerant, & sacrificare Neptuno magna antiqua, sa- crificia, iuxta eam quam Mycalen uocant, in loco quodam solitario. Postea uero bellis illic fauentibus, cum Panonia celebrare in loco eo non possent, transfulerunt eum conu- tum in alium tutiorem locum, prope Ephesum. Missis uero uatibus Pythium consultum oraculum, responsum acceperunt, ut ex Helice (quae tunc quidam Ioniae, nunc uero Achaiae urbs dicitur) a uetustissimis & multo ante a maioribus co- rum extructis altaribus simulacra acciperent. Quo sane au- dito responso Iones, in Achaiam sine mora, qui simulacra inde auferrent, miserunt. Illi autem exposita in communi Achiuorum conuentu legationis suae causa, persuaserunt eis, ut quae peterent sibi darentur. At Helices incolae uetus oraculum habentes, quod uidelicet rum periclitari sint, cum super Neptuni altare Iones sacrificauerint, contradi- xerunt Ioniis, quantum ad simulacra attinet, dicentes, non co- mune Achiuorum, sed suum illud delubrum esse. Consen- tiebant his & Burae habitatores. Achiuis autem communi sententia id concedentibus, Iones quidem super Neptuni altare, iuxta oraculi tenorem, sacrificauerunt. At HELI- CENSIS disiectis Ionum pecuniis, & spectatores corripuerunt, & nomen ipsum impietate uiolarunt. Ob quae ueniuntur, hanc ciuitatem paulo ante Leuistica cladem ter- ramotu ac diluione ultum Olymp. c1. Diodorus lib. 15.

IMPII IN LVDOS SACROS.

C. TERENTIUS Varro adilis, cum ludos Circeus in Iouis oppidi max. templo faceret, eximia facie puerum histrio- nem ad excubias tenendas posuit. Quod factum multos post annos memoriae tum repetitum, tum expiatum est.

IMPII IN DIVORVM IMAGINES,

FACTA ALITER QVAM OPORTET.

Christiane ueritatis hostes ETHNICI, infando olim pictu- ra genere aui fuisse Dei summi summam filium defor- mare, ac uelut in pergula praetereuntibus ostentare, asini- nis auribus, pede altero inungulatu, ac rogata specie, cum libro in manibus, addito etiamnum sceleriore titulo, ceu Christianorum is foret Deus, Onochelus, id est, deo no- mine. Caesius lib. 30. cap. 21. A. L.

Genna diuis episcopus Constantiopolitanus, precibus ma- num restituit PICTORI cuidam, cui manus exaruerat, quod Christum Iouis habitu pingere ausus fuisset. Theo- dorus Lector lib. 1. Collocandorum, & Cedrenus.

ABIECTA, DESTRUCTA, COR- RVPTA, EVERSATA.

GIZID dux Arabum, pro Mahometi religione, qui imagines & idola damnauerat, ex ecclesiis Christianorum Christi & Mariae uirginis exturbauit, excruciatu a Iudaeis, pol- licentibus ei imperij & uitae diuturnitatem. Paulus Diaconus lib. 21. rerum Rom. & Zonaras tomo 5.

Anno altero Constantis Imp. HAVMARS Saracenus aedi- ficare templum Hierosolymitanum cepit: eumque aedificia non confisterent, Iudaei causam rogati, eam exposuerunt, ac cru- cem quae templo montis Olearam imposita erat deposue-

Conful enim longè post factus, apud Cannas ob iras Luo- nis tam infelicitate pugnauit, ut septem quinquaginta Romo- num milia caesa sint. Valerius Maximus lib. 1. cap. 2. La- dantius lib. 2. cap. 17.

runt, ita demum aedificia firmata sunt. Atque haec res Christi oforib. occasione praebuit, multas cruces deturbadi. Cedr. CONSTANTINVS quidam strator Artabadi, uidens ima- ginem Dei genitricis stantem, apprehensum lapidem aduer- sus ea proiecit, & contriuit: cum cecidisset, calcauit. Et ui- dit in somnis astantem sibi & dicentem: Nosti quam forte causam in me operatus fueris? certe contra caput tuum hoc fecisti. Postridie Saracenis murum oppugnantibus, tor- menti lapide caput ei faciesque, contrita fuit. Paulus Diaconus lib. 21. rerum Rom. & Cedrenus.

MENOPHANTES Mithridatis dux, in direptione insulae De- li, Apollinis statuam, sede sua motam in mare abiecit. Pau- sanias in Laconicis.

AVIBVS NON OPORTET CONTRACTATA.

Cum PALAESTINI caesis 30 millibus Israelitarum, arca quoque foederis diuini, quam in castra auxiliij loco portari curauerant, cepissent, eamque Azotum in aede dei sui Dagonis intul- lissent, mane Dagonem offenderunt humi ante arcam pro- lapsam. Quem cum in suum locum reposuissent, postero die iterum prolapsam, capite manibusque, auulsis, & in limi- ne positus offenderunt. Ob qua causam quicumque in aedem Dagonis intrant, limen transcendunt, non calcant. Hoc si- gno cum Azotij nil moueretur, immisit eis Dominus murus,

mures, qui & in urbe & ruri omnia ardebant. Praeterea eos podicis morbo siue dysentericis passionibus crudeliter in modum affecit, ita ut maxima affecti clade, arcam Ge- thais transmitterent. Qui simulibus uexati malis, Accaroni- tish Gazais, Gazai Acalonitis. Et sic quinq; ciuitates Pa- lestinarum arca suo aduentu grauiter uita est: ut tandem post septem menses consilium ceperint, arca Israelitis resti- tuenda. Nouo curui impoftere, duas uaccas foetas (coclu- sio earu uuluis domi) iugi expertes alligauerunt, & multae no- mine quinq; po dices aureos, & totidem mures aureos pro numero ciuitatum & praefectarum pependerunt, & in ca- pta ad arca latus posuerunt. Nullo adhibito custode, uac- cae recta Bethsamen uersus una uia mugientes perrexerunt in terram Israelitarum. Et sic Palaestini proceres, qui longè sequebantur, cognouerunt, sese in malis propter arcam re- tentam fuisse affectos. Bethsaminae arca conspecta, cum messen triticam in ualle facerent, ualde latati, ab euntib. Palaestinis, concisis lignis currus, ingenti saxo arcam impo- fuerunt Leuitae, & uaccas holocausto obtulerunt. At Domi- nus Bethsaminae propter conspectam arcam magna affectu clade, caesis eorum 30070. Qua clade affecti, legatos mise- runt ad Cariathiarimenses, qui arcam sublatam, Gabaam in domum Aminadabi intulerunt, eiusque filium Eleazarum ad eam custodiendam consecrarunt. Et sic XX annis eo in loco mansit, redacta tandem a Dauid in urbe Dauidis. 1. Reg. 6. & 7. item 2. Reg. 6.

Cum Dauid rex arcam Domini, quae 20 annis Gabaam in do- mo Abinadabi permanserat, nemine ea attrectare auso, pro- pter ea mala, quae Palaestinis & Bethsaminis acciderant, He- rosolyman ferendam curaret, cum celebri pompa: ubi ad Nachon abeam uentum est, OZA Abinadabi F. qui cum fratre Abione boues plaustrum ducentes agebat, arcam bouum agitatione nutantem, admota manu sustentauit, & repente mortuus concidit. Dauid terribus, arcam ad se ad- mittere non fuit ausus, sed eam in aedes Obededomi Getha- ni leuitae intulit, ubi illa per tres menses fuit, & Obededo- mi domum atque facultates omnes sua praesentia beauit. Eo animaduerso, Dauid timore deposito, arcam cum summa reuerentia Hierosolymam transferri curauit. 2. Reg. 6.

LV S, cum Mineruae templum arderi uideret, cursu concitus, demissum caelo Palladium eripuit, & statim oculis caprus est. Postmodum uero placata ira deae, pristinum recupera- uit uisum. Dercyllus in lib. Aedificiorum, & Plutarchus ca- pite 34. Parall.

EVRYPYLV S, arcam cum Liberi patris signo de praeda Troia na obtinens, signo conspecto, amens reddidit. Pausanias in Achaicis.

Q. CAECILIUS METELLVS pont. max. Romanorum, Palladium ex ueste uirgo incenso eripuit, & statim oculis caprus est: placata mox dea uisum recepit. Aristides Milesius de rebus in Italia gestis, & Plut. in Parall. Plin. lib. 7. cap. 43.

AD VSVS ILLICITOS ADHIBITA.

Croce Perarum regem Christianos persequente, SERGIO POLITANI redimenda ciuitatis causa ecclesiae thesauros, inter quos fuit & crux a Iustiniano Magno Imp. missa, tradiderunt. Habuerunt & ossa Sergij martyris in urna ar- gentea bene longa reseruata, quarum reliquiae miracula e- didisse dicuntur. Euaagrius lib. 4. cap. 28. ex Procopio.

Quidam PAVLICIANORVM, quum morbis doloribusque premuntur, crucem sibi imponunt: eandemque recepta sani- tate confringunt, in ignem abiciunt ac cremant, aut etiam conculcant. Cedrenus.

Constantinopoli in monasterio sanctae Dei genitricis, iuxta pa- latium, prope sanctam Sophiam, erat imago beatae Mariae, quae tenebat infantem in brachio, depicta a D. Luca, O digi- tria dicta, id est, deductrix: quia duobus caecis apparuerat, & deduxerat eos ad suam Ecclesiam, eosque illuminarat. Cum ista imago facerent processionem omni die Martis, per totam ciuitatem. Cum ergo obfessa esset ciuitas a Saracenis, & ciues ieiunarent & oraret, simul & pugnaret: QUIDAM ciuis admonuit afferri illam imaginem, & ab omnibus ora- tionem ad illam fieri hoc modo: Sancta Dei genitrix, quae toties nos liberaasti, libera nos modo de inimicis filij tui: & si uis ut imaginem tuam non mergamus in mari, merge tu il- los. His dictis, fecerit imaginem mari immergit: & statim procella surgens Saracenorum naues dissipauit. Vincen- tius libro 23. capite 147.

MARCOLPHVS Moguntinensis archiepiscopus a potifice Romano pallium redempturus, ut eam summam conficeret, de aurea cruce, qua Villegisus Moguntinensis archiepiscopus olim in Monasterio S. Martini crexerat, alterum pedem detruncatum Romano misit, anno 1142. Vix anno praefuit.

Tertius ab hoc ARNOLDVS alterum pedem aureae crucis rapina Marcolphi adhuc reliquum, auulsit in sumtum belli

contra Hermannum comitem Palatinum. Appedit Maria- ni, sub Frederico I.

ALEXANDER Syriae rex, cum militibus stipendia decissent, in templo Iouis solidum ex auro Victoriae signum tolli ius- sit, faceret ioco sacrilegium circumscribens: Victoriam com- modatam sibi a Ioue, dicens. Non multo post a suis deser- tu, a latronibus captus, perducitque ad hostem suum An- tiochum Gryphum, interfectus est.

DIOGENES Cynicus, cum esuriret & algeret unam, nec habe- ret unde comediis, e deo quodam ligneo igniculum si- bi parauit, & cenulam coxit. DIAGORAS Melius cum nulla adessent coquendis lenticulis ligna, Herculis simula- crum, quod tum forte aderat, igni subiecit: Tertium deci- mum, in quibus, laborem nunc perferre, & Diagorae atheni len- tem coque. Gilb. Cognatus lib. 2. Narrationum.

COMMODOVS Imp. cum Iudis sacrificia perageret, illius ima- gine, quam ipse gestabat, sacerdotum percutebat capita: impellebatque ut pineis nucibus, quas secundum religio- rium manu gestabant, ad eum deriberarent, ut quidam morerentur. Fulg. lib. 1. cap. 2. ex Hierodiano.

IGNOMINIA AFFECTA.

Anno 766. Iudaei quidam imaginem Christi crucifixi in aedib. ab Christiano homine conductis cum reperissent, contumel- liae causa illam deposuerunt, atque omnia in illam pro- bra, quae quondam Christo uiuenti intulerant, congeste- runt, illudentes, conspuentes, atque cadentes. Demum autem cum iterum in crucem egissent, lancea latus hauserunt. Quo facto, subito sanguis & aqua manauit. Quae illi uase admo- to cum suscepissent, ut uirtutis, de qua sermone acceperat, periculum facerent, agros eo suos in synagoga coactos as- pexerunt. Quibus statim agritudine liberatis, Iudaei reli- gione perfusi, continuo ad eum datum urbis episcopum adie- runt, ac sanguine ei cum imagine reddito, miraculum retu- lerunt, ac facris se initiari Christianis petierunt. Hic sanguis inde diuersas inter ecclesias diuisus, in Italiam quoque demum est deportatus. Sigonius lib. 3. regni Ital.

IANNES praepceptor Theophilii Imp. eiusque in euerendis ima- ginibus adiutor, post eius obitum monasterio inclusus cui- dam: cum in quadam eius parte suffixa imaginem Christi, Deiparae & archangelorum cerneret, diaconum suum eo ascendere, & oculos erucere iussit, dicens, Eas faculate ui- dendi non esse praeditas. Hoc ut rescituit imperatrix Theodo- ra, ipse effodi oculos iussit. Verum intercessione quorun- dam effectum est, ne id fieret. Missis tam satellitibus, Theodo- ra ducentis flagrorum icibus eum multauit. Cedrenus.

Constantinus episcopus Cypri, in 4. actione Nicenae secundae haereticarum, ARMENARIVM quendam, qui imagini Mariae stimulo dextrum oculum euulserat, postea in agrum egressum, cum percuteret pecus, sibi ipsi oculum elisisse. Et A- LLYVM quendam in Cithio, eo quod per caput imaginis e- iusdem in pariete depictae clauum infixisset, ingenti dolo- re capitis affectum esse, quo non prius liberari potuerit, quam clauum extraxisset, ibidem episcopus eius loci. A- GARENVM etiam conto oculum statuae Mariae in Gabala ciuitate Syriae euellere conantem, sibi oculum effodisse, & ardenti febre correptum esse, ibidem asseruit. Et in actione 5. adhuc alia tria miracula ab imaginibus edita proferuntur, ad earum cultum stabiliedu:

Vigesimoquarto anno Constantini Copronymi, in Beryto imago Christi a LVDAEIS contumeliose tractata, aperto la- tere sanguine & aqua effudit, quo curati sunt infirmi. Eum ampullis exceptum, episcopus misit per orbem terrarum, atque inde anniuerfaria festiuitas ad 5. Idus Nouemb. de passione ima- ginis Christi instituta fuit. Sigebertus, anno Domini 765. Pa- tres in secunda Nicena synodo uolunt id accidisse tempore A- thanasij, eumque in peculiare librum retulisse, & posteritati reli- quisse. Ex Syria diuino magis quam humano consilio Man- tuam translatus fertur. Sabel. lib. 9. En. 8. & Cuspin.

LVDAEVS quidam sub Pelagio pontifice imaginem Saluatoris de ecclesia furtim sublatam, telo transfixit, eamque clam domum deferens, cum ea uellet flammis exurere: se sanguine imaginis cruentatum uidens, praestupore ea abscondit. Qua Christiani requireres, & per uestigia sanguinis sanguinolentam re- ceperunt, Iudaeumque lapidarunt. Sigebertus in Chronico.

LVDAEVS quidam baptismo in Hannonia suscepto, a Gulielmo comite Hollandiae de sacro fonte leuatus, ad uomitu rediens, imaginem Mariae uirginis in templo clam pugione in facie percussit, sanguis profluxit copiosus. Iudaeus fuga sibi consuluit. Virgo in somnis fabro ferrario apparet, auctore faci- noris in dicat, eum persequi, & duello oblato celeris con- uincere hortatur. Paret ille, & Iudaeum monomachia uictum ad crucem adigit. Io. Trithemius in Chronico Hirsaugienfi.

Orthone & Philippo imperij causa inter se bella gerentibus, cum permulti se cum rebus suis in fanu S. Gouari, haud lon- ge a Tre-

imagi

narrat

Longobardus quidam Arrianus clauem auream, quae S. Petri dicebatur, Veronae nactus, cum in rem suam uertere ipso neglecto numine uellet, cultum, quo clauem incidere uolebat, proprium in guttur infixit, ac subito expirauit. Iacentem autem humi clauem cum neq. praesens rex Autharis, neq. aliquis ex Arrianis, qui aderant, praeter religionis formidine tollere terra adderet: tunc miraculose in columbaris Catholicis, Qui d. pauca inquit, ac statim in columbaris sustulit. Hac re uisa Autharis clauem alteram auream fabricfecit, eamque ad Pelagium pontificem ipso descripto missaculo misit, ut S. Gregorius lib. 6. Epist. cap. 187. ad Theodisium scripsit. Sigonius lib. 1. reg. Ital.

HENRI C V S V. Anglorum rex, bello Gallicano Briam inuadens, tuncda foede populatus est, ac inter caetera diui Fiacrii agris; ablatis quoque ex templo eidem Fiacrio sacro, quod in Meldensi est territorio, uasis sacris. Post die ictus morbo, quem diui Fiacrii Galli nominant, nulla ope humana curari potuit, medicis omnem quam poterant curam adhibentibus. Percunctanti, Quidnam id mali esset responderunt, diui Fiacrii morbum esse: Et uero quisnam is esset Fiacrius interroganti, responderunt, Scotorum olim regis filium. Tum ille, Huius, inquit, nationis uiri in Anglorum credo exitum nati sunt, qui domi forisq., uiui ac mortui, imo etiam in diuorum relati numerum, aequè nobis infensi sunt. Inde Corbolum delatus, corruptus ex morbo intestinis, extinctus, ac capsa plumbea in Angliam uectus est: anno salutis 1222. H. Boethius lib. 16.

EO bello, quod Carolus VIII. Gallorum rex gessit aduersus Annam Britanniae ducem, quam postea in matrimonio habuit BRITANNVS quidam Remensi urbe egressus praedatum, in pagi cuiusdam templo, quod meliorem rerum suarum partem agrestes contulerant, caplam confregit, arbitratus secularium hominum esse: repletoq. sinu iis rebus quas attulisse secum poterat, posteaquam domum rediit, dum res raptas agnosceret, in eis particulas quasda lineas uidit, haud ab similes his quas ad nasi purgationem consueuerant: minimeque arbitratus ex eo genere esse, quibus sacerdotes pro mappa ad sustinendam hostiam utuntur, feminae hospitii eas donos dedit. Cum autem sanguine infectas cerneret, primum manus suas inspexit: quas cum illasas cerneret, neq. in de sanguinem manasse uideret, in sinum suu oculos deflexit: ubi integra peccatoris cute, diploidem quoq. interiore tunica sanguine illitum animaduertit. Femina cum ad amnem lotura hos pannos tulisset, non modò sanguinis maculae non abibant, sed aqua quoq. cruentabatur. Itaq. sacrilegij error inueniens est. Quod haud dissimile est ei quod Leoni pontifici contigit, qui peccatis a se sanctas reliquias, eius mappae, quae corporale dicitur, partem secabat & dabat. Caeterum cum semel quidam eam rem despiceret, Leo illo praesente mappam pupugit: clareq. illi ostendit, sanguinem ex ea manare. Fulg. lib. 1. cap. 6.

IN urbe Praga SVT O R quida non cedens sacerdotibus, coepit atterere Dominica sacramenta. Venceslaus rex, ignauissimus alioq. captum igne iussit cremari. Mons est Boemiae (Cuduis uocatur) in cuius oppido uenerat MILES Hussita, ecclesiam ingreditur ad sacri mysterium, magis ut irrideret quam ueneraretur. Sacerdos calicem constituerat in cornu altaris: accedit miles, calicem auferit, & cum turba famulorum tabernaculi gratulabundus ingreditur, lucratus aliquot dierum impendium. Primus hauriens de calice, socios inuitat in idipsum: ita ludibrio sacra uasa habuere, iridentes. Sequuntur mactens presbyter, obuium habuit germanum fratrem suum. Sciscitatur ille, quid mactus esset: audit Dei contumeliam, & militis insolentiam. Consolatur fratrem: non se gustaturum panem, priusquam Dei iniuriam uindicarit. Socios laboris interpellat, qui in fodendis mineris operantur, duru à stirpe genus. Spontateos ad uiscerum Dei & ecclesiae contemptum habet: obseruant militis exitum de taberna. Adoritur primus sacerdotis germanus, cur de altari deq. ecclesia sacrum calicem in Dei contumeliam, & germani fratris iniuriam, abstulisset. Ille nec respondere dignatur seruili homini. Corripit mox inuasor gladium, & militem obruncat. Famuli necem domini uindicare conati, ad unum omnes numero uiginti oppressi fuere. Cranz. lib. 10. Vandaliae, cap. 27.

DE VESTIMENTA SACRA.

MVLYER quaedam quae D. Genouephae calciamenta Lutetiae subtraxerat, luminibus repente caruit: petitaq. uenia lucem recuperauit. Bonfin. lib. 5. Decr.

DE PRAEDAM SACRAM.

Fuerat in Hierichuntis excidio editum, priusquam urbs caperetur, ut omne aurum & argentum, & quicquid preciosae uctis ex praeda cogeretur, ad sacrorum usum intelligeretur coactum. Sed ACHAMVS Chami filius, chlamydem au-

ro intexam adeptus, contra edictum & religionem in occulto habuit, rem sacram in prophanum uerit usum. Mura tus fauor numinis indicio fuit. Achamus sceleris couctus, cum uxore & liberis ab uniuerso est exercitu lapidibus obrutus. Sab. lib. 4. cap. 3. ex Ioseph 7. cap.

FRANCISCVS Ferrucius Florentinorum praefectus, postquam Volaterranos, ad Casarianos, qui Florentiam obsidebant, inclinantes expugnasset, crudeliter & immo dicè uictoria utendum aduersus rebelles ratus, atrocissimè saeuire coepit, cum sacrilega manu donaria antiquitus dicata templis, & religiosè usq. in eum diem custodia, non cuiusdantem auferret, & res preciosas carioresq. cuium in ipso belli metu in sacrosanctis uirginum coenobiis absconditas, suam esse praedam diceret, denuciata capitis poena his, qui abdita biduo non reuelassent. Caetera argento altarium frontalia, atque abacos cum candelabris atq. calicibus conlari iussit. Postremo diuorum urbis tutelarium, Octauiani scilicet atque Victoris argentea simulacra, quibus uera capita ipsorum martyrum includebantur, ad hastam uenalia in foro proposita, ingenti cum luche ciuium muliercularumq. praesertim crebris euilatis, quae pietatis causq. conceptus uotis eminentem apertu paululum uertice sanctissimae reliquiae calcanti exosculari consueuerant. Hac in re ipso duce prudentior & religiosior in uniuersum miles est inuentus. Nam cum à Volaterranis omni pecunia expoliatis, capita redimi non possent, nec constarentur: ipsi milites ad illi religione, pecuniam in precium contulerunt, ferè serius, quod eorum iam alterum simulacrum aurea barba preciosius & magnitudinè augustius, ad quaestoris officinam delatum, propereque constatum fuerat. Violauit etiam atq. diripuit nullo pudore, nullaq. profus misericordia, publicam piamq. domum, in qua multa supellex collata fuerat, ab his qui egentes exiguo faenore res cariores oppignerare sub fide publica consueuerant: & cum cues publicos redditus cogendae pecuniae causa, quae militi praebereur, locupletioribus communis ad adicere uellent: Ferrucius licitationem fieri uocauit, quod Bartholomaeus Tedaldus ea in urbe praetor Florentinorum, imitatis & asper cuncta publica priuataq. ciuitatis, tanquam rebellis hinc respiceret, & nisi ad natum reipublice alienari non posse clamaret. Iouius lib. 28. Hist.

DE DONARIA, ANATHEMATA, THESAVROS SACROS.

Exempla generalia sub Tit. Templorum spoliatorum & direptorum, enarrauimus.

LYSIMACHVS, Menelai pontificis Hierosolymitani frater, relictus templi procurator, rapinis urbem & sacrarium exhaussit, ut fratrem Menelaum redimeret: qui in aulam regis Antiochi Epiphani erat uocatus, ut de non remissione argenti promissi diceret sententiam. Otto in urbe tumultu, ad defensionem sui tria hominum millia confestim armat: plebs autem omni ferramento militari spoliata, ligna, cements, puluerem, & quicquid aliud ira subministrabat, in hostes coniecit, sociosq. eius non paucos aut sternit aut uulnerat, reliquos in fugam uertit, & tandem ipsum Lysimachum iuxta aeternum obruncat. 2. Mach. cap. 4.

HELIODORVS quaestor Antiochi Epiphani Syriae regis, agmine stipatus militari, thesauros templi Hierosolymitani & pecuniam ibidem depositam compilauit, ad Deo seclerè uindice terretur spectro mirabili. Visus enim est equas armatus prioribus in eum pedibus insilire, iuxta quem bini satelites robusti, & ueste insigni splendidi, flagris continetibus eum ad terram strauerunt, ut lectica è templo efferretur semianimi similis. Hunc Onias pontifex suis precibus & sacrificio in integrum restituit. Monitus autem ab iisdem iuuenibus est, qui illum uerbere multarant, ut gloriam Dei passim praedicaret. Id Heliodorus uotis nuncupatis fecit, & quae sibi contigerant, regis inimicis imprecatus est. 2. Machabaeorum cap. 5.

Cum Hierosolyma à Tito obsideretur, IOANNES Gifcalensis Zelotarum princeps, ubi rapinae ex populo defuere, ad sacrilegium sese conuertit: multaq. donaria templi retinens, multaq. uasa diuinae rei ministerio necessaria, crateras, & lances, & mensas, ne urceolis quidem abstulit, quos Augustus eiusq. uxor miserat. Romanorum quidem Imperatores honorauerunt semper templum atq. ornauerunt: tunc autem Iudeus etiam alienigenarum dona distrahebat, ad socios autem dicebat, sine metu diuinis abuti debere, qui pro Deo, qui pro templo militarent, & ex ipso ali. Proptereaq. sacrum unum & oleum, quod d sacerdotibus sacrificijs referuabant, unum erat effudisse: namq. in templo & multitudini distribuit, & illi sine horrore ungebantur & potabant. Iosephus lib. 6. cap. 16. belli Iud.

Sub Tiberio Caesare quidam IVDAEVS (qui, ne legibus penas daret, metu solum uerterat) Romae agens, gerebat pro Mo-

pro Moisaicae legis interprete, adscitis in societatem tribus aliis per omnia sui similibus. His cum se in disciplinam dedisset Fulvia mulier nobilis, amplexa legem Iudaicam, persuaserunt ei ut purpuram & aurum in Hierosolymitanum templum mitteret. Illi accepta in proprios usus uerterunt, quò iam ante destinauerant. Id postquam Tiberius ex amicitia suo Saturnino ipsius Fuluae marito de iniuria coniugi facta quæsto cognouit, iussit uniuersos Iudeos ex urbe pel li. Ex quibus Confules delectu habito, quatuor millia militum miserunt in Sardiniam, plurimos etiam qui patria religione detrectabat militiam, affecerunt poenis grauissimis. Ita propter quatuor scelerosos, omnes Iudaei coacti sunt ut becedere. Ioseph. lib. 18. cap. 5. Antiq.

ANNO 637. thesaurus Lateranensis ecclesiae, qui omnium tum erat opulentissimus, ad eam diem intactus, à ministris est Imperatoris Heraclij, à quibus custodia ipso uerit, expilatus. MAVRICIVS chartularius, siue male erga ecclesiam animatus, siue ab Heraclio non bene sentiente impulsus, exercitum Rom. ad diripiendum Patriarchatum induxit. Caeterum fortiter resistebat clericis, Rauenna excitus Isaacius Exarchus, Romam adolauit, & solenni honore exceptus, primores ecclesiae, quasi superioris tumulus aut dres; in exilium egit, ne quis esset, qui conatis occurrere suis aut posset, aut auderet: & post dies aliquot in Patriarchium profertus, uectissimum totum exhaussit, omni genere donorum repletum, quae superiores Imperatores, Patricij & Confules S. Petro pro salute animarum suarum, ad pauperes subleuandos, redimendosq. captiuos uoluerant. Quas facultates cum Rauennam auertisset, partè inde ad Heraclium misit. Sigonius lib. 2. regni Ital. & Bond. lib. 9. Decr.

LEO III. Imp. neq. terrore belli Saraceni, neq. pestilentiae, factus probior, animum ad sacrilegium adiecit; urbisq. Romanae templa donariis, preciosissimisque sacrorum apparatus spoliari mandauit Marino Spathario. Cui etiam hoc imperauit, ut si inuirit conaretur obuiam ire pontifex Gregorius, ipsum caperet: aut si non posset, ferro ac ueneno tolleretur. Sed neutrum praestare potuit, defenso pontifice Longo bardorum armis. Cuspinianus.

LEO III. Imp. quum summo flagrarer gemmarum amore, nec ex prophano conquisitis expleri posset, ex Sophiae sacario abstulit coronam gemmis onustam, à Mauricio siue Heraclio olim Deo opt. max. dicatam: cauillo usus, Christum, cuius templum illud esset, pauperem, non gemmas probasse. Depromtam igitur coronam ex sacro auro & gemmis contextam, sacrilego & nefario capiti imposuit, sic se augustiore fieri ratus. Sed poena breui sequuta est. Caput sacrilegio pollutum, carbunculo intumuit, quo nomine ferat gemmas: pauciq. diebus ardentissima febre subsecuta, ut morbi consumtus, iustus sui sceleris luit poenas, impiu spiritum nefarius exhalans. Cuspinianus ex Sigeberto, Cedreno, Paulo Diacono lib. 23. Chrono Decadis 2. lib. 1.

ISAACIUS Angelus Imp. Graecorum, ea fuit audacia, ut sacra uasa profanaret, & templis aulica mensis suis adhiberet. In comestationibus quoq. & gemmis preciosis & solido auro, calicem instar facta donaria, quae supra Imperatorum monumenta pendebant, manibus uerbatur: & pleuib. insuperabilis elegantiq. quibus se leuitae & sacerdotis, cum sacra mysteria tractant, mundare solent, pro mallauis utebatur. Aufereret particulas de uenerandis crucibus, item ornatum maximi precij de immortalius Christi oraculis, iisq. pro monilibus & torquibus utebatur: ipsos uero eodiem Imperatoris stolis, quae nihil haberent admirationis, inuoluebat: & grauitur succensebat iis, à quibus monē batur, ea facta non expedire religio Imperatori, qui pietatem à maioribus accepisset: nec aliud esse, quam sacrilegium, eosq. ut manifestè deliros & honestatis ignaros agebat. Nicetas lib. 5.

BONIFACIUS VII. pontificatu malis artibus adeptus breui amissit, si quidem male parta male dilabuntur. Conspirant in eum plures boni, uno tempore, metuq. coactus urbem deserere, Vaticanæ aedis donaria compilauit. Byzantium inde profectus, tandem ibi fuit, quoad res sacras, furtu sublatas, per otium uendidit: ingentiq. pecunia ex nefaria illa auctione coacta, urbem repetit: eo consilio, ut ferret, ut profusa largitione tyrannum Romae ageret uerius quam pontificem. Reuersus, primum omnium Ioannem, supremi ordinis antistitem, qui se audacter foe diffidit, eius conatiuo opposuit, in suam potestatem redactum, luminibus priuatus, nec ipse multum inde superstes fuit, siue metu, siue poenitentia peracti sceleris, atrociter uitam sinuuit. Platina, & Sabellicus lib. 2. Enneadis 9.

ADELGISIVS, quem Pandulphus princeps Capuanus Cassinum ire, indeq. planetam, calicem Imperatoris, & alia ecclesiae ornamenta preciosiora pignori loco sibi adferri iusserat: dum man data domini exequi tentat, ad altare, ubi ornatu ille repositus erat, in faciem prociidit: & paralyticus e-

pilepsia correptus, miserum astantibus praebuit spectaculum: à quo morbo licet utcuq. liberaretur, oculos tamen & os distortum retinuit. Ipse uero princeps non tantum non inceptus destitit, sed & maiora contra fratres designauit. At post ipsius obitum, puer quidam uenatorius cum ferreis nexibus uinctum, & in coenoso & foetido lacu usq. ad guttur demersum, & restibus à duobus nigerimis spiritibus in profundum subinde demitti, & iterum extrahi uidit. Causam uero tam tetri supplicij ab eodem puero rogatus, respondit: Quod aureum calicem coenobio S. Benedicti eripuerit, & in agone mortis restitui neglexerit, obsecrans uxoria talia indicari, ut monasterio crepta bona reddat. Quod tamen mulier illa auara minimè praestitit. Chironicon Cassinense lib. 2. capite 62.

GVILELMVS Conquestor Anglorum rex, pecunias à templis aut coenobiis antiquitus depositas, pessimo exemplo tolli iussit, ac à uasis sacris ne manum quidem abstulit. Polydorus libro 9.

IOANNES Anglorum rex, Ricardus exhaustus impensis belorum, & maximam semper rerum consiliis, ad hoc infectus sacerdotibus ditionis suae, simul ira successus, quod ob non receptum in sacram Cantuariensem sedem Stephanu pontificem declaratum, & ipse à pontifice maximo coetu pium motus, & Angliae sacrificijs publicè interdictum fuerat, diuitias templorum in usum suum uerterat. Tandem claudibus fractus aduenientem Romanum legatum obseruantissimè excepit: ad eius pedes regia insignia posuit. Priuatus, & animo suspensus, quis se tandem exitus maneret, quinq. dies egit: sexto utingens munus, & propè desperatum beneficium à Romano accepit diademata: scq. beneficiarium, Angliamq. ac Hyberniam uectigalem sacrosanctae potestatis professus, Stephanum reuenter pontificem agnouit: iussit etiam quas facultates sacerdotum inuaserat, ac septem annis egerat toleratq. reddere: quae uero aut absumta, aut uiolata fuerat, eorum aestimatio fieret, quanti ante calamitatem fuissent: praesens precium sacerdotibus dissolueret. Proceres gentis iurcurando à Romano adacti sunt, se qua parte fide decederet, quacunq. ratione coacturos ut conuenta praestaret. Dum sacerdotibus studet satisfacere, cogebatur nouas rationes cogendi aui excogitare. Ea tyrannidis species uisa: & principes gentis, coitione facta, ad Philippum II. Francorum regem descieuer, hortati, ut rem Anglicam capefferet. Augustus abiuuit, quod induciae intercederet. Ludouicus eius filius obfidibus acceptis traiecit. Rex saluatus, Londinum urbem regiam recepit. Interea fato, an morbo, an animi dolore obiit Ioannes rex. Henrico eius filio aequiores fuere proceres gentis: eiq. contra iuriliurandi, quo se Francis addixerant, religionem, asfuerè aduersus Ludouicum, sic ut infusa Francus decesserit, domumq. regressus sit. Aemilius lib. 6.

MILES Francus sacrilegus, qui Rhemis è templo calicem rapuerat, cum accusaretur à D. Remigio episcopo; à Clodoueo Galliarum rege, licet gètili, propria manu interficitur. Aemilius lib. 1.

Orho Longus Bràdeburgensis marchio, tutor datus Venceslao IV. Boemorum regi puero, uicarium tutorem pupillo suo dedit EPISCOPVM Brandeburgensem, eiq. Pragæ firmum suorum praesidium reliquit. Is Marchione iam absente, coetum sacerdotum in arcè Pragensi egentium ad se uocat; cupitq. ab illis se deduci ad facellu, quod audiari splendore ex auro & gemmis ab Othocaro rege esse exornatum, uelle se illam magnificentiam Regis inspicere. Illi sine ulla suspitione, hospitem eum ad sacrarium deducit, atq. inde ad ostendendum promunt quicquid preciosissimum illic inerat, uestes grauioribus unioibus distinctas, aulq. auro textili intexta: hinc sigilla, effigiesq. numina, inde rursus calices, candelabra, phialas, pelues, & caetera utensilia sacris usibus destinata; ex auro solidò omnia ita elaborata, ut ars cum materia certare uideretur. Haec postquam ille satis spectasset, satisque opulentiam regiam laudasset, subito suspitum ex penitissimo peccatore ducens, quoad aurum ex pietate aspirabat, Dicite boni fratres, inquit, in sacro quid facit aurum, si illo ad usum necessarium non liceat uti? Nonne uestra leges uestriq. decantant canones, Aurum Ecclesia habet, ut egentibus eroget? Quid Rege uestro egentius? quid Regno miserius? in tantum uidelicet, ut in illo, ne Marchio quidem pro sua dignitate sustentari queat. Ut igitur tantis sumtibus, quantos ille pro uendo Regno quotidie infumit, copia suppetant, ex ista rerum copia praesente, aurum illi mutandum erit. Percussos hoc sermone, conturbatosq. ut uidit deductores, exire acturum illos foras iussit, domumq. reuerti. Ipse cum clientibus suis remanens, quaecumq. caetera exposita erant, illa abstulit, ac praedam cum Marchione partitus est. Ferebat ea grauisimè Tobias Pragensis episcopus: nec tamen quid aliud faceret ipse penè exul habebat, quam ut sacrilegum perletraras mior-

ras moneret, uideret quid ageret, daturus breui male gesto- rum rationem Pontifici Romano, eidemq; meritis sacrile- legij pœnas. Tum ille etiam istiusmodi minis irritatus, mul- to magis insanire, nec solum fana sacrariaq; expilare, sed i- plos etiam sacerdotes cum plenis horreis, cellisq; uinari- is, & caulis pecorum euertere, atque in primis colonos ad ditionem Tobiaë pertinentes uexare, grauitatibusq; oneri bus illos, quàm ferre possent, premere, Marchione ad iniu- riarum querimonias furdo, mucosq; Dubrauius lib. 18.

Anno 1468. promulgari iussit Paulus II. pontifex plenarias in- dulgentias in subsidium aduersus perfidos Boemos. Perue- nere nuncijs Lubicam. Constituta est, quæ fidelium in ecclē- sia caperet & seruaret cleemosynas, cistella: sed erant qui no- ctibus piscarentur bituminatis uirgulis, ut parum aut nihil eo in loco permaneret. Cranz. lib. 13. Vand. cap. 1.

PAVLVS Græcus cum à Bamba Gothorum rege descisisset, Hispaniarumq; regis nomen usurparet, ac præter multa a- lia impie facta coronam quoque in urbe Gerunda à Bam- ba rege sancto Felici dono datam de templo tulisset, haud diu post perpetrati sceleris pœnam tulit. Captus enim à Bamba, à quo rebellarat, Nemausi urbe Gallica, atque To- letum in Hispaniam perductus, piceo diademate coronatus, luminibusq; oibatus, non sine magno eorum qui ho- minem uiderant ludibrio; camelo cum ferenti auerius in se- dit. Fulg. lib. 1. cap. 2.

STAMATVS homo Cretensis, sancti Marci thesaurum Ve- netiis expilauit. Volat.

ALFONSVS VII. Aragonum rex, Castellæ regnum, Vrracæ reginæ se fe repudiatæ dotali, retinere uolens, bello civili occasionem dedit. Inopia stipendiosum ad sanctuarium mi- sit manum, & thesauros auri & argenti, & preciosorum lapi- dum, quos Regum & Reginarum deuotio dedicauerat, ma- nu factilege usurpauit, & etiam possessiones oblatas à Re- gibus confiscauit. Et in præfens quidem uictor, sed post ab Saracenis uictus disparuit, aliis casum & plebeia more tu- mulatum, aliis præ ignominia dolore in cœnobio inclu- sum afferentibus. Rodericus Toletanus libro 7. rerum Hi- spaniæ, capite 3.

VRACÆ reginæ in Hispania, cum in bello, quod aduer- sus filium Alphonsum gerebat, pecunia deesseret, & sancti Ili- doxi in Legionis urbe Hispaniæ fatum spoliare decreuisset: cæteris contingere sacros thesauros reformidantibus, ipsa manu sua multa auferens, dum templo egreditur, motu- na concidit. Fulgofus lib. 1. cap. 2.

LAMEDON Ilium extruxit pecunia sacra, cum Apollinis & Neptuni templa, quæ in arce erant, compilasset, eaq; cū- scenore se restitutum pollicitus esset. Hanc ob causam Ne- ptunus & Apollo Ilij muros extruxisse finguntur, & mer- ce de à Laomedonte fraudati fuisse. Hæc ex glossographo Pin- dari, in hymno Olymp. 8.

Hominem QVENDAM aiunt sacram pecuniam, quam in pha- no Delphici Apollinis compilasset, abdidisse in ea Parnas- si parte, quæ maximè esset syluestribus arboribus conden- sa. Lupum uero in dormientem impetu facto, illum occidit- set: ac deinde cotidie cum ululatu solum intra urbem pene- trare. Id cum non nisi diuinitus fieri existimare Delphi cœ- pissent, feram secuti, aurum sacrilegio ereptum repererunt, & ad rei memoriam lupum ex ære dedicauerunt Apollini. Pausanias lib. 10.

De templo quod erat in Delphis, scribit Ephorus, & illius fili- us Demophilus libro Hist. 30. quod Onomarchus, Phayl- lus, ac Phalæcus Phœtenses, non solum omnia quæ Dei e- rant, abstulerunt, uerum etiam eorum MVLTITVDINES Eriphy- læ ornatum sustulerunt, quem Alcæon in Delphis Deo iu- bente deposuerat, & Helenæ monile, quod deposuerat ME- NELAVS. Incidit autem ob ornatum huiusmodi conten- tio inter mulieres, quodnam spoliū quæque fortiretur. Quibus forte distributis, quæ Eriphyles monile obtinuit, in cæstra per omne tempus iuxit: at quæ Helenes, cum iuue- nem Epiroticum quendam amasset, unâ cum illo aufugit. Athenæus lib. 6. cap. 4.

ARISTO Octogus, mercenariorum militum ductor, Eriphyles mundum Charonæ depositum annuentibus tyrannis sustu- lit, atque uxori tulit donum. Cuius filius in matrem nescio qua de causa inflammatus, ignes rectis subiecit, cum Æolusq; simul cum eo concremauit. Plut. de tarda Dei uindicta.

Apud Athenienses, cum puer laminam, quæ ex Dianæ coro- na deciderat, sustulisset, in iudicium adductus est. AREO- PAGITÆ igitur crepundia, talos & laminam auream pro- posuerunt puero. Qui cum ad aurum inclinaret, plexus est, tanquam sacrilegus: neq; ærati ueniam dederunt, sed flagi- tum & scelus uindicarunt. Aelian. lib. 5. de Variâ historia.

In Aesculapij sanū QVIDAM furim penetrauerat, qui dona aurea & argentea minis ampla surripuit, ac fallere ratus inde se subduxit. Custos delubri canis, nomine Capparus, ubi iarrantē nullus ædituorum exaudiuit, profugientem sa-

crilegum insectabatur: ac primū, quamuis lapidibus pete- retur, non reliquit hominem. Vbi diluxit, non applicuit se- propius, sed in oculis illum serenas sequebatur. Si ille obui- ceret, dscam, non attingebat: si somnum caperet, iuxta pe- noctabat: quando iter ingrediebatur, exurgens denuo con- sectabatur: uiatoribus, qui se offerebant, adulabatur, illum allatrabat, infababatque ei. Quæ cum intellexissent, qui fu- rem confestabantur, ab occurrentibus, qui & colorem referebant & modum canis, acris insectati, adeptique eum, retraxerunt à Crommyone usque. Canis in regrediendi- do antecurrebat gestiens & ouans, quasi prædam & captu- ram suam faceret sacrilegum. Quæ de causa alimenta ei pu- blicè sciuerunt, & ut perpetua eius cura sacerdotibus man- daretur. Plut. de Animantium comparatione.

Cum IPHICRATES dux Atheniensis cum classe circa Cor- cyram uersaretur, Dionysijq; Syracusarum tyranni nauis, quæ Delphos & Olympiam signa facta ex auro & ebore deuehebant, apprehendisset, misisset; ab Atheniensi popu- lo quaesitum, quidnam in ea re agendum eis uideretur: A- thenienses responderunt, Laborandum non esse ei in teris diuinari respectus, sed prospiciendum, quomodo milites suos sustentaret. Iphicrates ciuitatis suæ uoluntati obsequi- tus, capta deorum ornamenta uendidit. Propterea tyran- nus in Athenienses commotus, epistolam hanc eis scripsit: Dionysius senatu populoq; Atheniensi salutem scribere, minime decere existimauit. Contra deos & mari & terra fa- crilegia committitis: statuas quidem à nobis, ut diis dica- rentur, missas, & rapuistis & confastis: neq; in deos maxi- mos, Apollinem scilicet Delphicum, & Olympicum Iouem, scelus impium adeo patrare ueriti estis. Diod. lib. 16.

AGATHOCLES Syracusorum tyrannus ad Liparenfes, clas- se inuectus, exegit ab eis (nulla proffus prouocatus iniuria) argenti talenta quinquaginta. Postulantibus Liparenfibus, ut sibi ad reliquam pecuniam soluendam tempus daretur, se- q; sacris donariis nunquam abufos fuisse dicentibus: A- gathocles coegit eos curiæ dare pecuniam, cuius pecuniæ pars Aëoli, altera Vulcani inscriptionum habebat, eaque sumta protinus soluit. Sed coorto uento, nauium decem collisæ sunt, quæ pecuniam portabant. Quamobrem uisus est multis Aëolus (qui circa illa loca uentorum dominus esse dicebatur) protinus in prima nauigatione ab illo sum- sisse pœnas: Vulcanus uero in eius obitu, dum tyranno con- ueniens eius impietati supplicium irrogat in parua, uiuum candentibus carbonibus comburendo. Diod. lib. 20.

Cum oppidum Tolosanum in Gallia QVÆPPIO consul diri- puisset, multumq; auri in eius oppidi templis fuisset, quis- quis ex ea direptione aurū attingit, misero exitu perit. Gell. lib. 3. cap. 9. Strabo admonet hanc pecuniā Tolosana Del- phicæ pecuniæ partem fuisse. Brennus enim Praufus natio- ne, Tectofagis auxiliantibus, Delphos incursum: deinde, quem admodum refert Iustinus libro 22. cum Tectofagi se in antiquam patriam Tolosam recepissent, pestilentia la- borare coeperunt: qua non prius sunt liberati, quam haru- spicum responsis moniti, aurum argentumque sacrilegio quaesitum, in Tolosensem lacum mergerent. Quod omne multo post tempore Cæpio Romanus consul abstulit. Is à Cimbris cum XX C millibus ad Rhodanum caesus est. Erās autem auri pondus C X millia, argenti pondus quinquagies centum millia, teste Iustino lib. 22. Tolosani enim ex priua- tis fontibus auerant sacram pecuniam, ut magis deum re- conciliarent. Transiit inde Tolosanum aurum in prouerbi- um, uelut res infausta habentibus. Erasmus in Adagijs, & Sab. lib. 8. En. 5. & Bonfin. lib. 4. Dec. 1. ex Strabonis lib. 4.

M. CRASSVS, cum contra Parthos exercitum produceret, pe- cunias templi Hierosolymitani, quas Pompeius non attinge- rat, duo millia talentorum abstulit; nec non & totum reli- quū aurum usq; ad octo millia talentorum. Tulit etiā trabē aureā uersatilem, trecentas minas pendentem. Mina uero apud Iudæos duæ & semis libræ existimantur. Tradidit ue- ro ei hanc trabem custos pecuniarum, Eleazarus sacerdos, non maleuolo animo, sed dū commissa fuisset ei custodia uelorum templi, quæ mira pulchritudine resplendebat, in hac trabē pendentia, & Crassum uidisset templi aurū colligere, ueritus, ne templi omnem ornatum auferret, auream ei tra- bē pro redemptione omnium dedit: iusiurandum ab eo exi- gens, nihil aliud de templo surrepturum. Auream hanc tra- bē lignea superficies circum dabat, ita ut lateret. Crassus uero accepta trabē, fidem non seruauit, & templum omne spoliauit: cuius perfidiæ pœnas dedit, caesus à Parthis cum exercitu, & auro per os eius infuso: ut quo uiuus præ auaritia non poterat, uel mortuus auro satiaretur. Iosephus li- bro 14. cap. 13. & Sabell. lib. 7. Ennea. 6.

Cn. Pompeij tertio consulatu, duo millia pondus auri de Capi- tolino Iouis folio surrepta perire, à Camillo ibi condita. AEDTVS custodia eius cōprehensus, fracta in ore au- ri gēma statim expirauit, & in dicitū ita extinctū. Plin. l. 33. c. 1. LSYLIA

LSYLIA Athenas cum Mithridate facientes pertinaciter ob- sidens, quia ingentem pecuniam bellum postulabat, mouit sacros thesauros Græciæ. Atq; hinc Epidaurum, hinc Olym- pia deserit ad se iussit pulcherrima & preciosissima dona. Ad Amphictionas quoq; Delphos scripsit, rectè facturos ipsos si ad se misissent Apollinis thesauros. Aut enim hos in secu- riorè apud se custodia fore: aut si consumisisset eos, nō redi- turum se minus. Itaq; ex amicis Caphim misit Phocicem cum mandatis, ut singula ad pondus acciperet. Venit qui- dem Caphis Delphos, sed attingere dubitauit sacra: quin- ciam coram Amphictionibus maiorem in modum impo- sitam sibi necessitatem deplorauit. Cum iactarent nonnul- li, se citharæ sonum ex adyto audisse: id, siue credidit, siue quod religionem animo Syllæ offerret, scripsit ad eum. Ille ludens mirari rescriptis se Caphim, qui non intelligeret, gau- dentis esse, non indignantis cantum. Ne ergo capere dubi- taret, ut pote deo propitio & dæte. Ac reliqua quidem, quæ inde exportata fuere, uulgus præterierit Græcorum. Doliū uero argenteum, quod residuū adhuc erat ex donis regis, & cum ferre iumenta ad pondus & molem non ualerent, cō- acti sunt Amphictiones id cōcidere. Plurarchus in Sylla. Ut facilegij infamiam redimeret; dimidiā agrī Thebani par- tem diis adiudicauit. Sed Romanorum liberate crepti a- gnum, postea Thebani receperunt. Pausanias in Bœoticis.

NERO Cæsar, tempore Caphim, dona dextraxit, simulacraq; ex auro uel argenteo fabricata conflauit: in his penatium deorum, quæ mox Galba restituit. Suetonius.

GRIMMERVS Suceonum & Gothorum tyrannus templum deorum suorum apud metropolim Vpsalam, ditissimum, & cæcina aurea undiq; cinctum spoliari, ut quem admo- dum ante ipsum nihil erat intus aut foris in eodem templo, quod non undiq; auro tegebatur, ita postea nihil relictuū fuit, quod saltem colorem præ se ferret auri uel argenti. Io. Magnus lib. 4. cap. 3.

TORILLVS, siue Totillus, Gothorum & Sueonum rex, post Ericum III. ex delubris deorum, qui apud Vpsalam cole- bantur, omnes thesauros eripuit, omniumq; ciuium fortun- nis perinde ac publicis prædæ insidiabatur. Quo effectum est, ut Haraldus Danorum regi congressus, à suis, quibus a- uarū & crudeliter imperauerat, deferretur, uitaq; ac impe- rio priuaretur. Io. Magnus lib. 8. cap. 43.

IMPENSAS, EXPENSAS SACRAS.

ANANIAS & SAPPHYRA cum partem bonorum suorum suppreffisset, reliqua ad Apostolorū pedes deposuissent, eo- q; Spiritui sancto mentiti essent, morte subitanea perierunt. Duo fratres ex monasterio D. Andree, quod Romæ est, tran- smissi sunt, qui aliquid emere pro monasterij utilitate debu- issent: unius iunior, qui prudentior uidebatur, alter SENI- O R, qui custos iunioris esset. Perreperunt utriq; & de pre- cio quod amiserunt, ipse qui custos missus fuerat, nescien- te altero, furum fecit. Qui ipse statim, ut ad monasterium sunt reuerfi, atq; ad oratorij limen uenerunt: arreptus à dæ- mone superius, cecidit, & uexari cepit. Dimissus autem à dæmonio, concurrentibus monachis requisitus est, aum foritan de eo quod acceperat furum fecisset: negauit, & iterum uexatus est. Dimissus atque iterum requisitus, nega- uit, atq; iterum uexatus est. Post octauam demum negatio- nem & uexationem confessus est, numos quos furto abstu- lerat. Et agens poenitentiam, prostratus, ulterius dæmonii non sensit. Greg. lib. 9. epist. cap. 38.

Athenis sepulcrum Palladis conficiendum PHIDIAE fa- bro locatum fuerat: cui tum operi exequendo curandoq; præfecere Periclem Xanthippi. Quidam uero ex ministris & cooperarijs Phidiæ subintructi, & ab inimicis Peridis adducti, ad aras deorum confugere. Cumq; propter rei no- uitatem prouocarentur, dixerunt: Se ostenturos ingens pe- cuniæ sacratæ: æs à Phidia sacrilegio subreptum teneri, id- que patratum adiutore tum locati operis præfecto Pericle: Conuentu itaq; eo eam rem congregato, Periclis aduerfa- rij populo suadent, ut Phidiam comprehendendū iubeat: tum ipsi Periclem sacrilegij indicati insimulant. Ad hæc Anaxa- goram; quod Periclis præceptor esset, calumniis laceffere ac criminari, quod de diis impiè sentiret. Quibus calum- nis Periclem eadem disciplina imbutum & eidem impie- tati obnoxio ostendere. Pericles, ne Phidiæ sacrilegio inuol- ueretur, bello Peloponnesiaco, quod per triginta annos du- rauit, & Græciæ uires pessunderit, ciues suos inuoluit. Pla- tarchus in Pericle.

REDDITVS, PRIMITIAS, DE CIMAS.

CLOTHARIVS rex edicere, ut omnes ecclesiæ regni sui tertiam partem fructuū sisco soluerent: sed tamē obiurgatus

ab episcopo Iniurioso, id retraxit. Turonen. li. 4. Hist. c. 1. CAROLVM Martellum, Gallorum regem, propterea quod tempore belli ecclesiarum decimas militibus distribuerit, in infernum cū corpore & anima de se descendisse aiunt: & aper- to sepulcro eius per Aurelianensem episcopum, septemtem inuentum esse miræ magnitudinis, in Chronico de ducib. Bauariæ annotatur, & in Chronico Martini. Acmilus li. 2. Halberstadensis episcopus BYCARDVS decimationes Sa- xoniæ, quæ ad monasterium Hersfeldense pertinebant, sibi uendebat ratione episcopalis regiminis. Abbas eius cœ- nobij Megintherus, iubet episcopo per Fridericum Palati- num indicari, cum ad furta restituenda nullo iure adduci posset, breui instare tempus, quo coram Deo esset hæc cau- sa diiudicanda. Moritur paulo post abbas. Et cum episco- pus eius rei gratia synodum indixisset, in itinere lapsus de- equo, domum relatus est: ubi tum suos domesticos, tum e- piscopos se uisitantes rogauit, ut decimas istas absq; mora cœnobio restituerent. Se enim iniulitæ pœnas iam lucrè. Anno Domini 1059. Schafnaburg.

HENRICVS Spirensis episcopus, quum thesauros suæ Ec- clesiæ penè omnes puerili leuitate dilapidasset, & prædia militibus suis erogasset; in tantum ut uix in dimidium an- num sumtus ei ex redditis, Ecclesiæ ministrari possent: in- opinata morte subtrahus est. De cuius obitu dignam me- moria uisionē uidit Clericus quidam, qui ei defuncto proti- nus in episcopatum successit, nomine Huzmannus. Putabat se in choro Spirensi cum episcopo & cæteris clericis stare: & ecce, ingrediebantur eorum tres uiri, unus ex aëta etate, canicie ueneranda: duo iuuenes, tanquam in obsequium senioris destinati. Cumq; in medio chori aliquandiu taciti cōsistissent, ait senior his qui circa se erant iuuenibus: Quid- tar datus, quod uobis iustum est explere? At illi: Tuū (inqui- unt) pater est, primò aduersus eum dictæ sententiā, & nos sine dilatione quicquid indicaueris, exequemur. Et ille: Pro- pter multa (inquit) mala quæ in locum hunc, & in sanctam Dei genitricem operatus est, egressa est à Deo sententia, ut interficeretur. Ad hanc uocem corripientes episcopū, decol- lauerunt: & truncum in ligno crucis, quod in eadem ecclesia in sublime clarum stabat, suspenderunt. Cumq; mane factò clericus ingenti horrore concussus, episcopo somnium re- tulisset, uisus est ei quasi deliramenta loqui: & propter inco- lumitatem corporis sui, optimeque constantem omnibus membris uigorem suum, nullum tam è uicino imminens exitij sensum admisit, Septimio post die cum ad uespertinā synaxin cum fratribus in choro staret, sensit repente paru- lam sibi, instar puncti, pustulā in collo excrescere: qua paul- latim in immensum intumescere; ante mediam noctem defunctus est. Schafnaburgensis, sub annum 1075.

Ioannes Myraz, Iuris pontificij doctor, Olomucensis episco- pus, non contentus ecclesiasticis bonis, oppida & arces per libidinem distrahere, à sacris etiam uasis suppellectileq; ec- clesiastica non abstinere. Sed dum se ob religionem sancto- rum ossa & reliquias ueneratarum fingit, in gdes sacras ma- tricis ecclesiæ se introritti prope noctis crepusculum peti- it, fatellitumq; stipatus caterua, res ecclesiæ abstulit, captas effregit, magna inde ui auri & argenti subduta. Quinetiam postquam arcem Hulkenyald contra inhibitionem summi Pontificis Sigismundo Cæsari tradidisset, maioremq; par- tem bonorum ecclesiæ uel alienasset uel oppignoraasset: ar- cem Myrou duntaxat pro usu suo & molendinum in Crem- fir retinuit: unde & prouerbum inoleuerat, ex Episcopo O- lomucensi molitorem Cremfircensem effectum. Moritur a- nathemate damnatus, ac corio bubulo inuolutus, in domo sua Episcopali sepelitur: obtenta tamen post mortem abso- lutione, exhumatus, ante eum locum, ubi sacrilegium com- miserat, in ecclesiā reconditur. Augustinus Morauus in Ca- talogo episcoporum Olmucensium.

Cato libro 1. Originum ait, MEZENTIVM Rutulus impera- se, ut sibi offerrent, quas diis primitias offerrebant: & Lati- nos omnes similis imperij metu ita uouisse: Iupiter, si tibi magis cordi est, nos ea tibi dare potius quàm Mezentio, u- ti nos uictores facias. Ergo quod diuinos honores sibi ex- egerat, merito dicitur est à Vergilio contemtor deorū. Hinc pia illa insultatio sacerdotis, Aeneid. 11.

— Hæc sunt spolia, & de rege superbo Primitiæ, ut nomine contumacia, cuius pœnas luit, raptas de eo no- tare ex uita. Macrobius lib. 3. cap. 5. Saturn.

SIPHNI non insulam modò, sed multorum etiam è me- diterraneis ditissimi fuerunt. Ac dum decimas ritè Delphos mittebant, ut oraculo iussi erant, opes eorum crescebant, argentifodinis inuentis. Cum uero primitias mittere desi- uissent, æstus maris opum affluentiam illam demerit. I- taq; ad egestatem insularum, & extremam penu- riam sunt redacti. Pausanias in Phocicis. Suid.

IMPII IN DIES FESTOS, PROFESTOS. VEL

NEGLIGENDO. Propter idololatriam, impietates, & neglecta Sabbata, IV-DÆI à Nabucodonosoro rege Babylonem abducti sunt, & terra LXX annis inculcata iacuit, ut interea suis frueretur Sabbathis, & feriretur. Id quod multo ante per Moysen minatus fuerat. 2. Paralip. 36. Greg. Turonensis cap. 81. de gloria Confessorum scribit de Mariano eremita, cuius festum quotannis celebrari solitum fuit, quoddam aedes CIVIS DAM (qui propter domestica negotia & necessarias occupationes ad festum ipsius diem non aduenerat, commonefactusque à vicino responderat: Melius esse domi opera facere necessaria, quam talem sanctum colere, de cuius salute ambigatur incenderit, & flammis ultricibus absumferet: ita tamen, ut ignis non nisi in ipsius aedes grassaretur.

PROFANANDO. VEL CONVIVIIS.

Antiquitus in hoc dabantur agricolis feriat dies aliquot, ut lusu resicerent lassitudinem. Admisserunt autem religionem, quod moderatores essent lusus. At hodie CHRISTIANO RV M uulgus feriis, olim ad pietatis usum institutis, in comotationes, in cortia, in alcas, in rixas, in pugnas, abutitur: nec ullo tempore plus committitur flagitiorum, quam quo maxime conueniebat à flagitiis abesse: nec unquam magis imitantur ethnicos, quam cum præcipue Christianos oportebat agere. Cumque palam sit, rem iuuanda religioni repertam in religionis perniciem uergeri: tamè haud scio, quo consilio, quotidie feriæ adduntur feriis, cum potius conueniat prudentes imitari medicos, qui pro ratione morborum nuntiant remedia, tantum illud ceu scopum spectantes, ut bonæ ualeatudini conferant. Non quod damnandas existimem Christianorum ferias, sed quod in immensum nolim excedere: & paucas eas, quas instituit præcorum auctoritas, ad id conuerti cupiam, ad quod repertæ sunt. Nam uere Christianis omnis dies festus est: malis uero, quæ maxima curba est, festi dies minus festi sunt quam prophani. Erasmus in Adagiis.

Apud RVTHENOS uiri præstantiores peractis sacris ebrietas & comellationibus festos dies consumunt. Cuius artificesque diuinis peragendis interesse solent: quibus peractis, la botibus domesticis, cæterisque negotiis incumbunt, dicentes, Feriari & à labore abstinere dominorum esse. Guagninus in descriptione Moscoiæ.

CHOREIS.

Henrico II. imperante, in Cholbeke uilla Halberstadtense, nocte Dominica Natiuitatis, in cœmeterio sancti Magni, iuuenes & uiri cum feminis, inconcinnis clamoribus ebrii duxere choreas. Rogati à sacerdote sacra facturo, ne diuinum officium interromperent, nihil fecerunt minas. Ille ad impatentiam uentus, correptusque zelo & indignatione diuinæ iniuriæ, & contemptus in religionem, Quando, inquit, mecum diuina religio contemnitur, sit uobis circuitus ille annalis. Ex inde ultio diuina contumaces insequitur: sine cessatione, sine ulla quiete, per dies & noctes, absque cibo gyabantur. Miserum spectaculum, dum rotarentur gyantes. Stupere qui uiderant. Aliquot sancti uiri interposita prece orabant pro illis: nihil minus gyabant. Sororem suam quidam extrahens de circulo gyantium, brachium fertur euulsiisse: illa perseuerabat gyrans. Impressere alta terre uestigia. Anno demum euoluto quicquere. Maior pars spiritum efflauit: pauci qui superfuere, recreati, insigni se penitentia macerant. Cranzius lib. 4. Saxoniam, cap. 33.

INAVOYRATIONE.

VITELLIVS Imp. omni diuino humanoque iure neglecto, Alieñsi die pontificatum maximum cepit. Suetonius.

CONFLICTV. CERTAMINE.

Dicentibus Iudæis NICANORI, Est Dominus potens in cœlo, qui iussit agi septimam diem solennem: ille infelix respondit, Et ego potens sum super terram, qui impero sumi ar-

ma, & negotium regis impleri. Sed perit cum armis suis. Libro 2. Machabæorum cap. 15.

Honorius Imp. Alarico Westgothorum regi sedes in Gallia habitandas dederat. Ad quas cum proficisceretur, Silico per SALVVM Iudæum sacro Paschatis die Gothos, festi religione securius agentes inuasit. Rex postea quam præter datam fidem hostem esse armatum cognoscit, elata uoce deprecatur per Christi fidem, si humana non ualeat, ut eo die prælio abstinere, & in crastinam lucem expectet. Quibus uerbis Iudæus magis prouocatus, acutus insitebat, atque urgebat. Romani uero in summam admirationem ducebantur, cum uiderent neminem Gothorum armatum progredi, sed uulnera potius, mortemque pati, quam arma capere, id quoque unum agere, ut uocibus & manibus in cœlum leuatis, diuinam opem obtestando, auxilium ex alto poscerent, admirandum cunctis seculis exemplum relinquentes, quod potius mori, quam se defendendo Christianæ ecclesiæ festum uiolare uoluissent. Cæterum impellente Iudæo, & pugnam magis atque magis accedente, motus in uindictam Deus, animos Gothorum tum impietate, tum perfidia Romanorum oppressos erexit, sic ut perfidi Iudæi cum flore exercitus perierint. Alaricus Romam ducto exercitu, captam diripuit. Io. Magnus lib. 15. cap. 9.

OTHON. Paschatis festo non aulicos tantum, sed & principes imperij epulo magifico excipere consueuerat. Cum dapces regio luxu inferrentur, puer nobilis cuiusdam, fame urgente, manum patinæ immisit. Id egre ferens dapifer, alapam pueri impexit. Pædagogus pueri ira percitus, dapiferum transdidit. Nec mora ab ipso Cæsare, cessantibus reliquis ob diem festum, comprehensus, tanta ui relinatus est, ut nisi satellites interuenissent, Othonem ipsum interfecisset. Iamque in uincula pædagogus ducebatur, lætæ maiestatis reus. Cæsar uero se fecum alius percipia, Nil grauius committatis in eum, inquit. Vtrius maius delictum? Ego resurrectionis dominicæ, ille maiestatis imperatoris oblitus est. Præstat ergo, non iudicare, quam iudicari. Ioannes Paulus in locofertis.

MAGNVS Danorum rex, cum præter sacerdotum monita, qui differri rem periebant, in die Pentecostes cum hoste confluxisset, occubuit. Helmoldus cap. 52.

MECHANICA OPERA.

Israelitarum QUIDAM, qui contra præceptum Domini in die Sabbathi collegit ligna, lapidatus est. Num. 15.

In Gemblacensi parochia QUIDAM summa coactus in media, cum diuersi generis frumenta moleret Dominica die in familiaris usum, contra expectationem farina ardere uisa est: iusta Dei indignatione, haud dubie posteris in exemplum, ne quis Sabbatum temere prophanaaret. Anno Christi 1266. Vincent. lib. 26. cap. 46. & Continuator Sigeberti.

QUIDAM Aurelianensis, quum in uincam suam sese conferret laboraturus, die festo Auiti abbatis Carnotensis, admonitus à reliquis ne id faceret, quamprimum manum operi admoit, facies eius contorta ad tergum (scilicet à spiritu homicida) est conuersa. Tremebundus igitur, spectante magna hominum multitudine, basilicam Auiti ingreditur, deprecans culpam: & paucis diebus post, ut facies in suum locum conuerteretur, impetrat. Greg. Turonens. lib. de gloria Confessorum, cap. 99.

NVGIS.


OLAVS Succia rex, Christianæ religionis obseruantissimus, cum die Dominico cogitationibus grauat obambulare, ac baculum quandam forte fortuna cultro raderet: admonitus ab adstante per iocum de uiolatione sabbathi, non leuiter in se puniuit admittum. Schidia enim collegit, manūque suā impostas iussit incendi, ut se ulcisceretur, quod contra diuinum præceptum incautus admittisset. Cranzius lib. 4. cap. 8. Metropoles.

ABOLENDÓ.

Huc festa sacra abolita, sublata.



LIBRI DECIMI TITVLORVM DISPOSITIO.



Voluminis Decimiseptimi Liber X. DE IMPIETATE Correctiua.

IMPIETAS CORRECTIVA NIMIA erga Seipsum.

OB MALEFACTVM, Peccatum.

Huc refer Tit. Desperationis, Item, Qui sibi ipsi mortem consciverunt.

OB BENEFACTVM. POENITENDO RECTE FACTA.

Tempore Iustiniani Magni Imp. Constantinopoli Dives qui cum ægrotaret, mortemque timeret, XXX libras argenti in pauperes erogauit. Relictus autem præter spem suam bonæ ualeatudini, fraude diaboli eod est inductus, ut facti eius ipsum poeniteret, hocque quidam fideli ac diuiti suo amico aperiret. Monet iste hominem, ne huic malæ assentiat cogitationi, Deumque iritet, qui cum miseratus sanitate do-

nauerit: alio qui forte, ut subita morte nondum mutato facto percat. Cum non moueretur ille, sed magis magisque quiritaretur: Amicus, quando (inquit) salutare consilium non admittis, aliud tibi subiciam. Postcenti hoc, uerè misericors ille: Agedum, ait, in templum abi, & non te, uerum me ista in pauperes elargitum fuisse pecuniam dicito: ipse tibi statim XXX illas libras reddam. Conficiens infelix ille ad templum abiit, auroque accepto ita uti alter præceperat locutus est: inde egrediens, ad ipsam templi portam mortuus concidit. Clericis ad rei nouitatem stupentibus, omnibusque aliis, qui tum forte aderant, iubentibusque alterum pecuniâ recipere suam: ille non obtemperauit, sed omnem inter ego nos diuisit, quod diceret Deum non pari fannas. Cedrenus.

IMPIETAS CORRECTIVA IMMODICA erga Alios.

Consule Tit. Nimia uindictæ. Vtrium in excessu puniendi, uel personarum rationem habet, ut qui puniunt, cum punire non deberent: uel certe quantitas supplicij, quod proportione maior est, quam quod impietati tali conueniat, & sic ad iram immodicam pertinet. At quia Religionis zelus, qui non est secundum scientiam, uindictæ fomitem subicit, eate nus huius erit loci.

PERSEQVENDO.

Persecutio hæc proprie religio dici debet, tum subiecti religiosi causa, quia contra hominis religionem exercetur: tum finis, quia propter religionis profanationem suscipitur. Huc igitur pertinet & impiis qui pios, & pios qui impios, sed crudelius quam deceat, persequuntur. Exempla plerique ex historia Ecclesiastica Seculari desumpta sunt, ex religionis diuersitate distinguenda.

ETHNICI IVDÆORVM PERSECVTORES, OB RELIGIONEM.

Iosua mortuo, Nunis I. Israelitarum duce, & omnibus iis, qui Domini miracula in subigendis gentibus uiderant, extritit aliud hominum seculum, quod & Dominum & Domini fa-

cta erga Israelitas ignoraerit, Dominoque relicto, Baales & Astarothum coleret. Quare iratus Dominus, tyrannus eos diripiendos tradidit uicinofo populorum. Iudicum cap. 2. Primum CHVSANRA SATHAIMO Mesopotamiæ octo annis fetuerunt. Liberati ab Othonie Cenezi F. Calabi fratris, annis 40. libertatem retinuerunt. Inde rursus ab EGLONE Moabitum rege opprest, annis 18. ei fetuerunt. At liberati ab Aodo Geræ Fotum habuere 80. annis. Iudicum 3. Eo mortuo, à IABINE Chananeo rege Haboris uiginti annis opprest sunt: cuius copiarum dux erat Sifara, 900. currus ferreos habens. Sifara exercitum ad internecionem cæcidit Baracus Abinoami F. iussu Deboræ mulieris fatidicæ, armatus X millibus Nephthalensium & Zabulonorum ad motem Thabor & fluium Cifonem: Isael uxor n N N n Hebris

sa ratione, quam superiores Imperatores, persequi cepit. Nam cum supplicii & tormentis eos non modo frangi, sed & confirmari animaduertisset, primo quidem Christianorum filii literarum cultu interdixit, ne eruditione instructi Ethnicos utementibus oppugnarent. Deinde uero pagano sum religionem totam ad Christianorum mores & ceremonias attemperauit, ut similitudine rituum incauti Christiani facilius deciperentur. Interdixit Christianis, ne militiam gererent. Grauius exactioibus Christianorum opes exhaufit. Christianorum legationes, iniurias acceptas ad eum deferentes, eosq; a quibus laesi essent accusantes, non admittit, nec opem tulit: quemadmodum se id futurum Nisibenis, quod Christiani omnes essent, mirabatur. Atq; ut uerbis in terribi percussores & iniurias reprehendere uideretur, re tamen ipsa ad seuitiam magis incitabat. Sozom. lib. 5. cap. 3. & 15. Cum his artibus parum se proficere animaduertit, ad caedes quoq; conuersus est, quas maxima cum crudelitate executus fuisse, si e Persico bello incolumis rediisset. Nam & theatrum Hierosolymis extrui iusserat, in quo reuerfus, episcopos, monachos, omnesq; sanctos a bestis lanari spectaret. Sed miserè perit. Theodorētus lib. 4. cap. 2.

Sub Iuliano Imp. in Palaestina GAZAEI prae caeteris mira & exquisita in Christianos uis fuit. Alios enim flagris conderunt, alios pronos ac supinos traxerunt, & ad paupertatem illicerunt, lapidibus & fustibus uerberarunt, aqua feruenti perfuderunt, ueribus transfixerunt: capita eorum, quoad e crebris extillaret, conregerunt, in loca caeterum abiecerunt, igneque succensis corpora eorum combusserunt: atq; ossi reliquias, quas ignis non absumserat, inter ossa caeterorum & asinorum miscuerunt, ne pro ossibus humanis agnoscerent, & facili inueniri possent. Nestor ibi confessor comprehensus, uinculis & flagris exagitatus, & extra portas semianimis abiectus est: ut narrat Sozomenus lib. 5. cap. 9.

EVGENIUS tyrannus, Flauiano urbis Romae praefecto, & Arbogaste Comite contendente, permittit, ut ara Victoriae, & sumus caeremoniarum repetatur: quod ne fieret, sua auctoritate Valentinianus II. ueterat. Quinctianus contra Theodosium Imp. uexillo Herculis praefato, Mediolanum egressus, iuranculo affirmavit, se uictoria paratam, stabulum in basilica Mediolanensi futurum, & sub armis clericos probaturum. Quo dicit Ambrosius Mediolanensis episcopus audire, extemplo e Tuscia Mediolanum reuertit, se sua in Deo defixa, ne quaquam permittitur, ut credentem in se hominibus impiis traderet. Sigonius lib. 6. Imp. occid.

Theodosio adhuc imperium obtinente, ISIDOREUS Persarum rex contra ecclesiam bellum in suo regno mouit crudelissimum, eo quod Andas Episcopus *αρχιεπισκοπος* (sic illi templum Vesta uocant) subuertisset. Omnia igitur templa Christianorum uerba. Ipsi crudelissimis affectu supplicii. Mordus Idigerde, GORORANES F. uti regni, ita & persecutio hares fuit. Et sic per annos 30. continuos persecutio grassata est. Tandem a Theodosio iunior uictus, & regno exutus est, caesis etiam Persarum Imperialibus. Socrates lib. 7. cap. 18. & 20. Niceph. lib. 14. cap. 21.

ATILIA Hunorum rex, orbis terror, Dei flagellus, a quo Theodosius Imp. Orientale regnum mercede redemit, & annuū tributum pendit, post multa mala Christianis illata, sexto anno suę tyrannidis in ipsis nuptiis apoplecticus corruit: & proprio sanguine suffocatus est, qui alienum fuerat. Maritimus Imp. Constantinopoli eadem nocte in somnis uidit Atilæ arcum fractum esse. Sigebertus anno Martiani 4.

EVCHERIVS Stiliconis, Vandalicę gentis primarij ducis apud Honorij Imp. F. iam inde a puero imperium affectans, Ethnicos fauebat, Christianos persequebat, ut sic fundamēta regni iaceret contra Honorij. At detecta coniuratione filius cum patre Stilicone Imp. socio interfectus est. Paulus Diaconus lib. 15. Orosius lib. 7. cap. 38. Sozom. lib. 9. cap. 4.

Sub Arcadio & Honorio barbaricę GENTIS plurimę, in regiones Romanas praefertim irruentes, uehementissimę Ecclesias afflixerunt: sicut & Hieronymus grauem querelā eade de re instituit, inter cetera sic inquit: Quot matrone, quot uirgines Dei & ingenua nobiliaq; corpora his bellis (de barbaris gentib. loquitur) sacre ludibrio: capti episcopi, interfecti presbyteri, & diuersorum officiorū clerici: subuersę ecclesię, ad altaria Christi stabulati equi, martyrum effossę reliquię: ubiq; luctus, ubiq; gemitus, & plurima mortis imago. In Epitaphio Nepotiani ad Heliodorū. In his autē populis uel primi fuerat Gothi & Vādali, quorū cum pars esset a Christianissimo proflus aliena, & gentiliū superstitioni dedita, captatis quibuslibet occasionibus, extremę Christianos nō tantū persequebant, sed etiā profus delere conabantur. Pars uero eorū, quanquam professione inter Christianos numerabantur, tamen quia Arij ueneno infecti erant, nō minus ipsi quoq; saepius Ecclesiā acerbissimę afflixerūt. Iustini tempore CA B A D E S rex Persarū Iberos, quod essent Christiani, non permittit sepeliri, sed aubus & canibus mor-

tuos exponi iussit. Christianis plurimis linguas execuit. Qui tamen nihilominus expedire loqui potuerit. Procopius lib. 1. belli Persici.

ALBOINVS Longobardorum rex, anno Iustini iunioris 3. Christi uero 568. in Italiam ingressus cum exercitu, uouit se gladio omnes Christianos decurum: idq; re ipsa perficere cepit. Nā templa diripuit, sacerdotes interemit, monachos de arboribus suspendit. Gregorius Turonensis lib. 4. Histor. cap. 41. Mediolanū quoq; obsedit: & facta expugnatione, omnes ciues, quod Christiani essent, trucidauit: tunc Diaconō de gestis Longobardorū lib. 2. cap. 12. Deinde Ticinum seu Papiam ciuitatem ultra triennium oppugnauit: quam tandem captam, diripiendā & inflammandam totam militibus traditum se iurauit. Cum iam facta deditione, portam ciuitatis, quā dicitur S. Iohannis, ingrederetur: equus eius de improposito in medio portę, montis instar immobilitate consistens (Diaconus & alij, humi planē collapsū esse mirant) nec calcarebus nec uerberibus erigi, aut porro agitari potuit. Hoc uisus, quidam ex Longobardis ultionem, quā Ticini ciuibus minatus fuerat, regem remittere iussit, aut fore ut nunquam cum lapso equo erigatur. Promissa ergo uenia, equus cōfessim sua sponte, regē incolumi, se in pedes statuit. Tandem Rosimundę uxorē dolis interfecit. Paulus Diaconus lib. 2. cap. 13. de Gestis Longobardorum.

Sub Iustiano 11. apud Longobardos, ALACHIS tyrannus sequit, qui Chaniherū regem profligauit, & plurimos Christianos interfecit: & sacerdotibus ad eum fuisse infensus scribitur, ut dixerit, si regno potiretur, se putē restitulis clericorū impleturū. Occasionem autem ei præbuit clericorū impunitas, quos dicebat immunda habere femoralia. Verū a Chanihero eadē post aliquot praesidia est deuersus, & trucidatus. Paulus Diacon. l. 5. c. 14. de Gestis Longobard.

CO S R O E S rex Persarū, sub Heracleo Romanū imperium infestans, passim Christianos duriter afflixit, & expugnata Hierosolyma, 9000. hominū Iudaeis trucidanda commisit: patriarcham Zachariā, & numerōsum multitudinem ciuiū, & uexillum Dominię crucis secum abduxit, anno quinto Heraclij. Immani odio erga Christum flagrans, ipsam etiā Aegyptum adortus, Alexandriam & Lybiam ad Aethiopiā usq; uastauit: neq; pacis ullam conditionem se amplexurū, Heraclio respōdit: nisi prius Christo abnegato Solē se adoraturus Christiani permitteret. P. Diac. l. 8. rer. Rom. Zonaras. Occupata ab HENRISTO Saxonum ducē Britannia, & regē Forthigēno ad Cambrae relegato, omnes Christum profertentes intra certum diem exulare iussit: in utriusq; sexus omnem aetatem caedes euagata. Sequitur immanissimē in Christiani sacerdotes, templa, cœnobia: & (ut Beda inquit) iuebant Saxonum iniuria ad diuicia publica, simul & priuata. Passim sacerdotes inter altaria trucidabantur: cædebantur praefules cum populo, sine ullo respectu honoris, ferro pariter & flammis. nec erat qui tanta interemptos crudelitate sepeliret. Nonnulli de miserandis Britonum reliquiis in montibus comprehēsi, ac uentum in gulababant. Alij fame confecti, procedentes, manus hostibus dabant: pro accipiendis alimentorū subsidij, eternam seruitutem subiuri, si non cōtinuō trucidarentur. Alij, quibus poterat nauium effe usus, transmarinas regiones dolentes petebant. Alij permanentes in Britannia, trepidē mortalium omnium aspectum declinantes, miseram uitam in montibus, syluis, uel rupibus arduis, mente semper agebant suspecta. H. Boeth. l. 8.

In Anglia PICTI regem summa potiti, non solum immaniter tenuerunt deuictos Anglos, sed etiā totas ecclesias, unā cū doctoribus pijs, eiecerunt ex terra sua. Beda lib. 4. cap. 15.

In Anglia (imperante Heraclio) Osiuatus Northamborū rex, similiter ut Heduinus, a PENDA Merciorū regē bello uictus est, & trucidatus. Vnde recruduit uix sopitum malum, ac creuit ecclesiarum eius loci persecutio: quæ postea inualescens sumptis uiribus, ad Orientales quoq; Anglos sese extendit: ubi perinde Christianissimus rex Sigebertus, qui populū istum magnis laboribus ad Christum deduxerat, cum magna strage Christianorum est interemptus: ac in ecclesiā longē lateq; seuitur. Tandem uero Osius filius Osualdi, uoto facto ad Deum cœli, Penda Merciorū regi occurrit cum paruo exercitu: eoq; ingenti strage uicto ecclesias ab eius tyrannide liberauit, Mercios ad Christum adduxit, Pictosque regno Anglorum subiecit. Beda libro tertio Anglicę historię, capite nono usque ad 24. Sigebertus in Chronico. Polyd. lib. 4. & Vincentius lib. 23. cap. 79.

EDELFRÉDVS Northumborū rex, minatus est, adhibito iuramento, australibus Anglis, quod si patrum deseruit inditutus, Christum essent amplexi, perinde atque Britonibus & Scotis se deinceps hostem futurum. Itaque cum Merchio Saxonis (tenere hi sedes Northumbri ad meridiem proximas) graui praelio afflixisset, Rodualdus & Ethelbertus, alter Orientalium, alter meridionalium Anglorum reges, arma in Northumbros inuēnerit. In campis loco Humbrō adiacenti

adiacenti haud procul a Vintringamo atrociter est dimicatum. Victus Edelfredus, maiori exercitus parte amissa, quō telo confossus lapidi illideretur, dixisse fertur: Deorum religionis protectores, Christianiq; nominis hostis, ut uixi, morior. Hector Boethius lib. 9.

SVEN O Dacorū rex, subactō totius Anglię regno, tanta crudelitate in uictos usus est, ut nec sacerdotibus aut rebus sacris parceret. Plura enim cœnobia suis donariis spoliari, eorumq; agros igni ferroq; depopulatus est. Ac sanē homini impij, & Anglicum nomen delendi, & religionem Christianam simul ex omnium mortalium peccatoribus euellendi, non tam uoluntas quā facultas defuit. In illis turbis Elphēgus Cantuariensis episcopus, martyrio affectus est, anno CIII. Ferunt eum, dum apud milites ob regnum adeptum glorietur, repente uelut pugionis superne demissi iūto confossus, in terram cecidisse: uociferantem, moriem sibi esse illatum, ac actū interisse: & omnes qui aderant, subitē rei casu stupentes, percussorem nusquam cernentes, arbitros id eorum ira esse factum. Ad posteros etiam fama manauit, illum eo ipso cuncto fuisse interemptum, quem diuus Edmundus, dum in uita erat, gestarat. Verū Saxo Grammaticus tradit, hunc regem subegisse Anglos, ac ea conditione pacē dedidisse Etheldredo regi, ut post eius mortem omnis hereditas sibi ueniret: & Suenonem postmodō Christianum effectū, multa pietate purgasse facinora, quæ in priore uita designasset. Polyd. lib. 7.

Sub Carolo Magno GOTRICVS, seu Godofridus Danorū rex, acerrimus Christianę fidei persecutor, conatus est omnibus uiribus suis, Saxones qui fidem Christi receperant, astuta, minis & crudelitate sua iterum inde absterere: ac subinde potentiores, qui ad uera pietate alient erant, coarctauit, ad affligendum eos, qui plantabāt Ecclesias, & ad opprimendum magistratus ad Carolo constitutos. Sed uirtute Dei, tyrannus iste pacem tandem cum Carolo fecit, anno DCCCXI. Vspersensis. Sigebertus anno DCCCIV. Saxo Grammaticus affirmat, Carolum audita morte Gotrici effuso gaudio exultauisse, confessumq; fuisse, nihil eo casu unquam sua fortunę iucundius obuēnisse. Io. Magnus libro 17. capite j.

NO R M A N N I per mare Britannicū ostia Ligeris ingressi, urbem Nannetam inuasērunt, & episcopum iacobatho sancto Pascha baptismum celebrantem trucidarunt, & eorumq; totum peremerunt. Inde etiam Andegauenses & Turonenses occuparunt, ac templum sancti Martini incenderunt. Sigebertus in Chronicis.

IDE M in Gallijs & Burgundia, ac Lotharinga, in pijs grafsati castello sancti Lothi per dedicationem capto, contra datam fidem, episcopum Constantiensē & omnes ciues trucidarunt. Regino lib. 2. Vormaciā usq; exturrentes, Moguntinum episcopum Sunderoldum, cum plurimis aliis interfecerunt, anno DCCCXV. Cum per annos LXX Christianos passim afflixissent, tandem Arnulphus Imp. CM de eorum exercitu concidit, uix uno atque altero ex suis amisso. Helmodus in Chronico Sclauorū. Rex eorum Hundes, consilio Caroli, fidem Christiani amplexus est. Sigebertus. Reliquie eorum in Daniam recedentes, Prumiense monasterium populati monachos interfecerunt. Idem Arduenna, & aliis in locis fecerunt. Regino lib. j. Sigebertus anno Domini DCCCXCV.

DRAHOMIRA religionis Christianę odio Ludmillam forcrum, Boziorij Boemorum ducis uiduam, in templo stragulauit: D. Vencellam a Boleslao fratre inter nocturnas preces trucidari fecit: sacerdotes occisos abiecit insepultos: hiatu tandem terrę perit. Dubrauius lib. 5.

Sub Lothario III. Imper. HUNGARI latrones ducē rēge Chuffal traicō Istro Bauarię ecclesias miserē afflixerunt, Sueniam item, Franciam, Thuringiam, Saxoniam. Alia manus Italiam populata est. Regino lib. 2. Auentinus lib. 4. Similiter sub Conrado I. & Henrico I. Circa. annum Christi DCCCXIII.

MISTEVOIVS Vagiorū princeps, Bernardi Saxonū ducis filij nuptiis ob religionē frustratus, magna crudelitate Holatiam diripuit, Henrico II. imperante. Hamburgi tum ciues tum sacerdotes captos, aut uariis tormentis enecerūt, aut tristem seruitutem relicta patria subire coegerunt. Nec edificis paruum est. Aldenburghens quoq; urbe expugnata, Christianos, qui eo loci semper fuere omnium scriptorū testimonio frequentissimi, pecudum more macerant: LX presbyteris, inter quos Oddar praepositus fuit, ad maiora referunt mala. Illis enim capium cutis in formam crucis ferro incisa diuisa est: ac ligatis post terga manibus, omnia spectandi per singulas Slauiorū urbes suspendi ad immanitatem protrahi sunt. sicq; nullū ferē Christiani nominis uictorium trans Albim reliquū manit. Helmodus c. 16. in Slauium Chronico. Misteuoius tandē ipse fidem Christianam amplexatus, regno sub ab incellis cictus est, ac Bardeuici cūl

dit clausit extremū, circa annū MXXV. Chron. Holfatię. Godfalcus, Miffiui Vandalarum principis F. in uindictā patris Vdonis, a Saxone quodam propter crudelitatem erga pios per insidias trucidati, religionem abiecerat: sed a Bernardo Saxonum duce captus, subinde Danorū regi Canuto militis, clarus euasit: & paterno principatu recuperato, Vandalorum populos ad recipiendam religionem, quam abiecerant, excitauit: & reedificatae sunt per uniuersam Vagriorum prouinciam ecclesię, necnon Polaborum, Obortorum, quondam diruta: ædes sacrę. Eum tandem mortuo duce Bernardo, VANDALORVM primores, in ciuitate Leontio (Lentze uocant) crudelissimē trucidarunt, in ripa fluminis Albę presbyterum Ipponem super altare immolarunt. Ansuerus monachus, in Racisburgo lapidandus, petebat, ut prius socij lapidaretur. Quibus coronatis, ipse gaudens suscepit lapides, genibus positus orans. Iohannes episcopus Aldenburghensis senex cum cæteris Christianis Magnopoli captus, seruatus & triumphum, fustibus cęsus, deinde per singulas Vandalorum ciuitates tractus ad Iudubrium, truncatus manibus & pedibus: eadauer in plateam proiectum: caput defectum barbari conto infigentes, in thulū uictoriae, deo suo Radigast immolauerunt, in metropoli Rethre, quā hodie Stargard uocāt, ultra Panim, hoc est, magnam, nobilem & antiquam ciuitatem. Filia regis Danorū Godfalcus uxor, apud Magnopolim, rebus omnibus expoliata, uestibus etiā detractis, nuda est dimissa cum aliquot Christianis mulieribus, anno MLXVI. Cranzius lib. 3. Van dalię, cap. 4.

GOTH I & SUEON E S nobilium instinū cōtra Ericū Sten-chillū regem seditione excitata, dæmoniorum cultum redderunt, dōctores uirgis cæcos Vpala eiecerunt, regē tandem trucidarunt. Olāus Magius lib. 17. c. 15.

Andreas, & Leuenta, paribus uotis ab exilio contra Petrum regem ab HVNGARIS reuocati, promissu: multitudinē, q̄ ad eorū in Nolo castris commorantes confluerat, promittere cogunt, se permitturos, ut uiuersus populum pagano uiuāt more. Andreas cum sine permissione hac regē se rursus potiri posse diffideret, uerō postulatū annuo. Vultus itaq; religione penitus abiecta, in Christianos omnes; praesertim in episcopos & sacerdotes, ad eum fuit, ut Christiani nō minis memoria simul intercederet. Ecclesię quoq; diruta, & suis bonis spoliatae sunt. Gerardus Canadianensis, Bezertus, Buldus & Benetha episcopi, de regum aduentu certiores facti, ultrō, ut honorificē eos excipiant, obuiam procedunt. Quum ad Giodi pagum uenissent, in diuā Sabi nę templo rem prius sacram facere decernunt, quā regulis occurrant. Ibi Gerardus socios praemonuit, iam diē martyrij cluētis imminere: id enim ex nocturna se cognouisset uisionē, ubi Christus in B. Marię tabernaculo sanguinis sui calicem propinaret singulis, excepto Benetha. Peractis facris, iter uersus Pestum inuenit. Gerardus ubi uisus aperit & uires deficientes surru uelitur. Verū ut ad Danubium perueniret, regulorum comites factō agmine impetum in eos faciunt, saxiq; petunt. Gerardum tandem curru in praeminentem subuehunt rupem, indeq; praecipitē agunt. At cum palpitanti cordi spiritus aliquid adhuc in esse putaretur, hasta transfoditur. Benetha uero, regulorum interfectione ex hostium liberatur manibus. Eo quoq; die magnus sacerdotum, fideliumq; numerus, pari crudelitate abintus est. Andreas regno positus, circa Sal. annum MXLVII. statim contra uulgi furorem; pro ecclesię pace editū propōsit. Leuenta eius frater idolorum defensor morte sublatu est. Auentinus lib. 3.

Subpendam in Christianos SCLAUORVM crudelitatem Helmodus prodidit. Nam quosdā ait, eum uiscera carnifices extorserint, palo circumduci, alios crucib. affigi, quod supplicij genus ob Redemtionis ludibrium frequentissimū est. Praeterea Christianorum sanguine sua numina placatō eorū consueuisset narrat: inter quæ quidem primum locum Suantō uitis tenuit, cui quotannis hominē Christiani num litare soliti sunt. Hos autem Imp. Lotharius, ut Christo nomina darent, omnino statuerat cogere, nisi mox immitura cum praenisset. Helmodus c. 35. de Sclauis.

IVDEI CHRISTIANORVM ET GENTILIUM PERSECUTORES.

Sub Traiani interitum qui Cyrenem incolebat IVDEI, Andrea duce, Romanos Græcosq; indistinctim inuadentes ita exarificauerunt, ut etiam ad mensam producerent, humanis in uiscera ingestis cibis. Nec satis, sanguine adhuc stillantibus intestinis praecingebantur. Cutes pro indumentis erant. Plerosque ab imo ad summum interfecere. Plures bestis obiecti: alij inter se pugnare ac digladari coactis. Ducenta & amplius hominum millia is abstulit furor. Qui & in Aegypto itidem est grassatus, ac Cypro, contructis inibi Artemione ducē, ducētis & quadraginta hominum millib. Vnde mox legib. sancitum, uti quauis ratione n N N n 5 in

in insulam appulsus Iudæus capite plecteretur. Quum uero Adriano item imperante defecissent, cadibus, fame, morbis, igni desolata est Iudæa omnis. Cælius lib. 5. cap. 10. Antiqui. l. c. ex Dionc.

Post cruentam seditionem Alexandriæ inter Christianos & Iudæos factam, Iudæis è palmæ cortice factum anulum loco telleræ gestantibus, loco quodam, quem Inncstar uocant, qui inter Chalcedonem & Antiochiam Syriæ situs est: IV D A I Iudæia quædam pro more celebrâtes, ac inter Iudæum multa absurda designantes, temulentia abrepti, puerum quendam Christianorum interceptum cruci alligarunt, suspendendum, tam diu uerberarunt, donec moreretur. Ob hanc causam grauis inter eos & Christianos oritur conflictus. Theodosius iunior Imp. scripsit provincie illius præfectis, ut auctores facinoris inquirerent, ac punirent. Sozomenus lib. 7. Eccles. hist. cap. 13. & 16. Socrates lib. 7. cap. 16. Nicephorus lib. 14. cap. 16.

Iuliano imperante, in Negra Arabiæ felicitis urbe munitissima, IV D A I V quidam Hæmerita, qui Mosis se gloriabatur esse filium, dolo ingressus urbem, Christianos primùm uerbis à uera fide abducere conatus, cum parum proficeret, tyrannide oppresso, ut ad ortus est, & plurimos interfecit. Inter quos in primis Aretas, eius urbis episcopus, gloriosissimam martyrij coronam accepit. Nicephorus lib. 17. c. 6.

Tertio Iulianiani Imp. anno, Samaritani IV D A I creato sibi rege Iuliano, infinitis Christianos in Palestina iniuriis affecerunt, templâ eorum incenditis uastarunt, sanctorum monumenta igne combusserunt, Christianos crudelissimè trucidarunt. Maximè uero circa Neapolim, istam exercuerunt crudelitatem, cuius episcopum gladio iugularunt: & presbyteros comprehensos, & in fusta discitos, cum martyrum quorundam reliquiis, in farragine frixerunt, & nihil non contumelias & immanitatis contra Christianos exercuerunt. Nicephorus lib. 17. cap. 24. Hermannus Gigas in Iulianiani historia addit, Iudæos cum Saracenis isto federe, oes quoque Cæsariæ Palæstinæ Christianos occidisse. Iulianianus prælio cum Iudæis commisso, cum alios plurimos, tum eorum ducem Iulianum gladio puniuit.

Sub Phoca Antiochiæ IV D A I, excitato tumultu, Christianos partim ferro, partim igni pefecit: Anastasium, eius loci episcopum, comprehendit, & pudentia excita ei in os ingesse runt, & per urbem fune pedibus alligatum traxerunt, rogoque impolitum denique remarunt. Nicephorus lib. 18. cap. 44. Paulus Diaconus lib. 18. rerum Romanarum. Zonaras Tomo 3. anno Phocæ VII.

Quando Cosroes Persarum rex, Palæstinam Iudæamque diripuit, Hierosolymas post longam Christianorum occidionem, ablata omni suppellectile, tum ligno sanctæ crucis, & urbis episcopo, euastauit. Christianorum supra X C millia interemta sunt, cum IV D A I captos paruo redimerent atque occiderent. Cuspianus.

Braie degentes IV D A I, hominem quendam Christianum, quæ furti homicidiiq; insimularant, captum ferro spineo coronarunt, per oppidum circumduxerunt, multisq; uerbis affecit, tandem in cruce egerunt, domina illius loci, auro uicta, id permittere. Vincentius lib. 29. cap. 53. Gaguinus lib. 6. de Franciis.

Anno M C C X X I V. Henrico III. Anglis imperate, IV D A I qui id tempus Nordouici debebant, quendam Christianum puerum furtim captum per integrum annum nutrierunt, ut aduentante pascha, quasi noui nostræ religioni dedecoris imprimentis causa, cruci affigerent. Sed deterrimi carnifices paucis ante diebus, quam sanguinem inno centem effunderent, tantum insimulati criminis, ac conuicti, merita poena affecti sunt. Polydorus lib. 16.

In uilla quadam Germaniæ Forchheim, uetula quædam puellam septennè plagio abductam IV D A I s uendit. Illi obstructo ore aculis confixæ, sanguinem linteis excipere, cadauer in profluente proiecere, molari appenso. Quarto die manum extra aquas protentâ conspicere piscatores, extrahunt cadauer. Marchiæ princeps spectatum aduolat. Cadauer residens manum principis porrigit, quasi ultionem contra impios flagitans: Iudæis accedentibus, cruentò sudore perfundebatur. Detecto per uetula alumnam scelere, Iudæi suspensi, duo mutuis concedere uulnerebus. Thomas patriarcha Barbaricis lib. 3. Fortalicij fidei. Circa anam Christi M C C L X I.

Anno M C C X X V. Monachij anicula quædam infantulum IV D A I s uendit, quem illi Deo immolant, punctim acubus cadunt, necant, crucemq; malluio excipit, quo perlitare credunt. Eadem uentris alterum infantem subreptura, à patre deprehenditur, in uincula conicitur, quæstionibus ad mota facinus cõfiteretur, corpus interemti infantis indicat, moxq; poenas luit. Vulgus uiso corpore ita uulnerebus confosso, non expectata iudicium sententia, Iudæis mortem intentali: eosq; in Synagogâ confugientes subiecto igne,

frustra prohibentibus ducis Boiorum aulicis, unâ cum templo igne concremarunt. Centum & octoginta Iudæi perierunt. Auentinus lib. 7. Annalium Boiorum.

IV D A I Christianum puerulum Tiguri cruci affixerunt. Quam inuentum publico totius ciuitatis lectu sepeliuerunt, eiq; in dinorum numero coluerunt, ara in summo templo extructa. Stumpfius.

Bernæ Heluetiorum, anno Christi M X X C V I I I. IV D A I puerum Christianum, Russum nomine, excruciatum peremerunt. Sceleris auctores rotæ supplicio affecti fuere, reliqui bonis multati, & urbe pulsi, Rodolfum Imp. contra Bernenses excitarunt. Ibidem.

ABRAHAMVS Iudæus cum Sara coniuge in Thuringiæ oppido Veiffenfehe habitans, anno M C C C I I I. Conradum puerum Berchtholdi de Somerde equitis & præfecti filium cum suis ludentem pueris, intercepere, tormentis excrucia uere, sanguinem elicere, tandem suffocauere. Mox aurigæ cum ad Iudæos Franckenhausenfes nocte intempesta deuehendum curauere. Cum nocte rota ducis itineris cum auriga crassent, manè eodem loci sese hæere intelligentes, in casa uinariâ cadauer cingulo suspendere. Inuentum à uinitoribus, cum uultum uariè mutaret, solenni pompa in diu Petri ad sepulchrum est. Fridericus Marchio Misnensis à Iudæis auro corruptus, cum facinus uel dissimulare uel leuiri supplicio expiare studeret: colico dolore ita exagitari cepit, ut pro salute uotum fecerit, uniuersos suæ ditiosij factos Iudæos sese igni sublaturos. Sanitati restitutus uotum exoluit. Puer inter diuos ob frequentia miracula reclusus est. Michael Nænder in Erotematis lingue sancta.

Vberlingæ Vindeliciorum IV D A I cuius cuiusdam puerum clam cruci affixerant. Anno M C C C X X I. Cuius tumulu facta, Iudæos cum uxoribus & liberis in domo quadâ conclusos subiecto igni miserè cremarunt. Stumpfius.

Dieffenhofij nõ procul ab exitu lacus Aconij, an. M C C C C I. IV D A I s cum stabulario patris eius sanguinem pueri Christiani trimum florentium precio. Is cum quatuor annorum puellum hæcasset, in facinorè deprehensus, rotæ supplicio affectus est. Iudæus uinuis exultas. Stumpfius.

Anno M C C C C I X X V. ad octauum Cal. Aprilis Tridenti (est urbs hæc in Italiâ & Germaniâ finibus) IV D A I puerum furto subraatum, diro, ut postea compertum est, ritu gætis occultè peremerunt, toto schemate Dominicæ passionis in puerili corpore repræsentato: nec res tam atrox in occulto fuit, sed nuntius prouidentia (ut credere par est) mox palâ facta, decreta questio est, Iudæi plures numero sceleris comperti, merito sunt supplicio affecti. Reportauit ex ea questione magnum integritatis nomen Ioannes cognomento Sala Brixianus, iuris scientiæ tempore illa penè princeps. Is pontificis decreto in reos lege inquisiuit. Hunc Iudæi magno auri pondere corrumpere adorti, à tam pia ultione auertere non poterunt. Simonem (id enim nomen fuit pueri) ob multa miracula, circa defuncti corpus magno mortalium occurru edita, Tridentini in templum solenni cæremonia receptum, beatorum numero asciscunt. Eiusdem impietatis scelus quinque annis post uentis uindictâ est, ex Mora oppido (est is locus ad Liuentis amnem) fontib. Hebraicæ gentis ad supplicium deportatis. Sab. lib. 7. Enn. 10.

Anno Christi M C C C X I V. Tiranaia in Hungaria duodecim IV D A I, cum duabus mulieribus, ingenuâ adolefcentem Christianam occultè captum, atque in proximas ades abductum, obstructis repente faucibus, miserè strangularunt: & apertis uenis sanguinem eius, dum animam sensim & singultim efflaret, partim absorberunt, partim aliis afferuarunt: corpus autem in partès dissectum, membratim hūmî defoderunt. Cum adolefcentis diu à parentib. questus, uisquam appareret: satisq; constaret eū pridie in uico Iudæorum uersatum, haud postea fuisse conspectum: legitima in Iudæos questio constituit. Lictores in eorum ades immitti, deprehensis recentibus cruoris notis, dominum cum tota familia comprehendunt: in questionem abreptæ mulieres, metu tormentorum adactæ, totam facinoris indignissimi seriem cõstentur: quarum testimonio conuicti reliqui, Stephani Palatini iussu, qui præfectus urbis erat, omnes magno ad id excitato in foro incendio confugarunt: alij, qui minus uidebantur obnoxij, magno pecuniæ numero sunt multati. Cum autem è senibus causas tanti patrâdi facinoris, per tormentorum cruciatum eruerent, quatuor eas esse reperiebant, quibus Tiranaia rum, & alias sæpè in aliis regionibus, eo se Iudæi flagitio atrinxissent. Vnam, quod ita maiorum auctoritate persuasum haberet, Christiani hominis sanguinem præputiis in circumfusione appositum, sistendo sanguini opportunum esse remedium. Alteram, quod eundem ad conciliandum inter se amorem plurimum ualeat, in cibo datum, existimarent. Tertiam, quod cum uiri ac mulieres quæ apud eos fluxu mestrui laboraret, sanguinem hominis Christiani epotû, idoneâ ad id morbi esse medicinam

nam experti erant. Quartam, ut uetus apud se, sed reconditum decretum exequerentur, quo quoticidianis sacrificiis in aliqua regione Christianum Deo sanguinem libare cogunt, & in eum annum eam sortem Iudæis Tirnauiensib. obtigisse. Bonfinius lib. 4. Dec. 3.

Iterum eodem oppido IV D A I Christianum puerum mastrum, anno M D X X I I. Alterum Bosingæ, quorum X X X. exusti sunt, anno M D X X I X. Iobus Finckelius libro 2. Prodigiorum.

CHRISTIANI CHRISTIANORVM PERSECUTORES.

Mortuo Constantino, cum filij eius regna inter se partiti esset, CONSTANTINVS, qui Oriens obtigerat, ab Ariano seductus, Athanasium episcopum Alexandrinum, & Paulum Constantinopolitanum episcopum in exilium egit, & orthodoxos grauissimis affectu calamitatib. Cæterum metu fratris Constantis cum persecutionem intermisisset, eo mortuo ad ingentium rediit. Nam quasi diuinitus per mortem fratris pro pagandi Ariani fidei facultatè nasci esset, in Homouianos sauebat. A M A C E D O N I O episcopo Constantinopolitico postulat, ut uastanti sibi Homouianorum ecclesiæ, opem ferret, libens paruit: & Macedonium edictis instruxit, ut quicquid in pro libidine sua gereret, id se lege facere destruxit: ipsos uero intolerabilibus suppliciis, quia secum communicare nollet, affecit. Quibusdam ligno uolenter os aperuit, & mytheria imposuit: multos uero & paruulos simul raptos iniuriæ compulsi. Si quis uero uel recusabat uel contra dicebat, statim plagas, uincula, carceres aliaque tormenta experiebatur. Si mulieres communicare noluerunt, uera earum arcis compressa affecit: aliis eadem partim ferro candenti, partim aus ad summum feruorem igne rotis exussit. Nouatianorum episcopus, Alexander Paphlagon, plagis in carcere confectus interiit. Macedonium, cum Mantini in Paphlagonia plurimos religioni Nouatiane deditos compelleret, quatuor militum cohortes ab Imp. impetrauit, & in Paphlagoniam misit. Cum quibus apud Mantinum Nouatianorum multitudinem, zelo religionis suæ accensa, congressa, pro armis utens securibus, falcibus, clauis alijsq; quæ furor ministrasset, omnes eas cohortes, militibus paucis exceptis, interfecit: plurimos tamen Mantinensium unâ occubentibus. Socrates lib. 2. c. 28. & Sozom. lib. 4. c. 20. Talis deniq; Macedoni rabies fuit, ut etiâ Imp. ipsum, cuius tamen iussu & auctoritate hæc designabat, offendere præsertim eo facto quod Constantinopoli ossa Cõstantini ex ea æde in quâ primùm collocata fuissent, in aliâ trãtulerat, repugnantibus plerisq; ciuibus, qui per religionem id minime fieri contenderat: ad eum ut ad arma & pugnas redeuenerit. Similis per omnia EL E V S I I erat furor, quæ Cyzicorum ecclesiæ Macedonium episcopum natum prefecerat: nam & is Christianos undiq; pellebat & subuertebat. Nouatianorum uero ecclesiæ, quam Cyzici habebat, solo equauit. Similem fe quoq; præstitit A T H A N A S I O Capadox, qui Alexandrinam ecclesiâ pulso Athanasio occupauerat, & Sebastianum duce exercitus Manichæo ministro suorum utebatur scelere. Qui non cunctatus, militatè illi eò manu cogit, ac telis infestis, gladiis arcibusq; inuptionem in cæterum orantem facit: uirgines nudas ad ignem in media urbe excitatū adducit, fidemq; abnegare iussit. Sed cum inuictas eas animaduerteret, facies earum ita cõtudit, ut aliquandiu cognosci, à suis etiam, nõ poterint. Quadraginta deinde uiros cõprehensos nouo supplicio lacerauit. Virgines enim palmeis, aculeos suos adhuc habentibus, terga eorum ita cæcidit, ut alij sæpius à medicis, ob tenaciùs inherentes aculeos, frustra curati sint: alijurationem nõ ferentes, interierunt. Cæteros uero omnes, quotquot comprehendit, in magnâ Oasin relegauit. Corpora interfectoꝝ reddi suis noluit, sed oculi inhumata iussit: collocatis ad sepulchra occlusa custodibus, ne quis mortuorum loci habere posset. Athanasius apologia de fuga sua. Socrates lib. 2. c. 28. Theodoretus lib. 2. c. 14. Sigon. lib. j. Imp. occid.

Iouinianus pio principi successit Valentinianus christianus Imp. qui confortè imperij ascuit in Oriente VA L E N T E M fratrem. Is catholicus primùm, mox Ariani fidei infectus, horrendis suppliciis orthodoxos in Asia & Africa affecit, annis X. Multos, quæ Eudoxio communicare nollet, in exiliū egit. Valentem fratrem Ariani oburgauit Valentinianus, per literas, uti persequeret Homouis decesserent: fed ille magis etiam exasperatus, bellum irreconciliabile contra orthodoxos mouit, & ab Ariano dissentientes acerbissimè trahtauit, expulsi uno & eodem tempore Meletio Antiochia, Eusebio Samofatis, Pelagio Laodicea, Barthe Edeffa, reliquis item omnibus, quotquot cum Euzoio Ariano episcopo communicare noluerent. Zonaras, Socrates lib. 4. c. 38. Theodoretus lib. 4. c. 36. Sozomenus lib. 7. c. 40.

VA L E N T I N I A N V S iunior, à matre Iustina Ariani fidei imbutus, maiore conatu quâ successu orthodoxos impugnavit, cum Ambrosius Mediolani constanter resisteret, nec bac silicam, quantum armata manu exigente Valentiniano, trahere uellet. Gratianus e contra Valentiniani frater, & Theodosius, catholicis studiosè fauerunt.

Sub Martiano Imp. summa alioqui tranquillitas fuit, nisi quod MONACH I quidâ Eutycheis fautores, in Chalcedonenf concilio dånati, duce THEODO S I O monacho crudelissimo, in Palæstina orthodoxos episcopos crudeliter afflixerunt, Scuerianum Scythopolis, Athanasium Hierosolymorum episcopum. Quorum illum oppido cæcum interemitti hunc uero flagris cæsum, & capite plexum, tandem pedibus per urbem tractum, canibus dilaniandum obiecit. Tandem in à Dorotheo præfecto Imp. iussu Theodosius pulsus est.

THEODERICVS Ostgothorum rex, Ariana luc pollutus, Iustinum Seniore Imp. hæreticos Constantinopoli, & passim in Oriente expellere uidens, missis ad eum legatis Constantinopolim, Ioanne episcopo Romano, Agapeto & Patricio Consulibus Romanis, atq; Theodoro & Importuno Senatoribus, postulare iussit, ut Ariani episcopi restituerentur: quod ni ferret, fore ut breui Roma & tota Italia cadid. & in cendiis quoq; aduersum orthodoxos repletur. Pontificis & legatorum lacrymis eò deuentum, ut Iustinus potius Arianos diuinae prouidentie permitteret, ne omne Italicum nomen ex ea re maiorem cladem adiret. Darum est Pontifici & legatis, ut Ariani restituerentur, suoq; instituto uiuerent. Dimissurus oratores Iustinus, ut in illorum honore etiam suo consuleret, à Ioanne Pontifice (Consulibus Romanis Senatoribusq; ministrantibus) uoluit coronari. Verum quanto maiore honore legati à Iustino afficiebantur, tanto maiore inuidia Theodericus inflamatus eos redentes excepit. Pontificem, & legatos, uariis criminibus insimulatos, in tetrum atq; horrendum carcerem coniecit, fame atque inedia & pedore cruciatos extinxit. Nec dissimili furore defecuit in nonnullos Romani Senatus Principes, in quorum numero Boetium & Symmachum, iam pridem apud Papiam relegatos, interfecit. Boetium quidem, quasi librum, quem de Trinitate aduersus Arianos conscripsit, in eius contumeliam composuisset. Ipse non multo post perit. Io. Magnus lib. 9. P. Diaconus lib. 15. c. 5. Sab. lib. 2. En. 8. Naucerus 2. Volum. Chronographiæ, Gener. 18.

ANTHARI S, seu Autharis, Longobardorū rex X I I. qui Longobardorum filios pro Christi institutione in festo Paschatis baptizari phibuerat, Ticini accepto ueneno perit. Diaconus lib. 3. de Gestis Longobardorum, cap. 18.

ROTHARIS Longobardorum rex, Ariani fauens, edixit, ut in omnibus ferè Italiæ urbibus duæ essent ecclesiæ, & duo diuersi Antistites, orthodoxæ fidei unus, alter Arianus. Audacia igitur sumta, Ariani orthodoxos miserè afflixerunt. Fortunatus Aquileiensis episcopus Arianus Gradensem ciuitatem per uim occupat & spoliatur. Rotharis Hertruriam & Liguriam armis inuadit, Opitergium inde diripit & solo equat. Opiterginus Antistes Magnus Altinas, cum suis elapsus, in stagnis insulam occupat, & ab Imp. Heracliam appellat. Paulus Altini episcopus in Torcellum insulam, Longobardorum crudelitatem fugiens, migrat. Paulus inde Patavinus Patauii Methamaucum fugit. Sic breui tempore quinq; Antistitum sedes sunt insularis quæstæ, Gradensis, Heracliana, Torcellana, Methamaucensis & Capulana, quæ paulò ante Ioannes Concordienfis episcopus, fugiens immanitatem Gifulf, occuparat. Sabellicus Ennac. 8. lib. 6. & Blondus Decad. j. lib. 9.

Vandali à præfecto Africæ Bonifacio accessit ex Hispaniis, Africam inuaserunt, duce GEN S E R I C O. Prouincia autè occupata, cum pars ipsorum gentiles, pars Ariani essent: & Genfericus Arianismum, ut Prosper in Chroniciis annotat, quam latissimè propagare, hortatu episcoporum suorum conaretur: omnia populationibus, rapinis & cadibus miscuit, ut hec inno centi ætati parcerent Vandali, sed à maternis uberibus raptos lactantes, parum terræ & faxis illiderent, partim à naturali meatu in summum caput uerticem medios dissecarent: templa, cœmeteria, & id genus alia in cœdit diis abolerent: sacerdotas grauissimis tormentis excarnificarent, ut si quid auri uel argenti priuati uel ecclesiæ haberent, extorquerent. Quod si quid traditum erat, partem reseruata arbitantes, denudò suppliciis subiciebant, atque ita sæpius tormenta iterabantur. Sin uero nihil traderetur, idem fiebat, & tormenta subinde magis ac magis exasperabant: aliorum faucibus sterces & cœnum ingerebant: nonnullos in frontibus & tibis neruo adhibito, & eò usq; contorto dum fonem ederet, cruciabant: plerisq; aquâ marinâ, alijs acetum, amurcam, liquamen, & alia multa terra in ora infunde-

infundebat, ueluti in utres. Multis ministris Ecclesiarum, aliisq; uiris illustrib. ceu camelis atq; iumentis ingentia onera imponebant, stimulisq; ferreis ad faciendum iter compellebant. Quorum aliqui sub ipsis sarcinis concidentes, miserabiliter animam exhalauerunt. In his persecutionis initiis perit Pampinias Vitenfis antistes, candentis ferri laminis toto corpore adustus: & Manufectus Iuritanus, in porta Formitana incensus. Victor de Vandalica persecutione lib. j. Cum autem Gensericus Carthagine, primaria eius regionis urbe potius esset, praecepit ut illae gentis homines passim ecclesiis suis uel nudos exigent episcopos. Carthagine episcopus Quod-uult-deus, cum maxima turba sacerdotum fractis nauigijs impositus & fluctibus commissus est. Tempa Vandali occupat, suisq; imperatib. dicant. Proponuntur edicta regia, de iis q; sacros ordines haberent in uniuersum extirpandis: & ne piorum defuncta corpora, canticis, recepta solennitate, sed cum silentio sepelirentur. Dum haec Carthagine geruntur, inter ea ex iis prouinciae partibus, quas rex suis populis habitandas distribuerat, aliqui praecipui nominis ministri & doctores, qui remanserant, egressi, regi ad litus Maxilitanum supplicauerunt, ut ablati iam sibi sacris aedibus, & rebus ecclesiae quam priuatis omnibus, saltem habitandi inter Vandalos facultas concedatur. Quibus rex fremens respondit: Quae nam uobis confidentia talia petere suasit? De nomine & genere uestro ego ne unum quidem superstitem esse sciam. Atq; illico in uicinum mare proiectos, submergi iussit omnes. Sed cum quidam eius amici intercessissent, impetrarunt tandem, ut incolumes dimitterentur. Digressi autem magno cum animi more & tristitia, ubicunq; & quomodo docunq; poterat, res facras tamē peragere non intermitterebat, quantumuis propter sua nequa decreta nihil usquam loci reliquum esset. Victor. Arcadium, Probus, Paschasius & Eutychie, uiros Hispanos sibi sapientiae, ac fidelis obsequij nomine iucundissimos, & perfidiam Arianae respuerit, primum proscriptis, deinde in exilium egit, postremum ex gressibus affectos supplicis illustri martyrio coronauit. Paulillus uero pueri Paschasij & Eutychie fratrem, cum sero cib. terrere uerbis non potuisset, diu sustulit, casum ad infamem seruitutem damnauit: ne puer regiam scimmunitate superasse posset gloriari. Sig. liz. Imp. occ.

HYNERICVS Gensericus F. Zenonis Imp. intercedente, Carthagini, quae XCV. annis orthodoxo Episcopo caruerat, episcopum permittit, & uicissim ut Zenonis Arianae Constantinopoli & in toto Oriente ecclesias concedat petiit. Ad orthodoxorum ecclesias militibus uincinis armatos statuit, & quoscunq; Vandalorum ecclesia ingredienti conspicerent, uncos in caput impingerent. Ea crudelitate multi oculis, multum pericranio priuati sunt. Septimo imperij anno persecutio inualuit. Sacrae uirgines misere torrae, & secretis locis cōtegratae, ut supra sua cum episcopis indicaret. Pij oēs in Africae solitudines relegati. Simulauit inde, se conciliū religionis causa coactū, non alio consilio, quam ut coacta Homouisanorum manu, eos pro libito traheret. Orthodoxos ecclesiis, hospitibus, facultatib. omnib. priuatos, inedia mori coegit, dum a nemine recipiuntur, & a militibus lib. & a Romanis transierant, in limitibus sui regni obseruantur. Martyrū & confessorum sub hoc tyranno numerus inter nos potest. In uis publicis milites constituit, qui uicinas, nisi testimonium & charactere fidei Arianae scriptum ostendere possent, uel inuitos rebaptizarent. Nocturni uero uicos & oppida circumuehentes, impetu in aedes facto, somno oppressos baptisate suo consergebant, & pueros reluctantes, & se Christianos esse clamantes, aqua immergebant, quasi per uim charactere orthodoxae fidei illis elucere possent. Victor lib. 3. Vandal. hist. & Sigebertus.

THRASIMUNDVS Vandalorum rex, in Africa clausis Christianorum templis, anno DIII. ducentos & uiginti episcopos in Sardiniam relegauit: quibus Symmachus Rom. episcopus uices & pecunias misit. Paulus Diaconus. At Procopius lib. 3. non ui, sed blandis pollicitationib. ad Arianae orthodoxos traducere uoluisse scribit.

VANDALI in Africa degentes, Arianae haeresi addicti, Childericum regem ob reuocatos ab exilio episcopos orthodoxos interfecerunt: & Gilmere duce, recte sentientes in Libya opprimere ceperunt. Meminit crudelissimae huius persecutionis & summæ constantiae Christianorum, inter alios, Gregorius quoq; papa, lib. 3. dialogorum, c. 32.

Sub Iustiniano Imp. inmanissimam persecutionē **TOTILAS** Gothorum rex, Arianus aliquot annis in Italia exercuit. Romam, Neapolim, Florentiam obsedit, cepit, incendijs armisq; grauissimè afflixit. Vnde flagellum Dei cognominatus est. Perusum septennio obsedit. Eius obsidionis princeps Comes quidam, dux exercitus (ut refert Gregorius Pp. in dialogis lib. 3. c. 10.) ad Totilam obsidionis tempore nuncios misit, quasitū quid de capto Perusinae ciuitatis episcopo Herculano fieri uellet? Respondit illi: Episcopo prius a uertice usq; ad calcaneum corrigiam tolli, tum demū caput ampu-

tari, populum uero omnem gladio necari uolo. Dux capta urbe, episcopum ad ciuitatis moenia ductum capite trucidauit: a uertice ad calcem usq; incisa, corrigiam inde sublata regi misit. Quiddam Totilę miles in omnes tam clericos quā monachos crudelis, cuius nomen nemo effugere poterat, pauld post diuinitus repressus & conuersus est. Gregorius lib. 2. dialogorum, cap. 31.

IVSTINIANVS Imp. in hęresim aphyssimam, hoc est, eorū qui afferunt Christum carnem omnis corruptionis & mortis expertem assumisse, aulica quadam sapientia prolapsus, cepit orthodoxos non tantum edictis, sed etiā ui ad asensum cogere: ac eo furore Eutychie Constantinopolis episcopum Amasiam deortauit: idemque Anastasio Antiocheno fecisset, nisi morte impediisset. Sunt qui narrant, eum testamento successori mandasse restituere Eutychie. Euagrius lib. 4. cap. 39. & 40. Nicephorus lib. 7. cap. 29. Zonaras Tomo tertio.

ANASTASIVS Imp. cum & Magus esset & Manicheus; & Eutychie hęreticis faueret, orthodoxos episcopos, male tractauit: monachos plurimos, qui Chalcedonensem synodū damnare nollent, interfecit, Constantinopoli & in Syria. Regino ultra nouigētos martyres sub Anastasio factos asserit. **SEVERVS** Antiochie episcopus hęreticus, Iudaeorum perfidiosi uisus, ultra CCC Syriae monachos interfecit, eorumq; cadauera & auius lanianda proiecit, & Christianorum templa spoliari: ut patet ex libello ab Antiochie & Syriae clericis & monachis, in quinta Constantinopolitana synodo oblatō, Tomo 2. Conciliorum. Ceterum improbitate hanc Imp. digna excepere supplicia. Hunni & Bulgares Thraciam, Illyriam & praecipuas Orientis partes uastarunt. Constantinopoli multa incendia orta. Imperatori in somnis oblati sunt terribiles, librum manu tenens, & iniquis: Ob regni tui am xxi v. annos uita tuae prorogandas deleo. Proximo anno ante eius interitum plurimi mortales Alexādrīe a dæmonibus obsessi, canum latratus ediderunt, propter Chalcedonensis synodi condemnationem. Paulus Diaconus lib. 15. & Nicephorus lib. 16. cap. 26. Cum aliquando tonitrua horrendum in modum creparent, Anastasius de cœna culo in conuaculum territus fugiebat: & tandem in quodā cubiculo mortuus inuētus est, anno ætatis suae supra octogēsimū, regni xxi v. Zonaras Tomo 3. Iornandes in libro de Regnorum successione.

CHRYSAPPIVS Eunuchus Flauianum episcopū Constantinopolitanum, eo quod Eutychie cum sua haeresi, cui ipse fauebat, condempnasset, in exilium peli, & crudeliter trucidari curauit. Zonaras.

THEODERICVS Ostrothorum rex (uulgō Dietrichum de Bēra uocant) Arianus, tum alios, tum in primis Symmachum, Boetium & Ioannem episcopum Romanum orthodoxos interfecit, obiciens illis falsa crimina, quod cū Græcorum Imp. Iustino conspirasset. Tandem in summum animi mœrorem incidit, ita ut oblatos in mensa pisces interfectorum capita esse arbitraretur: nec multū post substantia morte perit. Paulus Diaconus lib. 15. & Procopius lib. 1. de bello Gothico.

CONSTANS II. filius Constantini, imitatus Hēracleum auum, non solum Monothelitarum hęresim recepit: uerum etiam insurgente ipsum Paulo Constantinopolitano episcopo extreme persecutus est orthodoxos. Martinus pontifex legatos ad eum misit, qui cum eo de emendatione agerēt. Quos ille carcere, exilio, uerberibus affecit, & altare ipsorum in domo Placidiae consecratum destruxit. Martinus igitur Romae synodo coacta, Paulum anathematē ferit. Constans magis irritatus, Olympio Exarcho uim Romanis inferre iussit. Sicarius qui in aede sacra pontificem percussus erat, oculis repente priuatur: Olympius metu pœnae ab incepto desistit. Imperator nihil de sententia mutans, Theodorum Calliopan mittit, eiq; mandat ut Martinum ad se uinctum adducat. Ille Martinum cathenas iniicit, uinctumq; ad Constantem misit. Eum impius princeps lingua manuq; truncatum, in Thraciam Chersonesum relegauit: ubi inopia & egestate pressus, sexto anno pontificatus sui obiit. In Africa sanctissimum uirum Maximum, cum duobus discipulis, alijsq; multis episcopis, qui in Africa hęresim Monothelitarum anathematizarent, supplicio affecit. Alios quoq; passim orthodoxos, proseriptionibus & exilijs damnauit. Atixerunt eis forem episcopi hęretici. P. Diaconus lib. 19.

LEO III. Aflarus dictus, anno imperij sui nono, consilio cuiusdam patricij nomine Bese & episcopi Natorie, decretū promulgauit, ne in ulla ecclesia cuiuslibet sancti, aut martyris, aut angeli imago haberetur. Germanum Constantinopolis episcopum, mandato eius contradicentem, ab officio remouit, & Anastasium substituit: omnesq; imagines Constantinopoli in foro comburi iussit: eos qui afferre detrectabant, capite detruncauit, aut alia parte corporis mutilauit, dicens: Scriptum esse, sacrificantes dijs alienis eradicantur.

biuntur. Oecumenicum professorem cum XII collegis, in schola Constantinopolitana a Constantino instituta, in aedibus regis, unā cum libris, noctu ignibus subiectis combussit. Et multos clericos & monachos, & religiofos laicos afflixit. Gregorius II. pontifex Romanus, ad eum scripsit imperiosē. Non deere Imp. de fide uolui facere uerbum, neque uiolare antiqua dogmata catholicę ecclesię: quae a sanctis patribus essent praedicata. Insuper literis monuit omnes orthodoxos, ne mandato Imp. de tollendis imaginibus pareant: quinetiam Romanę urbis & Italiae tributa Cæsari dari uentur. Quae res ad excitauit Italos, ut parum abfuerit quod sibi alium Imp. eligerent. Item cum uideret, Imperatorem a Saracenis & alijs hostibus premi, re deliberata cum clero suo, in Imperatorem tulit sententiam: eumq; imperio & cōmuniōne fidelium priuauit, eō quod sanctas imagines de sacris aedibus abstraxisset, & quod de homouisio male sentiret. Hoc igitur pacto Romam atq; Italiam, omniaq; iura tam Reipub. quam Ecclesię, in Hesperis locis, ab obedientia Leonis remouit: anno xlii Leonis. Tulit id Imp. indignissimē: & exercitum in Italiam misit, ducē Mane praetore Cyborensium: tributaq; quae ad patrimonium Ecclesię pertinebant in Sicilia & Calabria, publico fisco adscripsit. Tandem sue crudelitatis pœna dedit. Nam bellis & rerum infelici successu uexatus, uenturia perit. Iacobus de Strada, in Thesuro antiquitatū: & Venerus in Fasciculo temporum. Bese patricius, ab Artabadi exercitu hasta traiecit. Paul. Diac. lib. 21. & 22. rerū Rom. & lib. 6. cap. 14. de Longobardis. Regino lib. j. Sigebertus anno DCCXXIX. Zonaras, Blondus lib. 10. Dec. j. incl. imperij. Platina sub Gregorio II.

LEO IV. Imp. media ieiuniorum septimana duas imagines reperit in puluinarū uxorū suę Irenes. Inquisitione facta deprehendit, eas à Pappia palatino alijsq; nonnullis primiceriorum fuisse illatas: quos & cruciatibus supplicisq; grauissimis addixit: in uxorem quoq; Irenem acriter est inuectus, constanter asseuerantem, se eas non uisas, repulit, neq; potestatem cum ipsa habuit. Cedrenus.

CONSTANTINVM Leonis IV. F. & eius matrem **THEODORAM** Deum multis affecit pœnis. Nam ritus matrem ab imperio remouit: & Bulgarijs uictus est, cum Pancrio astro nomo uaticinanti de uictoria credens, de acie infusa neglectior fuisse: & postea per insidias a matre oculis & impio orbatus, eo dem die, quo ille ante annos quinque Nicephorum & Alexium Mosolium inuictū exegerat, & alijs quibusdam linguas praeciderat. Zonaras Tom. 3. Ad eam impicitatem sol ad dies xvii suos occultauit radios: & ipsa post annos quatuor & quinque, à seruo & subulco Imperiali dignitate & thesauris omnibus exuta, in exilium relegata fuit. Paul. Diaconus lib. 23. rerum Rom.

CONSTANTINVS V. Copronymus Imp. imaginum hostis acerrimus fuit. Ceterum fama de eius interitu sparsa, Constantinopolitani eius odio Artabadium designant Imperatorem. Verum ille urbe obsessus, & diu fame afflictus, tandemq; capta, recuperat imperium: & congregata Synodo, controuersiam de adoratione imaginum disceptari iussit. Pates q; conuenerant, ad adorationem imaginum damnant, ut aperta idololatriam: & Germanum, Georgium Cyprium, & Ioannem Damascenum anathemate feriant, ut idololatrię patronos. Imperator ergo edicta proponit, quibus imagines adorari uetat: & Synodi decreta suscipi iussit, & reliquias Sanctorum igni tradit, ac deniq; titulum Sancti neq; Marię uirgini, neq; Apostolis, neq; martyribus tribui uoluit: & intercessiones Sanctorum ficulneum praesidium uocabat: anno DCCLV. Sigebertus. Sacerdotes & monachos sententia suę restagantes atrocib. supplicijs afficiebat, & uita priuabat. Ministros autem istius seueritatis habuit. Constantinopoli Antonium patricium, & Scholarum domesticū. Foris uero praetores, Michaelē Edessensem, & Michaelē Lachano draconem, & Manem F. Andreas quidam monachus Calibytes dictus, Imperatorem adit: eumq; inter oburgatum ob imagines, alterum Iulianum & Valentem appellat. Ille flagris eum occidit. Stephanus etiā celebris monachus, cum recusasset decretum Synodi de imaginum damnatione approbare, post multa tormentis crudeliter interfecit: & in Pelagium, ubi ex aede Pelagij fossa ad receptaculū condemnationis facta erat, abiicit. Multos etiam Senatorij ordinis, ob facrarum imaginum cultum supplicio affecit: & iusturandum ab omnibus exegit, ne quis eas ueneraretur: idemq; iusturandum ab ipso quoq; Constantino, quem Ecclesie praefecerat, postulari: atq; is in suggesto stans iurauit. Cum in theatro ludī Circensēs agerentur, multos monachos, comprehendit, ac triumphum de illis egit, per theatrum circumductis, & mulierculas inhonestas manu ducentibus. Duobus ex ius consiliarijs capita praecidit, & multos alios carceribus inclusit, forisq; cadi iussit: propterea q; ac-

cusati essent, quasi monachis narrasset de facinorib. eius, ob quae ab illis reprehendebatur. Petrum Scilitem à Metra, nobilem uirum, ab officio remouit, & in carcerem cōiecit: & tractum per plateas, proijci iussit in locum supplicij, eō q; Sanctorum adorationem probasset. Constantini patriarcham in exilium misit: & reuocatum, in ecclesia habito iudicio, anathemate damnari, alapis caedi, & asino impositū in ludis Circensibus circumduci, & conspui, & puluere conspergi, & tandē capite plecti iussit. Multa millia **THEOPHILVS** xorum interfecit. Monachorum domicilia partim incendit, partim destruxit, partim profanauit: ut Dalmatę monasterium, omniumq; Constantinopoli sunt antiquissimū, pulsis monachis, militū diuersorū fecit. Lachano draco praefectus Thraciæ monachos coegit monachas ducere, & id recusantes puniit: uirorū & mulierum monasteria, & uasa sacra, & libros uendit: lipiana Sanctorum combussit, multos monachorum uerberib. & gladiis trucidauit, quosdam oculis priuauit, quibusdā barbas oleo & cera perunctas incendit, alios post multos cruciatos in exilium eiecit: nec unū monastica ueste amictū in tota prouincia reliquit. quam obrem ab Imp. laudē meruit. Paul. Diac. lib. 22. rer. Rom. & Cedrenus. Zonaras Tom. 3. Sigebertus anno DCCXXX. Pleriq; historici ea quae à Constantino Copronymo contra imaginum patronos gesta sunt, persecutionē piorum uocant: ideo etiam omnes calamitates, ut sunt pestis, fames, terræmotus, & eius mortem, pœnam faciunt oppugnatū imaginum. Nam carbunculus pedē eius corripuit, & ardenres febres cum e medio sustulerunt, cū annos xxxiiii. & ttes menses rerum potius esset. Idem, & Iuo in Chronico. Blondus Dec. 2. lib. j. elephantie morbo eum correptum, & adultū spumantisq; sanguinis uitio puridam carnē neruus & ossa destituisse, eumq; ulceribus repleuisse scribit.

Initio imperij, **LEO** V. Imp. imaginum cultu additus, **THEOPHILVS** Imagines ab oteri edicto iussit. Nicephori patriarcham, qui concionibus & scriptis adorationem imaginum propugnabat, in exilium misit. Zonaras Tomo 3.

MICHAEL Balbus, partim regnandi cupiditate, partim zelo imaginum, per insidias Leonem in sacratio diuina carmina cantantem, adortus, manibusq; & capite amputatis, reliquum cadaver in circum equetrem ignominiosè traxit, filiosq; eius castratos in exilium misit. Ibidem.

MICHAEL Traulum, qui Leoni successerat, sperabam imaginum cultum promoturum: ideoque Nicephorus patriarcha ad eum scripsit & rogauit, ut eas restitueret. Verum ille **THEOPHILVS** Euthymium Sargium archiepiscopum imaginum adoratorem, in exilium eiecit, & Methodium in carcerem inclusit.

MICHAEL Rancabin Imp. qui in eos fauerat, qui imaginum cultum & uitam monasticam tuebantur, puniit Deus infelicitate belli contra Bulgaros, & imperij amissione. Paulus Diaconus.

THEOPHILVS Imperator, in imaginum cultores mirum in modum insaniebat: imō & in imaginum pictores, in quos pari furore desueiebat. Monachum quendam Lazarum, qui pingendo celeberrimus habebatur, uerberibus casum, in carcerem detruisit, & laminis ferreis ac ignitis palmas exussit, ob hoc solum quod imagines sanctorum, contra edictum pinxisset. Sed diuina adiuto gratia, reddita est pietas ualeudo: ut post mortem tyranni, simulacrum Saluatoris tanta arte ac tanto ingenio pingeret, ut omnis posteritas pro rei dignitate uix fatis admirari posset. Viros autē sanctos ac confessores Theophanem & Theodorum, germanos fratres, uerberatos, nigris notis in facie notauit, ac frontibus eorum carmina lambica, quae apud Zonaram extant, inscripsit. Methodium, qui deinde patriarchalem sedem decorauit, post colaphos, uerbera, & dentium euulsiones, in insulam Pannoniam, ab alijs Antigoni dictam, relegauit, cumque duobus larronibus in monumentum uitium inclusit, altero mox mortuo in edia. Septem fereturanis ei sepulchro inclusus inedia perit, & deinde excludus in templo quodam permansisse à nemine uisus, nisi à suo ministro & à Rege. Quadraginta duos feret occidisse Theophilus, **CONSTANTINVS** Cnspinianus, & Cedrenus.

MICHAEL, Theophili F. Imp. qui cum matre Theodora imaginum adorationem restituerat, singulari aliorum afflictione, cum in conuiuiu bene potus, cuidā Basilio renigi calceos purpureos tradidisset, eumq; Imperatorem saluasset Basilius, qui aliquanto ante ab ipso Cæsar designatus erat, molēte

CAROLVS Martellus, ad eò militibus suis omnia permisit, ut dum hi magis quàm hostes Visigothi sacra profanaq; diriperent, per aliquot annos Lugdunensis Viennensisq; sedes viduæ suis Episcopis fuerint, militaribus iniuriis altero defuncto nemine suffecto, altero cœnobij portum ingrefso. Aemilius lib. 2.

NON EXPELENDO.

ISRAELITIS Dominus præceperat, ut terræ Sanctæ incolas omnes ad intercessionem dederent. At illi non paruerunt: sed partim timore eorum, qui ferreis curribus utebantur, partim auaritia ducti, quosdam illorum inter se habitare permiserunt tributarios. Iudicij 1. Itaq; angelus Domini à Gargalis ad Bochos ascendens, exprobrauit illis hoc factum: & uicissim interminatus est, cum ipsi eos non expulissent, neque se illos eis expulsum, ut & ipsi eos extimularent, & eorum dii ipsi detrimento essent. Populus igitur sublata uoce in magnum ploratum erupit, & inde locum illum Bochos à ploratu uocarunt, & illic Iouæ sacrificarunt, & Dominum postea, dum superstes fuit Iosua, coluerunt. Iudic. 2.

NON PUNIENDO IMPIOS.

SALVS Iudæorum rex Agagum regem, quem ex Domini mandato, Samuele propheta referente, cum omni præda, totaq; gente excindere debuerat, seruauit. Quapropter iratus Dominus, per Samuelem & illi interitum denunciavit, & Agagum minutatim concidi fecit.

ACHABVS rex per prophetam à Domino arguitur, qd deuitis Syris, regem eorum Benadadum dimiserit illæsum, cui morte dignus esset, & dicitur illi: Eric anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Marulus lib. 4. c. 3.

HENRICVS IV. Imp. Ratisbonæ degentes Iudæos, solum baptizari iussit, saluo uniuerso Iudaizandi ritu. Vispergenfis. Verum Cranzius lib. 5. c. 14. scribit, Imperatorem Iudæos, qui religionem Christianam inuiti amplexi fuerant, nõ modò ad Iudaismum redire ultro concessisse: sed & ut ereta eis bona restituerentur, Moguntino sanxisse cõsilio: cui & Nauclerus Volum. 2. Gener. 37. ad stipulaturs

REMISSE PUNIENDO.

IOANNE Zimisce Imp. Theodorus monachus Antiochenus patriarcha, quia imperium ipsi prædixerat, impetrauit, ut Manichæos expelleret. Eos igitur Imp. Philippopolim transtulit. Præsul Antiochenus contentus erat, à uicinia pfigari hæreticos, ne suis ouiculis nocerent. Imp. tam petinacibus hæreticis etiam in aliâ ciuitate locum præbuit, ubi impunè blasphemarent Dominum, & ouiculas Christi corrumperent. Cedrenus.


ABSOLVENDO.

HENRICVS Brunswicësis dux, Alberti F. cõtemtor superum, ecclesiastici nerui uincula diu dissimulans tolerauit, ecclesiæq; Hil desensit grauisimus incubuit: erat enim in ea electus episcopus. Is mandato Innocentij VI. à uinculis excõmunicationis absolutus exiuit, non sine scandalo multorũ in ecclesia: qui perinde ecclesiasticæ disciplinæ neruũ contemtorem habituri uidebantur.



VOLVMINIS DECIMISEPTIMI

FINIS.



THEATRUM HUMANAE VITAE

Volumen Decimum-octauum

De IUSTITIA PROFANA

QUINQUE LIBRIS differens.





NOBILISS. COMITEM
 GEORGIVM, Sigismundi
 H. CL. filium, Burggrauum
 à Kirchberg

Farnrodæ Thuringorum
 dominum

Theodorus Zuingerus

CLINICVS

humanæ uitæ pædago

IUSTITIA

historicis exemplis XIX

THEATRI VOL.

illustrata

in QVINQVE LIB. tributa

QVORVM

- I. De IUSTITIA PROFANA uniuersim agit
- II. De Iustitia Distributua FIDA
- III. De Distributione GRATA
- IV. De Distributione OFFICIOSA
- V. De Iustitia CORRECTIVA differit

AD

honestam animi relaxationem
 ualetudinis ergo

pro officii mediciratione
 inuitat, uocat,
 prouocat.



• TOMI DECIMIOCTAVI

LIBRORVM

DISPOSITIO.

IUSTITIAE Profanæ idem est habitus, qui Religiosæ: differt, quòd in hac religiosi affectus erga Deū, in illa profani erga Homines ratio habetur. Diuiditur proinde in Distributiuam & Correctiuam, siue secundum Legem instituat, siue secundum Aequalitatē. Distributionem ex Fide, Officio, Merito intelligimus. Correctionem uerò eam tantum, qua homo hominum scelera iuste persequitur. Scelerum supplicia iusta alterius sunt loci. Diuina quidem ad Theatrum deorum: Humana uerò, si quidem maiora sint, quam deceat, ad iniustam *Διόρθωσις*: sin per se æqua, personæ tantum punientis respectu iniqua, ad Scelerum Titulos ableganda erunt. Digna fuit morte Clytæmnestra: at indignus Orestes, qui eam morte afficeret. Proinde mors Clytæmnestræ non inter Perfidia coniugalis supplicia, sed inter Parricidij exempla connumerabitur.

Genere. LIBRO PRIMO.

De IUSTITIA
 profana
 agendum
 in

Specie,
 quo ad
 iustam

Διανοητικὴ,
 tribuentem
 bona aliis,
 tum respec-
 tu

Agentis, qui tribuit,
 quoniã ipse dignus est,
 qui tribuat aliis ea quæ
 debet arg. decet, uel ex

Pacto & obligatione reciproca (quam
 Fidem eximie uocamus) qua iis uel
 tacite uel aperte obstrictus est, ut
 nisi tribuat, perfidia notari possit.
 Distributio FIDA appellatur. De qua
 LIBRO II.

Merito & beneficio, quo ab illis priori-
 ribus obstrictus tenetur, ut nisi par
 referat, non quidem perfidia (quæ pa-
 tium nullum interceserit) sed Ingrati-
 tudinis accusari queat. Distributio
 GRATA. De ea LIBRO III. a-
 getur.

Patientis, cui tribuitur, quoniã dignus est, ob quacunque tandem bo-
 na, nullo licet uel Pacto uel Merito interueniente, sola Honestate
 id prescribente, qui colatur & ornatur. Quod ipsum Officium
 discretè appellari potest. Distributio OFFICIOSA: quæ LI-
 BER QVARTVS explicabit.

Διόρθωσις, in malis pro merito cuique infligendis. De CORRECTIONE iusta,
 LIBER QVINTVS.






Voluminis Decimioctavi

Liber I.

DE IVSTITIA Profana in genere.



IVSTITIAE MAGISTRI. TVM

CVIVS. NEMPE

LEGVM OBSERVANTIAE.

Scribit Aristoteles, magistratum in euntis EPHOROS præcipere solitòs, καὶ τὸν πρῶτον, & ἀποστρεφῆναι τὸν δεύτερον, ne cogere tur fœuere. De barba uerò fit mentio, ut uel in minimis infuerecerent τὸν πρῶτον. Cælius lib. 3. c. 25. Antiq. Lect.

LYCVRGVS Lacedæmoniorum legiflator, patria excedens, iureiurando ciues suos ad ege, ne prius leges suas mutaret, quàm ipse reuerfus effer. Voluitatio igitur exilio in Cretam abiens, illic mortuus, cineres suos in mare proiciit iussit: ne forte illis in patriam relatis, ciues se sacramento solutos arbitrat, saluberrimas leges abrogare uellent. Plutarchus in Lycurgo.

FIDEI IN PATRIAM.

GRÆCI, ut ciues suos omnia ad patriam gloriam & salutem referre docerent, etiam in facris & iudicis certaminib. non uictores ipsos, sed parentes & patrias illorum proclamantes, patrias ipsorum ab ipsis coronari pronuntiabant. Plinius lib. 16. cap. 4.

P. S C I P I O Africanus maior, cum nobiles quidam adolescentes ex acie elapsi, de Italia relinquenda consilia agerent, post Cannensem cladem ad eos stricto ferro repente ingressus, ad eòs terruit minaciter instans, ut non solum eos à proposito auerterit, sed passi sint etiam à se iusiurandum exigi, de patria non relinquenda. Sabellius lib. 1. c. 4. & Plutarchus in eius uita.

Cum Alphonsum Atragonium regem ad Caietam à Genuensibus captum Philippus Vicecomes inuitis Genuensibus Mediolanum perduxisset, neque ut hostem, sed ut hospitem habitum à se, non multo post dimissit, Franciscus Spinula auctor fuit Genuensibus à Vicecomite deficiendi. Spinula enim secundo bello Gallico cum nobilibus aliquot Ligustici nominis, ad Rapallitanum suum captus, à patriciis VENETIS, cum quibus colloquia habere solebat, dicitur admonitus in dignum, ac penè miserabile uideri, Genuâ splen dore rerum terra mari que gestarum insignem urbem, ad libertatem & imperium natam, & quæ tum quoque nonnullis urbibus in extrema Europa imperaret, ita uiuidos illos maiorum animos exuisse, ita prostratam, sui que splendoris immemorè iacere, ut insolentissimo tyranno tam ociose pareret, quàm quæuis ciuitas ad seruitutem nata. His uocibus ille accensus, postquam è carcere dimissus est, nò prius quietit, quàm suorum animos ad liberandam patriam permouit. Sab. lib. 2. Dec. 3.

FIDEI IN MAGISTRATVM.

Judæi CHRISTVM opt. max. ut in responso caperent, de numismate consuluerunt: rogantes, an liceret dare censum Cæsari? tum ille: Cuius est numismatis huius inscriptio? Cæsaris, aiunt. Itē igitur, & quæ Cæsaris sunt, reddite Cæsari: & quæ Dei, Deo. Do cuius celestis illa & æterna Sapientia, iustitiam esse scientiam quandam, quæ quod suum sit, reddat unicuique. Sab. lib. 4. c. 4.

IDEM cum discipulis Capernaum ueniens, tributum pendit, non quòd iure cogere tur (neq. enim peregrinus erat) sed ne scandalum daret. Petro igitur præcepit, ut piscatù profectus, ore piscis quem primum cepisset aperto, statem acciperet, eumque publicanis offerret. Matthæi 17. Marci 9. Lucæ 9.

Aprie extincto, regnauit apud Aegyptios AMASIS è tribu Saitana, & urbe cui nomen est Siuph. Eum inter initia Aegyptij contemebant, quòd plebeius fuisset, nec insigni familia ortus. Sed hos Amasis ad se solertia, non asperitate perduxit. Pelium auream, in qua tam ipse quàm omnes conuue semper pedes abluabant, confregit, ex ea que dæmonis

statuam fecit, & in oculatissimo urbis loco statuit. Aegyptij simulacrum ad euntis, magnoperè uenerantur. Amasis igitur, conuocatis Aegyptiis, indicat, ex illa pelui, in qua primò Aegyptij conuocati immingereq. & in qua pedes abluere consueverant, factum esse simulacrum, quod tunc tantoperè uenerantur. Itaq. se aiebat perinde atq. peluim esse factum: qui si antehac fuisset plebeius, in presentiarum tamen esset rex: eòq. iubere, ut sibi honor haberetur, atq. reuerentia. Hunc in modum ad se traduxit Aegyptios, ita ut æquum censerent ei seruire. Herodorus lib. 2.

OFFICII IN SVBDITOS.

MACCABÆI Scotorum regis lege, qui eques auratus creatur, uindictarum, pupillarum, agrestiumq. fore tutorem iurato. Idemq. dum quis Rex salutatus dicitur, facito. Hector Boethius lib. 12.

Inoleuerat barbarus mos apud proceres & equites Poloniae, ut iter facientes, quotiescunq. & ubicunq. collibitum esset, agros ac prata agrestium & oppidanorum depascerent, ac non modò pabulum, sed etiam uictum omnem ipsis imperaret, siue ad eòs ipsi, effractis horreis atque cellis, per uim auferent: neque contenti quantum libuisset assumpsisse, reliquum etiam malitiosè profundeabant, dissipabant & corrumpabant, iumenta è pascuis & stabulis, atque etiam iuncta curribus & aratris utenda, uel potius ad cursum abutentur: ad abducebant, ea que uel fatigata uel enecta dimittebant: uel si forte placuissent, retinebant & usurpabant. Ad hæc in possessiones & facultates morientium episcoporum & cæterorum sacerdotum inuadebant, eas que diripiabant. Quin & præfeti principis idem faciebant, & principis horrea, prædia, sicut que facultatibus, que cultus diuini administris & egentibus dedicatæ erant, augebant. Hæc longa consuetudine inolitæ, legis que uim propemodum obinentia, proceribus, quibus erant utilia, defendentibus, perdifficile erat abrogare. Sed tamen anno Christi MCLXXX. comitiis apud Lenciam habitis, CASIMIRVS rex optimus legem pertulit, qua barbari illi mores sublatis sunt. Cromerus libro 6. de rebus Polonorum.

FIDEI IN CIVES.

Moses Israelitis præcipit, fratribus suis ne fenerarentur, sed extraneo tantum. Deuteronom. 23. Præcipit idem: Si quid alteri mutuabis, eius domum ad pignus auferendum, ne intrato, sed foris maneto, eo cui tu mutuabis pignus tibi foras efferent. Quòd si pauper est, ne cum eius pignore cuba to, sed ei pignus sub solis occasum reddito, ut is in sua ueste cubas tibi bene præcetur, ea que res tibi iustitiæ ducatur apud Deum tuum. Deuteronom. 24. Eodem in loco, ne uidua uictum pignorem, uetat Dominus.

SOLON Atheniensis impensius ratus plebis subueniendum infirmitati, cui libet dedit de illata cuius iniuria actionem: si quidem altero pulsato, uel læso, uel uiolato, cuique ius erat, cui facultas suppetebat & uoluntas, auctorem iniuriæ postulare, & reum facere. Et rectè assuefecit legiflator ciues mutuè inter se, alterum alterius, ut si unum sit corporis sui membrum, sensu & dolore tangi. Huic legi uocem eius concinentem commemorant. Cum enim esset ex eo quasi tum, Quæ esset optimè comparata ciuitas? Illa, inquit, in qua illi si perinde ac læsi infectantur, & uindictam malicia. Plutarchus in Solone.

OFFICII ERGA PARENTES.

PARENTES Saræ monuerunt eam, honorare Tobiam socerum & Annam socrum, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere. Tobie cap. 10.

TO

LIBER I.

TOBIAS senior instruit filium suum, inter cætera dixit: Cum acciperit Deus animam tuam, corpus meum sepeli, & honore habere matri tuæ, omnibus diebus uitæ tuæ. Tob. 4. Catullus præclarè eamine suo nuptiali, FILIARVM erga patres naturalem obedientiam, cui parendū sit, edocet:

At tu te pugna tum tali coniuge uirgo:
Non æquum est pugnare, pater cui tradidit ipse;
Ipse pater cum matre, quibus parere necesse est.
Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est;
Tertia pars matri data, pars data tertia patri,
Tertia solâ tua est: noli pugnare duobus,
Qui geneto sua iura simul cum dore dederunt.

IN LEBTÀ Libyæ ciuitatè in drem diuissimè seruati seruiti, ut postred nuptias ad sponsam matrem pertum ollam sponsa mittat, quæ ea abnegat aspernis. quòd ipsi statim iniuriis, non uercalibus in focu prægustatis moribus, si quid (ut affolet) grauius sese obtulisset, uelut planè excitator, æquiore ferret animo. Cælius lib. 28. cap. 18. A. L.

LEGE KENNETHI Scotorum regis, filius parentibus iniurius lingua, pede, manuq. eodem priuatus membro, in crucem tollebat, abiecitaturq. insepultus. H. Boethius lib. 10.

PÏETATIS ERGA LIBEROS.

THEBANORVM lex humanissimè posita est, ne cui Thebano liceat infantem exponere, neque in solitudine abierere, capitis supplicio. Verum si in extrema mendicitate pater sit constitutus, siue mas sit, siue femina infans, cogitur eum statim à materno partu ad magistratum cum suis factis adferre: qui acceptu alicui tradidit leui fidei, cum quo pactum & conditionis intercedunt, ut bona fide infantem aliat, & adultum serui uel seruæ loco habeat, sic ut alimentum & educatio seruitute compenferetur. Aelianus libro 2. de Varia historia.

OFFICII CONIUGALIS.

Quòd uxor debeat esse uiro suo sociâ, non dominâ, uel ancillâ, inde patet, quòd Euam formauit DOMINIUS de costa Adami, non de capite uel de pede. Vir est caput uxoris, quia sicut in principium ortus: & facta est mulier de uiro suo, non uir de muliere. Eiusdem debet esse magister & doctor. Præceptum sanè à Deo fuit datum Adamo, & per Adamum Euxæ. Genes. 2.

Apostolus PAVLVS ecclesiam Dei docens, inquit, Mulier nò habet potestatem sui corporis, sed uiri. Quòd dictum usque ad eò rem omnem turpem tetramque arere à muliere par est, ut etiam Augustinus non uotum quidem aut institutum continentia: probet in coniugata, nisi probat uir. Reprehendit Celantiam, optimam matrem familiam, siue Hieronymus, siue quis alius, qui ad eam scripsit, uir haud dubie doctus & sanctus, quòd uotum in se suscepisset continentia: perpetuæ, marito inconsulto. Ludouicus Viues de Christiana femina lib. 2.

VI mulieres Perlarum suis maritis obedire discerent, ARTAXERXES rex, consilio suorum principum usus, editu promulgauit apud omnes gentes, & ut id ipsum exemplo confirmaret, uisum reginam, quem summoperè amabat, quia in conuiuium uocata uenire recusasset, repudiari. Estheræ 1. & Iosephus libro 11. cap. 6.

FIDEI IN DOMINOS.

ROMVLII lege apud Rom. cautum erat, ut non solum serui in dominos, sed nec patroni quoq. in clietes testimonium ualeret. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 20.

APUD ROMANOS aliquando fuit in usu, ut de seruis in dominos nec questio haberet, nec iudicium dari posset. Ibidem.

TACITVS Cæsar cauit edito, ut ne maiestatis quidem causa contra dominorum capita serui admitterentur, aut per eos magistratus inquirerent. Ibidem.

FIDEI IN SERUOS.

In seruos quatenus seruire liceat, est in l. l. C. de emēda. seruor. & in Tit. Instit. De iis, qui sui uel alieni iuris sunt.

M. ANTONINVS Pius & sequuti principes, super dominorum potestate in seruos, salubriter consuluerit, ne dominis plus æquo seruire liceret, neque iniusta imperia dominorum noxæ forent, neque domini seruos quotidianis uerbis afficerent, sed loris cæderent. Quibus constitutionibus cautum, ut in eum, qui suum occidisset seruum, haud fecus poena diceretur, quàm qui alienum necasset. HADRIANVS seruos à dominis occidi ueruit, sed si quid deliquissent, prætoris iudicio poena affici præcepit, ita ut Vmbriam matronam, quòd in ancillas supra modum seruiret, in quinque annum relegasse ferant: quòd magis è republica ducerent, permulcendo trañdooq. seruorum animos, quàm uerbere coercere. Alex. lib. 3. c. 20.

FIDEI FRATERNAE.

SCILVRVS octoginta liberos masculos habens, quum esset moriturus, fasciculum iaculorum singulis porrexit, iussitq. rumpere. Id quum singuli recussissent, eo quòd uideretur im possibile: ipse singula iacula exemit, atq. ita facile confregit omnia, filios admonens his uerbis: Si concordēs eritis, ualidi inuictiq. manebitis: contra, si diffidit & seditione distrahimini, imbecillēs eritis, & expugnati faciles. Non potuit Scythia magis Scythicè rem ob oculos ponere. Plut. in Regū & Imperatorum apoph. Stob. Sten. 82.

SEVERVS Cæsar, moriturus, Antonino maiori filio orationē Sallustij, qua Micipsa filios ad concordia hortatur, misit. Vltima eius fuere uerba: Turbatâ Remp. accepi, pacatam, etiâ Britannis dōmitis, relinquo: senex & æger pedibus, firmum imperium Antoninis meis relinquo, si boni fuerint: imbecillum, si mali. Auent. lib. 2. Annalium Boiorum.

Quidam ex tribus uxoribus relictis liberis, & tertia uxore relicta decesserat. Hæc cum item alteri nupisset, liberos habuit. Sed & ea mortua defuncto filio ex tertio matrimonio sine liberis, inter uterinos fratres, germanos & cõsanguineos tantum, de hæreditate fratris defuncti coram Iustiano Imp. summa contentio fuit. Consanguinei uterinos: germani utroq. non admittebant. At ipsius Iustiani lege, merito sublata cognationis & agnationis differentia, uterini suam quoq. hæreditatem esse dicere. IVSTINIANVS, qui uideri uult hanc litem primus omnium ueterum terminasse, pronunciauit, fratrum ex utroq. latere successione esse. P. Aerodius ex Iustiano constitutione 84.

FIDEI IN PEREGRINOS.

Q. FABIVS Max. Honoris templum ante Carmentalem portâ edificauit, quòd deinde M. Marcellus restituit: omnes doceret, non tantum domi, & in ipsa urbe, sed foris quoq. honore dignos homines, quâuis peregrinos, uenerandos esse. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 4.

FIDEI IN PVPILLOS, CLIENTES.

LEX XII. Tabularum iis, qui ad legitimam pupilli hæreditatem admitti possent, tutelam hac ratione ac prouidentia deuolit, ut qui sperarent hanc successione, idem tuerentur bona ne dilapidarentur, quasi in rem suam procuratores dati. At contra SOLON legiflator Atheniensium, id ante omnia præclarissimè statuiffe dicitur, ne si tutor curatorem pupilli esset, ad quem eo mortuo bona peruenirent, neque qui tutor curatorem esset, cum matre pupillorum habitaret. Aerodius.

Patroni in clientes testimonium non ualere, ROMVLVS primùm edita lege cauit. Alex. lib. 3. c. 20.

CLAVDIVS Cæsar sanxit, ut pupillis extra ordinem tutores à Cõs. darentur. Suetonius.

Otho Longus Brandeburgensis marchio, cum Venceslao IV. Boemorum regi puero (cuius amitam in uxorem habebat) tutor datus esset à RODOLFO I. Imp. & Boemos Germanorum leges & imperium pœnitens odisse uideret: simulans se eis duces contra Cæsarem futurum, eos in unum locum contractos ad interfectionem Germanis trucidandos obiecturus erat: nisi Cæsar tantam immanitatem excretus, ipsum tutelaris fidei submonuisset, in quam pupillum recepisset cum toto regno tuendum. In illo si qui reperirentur, quorum audaciam ipse coercere haud posset, sibi puniendos relinqueret: pacis autem & quietis amantes ne legeret. Se namq. pupillo, quem in locum filij, desponsa ei filia sua, adoptauerit, hoc meritò debere, ut in colume regnū illi restitueret: satisq. idem Cæsar negotij habuit, ut Marchionem Boemis tam insigniter offensus reconciliaret. Dubrauius lib. 18.

FIDEI IN SVPLICES.

Edouardus IV. cum Angliæ regnum caeso Hærico VI. & principib. omnibus, qui aduersati fuisset, interemtis occupasset, Henricus Edmundi Richemondia: Comitiss. F. qui solus ex sanguine Henrici VI. supererat, ad Franciscum duces Britannia: supplices confugit. Edouardus cum Duce primū precibus & precio egit, ut eum penes se in libera custodia detineret, ne elapsus res nouas in Angliam moliretur. Non multo post cum uiuo Henrico nihil se tutum sibi fore crederet, Britannum auro expugnauit, ut Henricum ad se transmitteret, filia suam ei se daturum promittens. Legati magno cõ gaudio ad sanū Maclouij urbem maritimâ pergunt, ut inde consensu nauis, in Angliam nauigent. Henricus, qui se sciebat

ad mortem trahi, ex mœore animi in itinere in febrem inci- dit. Interca IOANNES Chenletus, inter Britannicos prin- cipes summus, & duci maxime acceptus, ruri erat: ac ubi id factum rescivit, rei in dignitate permotus, celeriter in aulam rediit, suoq; mœre adiuit familiariter ad Ducem, tacitusque stetit aliquandiu, sic ut Dux miratus cum tam deiectum ge- rere uultum, petinerit, Ecquid sibi uellet illa animi tristitia, quâ prae se ferret? Ad ea Ioannes Ducis factum seuerè repre- hendere cepit, qui auro deceptus, supplicem hosti prodidisset. Cuius uerbis Dux motus, illic Petrum Landosum quæ- storem suum misit, qui Henricum intercipiat. Is ad sanum Macloij perueniens, simulato negotio legatos Anglicos longiore sermone detinuit, donec Henricus in asylum in- ductus & mortis metu & periculo liberaretur, & ad Ducem reduceretur. Polydorus lib. 4.

FIDEI IN AEGROS.

Medici ASCLEPIADA ex formula iuramenti Asclepiadei in- ter cœtera iurant, ægris se diætam cōmodam pro facultate & iudicio suo constituturos, omneq; detrimentum & iniuriam ab eis prohibebunt. Deinde in quascūq; domos in- grederentur, ob utilitatem ægotantium ingressuros esse.

FIDEI IN CONTRACTIBVS VOLUNTARIIS. IN

Mutuo.

Legum, quæ ad hominū cōmercia pertinent, BOCCHORIM regem Aegyptiorum latorem scribitū fuisse. Hæc mandat creditis abq; scriptura mutuo pecuniæ, si negarentur, stari de- bitoris iuramento, ut iurandum ueluti religiosam rē ma- gni æstimarent. Nam cum certum uellet, sæpius iuranti abro- gatum in fidem, fore ut quibus magni duceret, ne boni uiri nomē amittatur, raro ad iuramentum descendere. Legis in super latore omnē fidem in uirtute constituens, bonis mo- ribus iudicauit assuescere homines ad probitatem, ne indi- gni fide uiderentur, debere. Iniquū etiam putauit, eis quib; absq; iuramento credita pecunia esset, de re sua iurantib; nõ præstari fidē. Pœnus quod ex scripto contraheretur, phi- bebat ultra contracti mutui dupli exigi. Solutio ex bonis debitoris solum fiebat, corpus non poterat addici credito- ri. Putabatur enim oportere bona tantum subdita esse debitis: corpora, quorum opera & bello & pace uterentur, ciuitati- bus addicta esse. Non enim æquum uidebatur, milites, qui pro patriæ salute pericula subirent, pro uisuris in carcerē du- ci, aut ob unius auaritiā in periculum agi patriæ salutem. Hanc quōq; legem uideatur SOLON ad Athenienses trans- tulisse, quā Sischthiam appellauit, decernens, ne ob uis- ras ciuū corpora necerentur. Haud iniuria queruntur qui- dam de nonnullis Græcis legumlatoribus, qui arma, aut a- ratrum, aut aliud quiduis operi necessarium prohibeant ob- fœnas addici creditoribus: corpora uerò quæ his utuntur, tradi permittant. Diod. lib. 1. c. 6.

Vetus olim Senatusconsultum fuit, primū a S O L O N E ue- teri lege sancitum, inde ad Rom. deductum: quo cautū fuit, Patre uiuente, filio, qui sub patris iure est, credi pecuniā nõ licere: & qui credidisset, petitionem non habere, ne filiusfa- milias ære nexus alieno, ut creditum redderet, uel necē pa- tri machinaretur, aut aliunde eam inhonestis quæreret. I- plius senatusconsulti uerba hæc sunt: Placet, ne cui, qui filio- familiās mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortē pa- tris, cuius in potestate fuisset, actio petitoq; deur. Vt sci- rent, qui pessimo exēplo fœnerarent, nullius posse filijfami- lias bonū nomē, inde ex cœtata patris sui morte, fieri. Alex. lib. 1. c. 7. ubi locū illum ex Phormione Terentij explicat, Hui dixi pulcrē, si quidem quisquam crederet, Te uiuo.

Emtione, Venditione.

Præcipit Dominus Israelitis per MOSEM Diuersa pōdera, di- uersas mensuras, alias maiores, alias minores, domi ne ha- beret: sed pōdera, & mensuras æquas iustasq; ut diu uiuas in terra. Deuter. 25.

Locatione, Conductione.

Israelitis Dominus per MOSEM præcipit, Ne mercede fraudata mercenarium egenti, siue popularis, siue peregrinus. Suo quāq; die mercedem dato, antequam sol interea occidat, nisi iouam impleret, tu culpam contrahas. Deut. 24.

FIDEI IN CONTRACTIBVS NON VOLUNTARIIS. PVTA

Furti non committendi.

MOSES Israelitis præcipit: Si in alterius uineam intraueris, uinas tuo arbitratu ad satietatem comedito, sed ne cōuasa- to. Si in alterius segetem introieris, spicas manu carpas lice- bit: at falcem in alterius segetem ne immitteris. Deut. 23. Qui rem proximi deperditam repererit, præconis uocis denun- ciet inuentam, alioquin furis deputetur supplicio. Aber- rans pecus aut domino, aut furum indagatori (Tociode-

rach uulgus appellat) aut sacerdoti reddito, quod si tridū penes te retinueris, furti reus esto. Hæc KENNETHI Sco- torum regis lex. H. Boethius lib. 10.

Supri fugiendi.

Lege KENNETHI Scotorum regis, qui uirginis rapuisset ho- nozem, nisi iniuriæ auctorem uiciata pœneret in uirum, ca- pitis pœnam luebat. Idem.

GRATITVDINIS.

Gratias tres deas, unam auerfam, duasq; nos aspicientes, ideo finxerunt VETRES, ut geminatam gratiam & cumulati- orem ad nos redire oportere docerent. Apud L A C E D æ- MONIOS traduntur duæ Gratia ab Homero. Earum adē in foro medio ueteres GRÆCII statuabant, uel Arist. in Ethicis teste, ut gratia meriti cuius in promptu foret, atq; ad pro- merendum quicquid esset faciliis & expeditus. Alexander ab Alexandro lib. 5. c. 1.

CHILONIS Lacedæmonij grauisima de grati animi signifi- catione sententia uulgō celebratur: Beneficij dati obliuisci decet, accepti meminisse. Laetius.

ALEXANDRINO RVM regum fuit nõ minùs nobile quàm liberale institutū, ut qui capitis dānati essent, pridie quàm securi percuterentur, eis munuscula quædam mitterentur regis nomine: quibus uidelicet erga carceris custodes, aut à quibus beneficij aliquid in carcerem accepissent, gratos se- fe ostenderent. Pontanus cap. 41. de Liberalitate.

MEDICVS Asclepiada ex præscripta iuramenti formula olim iurare solebat præceptorē, qui se hæc artem docuisset, pa- rentum loco habiturum, uictum communicaturum, ea que quibus opus habuerit, impertiturum: eos item qui ex co- nati essent, pro fratribus masculis habiturum, artemq; hanc si discere uoluissent, absq; mercede & pacto edociturum: præ- ceptionum ac auditionum, reliquaq; totius disciplinæ par- ticipes facturum.

ANIMADVERSIONIS IUSTÆ.

Docti sunt IACOBI patriarchæ filij à patre, oportere domū bene institutam ab omni labe procul abesse: nihilq; celeri- us quàm domesticum scelus abolendum. Eos enim sororis Dinæ raptum magna Sichimitarum clade ulcos, pollutosq; nõ sturna cœde, cōfessim expulsi: iussitq; tabernacula ali- lio transferri, locum ipsum lociq; genium, ut pollutum & incestum, auerfatus. Sab. lib. 3. cap. 2.

Theodosius Imp. cum insignem eadem Theodosianicæ patraf- set, ad AMBROSIO episcopo Mediolanensi sacris interd- ctus est: nec prius admittitur, quàm semestri penitentia se- se macerasset: & publicè errorem suum fassus, lege sanciret in posterum, ut publica iudicia & capitalium causarum pœ- næ ad trigessimū usq; diem differrentur: hocq; modo re- ctum & pacatum rationis iudicium expectaretur. Diebus his elapsis, iudices sententiam latam per disquisitionē per- pendant, iustitiam an iniusta. Si iniusta, libellum cōfiscatū si iusta, eum confirmant. Niceph. lib. 12. cap. 41.

ELEVTHERIVS Pontifex noluit quempiam de gradu suo deici, nisi accusatus, reus criminis conuinceretur: exemplo Saluatoris, qui errorem Iudæ, licet rei, nondum tamen con- uicti, ita æquo animo tulit, ut quicquid interim episset, pro dignitate Apostolatus ratum firmumq; mitteret. Prohibuit etiam, ne absente eo quem accusator rem facit, ulla in cau- sa decerneretur: quàm quidem sententiam & Damasus pō- tiffex & ius pontificum postea confirmauit. Platina.

QVORVM MAGISTRI.

Videlicet

MAGISTRATVVM QVORVMVIS.

Quanta disciplina cauerint Romani, ne qui magistratus gere- rent, nimia licentia abuterentur, illud documento est, quod pluribus legibus, plebiscitis & senatusconsultis præscripti- sine magistratum & potestas coarctata fuit, præcipuè ca- uendo, ne imperiosa illorum licentia extra gyrum rationis excederet. P. VALERIVS, is qui cum L. Bruto post reges ex- actos consul factus est, ad terrorem increpcentis audaciæ le- gem promulgauit: qua cauebatur, ut à quocunq; magistra- tu ad populum prouocandi cuius potestas foret: scilicet existimans maioris imperij aduocatione, nimiam magistra- tum licentiam coarctari. Tamest regum temporibus prou- ocationem à regibus fuisse ad populum, idq; pontificum libris caueri, multi contendunt: quam legem à Muræna cō- sule, quo tempore Sora & Alba colonia: deductæ sunt, ite- rum latam comperio. Postea exacto Decemuirorum impe- rio, populus Romanus, ut licentia temeritatis, obuiam iret, præter auxilium Tribunitium, nouam faciendū legē, constituit, ne quis ullum magistratum, sublata intercessio- ne, crearet: qui creasset, eū ius fasq; esset occidi. Quod mox C. DVILLIVS consul alia constitutione inuouauit, ut qui magistratum sublata prouocatione creasset, tergo & capi- relueret. Lapsis inde temporibus, cum opes plurimorum præualerent; humilitatēq; à ditionibus aliisq; premeren- tur,

tur, hisq; superbe auareq; imperitarent, iterum VALERIA lex, tanquam unicum præsidium libertatis, ante primum Panicum bellum lata fuit: qua inter cœtera eum qui prouo- casset à quouis magistratu, uirgis cædi & securi percuti ue- ruit: pœnā tamen, si secus fecisset, non adiecit, nisi improbè factum uideri. Cumq; adhuc non satis innocentiæ consul- tum foret, & plebis libertas opprimeretur magis, sæpiusq; hoc malum increbresceret, inita tandem ratio est, qua falu- briter tenuioribus consultū foret. Siquidē M. VALERIVS consul legem de prouocatione ad populum, ab eadem fa- milia sæpius latam, tanquam patronam & uindictæ liber- tatis, terio promulgauit, grauisimiq; pœnis affectit eum, qui spreto more patrio, ad maius tribunal prouocare inhi- beret, in tantum, ut etiā de uir & maiestate damnatis, ius prouocandi ad populum dederit. Tamest post decursū secula, CALIGVLA, ne longo circuitu decesserit lites, nimias prouocationes inhiuerit. Sed quamuis tot legibus aduo- catio maioris potestatis, quæ ab iniuria tenuiores uendica- ret, permiffa foret: nondum tamen factis petulantia & effre- nata licentia prouisum erat, nisi caueretur, ne sæpius eadē imperia gerendo, nimis aliquorum potentia infollesceret. Ideo Q. MARTIVS cœsor legem tulit ad populum, ne quis eundem honorem bis ambitet. Et deinde Q. FABIVS Ma- ximus aliam recitari iussit, quod etiā plebiscito cauebatur, ne intra annos decem eandem potestatem gererelicet. L. deinde SYLLA, aliquem prius prætorē quàm quæstorē fieri, aut consulem quàm prætorē, edita lege uetuit: eun- demq; nisi decursū decennij spatio, bis unum magistratu præ- esse, graui pœna interdixit: arbitratus frequentes honorum uicissitudines, nimis potestatis esse, & potentia non ferendæ. Quod haud multo post noua constitutio in nouatū fuit: cautumq; ne cui intra uigessimū annum muneris pu- blici administratio daretur. Et cum licentia præsidium in e- dendis spectaculis, multo prouincialib; damno & incom- modo foret, quod idicq; nouis collationibus exhauriretur, NERO uetuit, ne gladiatorum munus, aut ferarum specta- culum præsidēs in prouinciis ederet. Eodem quoq; tem- pore statutum, ut qui perperam ad principem uel senatum prouocasset, pecuniam pœnæ nomine in ærarium ferre, & multam exoluere cogeretur. Pluraq; extant plebiscita, qui- bus ne duos magistratus, præsertim curules, uno anno ha- bere, nec plebicum magistratum patricio gerere liceret, cauebatur. Quænitiam pro magistratu aliquid gerere inhi- bitum erat, nisi prius sacramento adactus fuisset: quod ideo cautum ferunt, ne spe & cupiditate improba, imperia & ho- nores assumerent: iurabant enim apud consulem uel sena- tum solenne iurandum per deos: postea ut in acta prin- cipum iurarent, Cesarum temporibus feruatum est: neque enim plus quinq; dies, nisi qui iurasset in legē, imperium ge- rere licebat. Si qui tamen in magistratu auare, superbe & in- solenter se gessissent: ipsos ante tempus finiti honoris impē- rio desisteret, & de gradu deici iubebant. Primusq; cui abro- gatium imperium fuit, Tarquinium Superbus proditus est, qui propter insolentiam regno pulsus fuit. Postea exactis regibus, Sergium & Virginiū tribunus consularis, quod male ad Veios pugnaissent: & Cn. Manliū, & Seruiliū Ce- pionem proconsules, quod ipforum temeritate clades in- gens accepta fuisset, & à Cimbris cæsi, & castris exuti essent: alioq; ignauia infimulatos, abrogato imperio, ante tempus finiti honoris, Senatus magistratu abire & insignia imperij dimittere coegit. Quod & C. GRACCHVS alio plebisci- to confirmauit, cauens, ut si cui ante tempus, propter indi- gnitatem, imperium esset abrogatum, is alterius ad eun- di honoris facultatem non haberet. Néc maxima imperia diuturna essent, quod unum officere libertati cognitum est, magistratus & honores geri ultra annum Annai lege prohibetur. IVL. uerò Cæsar lege sanxit, ne prætoris prou- incia: ultra annum, nec consularis plus biennio obtine- rentur. TIBERIVS collatos semel honores non facile ad- emit, cum saturus & opulentos præsidēs minis noxios prou- incialibus duceret. Néc uero finito magistratu, is qui prouin- cia: præfuisset, impune insultasse gauderet, triginta diebus lege Cornelia successorem expectare, & ex prouincia reuer- sus, rationem administrati muneris lege Iulia reddere cogē- batur. Ideo plures consules prætoresq; sanctos honoribus, quod mente improba, auarè & crudeliter in prouincia se- gessissent, damnatos & ærarios factos inuenimus. Apud GRÆCOS uerò lege cauebatur, ut qui gessi muneris ratio- nem non redderet, alogij teneretur. Apud ATHENIEN- SES quisquis ad remp. accessisset, rationibus ita obnoxius erat, ut etiam sacerdotes obnoxios lex iuberet: apud quos cōputator publicè eligi consueuit, qui reditus ciuitatis per singulos magistratus populo resignaret: neminemq; coro- nari licebat, qui rationibus reddendis obnoxius foret. CA R THAGINENSIBVS, ne infollescerent magistratus, toto impetij tempore unū interdicebatur: ita ab imitio, mode-

rationes fore arbitrati. THEBANIS lex data est, ut ad mu- nera publica nemo accederet, nisi qui annis decem à mercedi monis deditisset. BITHYNIIS, ut minor annis triginta ad honores admitti nequirit: quod tamen AVGVSTVS ita præfinit, ut ab annis duobus & uiginti admoueri iuue- nes ad munera iuberet. Quod si forte finito magistratu quæ- quam prouinciam successori tradere negaret, uel ultra ius- tum tēpus fasces retineret, is uelut maiestatis reus in prin- cipem & rempublicam agebatur. Cui simile apud THEBA- NOS accepimus: nam qui ultra præscriptum honores ges- serat, conspirationis reus, capite luebat. Quam legem Epami- nundas, dum patriæ consultum uult, neglexit, & capitis anquifus, omnium uocis absolutus fuit. Lege quoq; à P. VAL. Poplicola primū lata cautum fuit, ut qui imperium magistratumque à populo nõ accepisset, capite pleteretur. Idem ab ATHENIENSIBVS seruatum, quibus nulli erāt magistratus, nisi fortitione publica & suffragijs populi crea- ti. Tanta uidelicet cura tantaq; solitudine contra insolē- tiā magistratum, præsidia legū inuenere. Alex. lib. 4. cap. 6. ALEXANDER Seuerus Imp. honores iuris gladij nunquam uendi passus est, dicens, Necessè est, ut qui emit uendat. Ego non patiar mercatores potestatum: quos si patiar, damna- re non possim. Erubescit enim punire illum hominem qui emit ut uendat. Lampridius.

IVDICVM.

IOSAPHAT rex Iuda, constituit iudices terræ, præcipiēs eis: Videre quid faciatis: non enim hominis exerceret iudicij, sed Dei. Quod cumque iudicaueritis, in uos redundabit. Sit timor Domini uobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Secundo Paralip. 19.

BERNICE Ptolemæi Aegyptiorū regis uxor, cum animad- uerteret maritum alea ludentem, condemnatorum causas cognoscere, suoq; eas calculo uel confirmare, uel tollere: acceptum è pueri manibus libellum conserpsit: Dij uerò hoc malum auertant, ô Rex, inquiens, ut pares sint apud te corporum & talorum iactus. Hac uoce admonitus rex, ca- pitalium porro causarum cognitionem iudicis horis ampli- us non intermiffuit. Aelian. lib. 14. Variæ hist.

Sub prioribus Imperatoribus litium series ubique maiorem in modum excreuerant, manentibus antiquis, intercedē- te iurisdictionis, accedentibus nouis, ex conditione tumul- tuque temporum. Sed VESPASIANVS Imperator factus forte elegit, per quos rapta bello restituerentur: quicq; iudi- cia centum uitalia, quibus peragendis uiuifficetura litiga- torum aras uidebatur, extra ordinem ducerent, redigere- rentq; ad breuissimum numerum. Suetonius.

DOMITIANVS Imp. magistratibus urbis, prouinciarumque præsidibus coercendis tantum curæ adhibuit, ut neque modo defiores unquam, neque iustiores extiterint: qui- bus plerofq; post illum reos omnium criminum uidimus, inquit Suetonius.

ALEXANDER Seuerus Imp. in albo palām nomina eorum edebat, quibus gerendos magistratus erat demandaturus: ut omnibus liceret eorum uita palām facere, affectis ea pœna delatoribus, si obiectum crimen non probassent, quæ accusatis debebatur, si obiectum crimen uerum esse inueni- retur. His autem qui probarentur, ueltes, argentea uasa, ser- uos ac concubinas commo dabat, ut per hæc ad iuri in ma- gistratu pro maiestate Romani nominis lautè uiuerent: ne- que ad rapinas aut adulteria conuerterentur. Lampridius. THEODERICVS Ostrogothorum rex in Italia, lites in sin- gulis prouinciis cognosci à Comitib; noluit, inter Gothos à Gotho, inter Romanos à Romano, inter Gothum & Ro- manum ab utroq; quos ipse ea de causa cognitores ac iu- dices in prouincias destinauit, usq; ipse omaibus seuerissi- mē dixit. Sigonius lib. 16. Imp. occid.

ANDRONICVS Comnenus, post Alexium Porphyrogeni- tum Manuclis F. interfectum, rerum potitus, in prætoris magistratibus rescindendis, uiros præstantes, & senatorij or- dinis optimos delegit, & amplissimis muneribus donatos ablegauit, ut beneficiis tantis ornati minùs graues essent ciuitatibus, & defendendis ac subleuantis pauperibus sem- per intenti. Qui cum aliunde suppeteret, unde uiuere (nā quadragenas & octogenas argenti minas secum auferre- bant) tanquam sacrilegio etiam iis abstinebant, quæ à prou- incialibus ultra offerbantur. Vnde ciuitates exiguo tem- pore creuerunt, terra centuplum fructum tulit, annona par- uo uauit. Nicetas lib. 12.

BASILIVS Macedo, principio sui imperij magistratus com- misit iis, qui à capiendis munerib; perhiberentur quàm ma- ximè alieni, & quos testatū esset manum omnis captus pu- ras habere. Deinde operā dedit, ut iustitia uigret, & æquo iure inter se uiueret subditi, neq; à diuitibus inopes oppri- meretur: propositis passim decretis, quibus iniustitia exter- minabatur. Iudices quoq; constituit, amplisque stipendiis & honoribus auxit, iustos per diem sedere pro tribunali, & litigant;

litigantiu causas diiudicare, ad eam rem loca iis designavit...

CAROLYS Magnus apud Germanos, quos Cæsar Cisthe- nianos uocat, in Gallia Belgica Celtique, Vesontij, Mo- guntij, Treueris, Colonia Agrippinensis, Cameraci iudicos...

LVDOVICVS Pius Imp. primo post mortem patris Caroli Magni anno, conuentu procerum Aquiligrani coacto, sacra- menta apud se dicit, maxime prætores, profus nihil mune- rum accepturos, iussit, ipsi pauperes summoperè cõmenda uit. Vtquit insuper, ne populum extraordinariis tributis no- uisq; seruitutibus expilarent. Idem.

D. LVDOVICVS Francorum rex, publicæ utilitati religio- niq; subdebat, ut prætores caste integreq; ius dicerent...

CASIMIRVS Polonorum princeps, initio principatus sui ue- stigalia, labores, ceteraq; onera, quib. inquitendis & extigē- dis Miecislau (anteceffor eius) suos, offenderat, sustulit, iudicia corripit, magistratuum licentiam coarctat, infinitaq; potestatem circumscript: calumniatores uel exilio multa- uit, uel inuisa fronte aut facie notauit. Cromerus lib. 6.

MAINVS Scotorum rex, dedit cuiq; facultatē suo in uico pec- culariūte conuenire, de quibus esset cõtrouersia, inuicē dis- ceptandi. Horum si qua erāt, quæ facile per alios componi non possent, ipse per totius populi uicos & oppida de his se mel quotannis iudicabat: quando etiam fontes pro capita- li crimine damnatos traheret ad supplicium. Ea iudicandi ratio, dum uixit, ab eo seruata. Inde aliquot post annos in alium transiit magistratuum: iustitiarium, ad quem summa iudiciorum publicorū cognitio pertinet. Hodie uocant annum eius iudicium uulgò iustitiatij iter. H. Boethius lib. 2.

KENNETHI Scotorum regis lege capitalium insimulatos, septem spectata fide uiri, aut nouem, undecim, tredecim, aut numero maiori, modò is impar fuerit, ex sententia iudi- cabant. H. Boethius lib. 10.

IASTVS I. Scotorum rex iudices constituit, qui regnum lu- strarent, ut si qua grauior causa esset, eam mox dissoluerēt. Addidit illis præfectum quendam mensurarum, qui mensu- ras farinæ ac frumenti omni generis, insuper salis, uini, cere- uisiz constitueret: mandatumq; est, ne quisquam aliis ute- retur, nisi, quas ille signasset: si quis secus faceret, deprehen- so multa imposta est pecuniaria, ac mensura rumpi iussa. H. Boethius lib. 17.

ALGOTHVS II. Sueconum & Gothorum rex opt. statuit, ut omnes controuersiz prius ad arbitrium optimorum uiro- rum, qui in distictum territorio inueniebantur, compo- nerentur, quàm ad aliquod iudicium deueniretur: rectè exi- stimans, summum ius summaque iudicia, summam esse ini- uriam, nisi bonorum uiro- rum arbitrio præueniantur. Pro- inde in omnibus tribunalibus primas partes æquitati, misc- rationiq; tribuendas esse uolebat: nihilque rigidè aut se- uerè, neque precipitanter, in iudiciis fieri permisit. Ioan. Ma- gnus lib. 8. c. 38.

ALFONSVS Aragonum & Siciliz rex, præfides prouinciarū ac iudices omnes admonuit, ne quod decretum aut rescri- ptum à se factum seruarent, nisi quod iure tantum & hone- state niteretur. Interdum enim aut importunitate postulan- tium, aut ignoratione rei fieri, ut quippiam contra iuris san- ctionia emanet: quod ipsum si sequantur, nō populū mo- dō iniuria affecerint, sed & seipfos pariter offenderint, atq; in regem impj ac crudelis uideri queant. Panormita libro 2. de Rebus gestis Alfonso.

MILITVM. TOTILAS Gothorum rex, toto tempore, quo per Italiam ma- gnos exercitus circumduxit, ne sui milites quacunq; inia- ria agricolas afficerent, seueritate sua effecit, sed eos permit- terent liberè & absq;e omni sollicitudine agros colere, pro- uentusq; iustis dominis & possessoribus assignare. Quo- factò, inter optimos Principes nomen & gloriā meruit sem- piternam. Procopius.

CONIVGV. KENNETHI Scotorū regis lege, Vxor non luebat marito se- lus: uiro autem fraudi erat, si eo sciente quid uxor deliquif- set. H. Boethius lib. 10.

LITIGANTIVM. Sub TRAIANO agitatum fuit de renouandis ueteribus Se- natuconsultis, quibus uenerit Aduocationes prohibeban- tur, censuramq; esset, omnes, qui quid negotij haberent, iurare prius quàm agerent, nihil se ob aduocationem cui- quam dedisset, causisq; promississet: sed peractis demum nego- tiis, permittebatur pecuniam duntaxat decem millium da- re. Plin. Nepos lib. 5. Epist.

QVI MAGISTRI VI. delictet

NATVRA. Eupolis introducti ARISTIDEM Iustum à Nicia interroga- tum, Quonā modo iustus euasisset respondisse, Naturę pri- mum maximo beneficio, deinde uero assiduitate & diligen- tia propria. Gal. de Cognosc. animi morbis, cap. 7.

PRÆCEPTORES. PERSÆ pueros iam loquendi peritos ad ludos mittebant, ut iustitiæ defendere in primis darent operam. Aitntq; ita illos huic rei studere, quemadmodū apud nos qui cunt ad literas perdiscendas. Habent pueri inter se, quemadmodum uiri, causas de furto, de rapina, de ui, de fraude, de maledictis, & de aliis criminibus, ut par est: idq; faciunt in conspectu magistrorum: qui crimine cognito, reos plectunt. In illum quoq; animaduertunt, quem minus iure accusantem inue- nerint. Xenophon lib. 1. Pædiæ, & Stobæus Serm. 42.

MAGISTRATVS. Scribit Aristoteles, magistratum inuenientes EPHOROS præci- pere solitos, κατὰ τὸν νόμον, ἢ ἀποστῆναι τοῖς νόμοις, mentū ut raderent, & legibus aduerterent animum, ne fauerent in ipsos. Quod ad mētem atinet, proponunt, meo iudicio, ut etiam in minimis assuescat iuuentus parere. Ac fortitudinē mihi uidentur præci non intrepidū animū, sed probri trepidationem atq; infamie metum existimasse: siquidē timidus, legum, sunt aduersus hostes animosissimi: & pati quiduis minimè timent, qui maximè trepidant malè audire. Quare iuxta Ephorum triclimum posuerunt Lacedæmone ædē Timoris, quod fere in forma liberi dominatus euexissent eu- riam. Plutarchus in Cleomene.

Eucratides Anaxandridæ filius quærenti, Cur de contractibus EPHORJ quotidiè ius dicant? Quò, inquit, & inter hostes fidem mutuo habeamus. Plut. in Apoph.

QVOMODO. RELIGIONE.

CHIRONIS Clemens in primo εὐρημάτων meminit, his uer- bis: ἀπὸ χείρωνος ἡ δὲ πῶς τὴν ἀνομιαν ἀφαιρῶν φησὶ, ὡς τῆς ἀνομι- ᾶς ἐξ ἧς τὸ δικαιοσύνης δυνάτω ἤδη ἕσται, ἀλλ' ἔστι δὲ τῆς ἀνομι- ᾶς ἰσχυρὸς ὁ χείρωνος. Meminit eiusdem sæpe alibi, tum quoque in primo Pædagogij, ubi de Heroum ueterum præ- ceptoribus loquitur.

NVMA Romanorum rex, omnium primum Fidei templum constituit, illaq; Romanis maximum esse iusiurandum de- monstrauit: ad id sacrarium flamines bigis, curru arcuato, id est, obrecto desuper ac uelut fornicato, uehi iussit, manu quoq; ad digitas usq; inuoluta, rem diuinam facere uoluit: significans symbolicè, fidem tutandam esse, ac eius sedē in dextris esse sacratam. Quod Plinius scribit, & Aristophanes quoq; in Nebulis innuit. Plut. in Numa.

EDICTO, LEGE, SV- PLICIO. DRACO leges sanguine scripsisse fertur propter seueritatem capitalem.

DIOCLEVS Syracusanorum legislator, præ omnibus legumla- toribus amarissimas pœnas cõstituit uiolatoribus æquitatis, & iuris communis: iustitiæq; præcipuam rationem ha- buit, præmissi unicuique pro merito & dignitate decernen- dis. Diod. lib. 16.

LYLVVS Cæsar pœnas facinorum auxit: cùm locupletes eò facilius scelere se obligarent, quòd integris patrimoniis exulabant, parricidas, ut Cicero scribit, bonis omnibus, re- liquos dimidia parte multauit. Suetonius.

MINIS. CLEARCHVS dux Lacedæmoniorum dicebat, imperatorē po-

potius quàm hostem metui debere. Significans, eos eos, qui in prælio dubiā mortem timuissent, certum (si deseruissent) manere supplicium. Frontinus lib. 4. cap. 1.

SPARTÆ Timoris templum, iuxta tribunal Ephori locatur, cùm temp. nulla re magis quàm metu corrigi putarent. Alexand. lib. 2. cap. 4.

SCIPIO Africanus Maior, cùm nobiles quidā adolēscen- tes ex acie elapsi de Italia relinquenda consilia agerent, post Cannensem cladem, ad eos stricto ferro repente ingres- sus, ad eò terruit minaciter instās, ut nō solum eos à propo- sito auerterit, sed passi sint etiam à se iusiurandum exigi, de patria non relinquenda. Sabellicus lib. 1. capite 4. ex Plutar- cho in eius uita.

IVREIVRANDO. Thefes ARGVIVS supplicibus morem gerens, cadauera ca- sorum ante Thebas Argiuorum, prælio uictis Thebanis, se- peliuit. Supplices inde cum Adraho rege dimittens, suasu Mineræ iuramento eos adstrinxit, pro hoc beneficio exhi- bito nunquā se bellum Athenis illaturos. Eurip. in Supplic. AEGYPTIORVM reges ex lege sua iudices in reiuirā dō ad- gebāt, si uel rex iussisset quid iudicare non iussit, non obtem- peraturos. Plutarchus in Apophthegmatis.

EXEMPLO. IXION sceleratissimus suo tamen exemplo ad iustitiam & pietatē homines traducit. De eo Pindarus ode 2. Pythiorū:

Ἰξίων δ' ἰφιστάμει ἰβήνας φωνῆ τῶντι βροτῶν λυγρῶν, ὡς περὶ τὸν τροχὸν πᾶντ' ἄλλ' ἐκλυθῆναι τὴν εὐεργεσίαν ἀθανάτων ἀρετῶν ἰπποβοῦντι πινέθει.

Deorum iustibus IXIONEM hæc aiunt mortalibus dicere, qui petrosæ rotæ alligatus, semper circumuoluitur: Beneficēti- præclaris retributionibus ab iis, qui beneficium acceper- unt, compensationem faciendam esse. Sic apud Maronem 6. Aeneidos:

Difcite iustitiam moniti, & non temere diuos. PERSÆ filii suis trahebant in primis præcepta parendi ma- gistratibus: ad quæ discedenda multum conducebat, quòd se- niores intuerentur parere magistratibus magno studio. Xe- nophon in Cyri pædia, & Stob. Serm. 42.

COCHVS Artaxerxes per multum tempus regnasset, reli- quumq; sumtum circa uitam frugi se dicit, cùm moriturus esset, à filio natu maximo interrogatus, quid faciens regnū tot annos custo disse, ut ipse etiā eius instituta imitaretur? Iusta, inquit, erga deos hominesq; faciens. Athenæus libro duo decimo, capite 26.

MANLIVS filius, exercitū pro se aduersus patrē seditionem parantē, negauit tanti esse quenquam, ut propter illum di- sci- plina corrumperetur: & obtinuit, ut se puniri permitte- rent. Front. lib. 4. cap. 1.

IMAGINIBVS. In sepulcrò SIMANDII regis Aegyptiorum ab una muti par- te sculpti triginta numero erant iudices absq; manibus: & in medio iudicij princeps, cuius à collo suspensa Veritas pē- det, ipse oculis esset subclausis, librorum cumulo circum-

IVSTITIAE DISCIPLINA

PERSARVM pueri magistrorum ad ædes itantes, in discen- da iustitia uersantur, atque aiunt ad hoc perinde ipsos ita- re, ut apud nos confueuerunt, qui literas dicere cupiunt. Horum autem magistratus maximam diei partem in iure dicendo conterunt. Nam & pueri se mutuo uiro- rum more in ius uocant, de furto, de rapina, de ui, de dolo, de uerbo- rum iniuriis, & rebus aliis, quas incidere uero est censentia- neum. Quòd si quos horum aliquid admisisse compertum fuerit, ij ue rō pœnas luunt. Etiam in eos iudicium dant, quos iniuste alios accusare deprehenderint. Idem præstant in eo crimine, cuius causa maxima quidem inter homines odia existunt, nihil tamen minus fit, quàm ut de eo cogno-

stante. Hæ imagines præ se ferebant, iudices integros esse debere: præterea solam inspicere ueritatem. Diodorus li- bro 1. capite 4.

CRETA Iouis simulacrum confingi exsculpiuē, aut ex ære duci solitum accepimus, per ἴπποδρόμην, hoc est auribus nullis: quando principem uirum, & omnibus latè dominatorem audire addeceret neminem: sed id demum persequi, quòd di- ctar rationis examen, & iustitiæ nūquam præstoraq; inte- gritas. Cælius lib. 10. capite 3. Antiq. Lect.

BYTHYNI & conspectu Solis tribunal ponebant, quòd illum tanquam sacrosanctum causæ diiudicandæ præesse dice- rent. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 5. ex Arriano.

ALEXANDER Seuerus Imp. sententiam hanc, Quod tibi fe- ri non uis, alteri ne feceris, tanti fecit, ut illum in palatio pas- sim, alicubi etiā publicis monumentis in cidi curarit. Lapid.

LOCI DESIGNATIONE. PHILIPPVS Pulcer Gallorum rex, Luteriæ & Rotomagi iu- ra suos petere docuit. Aemil. lib. 8.

AVERSATIONE. Kennethi SCOTORVM regis lege, Ager, in quo quis occisus sepultus esset, septem annis incultus relinquebatur. Hector Boethius lib. 10.

ADMONITIONE. CARNEADES legatus Atheniensium ad Rom. ut Laetan- tius refert, Romanis ipsis dicebat, qui totius orbis potiren- tur dominio, si iusti uelint esse, hoc est, si aliena restituant, ad- casas esse redeundum, & in necessitate ac miseris tacendum. L. Viues in lib. 2. Aug. de ciuitate Dei, cap. 21.

REPREHENSIONE. Henricus Sueuiz dux, quum fratri Conrado Imp. nō pareret, ille eum expulit Sueuia. Profugit ergo ad regem Hungariæ STEPHANVM suum affinem. Stephanus illius improbita- tem reprehensus, die Parasceues iussit illi in mensa appo- ni carnes. At quum ille die illo carnibus uesci recusaret, quando in toto Christianismo arctissimum esset ieiunium: rex subintulit, Minus malum, reos uesci carnibus, quàm fra- tri sine ulla necessitate rebellare. Hoc admonitus factò Hen- ricus dux, rediit in gratiam fratris Noribergæ. Cranzius li- bro 4. Metropoleos, cap. 10.

CASTIGATIONE, ANIMADVER- SIONE. Apud AEGYPTIOS fuit in usu, rege defuncto, antequam ius- ta dentur per sacerdotem, qui proximam tenebat dignita- tem, omnem uitæ feriem, & ipsius dicta factaq;, & an fuerit fortissimè præliatus, an segniss & deses, ex alto suggestu in maximo omnium conuentu perlegi & recitari: & si uitia præualerent, honore funeris priuari, atq; in sepulchro cada- uer ibici. Alex. ab Alexand. lib. 3. cap. 7. ex Diod. Siculo.

Idem mos apud VENETOS est: qui defuncto duce Centores tres uitæ illius antea factæ creant. Egnatius lib. 5. cap. 3. DRACVLA Transylvanus, mercatorem Florentinum de asser- uandis pecuniis sollicitè percunctantem, in media depone- re uia iussit, & nil de numerata nocte pecunia mententem, incolumem dimisit. In Barbara regione tanta seueritate u- sus est, ut in media quisq; sylvæ cum rebus tutissimus esse posset. Bonfinius lib. 10. Decad. 3.

IVSTITIAE OBSERVANTIA PER SE CONSIDERATA, SIVE EXERCEATVR

VOLVNTATE IVSTA IN DISTIBVENDO

DA RIVS Perfarum rex à Bello satrapa perfidè iaculis confu- xus, aureisq; compedibus uinctus, cùm in conuale quada- m, quò equi sine rectore aberrantes decesserant, à Poly- strato Macedone iam extremum trahens spiritum aqua ori admoda reficeretur: Quisquis est mortalium, inquit, hoc ad extremam calamitatem mihi accidit, ut pro tali in me be- neficio gratiam tibi referre nequeam. Referret Alexander, Alexandro uerò dii immortales, quòd in matrem meam, u- xorem & liberos, pius & clemens exiitit. Tuque oro, in meq;

pietatis argumentum, hoc dextræ pignus illi dato, ac præ- care etiam, ne meum corpus in sepulchrum iacere patiat. At- que hæc dicentem accepta Polystratis manu uita destituit. Sabellicus lib. 6. Ennead. 4.

CORRIGENDO. M. CATO magis se offensum iri dicebat, si malè facta sua nō punirentur, quàm si bene facta nullo afficerentur præmio.

OPERE. Ex sequentibus passim huc exempla.

IVSTITIAE CERTAMINA. TVM

DISTRIBVTIVAE. Et uel

FIDAE.

Consule Tit. Anoris certamina, quatenus Amor Fidei auellatur, & Amore con externo Symbolo Edes declaratur.

SE NEX quida (ut in Iudicum libro legimus) habitans in Gaba, urbe tribus Benjamin, cum uidisset hospiti suo Leuitae uim parari ab effrenatae libidinis uiris, loco ipsius filiam eis uirginem tradere uoluit. Hospes uero ne illi a quo benigne exceptus fuerat, dedecoris ignominiaque causa existeret, sua quam secum habebat coniuge raptoribus satisfecit: qua illi sic abusi sunt, ut extinctam reddiderint. Marulus lib. 1. c.3. & Sab. lib. 7. c. 6.

Ptolemæus Abubi F. cum imperandi libidine locerum suu Simonem duces & pontificem Iudæorum interfecisset, uxorem cum duobus filiis uinctos abegisset, recepit se in quandam arcem supra Hierichunta sitam, quæ Dagon dicitur. Ioannes uero, qui & HYRCANVS, Simonis F. accepto paterno pontificatu, & sacris operatus, cum litatum esset, eduxit contra Ptolemæum exercitum: & oppugnando locum cætera quidem erat superior, uincebatur autem sola pietate erga matrem, & erga germanos misericordia. Hos enim Ptolemæus productos in mœnia flagris cædebat in loco omnibus conspicuo: minitans se precipitaturum eos, nisi frater ab oppugnatione remitteret, tantum se gratificari suis carissimis, statim in primo conatu clanguebat Matrem tamen ad eum manus tendens supplicabat, ne molliretur affectibus, sed potius indignitate rei motus daret operam, ut redactum in potestatem inimicum afficeret pœna, & uisceretur homines sibi natura coniunctissimos. gratum enim sibi fore, inter tormenta emori, modo nefarius homo scelertum suorum supplicium lueret. Hyrcanus uero talibus uerbis accendebatur ad asilum maiore impetu faciendum: sed quam primu uerberari & laceari matrem uidebat, refrigescere statim oppugnationis seruos, & uincebatur filius maternis affectibus. Cumq; hoc pacto traheretur diutius obsequio, superuenit annus septimus, quo solenne est Iudæis cessare ab operibus: atq; ita liberatus a bello Ptolemæus, occisis Hyrcani matre ac fratribus, fugit ad Zenonem, cognomine Corylam, qui tum apud Philadelphenses inuaserat tyrannidem. Machabeorum lib. 16. & Iosephus libro decimotertio, capite 15. Antiquitatum.

Quum ORESTES & PYLADES uenissent in regionem Tauricam ad exuendas furias, quibus Orestes laborabat propter matrem occisam, essentq; a rege Thoa comprehensi, quod simulacrum Diane inde auferre uoluissent: rex Orestem (quæ audierat esse auctorem furti) damnauit capitis. Quum uero nesciret ueter esset Orestes, Pylades eum esse affirmabat: contentebatq; ut pro socio interficeretur. Orestes uero uolebat irrogari sibi supplicium, nomen suum accufans & factum. Cicero in Laelio.

TI GRANES apud Xenophontem, regis Armeniæ filius, qui esset in Cyri Persarum regis potestate ipse & uxor, uita se redempturum professus est, ni uxor seruiret. Illa postquam postquam Cyri laudaret, & ex ea, Equid ei Cyri esset uisus? queritur: sibi uero Cyrum negauit aspectum. A qua qui uir suus rogaret, Quid ergo spectasti, si illum non es intuita? Quem, inquit illa, alium, quam illum, qui uita sua redempturum se confirmauit, ne ego seruirem? Ita mariti ardor uxore accendit Xenophon in Pædia.

Cum pestifera seditione Syracusarum, tota regis Gelonis stirps, euidentissimis exhausta cladibus, ad unicam filia Harmoniam uirginem esset redacta, & in eam certatim ab inimicis impetus fieret: nutrix eius æqualem illi PVELLAM regio cultu ornata hospitibus gladiis obicit. Quæ cum neque ferro petita, cuius esset conditionis edere uellet, admirata illius animum Harmonia, tanta fidei superesse non sustinuit, reuocatosque interfectores, professa, quænam esset, in eadem suam conuertit. Ita alteri festum mendacium, alteri ueritas aperta fuit uitæ finis. Val. Max. lib. 3. c. 2.

Quum Demetrius Asia & Macedonia rex, esset a Seleuco Syriæ rege captus, per amicum in hoc missum filio ANTI GONO 41 cognomine Gonato mandauit, ne curaret, si quid scriberet a Seleuco compulsi, neque ciuitates illi cederet. Filias autem ultro scripsit ad Seleucum, cedens illi totam diuisionem: sed ob fidem offerens, si Demetrius pater dimitteretur. Hic pietas certabat cum pietate. Pater sui negligens, uolebat parci filio, filiiq; regno: filius contra, patris libertatem & regno & seipso priore habuit. Plutarchus in Reg. apoph. & Sab. lib. 8. En. 4.

Rex Macedonum Perseus infestus Eumeni regi, parauerat ei per-

cuflares. Qui ascendente odorati a mari ad templum Apollinis Eumenem, apud Delphos insidias ei struxerunt: atque a tergo adorti, congeserunt in caput eius & ceruicem ingentia saxa. Vnde sopitus prolapsusq; ac pro mortuo est habitus. Eius casus fama passim perlata fuit amicisq; & serui, qui interfuisse uidebantur, eum renuntiarunt. Huius ATALVS frater maximus, uir probus, Eumenique omnium fidissimus, non solum rex declaratus, atque diademate ornatus fuit, uerum etiam coniugem eius Stratonice conuulsi sibi iunxit, atque cum ea concubuit. Postquam Eumenem allatum esse saluum esse, iamque ille aderat: detracto diademate, sumtaque, ut antea solebat, hasta, processit ei cum cæteris satellitibus obuiam. Ille quoq; huic placide complexus est, reginamque honorifice & comiter salutauit: ac multo spacio, quo post superites fuit, nihil cum exponulasset eum fratre, nec signum suspicionis illum edidisset, decessit. Attaloque regni successionem ac coniugem reliquit. Quid iam ille? Extincto Eumene nullus liberos tollere ex uxore, quauis edidisset multos, in animum induxit: sed illius filii eduxit, atq; ad uelut iam impofuit diadema, regemque salutauit. Plut. de Pietate erga fratres.

ARIOBARZANES filio suo Cappadociæ regno cessit, in conspectu Cn. Pompeij: cuius cum ipse tribunat. consensidisset, inuitatusque ab eo in curuli sella sedisset, postquam filium in cornu scribæ humilior fortuna sua locum obtinere conuenit, non sustinuit infra se collocatum intueri, sed protinus sella descendit, & diadema in caput eius transfudit: horantique cepit, ut eod transfret, unde ipse surrexerat. Exciderunt lacrymæ inueni, cohorruit corpus, & clapsum diadema est, nec quod iustus erat progredi potuit: quodque penè fidem ueritatis excedit, iarus erat, qui regnum deponeret, uisus cui dabatur. Nec ullum finem tam egregium certamen habuisset, nisi patriæ uoluntati auctoritas Pompeij assuisset. Filium enim & regem appellauit, & diadema sumere iussit, & in curuli sella considere coegit. Val. Max. lib. 3. cap. 7.

C. Plotinus Plancus, Munacij Planci consularis & censorij frater, cum a Triumuiris proscriptus in regione Salernitana lateret, delicatior uita genere, & odore unguenti, occultam salutis custodiam detexit. Istis enim ueligijs, eorum, qui miserum persequerentur sagax inducta cura, abditum fugerit: cuius cubile odorata est. A quibus comprehensere uisus res, multumq; ac diu torti, negabat se scire ubi dominus esset. Non sustinuit deinde Plancus tam fidelis, tamq; boni exempli seruos ulterius cruciari: sed processit in medium, iugulumq; gladiis militum obiecit. Quod certamen mutua beneuolentiæ, arduum dignosci facit, utrum dignior dominus fuerit, qui tam constantem seruum fidem experiretur: an serui, qui tam iusta domini misericordia questionis salutem liberarentur. Val. lib. 6. c. 8.

Micicillao seniore Polonorum principe defuncto, cum studia nonnullorum in Lescum Album, nepotem ex Casimiro fratre, nonnullorum in Vladislaum Micicillai F. inclinaret: peruenit tandem ea sententia, ut ea demum lege Lescus principatum reciperet, si GOVORICIVM Raitum consiliarium fidissimum, Palatinu Sandominensem, telegaret. Missi ad Lescum legati, mandata conuentus exponunt. At ille dubius animi ob adiectam de Gonoricio conditionem, quid faceret, deliberabat. Cunctantem Gonoricius ultro horatur, ne sua causa tanta commoda negligat. Male uero sibi suisque posteris Lescum consuluerit esse, si propter se unum seniculum, & pauculos, atque eos incertos, dies uitæ suæ, in aliam familiam transferri principatum sinat. Libenter se pro eius commodis atque honore in exilium abiturum, pro quo uitam quoque ponere deberet, atq; cuperet. Commouit Lescum ea Gonorici oratio, & insignis beneuolentia cum animi magnitudine coniuncta: in eam quidem partem, ut is illic negaret, tantum se facere principatum, ut eius adipsam scandi gratia tam fidum consiliarium proderet, immerentemque magistratu simul & patria eieceret. Proinde alium sibi Craconienfes proceres illis legibus quaerent: se in paterna ditione sua acquieturum esse potius, quam per seclum principatu potiturum. Missi in delegati ad Vladislaum Lesconogum, Micicillai senis filium, quasi iustum heredem uix, ut oblatum principatum susciperet, ei persuaserunt: nec aliter tam, quam si Lescus eum omnino repudiasset. Vbi responsum a Lesco accepit, tum demum postulat Craconienfium legato tum annuit, & Craconiam profectus principatum inuit. Quadriennio uix dum exacto, cum Lescum ob uictos Russos Poloni admirarentur, & omnium consensu ordinum principem proclamarent: Vladislaus, uir modestus & quietus amans, cogitò consensu conuentus, cessit: & Pofnaniam se recepit, nec ulla re postea Lesco molestus fuit. Cromerius libro septimo.

GRA-

GRATE.

Gratis se animis esse mutuo DEMETRIVS Asia atq; PTOLEMEVS Aegypti reges ostenderunt, etsi inter se bella gererent. Nam cum Demetrium Ptolemæus prælio uictum, eam impeditum spoliasset, regium tenorium cum aliis opibus captiuq; carioribus, Demetrio remisit, dicens. Inter ipsos de gloria, non de opibus, certamen esse. Ei Demetrius cum gratias egisset, dixit, Deum se magnopere orare, ut citò parem ei referre gratiã pro accepto munere posset. Nec multo post, cum aduersus Demetrium Ptolemæus Cilem copiarum suarum ducem misisset, Demetrius prælio uictum, atq; captum, Ptolemæo cum omni aliorum captiuorum manu dono remisit. Plut. in Demetrio.

OFFICIO SÆ.

Ludouico III. Andegauenfē ductu Magni Sforciæ ad Sebethum amnem contra Alfonso Neapolitanorum regem castra habente, SFORCIA Magnus ostentandæ uirtutis cupidi, præmissis leuis armaturæ equitibus, hostes ad prælium excitauit. Commissa est pugna paribus animis, sed Alfonso uirtutes ad litus adiuuante, & lapideas pilas tormentis in opposita hostium latera spæsius emittente, ter repressa est Sforciæ uirtus. Eo prælio id certe memoria dignum accidit, ut uirtutis amore ALFONSVS in eum unum tormenta naualia dirigi ueraret. Sforcia uero pariter ediceret, ne curulibus tormentis in litore constitutis uirtutes regia peteretur. Nam Sforcia Monopolitanus inter Sforcias bellator acerimus, cum suffosso equo captus, & ad regiam turrem scapula perclusus, petente rege, pugnantem Sforciam digito commoustrasset, ille per nobili, & planè regia humanitate, parcendum eum duci eximio tum bellatori fortissimo protinus edixerat. Louius in uita Sforciæ.

CORRECTIVAE.

Timoleon fratrem Timophanem Corinthi tyrannum in foro obrucant. Excitato tumultu, cum ciues quamplurimi ad facinus atrox accurrissent, seditiones exortæ sunt: alii censentibus, Timoleonem, ut ciuiliis caedis auctorem, pœna legibus decreta affici oportere: alii tyrannicidam, commendationem mereri assuerantibus. Senatu igitur habito, contentio ea inter SENATORES pariter uigebat, Timoleonem grauius accufantibus eius inimicis: qui uero minùs agebant, consulentibus ut ei uenia tribueretur. Cumq; altercatio huiusmodi durasset in aduersum usq; Syracusanorum legatorum, atque hi expositis mandatis uehementer orafsent, ne senatus morã interponeret in duce mittendo contra Dionysij tyrannidem: uisum est senatu, Timoleonem illuc mittere conducibile esse: propofueruntq; ei insolentem miramque profus optionem, si facinus a se commissum diluere uellet. Id enim ei confirmatum, si bene re Syracusanam administrauerit, se cum tyrannicidam in seculum, & ex animi libidine, tunc fratris percussorem eundem iudicaturus esse. Verum Timoleon, non tam ex timore per senatum sibi adiecto, quam uirtutis studio, Siciliae rebus bene & ex gen-

IVSTOS HOMINES SVSCIPERE. HVC

PERTINET

DEFENSIO REORVM, OPPRESSORVM, ACCVSATORVM,

INTERCESSIONE.

Cum Saul rex Ionathanem F. propter gustatum mel contra sacramentum interfecisset, MILITES ceteri eum a morte uindicauere, eod quod uictoriae contra Palaestinos adepta auctor fuisset, praesidio Palaestinarum obrucato: propter quod reliqui tanto terrore perturbati fuerunt, ut seruum in seipso inuicem conuerterent. Neq; enim Ionathan sciebat Saulum ab omni cibo militibus interdixisse: & tanta fame, x. x. praesidiariis militibus cum solo armigero suo confectis, premebatur, ut oculis caligare inciperet. Reg. 14. HESTERA, cum Artaxerxis edicto, in cuius obsequio tunc accepta, omnes uno die Iudæi, toto ipsius regno, ex coopto interfecit: essent: suæ gentis periculo commota, non leges, non regis edictum reuerita, quem prohibebatur adire, nisi accersita: adiit tamen, suorumq; excidium decreta, non solum pij uoti compos facta est: sed Amanum etiam, cuius suasu & impulsu fuerat id periculum Iudæis constatum, in eam sublatum crucem uidit, quam diuis satelles Mardocheo parauerat, puellæ auunculo. Sab. lib. 8. c. 2.

INTERDICTO, EDICTO.

Cum Iudæos Hierosolymam restaurantes Samaritani uicini impedirent, neque tributum a rege Cyro primùm, deinde etiam Dario imperatum ad sacrorum sumus Iudæis pendere uellent: DARIVS a tribus legatis Iudæorum de eâ re certior factus, missis literis, Samaritanos seuerè sui officij admonuit, & Iudæos defendit. I. Ed. 3. & 6. & Ioseph. I. u. c. 4. Asiatici & Cyrenenses Iudæi multum affligebantur ab eorum

tium usu praesul. Carthaginenses siquidem debellauit: recipiensq; barbarorum manibus Græcas urbes vastatas & desertas, multitudine hominum frequentes reddidit. Diodorus lib. 16. & Plutarchus in eius uita.

Id ferè semper in confessis, iudicatis & custo diendis reis obseruatum est, ut qui in aliqua dignitate positi essent, hi ne uinculis publicis continerentur. Hæc enim tota res, uel pro criminis quod obicitur qualitate, uel propter honorem, aut propter amplissimas facultates, uel pro innocentiã personæ, uel pro dignitate eius, qui accusatur, æstimari solet. Itaque cum L. Scipio Asiaticus, P. Africani superioris frater, de peculatu a Q. Terentio Prætoris damnatus esset, quod plus ab Antiocho, ut commodior pax ei daretur, quam in ararium retulisset, accepisse diceretur: uel (ut Gellius ait) M. Minutius Augurinus Trib. pleb. multam ei irrogasset, & iudicatae pecuniæ satisfacere non posset: Prætor eum in uincula duci iussit. P. Scipio Africanus fratris sui nomine Tribunorum collegium appellauit. Petebat ut uirum consularem triumphalemq; a Collegæ uidefenderent: non id tam Corneliæ genti, quam urbi Romanæ erubescendum, L. Scipionem uirum clarissimum in carcere, inter fures nocturnos & latrones patere: sibi in robore & tenebris expirare: eundem ante carcerem deinde proici. Aduersus ea Terentius Prætor, siue ille fuit Augurinus, rogationem Petiliam ex Senatusconsulto, & iudicium de L. Scipione factum recitabat, se, nisi referatur pecunia in publicum, quæ iudicata sit, nihil habere, quam ut præhendi iudicatum, & in uincula duci iubeat. neq; aliter contineri lege XII. Tabularum. Octo Tribuni cognita causa ita decreuerunt: Quod P. Scipio Africanus postulat pro L. Scipione Asiatico fratre, contra leges, & contra morem maiorum Tribunus plebis hominibus accitis, per uim inauficatio sententiam de eo tulerit, multamq; nullo exemplo irrogauerit, prædesq; eum ob eam re dare cogat: aut si non det, in uincula duci iubeat: ut eum a Collegæ uidefenderemus: & quod contra Collega postulat, se sibi intercedamus, quod minùs suapte potestatis uti liceat: de ea re nostrum sententia omnium data est: Si L. Cornelius Scipio Asiaticus Collegæ arbitrato prædes dabit Collegæ, ne eum in uincula ducat intercedemus: si eius arbitrato prædes non dabit, quod minùs Collega sua potestatis utatur, non intercedemus. Ergo cum Augurinus Trib. pleb. L. Scipionem prædes non dantem præhendi, & in carcerem duci iussisset: tum TIBERIVS Sempronius Græchus Tribunus plebis, licet P. Scipioni Africano inimicus gratis, ob pleraque in Rempub. dissensiones, esset, iurauit palam, in amicitiam inque gratiam se cum P. Africano non redisse, atq; ita decretum tabula recitauit: Cum L. Cornelius Scipio Asiaticus triumphans, hostium duces in carcerem coniecisset, alienum uideretur esse a dignitate Reipublicæ, in eum locum Imperatorem Populi Ro. duci, in quem locum ab eo coniecti sunt duces hostium. Itaq; L. Cornelium Scipionem Asiaticum a Collegæ uidefenderemus. P. Afero diem ex Luio, Decad. 4. lib. 8. Val. Max. lib. 4. cap. 1. & Aulo Gellio, lib. 7. cap. 19.

regionum ciuitatibus. Qui cum a præfice regib. accepissent ius ciuitatis ex æquo cum cæteris, tunc multas iniurias a Græcis patiebantur, quasi exportarent pecunias Hierosolymam, & essent noxij reliquis ciuibus. Cumq; Græci nec finem nec modum injuriarum facerent, coacti sunt per legatos de eis apud Cæsarem AVGVSTVM conqueri. Is rescriptit ad provincias, placere ut Iudæis seruetur æquale ius cum aliis, cuius rescripti exemplar Iosephus libro 16. capite 10. Antiq. recenset.

PATROCINIO.

P. Sylla a Lucio Torquato, eod quod patris competitor in Consulatu fuisset, accusatus est, & cum collegis damnatus. Rursus accusatus, quod in coniuratione Catilinæ fuisset, a CICERONE defensus est, cuius extat oratio. Afcon. Pediani. CASPIVS Afclepiodotus Nicæus, cum Soranum Senecæ philosophi fratrem, iniussit Romæ propter conspirationem in Nerone factam accusatum, contra Egnatij philosophi falsum testimonium defendisset, ac bonitatem integritatemq; hominis multis testimoniis comprobasset, a Nerone in exilium missus, a Galba postea reuocatus est. Xiphilius. Cum CICERONI in prætura dies non plus duo aut tres superessent magistratus, Manilius quidam de peculatu detulit. Erat Manilius hic, quod fatigari eum Pöpetii causa, quo utebatur familiariter, crederet, gratus & acceptus plebi. Ei postulanti diem, unam solam concessit Cicero insequerem. Quæ res offendit populum: quod reis confuissent prætores non minùs decē dies tribuere. Tribunus plebis etiam hac de causa in Rostra uocantibus, lacerantibusq; postulata audientia ait: cum perpetuò in reos fuisset, quatenus per leges

PPP liceret,

liceret, æquus & benignus: durum arbitratum se, si idem de- negaret Manilio. Quæ ergo dies esset in prætura sui iuris so- la, eam de industria statuisse. Neque enim ad alium reiicien- dam prætorum causam fuisse, opem si ferre studeret. Hæc o- ratio mirum quantum populi animum commutavit. mul- tis enim laudibus cumularunt eum, rogaueruntq; ut defen- sionem suscipere Manilij. Quod subit Cicero libenter, ma- ximè absentis causa Pompeij: habuitq; de integro concio- nem, in qua acriter factiosos & Pompeij æmulos perstrin- xit. Plutarchus in Ciceronis uita.

M. AGRIPPA ab Ionibus rogatus est, ut soli ciuitatis Antio- chiæ, quam eis dederat Antiochus deus, Seleuci nepos, par- ticipes essent: iudæi autem, qui alium Deum colerent, expel- lerentur. NICOLA O Damasceno patrono Iudæi uictores euaserunt apud Agrippam. Iosephus. 12. Antiq. cap. 3.

TESTIMONIO.

M. Attilius Glabrio, cum Antiochum & Actolos eius auxilia- res insigni clade apud Thermopylas bello nauali uicisset, & reuersus triumphum peteret: Pub. Sempronius Gracchus, & Rutilius trib. pleb. diem dixere, ob prædam regiam inter- uerfam, neq; in gratium relaram Sed testimonio grauisimi uiri CATONIS absolutus est. Liuius de bello Macedoni- co: & Volat. lib. 3. cap. 3. Anthropologia.

CONSILIO, ASTV.

Sufannam, Ioachimi coniugem, in Babylone Hebræorum iu- dicias, à falso adulterij iudicio ac pœna, DANIEL puer, pru- dentia sua circumuentis accusatoribus, liberauit.

THEMISON mercator Theræ, Erearchi regis Cretensis fi- liam Phronymen, falsò à nouerca apud regem delatam, ab Erearcho iustus demergere, ut fidem suam liberaret, reuin- ctâ funibus demisit quidè in pelagus, at illicò tamen retra- xit: quæ Therâ perueniens, Polymestri uiri magni concubi- na facta est. Herod. lib. 4.

MANY, VI, ARMIS.

MOSES ad huc adolecens, in aula Pharaonis regis educatus, cum quodam tempore uidisset Aegyptium Hebræo mole- stum, cum interfecit, & arena obruit. Mox detecto facinore, cum à Pharaone ad necem quæreretur, ad Madianitas con- fugit: Exodi 2. Nimirum ut Israetarum genti suus esset uin- dex, Aegyptia primùm aula fuit relinquenda, & solitudo pe- tendæ, in qua diuino confirmaretur alloquio, qui Pharaoni resisteret in faciem.

IDEM Aegypto pulsus, ad Madianitas confugiens, ad puteum oppido propinquo animo & corpore aeger sedebat. Com- pulserant sub id tempus cò forores septem, quæ patrio mo- re oues pascebant, suos greges. Idq; aliquanto tempore iuu- fecerant, ut cæteros præuenirent pastores aquationis com- pendio. Assuit nec multo post alia frequens pecuariorum manus, arcebatq; infirmior sexus à canalibus, suo quæ a- quationis loco. Moses nec indignam ratus, per cõtentum & iniuriam puellas suo commo do priuari, præsertim quòd officium maturassent, factò in pastores impetu, loco dõg- urbar: atque ita contigit, ut suos illæ per otium greges potui admo uerint. Ea res Mosem Iethroni eari patri sub primum ad urbem accessum conciliauit. Erat is sacerdos, plurimaq; inter suos auctoritate. Excipit itaque ille Mosem ueniẽtem grato hospitio: excepto filiam Sephoram matrimonio lo- cat: mox in generum ascito omne pascedi pecoris unum per- misit negotium. Sabel. lib. 2. En. 1.

Cherronesiæ, multis damnis à rege uicinorum Scytharũ ac- ceptis, AMAGEM uxorem Medofacti regis Sarmatarum, feminam prudentissimã implorãtes, foedus cum ea fecerunt. Hæc primùm Scytharum regi scripsit, ut à Cherroneso absti- neret. Cum ista Scythæ contemneret, illa uiris centum & uig- inti assumpsit, unicuiq; tres equos attribuit, incitatoq; cur- su una nocte & die mille & ducenta stadia confecit: & ex improbitate regiam adorta, omnes in ianuis constitutos oc- cidit: eodemque impetu in regiam irruens, cognatis quos rex secum habebat interfecit, Cherronesiis regionem tra- didit. Polyæn. lib. 8.

Phigalenses Arcades sedibus suis ciecti à Spartanis, ORE- STHASTORVM ope redierunt. Pausanias in Arcadicis.

Scribit in uitis decem rherorum Plutarchus, publicanũ quan- doq; Xenocrati philosopho manũ iniecit, ac ducere cona- tum ad Metæcium: illum uerò à LYCVRO rhetore libe- ratum, ductumq; in carcerem publicanum, ut qui quod mi- nus deceret, facere adortus foret. Quod quò in maximam Lycurgi laudem cessisset, mox occurrens illius filij Xeno- crates, Celerimè inquit, par patri relatum: nam quòd mihi suppetias benignè tulerit, passim ab omnibus celebratur.

ERAT Andronicus senior Byzantinus Imp. à Michæle filio pul- sus, senex, inops, egenq; terras omnes oberrabat. VENE- TI primi illum susceperunt: & quamuis Ligusticis opibus Michæle filius obstitit, nec deseri quidè ab ipso Andronico, qui Liguribus ipsis adhæserat, ab illius tutela discessere, do- nec septuagenario maior decesserit. Egnat. lib. 6. cap. 5.

SEBASTIANVS Cianus dux Alexandium III. pònt. max. Venetiis latentem, propter metum Friderici Imperato. is læ- tum alacremq; accepit, ut non dubitaret cum ipso Friderico graues inimicitias suscipere, bellumq; cum eo periculi & a- læ plenum gerere: ut Alexander ipse reuera maiestatis sua, omnesq; mortales agnoscerent, quantum uerecundia pu- dorisq; maiestati pontificiæ Veneti semper detulissent. Be- lo igitur feliciter confecto, paceq; cum Friderico in ta, u- dit spẽtauitq; Veneta omnis ciuitas cum ingenti gaudio, in aurea diui Marci æde, prostratum Imperatorem ad Ale- xandri pedes, reconciliatamq; inter utrunq; gratiam. Qua ex re Alexander pont. ab urbe discedens, Romamq; petens, uariis amplisq; insignibus & muneribus Principem ipsum orauit: quæ in hunc usq; diem, exuenti Principi, tubarum etiam clangore, & uexillorum uarietate apparcent. Egnatius lib. 4. cap. 9. & Sab. lib. 7. cap. 1.

Itacius Græcus Imp. Alexin fratrem à Turcis captum magno redemerat: omnibusq; in rebus eius opera consilioq; ur- bebatur: maxima quæque eius fidei credebatur: tantum nomẽ iusq; Imperij non consociarat. Alexis non contentus præ- senti fortunæ felicitatisq; munere, quòd secundum à fratre Augusto diceretur: titulum insigniaq; Augusta inuasit: fra- tremq; nihil minus expectantem, comprehensum, lumini- bus priuauit, arctamq; in custodia cõiecit. Alexis Itacij fi- lius admodum adolecens, antequam comprehendi à pa- tro possit, elapsus: ac ab aliquot suorũ proceribus ad La- tinos ductus, FRANCOS ad Iaderam inuenit sedentes, quam in Venetorum gratiam ab Hungaro receperant, sed mox in Syriam classe transmissuros. Quos ut prius ad se re- stitutum animaret, æs ipsorum alienum VENETIIS cõ- tractum suum effecit, se Veneto appensurum, quicquid illi deberent, affirmans, eis dẽq; satisfacturi de iis iniuriis dam- nisq; quæ Constantinopolitano tumultu secundum Emma- nuelis mortem Græci illis intulissent. Inprimis ecclesiã Græ- cam Romanis Pontificibus dicto audientem futurã, fidem iureiurando ipse, quiq; procerum Græcorum cum eo erant, dedere. Omnis igitur Syria carum rerum consiliis, rectã By- zantium belli artem petiuerunt: & Franci quidem terra, Ven- ti mare Græcos repugnantes magna caede superauerunt. Alex- is tyrannus magnam uim auri clam apud alteram filiarum Irenen sacrum uirginum maximam loco sacro defodi- sentioque noctis, urbe excessit. Prima luce uulgata tyranni fuga, Constantinopolitani Itacium è custodia educum ad- dorant, portas patefaciunt: Alexin adolecentulum sibi ad- randum exhiberi dariq; à Francis suppliciter exposcunt. Itac- ius acris repentina mutationem non ferens, decessit. Alex- is filius tributo indictio æs alienum Francorum Venetiis ex pacto dissoluere conabatur. Cuius id indignè ferre, & sed- itionem excitare. Misit ergo ad Bonifacium Ferratensem, Latinorum polemarchum, ut proxima nocte de terra uigi- lia copias in urbem in ducat. Sensit consilium Alexis cogno- mine Myrtilus, quem Murzuphlum alij appellant, Cæsareæ stirpis uir, & imperij cupidus: qui populo Latinorum odio flagrantem Alexin conatum detexit. Itaque ab infana plebe Cę- sar salutatus, Alexi puero manu sua in latebris, quò se rece- perat, spiritum oppressis faucibus interclusit: famamque em- mit, eum sibi mortem laqueo conciuissse. Mox facta eru- ptione, ut Francos adoreretur, Virginis signum præferre sa- cerdotes insignibus suis uelatos iussit, subsequi armatas co- pias, & in hostes ruere. Fuit initio certamen anceps: dein de Græci fusi, fugati, in urbem compulsi: Virgo in potestatem uenit. Signo quasi fatali imperij capto, ac uelut euocata di- ua regis urbis præside, in cõnibus se Myrtilus cõtinuit. Duo- desseptuaginta dies urbs acriter oppugnata est: non inter- diu, non nocte quies dabatur: alij aliis in orbem succede- bant. Tandem capta, anno Sal. M C I I I. prid. Idus Aprilis, occupata à Francis turri, dicta Angeli, quòd ibi nunciij cele- stis signum situm erat. Ferunt Myrtilo datam dictionem, By- zantium non posse nisi per Angelum capi. Vbi igitur accep- tit Angeli turri positos Francos, de se actum ratus, cum nox immineret, Francis in unam portam uersis, per auersissimam elapsus est. Latini regem Balduinum, Flandriæ & Annoniæ Comitum, creauerunt. Aemilius lib. 6.

Cum delatorum impulsu, Ferdinandus II. Legionensis rex, Pontio comiti Minerbæ, ueteri paterno amico, bellum intulisset, multaq; iam ademerat: SANCTIVS III. Castulonensis rex, cognomine Desideratus, re audita, statim compara- to ingenti exercitu, aduersus fratrem profectus est. Is in expe- ctato hoste territus, paucis comitantibus in fratris castra perrexit, seque supremum ipsius ius agnoscere uelle obtru- lit: arbitratus alia nulla ratione suum se regnũ seruare pos- se. Sanctius ut iustus rex, ac minimè impius frater, spreto om- nibus que obulerat, dixit, Non idcirco se arma mouissit, ut uel regni eius possessionem cuperet, uel eum ditioni suæ subigeret: sed id solum spẽtasset, ut comiti Pontio ablata restituerentur, cum is communi parenti uerus amicus fuis- set,

set, fortemq; ei operam aduersus Mauros præstitisset. Quo- factò, retrò unde uenerat, in fines suos se recepit. Fulg. lib. 6. cap. 5. & Egnat. lib. 6. cap. 5.

Alphonsum X I I. Hispaniarum regem, magnis delatorum ar- tibus, Sanctius III. eius filius regno expulserat: atque ita eius fortunam artemuerat, ut diadema pro magna auri sum- ma Abenyazæ Mauro Marrochi regi pignus dare cogere- tur. ABENYZA A audita Alphonsi necessitate, non solum pecunia iuuit: uerum magno quoque exercitu ei opem tu- lit, magnaq; in parte regni pecunia sua eum restituit. Aiebant enim, Regibus indecorum esse, ubi possent, alios reges ope- ra sua non subleuare, præsertim qui filiorum impicitate re- gno pulsi essent. Priusquam autem arma moueret, per lega- tos conciliare patri Sanctium filium non omisit. Fulgosi- bus libro sexto, capite quinto.

ALFONSVS Aragonius suppliciter à Ioannæ Neapolitano- rum reginæ, omni ope destituta, oratoribus, ut cõtra Marti- num V. pontificem qui eam indignam, quæ regnum ecclesiæ Romanæ feudatarius teneret, iudicaret, & Ludouicũ Andegauensem Siciliæ regem declarauerat, auxilium ferret: ro- gatus: distulit dentibus cõsiliariis, ut qui durum & perquam anceps fore bellum dicitarent: respondit, Hercule etiã non rogetur laborantibus subuenire consueuissse, dignum igitur esse, ut ipse quoq; feminæ afflicte & tantopere rogan- ti, opem ferat. Panorm. lib. 1. de rebus gestis Alfonsi.

SOLYMANVS, Turcorum Imp. Stephanum Ioannis Tran- sylvaniæ regis F. infantem contra Ferdinãdum regem pro- fecti, & regem declarauit, multis licet muneribus à Ferdi- nando regi titulum petente inuitaretur. Sabellicus supple- mentum libro 24. ex Iouio.

SCRIPTO.

Didonis famam contra Maronis calumniam, qui eam stupri cum Aenea crimine traducit, AVSONIVS defendit in Epi- gram. & morte pudicitiam suam contra proacem Iarbam Getulum seruasse asserit, ex Græcis Epigrammatibus.

ABSOLVTIO PROBORM, INSONTVM.

Cum quinquaginta Danaï filij patruelus suos, Aegypti filios, prima nuptiarum nocte interemissent: Hypermetrum Danaus in iudicium uocauit, quòd una ex omni filiarum num- ero Lyuceum maritum conseruando, patris imperata fa- cere neglexisset. Nam qui ex Lyncei salute se periculo care- re non posse putaret, ab ea, quæ mandatum facinus uti so- rores non perpetrasset, insigni se notatum infamia interpe- tabatur. At ARGIVORYM illa sententis in uico, qui ex il- lo iudicio Criterius fuit dictus, contra patrem quantumnis regem absoluta, in eius iudicij memoriam Venereum Nicho- phorum didicim, quæ uictoriam præfert, Argis dedicauit, in templo Apollinis Lycij & Dianæ: in super sua delæ ædem erexit. Pausanias in Corinthiacis.

Themistocles dum profugus uiuere cum Xerxe Persarum re- ge, à Mandane regis forore filiaq; Darij, qui Magos deleua- rit, cuius duo filij in prælo ad Salaminem ducis Themisto- cle obierat, accusatus est. Petebat, ne Xerxes orbitatẽ suam despiceret: nunc inultos filios suos sineret, quando sauis- simum hostem, à quo interfecti essent, in manu sua & pote- state haberet. Cum multitudine cõcitata Themistocles de- pofceretur, Xerxes TRICPIBVS Persarum iudicium re- liquit. quòd illi re cognita iudicasset, id se fieri permisurũ. Ita sedato tumultu, dies longior instruenda atq; ordinada accusatio præstituta est. Quo interuallo cum Themisto- cles linguã Persicã didicisset, ita pro se dixit apud Satrapas, ut quòd hostiliter fecerat, tutando patriam, atq; propellen- do iniuriam, iure belli, iure naturæ fecisse uideretur. itaq; om- nium sententis absolutus est. Diodorus Siculus lib. II.

Post communem omnium Græcorum in Asiam cum Cyro mi- nore factam expeditionem, corumque reditum in patriam, Xenophon inter reliquos duces accusatus est, quòd non- nullos milites ipse manu sua, neque iussu exercitus, pulsas- set, cecidisset. Fastus autem istud liberè, multos à se caesos, quos cerneret aut se ignauia dẽdere, aut ordines deserere, aut manum sine iussu conferre, iudicio GRÆCORVM absolutus fuit. Acrodius, ex Xenophonis libro quinto, de Cyri expeditione.

Byzantium prodiderat Alcibiadi Anaxilæus & Lycurgus. Qui cum post apud LACEDÆMONIOS urbe recupera- ta causam dicerent, fertur Anaxilæus constanter affirmasse, Nihil à se turpe factum, quòd patriam fame ad interitum affectam seruare uoluisset: Lacedæmoniorum exemplum secutus, quibus semper maxima curæ fuit, quacunq; ratio- ne liceret, ciuitatem seruare. Quo tempestiuo adagio om- nis inuidia est ab Anaxilæo discussa. Sabellicus libro nono, Enneadis tertie.

C. CÆLIVS index absoluit iniuriam eum, qui Lucillio pœ- tam in scena nominatam iusserat. Existimauit enim inter

eos, quibus propria maledicentia & inuidia est, hanc no- minationem non ad iniuriam, sed ad æmulationem perti- nere: denique qui solitus est maledicere, ut idem de se di- catur prius, iure tolerare posse.

Lex erat, ut qui ciuium Atheniensium Megara se ad exules cõtulissent, quibus nullum cum ciuibus commercium esse placuerat, iis capitale esset. Eò Polyæctus Cythandidas fatabatur se profectum, ut Nicodem, cui mater sua nupta esset, uisere, cõsolaretur. quare à senatu Areopagitico iu- dicatus erat. Sed populus ATHENIENSIS æqui & boni, humaniorisq; iuris rationem habuit, eumq; absoluit. Acro- dius, ex Dinarcho contra Demosthenem.

Cum Laurentum legati Romam uenissent, expostulatum de- Tatij regis amicorum & familiarum latrocinis, abigeatu, furis, omniq; iniuriarum genere: etsi dedendos noxios esse Romulus existimabat, gratia tamen & potentia Tatij factum est, ut nullo æquo iure imperrato discederent. Iidem in quos expostulati aduenissent, eos abeuntes trucidarunt. Ideoq; missa tum à Laurẽtib. altera legatione, cum noxios iis Romulus dedidisset, hos persecutus Tatius ui reduxerat, ac nonnullos sibi repugnantes occiderat. Cuius facti indig- natione, cum paulo post rex ipse Tatius à Laurentibus per infidias necatus esset, ROMVLVS & de Romanis, qui Lau- rentum legatos uiolassent, & de Laurentib. qui in Tatum conspirassent, ipse in iudicio amplissimè cognoscens, tan- dem ita pronunciauit: Placere Romanis, qui ius gentiũ uiolassent, aqua & igni interdici: Laurentes, quia uiolenta uiolentis uli essent, eamq; iustissimam & ante omnia naturæ conuenientem facti excusationem afferre uidebantur, crimi- ne absolui. En quanti est summum regem ac principem, à quo ius, iustitia, auxilium que expectari debeat, hanc sub- ditis suis denegare uelle. Acrodius ex Dionysij Halicarnas- sei libro secundo.

Cum legem ferre uellet ad populum Icilius Tribunus plebis: Consules Senatũq; rogauerat, ut eam primo quoq; die decernerent. Sed moras trahebant Consules, neq; ut de ea referretur, Senatũ conuocabant ergo misit apparitorem, qui Consules cogeret. Contrã, à Consulibus per alij suum uiatorẽ, Tribunitius iste uiator remotus est. Ideo Tribunus læsum se esse dicere: hanc iniuriã officiali suo factã, sibi esse factam uideri, se sacrosanctum & inuolabilem esse: ipse in sua an in persona uiatoris summoueat, nihil interesse. itaq; Consulũ licet oremprehendit, ducit ad focos TRIBVNO S: de capite postulat. Sed causa cognita, licetori Cõ- sulib. magistratuiq; suo paruissse, sine fraude fuit, huncq; pla- cuit dimitti oportere. P. Acrodius ex Dionysij Halicarnas- sei libro decimo.

Cum A. Hostilius Mancinus, ædilis curulis, Maniliam siue Ma- nuliã meretricem ad populum accusasset, qd nocte præter- eun- ti uides saxum in ipsius caput demississet, uulnusq; ad faciendam accepit: iniuriã fidem ostendisset, Manilia au- tem tribunos appellasset, dicens: Mancinum post cœnã tem- pus plus æquo potum, ad ædes suas accessisse, ut ingredi- retur: & quia non admittetatur, fores euertere molientem, sa- xis à forib. esse repulsum: TRIBVNI, maiori iustitiã quàm dignitatis ac magistratus Mancini, aut etiam quàm Manilię turpis uitæ habita ratione, iudicauerunt, ædilem iure ab eo loco depulsum fuisse, quem adire ipsi honestè non licebat: & propterea, ne Mancinus Maniliam apud populum accusaret, intercesserunt. Gellius lib. 4. cap. 14.

In exercitu C. MARI, bello Cimbrico, sororis filius præfẽtu- ram C. Lusius habebat (Val. Max. Clusius legit, sed malè, lib. sexto, capite primo, uti alius est Lucius) impotenti amore ar- debat adolecentulorum. Hic adolecentis ex cohorte sua nomine Trebonij (Valer. Max. habet Cœlij Plocej) amore flagrabat: quem cum frequenter appellasset de stupro, non potiebatur uoto. Postremò accessit nocte per ministrum Trebonius uenit: neq; enim uocato non parere licebat. In- troductus ad eum in tabernaculum, uim adhibetẽm striglo gladio cõfodit. Hoc absente actum fuerat Mario. Reuersus, Trebonium ad causam dicendam citauit. Qui cum multis accusantibus, defendente se nemine, ipse imperterrito uultu exposuisset rem, & testes edidisset, sæpius attentatẽm repu- lisse se Lusium, nec uoluissse mercede adductum uilla pudo- rem prostituit. miratus Marius factum comptobuit id: coronamq; quæ confertur uirtutis causa solebat, adferri ius- sit, eaq; Trebonium donauit: quòd pulcherrimum actum ar- ticulo, quo maxime foret bonis exemplis opus, edidisset. Id Romam nunciatum, inprimis Mario tertium cõsulatum confecit: simul etiam, quia inuente uere aduentus barbaro- rum in expectatione erat. Pluc. in Mario.

Posthuma Vestalis, ob mundiorẽ cultum, criminis infimula- ta, causam dixit: mox sine noxa & innocens comperta, de collegij PONTIFICVM sententia, omnium uotis absol- ta fuit. Alex. lib. 5. cap. 12.

HERODES Antipatri Iudææ præfẽcti F. xv. annorum Gali-

lex præfectus, latronum duce Ezechia caeso, magnum sibi nomen comparavit. Id regere ferentes Iudæi, Hircano regi persuadent, ut ad causam dicendam Herodem uocaret, accusantibus cum latronum, quos indistincta causa occiderat, matribus. Herodes armata manu ad iudicium uenit. Ibi omnibus metu silentibus Sameus Pharisæus, uir pius & iustus exurgens, Herodem in primis reprehendit, qui armatus in iudicium uenisset, non tam rationibus quam armis sese defensus: deinde uerò regem ipsum Hircanum & Iudæorum senatores, qui tantam licentiam Antipatro eiusq; filiis permisissent, & non obscuram ad regnum occupandum uiam dedissent. Prædixit item fore, ut ab hoc ipso reo, quem nunc abfoluerent, miris modis torquerentur. Id quod non multo post accidit. quoniam Herodes, iudicij huius inuidia, cõtra Hircanum arma mouit, & a Senatu Rom. rex appellatus, omnes eos, qui ei iudicio interfuerat, trucidauit: soli Sameo propter libertatem dicendi pepercit: simul etiam quod auctor fuerat Hierosolymitanis Herodem recipiendi, cum propter populi peccata hæc diuinitus accidere assereret. Iosephus libro 14. cap. 18.

Iudæorum Cyrenensium, Alexandrinorum & Romanensium principes (inter quos & Iosephus fuit historicus clarissimus) a Iothathane scarioth principe Cyrenæ accusati fuere, quasi pariterque motæ seditionis. Verum VESPASIANO iudice abfoluit, Ionathas uerus Romæ exultus. Ioseph. lib. 7.

Zacharias Hierosolymitanus, cuius locuples, bello Iudaico, a Zelotis, qui optimum quenq; necabant, in carcerem coniectus est, falso proditoris crimine intentato coram LXX. IV. DICIBVS: quos illi delegerat, ut iudicio, non armis occisus uideretur. At iudices audita Zachariæ defensione, eum abfoluerunt. Zelotæ id indignè ferentes, Zachariam in medio templo interfecerunt, iudices ipsos stricis gladiis è templo pellunt, quod simulationem datæ sibi potestatis non intellexissent. Iosephus lib. 5. cap. 1. belli Iudaici.

Pio Aurelio Romulo conductore uctigalium, centum annua Petronius Thallus & alij fideiussurunt. Bona Romuli fides occupauerat ut obligata sibi: & conueniebat fideiussores tam in sortem quam in usuras. hi uerò deprecabatur. Lecta subscriptione fideiussionis, quoniam in sola centum annua se obligauerat, non in omnem conductione, decreuit IMPERATOR fideiussores in usuras non teneri. nam non debere imputari fideiussoribus, quod debitor ueluti ex pœna la debet. Sed quicquid ex bonis Romuli fuisset redactum, prius in usuras cedere, reliquum in sortem: & ita in id quod dederat, fideiussores conueniendos, ex templo pignorum a creditore distractorum, cui in optione est, in quam causam sibi soluat, in usuras ne prius, an in sortem. P. Aerodius, ex Iulio Paulo, lib. 3. Decretorum, Tit. de fideiussoribus.

Cum quis probaretur in seruitute patris sui natus, sed matre quidem libera: ciues eum, quod minus Decurio fieret, prohiberant. Itaq; re delata ad SEVERVM Imperatorem, licet id propterea diceret municipes se fecisse, quod spuris arcedo à munitibus & honoribus, parentes legitimas sequi nuptias, continentesque esse, hac qua uniusquisq; est erga suos pietate & sollicitudine, cogentur: præterea & quod minus fordidum id ordini futurum esse existimasset. Nihilominus quia filio inno centi, patris delictum pœna esse: eiusque dignitatem impediri, qui nihil admisit, durius quodammodo atq; inhumanus est: pronunciauit, Qui sit ex libera muliere procreatus, hunc si se & uita honesta est, nõ prohiberi quin in sua ciuitate Decurio fiat. Nam & onus cum dignitate cõplectitur: in illo certe ob immunitatẽ præmio beneficioque affici uideatur. est enim immunitas priuilegiũ, non pœna. Deniq; non semper quid tam decorũ & honestũ, quã quid utile sit, considerandũ. P. Aerodius ex Paulo lib. 1. Decretorum.

Galliarum rex, CAROLVS VIII. Suetrij memorabili iudicio, iure consultũ Suetriũ, qui præfero cem Gallum equitem contumelia læcessit occiderat, è uinculis causam dicentẽ, quam irato fremetq; exercitu, abfoluit. Iouius lib. 22. Hist. AMDRAS Hungariae rex, Hierosolymitana expeditione suscepta, Bancbanum regno præfecit, Gertrudim reginã illius fidei cõmendat. Regine frater, qui consolandi causa ex Germania uenerat, Bancbani uxore pudicissimã, reginæ indulgentia corrupti. Illa uiolata pudicitia merore facta cinis omne maritũ indicat. Bancbanus uenia uxori concessa, Gertrudim incautam gladio confodit, & restã Constantinopolim peruolat, Andream regi leocinium reginæ, suamq; uindictã

detegit, illius iudicio salutem suam committit. Cui rex, si res ita est, ut ais, in regnum mox redito, inquit, delegatum munus pro solita fide gerito: & quoniam sanctam hanc expeditionem nullo capitali iudicio interpellari fas est, quum rediero in Hungariam, te iudicabo. His dictis, hominem dimisit, ipse trahens das copias in Asiam curauit. Domum ex Palaestina reuersus, intellecta uxoris culpa, in exemplum seruandæ pudicitia, eam iure casam iudicauit. Reus supremi sententia iudicis abfolutus est. Bonfinius lib. 7. Dec. 2.

Nicolaus Caponius Reipub. FLORENTINAE post cictos Mediceos Dictator, Iacobi Gerardi turbulenti cuius calumnia in capitis discrimen adductus, quasi cum Clemete VII. Pp. & Carolo V. Imp. contra Remp. cõspirasset: dignitateq; priuatus, cum sereno uultu causam dixisset, eo modo liberis suffragiis iudicij effactũ, ut magno assensu cunctis ferẽ sententiis abfolueretur. Mouchat enim popululum uiri grauis maicestas, acriorib. calumniis circũuentus: magnoq; eius diu spectatũ uirtutis & integritatis argumẽto cuius excedentẽ, oēs optimatum ordines domũ deduxerunt, tanta frequentia, ut quum ad paternã domus limen, trans Arnũ agendis gratis subsisteret, nouissimi agminis grauior & honoratior, præ turba, ad curiã limen adhuc hæreret: & multi ex his qui eum damnatũ uoluerant, aucta dissimulatione comitantib. admiserentur, instarq; magni trũphi ea frequentia põpa intermixto lacrymis gaudio, Caponij gentiles & ppinque probiq; ciues maximè lætare uiderent. Iouius l. 27. Hist.

DE BONVM QVOD LIBET CV. que luti

IMPETRARE, PETERE.

AVGVSTVS Cæsar nunquam filios suos populo commẽdauit, ut non adiceret, Si merebuntur. Suetonius.

ADIVIDICARE.

LACEDÆMONII suãstrũ cornu Atheniensibus tribuerunt, Tegeatibus reiectis. Alex. lib. 4. cap. 7.

PTOLEMÆVS Philadelphus rex pro Iudæis de templi Hierosolymitani antiquitate contra Samaritanos pronunciauit. Vide Tit. Theologorum Iudæorum certamina inter se.

Cum inter Athenienses ac Mitylenæos summa contentio fuisset de Sigeo oppido, quod in agro Ilienfi erat: sapiusque uir, uirtus ac uirtus eo nomine mutud certauissent: tandem conuenere in arbitrum Perandrum filium Cypseli. Constat Sigeum oppidum armis à Mitylenæis Athenienses ducẽ Pissistrato eripuisse. Igitur Mitylenæos antiqua dominia iure repetere. Athenienses contra, & si uim non negabant, certè nihil plus iuris Mitylenæis acoliq; omnibus fuisse affirmabant in agum Iliensem, quam sibi ac cæteris Græcis, qui Menelao in raptu Helene operam nauassent: igitur quandiu ui quisque oppidum possideat, id eum iure possidere. Placuit Perandro, ut utriusque quid obtineret, ita id possideret. Aerodius ex Herod. lib. 5.

Post bella ciuilia, cum in Vrbe loca essent plurima iuris ambigui, dum alij propria mancipijq; sui, alij publica esse affirmarent: multi etiam multa à possessoribus auocarent, quia sibi uel à Senatu, uel à Pompeio, uel à Cæsare, ab Antonio aut Lepido, a b ipso etiã Augusto militibusq; pro præmio donata, assignata esse contenderent: OCTAVIVS Augustus Imperator ipse cognoscens, secundum possessores pronunciauit. Aerodius ex Suetonio.

LYBVSSA Croci F. Boemis præerat. Lite inter locupletem & pauperem de finibus orta, pro paupere pronunciarat. Tũ alter cum gratia & portã ualeret, ad muliebrem dominatũ excutiendum populares exciuit. Itaq; Lybussa, ne imperio excideret, factis intẽ factis Premissã rusticum in cõsortium regni atq; thori accepit. Dubrauius lib. 1.

DONATELLO statuario insigni statuam quandã Florentini ciues facientiam locare uolebat: sed L. aureorum precio teriti, Iouanni cuidam, nullam prius mercedem pacti, eam commiserant. Is cum multum diuq; operi infudasset, tandẽ perfectum dedit, sed pro mercede odoginta petiit. Placuit utrinque causam Donatelli iudicio submitti. Is septuaginta aureos dandos censuit. Causam mirantib. Florentinis, cur eũ ipse L. petiisset, alteri se lögẽ inferiori LXX. adjudicaret. Nãq; hic, inquit, uix quatuor mensũ spacio opus istud, qd ego unico mense perfecissim, abfoluere potuit: & in eo omnes sui ingenij neruos sollicitos habuit, in quo ego ueluti iocabundus uersatus fuissẽm. Lud. Guicciardinus in locis.

rebellem mortis supplicio damnarent, obnixè orauit. Verũ rex, cum paruis fuerit quidem, sed probi ac iusti accusationem æquis auribus audiisset, interrogauit Rhacõnem: Nam ferre possit, ut filius in suo cõspectu iã trucidaretur? & is respondisset, se posse non tantum, uerum etiam percussere. Aitaxerxes tantam hominis iustitiam laudauit, & eundem in regium iudicium collegium cooprauit: sperans, eum qui tam seueriter & iustè de propriis libris sententiã auderet proferre, omnino etiam in alienis criminibus integrum, sincerum & incorruptum iudicem fore. Aelianus lib. 1. de Varia historia.

Istus in rebus Articus, non licere cuiquã scribit ex agro Atheniensi natus ibi caricas exportare, ut soli loci ipsius incolæ his fruerentur. At cum multi harum fures reperirentur, effectum est, ut qui illo corã iudicib. accusarent, SYCOPHANTÆ primũ dicti. Philomnestus in libro de Sminthiis in Rhodo, hæc inquit: Præterea sycophanta hinc dictus est, quia runc multa erant, & tributum, ficus, oleum, uinum, ex quibus publica uebantur. Quod & facientes, & demonstrantes, sycophantas, ut patet, fide dignissimos duntaxat ciues eligentes nominarunt. Athenæus lib. 3. cap. 3.

Phrynichus dux Atheniensium, cum Atycho Lacedæmoniorum duce de pro dendo exercitu, omniq; Atheniensium classe & apparatu communicauerat. Id eum rescisset exultum ALCEBIADES, rem tamen aliis Atheniensium ducibus renunciantũ, non est fides adhibita: propterea quod graues scirent esse inter Phrynichum & Alcibiadem inimicitias, ut hæc porius ad monitionem, inimici ulciscendi atque opprimendi causa, quam ullam ob patriæ sollicitudinem & amorem (quæ per iniuriam certè pulsus erat Alcibiades) proficisci uideretur. Attamen cum quidam inuentus esset familiaris Alcibiadis, Hermo nomine, qui in medio foro Phrynichũ occidisset: re à populo amplissimè perspecta & cognita, quia iure se Hermo occidisse affirmabat: non in Hermo, se in Phrynichi memoriam animaduertum est. nam & Phrynichus mortuus pro ditionis damnatus est, & Hermo consilijsque præmia sunt à Rep. constituta. Aerodius ex Plutarcho Alcibiade.

DEMOSTHENES Antiphontem in concione liberatum ad consilium rapuit Areopagi: contentaq; populi offensione, docuit, pollicentem Philippo inflammaturũ se naualis: cuius consilij sententia est necatus. Plut. in Demosthene.

Athenienses PHIALTES accusare publicè iussus, & inter cæteros Demonstrati nomen deferre coactus est, cuius filius Demochares, excellentis formæ puer, animo eius flagrantissimo in hærebatur amore. Itaque in communis officij forte truculentus accusator, priuati affectus conditione miserabilis reus: puerum ad se exorandum, quo præcius patris criminibus inisteret, uenientem, neque repellere, neque supplicem genibus suis aduoluit inuicem sustinuit: sed opero capite siens & gemens, preces expromere passus est: nihilque minus sincera fide accusatum Demonstratum damnauit. Viatoriam nescio laude an tormento maiore partam: quoniam prius quam fontem opprimeret, seipsum uicit Ephialtes. Valerius Maximus lib. 3. cap. 8.

M. CATO actionum ciuiliũ uidetur accusationes & improborum delationes partem non contempsisse existimasse. Nam multos ipse in iudicium adduxit, tam persequentibus alijs subserpsit: ac planè semper summittebat accusatorem aliquẽ, ut P. Scipioni Africano Petilium. At hunc nobilitate & animi celsitudine calumnias suas obterentem, eum opprimere non posset, missum fecit: Lucium uerò fratrem eius, coitione cũ accusatoribus facta, litem ei magna pecunia restituit: quam eum soluere non posset, ac propè eò esset deuentum, in carcerem ut coniceretur, agrè appellatis tribunis missus est. Sergium Galbam annos natus nonaginta accusauit. Plut. in Catone.

Cum aliquando Clodio tribuno plebis obuia iisset M. CATO mouenti & molienti magnarũ initia nouationum, sacerdoti testeq; & uirgines Vestales ad populum calumnianti: inter quas Fabia Terentia, Ciceronis uxoris soror in periculum fuit uocata, Clodij inuoluit infamia, atq; cedere urbe cõegit. Cui cum ageret Cicerone gratias: Reipub. inquit, agenda est, qd eius causa omnia ageret & faceret. Plut. in Catone.

Cum lege quadam apud Rom. reus apponeret accusatori posset cultodẽ, ne quid clam cõpararet & instrueret ad accusationẽ: quã diuinctus à L. Murena, propter ambitũ cõs. accusato, CATONI minoris affectator & obseruator fuerat, ubi nihil infidiosũ, nihil improbè struente Catonem, sed cãdidè & benignè uia ingrediẽtem cum accusandi apertam & uerã cõspexit: usq; eò spiritus eius & grauitatẽ est admiratus, ut in foro adiret Catonẽ, domumq; eius uisitaret: & cum rogasset, Ecquid eo die acturus de accusatione esset? negaret, habitã ei fide abfcederet. Absolutum tandem Ciceronis patrocinio Murena, non ut improbus & stolidus homo egit cum Catone: quippe consilio eius consul grauissi-

mis in rebus usus, perpetuoq; eum ueneratus est, & consilia eius in administrando magistratu secutus. In causa ipse erat Cato, usq; ad Rostra & subsellia durus atq; terribilis pro iustitia, inde beneuolus se & humanum præbens omnibus. Plutarchus in Catone.

L. Sergius Catilina, cum prætor in Africam profectus esset, ad eò prouinciam expulauit, ut reuertens Torquato & Cottã consulibus, sit ab AFRIIS repetundarum accusatus, agente Pub. Clodio causam. Salustius in bello Catilinario.

C. Verres profundus quæstura, & prætura urbana, successit in Sicilia prætor C. Sacerdoti, atq; in ea libidinosè atq; auarè uersatus est. Discedens tandem succedente Metello, repetundarum reus à SICVLIS postularus est. Qui M. Tul. Ciceronem ad accusandum descendere compulerunt, iam pridem ipsi necessitudine copulatum, cum quæstor in Sicilia fuisset. Eum damnauit CICERO non dicendo, sed eò quodam modo, quod non diceret. Si quidem cum prætores in gratiam Verri sapissimè comprehendendo causam in ultimam diem traxissent, appareret que diem cause perorandæ non satis futuram, neque exitum habiturum in iudicio: exurgens Cicero negauit opus esse oratione, producisq; & interrogatis testibus sententiam iussit ferre iudicibus. Plutarchus in Cicerone.

C. Norbanus, seditionis & inutilis cuius, à P. SVLPITIO in iudicium uocatus est. Cicero lib. 2. Officiorum.

DE COGNOSCENDO, INQVIRENDO.

Mater amisso filio, libertos eius & cohæredes suos ueneficij accusarat. Index secundũ reos iudicij dederat. Adit illa nihilominus TRAIANVM Imp. affirmãs, se nouas probationes inuenisse. Imperator iudicij præcepit, ut uacaret finitam causam retractanti, si quid noui attulisset. Plin. lib. 7. Epist.

DE TESTIMONIUM DANDO.

SCIPIO Africanus censor, cum C. Licinium Sacerdotem uideret prætergreudentem: Hunc ego scio, inquit, peierasse. Cæterum cum eum nemo accuset, non possum idem accusator esse & iudex. Plin. in Apoph. & Val. lib. 4. cap. 1.

Clodius de profanatis sacris Bonæ deæ accusatus, cum cardinem huius depellendi criminis poneret in eo, quod contemderet, ne Romæ quidem eo die se fuisset, sed procul urbe egisset: dixit pro testimonio in eum CICERO (qui in Coniuratione Catilinæ fidei opera Clodij usus fuerat) uenisse ad se domum eum, certisq; de rebus sermonem secum habuisse. Multa à bonis & honestis uiris testimonia dicta fuerunt de Clodij periurijs, testamentorum suppositionibus, ambitu, stupris matronarum. Lucullus etiam ancillas produxit, stuprassẽ Clodium minimam sororem suam, cum in matrimonio suo esset. Fama diuulgata erat & cum duab; sororibus alijs eum consueuisse: quarum Martius rex Teritiã, Clodium duxerat uxore Metellus Celer. Cæsar tamẽ citatus nõ dixit in Clodium testimoniu, neq; uxore sibi compertã adulterij esse: dimississe eam autem, qd Cæsaris cubile non modò crimine oporteret, sed & suspicione uacare. Plut. in Cicerone.

DE CONDEMNANDO.

Vide Tit. Indices iusti, quatenus condemnant fontes.

DE PVNIENDO, SVPLIICIIS AFFICIENDO.

M. CATO L. Flaminium è numero Senatorum sustulit, quia in prouincia quendam damnatum securi percusserat, tẽpore supplicij ad arbitrium & spectaculum mulierculæ, cuius amore tenebatur, electo: & poterat inhiberi respectu consularis, quem is gesserat, atque auctoritate fratris eius T. Flaminij. Sed & Censor & Cato, duplex seueritatis exemplum, eò magis illum notandum statuit, quod amplissimi honoris maiestatem tam retro facinore inquinauerat: nec indignum pensẽ duxerat, illdem imaginibus ascribi, meretricis oculos humano sanguine delectatos, & regis Philippi supplices manus. Val. lib. 2. cap. 4.

PAVLVS IIII. Pontifex laudem magnam promeruit, quum tres simul fratris filios Carolum Cardinalem, Ioannem Palliani ducem, & Antonium Montisbelli Marchionem, multa grauitate peccantes, dignitatibus & terum omnium, quam habebant, administratione exutos, cum ignominia urbe eiecit, acerrima oratione apud Senatũ habita, qua præposteros illorum mores detestatus, seuerissimè eisdẽ accusauit. PIVS IIII, qui Paulo successit, Carafarum res tam in patru Pontificatu, quam alijs temporibus patratas, & præsertim bello Neapolitano, quo uniuersus terrarum orbis, atq; urbs in primis uexata fuerat, Cardinalium aliquot sententiã subiecit. Vnde eorum nomina inter reos recepta essent, Carolus & Alfonso Carafæ, Scipio Rebiba, Cardinales, Ioannes Co-

INIVSTOS, NOXIOS, SONTES PERSE

QVI. VIDELICET

DE ACCVSANDO, DEFERENDO.

IOSEPHVS annorum 17. ad patrem Iacobum turpitudinem sedam fratrum suorum, cum quibus pecuniam exercebat, deferebat: quam ob rem fratribus iniustus fuit. Gen. 37.

RHACONES Pensa, cum quatuor haberet filios, Cartomen natu minorem, eò quod omnis disciplina impatiensissimus, monita paternã respueret, coram iudice, ac deinde apud AITAXERXEM etiam regem accusauit, ut hominem parentibus rebel-

mes Montorij, qui Dux Palliani dicebatur, Leonardus Cardineus, & Comes Allifanus, cum aliquot aliis Carafa domus clientibus, partim in Hadriani mole, partim in solo carcerem diverso tempore coniecti, quaestionibus diligenter habitis, singulorumque causis examinatis Cardinalis Carafa, nono carceris mense, carnificis manu in mole Hadriani strangulatus est. Ioannes Montorij Comes cum Allifano & Cardineo secuti in publico carcere percussis, horrendum & maxime memorabile spectaculum, insolensque instabilis fortuna sursum deorsum omnia agitantis ludibrium, in publico expofiti, attonito, & quorsum isthaec tenderent admi-

ranti populo Romano, praebuerunt. Quum omnes passim confluerent ad eos spectandos, qui modò miserabiliter extingui, paulo antè urbem Romam & Italiam omnem nomine pertraxerant: Alphonfus uerò centum militibus auroreum perlustris, & cameræ Apostolicæ praefectura deposita, reliqui uadibus datis, praeter unum Cardinalem Rebbam, dimissi sunt. Panuinius.

DE TERRENO.

SCIPIO iuuenes Romanos post Cannensem cladem de re linquenda Italia consilium captantes, stricto gladio in uelba sua iurare coegit de patria non deferenda. Linius, Plut.

ACTIONES, CONTRACTVS IVSTOS ASSERERE, DEFENDERE, CONFIRMARE. VIDELICET

LEGES.

Consule Tit. Observatio legum, quatenus correctionem orae inaequalitatis cuiusque iunctam habet.

Paulianus Plitonacis interroganti, Cur nullam ex praeiis legibus apud SPARTANOS antiquare ius sit? Quod ciues, inquit, esse in potestate legum oporteat, non in ciuium, leges. Plutarchus in Apophtheg.

DECRETA PVBLICA, SENATVS CONSULTA, PLEBISCITA.

Reuersus ab exilio Cicero, cum captasset oportunitatem, per absentiam Clodij, magna frequentia scandit in Capitolium, tabulæque, quæ acta continebant Clodij tribuatus, reuulsi corruptique. De eo querente Clodio, non ritè respondit cum Cicero ex patritiis aspirasse ad tribunatum, neque eius actorem quicquam ratum. Quo offensus restitit M. CATO Cicero, non in gratiam Clodij (quippe cui displicerent istius actiones) uerum graue contendit esse neque tolerandum, ut aboleret senatus tam multa decreta & acta: in quibus continerentur etiam ea, quæ in Cypro & Byzantij ipse gesserat. Hinc offensio exiit inter Ciceroem & Catonem: quæ in inimicitiam tamen non erupit apertam, tantum frequentio rem consuetudinem diremit. Plutarchus in Ciceroe.

LARGITIONES.

Iulio Pisoni Commune Amisenorum publicè atque ante uiginti annos, cum omnium decreto, quadraginta milia de publico dederat. Actor municipium à Pifone apud C. Plinium Nepotem pecuniam condicebat. etenim largitiones de publico fieri, siue prædia, siue ædes, aut certa quantitas præfetur, mandatis prohiberi: nihilque ualere huiusmodi decreta, ut ambitiosa. Pifone contra, plurima se in Rempublicæ beneficia cõtulisse, ac propè facultates uniuersas eò erogasse proponebat. Addebat etiã temporis spacium: & postulabat, ne id quod pro multis suis beneficiis, & longo iam interuallo accepisset, eum euerfione reliquæ suæ dignitatis restituere cogere. Si largitiones omnes, nulla temporis prærogatiua, retractari atque in irritu iudicari placeat, fore ut multorum securitas subuertatur, nihilque certo & optimo iure quisque possideat. Hic, non tã largitione fuisse, quam salarium, quam remunerationem: que certè à Republica esse iusta causa constitui possunt. Ex rescripto TRIANI Imperatoris pronunciatum, Quæ ante uiginti annos acta & transacta essent, ea uti sunt, omitti oportere. Plinius lib. 10. Epist.

PACTA RATA CVM

HOSTIBVS, FOEDERA.

Inter VENETOS & Cœnenses Aimon Allobrogum dux pacem fecit, cum ob Tenedi insulæ possessione bellum 1111. Ligusticum fuisse exortum, ut Venetus Tenedo præsidium abduceret: insulam Allobrogum dux suis armis biennio custo direxit Venetus & Ligur stipendium ad alendos milites darent: biennio actò arx dirueretur, si ita factò Genensibus uisum esset, ac tum Venetus prorsus insulæ possessione dederet: Florentini de insula non amplius à Veneto aut Genensibus occupari uellet: si uero illis uadati: Miserant Veneti Pantaleonem Barbum, qui arcem Bonifacio Aimonis legato ex federe traderet. Aderat & Genensium curator, ad hoc ipsum & ad stipendium præsidio soluendum missus. Io. Mutatius Venetus insulæ præfectus auro quod uterque atulerat, Veneto Ligurique expresso, suū Tenedensiumque consilium Bonifacio & legatis aperit: ait rescituisse insulanos de conditionibus pacis, in quibus id esset expressum, ut arx unicuique Tenedensium refugium euerteretur: in quo non magis Ligur, qui id postulasset, quam Venetus, qui per miserat, in dignè fecisset: sed illos dicere suis rebus consulere uoluisse, ac redè quidem: uerum Tenedenses non ea conditione in Venetorum fidem uenisse, ut insulam diruta arce desolatam quandoque redderent. Nunc quia & ipsi suarum

fortunarum non omnino obliti sint, paratos esse omnia prius experiri, quam tanta clade insulam deformare: oras seque ita insulas se, ut arcem, oppidum, fortunas omnes in fidem acciperet. Quod ipsum quia specie & re amplum uisum esset, consiluisse eam insulam, quando iam neque Venetorum neque cuiuspiam esset, pro sua retinere acturi. Lient igitur, & ne deditioem ullam expectaret: ceterum si uis haberent, si bona uenia liceret inde abire. Eam rem Veneti molestissimè tulerunt, rati quod erat, publicam fidem unius temeritate periclitaturam: omnes uno ore prædicatu ros, id non priuato, sed publico consilio factum: ac præter uiolatæ fidei iacturam, periculum etiam imminere, ne ubi Genensibus, & socij rescitissent, insulam Allobrogi non datam, quasi rupto foedere ad uim & arma subito respicerent: Quando per legatos nihil à Mutatio impetrari potuit, bello Mutatum persecuti, per Georgium Fantinum classi præfectum, ad deditioem coegere, ea conditione, ut Mutatio & iis qui cum eo fuissent, ne fraudi esset quod Rempublicæ in commodo Tenedum retinuisset: quod aurum, argentum, ac reliquæ fortunas insulanis incolumes manerent, & cum his ex oppido insulaque migrarent: qui in Cretam irent, tantundem agri ibi acciperent, quantum Tenedo incoluim possedissent: qui Byzantium alioque proficiscerentur, prædiorum precium æqua aestimatione perciperetur. Insulanis aliis alijs digressis, arx nouissimè euerfa est. Sabellicus lib. 7. & Dec. 2. & Egnatius lib. 6. cap. 6.

CREDITORIBVS AES ALIENVM DISSOLUERE.

PERTINAX Imp. æs alienum ab initio imperij contractum, facta audicione supellectilis Commodi Imperatoris dissoluit.

TESTAMENTA QVAE RATA FERRE.

Tuditanus certæ & notæ erat infantiæ, ut qui populo numos spargeret, rogam uelut tragicam uellem in foro haberet, multaque, alia his consentanea faceret. Is testamentum fecit, quo filium hæredem instituerat, Titus Longus ei sanguine proximus, petiti bona ab intestato, quæ tum illo iure, cum filius emancipatus esset aut ab alio adoptatus, capere non poterat. Ceterum quæ tabulæ proferrentur, eas nullius momenti esse, quia ab eo scriptæ essent, quæ ad agnatos & gentiles deduci oportuit. Verum id magis CENTVMVIRI, quod scripti essent in tabulis, quàm quis eas scripsisset, cum sapientissimè considerassent, secundum testamentum pronunciatum. P. Aerodius lib. 1. Decretorum, ex Val. Max. lib. 7. cap. 3. Livia Augusta hæredem Tyberio, H. S. QVIN. hac nota, Sergio Galba legauerat. Sergius petebat ex testamento H. S. quingentias. Hæres ex aduerso allegabat quinquaginta duntaxat legatos cõtineri. nam ex notata atque imperfecta summa non perscripta, quod minus est, accipendum esse. Pro Galba hoc afferebatur, quod dicitur, huiusmodi legata ex modo facultatum que testatrix reliquisset, ex legatarij dignitate, charitate & necessitudine considerari: quemadmodum & in dotis repromissione, non demonstrata re & quantitate, quin etiam arbitrio detracto, & patre & marito dignos dicta esse intelligitur. Vicit apud IVDICES Tyberij si non causa, certè auctoritas, ita enim mihi placet locum illum potius interpretari, quàm ut Tyberium pro hac nota L. hanc D. fecisse arguamus. P. Aerodius lib. 1. Decretorum, ex Suetonij Galba.

Paterfamilias cum filium hæredem faceret, testamento uasa argentea uxori legauit, hoc modo: Hæres meus uxori meæ uasorum argenteorum podo centum, quæ uolet, dato. Post mortem eius, uasa preciosa & calata magnificè, petebat à filio mater ille quæ ipse uellet, debere se dicebat. Nihil erat in testamento, quo ex superiore aut inferiore scriptura, consuetudine patrisfamilias, animo, uita, dictis ac factis, aut ex iis rebus quæ personis attributæ sunt, defuncti uoluntas colligi ac considerari posset. Nam & charissimi sunt uirique filius

filii & uxor. Itaque tota erat in iure controuersia. Pronunciatum esse conuincimus, uideri optionem in hæredis potestate esse. P. Aerodius lib. 1. Decretorum, ex auctore ad Herennium libro primo, & Cicero libro secundo de Inuentione oratoria.

Quidam Reipublicæ Trebianorum pecuniam in opus noui theatri legauerat. Hanc Trebiani ab Imperatore Tiberio postulabant, ut ad uiam munitionem sibi transferre permitteret, satis operum ciuitatem habere: itaque commodius esse, pecuniam quæ in opera noua legata sit, in tutelam & refectionem eorum operum quæ sunt, conuercere, quàm ad nouum incoandum opus erogare. Verum ex aduerso, testabatur hæres pecuniam se conditurum, ni Trebiani parerent testatoris uoluntati. Etenim quod ad certam speciem ciuitatis relinquitur, in alios usus consumi non licere: sed toties sequendam esse defuncti uoluntatem (quæ semper potissima esse debet) cum in id quod liceat celebrari, neque sit in ciuitate fieri prohibuit, pecunia relicta est. nihil hic quod non liceat, legato contineri. Censebat quidem Imperator id Trebianis concedendum: uictus tamen consilio & auctoritate SENATVS ROM. pronunciatum est, Ratam uideri testatoris uoluntatem esse oportere. Suet. in Tiberio.

Paula Callinico ex parte hæredem instituit, filiam eiusdem Iuencianam, cum in familia nupsisset, decem testamentum legauit. deinde post tempus codicillis factis, centum eidem Callinico reliquerat, non adiecto, Hoc amplius. Dicebantur, illa de cem perinde esse, atque si Callinico relicta essent. itaque posteriori legato contineri: præteritum quia Paula non adiecit fer, Hoc amplius. IMPERATOR pronunciatum ueramque summam deberi: maxime cum in codicillis, filia Callinici nihil legatum fuisset, unde uideretur filia contemplatione hoc etiam Callinico relictum. Aerodius ex Pauli Decretorum libro secundo.

ACTIONES, CONTRACTVS INIVSTOS QVOSCVNQUE RESCINDERE, ANTIQVARE, ABROGARE.

Διόδοτος τῶν ἰουδαίων pecunia & commutatione sit inter uiros bonos, uolentes & consentientes, absque ulla fraude, doctore malo. Quod si perfidia aliqua intercedat, fiet ἀνίστημι σωδάλια: ut pote sanus iniustum, mutuum non redditum, testamentum iniustum: & correctio illorum, pena atque multa erit. Certè superius sub loco Fidei multa huius generis, exempla in medium attulimus, quatenus in hac ipsa διόδοτος Fides ueluti basis existit & fundamentum. Neque enim absurdum est, ut in quibusdam casibus, & prius ex fide alicui aliquid deberi, quod postea per διόδοτος in opus prouebatur. Proinde exempla eadem huc quoque commode potuerunt transferri. Consule Tit. Penitentia. illic Veritatis, hic Acqui boni, consideratio instituitur.

LEGES ABROGARE.

Sophocles Amphiclidæ F. legem Athenis promulgauerat, ne quis Philocephus scholæ præficeretur, nisi id Senatus populisque decreuisset: qui secus fecisset, ut ei capitale esset. Itaque & Theophrastus & philosophi reliqui urbe secesserant. Sed cum à Philone Aristotelis familiari, dies ob id Sophocli sequenti anno, quo abierat præfectura, dictus esset: ATHENIENSES lege abrogata Sophoclem quinq; talentis multauerunt, & ut Philocephus redire, ac scholam regere liceret, decreuerunt. Laertius lib. 5. in Theophrasto. Demochares Demosthenis confobruius, Sophoclis defensionem scripsit. Athenæus lib. 13. cap. 34.

Lex SYRACVSANA de Petalifimo, quæ apud Athenienses Ostracismus & Exostracismus dicebatur, breui post abrogata fuit. Nam cum initio potentissimus quisque & opulentissimus ea lege ex urbe pelleretur: ceteri ea percussis, Rep. relicta uitam priuatã agere, & in otio securam uitam dogere maluerunt. Tum demum delinita bonis uiris ac defensoribus. Rep. pessimus quisque, audacissimisque, sibi magistratus deposcere cepit. Itaque seditionibus grauis, ciuitate laborante, Syracusij legem Petalifimi abrogarunt. Diodorus lib. 11. & Plutarchus in Aristide.

Sp. Cassio ob affectatam tyrannidem à Tarpæia rupe præcipitato, erant qui Cassij liberos interficiendos censerent. Quæ sententia atrox nimis, & in futurum suo exemplo parum ciuitati utilis, reiecta est: quin liberari placuit adolescentes, neque exilio, neque ulla iniqua nota multatum iri. Qui mos deinceps est ROM. seruatus, ut liberi nullis parentum scelibus tenerentur, siue tyranni patres essent, siue parricidij prodicionisue conuicti. Corn. Sylla eum morem primus sustulit, proscriptorum filios petendorum honorum facultate adempta. Sabellicus lib. 1. En. 3.

C. MARIVS Tribunus aduersante populo, frumentariã legem ferri constanter ueruit, popularem impetum minimè uertit, cum incompositæ plebi ueluti de manu panem extorquere magno sui discrimine uideretur. Plut. in Mario.

CONSVETVDINES INIVSTAS TOLLERE.

THEODOSIVS Magnus uictò Maximo Romam ueniens,

Pomponia Galla, Romana femina, ex hæredato filio Aufidio Curiano, hæredem PLINIUM Secundum instituit. Qui diu ab Aufidio rogatus, ut hæreditatem maternã ei relaxaret, contentus fuit causas ab eo audire, propter quas male de se merentem filium ex hæredate mater non posset. Et cum ab eo ueram nullam causam in medium adduci uideret, ipso excluso, hæreditatem retinuit. Fulg. lib. 7. cap. 8.

In testamento LVDUICI Cortesij, hæres iubebatur ipsius exequias, omnium musicorum qui in urbe erant cantu celebrare: qui illic instrumentis suis canere, per totum exequiarum tempus, honesto stipendio conducti, non desinerent. Longa disputatione re tractata, ut necessaria iudicata est, atque eam exequutus est hæres. Quod apertè ostendit, nisi grauius de causis, testatorum uoluntatem, qualiscunque sit, ab hæredibus prætereundam non esse. Fulg. lib. 7. capite 8.

SILESTIÆ ducis testamentum, de canibus senio confectis alendis, ratum fuit. Aen. Syl. lib. 4. com. in res gestas Alphonsi.

MVLTA S.

Cornelio Felici mater scripta hæres, rogata erat hæreditatem restituere post mortem suam. Cum hæres scripta condemnata esset, & à fisco omnia bona mulieris occuparentur: dicebat Cornelius Felix, se ante penam esse, hoc enim id eo constitutum, uidelicet ne fisci priuilegium in pena contra creditores exerceatur: quia bonorum, cuiusque id esse intelligitur, quod æri alieno superest. Sed cum nonum dies fidei commissi uenisset, propterea quod prius posset Cornelius decedere, uel etiam mater alias res sibi acquirere, repulsus est interim à petitione: tum petiuitur à fisco, ad quæ bona omnia cum sua conditione transissent, ubi conditio aduenisset. P. Aerodius ex Pauli lib. 2. Decret. & ex Plut. in Themistocle, & in Porcio Catone, & ex Luito lib. 9. Dec. 4.

ædes panarias, quas qui adibant, fœda consuetudine per occultas infidias in pistrina ad feruitum adigebatur, euer tit. Sigonius lib. 9. Imp. occid.

Romæ usque ad THEODOSIVM Imp. duæ turpes consuetudines, ethnica scilicet, in spelunca latronum captiuos tenèdiperegrinos, & in lupanari a dulceram obsecris coitibus puniendi, adhuc in usu fuerunt: quas Imperator eò ueniens abrogauit. Socrates lib. 5. cap. 13.

CIMBRICI olim homicidij crimen ultimo supplicio non proficuentes, multa pecuniaria pledebant, ne uno infelici casu duo de medio tollerentur: idque ita ad Christianum usque, eius nominis tertium Daniæ regem, obseruati est. Is enim constituit, ut qui in opinantem quempiam, armis uel ad corporis sui defensionem non instructum, interfecerit, capite penam luat: in reliquis præfæta consuetudinis uigor obtineat, ut à sanguinis profusione temperetur. Libro primo belli Dietmarsici.

MALCOLMVS 111. Scotorum rex, pessimã consuetudinem ab Eucno rege ethnico introductam, ut domini præfæctus in suo territorio sponfarum omnium uirginitatem prælibarent: dimidiata argenti marca unam noctem à præfectorum uxoribus redimente sponsa (quam etiamnum pendere coguntur, uocantque uulgò Mulierum marketam) suauit D. Margaritæ reginæ sustulit. H. Boethius lib. 12. Polydorus lib. 10. nupturam aureo numo pudicitiam redimere ait.

DECRETA, SENATVS CONSULTA INIQUA TOLLERE.

ANTIOCHVS 111. Asiæ rex, omnibus regni sui urbibus scripsit: Si quod in literis, quæ eius nomine scriberentur, esset quod legibus aduersum uideretur: crederent, ignaro fe eiusmodi literas scriptas fuisse, & propterea eis ne parerent. Fulg. lib. 6. cap. 5.

ALPHONSVS Aragonum & Siciliæ rex, præfæctis prouinciarum ac iudices omnes admonuit, ne quod decretum aut rescriptum à se factum seruarent, nisi quod iure tantum & honestate niteretur. Interdum enim aut importunitate postulantium, aut ignoratione rei fieri, ut quippiam contra iuris sanctimonia emanet: quod ipsum custodiendo ciues

suos offendat: non intelligentes, ita se regem pariter offendere, atque in semet ipsos ac crudeliter esse. Panormita libro 2. de rebus gestis Alphonfi.

ACTA IMPIORVM RESCINDERE.

Proscriptus Atherius, a seruo suo accusatus est: qui Triumvira ille liberatus, fortunam etiam patroni eadem lege consequeretur. Servus igitur, cum patroni filios despectum haberet, et ipsi rei atro citate, praesertim cum adhuc tenella aetas esset, territi, lacrymantes silentesque eum sequerentur: veluti si eum nimis illam rem omnis POPVLVS abominatus est, atque ea Triumviris declarata, uoluit, ut ingratus seruus, denuo apud Atherij filios in seruitutem rediret, eiusque patris bona restituerentur. Fulgofus lib. 6. cap. 5. Alex. lib. 3. cap. 20. uocat Aretium.

Maximi tyranni acta omnia & dignitates concessa a THEODOSIO Magno & Valentiniano II. Imp. uictoribus rescissae sunt. Sigonius lib. 9. Imp. occid.

SENTENTIAS IUDICVM INIVSTAS.

PHILIPPVS Macedo, cum in tribunali dormitans, aduersus Machetam quendam pronunciaisset: ubi uigilantior factus, cognouit factam Machetae iniuriam, non rescidit quidem iudicium, sed iniustam ipse exoluit multam. Plut.

LARGITIONES INHIBERE.

Consule Tit. Pomponia magistr. & Prodigalitate aliorum renouare. Item, Testamenta iure rescissa, quatenus scilicet immoedcas donaciones continerent.

Erat PHILIPPO Macedonum regi miles experte uirtutis, & multis ab imp. cohonestatus muneribus. Fortè ex naufragio exutus omnibus, uix etiamnum spiritum ducens, errabat, consilij inops. Eum conspicatus Macedo quidam, benignè amplectatur, iuber bene sperare, semiuuam in uillam suam perducit, fouet accuratè, lectulo cedit quoque, nec patitur, qui quàm frustra ab eo desiderat. Postremo digredientem uaticico etià instruit, summurantè identidè: Non sentiar ingratus, parem rationè faciam, liceat modò mihi meum imperatorem adire. Venit ille ad Philippum, miseriam suam exponit: sed non hospitii benignitate tantum retinet, uerum eiusdem agris sibi donari petiit. Qui & ferè omnibus exutus, per epistolam facti seruum Philippo insinuat. Excanduit is, nec ualens tam insignem facinoriam decoquere, improbilisimo homini, beneficium rarè fortunè inuoluta rabie retulanti, stigmata iniri iussit, restituito in integrum priore domino. Cælius lib. 7. cap. 28. A. L.

CATO minor nouissimo quaesturae die domum à cunctis propè ciuibus deductus, audiuit Marcellum multos familiares & parentes in arario supplices circumstare contendereque, ut largitionem pecuniae quandam in tabulas referret ut debitam. Erat Catonis Marcellus à pueritia amicus, & laudatissimè cum eo quaesturam administrabat: uerum solus cum esset, hæc dabatur rubore à precaneibus, & prociuiis ad omnem erat beneficentiam. Igitur Cato confectum conuertit se ad Marcellumque, offendens perscriptis expugnatu illam largitionem, tabulis postulatis hanc mutò assistente illo induxit: eamque, rem executus deduxit illum ex arario domi: qui neque postea cum eo hac de re exposulauit, sed familiaritatem eius & amicitiam coluit perpetuè. Plut. in eius uita.

L. Sylla, in altera sua proserptione, multis pecunias ex arario concesserat, quod ipsi suis manibus è proserptis quamplurimos occidissent. Hi tandem à CATONE Vticensi, cum Quaestor esset, in ius uocati sunt, dum pecuniam publicam ab eis repeteret, quæ penes eos esset prodicione & partidione acquisita dicebatur Senatim rata omnia esse uoluisse, quæ à Sylla Dictatore facta essent, igitur hæc præmia ab eis auferri non posse. Attamen contra iudicatum est. Nam sufficere si dum à Sylla res gestæ obtinentur, crimina hæc tam horrenda impunitatem unquam inuenire possint: non ut etiam contra omnem iuris, æqui bonique rationem, præmio & honore affici debeant. Plut. in Catone Vticensi.

Veftigalia remitti non possunt ab ullo alio, quàm uel à Principe, uel à Populo, uel à Senatu, qui supremam potestatem habet. Atque ut rata omnia generaliter habeantur, quæ ab aliquo bellis ciuilibus, uel in Prouincia gesta sunt: alienationes tamen publicorum non comprehendit, ex M. Cicerone, Verriua V. discimus. Primus fuit L. Sylla, cui Respublica totam se tradidit, temporibus coacta & malis domesticis. Eius omnes res gestas, quanquã Romani non solum obtinerent, uerum etiam propter malorum, incõmodorum & calamitatum metu, publica auctoritate defenderent: unum tamen

hoc illius Senatufconsultu reprehensum, decretumque est, ut quibus ille de capite demisset, ij pecunias in ararium referrent. Statuit enim SENATVS, hoc ne illi quidem esse licitum, cui concesserat omnia, à Populo facturam quaesturamque: rerum, quibus Respublica pace & bello salua est, summas imminuere. P. Aerodius lib. 1. Decretorum.

BA S I L I V S Macedo, Michaelis occiso, ad omnibus Imperatorum salutatus, ut Michaelis hominem argueret nihil non regia dignitate idoneu, sed auirum potius quam Imperatorè, & Imperij decoctorem: uocatis senatoribus, iubet thesauros regis aperiri: ubi tantum tria auri ceteraria reperita sunt, reliqua omnia absumta. Vnde decreto senatoru profusissimè Michaelis largitiones reuocauit, statuitque, ut quicumque, in de pecuniis abiq; legitima occasione accepisset, restitueret, aut ad minus dimidiu arario inferret. Quo edito trecenta alia ceteraria in ararii regium collata sunt. Qua re sibi multorum fauorem & amorem conciliauit. Culpinian.

SUPPLICIA INIVSTA TOLLERE.

ASVERVS Perfarum rex, malignis inuidi Amani delationibus plus æquo credulus, ludæos qui in regno suo erant, ueluti pacis turbatores edito perdere omnes iusserat: mox in nocentia eorum cognita, sententiam uerit in accusatorem: quos autem nec iam addixerat, honore affecti. Laudabilis egisset, si non præcipitasset iudicium. Sed neque in eo laude sua fraudandus, quod iniuste, decretum iuste reuocare non tardat, in illum animaduertens, cuius suggestione deceptus fuerat: tã æquus iniqui hominis ultor factus, quam sacrus innocens fuisse intererit, si ante dictam interfectionem diem, id quod erat, non rescidisset. Quam itaque restitit Iob: Causam, inquit, quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. Marul. lib. 5. cap. 1.

Anno quarto belli Peloponnesiaci, cum Mitylenæ ab Atheniensibus ad Spartanos defectione facta, denuo subacti essent: Pachis Atheniensiu dux, Mitylene recepta, Salethi Lacedæmonium, & principes defectionis Athenas misit. Salethus publicè capite multatus est. De Mitylenæis, postquam est ad populum relatum, præ nimia in eos ira multitudine non eos tantum qui missi fuerant, sed Mitylenæos puberes ad unum obrucandos censuit: missaque est ad hoc ipsum triremis ad Pachetem cum publico decreto, ut mulieribus & pueris in seruitutem redactis, Mitylenæos omnes interficeret. Subit ATHENENSIS statim tam atrocis decreti penitentia, eorum legatis suppliciter rogantibus, qui post defectionem factam Athenas uenerant, Diodoru suau. Continud igitur publicè altera triremis est instructa, quæ irreque to cursu cum recentiore decreto in Lesbum tenderet. Periculum erat ne nimis serò mitteretur: prior enim cum mandato cædis uno feratè die ac nocte una præcesserat. Mitylenæi legati qui Athenas erant, uerit ne triremis quæ publicè mittebatur, ad priorem insequendam parum nauiter celebraret, aut aliquo, ut sit, casu suo excudâ parum maturè in Lesbum ueniret: alteram ipsi suo nomine instrunt, magnisque pollicitis remiges onerant, identidè obtestati, ut unius ciuitatis saluti consulerent. Vno itaque & hordeaceo pane in nauem impoſito, qui priuatum mittebantur irrequieto cursu usi sunt, ut dum alij dormirent aut cibum caperent, panem uino & oleo maceratum estantes, interim non decissent, qui nauim remis agerent. Satisque felicitè Mitylenæis cessit, quod decreto cædis iam lecto, altera latioris nauis Pacheti iam sese ad cædem expediendi supcrucne rit. Sab. lib. 6. Ennea. d. 3. ex Thucydide.

POP. Rom. cum P. Claudius Camerinus duatu atque auspiciis suis captos, sub hasta uendisset, est ararium pecunia, finēs agris auctos animaduertebat: tamè quia non parū liquida fide id gestum ab imperatore uidebatur, maxima cura conquisitos redemit, hisque habitandi gratia locum in Auentino assignauit, & prædã restituit: pecuniam etiam non ad curiam, sed ad sacra edificanda, sacrificiaque faciendã tribuit: iustitiaque, promississimo tenore effecit, ut exitio suo latari possent, quia sic renati erant. Val. lib. 6. cap. 3.

OTH O 1111. equitem quendam (qui cum Imperatricis libidini obsequi nollet, tentatè pudicitia nomine apud Imperatorem falsò accusatus fuerat) capite mulerat. Equitis uxor caput mariti gremio gestans, Imperatorem adit, & qua potèna iniustus iudex dignus esset, eum interrogat. Moritè, inquit ille. Tu ergo, Imperator, qui innocentem maritum meum occidisti, morere. Inno centem esse, ferro ignito, quod innoxie manibus meis tracto, probabo. Miraculo terribis Imperator, caput honorificè sepeliri curauit: & re diligenter cognita, uxorem suam Imperatricem uinum comburi fecit: uideque quatuor arces dono dedit: eiusque filium, quamuis spurium, Comitè designauit, à quo gens Comitia in Bononiensi agro defluxit. Bernardus Corius in uita Othonis.

DIGNITATES INIVSTE CONCESSAS REVOcare.

L. Martius tribunus militum, cum reliquias duorum exercituu Publij & Cnei Scipionum, & quos arma Punica in Hispania absumferant, dispersas mira uirtute collegisset, eamque sub fragis dux esset creatus, SENATU de rebus actis à se scribens, in hunc modum orsus est: L. Martius propretor. Cuius honoris usurpatione uti eum, quamuis optime meritum, patribus conscriptis non placuit: quia duces à populo, non à militibus solent creari. Val. lib. 2. cap. 2.

M. Faonius, qui obseruator Catonis, ut Apollodorus Socratis, fuisse dicitur, cum adilitatè pereret, passus est repulsam. At M. CATO, qui Faonio fauebat, uisus est sibi gratiam, fordes & ambitum deprehendisse, atque uenalia fuisse ac corrupta suffragia, postquam animaduertit tabellas omnes una manu scriptas ac notatas esse, ergo Tribunos appellauit. Nam qui fieri possit, ut non ementita & corrupta sint ea suffragia, quæ in una & eadem scriptura conueniunt? aut nisi pecunia comparata, certè falsa & supposita esse necesse est: ut de testimoniis dicitur, quæ eadem manu scripta esse cognoscimus: aut de testibus, qui unum & præmeditatum fermonem adferunt. Itaque interessere Tribuni: factumque est ut denuo comitia haberentur: quibus rectè nec utrius habitis, Faonius Aedilis factus est. Plut. in Catone Vticensi.

VE SPASIANVS Imp. amplissimos ordines, & exhaustos cæde uaria, & contaminatos ueteri negligentia purgauit: suppleuitque recentio Senatu, & equite: submotis indignissimè, & honestissimo quoque Italicorum ac prouincialium alleto. Atque uti notum esset, utrumque ordinem non tam libertate inter se, quam dignitate differre, de iurgio quodam Senatoris equitisque Rom. ita pronunciauit: Non oportere maledici Senatoribus: remaledici, ciuile fasque esse. Suetonius.

ASYLA INIVSTA SVBLATA.

AVGVSTVS Imp. Diane Ephesiae templum, ad quod confugiens noxij uelut ad asylum mancipio soluebantur, eo priuilegio spoliavit, ne pposita impunitatis spe facinoribus anam præberet. Alex. lib. 3. cap. 20. ex Suetonio & Dionè.

TIBERIVS Cæsar, aboluit ius moremque, asylosum, quæ usquam erant. Suetonius.

HENRICVS VII. Anglorum rex, cum assiduis rebellium insidiis regnum turbaretur, ut coerceret improbos, qui conspitionem non succedente, in diuersa asyla se recipiebant, asylo, ad quæ improbi se recipiebant, destruxit. Polyd. lib. 26.

TESTAMENTA INIVSTE RESCISA.

Post mortem Alexandri Magni cum accepisset Perdiccas in regis commentariis instituta multa simul & magna, & immensos sumptus habentia, ne quid uideretur priuato iudicio detrahere Alexandri gloria, ea reuoluit ad communem MACE DONVM multitudinem. Erant autem commentariorum maxima & memoria digna hæc: Vt mille naues longarum, triremibus maiores, construerentur in Phœnicia, Syria, Cilicia & Cypro, ad expeditionem aduersus Carthaginienses & reliquos maris accolæ Lybiæ & Hispaniæ, finitimèque regio nis maritimæ, usque ad Siciliam: & peruia redderetur regio maritima Lybia, usque ad Herculeas columnas. Itemque templum construerent sumtuosa sex, singula M. D. talentis: ac ficuti postulare tanta classis, portus & naualia idoneis locis edificarentur. Præterea ciuitatum aliarum in alias commigrationes fierent, & corporum translationes ex Asia in Europam, & uicissim ex Europa in Asiam, ut maximas continentes connubis & necessitudinibus ad communem bene uolentiam, cognatamque amicitiam perduceret. Ea autem quæ dixi templa construi oportebat in Delo, & Delphis, & Dodona. In Macedonia autem Dij Iouis, Amphipoli Dianæ, Cyri Mineruæ. Similiter & Ilij eiusdem deæ templum edificari, quod à nullo superari posset. Philippus autem patris Alexandri sepulcrum extrueretur æquale maximè pyramidum Aegyptiarum, quæ nonnulli septem maximis operibus annuerant. Recitatis commentariis Macedones, licet Alexandri admodum studiosi fuissent, tamen cum tam immania & ardua esse uiderent instituta, iudicauerunt nihil illorum, quæ diximus, esse præstandum. Diod. lib. 18.

Gladiatorum spectacula magno in usu fuisse antea Romanis (quam Nicolauis Dama Cenus ait à Tyrrenis accepta consuetudinem) ad eum non in conuentibus solum, ludis ac theatris ea populo exhiberent, uerum etiam amicis in priuatis epulis, quod si alter alterum iugulasset, quasi magno perere delectati applaudebant. Hæc quanquam pessima consuetudo postea sublata est: Interea tamen cum quidam scripsisset in testamento, ut formosissimæ duæ mulieres, quas in dominio habebat: alius item, ut impuberes coram populo digladiari committerentur: PO PVLVS Rom. editis

his gladiatoribus, tantam iniuriam atque inhumanitatem non æquo animo tulit: quinimò hanc testantium uoluntatem irritam esse uoluit, iussit. P. Aerodius lib. 1. Decretorum, ex Athenæi lib. 4. capite 17.

Filijfamilias militis de morte cum domum falsus ab exercitu nuncius aduenisset: pater eius re credita, testamentum mutauit: alium, quem ei uisum esset, fecit hæredem: ac paulo post ipse mortuus est. Cum filius miles domum reuenisset, atque hæreditatè lege aduersus scriptum hæredè uindicaret, res delata est ad Centumuiros. Possessor se lege 12. tabularum tue batur, uti quisque rei suæ legasset, ita ius esto. non alium hæredem esse posse, quam eum quem testator lingua nuncupasset. At contra pro petitore dicebatur, fieri non posse, ut patris bonorum hæres sit filius, què pater testamento neque hæredem neque ex hæredem scripsisset nominatim. Omnibus non solum consiliis, sed etiam sententiis IVDICVM filius superior dicebat, cum iure tum æquitate. P. Aerodius lib. 1. Decretorum, ex Ciceronis lib. 1. de Orat. & Valerius Maximus lib. 7. capite 7.

Cum mater militis filium falsò audisset decessisse, & testamentum hæredes alios instituisse, HADRIVS Cæsar decreuit hæreditatè ad filium pertinere: ita ut libertates & legata præstentur: quia ab esset ab ea consilium impietatis. cui filium instituisse aut ex hæredem non fuit alio qui ex iure antiquo necessarium. P. Aerodius ex Paulo de Septemuiralibus iud. Cum Malleolus iudicatus esset matrè occidisse, eiq; ideo damnato statim folliculo lupino os obuolutum esset, ac solæ lignæ pedibus inductæ, ne haberet effugiendi potestatem: in carcerem deductus erat, ut ibi esset tantisper, dum culeus in quem liberatus in profluentem deferretur, compararetur. Interea uerò quidam eius familiares, qui cum antea defendebant, tabulis allatis ac testibus adductis, scribunt hæredes quos Malleolus iubet esse, nec non tabulæ obſignatur. De illo post supplicium sumitur. Inter eos qui hæredes in tabulis scripti erant, atque inter fratrem minorem Malleoli, qui cum oppugnauerat, lege agnationis de hæreditatè fuit controuersa. Pronunciatum est à PRÆTORE Rom. (ut ego quidem interpretor) Malleolum uideri intestatò decessisse. P. Aerodius lib. 1. Decretorum, ex auctore ad Herennium lib. 1. & Cicerone lib. 2. de Inuent.

Caius Visellius Varro dum graui morbo laboraret, trecenta millia nummum ab Octacilia Lateranensi, cæ qua cõmercium libidinis habuerat, expensa sibi ferri passus est. Stipulata est Octacilia, spondit C. Visellius: sed eo consilio & animo, ut si quid ei humanitus accidisset, tum modò à suis hæredibus hanc summam Octacilia peteret, ueluti genus legati quoddam sub titulo creditæ pecuniæ testis inhonestæ liberalitate. Accidit ut Varro non moreretur. Igitur Octacilia gra uiter offensa, & presentis illæ suæ præcæ pecuniæque spem, morte non maturasset: Visellium in ius uocat. Iudex Caius Aquilius à Prætorè datur, si pareret Caius Visellium Varro nẽ ex stipulatu trecenta millia nummum Octaciliæ Lateranensi dare oportere. Adhibentur in cõsilio principes ciuitatis. Negare non poterat Visellius sponsonè à se facta, neque huius non minè emissam esse Octaciliæ cautionem: sed falsum esse dicebat id mutui nomen, quod tabulis contineretur: nihil enim reuera sibi ab Octacilia numeratum. At contra pro Octacilia dicebatur, uel si minus pudicæ eam ferri necesse sit, ac quaestum stipulationi colore præter facti ueritatem: certè donationis iustâ causam obligationi esse. cæteru neque inhonestas donationes, ut circa meretrices, iure prohiberi. Præterea si turpiter faciat, & pudicitiam non seruauit: iam uerò uti est, eam nec turpiter stipulari, nec turpiter accipere: & quod ab hærede Varronis ex testamento rectè confecti possit, id nunc ab ipso Visellio ex stipulatu ferre oportere. Aramen C. AQUILIUS prudentia & religione sua, mulierè actione summouit. Nam & si ea fuisset Octauia, cum qua adulteriu, ut cum meretrice, non committi diceretur: id tamè inutiliter peti, quod turpiter sibi quis stipulatus esset. Idem & C. Aquilius iudicaturum fuisse arbitror, si mortuò Visellio eandem pecuniam ex testamento petisset: quia legitimum sub debiti nomine, in fraudem legis, probroque foeminae relictum esse uideretur. Certè huiusmodi personis lōgo interuallo Domitianus Imperator ius capiendi legata hæreditatèque, ademit. P. Aerodius ex Val. Max. lib. 8. cap. 2.

Genutius quidam sibi ipsi genitalia mēbra amputauerat, Martis Magnæ Gallus: postea à Neuiano Sardinij liberto hæres institutus, bonorum possessionè secūdam tabulas testamenti à Cn. Oreste Prætorè acceperat: cecidit à Sardinio, restituisse in bona Neuiani ab eodem Prætorè urbis impetrauerat. Sardinus Neuiani Lepidum Mamerum. Cõsulum appellauit, ideo quia uideretur obſcena Genutij personæ, qui neque uirorū neque mulierū numero haberi posset: atque perinfame esset, huius monstri terribis generis hominū inquinata uoce, sub specie petiti iuris, tribunalia pollui. Iustusmodi Genutium esse (secūdam quod à Sardinio dicebatur)

batu) cui uis, cui iniuria nūquam allata esse dici possit: qui nullam actionem iniuriarum, nullum interdictum habeat. Equidem si olim eunuchi in precio fuerint, antequam dominis permiffum fuerit seruos suos castrare, quos occidere poterant: in liberum quidem id commississe, perpetuo capitale fuit: quæ istius indignatio est, qui tale quid in se commiserit: & si tali odio habitus est is, qui libertate neglecta (quæ res inestimabilis habetur) se ad precium participandum uenire passus est, ut in seruitute retineretur: quid de eo statui oportet, qui ut ne quidem pro homine sit, efficit? qui sub quo genere iudicio sistat, comprehendit nequit? Ergo Aemilius Lepidus consulto Senatu pronunciauit, Genitium uideri ius actionemq; restitutionis in iure postulanda non habuisse, minusq; impetrare debuiffe: itaq; iure appellatum. Aerodius, ex Valerij lib. 7. cap. 7.

Quidam Veitium lenonem heredem instituerat. Is cum Q. METELLYM Prætorum urbanum adisset, bonorū secundum tabulas non aditionem impetravit. Etenim fori ac lupanaris separandam rationem esse, ut in altero casti, probi & honesti uiri non admittuntur: sic in iure, turpes ac infestabiles personas admitti non oportere. Præterea nec factum testatoris comprobandum esse, neque eas tabulas pro iustis haberi conuenire, quibus ueluti in stabulum contaminatum fortunas suas proiecerit, effuderit. Interesse Reip. ut honesti uo centur ad hereditates. Porro ius absque iniuria huic denegari possit, qui se ab omni honesto uitæ genere segregauerit. Iuris ciuilibus unam ac precipuam partem esse, honeste uiuere. Aerodius ex Val. libidem.

Cum C. CALPURNIVM Pisonem præfectum urbis Terentius ex octo filiis, quos in adolescentiam perduxerat, ab uno in adoptionem dato exheredatum se, querelam detulisset: bonorum adolescentis possessionem ei dedit, hæredesq; lege agere passus non est. Mouit profectō Pisonem patria maiestas, donum uitæ, beneficium educationis: sed aliud etiam ipsum flexit, circumstantium liberorū numerus, quod cum patre septem fratres impiè exheredatos uidebat. Valerius Max. lib. 7. cap. 7.

M. Anci Carcolani splendidissimi equitis Romani filius, à Sufenate auunculo suo adoptatus, testamentum naturalis patris, quo præteritus erat, apud CENTVMVIROS rescidit, cum in eo Tullianus Pōpeij Magni familiaris, ipso quidem Pōpeio signatore, hæres scriptus esset. Itaq; illi in iudicio plus cum excellentissimi uiri gratia, quam cum parentis cineribus negotij fuit. Cæterum quamuis utraq; hæc aduersus se nitentur, tamē paterna bona obtinuit. Nam L. quidem Sextilius, & P. Popilius, quos M. Ancus sanguine sibi cōiunctos eadem ex parte, qua Tullianum heredes fecerat, sacramento cum adolescentulo contendere ausi non sunt, tamen si præcipuis eo tempore Magni uiribus ad defendendas tabulas testamenti inuitari poterant, & si aliquatulum adiuuabat heredes, quod M. Anci filius in Suffenatis familiam ac sacra trāserat. Sed arctissimum inter homines procreationis uinculum patris simul uoluntatem, & principis auctoritatem superauit. Val. Max. lib. 7. cap. 7.

Caium Tectium infantem à patre exheredatum, Petronia matrem, quam Tectius quoad uixit in matrimonio habuerat, natum, diuus AVGVSTVS in bona paterna ire decreto suo iussit, patris patriæ animo usus: quoniam Tectius in proprio iure procreato filio, summa cum iniquitate paternum nomen abrogauerat. Idem.

Septimia mater Trachalorum Arimencium, filiis irata, in contumeliam eorum, cum iam parere non posset, Publio seni admodum nupsit: testamento etiam utroq; præterito. A quibus adiuus diuus AVGVSTVS, & nuptias mulieris, & suprema iudicia improbauit. nam hereditatem maternam filio habere iussit: dotem, quia non creando uili liberum causa coniugium interceperat, uirum retinere uoluit. Si ipsa æquitas hæc de re cognoscere potuisset, iustissime aut gratiū pronūciaret: spernis quos genuisti, nubis effecto, testamenti ordinem uolento animo confundis: neq; erubescis ei totum patrimonium addicere, cuius pollato iam corpori marcidam senectutem tuā subtrauisti. Ergo dum sic te egeris, ad inferos usq; Imperatorio fulmine afflata es. Ibidem.

AVGVSTVS non sine magna ratione, Virgilij testamentum in ea parte seruandum non duxit, qua mandabat, ut Aeneis q̄ eam ex sententia sua nondum correxerat, combureretur. Longè enim pluri putauit, fructū, quē posteritas ex lectio- ne cōsecutura erat, illius poematis, quo eruditissimi magnitudinem ad styli excellentiam nullus usq; ad eam diem carmen maius ediderat, quam poetæ infamiam, si quid in eo carmi- ne superfluo castigatores in melius murandum inuenissent. Fulg. & Egnat. lib. 7. cap. 7.

Rufius Cepio testamentum cauerat, quotannis Curiam ingredi- entibus Senatoribus certam summam uitium ab herede suo dari. Cum poscerent legatum annum Senatores: hæres autem hoc nomine recufaret, quod ei turpe & ambitio-

sum hoc legatū esse uideretur. nam & quod ciuitati relictu legib. peti non soleret: aliā ob causam, quā ad ornatiū reli- ctum est. Minimè enim tutum esse, ne de communi, tantū- cium ordine priuatus unus ac locuples bene mereri ui- deatur. Ideoq; largitiones in uulgus, ac nimiam quoq; po- pularitatem multis olim exiio fuisse, certè suspectam sem- per esse oportere. Et hæc quoq; ratio, si uenatio aut spe- ctacula edantur legatum sit, uentum esse in eas causas ero- gari. Deniq; ullo alio quàm bono publico, Senatores un- quam in Curiam uenire, id uerò omnibus modis esse indi- gnissimum. His motus DOMITIANVS Imp. legatum ir- ruitum fecit. P. Aerodius lib. 1. Decretorum, ex Suetonio.

Viennensis cuius testamentum de gymnico agone rescissum fuit à TREBONIO Rufino duumuiro, dicere coram Tra- iano Imp. Eas potissimū liberalitates priuatorum hominū esse omni Reip. ualde suspectas, quæ ciuitati nullum orna- tum, nullam utilitatem, plebi solam duntaxat uoluptatem atq; delectationem afferant: quales sunt uenationes, specta- cula, aliadq; huiusmodi certamina. his apprime muneribus abduci, trahi, compelli ciuium animos. quam uim atq; au- thoritatem qui sibi parare cupit, necesse est eum aliquod ma- gnificentiū sentire dese. Præterea accidit, ut hoc nudo & impudico certamine, propter otii & uoluptatē, mores Vi- ennēum inficeretur. Placuit igitur agona tolli. Plin. li. 4. Epist.

Clodius Clodianus factō prius testamento, postea eundem heredem in alio testamento inutiliter factō, instituerat. Scri- ptus hæres cum posterius putaret ualere, & hoc posteriore prius testamentum ruptum esse, ex eo adire hereditatem uoluit: adire, sed postea hoc inutile reperit. Papiniani- us putabat repudiasse eum ex priorē hereditatem: ex pos- teriore autem, quia inutile esset, non posse adire. itaque Clodianum intestatum decessisse. Nam & qui bonorum possessionem ab intestato petiit, cum putaret testamen- tum non ualere, hereditatem ex testamento uideri repu- diasse. Paulus contra, dicebat non repudiare eum ex prio- re testamento, qui putabat posterius ualere: quemadmo- dum qui iudicium defuncti secutus est, cum ignoraret uires testamenti, legitimam hereditatem uindicare non prohibe- tur. Pronunciauit tamen Imperator M. ANTONINVS Magnus, Clodianum intestatum decessisse. P. Aerodius lib. 1. Decretorum ex Paulo lib. 3. Decretorum.

ACCIA Variola Rom splendide nata, atque nupta Præto- rio uiro, cum exheredata esset ab octogenario patre intra undecim dies, quam ille nouerca ei amore captus indu- xerat: nouerca ex sexta parte, Suburrano ex reliqua institu- tis, qua duplī iudicio bona paterna repetebat. Sedebant magna cum expectatione patrum filiarum, nouercarum o- mnium, Iudices centum & octoginta (tot enim, ubi qua- tuor simul consilia iudicarent, conscribebantur) secutus esse uariis euentus. Variola duobus consiliis uicit, totidem uicta est: cerē Suburranus succubuit. De Variola id non ca- su factum esse dicitur, sed ne quid prærogatiue in tanta iudicij expectatione, pro quo omnes in urbe patres, filia, no- uerca laborabant, uni potius quàm alteri tribueretur: at- que re iudicio transacta, plures in eam partem inducerentur, quam sententia suis Iudices approbassent. Plinius Ne- pos libro 5. Epistola.

Pactumeius Androthēnes Pactumeiam Magnam filiam Pactumeij Magni, ex affe hæredem instituerat, eiq; patrem eius substituerat. Pactumeio Magno occiso, & rumore per- lato quasi filia quoq; eius mortua esset, mutauit testamen- tum, Nouiumq; Rufum heredem instituit hac præfatione, Quia hæres, quos uolui mihi contingere, habere non po- tui, Nouius Rufus hæres esto. Pactumeia Magna supplica- uit Imperatores SEVERVM & ANTONINVM, cognitio suscepta est. Sæuerus Imperator putauit Pactumeiæ ex uo- luntate testatoris subueniendum. Igitur quasi hoc casu reue- ra prius testamentum per posterius non rumpatur: aut adeo magis hæc institutio Nouij ob præfationem quæ apposita est, sic accipi debere uideatur, ac si testator ita scripsisset: Si Pactumeia hæres non erit, Rufus hæres esto: pronunciauit, hereditatem ad Magnam pertinere. Sed legata ex postero- re testamento eam præstare debere, perinde atq; si in poste- rioribus tabulis ipsa fuisset hæres scripta. P. Aerodius lib. 1. Decretorum ex Pauli Decret. lib. 2.


Ianuaris, cum religio inuicetur, apud AVGVSTINVM Hipponensem episcopum duos filios marem ac feminam in diuersis habebat monasteriis. Itaq; cum bona sua in pau- perum uisum diuideret, partem eius pecuniæ sub filij nomi- ne retinuit, ut eam usq; in maturum ætatis tempus illi re- seruaret. Contigit autem, ut is morte obiret. Itaq; antè testa- menti cōdidit, detexitq; pecuniā quā habebat suam esse, & ut suā monasterio relinquere. Augustinus, in cuius manu monasterij administratio erat, eam pecuniā cum fraudu- lentā accipere recufauit, sed filius testatoris tradi iussit, affir- mans, quod non rectè ei posset credi, qui contra religionis pro-

professionem pecuniā priuatam possederat: atq; in re du- bia factus esse, filius testatoris eam dari, qui grauiora, ppter eam pecuniā quàm ecclesia pati poterat, cum ecclesiæ lon- gè pluri bonum nomen, quàm pecunia cum auaritiæ nota, faciendum esset. Hoc Augustini iudicio, quis non uideat, quæ modesta formula religiosi uiris, in parandis pro lega- ta secularibus uiris opib. proponatur? Fulg. & Egnat. l. 7. c. 7. Illa quoque AVRELIANI Carthaginensis episcopi sanctio, quanta laude digna fuit: cum per eam Carthaginensis cuius testamentum rescidit, cui nati sunt filij, posteaquam is refer- uato sibi usufructu dum uiueret, ecclesiæ omnia bona sua dono dederat. Ibidem.

Cum Ammonia domū ecclesiæ legasset, GREGORIUS Ma- gnus curauit eam Calixeno filio Stephanæ, ad quam iure pertinerebat, restitui. Id quod patet ex Gregorij lib. 7. Indictio hæc secunda, Epistola 23.

Godofredus Bolionius, rex Hierosolymorum, patriarche Hierosolymitano Dauidis turrem, & maiorem urbis partem re- liquerat: quippe qui ea Hierosolymitanæ ecclesiæ iuris pu- tabat esse: quæ tamen, cum ipse recedat ualeret, petita conce- dere nunquam uoluerat. At CHRIS TIANI principes exe- qui partem eam, ceu regno Hierosolymitano damnosam, recufarunt. Fulgofus lib. 7. cap. 7.

PAVLVS II. pontifex, Ludouico Patauino cardinali ac patri- archæ, uis testandi permiserat: & tamen quod d is bona non in pios usus distribui iusserat, sed ob turpem causam, unde & illi scandalum, & Ecclesiæ sinistra fama manabat, ea reliquerat, testamenti partem illam irritam fecit. Fulgofus & Egnatius lib. 7. cap. 7.



Calimiri Magni regis Polonorum testamentum profusum & regno noxias donationes à LYDOWICO Hungaro & proceribus Polonis rescissum scribit Cromerus lib. 13.

DE PACTA INIQUA TOLLERE

IN GENERE. AGESILAVS Spartanorum rex, cum à quodam ei diceretur: Agesilæe, scito te eam mihi rem promississe: ad regiam autē fidem pertinet non uerba modo, uerum capitis quoque nutus seruare. atque huiusmodi uerbis Agesilam urgeret, ut promissa præstaret: quia res parum honesta uidebatur, respondit, Scito tu quoque, neminem à rege iniustam rem petere debere. Plutarchus in Laconicis.

IN SPECIE.

Coniugalia. IULIUS Cæsar, rerum potius, diremit nuptias Prætorij iuri: qui digressam à marito post biduum statim duxerat, quam- uis sine probri suspitione. Suetonius. TIBERIUS Cæsar equitem Romanum iuramento absoluit, quo, cum ei uxor desponderet, nunquam se deserturum eam promiserat: quia uir eam cum genero se commissen- tem deprehenderat. Fulg. lib. 8. cap. 1. ex Suetonio.

Cum Militibus inita.

ODETVS Lotrechius Francisci Gallorum regis copiarum ductor, Ticinum ceperat. Primum, qui audacter in arcem ur- bemq; irruerit, Hostasium Rauennarem militem fuisse constat. Is à Lotrechio in præmium nauatæ operæ, æneam equestrem statuum, quæ Antonini Cæsaris esse dicitur, im- petrauit: quum ea antiquitus Rauennam fuisset, sed post Gothica tempora à Longobardis Rauennam diripientibus, & in foro constituta. Eo modo Hostasius decorum sibi fo- re exilitans, si uetus patriæ spoliū recuperaret, in forum descendit, & permitente Lotrechio, cum manipularibus suis atque item fabris, deicere statuum sede sua conabatur. Quo spectaculo (id enim longè miserum Ticinensibus iu- dicabant) utque adeo tumultuosus complorantis & deplora- ntis populi concursus fuit, ut oblitus domesticæ calamita- tis, furiose in forum decurreret, nullo modo passurus, ut patriæ, quæ fortunarum omnium, & publici decoris iacu- ram dudum fecerat, etiam nobilissimæ & ueuissimæ me- morie monumentum eriperetur. Res eò erat perducta, ut cum armatis ab inermibus ex iurgio certandum foret. Ve- rum Rauennate imperatoris Lotrechij diploma proferentē, omnis ea Ticinensium turba suo recenti mœrore & cul-

tus deformitate miserabilis, ad prætorium contendit, atq; ibi unus patrij ordinis Franciscus Boticella proiectus ad pedes, ita loquutus est, ut Lotrechij animum flexerit. Man- bant cunctis Ticinensibus lacrymæ, quando eius statua iac- turam instar summe calamitatis atque miseriæ, supra dire- ptæ patriæ aduersam forem exilitarent. Itaq; Lotrechius ad misericordiam uersus, Rauennatem ex aduerso promif- sum muralis coronæ præmium ex diplomate repetentem, blandis uerbis admonuit, ut præmium potius nauatæ forti- ter operæ: ex sua liberalitate oblatum accipere uellet, quàm tanta acerbissimè direptæ ciuitatis miseriæ lætari, ardereq; demum inuidia, aliquando ei & Rauennatibus nocitura. I- taque uel indignabundus miles pro ænea statua pecuniā à quæstoribus accepit, quantum satis est pro murali coro- na ex auro puro fabricanda, quæ in fidem uirtutis suæ, cum elogio Rauennate in templo poneretur. Iouius.

Cum Hostibus.

SOLYMANVS Turcarum Imp. diffugientibus metu ciui- bus, Buda penè deserta potius, arcem obsedit. Ei præerat Thomas Nadastrus, inter Hungaros nobilitate & uirtute il- lustris. Quem cum Germani milites ad dedendam hosti ar- cem compellere minis non possent, cum hoste saluis rebus paciscuntur, & Nadastrum in uincula coniciunt. Id ratum habuit Solymanus. Cæterum quum eius præsidij milites, qui erant ferè septingenti, ex conditione incolumes sarcini- que suis onusti Possonium abirent, & Ianizari occupa- ta arce Nadastrum solum uinculis pariter dimissuri essent: Solymanus de militum perfidia, prohibetque Nadastrum erga Ferdinandum regem certior factus, perfidos milites Ia- nizari ad unum trucidandos obiecit: Nadastrum uerò libe- rali stipendio inuitatum, idque renuentem, liberaliter dimi- sit. Iouius lib. 28. Historiarum.

Cum Clientibus.

Caij Iurecoss lex est, Sumtus prorogare litiganti honestum est: pacifici autem, ut non quantitas eo nomine expensa cum uisuris licitis restituatur, sed pars dimidia eius quod ex ea lite datum erit, non licet. In hanc legem cum R. PHAEL Fulgofus, legum interpres clariss. ubi primum de iure cepit respondere, per ignorantiam peccasset, & quo- tam litis à cliente pactus obtinuisset, multo post tempore facti conscientia tactus, quicquid præter legitimam mercedem acceperat, clienti restituit. Testis ipsemet com. legis Sumtus. ff. de Pactis.

Cum Fratribus.

Petierat Herodes Magnus, morbo incurabili affectus, à sorore Salome, ut se mortuo nobilissimos Iudæorum in Circo clau- sos cingeret militibus, qui eos iaculis conficerent: ut Iudæj si ob obitum lugere nollent, saltem suorum crudelē ma- gistationem deplorarent. Soror fidem dederat factum se exe- cuturam: at promissis non stetit. Iosephus lib. 17. c. 8. & seq.

Cum Amis.

CASSANDRA, siue Alexandra, Priami & Hecubæ filia, concubitus mercedem passa Apollini, seu sacerdoti Apollinis, si ab eo uaticinandi artem edoceret, promissis impuris non stetit. Guil. Canterus in com. Lycophronis.

Cum Seruis.

Ex lege Mosaica prohibitum erat, ne quis Iudæorum ullo con- sanguineo suo ueretur seruo, sed statuo tempore manu- mitteret. Ea manumissio sub SED ECTIA rege, multis annis intermissa, reuocata fuit. Ieremias 34.

DE MVTVVM, CREDITVM INI- QVVM COERCITVM.

Cum Thebas euertisset Alexander Magnus, inuenit tabulas quibus centum talenta mutuo Thebalis dedisset Thebanos continebatur. Has, quia erat usus commilitio Thebalorum, donauit his ultro. Postea restituri à Cassandro, reposcebant Thebani Thebalos: se credidisse constare, & non recepisse. Igitur res ad AMPHICTYONAS deducta est. Placuit Thebalos petitione liberari. Ex Quintil. lib. 5. cap. 10. P. Aerodius lib. 1. Decretorum.

Vifellius Varro, graui morbo correptus, trecenta millia nu- mū ab Octacliā Laterensi, cum quā commercij libidinis habuerat, expensa ferri sibi passus est: eo consilio, ut si decef- sisset, ab hæredib. eam summam peteret, quam legati genus esse uoluit, libidinofam liberalitatem debiti nomine colo- rando. Enafit deinde ex illa tempestate aduersus uota Octa- cliæ. Quæ offensa, q̄ spem præde suæ morte non maraf- set, ex amica obsequenti subito distriatā scenetrice agere cepit, numos petēdo: quos ut si dē inuerecūda, ita inani sti- pulatione captauerat. De qua re CAQUILLVS, uir magnæ auctoritatis, & scietia iuris ciuilibus excellēs, iudex ad ductus, adhibitis in consilium principibus ciuitatis, prudentia & re- ligione sua mulierem repulit. Quod si eadem formula & Varro damnari, & aduersaria absolui potuisset, eius quo- que

que nō dubito, quin turpē & incōcessum errorē libētē casti- gaturus fuerit. Nunc priuatē ad iōnis calumniam ipse com- pēscuit, adulterij crimen publicē quæstioni iudicandum re- liquit. Val. Max. lib. 8. cap. 2.

FOENVS INIVSTVM TOLLERE.

Pietatis Montem dictum an. MCCCXCI. suadente B. Bernar- dino Tomitano Feltrensi Minoritano cōcionatore, & o- pe Petri Barocij Veneti Episcopi Patuini, PATAVINI pri- mum instituire, & sic auxere, ut triginta octo aureorum mil- lium nummū summam transcenderet: præter magnam pecu- niarum quantitatem, quæ ibi uel sponte à ciuibus, uel in se- questris à priuatis hominibus quotidie reponuntur. Huius- modi autem pecuniæ dantur mutuō indigentibus, sub quo- cunque pignore. Pro scōnore annuo iudēi quintam partem exigebant: at Mons Pietatis uigēsimam tantūmodo, in mi- nistrorum & operatorū mercedem. Infra XXX solidos dat- tur mutuum postcentibus gratis. Quicquid ex annuo fructu superest (neque enim sortem accēscere uolunt) totum il- lud in pauperes & piās causas erogatur, ad elocandas uir- gines, inter solalitia artificum quotannis forte ducta in or- phanos & monasteria mendicantium. Crescit alioqui in- dies fors, ex oblationibus piis, quæ collatione facta per om- nia solalitia, tam spiritualia quam secularia, in Paschate pu- blicè sunt, & quotannis ad CCC aureorum summam a- scendunt. Expensę in custodes, notarios, cōsēores, magistros, & alios ministros, ter mille, & quingētos aureos complēt. Hoc tam pio instituto XXI mense scēnatorie Iudæorū, quæ ex uisuris annuatim plus quā XX aureorum millia corra debāt, penitus sublata sunt, & grauis multa addi- ta, si quis eorū amplius cuiuspiā scēnaretur. Aerariū ipsum habetur sub maxima custodia in loco tutissimo iuxta præ- torium. Domus septē hinc inde in media urbe, ubi erogan- tur pecunię, & pignora seruantur: quas singulas, singuli no- biles annuatim cum sua familia inhabitant. Neq; uerō ad id muneris quisquam assumitur, nisi idoneos prius fideiuf- sores præbuerit. Bern. Scardeonus lib. 2. hist. Pat. classe 5.

EMPTIO, VENDITIO INIV- STA RESCISSA.

Claudius Centumalus ab auguribus iussus altitudinem do- mus suæ, quam in Cælio monte habebat, summittere, quia his ex arce augurium capientibus officiebat, uendidit eam Calpurnio Lanario: nec indicauit, quod imperatum à col- legio augurū erat. A quibus Calpurnius demoliri domum coactus, M. P. R. CATONEM, in clyci Catonis patrem, ar- bitrum cum Claudio adduxit, ut formulam daret quid sibi de ea re facere oporteret ex fide bona. Cato, ut est doctus, de in dūstria Claudio editum sacerdotum suppressisse, continū illum Calpurnio damnauit, summa quidem cum æquitate: quia bona fidei uenditorem nec commodorum spem argere, nec in commodorum cognitionem obscura- re oportet. Val. Max. lib. 8. cap. 2.

M. Marius Gratidianus C. Sergio Oratæ uendiderat ædes eas, quas ab eodem ipse paucis ante annis emerat. Hæ Sergio seruiebant: sed hoc in mancipio Marius non dixerat. Addu- ctæ res in iudicium est. Oratam M. CRASSVS, Gratidianū defendebat. M. Antonius. Ius Crassus urgebat, quod utiuium uenditor non dixisset sciens, id oportere præfari: æquitatē Antonius, quoniam id utiuium ignotum Sergio non fuisset, qui illas ædes uendidisset, nihil fuisse necesse dici: nec cum esse deceptum, qui in id quod emerat, quo iure esset, ten- ret. Cicero lib. 3. Offic.

Aemilius Lælius ab Quinio fundum Pittecolanum lege cō- missoria emerat, data parte pecuniæ: ita ut si intra duos mē- ses ab emptione, reliqui precij partem dimidiam non soluis- set, inemptus esset. Item si intra duos alios menses reliquum pretium non numerasset, similiter esset inemptus. Intra prio- res duos menses Lælius defuncto Rutiliana pupillaris æ- tatis successerat, cuius tutores in solutione cessauerūt. Ven- ditor denunciationibus tutoribus sepe datis, ante & post diem, quo placuerat esse commissum, post annum eandem possessionem Claudio Telesmacho uendiderat. Pupilla ac- ceptis aliis tutoribus, quod primi ut suspecti remoti essent, in integrum restitui desiderabat, aduersus Quinium & Te- lemachum. Victa tam apud Prætores, quam apud Præfe- ctum urbis, ad Imperatorem ALEXANDRVM Seuerum prouocauerat. Ille ex Iulij Pauli aliorumque iuriconsul- torum sententia, qui ei in consilio aderant, pronunciauit, Ru- tilianam in integrum restitendam. Paul. lib. 1. Decret.

Fundus qui Lucij Titij erat, ob uetigal Reipub. uenit, lon- gē minoris quā debita summa esset. Postea Lucius Titius debitor professus est paratum se esse solidum uetigal exsol- uere. itaque postulabat rescindi uenditionem. Emtor recu- sabat. etenim se bona fide emisse, atq; auctore Prætores. q

LOCATIO, CONDUCTIO INIVSTA ANTIQVATA.

Adolescens quidam in Aegypto describitur amore Theonidis meretriculæ. At illa pro nocte mercedem ingentem postula- bat. Interim euenit, ut adolescens noctū somniaret se rem habere cum Theonide. Eo uiso liberatus est ab amore, de- sistq; scorto molestus esse. Illa ubi factum rescituit, appellat adolescentem, petit pactam mercedem. Quum non conue- niret, itum est ad iudicem BOCHOREM. Is causa cogi- ta pronunciauit, ut adolescens tantum pecunię adferret in ua- sculo, quantum illa postulasset, eamque præsentē ac in- spectante Theonide huc illucq; manu tenens uolueret, & illa interim hæreret umbræ, quasi redē somnium umbra pena- retur. At hoc iudicium ut iniquum reprehendit Lamia mere- trix: Per somnium, inquit, adolescens amore coitus libera- tus est, at umbra Theonidem non liberauit amore pecunię. Plutarchus.

VENETI, Sebastiani Ziani ducis auspicio, ex Constantinopo- litana urbe architetum insignem acceperant, ad extruen- dam auream D. Marci ædem. Præter amplissimam mūnera e- tiam marmoream statuam in augustissimo templi loco sibi poni Græcus homo postulabat. Assenserunt patres. At fere absolutio opere, nimia leuitate coram patribus impudens factus est, se quidem multo celebrius templum ipsum fuisse extructurū, nisi inter opus ipsum occurrissent plura, quæ illum prudentiorem fecissent. Ad quæ subridens dux: Er- go nos quoque de statua ponenda prudentiores reddemur. Itaque in uelutibuli fronte marmoream statuam collocasti, manu ad os obiectā, quasi illum disti sui pēneret. Egnatius libro 6. capite 5.

PUBLICA BONA REPETITA REPERTVNDARVM ACTIO.

Ut nihil mortales à diis immortalibus usucapere, sic nihil pri- uatorum rerum, quæ publici iuris sunt, sibi ullo tempore assumere ac uindicare possunt. Fluminum, maximè nauiga- bilium, aqua publica, usus publicus est, nō singulorum: unde haurire unicuique licet, non aquam etiam ducere & de- uare: ne aut flumina exarscant, aut deterius, aqua depre- sione facta, nauigentur. Quamobrem & apud Græcos THE- MISTOCLES, & apud Romanos M. Porcius CATO, & L. Valerius Censorius, omnem aquā publicam seu fontium & aqua ductum, seu fluminum publicorum, in priuatum ædificium aut agrum fluentem ademerunt: & quæ in loca publica in ædificata immoliatæ habebant, intra dies trigin- ta demoliti sunt: tantumq; abest, sua se possessione, & lon- go usu uerentur ad circumscribenda ciuitatis iura, ut hoc etiam nomine, quasi diuites eo deliquissent, Themistocles fluminum cognitioni & curacioni Athenis præfatus, mul- tam feruissimè dixerit. Idemq; postea à Theodosio, Valen- tiniano & Iustiniano Imperatoribus tit. de Aquæ ductu, sub maiori pena, hoc est, prædiorum publicatione, uentum est: nisi quis specialiter rescripto ius aquæ impetrauerit: quo tamē quilibet utatur, & sine incommo do publico, quia nunquā aliter à Principe peti atque irrogari solet. P. Aetodius dete- bus iudicatis.

ATHENIENSIBVS & Megarensibus de Salamine concer- tantibus Solon tandem superauit Megarenses, & quoscun- que prælij calamitas reliquos fecerat, datis iudiciis om- nē missos fecit. Verum enim uerō Megarensibus in perti- nacta persistentibus, multisq; cladibus ultro citroq; illatis, arbitros & iudices Lacedæmonios sumere. Ac Homeri au- thoritatem pleriq; auctores fuisse Soloni suffragatam, Iliados β. nam uersum cum in recessu nauium interiecisset, in iudicio cum recitasse hæc carmina:

Bis sex adduxit curias Salamine carinas Aiax inuictus, quas in statione tenebat, Urbis Athenarum quæ castra habere phalanges.

Cæterum ipsi ducunt hæc Athenienses pro uanis. Solonem uerō planum fecisse aiunt iudicibus, Philgum & Euryfacem Aiaci filios ciuitate ab Atheniēsis donatos ipsis insulam hanc tradidisse, habitauisseq; hunc in Braurone Atticæ, il- lum in Melite, trahereq; curiam Philaidarum, unde erat Pisi- stratus, ex Philæo nomen. Quod autem magis Megarenses conuinceret, nixum humani ritū fuisse deforum, quos non ita ut illi, sed ut ipsi humarent. Terra autem mortuos, Megarensibus condi ostenderunt ad Orientem obuertos, ad Occasum Athenienses. Cui reclamās Megarensis Hircas ait, Megarenses quoque cadauera in Occasum uersa collo- care. Et eo iam maius insuper iudicium, singulos loculos habere

habere Athenienses, Megarenses ternos & quaternos singu- lis loculis condi. At Soloni etiam oracula quædam Apolli- nis, quibus Salamina ille deus Ioniam appellauit, dicuntur suffragata. Hanc causam disceptauerunt quinque Spartia- ne, Critolaidas, Amompharetus, Hypsechidas, Anaxillas, Cleomenes. Plut. in Soloac.

RAPINA RESTITVTA.

SCIPIO, cū exercitu in Siciliam profectus, ubi cognouit, fa- tis magnam copiam Italicorum militum Syraculis uersari, quires bello partas, deinde Syraculanis per senatum restitu- tas retinere: statim eos partim edictis, partim iudiciis cō- pulit ad ea implenda, quæ senatus censuisset. Quæ ex re ma- gnam gratiam & iustis consulis famam apud Siculas gentes est adeptus. Auctor eius uitæ.

SCIPIO Africanus, cū urbem reperisset signis & ornamen- tis Græcis refertam ex Sicilia asportatis, per præconem pro- nunciari iussit, ut ciuitates certos mitterent, qui agnoscerēt, & auferrent sua. Ex præda neq; seruum neq; libertinū quic- quam ullum permisit capere, ac ne licitari quidem, cūm age- rent & ferrent omnes. Plut. in Apoph.

RAPTVS IVDICATVS.

Aegyptij sacerdotes tradunt, Alexandrum, raptā à Sparta He- lena, cūm renauigaret domum, in mari Aegeo uentis cusu excussum in Aegyptiacum pelagus: atque illinc in Aegyptū, ad ostium Nili Canobicum ciecitum. Erat in eo litore Hercu- lis templum: ad quod si quis cuiuscunq; hominis seruus cō- fugiens, capiat sacras notas, sese Deo tradens, eum nefas est tangere. Eam templi legem mancipia Alexandri cūm audis- sent, ab eo profugerunt: affidentes quæ Deo supplices, raptū Alexandri iudicauerunt. Thonis ostij præfectus quām rapissimè Memphim ad Proteum mittit hæc nunciatum. P. ROT- YRES Alexander seuerè corripuit, & Helena cum opibus apud eam redenda, ut tridui spacio ex Aegypto transfretaret, præcepit. Alexander in patriam nauigauit. Græci cum Me- nelao contra Troianos profecti, quamuis illi uerē negarent se Helenam habere (relicta enim fuerat in Aegypto) tamen Græci non credentes, urbem euerterunt: & Helena non in- uenta, Menelaus ad Proteum miserunt. Hic ubi ad Aegyp- tum & Memphim nauigauit, exposita rei gestæ ueritate, honorificentissimo hospitio exceptus, Helenam malorum immunem recepit, & insuper omnes pecunias suas. Erat cūm hæc affectus esset Menelaus, tamen iniurius in Aegyptios exiit. Nam cūm proficisci uellet, nec per uentos posset, rem indignā excogitauit. Summis enim duobus pueris quo- rundam indigenarum filijs, exæcis quæ, haruspicinam fecit. Quod ubi eum fecisse rescitum est, fuga in insulas Africae obiectas recedere fuit coactus. Herodotus lib. 2. Helena igitur Troiā nunquam fuit, Homerus tamen poetico more falsa ueris immiscuit.

POLYIS Thraciæ rex, Troiani belli tempore, quom Troiani pariter & Græci legationem ad ipsum misissent, auditis u- trisque pronunciauit, ut Alexander redderet Helenam, & à se pro una duas formosas abduceret uxores. Sapiuisset Pa- ris, si hoc fecisset: nam una satis fruius, habuisset duas no- uas, & patriæ consuluisset. Quis autem non miretur Græco- rum humanitatem, quibus sat erat futurum, si tantam red- deret, quæ cum adultero tam diu dormierat? Plut. in Re- gum apophthegmatis.

LIBERI restituti parentibus. PLA- GIVM uindictam.

SALOMON, ut sapientissimus, ita quoq; iustissimus inter fu- os est habitus. Ut cætera tacem, iudicium de infante mor- tuo, & altero uiuo, ab illo etiam nam adolescentem, iux- titiam cum prudentia iunctam satis testatur. 3. Reg. 3.

SERVITIA restituta Dominis. ABI- GEATVS rescissus.

Ido antea scedere cum Antonio, Octauio, Lepido, ac Sexto Pompeio, conuenerat ut omnes serui, qui uocati ad liber- tatem, à dominis aufugerant, atque in exercitu Sexti Pom-

INIVSTAM DISTRIBUTIONEM FVGERE. RESPECTV

PERSONARVM, QUIBUS NON tribuuntur indigni. NEMPE

REGIBVS TYRANNIS, MAGI- STRATIBVS. Cūm Ludouicus XI. exitum curiæ Parisiorum intenteret, nisi leges à scelatis promulgarent: PATRE sic intellecta, purpu- rati regem ad eunt. Tum ille, Quæ causa uos huc impulit? Ut mortem, inquit Lauacrius, potius oppetamus, quā leges iniquas ferri patiamur. Rex oratione præfidis, & mirabili cō- stantia magistratum perterritus, eos humaniter accepit: & leges quas promulgari iusserat, coram lacerari mandauit: qQQ iura:

peij militassent, hi manerent in libertate. nec non istud fœ- dus ratum habuerat Senatus, eosq; seruos nominatim libe- ros esse decreuerat. Nihilominus tamē AVGVSTVS uictō Pompeio, aliisque omnibus Imperij amulis, generaliter e- dixit, ut per omnes Prouincias simul ad unum diem fugiti- uij sic manumissi, comprehenderentur, uinctique Romam remitterentur. Itaque ad ductos triginta millia seruos domi- nis suis restituit: quod si nulli essent, qui hos sibi iure uindica- rent, suspendi iussit. Neque nocere, quod à Senatu manuū missi uiderentur: quia id nō ius, sed uis & iniuria sit, uel ac- clamazione Populi, uel discessionē Senatus seruum aliena inuito domine manumitti: maximè qui nulla re bene gesta præmio dignus sit: imò uerō qui pœnam mereatur, & qui- fugitiuus, & quia contra ueterem disciplinam, nomen mili- tiarē dederit. P. Aetodius ex Appiano lib. 5. Bellorum ciuiliū: & Paulo Orofio, lib. 6. c. 20.

DOMITIANVS Imp. Claudium Pacatum, et si Centurio fue- rat, domino reddidit, quod cum seruum esse constaret. Xi- philius.

Cūm pleriq; essent in Nicea & Nicomedia, qui antea damnati in opus aut in ludum, similiaq; hæc pœnarum genera, sine certo & idoneo auctore restituti, publicorum seruorū mu- nere & officio fungerentur, ad Plinium proconsulem dela- ti sunt. Decreta proferebantur, quibus damnati essent: qui- bus uerō liberati, nulla instrumenta, nulla scripto documen- ta afferbantur. Damnatos igitur nec restitutos, in publicis officiis retinere, inhonestum atque inciuile esse. Contra, e- rant qui testabantur eos iussu Proconsulum Legatorū uel dimissos, alioqui enim minimè uerisimile esse, a uis id eos sine restitutione, quare & factos publicos seruos, & publico rum seruorū annua iam diuturno rēpore accepisse, nūc eos senes pœnæ suæ reddere, nimis durum, nimis seuerum esse. Plinius tamen cūm testibus de hac re non crederet, quæ si uera esset, publicis actis & monumentis contineri debuit: ex Diui TRAIANI rescripto pronunciauit: qui intra proximo- decem annos damnati, nullo ideo auctore liberati es- sent, hos pœnæ suæ reddi: qui ante annos decem, in ea mini- steria distribui, quæ non longè à pœna sunt, ueluti ad bal- neum, ad purgationes cloacarum, munitiones uicorum & uiarum. Plin. lib. 10. Epist.

THEODERICVS Ostrogothus Westgothos à Francis in Gal- lia penè oppressos misso exercitu suffertauit, & liberauit. In- de ad Vinigem Spatharium ita scripsit: Cūm Gallias exerci- tus noster intrauit, si qua mancipia seruitum declinantia ad alios se, quām quibus uidebantur competere, contulerunt, priorib. dominis iubemus sine aliqua uarietate restitui. A- liorum forte regum prælia captarum ciuitatum aut prædas appetunt, aut minas nobis propositum est, Deo iuante, sic uincere, ut subiecti se dolant nostrum dominium tardius acquisisse. Sigonius lib. 16. Imp. occid.

NVMVS ADVLTERINVS SVBLATVS.

TRAIANVS Imperator numum adulterinum omnem sustu- lit. Dion.

MENSURA, PONDERA RE- STITVTA, ADÆQVATA.

PRÆTEXTATVS urbis Romæ præfectus an. 367. p. d. us per regiones uniuersas instituit, cūm libidini multorum pro ar- bitrio lanceas componentium occurrere nequiret: & lites sum- ma cum omnium gratia iudicauit. Sigonius libro septimo Imp. occid.

PANTALEON notarius modium, quo ecclesiæ coloni fru- menta dare compellebantur, XXV. sextariorum esse depre- henderat, eumq; ut iniustum fregerat. Laudatur eo nomine à D. Gregorio Pp. lib. 11. Epist. c. 39. utq; ratione inita quæstus iniusti, pauperibus colonis uel pecunia uel animalia repen- dantur, seuerè iniungit.

OTHOCARVS Boemorum rex, pondera & mensuras, partim uarias & inter se diuersas, partim fraude doloque non- nullorum uitiatas, ad unum æquabilemque modum reuo- cauit. Dubrauius lib. 17.

juratus, se nihil posthac, nisi quod æquitati congrueret, editurum. Io. Bodinus Methodi hist. c. 6.
CALLISTHENS philosophus Alexandri Magni adora re renuit, iniustum esse censens, homini diuinos tribuere honores, & Græcis indignum. Plut. in Alexandro.
CESELIVS, uir iuris civilis scientia clarus, nullius aut gratia, aut auctoritate compelli potuit, ut de aliqua earum rerum, quas Triumviri dederant, formulam componeret. Valerius libro 6. cap. 2.

✶ VIRIS CORDATIS.

EPAMINONDA S, cum Pelopidæ abnuisset oranti, ut custodia cauponem leuaret: eumq; paulo post amicæ precibus cõdonasset: Huiusmodi, inquit, beneficia, Pelopida, scortis, non ducibus, conuenit ut præstentur. Plutarchus in Præceptis politicis.

✶ CONFOEDERATIS.

Victo & profligato ad Salamina Xerxe, cum classis Græcorum à discipulo Xerxis Pagafas decurrisset in portum, ibique habernaret, Themistocles pro concione ostendit Atheniensibus, habere rem se conducibilem ipsi & salutarem, sed non edendam in uulgo. Atheniensibus, ut eam uni aperiret Aristidi iuuentibus: qui si probaret, exquereret eam. Ita ostendit Aristidi Themistocles, classis Græcorum in animo habere se incendi. Mox concionem hic ingressus: re ait, quã in animo haberet Themistocles, nullã esse neq; utiliore, neq; iniuriore. Ita præcipit ei populus ATHENIENSIS, ut ab isto consilio desisteret. Plut. in Themistocle.

M. Antonius & Octavius, cõ SEXTO Pompeio in colloquio uenere, idumq; fœdus, ut ille Siciliam, Sardiniam & Corsicam præsidio obtineret, ac mare tutum à prædonibus redderet, mitteretque Romam ex insulis certum tritici numerum: fœderem, ritè firmato, cœnatum est apud Pompeium. Is ab Antonio rogatus, ubi cœnam sibi & Octauiio paraturus esset, nauim ostendisse fertur: Illa, inquit, est mihi paternam domum. in Antonium haud dubiè cauillatus, qui Pompeianarum rerum sector fuit. Pompei igitur in nauem transfretus, lautilsimam illi cœna apposita est. Ibi quum multus de Antonio & Cleopatra sermo haberetur, Menodorus ad Pompei aurem accedens, quasi aliud diciturus: Vis, inquit, Sexte, ut successis anchoris hinc subitò nauim auferam, teq; sine alia belli molestia statum rei Romanæ principem? Oportuit, inquit Pompeius, te id facere, non à me sciscitari, an opus esset factò, qui nunquam sim fidem meam & iurandam uiolaturus. Sabellicus lib. 8. En. 6.

✶ AMICIS.

Quum Satibarzanes ARTAXERXIS Persarum regis à cubiculo, quiddam minus iustum ab ipso peteret, sentiretq; rex illis hoc facere sollicitatum triginta Daricorum millibus: quæstori ararji sui mandauit, ut Daricorum triginta millia ad se dederet: eaq; dans Satibarzani, Accipe, inquit, ò Satibarzanes: nam hæc tibi quum dederò, non ero pauperior: iniustus futurus, si illa, quæ petebas fecissem. Commentus est rex egegius, ut nec amicum contristaret, nec à iusto defligeret. Plut. in eius uita.

ARISTIDES Atheniensis, cognomento Iustus, semper suo unius præsidio fretus Rempublicã administravit: à sodalitatibus & amicorum potentia abhorrebat, quæ ad iniuriam aliis inferendam à dederet animum. Abhoruit autem ab omni factione & amicitia ideo, ne adigeretur ad aliquid faciendum, quod iustum non esset: aut cogere abstinere ab eo, quod iudicasset Reipub. conducere. Plut. in in Apoph. Græcorum Imp.

THEMISTOCLES Simosidi postulant, ut quædam iniquè iudicaret: neque illum ostendit poetam fore bonum, si præter modos caneret: neq; se, si præter leges quid decerneret, magistratum probatum. Plut. in Apoph.

PRVILLIVS amico cuidam rem iniustam petenti, pernegabat. Cumq; is cõmotus per summam indignationem diceret: Quid ergo, inquit, mihi opus est tua amicitia, si quæ rogo non facis? Imò, inquit Rutilius, Quid mihi opus est tua, si quid in honesta rei propter te facturus sum? Valerius Maximus lib. 6. c. 4.

PHOCION, cum ei rem Antipater minus honestam & eum non decentem imperaret: Non uales me, inquit, & amico uti & adulatore. Plut. in Præceptis conubialib.

LEOXIPP. Iulium Blancium è cubiculariis sibi gratissimum importunis precibus postulantem, ut iniquo libello subscriberet, quo duo regionibus distincta sacerdotia, tralatò alterius redditu, unius tantum templi dedicationem subirent: quòd neque obtemperandum, neque omnino negandum censeret, percontans, quanti ea gratia clienti uendetur, libero ore ducentis aureis respondenti: totidem è crumena numerauit, libellumque discerpit. Iouius in Leone X libro 4.

✶ PARENTIBVS.

ACIDEM ultimum regem Laconum huius nominis, cum ro-

gassent parentes, ut sibi in re quapiam iniustã adesset, recusa uit illis aliquamdiu: uerum cum instarent, hunc in modum respondit: Donec essem apud uos, nullam omnino tenebã iustitiã scientiam: uerum ubi in patria tradidistis, patrieq; legibus, conabor huc magis obtemperare, quam uobis. Plut. in Lacon. apoph.

AGESILAVS, cum pater ei quippiam pro tribunali decerneret contra legem præpeteret: Ego uerò, inquit, abs te pater parère ab prima ætate doctus sum legibus. Itaq; hoc tempore tibi parebo, nihil iniqui ut peperem. Plutarchus de Immodica uerecundia.

ACROTATVS, cum postulerent ab eo parentes, ut quadam in re iniqua efficienda esset ipsis præstò, aliquamdiu resistit. Vbi institerunt, respondit: Dum uobiscum fui, nullam intelligentiam habui iustitiæ. Enim uerò quando me patriæ dedistis eiusq; legibus, præterea ad iustitiã & honestatem pro uiribus inditiuistis, hæc potius dabo operam quam ues ut fceder. Quia uerò uultis me optima agere: optima autem cum prinato rum multo magis imperanti sunt iusta: agram, quæ uultis: quæ dicitis, repudiabo. Plut. in Apoph.

Olympias, ut infontis cuiusdam necem ALEXANDRO MAGNO filio exprimeret, grauius insufurrabat nouem mensem in utero gestationem. At ille: Aliam, inquit, optima parens repositè mercedem. Hominis salus nullo beneficio pefatur. Cælius lib. 16. c. 6. A. L.

✶ GENERIS.

PHOCION ne genero quidem, eũ de argento Harpalio reus esset, Charillo aduocatus esse uoluit: rogantiq; dixit, Ego ad omnia honesta generum te adsciu. atq; ita abcessit. Plutarchus in Præceptis politicis.

✶ AFFINIBVS, COGNATIS.

Distribuens IOSVE terram filiis Israel, ad eò paruã portionem dedit contribulib. suis, ut de hoc quereretur. Iosue 17.

MOSSES distribuit Leuitis XII boues, & sex plaustra, quos obulerant principes siliorum israel: sed nullum dedit filiis Caathinis, licet essent ei magis propinqui. Num. 7.

✶ MENDICIS.

Mendicus quidam petit aliquid à LACONE. At ille: Si, quid, inquit, dederò, magis es futurus medicus. Verum istius probare uitæ tuæ fuit auctor, qui tibi primus dedit, teq; fecit inertem. Apud Lacedæmonios probro dabatur medicitas: quòd & otium odissent, & nimio essent contenti. Brufonius libro 2. cap. 21.

✶ IMPVRIS.

ORSYNES, Sagaræ terræ satrapes, quum Alexandrum & Julium amicos muneribus amplissimis honorasset, Bagæ eunucho nihil dedit. Sed admonitus ab amicis, quòd is Alexandro cumprius esset charus: respondit, Se regis amicus honorem habere, nõ scortis: nec apud Persas esse moris, ut uiri mares ducant. Agnoscas in hoc satrapam mentè Cyro generis auctore dignã. Honorare nouerat, adulari nõ poterat: quòd hodie quoq; cernatur in aulis, qui scortis, morionib. ac leonibus principum plus deferat honoris, quam genere ac uirtute præcellentibus uiris. Eracl. lib. 8. Apoph.

✶ PRODITORIBVS.

CAROLVS IV. cum contra Philippum ducem Austriæ bellu gereret, multitudinem hostium ueritus, tres ex Philippo ducibus magna uia auu persuasit, ut Philippo renuinciant, Caroli exercitum multo maiorem esse, & in fuga omnem salutem ponendam. Proditores negotio ex sententia confecto, à Carolo promissam quidem, sed adulterinam acceperunt pecuniam, quæ uicissimam uix partem iustæ haberet monetæ. Expostulãtibz q; proditoribus, ita seruens, Abite hinc, perfidi proditores, exclamauit: adulterina fides adulterino auro re compensatur. Hier. Zieglerus de uiris illust. Germ.

✶ RERVM QVÆ NON TRIBV. VNTVR INDIGNE VEL INDIGNIS, consideratari.

✶ MATERIALITER. SIC NON TRIBVNTVR INDIGNIS Regiones.

FRIDERICVS III. Imp. nunquam iurauit, nisi cum in ciuitate Aquensi apud Belgas, & cum Romæ coronatus esset, id quæ iuramentum constantissimè tenuit. Cum enim iurando promississet, se bona imperij nullatenus alienaturum: & modò hoc, modò illud ab eo peteretur: maluit auras negando, quam concedendo perius uideri. Eamque ob causam petenti Borfio Marchioni Estensi ducatum Mutinæ & Regij, tam diu resistit, donec monstratum est eundem ducatum, qui sub annuo tributo cõcederetur lucrè magis quam alienationis speciem habere, præsertim, cum Mutina ac regium in potestate sua non essent. Aeneas Syluius libro 4. Com. de Alfonso.

Digni-

Dignitates.

M. Paliani hominis teterimi blanditijs præreptus populi fauor, consularibus comitijs, amplissimum ei deferre imperiu uolebat, ad stipulantibus ei tribunis. C. PIS O Consul pro Rosiris collocatus, cum hinc atque illinc cum ambissent, ac Palianum suffragijs populi Cos. creatum, an renunciaturus esset inuicere: primò respondit: Non existimare se, tantis tenebris offusam esse Rempub. ut huc indignitatis ueniretur. Deinde cum perseueranter instarent, ac dicerent: Agè, si uentum fuerit? Non renunciam, inquit, Qui quidem tam abscisso responso, priusquã illum adipisceretur, Coss. ei eripuit. Val. Max. lib. 3. cap. 8.

SERTORIVS Mithridati regi Asiã, qua populo Rom. fcedere cum Sylla isto cesserat, concedere renuit: quamuis sibi pecuniam & naues ad bellum aduersus Rom. per legatos præbiturum tex obtulisset. Plut. in Sertorio.

SERGIVS Cnothianensis antistes Hugonem Capetum regè declarare renuit, cum is regno exuisset Carolum Gallorum regem, ultimum de Caroli Magni stirpe, & Arnoldum Remensem episcopum, qui naturalis tantum patris Caroli fuerat, dignitate ca priuaret iustel. Ideo quæ trienniali ab eo fuit exilio damnatus. Fulg. lib. 3. cap. 8.

Posteaquam Fridericus I. Imp. diris deuotus ab ALEXANDRO III. Italia excessit, an. MCLXIX. Manuel Imperator Græcus, rebus Italiæ inhians, legatos Beneuentum ad Alexandrum misit, promittens, se ecclesiã Græcam cum Romana iuncturam, atq; ipsam præsentim molestia Friderici liberaturum, & grandi quoq; pecunia donaturum, si se corona Imperij occidentalis, quæ iure Friderico erat adempta, donasset, atq; utriusq; Imperatorum Imperij exemplo ueterè appellasset. Quam postulationem Alexander, ut parum recipibit uilem, ex Cardinalium sententia reprobaui. Sigonius lib. 14. regni Italici.

Cum cœnobium quoddam uacaret in Anglia sub Gulielmo Russo rege, duo Monachi inter se pactiõnem fecerunt, ut se ita inuicem adiuuarent, quòd alter cœnobio præficeretur: certatum pecuniam regi offerentes. Interea rex conspiciatus coram alium MONACHVM, hominem bonæ frugis, qui comes illis duobus competitoribus fortè uenerat, ad se uocauit, quæritq; ab eo, Ecquid dare uelit, si abbas fiat? Is respondit, Se nihil prosum daturum, cum eo animo sese isti uitæ principio dedisset, ut spiritus facillius diuinitis, atq; honorib. in sanctitate uitæ acquirere castius Deum coleret. Ad hæc rex inquit: Tu ergo dignus es, qui cœnobio tuo præsis. Id quod fieri statim iussit, illis duobus competitoribus non sine ignominia ab se repulsi. Polydorus lib. 10.

Alberto Imp. mortuo, Boemorum nobiles Ladislaum eius F. licet infantem adhuc regem optabant. Alij uerò, Hussitæ præferunt, ALBERTVM Bawariæ ducem accessunt, qui apud Venceslaum regem educatus, linguæ Boemice non ignarus erat. Albertus uenientibus ad se Boemorum legatis, amplum & nobile regnum offerentibus, gratias egit, qui se unum ex omnibus elegissent, cui parere uellent, dignuq; tanto imperio iudicassent. Multa se idcirco debere Boemis, neque id unquam beneficij obliuioni daturum. At cum regis Alberti soboles extet, indecorum esse cum alienis iniuria regnum quæreret. Paternam hereditatem nulli auferendam. Qui pupillos suo iure dispolient, diis atq; hominibus iniustas penas aliquando parati sceleris dare. Cognouit. se se non uano timore fœdus antiquum inter Boemos & Austriales extare, deficiente mascula sobole, principem ne foras assumant: fidem seruare pulcrum, ne cui temerè noceretur, cauendum. Sceleratam execrabilemque uocem illorũ, qui regnandi causa ius uiolandum astruunt, atq; ita maiorem se ipso regno monstrant: & si uetum fateri licet, clarissimum egit regem: Nam regnum apud eos est qui sperant, non qui cupiunt. Aeneas Syluius cap. 57. Boem. hist.

Munerã, Dõna.

✶ Consule Tit. Fidei erga hostes, Secreta illorum non accipiendis muneribus, honoribus.

ÆSOPVS fabulator multã aurum acceperat à Croeso, uti Delphis splendide sacrificaret, & Delphorum singulis quatuor minas distribueret. Verum cum incidisset illi nescio quid dissidij cum Delphis, sacrum quidem fecit, ceterum pecuniam, quam acceperat distribuendam; Sardis misit, Delphos indignos iudicans eo beneficio. Quamobrem irati, sacris legibus condemnatum, præcipit aratè rube, quam Hyampetiam uocant. Erasmus in Adagijs.

Quum Galli donassent AVGVSTO torquem aureum, centu pondo, ac Dolabella per iocum tentans illum, tandem huc produceret iocum, ut diceret, Imperator torquic me dona: Malo te, inquit, ciuica donare. Festiuit submotu postulationis impudentum, qui nunquam in bello fuisset: eoq; magis illi conueniebat corona ciuica, quæ ex quernis lignisq; frondibus fieri consueuit, quemadmodum triumphalis ex

auro. Quamquam & castrens, & muralis, & naualis ex auro fieri solebat. Qua de re uide A. Gellium lib. 5. c. 6. Ciuicã autem Augustus, ut honorificentior per iocum obtulit. Nam Suetonius refert, eum inter dona militaria aliquando facillius phaleras & torques, & quicquid auro argenteoque cõfaret, dare solitum, quam uallares ac murales coronas, quæ honore præcellerent. Erasmus lib. 4. Apophth.

Ab ARCHELAO rege Macedonum, in conuuiuo quodam familiaritatis quidam, sed parum humanus, petiit sibi dari poculum. Archelaus autem illic mandauit puero, ut hoc poculum daret Euripidi. Id factum admirati postulatori: Tu quidem, inquit, dignus eras qui peteres, nec acciperes: at hic dignus erat qui acciperet, uel non petens. Significans, alteri hoc tribuisse regiam familiaritatem, ut auderet quiduis peteret: at Euripidis boni uiri pudorem hoc mereri, ut ultrò donaretur aliquid. Plut. in regum Apoph.

ANTI GONVS rex, Thrasillo Cynico petenti drachmã: Non est, inquit, munus regium. Cynico subiiciente, Talentum igitur da: At non est, inquit, Cynicum, tale munus accipere. Vtroq; cornu repulit postulatoris improbitatem, quem existimabat nullo dignum beneficio. Plut. in regum & Imperat. Apophtheg.

Tributa.

TIBERIVS Imp. pecuniæ causa neminem occidebat, nullius bona proscriberat, nulla ui atq; uiolentia exigebat pecuniam. Etenim Aemilio Recto, qui ad se aliquando miserat maiorem summam pecuniæ ex Aegypto, cui præerat, quam imperata fuisset, rescriptis in hæc uerba: Tonderi, inquit, oues meas uolo, non de glubi. Dion.

Vis, Iniuria quæuis. Verbi gratia

Concubinas non eripere.

Theodoro dicitur ALEXANDER Protei fratri scripsisse: Mitte mihi cantricem illam tuam, donabo tibi decem talenta, nisi ames eam. Cum alius ex amicis Antipatrides ad eum cum psalteria comestarium uenisset, accensus puellæ amore, rogauit Antipatridè, An eius amore deperiret? Qui cum Ardentè dixisset: Abi igitur, inquit, in malam rem, contumitq; se, nec attingit mulierem. Plut. in Amatorio.

Amicitia.

✶ Consule Tit. Fidei erga patriam, in spernenda aliorum amicitia. Illic Fidei uigilantissimè, hic Persilia amicitia perpenditur.

CATO Vticensis Pompeij affinitatem, quam ambiebat, in fratris & sororis eius filiabus sibi & filio ducendis, respuit, reipub. causa, Munatio petenti hoc responðens: Munatio, & Pompeio renuinciant, irretiti Catonem nõ posse per feminas: amplecti me beneuolentiam eius: ac rectè agèti amicitiam præstiturum omni firmiter necesse iudicant: uerum obides aduersus patriam nõ daturum Pompeij gloria. Plut. in Catoe, & Pompeio.

Libertas.

Vtica post cladem Pharsalicam, & alteram ad Thapsum, cum mentionem quidam intulisset, decernendam seruis libertatem, idq; comprobassent pleriq;: negauit id se CATO minor facturum. Neq; enim id legitimum uel iustum esse: uerum si domini ipsi manumississent eos, recepturum se adultos. Plut. in Catoe.

TIBERIVS Imp. cum populus uellet seruum saltatorem donare libertate, non antè comprobauit, quam dominus eius consentiret, & precium constitutum numeratum pro seruo acciperet. Dion. & Xiphilinus.

Præuilegia.

THEMISTOCLES Hieronem, Syracusanorum tyrannum, cum equitatu uenientem ad ludos Olympicos, ueruit cetera men spectare, dicens: Eum qui maximi periculi se sociu non præbuisse, non æquum esse, ut communis conuentus particeps fieret. & ob eam rem laudem est assecutus Themistocles. Aelianus de Var. hist. lib. 5.

Arcanorum profanatio. V. G.

Arcana non inuestigare.

✶ Consule Tit. Fidei erga hostes, Secreta illorum non rimando.

FRIDERICVS Imperator, cum Gasparis Schlickij literas Norimberga missas accepisset, quæ nonnullis Hungaris inscribebantur, fuerunt qui eas aperientes dicerent, quòd in iis aliquid proditiõnis scriptum esse putarent, quòd sciri oporteret. Quibus Fridericus: Gasparem ego & probum uirum, & mei amantem existimo: si autem fallor, malo per se error pateat, quam mea diligentia inuestigetur. Maluit magnum subire periculum, quam amici aperire literas, ad se non spectantes. Aeneas Syluius libro 4. in res gestas Alphonfi regis.

Arcana non prodere.

Coniurauerat THEODORVS quidam in Hieronymi Syracufani tyranni caput cum plerisque aliis. Quae coniuratione ad Hieronymum delata, captus ille nullis cruciatibus cogi potuit, ut eorum quempiam nominaret, qui eius essent consilij socij. Et ut fidem verbis astrueret, Thrasionem, qui apertem ad Romanos trahebat, & alios quosdam a latere tyranni nominavit, qui ad unum falso iudicio sunt ad supplicium ducti, quum interim socij coniurationis, Theodori fide & constantia freti, Syraculis esse haud ueriti sint, dum destinati facinoris focus torquerentur. Sabellicus lib. 3. Ennead. 5. & Plinius lib. 34. cap. 8.

CHARITON & MENALIPPVS Agrigentini contra Phalaridem tyrannum conspirant. Deprehensi, & sequissimis tormentis examinati, confcios prodere noluerunt. Eam constantiam admiratus tyrannus, ipsi vitam donauit. Aelianus libro 2. cap. 4. Var. hist. & Heraclides Ponticus in Amatoriis, & Athen. lib. 13. c. 27. Dipnos.

LEANA meretrix, lyrae cantu nobilis, maximis cruciatibus ad ducti non potuit, ut consilia Harmodij & Aristogitonis tyrannicidarum detegeret. Ob quod meritum simulacrum illi Athenienses crexere, Leanam gnaem Iphricatis opus, cui ob taciturnitatem linguam addi uoluerunt, ut fidem publico honore remunerarentur, neque tamen sortum celebrasse uideretur. Plin. lib. 34. cap. 8.

ZENO Eleates, Pythagorae discipulus, cum Phalaridi tyrano crudelissimo necem machinaretur, detecto eius consilio, captes, & acerbissimis quaestionibus laceratus est, ut confcios coniurationis detegeret. Attamen nullis uel minis uel cruciatibus eum adduci potuit, ut facinoris confcios indicaret: sed uultu interrito, & sublimi quadam constantia tormentis resistit, & demum intimos tyranni amicos (licet infantes) coniurationis capita esse dixit, quibus subactis, multitudinem facientem magnifica oratione impulit, ut facto impetu laqueos tyrannum obruerent. Alex. ab Alex. lib. j. c. 30.

FORMALITER CONSIDERATARYM. NON facere iniuriam alteri in CONTRACTIB.

Voluntatis. Puta in

Deposito.

STAGIRITARYM lex est eiusmodi, ut Graecam agnoscere possis: Quod non deposuisti, inquit, ne tollas. Aelianus lib. 3. de Varia historia.

APHYTENSES integram piamque uitam traducunt, neque attingunt alienas ianuas patentes. Memorant aliquando peregrinum, cum ibi uinum emisset, non secum asportasse, quia nauigatio celeriter abeundi necessitatem imponeret, atque ibi nemini commentum reliquisset: longaeque post alterius mundum cum reuerfus esset, intactum reperisset. Heraclides.

Emittione.

QMVTVS Scauola cum fundum emisset, cumque pluris, quam uenditor addidisset, aestimaret, addidit centum millia.

Locato.

Cunegundis Imperatrix, in templi Bambergensis edificatione peluim nuntius plenam in medium posuit, unde nemo OPERARIO, praeter iustam laborum mercedem, quicquam auferre potuit. Chronicon Saxoniae.

Iureiurando.

PERICLES Atheniensis uir clarissimus, rogante amico, ut sua causa falsum diceret, respondit: *ἢ μὴ ὀμωσάμενος τῆς φιλίας, ἢ μὴ ἀπὸ τοῦ θυμοῦ*, sed usque ad aras. Gellius lib. j. Noctium Atticarum, cap. 3. & Plut. in Apoph.

Inuoluntariis. Non facere iniuriam alteri per

Eurtum.

INDI a furtis magnopere abstinent. Unde Megasthenes refert, cum in Sadrocotti castra uenisset, in quibus erant hominum XL myriades, nullam diem uidisse, in qua ultra & c.

INIUSTAM CORRECTIONEM EVGERE. VI.

DELICET RESPECTY

PERSONARVM. Erga

INSONTES, IMMERENTES. TVM Non Accusando.

Scribit Theopompus, cum populus Atheniensis DEMOSTHENEM accusatorem in causa quadam eum nominaret, obstitere autem morem non gerenti, surrexisse eum ac dixisse: Vos me, Athenienses, consiliarium uel inuiti habebitis, calumniatorem ac si uolueritis quidem. Plutarchus in Demosthenē.

PSCIPIO Africanus posterior, censor, etsi sciret C. Licinium sacerdotem uerbis conceptis peccasse, tamē accusante re-

drachmarum precium furta essent allata, etiam cum legibus uerentur non scriptis. Strabo lib. 13.

ZACHARIA S Grio Cretenfis furti preciosissimi, quod est thesauro D. Marci Venetis Stamatus quidam Graecus abstulerat, particeps esse renuit. Sab. lib. 6. Dec. 3.

Proditionem.

LEONIDAS Alexandridae F. Xerxi, qui ei scripserat, Copia tibi est, nisi cum diis pugnares uelis, sed a me stare, totum Graeciae dominari: rescripsit: Si honestam uitam nosces, desisteres aliena concupiscere. Mihi uero satius est pro Graecia emori, quam gentis meae dominum esse. Ut denuo scripsit ei Xerxes: Mitte arma: rescripsit: Veni, & cape. Plut. in Apoph.

Mardonius a Xerxe cum delectissimis copijs ad trecenta milia relictus, elatus firmissima legionum spe, ad Graecos minaces literas scripsit: Marini lignis uiros superatis mediterraneos, remigandi rudes: sed nunc spaciofa est Thessalia regio, apti Bœotiae campi egregio equitatu & peditatu ad decertandum. AD ATHENIENSES priuatim literas regis mandato misit, pollicentis, si se recepissent, urbem ipsis instauraturum se, magnam pecuniam daturum, & imperium traditurum Graeciae. Quae ubi Lacedaemonij accepere, formidantes miserunt Athenas legatos, contentos dicitur, a populo Atheniense, ut coniuges & liberos suos Spartam mitterent, senibus se suppeditaturos uictum: siquidem premebat grauis egestas exutum agro & urbe populū. Verum auditis legatis responsum reddidit ex Aristidis rogatione magnificè ignoscere hostibus se, quod diuitijs & pecunia, quibus nihil nosset praestantius, omnia ducerent ugnalia: Lacedaemonijs uero succedere, qui praesentem populi Atheniensis paupertatem & inopia uiderent, uirtutis & magnanimitatis non meminissent, excitantes eum ad dimicandum pro Graecia cibi mercede. Ex hac rogatione in concionem deductus legatus Lacedaemonijs, iussit eos domum renunciare: Quicquid foret uel super uel sub terra auri, id tantum non esse populo Atheniensi, ut libertatem Graeciae sit proditorum. Mardonij legatis solem monstrato dixit: Quoad hic eum cursum tenebit, populus Atheniensis de uastatis finibus, de profanatis & incensis templis Persas bello persequetur. Ad haec rogationem tulit, ut in capita illorum, qui legationem ad Medos misissent, aut societatem deseruissent Graecorum, deutiones conciperent sacerdotes. Plut. in Aristide.

Argiuus NICOSTRATVS (cum magna pecunia ostensa & nuptijs multis, qua uellet cumque, Lacedaemonia, sollicitaret eum ad prodendum sibi Crœmon Archidamus) negauit Merculis eum sobolem esse. Illi enim multas oras, ut celerem tolleret, iustitiam hunc probos facere improbos. Plut. de Nimia uerecundia.

Sueno III. Danorum rex, Valdemarum nepotem propter nimiam potentiam & medio tollere cupiens, profectioe ad CORADVM Saxonie ducem focerum simulata, eum in comitatu adesse iussit, per literas focerum rogans, ut Valdemarum datæ fidei pignus secutum in uincula coniecerat. Ad ille, Malle, dixit, se generū, filiamque, cum nepote ex ea suscepto cruci subnixos uidere, quam fidei & sinceritatis opinionem tot annis seruatam, extremæ etatis infamia, corrumpere, alienaque fraudis proposito impiissimi fauoris profectu nutrimento. Tum demum affuturum se, subsidiaque, latum, si gener omnia fraude, palam, quos metuat, impeteret. Saxo libro 14.

Defectionem.

Cum Alexander Magnus Tyrum obsideret, à Iaddo pontifice petiit, ut comitatum & auxiliare copias in castra mitteret. At is, dato responso, IVDÆOS, uiuo Dario, ob datam ei fidem, Alexandro parere uel suppetias ferre posse negauit. Quo responso Alexander quidem irritatus fuit, at uisq postmodum pontifice in pontificali habitu, miraculose placatus.

ARCHELAVS, Mithridatis copiarum dux, uictus à Sylla, per suaderi non potuit, ut à Mithridate deficeret. Quem admodum nec Sylla ab ipso moueri potuit, ut à Romanis, quamuis exul, ad Mithridatem transfret. Plut. in Sylla.

Inauditos.

Henricus II. cum Italum seruum in carcerem duci iussisset, non adiecta causa, IVDICES hominem liberarunt, prius tamē admonito rege. Rex iussit illum condemnari, cum religio se ac sancte iuraret, se hominem in scelere turpissimo deprehendisse, quod emulgari nollet, ac iudicibus succederet, quod sibi affirmanti fidem non haberent. Liberatus est tamē a iudicibus, & carceribus ereptus: sed postea iussu regis in flumen Sequanam noctu demersus, ne insolentia facti populū perturbaret. Actum esse Meloduni, refert Ioannes Bodinus in Methodo hist. cap. 6.

SONTES, NOXIOS: EOS Non fouendo.

CAROLVS Magnus in Synodo Duricensi, cap. 8. homicidas & alios facinorosos, qui iuxta Leges capitales supplicio afflicti sunt, si ad Ecclesiam confugiant, uetat excusari, aut uisum foueri.

Non defendendo.

Vocato in crimē Harpali causa Charicle, oranteque PHOCIONEM focerum, ut praesto esset sibi, & in iudicio assisteret, renuit dicens: Ego te, Charicle, ad omnia honesta generi adscui. Plutarchus in Phocione. In praecipis Politicis Charilus dicitur.

AVGVSTVS Caesar amicos ita magnos & potentes in ciuitate esse uoluit, ut tamē pari iure essent, quo ceteri, legibusque iudicialibus aequè tenerentur. Cum Asprenas Nonius Archius ei iudicium causam ueneficij, accusante Cassio Seuero, diceret: consuluit Senatū, Quid officij sui putaret? cunctari enim se, ne si superesset, eripere legibus reum: sin deesset, destituere ac praedamare amicum existimaretur. Et cōsentientibus uniuersis, sedit in sublellis per aliquot horas: uerum tacitus, ac ne laudatione quidem iudiciali data. Suet.

PAPINIANVS Iuriscōsultus, ne defenderet parricidii Antonini Caracallae, interfici se permisit: dignus profectō qui ius doceret, cum tanta constantia magnitudineque animi fuerit, ut ne quidem metu mortis adductus sit, ut contra iustitiam faceret. Historiam habes apud Roterodamum lib. 2. Apophthegmatum, ex Spartiano, cuius uerba repetit Volaterranus lib. 18. Anthropj.

Non liberando.

Frater Antigoni Marfyas litē habebat: sed à rege postularat, ut causa domi cognosceretur. Cui ANTIGONVS: Si nihil, inquit, praeter ius agimus, meliùs fiet in foro, cunctisque audientibus. Non impertrauit hoc à rege frater amicus, ut uel tantillum de iure concederet. Iptum autē hoc dilemmate constrinxit: Si iniustam causam habere te scis, cur litigas? sin iustam, cur fugis hominum conscientiam, & ad domesticas latebras rem fori pertrahis? non cariturus sinistra ciuiliū suspitione, etiam si bonam causam uiceris: Plutarchus in regum Apophthi.

PHILIPPVS Macedo, cum Harpalus pro propinquo & necessario Cratete iniustiarum reo peteret, sibi ut liceret multam inferre, & ille iudicio liberaretur, ne probis profinde rerur: Satus est, inquit, hunc ipsum, quam eius causa nos, malè audire. Ibidem.

EPAMINONDAS Thebanus, cum hominem nequam ob medio cre scelus in uincula coniecisset, Pelopidae efflagitanti, non dimisit, sed amica supplicanti concessit, dicens: Scortā dētere, non Imperatores, eiusmodi dona accipere. Plut. Catulus censor CATONEM sibi arctissima iunctum necessitudine rogauit, ut quendam ipsum iudicio obnoxium (erat enim quaestor) missum faceret. Ille hunc in modum respondit: Turpe est nos, qui iuuentuti recte instituendae auctores esse debemus, à lictoribus irrideri nostris. Negauit asperius, quod iniuste petebatur. Plut. in Catonis uita.

Cum in senatorem noxentem & infamem reum iudex sedisset CATO, tabellaeque Cn. Pompeij, laudationem eius cōtinentes, prolatae essent, procul dubio efficaces futurae pro noxio: submouit eas & quaestione, legem recitando, qua cautum erat, ne senatoribus tali auxilio uiti liceret. Huic factō persona admittentem ademit. Nam quae in alio audacia uideretur, in Catone fiducia cognoscitur: Valerius Maximus lib. 6. cap. 2.

CONTRACTVVM. CONTRACTVS

INIUSTOS NON DEFENDENDO. VI

Testamenta.

Vide Tit. Contractus iniustos rescindere. Et de Iniustis fuga, illic Correctio spectatur.

Mutuum.

C. IVLVVS Caesar de pecuniis mutuis, dissecta nouarum tabularū expectatione, quae crebro mouebatur, decreuit tandem, ut debitores creditoribus satisfacerent, per estimationem possessionum, quanti quasque ante ciuile bellum comparassent, deducto summae aeris alieni, si quid usurae nomine numeratum, aut percipitū fuisset. Qua conditione quarta ferè pars crediti deperibat. Suetonius.

IVSTOS NON RESCINDENDO.

Quatenus non tribus indignis, Distributiva: quatenus non corrigi non corrigenda, Correctina Iustitia minere sumitur.



IVSTITIAE CVLTORES. IVSTI IN GENERE.

Consule Tit. Boni viri, Boni reges, in genere. Illic Bonitatis, uno veluti saepe varias virtutes complectentis, ratio habetur: hic vero, Iustitia, quatenus et ipsa una a se videtur esse.

POPULI.

Aurei SECVLI hominum iustitia poetarum testimoniis passim laudata. Deius Seneca in Octavia: Tuac illa uirgo, Numinis magni dea; Iustitia caelo missa cum sancta Fide; Terras regebat mitis: humanum genus Non bella norat, non tubae fremitus truces; Non arma gentes, cingere affueverant suas Mauis nec urbes: peruium cunctis iter, Communis usus omnium rerum fuit, Et ipsa tellus leta fecundus sinus Pandebat ultrò, tam pius felix parens Et tuta alumnis.

ESSENI Iudaorum iustitia omnes Graecos & Barbaros longe superant, multis iam seculis triti in eius continuis studiis. Facultates in commune possident, nec aliquis diues magis uirtutibus suis bonis, quam quibus nihil possidens. Atque hoc instituto uiuunt uirorum supra quatuor millia, nec uxores habentium, nec seruos, quod alterum ad iniuriam communis naturae pertinere censent, alterum tranquillitati uitae parum commo dum: quare per se ipsi uiuentes ita uicem sibi ministrant. Quae scilicet creati uros probos ex sacerdotum numero, qui ex agrorum (quos colunt) redditibus & frugum prouentu cibos eis conficiant. In summa eandem ferè uiuendi rationem sequuntur, quam hi qui apud Daecos PLISTI nominantur. Iosephus lib. 18. c. 2. Antiq.

AETHIOPE pietati & iustitiam student. Aedes ipsorum ianuis carent: & cum in uis multa iaceant, nemo furatus Stobaeus Sermone 42. ex Nicolai de moribus Gentium historia. Inter eos praecipue illi qui MACROBI dicuntur, iustissimi & sanctissimi fuerunt olim, teste Herod. lib. 2. Vnde etiam Homerus in Iliade uocat, & Iouem cum omnibus diis conuuij causa ad eos profectum, Iliad. 2. scribit. In legibus & contractibus INDOREM maximam simplicitatem esse, uel ex eo argui potest, quod non multum sunt litigiosi. Nam nec commissi, nec depositi iura ulla habent, nec testis in digent, nec sigillis, sed simpliciter credit. Strabo l. 15.

INDI ante Liberum patrem iustitiam tanto obseruauerunt cultu, ut exterarum gentes nunquam appetuerint bello, ne quid parum iusti interim admitterent. Caesius lib. 18. cap. 31. A. L. Ex Indis, qui PEDALI uocabantur, nil ferè in sacrificiis aliud à diis immortalius exposcebant, quam iustitiam: arbitrati omnium plane compotes se futuros, si eam modò unam forent consequuti. Ex Stobaeo Caesius lib. 23. cap. 19. A. L.

SOLARIBES PERSAE Q. fidem seruare didicere: eamque rati fecere, ut humanam societatem cum fide tolli crederent, contraque utilitatem fides illis semper antiquior fuit. Alex. lib. 5. cap. 10.

Apud SCYTHAS montanos populi quidam calui sunt, quibus nemo iniuriam infert, quia sacri dicuntur esse: nihil martiorum armorum possident, & finitimorum contouersias diuimut. Ad quos quisque confugit, is à nemine laedit. Herod. l. 4. Nullos mortalium armis aut fide ante GERMANOS esse, Tacitus lib. 13. scribit.

Chorus Argiuarum supplicium ATHENIENSIVM urbem studiofam iustitiae, & matrem exulū esse fatetur, apud Euripidem in Supplicibus:

Tu certe colis iustitiam: quod deterius est, iniustitiae attribuis semper: infelicem quemlibet seruas.

TIBARENI Asiae populi, Chalybibus uicini, iustissimi sunt, nec prius praetio cōgrediuntur, quam diem, locum & horā ex fide hosti denunciant. Strabo, & Val. Flacc. lib. 5. Argon. VENETORVM in iudicando integritatem hinc cognoscas: quod passim inter Christianos principes eiusque subditos uulgatum olim fuit, quicquid apud eos non facile solui posset seu publice, siue priuatim, id statim communi consensu remitti oportere Venetias, ut bonorum Venetorum iudicio (sic enim appellabant) dissolueretur. Cuius rei innumera subiici possent monumenta. Egnat. lib. 6. cap. 6.

HELVETIORVM in ferendis sententiis aequitatem & iustitiam summi saepe principes admirati sunt, ita ut non raro grauissimae contouersiae iustissimo Heluetiorum arbitrio committerentur. Vtinam uerò aureis acellis regum & Imperatorum Alpes suas non patefecissent.

HEROES.

CHIRON fuit Centaurorum iustissimus. German. in Arato: — pius Chiron, iustissimus omnes Inter nubigenas, & magni doctor Achillis.

REGES, PRINCIPES.

Vide Tit. Reges probi, Illic Virtus in genere confidatur: hic Iustitia in specie.

Nullum aequè conuenit REGI, ac iustitia manus. Mars enim est, ut ait Timotheus, tyrannus: lex uerò omnium, ut apud Pindarum est, regina. Et reges, Homerus auctor est, non hepoleos ab Ioue, neque aetatas nauas, sed legū oracula accipere in depositū & custo diam: Iouisque non bellacissimum nec uiolentissimum & cruentissimum regem, sed iustissimū alumnū & discipulum uocauit. Plur. in Demetrio.

Iustitia nomine celebres adeo fuerunt MINOS Cretensium rex, Iouis & Europa F. RHADAMANTHVS eiusdē frater, uerique rex Cretae, & AEA CVS Iouis & Aegine nymphae F. ut post obitū iudicēs inferorū facti credantur. Asiaticorū quidem Rhadamantus, Europaeorū uerò Aeacus. Minos si quid ambigui incidisset, diudicabat. Plato in Gorgia, Eufebius Minos Rhadamantus opera domi in legibus, custodiendis, foris uerò Talai usum scribit, quod Aerei nomē obtinuit, quoniam tabulas aereas per uicos circumferret. Natalis Comes lib. 3. Mythol. cap. 7.

Plato filium Iouis fuisse ait MINOA & discipulum: quod rem inflam ulla re dē gerere, uel percipere dē gerentem nemo ualeat, qui eam artem non hausit & complexus sit. Plut. de Tarda dei uindicta.

MENANDRO cuidam, qui iuste apud Baecros regnauerat, post in castris defuncto, de egero iusta ciuitates promissū fecerunt: uerum de reliquis eū consistarent inter se, aegre contenti inter eos, ut patib. aequis cinerum acceptis digrederentur, excitarenturque, apud omnes eius monumenta. Plur. in Praeceptis politicis.

ANTIOCHVS III. Asiae rex, omnib. regni sui urbibus scripsit Si quod in literis, quae eius nomine scriberentur, esset, quod legibus aduersum uideretur: crederet, ignoro se eiusmodi literas scriptas fuisse, & propterea eis non pareret. Fulg. l. 6. c. 4.

ANTIGONI regis illud memorabile, asserere quodam, esse regibus honesta omnia & iusta: Per Iouem, inquit, sed barbaris: nobis uerò ea modò honesta quae honesta, & iusta quae iusta. Caesius lib. 23. cap. 14. A. L.

Terminū, cui Terminalia agunt, ac p. deo habent, nihil immolabant animatum Rom. quia non terminauit Romulus agrū Romanum: quod progredi liceret, eriperetque, & ducere oem suū, ut ait Lacon ille, quod lancea pertingat. ANVM A Pontilius, qui uir fuit iustus, politicus, atque in philosophia uersatus, agrumque cum uicinis limitauit, finibusque confecerat, Terminum, ut societatis & pacis speculatorem & custodē, mundum à sanguine & caede ac purum putauit seruandum. Plur. in Quaest. Rom.

TRAFANVS Imp. ob iustitiam & humanitatem clarus adeo fuit, ut postea laetae acclamationis, quoties crearetur Caesar, praebuerit formulam: Sis felicius Augustus, melior Traianus. Aliquando praefectum praetorij eligens, & gladium ei tradens, fectur dixisse: Capē hunc enfem: & si bonus fueris, pro me: si malus, contra me co utitor. Suidas.

ALEXANDER Seuerus ad componendam remp. uitio superiorum principū labefactatā, animū adiecit. A diuores ad hanc rem habuit Iulium Frontinū uirum doctiss. Vlpianum & Paulū, uiros in iure ciuili praestantissimos. Iustitia ita coluit, ut nemo unquā de illata ab eo iniuria q̄tus sit. Platina.

THEOPHILVS Imp. Constantinopolitanus, iustitiae cultor, grauem sese ac inexorabilem delinquentibus praebat, reum uenialium curam habebat, & quanti quaeque uenderentur, curiosè per forū transiens indagabat. Quod si quae magno uenirent, praefecto de iis interrogato, uel magistratum abrogabat, si peccasset: uel obiurgato eo, quid agendū esset, praescribebat. Zonaras Tomo 2.

ROBERTVS III. Scotorum rex, cum Scotae coronandus esset, ac concursu populi canonicorū segetes proculcarentur: grandem pro corruptis segetibus statim pecuniam persoluit, ne quisquā suo nomine damnū pateretur ullum. Cum oppido alio excederet, uocatos per praecōnem obsonorū uenditores ac cenopolas rogabat, num quispiā ex aula sua non reposito omnium emtorum precio abiisset. Pauperū querelas aequissimis audiebat auribus, & damna farsiebat. Hecker Boethius lib. 16.

Sub FERDINANDO & ISABELLA Catholicis principibus omnes ditiois illorū regiones iuris dicū causa obseruantibus, iustitia & caelo possimino reuerfa fuisse uidetur: quorum edicto armorum usus interdictus, uigilantia & feritate scelera omnia grauiff. punita fuer. Marinus lib. 21. rerum Hispan.

DVCS BELLICI.

ENGLBERTVS, libertino patre natus, qui Sucones & Gothos ab Erici Pomerani tyranni de liberauit, dux Dalaciarum rusticorum, quorū ad C. millia sub signis habebat, triū mensium spacio, perpetuo uictoriarum cursu exercitum sustulit, abq. iniuria eorum, per quorum agros exercitum tradidit: ut prouerbio etiamnum circumferatur, exercitum eius ne ita loarem quidem unius gallinae cuiquam abstulisset. Cranzius.

MAGISTRATVS QVIVIS ALII.

SAMVEL propheta Ramathae habitans in monte Ephraimitarum, ius dixit Israelitis primū apud Maspham, ubi ingēti clade Palaestinos affecit sacrificans. Iis domitis, quorū nans Bethel, Galgala & Maspham obiens, Israelitis ius reddebat: dein doctum reuertebatur. Reg. 7.

GODOLIAS Abichami F. reliquus Iudaeorū, reliquis Babylonem abductis, à Nabuzardano regis Nabucodonosor magistro equitum, praefectus fuit, qui illis ius diceret, in officio contineret, & ad agrum colendum hortaretur. Qui sua humanitate & aequitate omnes sibi deuinxit. Cumque suaderet amici, ut Ismaelem Nathaniae F. qui de regio genere erat, & rebellaturus uidebatur, clam interficeret, ac quiescere noluit, tanti se regnum non facere diditans, ut innocente interficeret. Non multo post Ismael Godoliam in conuiuium interfecit. 4. Reg. 23. & Iosephus lib. 10. cap. 11.

QMYTIVS Scyrola Pont. Max. filius L. Mutij, profonf. Afia obtinuit, eamque prouinciā tanta integritate administrauit, ut in posterum in eam prouinciā iuris magistratibus exemplum atque forma officij Scyrola proponeretur. Vide Titulum Iureconsultorum.

BOETIVS, homo non minore integritate, quam eruditione ornatus, memorabilem consulum an. 522. administrauit, grauib. ut ipse scripsit, cum improbis hominibus inimicis, pro tuendo priuatorum iure, spreta potentiorum offensione, susceptis. Siquidem Conigale in imbecilli cuiusque fortunam inuadenti occurrit: Trigullam regiae domus praefectum ab incepta & perpetrata iā proliis iniuria reuocauit: miseris homines, quos in finitibus calumnias impunita Gothorum auaritia diuexabat, obiecta periculis auctoritate, protegit: prouincialium fortunas tum priuatis rapinis, tum publicis uectigalibus pessundari non aliter, quam qui patiebantur, indoluit. Cum, acerba fame saeuiente, grauis atque inexplebilis indicta eo emtio, profligatura Campani am uideretur, certamen aduersus praefectum praetorij com munit commodi ratione suscepit, ac, rege cognoscente, cō tendit, & ne coempto exigeretur, euicit. Paulinum consularium uirum, cuius opes Palatini caes. iam spe atque ambitione deuorassent, faucibus eorum eripuit: ne Albinum consulare uirum praedictae accusationis poena corripere, inimicitias se Cypriani delatoris oppoſuit. Veronae autem cum Theodericus rex maiestatis crimen in Albinum delatū ad cunctum fenatus ordinem tradere moliretur, maxima periculi sui securitate defendit. His de causis cum regis ac ceterorum in se odia conuallisset, postero anno, postquam consulari abiit, Ticinum relegatus obiit. Sigonius libro 16. Imperij occidentalis.

LEGISLATORES.

NICODORVS, Mantinensium legislator iustissimus ex pugile in extrema aetate factus est. Aelian. lib. 2. Varia hist.

CONSILIARI.

LACEDAEMONII non prudentes tantum, sed & iustos consiliarios habere uolebant. Ideoq. aliquando respuerunt consilium alioqui bonum, sed ab illaudato homine profectū: curaueruntque, ut illud ipsum ab alio, quamuis minus disertio, melioris tamen nota uiro, pronunciaretur. Fulgofius libro 6. capite 4. ex Plur.

POLITICI.

Atheniensem legimus ARISTIDEM passim atheniensium solitum dici. Ceu planè cunctos eo insigni antecelleret, quando & solitudine plurimum oblectaretur, societateq. quantum possent declinare: quod diceret, amicorum potētiam perspē ad iniuriam horraui. Caesius libro 23. cap. 19. A. L. Eum Theophrastus inquit in rebus priuatis & erga ciues summè iustum, in rep. tamen multa ad tempora patris, quasi multa iniqua illa flagitaret perpetrasset. Etenim cum deliberaretur, an pecuniam ex Delo contra scēdus Athenas deportarent, idq. essent Samij auctores, illum dixisse: Non hoc iustum quidem, sed esse utile tamen. Plur. in Aristide.

LYCVRSVS orator fuit Atheniensibus perpetuò probatus, habitusq. iustus est, ut & in iudiciis Lycurgi dictum pro patrocinio esset ei, cui a duocatus esset. Plur. in uita eius. Herodotus ait, GLAVCVM Lacedaemonio, Epicuridis filium, tam celebri & incorrupta fuisse iustitia, ut ad eum ui-

dendum multi alienigenae Spartam conuenirent: quam poſtea tamen graui perfidia obscurauit in totius generis sui perniciem.

T. POMPONIVS Atticus, eques Rom. & amicus Ciceronis (quem ab urbe pulsū festertis CXXI. millibus iuuu) uir grauissimus, quae religioſè pollicebatur, praestare omni diligētia nitebatur. Quapropter ei res suas amici curandas certatim dabant, consiliumque ab eo de Rep. deq. rebus magnis petebant. Corin. Nepos.

IVDICES CERTI, VEL DELEGATI: ARBITRI.

Medis ab Assyris deficientibus, & de rege eligendo deliberantibus, DETIOCES iudex iustissimus, propter aequitatem rex Medorum constituitur. Herod. lib. 1.

AEgyptiis regibus ex praescripto legis antiquae moris fuit, iudices mox futuros iureiurando adigere, ne si rex quidē iniusti quippiam iniunxisset, à uirtutis medio declinatos, nec lineam omnino (quod dicitur) moturos. Adicit Dio dorus lib. 1. cap. 4. in Simandij regis monumento parte quadā iudicum stetit signa XXX numero absq. manibus, eorūque principem ita constitutum, ab eius ut collo suspensa propenderet Veritas, ipse autem esset oculis paulū minus clausis, librorum cumulo circumiecto, ceu ueritas modò sit inspectanda. Stobaeus sermon. 43. & Caesius libro 23. capite 14. Antiq. Lect.

Plutarchus in uita Demetrii indicat, exactum iudicium uulgaro prouerbio βασιλεως ueritas appellari solere, perinde quasi Rhadamantus dicas, aut Minoem. Plur. de uitiōsa taciturnitate testatur, fabulam de BOCHORI Aegyptiorū regis iactatam fuisse, quod cum esset natura grauis & austerus, Iis illi aspidem immittere solita sit, quae capiti circumuoluta, serpens hominem inumbraret: ut ostento terribus, nisi de causa iam comperta, & certis argumentis deprehensa reddē iudicaret. Suidas. Consule Tit. Iudices prudentes.

Apud ATHENIENSES nouem principes erant, quibus Res publica concredita erat: qui cum eligerentur, religioſè iurabant, se iuste iudicatos esse, neque munera accepturos, aut auream statuarum creaturas publicae. Heraclides de Polit.

AREOPAGITAE litium contouersias non interdiu, sed noctu & obscura luce iudicabant: ut procul ab omni affectu, qui animos in diuersum agit, ferre possent iudicium. Non enim ignorabant hominis aspectu, cultu, uestitu, gestibus ita moueri interdum iudicem, ut à iustitia & aequitate tramine decedere cogatur. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 5. ex Luciano Hermotimo & Anacharide. Lege apud eisdem cautum fuit, ut qui causam diceret, nec pro amico ueretur, nec ad misericordiam aut inuidiam iudices adduceret, ne cui plus in misericordia quam in causa spei esset. Ibidem. Hinc prouerb. de seueris, ἀγορῶν αἰμα.

Agis Spartanorū rex, ELIOS quibusdā celebrantibus, quod honestè & iuste Olympia agerent: Egregiā uerò rē, inquit, si quinto quoque an. Elij iustitia uno die colat. Plur. in Lycurg.

DIANTIS Prienē integritas in iudicandis causis, prouerbio locum fecit: Prienensis iustitia, Πεινῶν Ἰσταν. Damnaturus quempiam ad mortem, lacrymatus est miseriam hominis, & meritò deplorandam fortunam. Verum quum dixisset quidam, Quid est quod desinas, quum in tuo sit arbitrio, cō demnare aut liberare hominem? respondit Bias: Necessariū quidem esse, naturae condolare: à lege autem & iustitia regula discedere, magis pernitiosum est. Stobaeus sermonē 44. & Strabo lib. 9. Geographia 14. & Laertius.

PITTA CVS Mitylenæus iustissimus, cum iure de agri possessione inter Athenienses & Mitylenæos ageretur, electus iudex, pro Atheniensibus pronunciauit. Quo circa Mitylenæi principatum ei detulerunt, quem ipse tenuit, quoad res ciuitatis suae constituerentur, & in meliorem adducerentur statim: postea deposuit. Laertius.

DOMITIANVS Imp. ius diligenter dixit, ac aequissimè: fantamque curam coercendis magistratibus adhibuit, ut neque modo desiores unquam, neque iustiores extiterint. Cusp.

Tantè iustitię MANTONINVS Pius fuit, ut multi reges multaq. nationes, positus eius iussu armis, ad hominem contouersias suas litēque deferrent, ac eiusdem sententię statim parerent. Platina, ex Capitolino.

Mater amisso filio, libertos eius eosdēq. cohæredes suos falsi & uentose accūsauerat apud TRAIANVM Imperatorē, iudicēq. impetrauerat Iuliu Seruianū. Cum finē cognitioni quaestio imposuisset, quae secundum reos iudicium dederat: addit nihilominus mater iterū Principē, affirmans se nouas probationes inuenisse. Imperator motus quaestioni fragilitate & fallacia, praecipit Seruiano, ut uacaret finitā causam retrahat, si quid noui attulisset. P. Aerod. ex Plin. li. 7. Epist.

ALEXANDER Seuerus Imp. iudicatas à se religionis causas, à Pontificibus & auguribus retractari patiebatur: minime sibi dedecori arbitratus, in iis quae ad religionem pertine-

rent, imperatoriam maiestatem sacerdotum auctoritati cedere. Lampridius.

IVLIANVS Imp. contra Persas mouens, Antiochia hypernans, nullis uoluptatum illecebris, quibus abundant Syrig omnes, potiebatur: sed iudicialibus causis intentus & maximis curis implicatus, summam iustitiam exercuit. Vt multum iustitiam celo sublatam, dicerent tum esse in terras reuer sam. Ita iura quaedam correxit ambagibus abscissis, & honeste iudicia exercuit. Sed magistratos & iherotes Christianos ad iudicio arcebat (quod inclementia signum erat) edicto q; cavit, ne Christiani homines prouinciarum procuraciones haberent, neque ius dicerent, quod Christiana lex gladio uti prohiberet. Cuspinianus.

VALENTINIANVS Imp. a iustitia nunquam alienus: ob id quibusdam Scuerus dictus, & uehemens, uitiisq; infestus, potissimum auaritia: moribus Aureliano similis. Cuspin.

LIBYSSA A. Croci ducis Boemorum secundi F. uel una ex Sybyllis habita, post obitum patris prouinciam gubernauit. Contendebat coram ea duo ex optimis de possessio ne agrorum. Sententia ex bono & aequo dicta: potentior damnatur. Is populares appellans, indecorum esse indignumq; ait, tantum populum, unius feminae sub esse arbitrio. Ad cuius uocem excitata multitudo, muliebri regimine accufare, uicinarum gentium mores in medium adducere, uirum qui sibi dominetur expetere. Libussa, re cogitata, Primslo rusticum supra mensam ferreum priandenti nupfit. Aeneas Syluius in hist. Boemica.

CAROLVS Pulcer Gallorum rex scelerum feuerus animaduorsor, iustitiae & aequitatis cultor fuit.

ANDRONICVS Comnenus Imp. nulla personarum habitatione, genere & opibus illustres, aequae ac tenuis fortunae homines in ius adductos, ex aequo audiuit. Dabibrenem Theodorum, qui Alexij Porphyrogeniti Imperatoris suffocationem adiuuit, quidam agricolae acufarunt, quod apud se diuertisset, ac cum feruitis & iumentis suis, omnibus necessariis acceptis, discedens nihil soluisset. Quod ubi uerum esse comperit, ipsum XII. plagis fuisse castigauit, & ex fisco agricolis longè plus, quam quanti erat damnus, solui iussit. Scripsit & ad quosdam magistratibus fungentes, Aut iniurias, aut uitam relinquit. Nam uos iniurios esse, & uiuere, neq; Deo acceptum est, neq; mihi seruo eius tolerabile. Nicetas lib. ii. de rebus Andronici Comneni.

Bulgarus & Martinus de Imp. potestate disceptabant. Alter Regem legi, alter Legem regi subici putabat. Illum FRIDERICVS Barbarossa ut iurecos. potestate unius legis quam uellet condenda omniuit: hunc ut adulatorum galeo purpureo & equo candido donauit. Auctori Nouellarum antiq. nouella 24.

ERICVS, caelo Nicolao rege, Danorum regno potius, maiorum leges, quae inter bellorum tempestates & armorum usum pendente intercederant, restituere summo conamine nifus; ac non tam fortitudinis quam iustitiae laude insignis haberi cupiens: in quosuis delinquentes, nulla personae aut dignitatis habita ratione, uel ferro uel laqueo, prout res postulabat, animaduertebat. Itaque magnatum coniuratione in tribunali sedens à Plogo quodam lancea transfuerbaturus est, sub annum Salutis 1140. Saxo, & Cranzius.

EDGARVS Angliae rex, delictorum inquisitor & punitor fuit acerrimus: quae tamen sine ira & seuitia faciebat: quandoq; eam ad crimina leuiora non grauiter conuiebat, ut salubrem magis quam ambitionum principem se praebere. Polydorus lib. 6. Anglorum hist.

IACOBUS I. Scotorum rex, ex Anglia (ubi per XVII. annos captiuus manserat, cum regnum interim à Roberto Stuarto patrio & Mordaco F. eius gubernaretur) domum reuerfus, perustrauit omnes Scotiae regiones: ac si quos nefarios populi ac sacerdotum, aut mercatorum, rusticorumue oppressores comperisset, conuictos capite damnauit oes: nec cuiquam remissio culpae homicidij perpetrati à gubernatore accepta profuit, cum diceret, indulgentiam illius non perpetuam fuisse, neq; ex usu Reip. Duobus primi regni eius annis per uaria suppliciorum genera, ob uetera flagitia à rege sumta, plus quam tria hominum millia interemta constat. Hector Boethius lib. 17.

DVALPES uel Ludizal, auis Othomanni I. Turcorum regis, uir aequi iustiq; studiosissimus, Oguziorum dux, ob fortitudinem suam plurimum laudatus, tantae fuit iustitiae (Oguziis namq; ius dicebat) ut litigantes ipsum eligere arbitrum in re qualibet: sententiamq;, quam ferebat, utraq; pars laeta accipiebat. Hanc uiri aequitatem deprehendentes Oguzij, impetrarunt, precibus fatigantes regionis istius regem, (qui tum erat Aladines nomine) ut eum acciperent sibi iudicem. Quod ubi contigit, semetipsum tradiderunt Duzalpi, ut secum ageret, secundum quod existimaret res Oguziorum optime habituras. Chalcocondylas lib. 1.

Tanta seueritatis & iustitiae PANDVLPHVS Sabellus, Ho-

norij IIII. Pontifex est habitus, ut quoties Romani ciues purgare urbem latronibus, scitatis, furibus, parricidis uellent (quorum tum in solo Romano magna copia ob seditiones ciuium erat) non alium fenatoreum, quam Pandulphum exposerent. Licet podagra & chiragra uexaretur. Platina.

CENSORES MORVM.

Apud AEGYPTIOS fuit in usu, rege defuncto, antequam ista dentur, per sacerdotem, qui proximam tenebat dignitatem, omnem uitae feriem, & ipsius dicta factaq;, & an fuerit fortissimè praestitum, an segnis & deses, ex alto suggestu in maximo omnium conuentu perlegi & recitari: & si uitia praualcant, honore funeris priuari, atq; in sepulchrum cadauer abici. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 7. & Diodorus Siculus.

AREOPAGITAE Athenis omnium mores summa seueritate inspiciant, ne quis turpi otio sibi dedecori, aliis damno esset. Gell. lib. 12. cap. 7. Valer. lib. 2. cap. 1.

Apud ROM. tribus plebis intrare curiam non licebat: ante ualuas autem postis subsellis decreta patrum attentissima cura examinabant, ut si qua ex eis improbabant, rata esse non sicerent. Itaq; ueteribus Senatusconsultis T littera subscribi solebat: ea que nota significabatur, illa tribus quoq; censuisse. Qui quamuis pro commo dis plebis excubabant, inq; imperis cõpescendis occupati erant: inuita men ea argenteis uasis, & annulis aureis publicè praebitis, patiebantur, quo talium rerum usus, auctoritas magistratuū esset ornatus. Valer. Max. lib. 2. cap. 1.

CLNERO & LIVIVS Salinator, secundi Punici belli temporibus firmissima Reip. latera, quem districta simul egerit censuram: Nam cum equitum uentum censuras recognoscerent, & ipsi propter robur aetatis etiamnum eorū è numero essent: ut est ad Polliam uentum tribum, praeco lecto nomine Salinatoris, citandum necesse sibi esset, haestitauit. Quod ut intellexisset Nero, & citari collegam, & arma & equum uendere iussit, quia populi iudicio damnatus esset. Salinator quoq; eadem animaduersione Nerone persequutus est: adiecta causa, quod non sincera fide secum in gratiam rediisset. Valerius lib. 2. cap. 4.

Prae ceteris Marci CATONIS maioris Romae censura apud omnes ordines plus nimio tristis & uehemens habita est: quare praecipua flagrauit inuidia, quod inuito animo esset & inflexibilis. Nam censor creatus, homo à multis laesus, ac ledendi cupidus, uulgò formidini & terrori ab initio fuit. Septem omnino è Senatu mouit, & in his L. Quintium Flaminium uirum consularē. Ademit L. Scipioni Africano equum: ornamenta, & uicem muliebrem, uehicula & preciosa mancipia in censum referri iussit: publicam aequam in priuatum aedificium aut agrum influentem ademit. Tam tristi & seuera censura effectit, ut cognomen sit Censoris ex ea re adeptus. Ex Val. lib. 2. cap. 4. Sab. lib. 7. En. 5.

AVGVSTVS Caesar impetratis à Senatoribus decem adiutoribus, unumquemq; equitum rationem uitae reddere cogit: atq; ex improbatos alios poena, alios ignominia notauit: plures ad monitione, sed uaria. Leuissimum genus ad monitionis fuit traditio coram pugillarū, quos taciti, & ibidem statim legerat. Notauitq; aliquos, quod pecunias leuioribus usibus mutuari, grauiore sceleris collocassent. Suetonius.

CLAVDIVS Caesar censuram agens, nullum nisi sua uoce, & sine patrocinio, uita rationē reddere passus est. Suetonius. Cum olim Licinius VALERIANVS Senatus auctoritate censor crearetur (qui post Imp. fuit) in Senatusconsulto haeruerunt uoces: Valeriani uita, censura est: ille de omnibus iudicet, qui est omnibus melior: ille de Senatu iudicet, qui nullum habet criminis: ille de uita nostra sententiam ferat, cui nihil potest obijci. Valerianus à prima pueritia censor fuit, Valerianus in tota uita censor fuit, prudens senator, modestus fenator, grauis fenator, amicus bonorum, inimicus tyrannorum, hostis criminum, hostis uitiorum. Hunc censorem omnes accipimus, huc imitari omnes uolumus: prius genere, nobilibus sanguine, emendatus uita, doctus clara, moribus singularis, exemplum antiquitatis. Postea Imperator creatus, omnia haec ornamenta tyrannide & crudelitate sua erga Christianos contaminauit. Trebellius Pollio.

VENETI, Aegyptiorum consuetudinem imitati, defunctorum ducum uitam censent, si quid deliquisse deprehendantur, multam haeredes persolvere coguntur. Leonardus Laurentanus, princeps Venetorum clarissimus (qui ducis dignitatem uiginti annos ita praestitit, quatuor liberis iam adultis, ut eius prudentiam ac bonitatem singularem, dum uixit, nemo unquam desiderauit: praestertim uero temporibus Reip. maximè infestis, quae accepta ad Abdum clade, de totius imperij Veneti incolumitate diu dimicatum sit contra Iulium pont. reliquosq; Christianos omnes principes) cum obiisset, uitam illius examinare ceperunt Triumui, qui mortuo principe creari solent, ut inquirant accuratius, equid contra leges ab eodem principe sit quandoq; gestum. Quod quum

quum illi acerbius aliquantò indagarent, nullumq; omnino superesset uestigium principatus non sanctè ab eo ac liberis administrati, uix ab instituto decedere poterunt, non sine totius ciuitatis postea querela, quod in memoria tantum principis, tam acres, tamq; uehementes, uideri uellent. Egnatius lib. 5. cap. 3.

PATRONI IVSTI.

LCRASSVS & MANTONIVS, nihil se arbitrabantur ad iudicia causasq; amicorum, praeter fidem & ingenium, afferre oportere. Cicero diuinatione in Verrem.

MERCATORES IVSTI.

THYRIACI mercaturam exercentes, absq; omni dolo uendunt omnia. Stobaeus serm. 42. ex Theophrasti scriptis.

PVERI IVSTI.

SOLOMO, quamuis puer, tanto iustitiae amore tenebatur,



IUSTITIAE FINIS. TVM

PROPRIVS.

ARABES & PERSAE tantum fide fecere, ut humanam societatem cum fide tolli crederent: contraque utilitatem fides illis semper antiquior fuit. Alexander ab Alexandro, libro 3. cap. 10. ex Herod. lib. 3.

ALIENVS. VTPVTA

QVIES.

IVDEX ille iniquus in Euangelio Lucae 18. neq; Deum timebat, neq; homines reuerbatur: uidue tamen uindex extitit, non pietate motus, sed illius importunitate.

GLORIA.

PHIGENIA pro salute Graeciae sese immolanda praebet: tis oratio ad matrem Clytemnestram praecara apud Eurip. in Iphig. Aulid. Inter caetera & illud:



IUSTITIAE ACCIDENTIA. NEMPE

FERVOR. STVDIVM.

CATO maior male demonstrauit se benefactis suis non haberi gratiam, quam non luere poenas offendentem: omnium noxas, praeterquam suis, ignoscere. Plut. in Apoph.

CONSTANTIA.

Ex loco, Inuisum non facere, huc quaedam.

FRVCTVS.

IACOBUS cum matre Rebecca obediisset, & ius primogeniturae, & patris benedictionem abstulit. Eiusdem iustu in Mesopotamiam ad Labanem auunculum profectus, XX anno post, uxoris, liberis & opibus auctus, domum rediit. Genes. 27. & sequentibus.

Cum Dei populus sese Moabitide adiungens, ad Baal pehoris sacrificia declinasset, uiginti quatuor milia ex eis occubere, & longè plures perituri fuerant, nisi repente PHINESES Eleazari filius, iram Dei cernens exarscere, unum è ducibus populi cum Moabitide cubantem transfixisset. Tum Deus Moisi, Pinhas, inquit, sedauit furorē meum ardente zelo, quod zelotypus fuit honoris mei, & obstitit ne populū istum perderem: dico ei, me fecidus cum ipso ac postea is ipsius inuiturum, ut sacerdotio fungantur mihi. Postea trecentos annos uixit, eiusque posteri amplius bis mille annos sacerdotij honore amplissimo perfurati sunt. Bodi-nus lib. 4. Dæmon. cap. 5.

RUTHA Moabitide, patriam & cognationem totam propter socrum spreuit, ne miseram & afflictam animum Noemim in tam confuso moerore desereret. Itaq; illam simul consolabatur uerbis, simul reuocabat labore, uicemq; omni modo explebat filiae. Nec mercede pietas illa caruit: nam consilij socrus instruita Rutha, maritum inuenit Boozum hominem locupletem, & Obedum peperit, & prouia Dauidis regis fuit, & eius stirpe Christus Dominus natus est. Ludouicus Viues de Christiana femina lib. 2.

CYRO Persarum regi, ob ludæos restitutos, amplum praemium deus Israelae 45. promittit.

ABYCODONOSORI Assyrio ob excisam promittitur regnum Aegypti, praemij loco.

ut non opes, non uictoriam, non uitam longeuam à Domino in somnis monitus postularit, sed prudentiam populū regendi, & iura discernendi. Idq; à Domino liberalissimè tulit. Lib. 3. Regum, cap. 3.

LATRONES.

VIRIATVS Lusitanus à latronibus dux electus, in praeda parienda iustus fuit. Dio d. lib. 32.

EXAMITES lauro Boemus Hulsita, sub Sigismundo Imp. in praeda diuidenda iustissimus erat, eam in sine cuiusq; mensis uirtutem paritens: sic ut ex ea non plus acciperet qui totum mensē, quam qui diem unam ante diuisionem in castris fuisset numero fratru (sic enim socios appellare solebat) ascriptus. Idq; sibi ex Euangelio preceptū affirmabat, quod in uinea Domini laborantibus, & qui prima hora, & qui undecima uenerant, aequam mercedem promittit. Aeneas Syluius, cap. 1. Europa.




INFAMIA ERGO.

Cum Harpalus pro propinquo & necessario Cratete iniuriarum reo pereret, sibi ut liceret multam inferre, & ille iudicio liberaretur, ne probis proficeretur: Satius est, inquit PHILIPPVS Macedo, hunc ipsum, quam eius causa nos, male audire. Plut. in Apoph.

AMICITIA. BENEVOLENTIA.

Huc illi, qui equali iuris distributione animos subditorum hostium ue mercantur. De quibus sub Prudentia legimus.



ACCIDENTIA. NEMPE

FERVOR. STVDIVM.

Aeschylus in septem ad Thebas, sic scribens: Felicitatis mater obedientia, Coniuxq;, ut aiunt, sospitatoris Iouis.

figit Iouem sospitatorē, cuius beneficio contingat salus: huc esse uxorem, cui nomen παρθενία (id sonat obedientiam, sed propne qua parem magistratibus ac principibus) ex horum coniugio natam esse filiam, cui nomen παρθενία, id est, felicitas. Principis est consulere salutē ciuium: id conatur bonis & aequis legibus. populi est his obtemperare, si uelit esse felix. Sed utinam non essent Ioues δαίμονες, quibus uxor esset ἀρχή, & filia ἀπαρχή. Erasmus in Adag. DEIOCESE iudex Medorum primū, idem ob iustitiam rex factus. Herodotus.

RHADAMANTHVS, Iouis & Europae filius, Cretensium rex, quia summus iustitiae cultor fuit, nec suis applausit adulatoribus, à poëta apud inferos umbrarum iudex constitutus est. Sic de eo Pindarus ode 2. Pythiorum:

ὁ δὲ βῆθ' ἀμείνων εὖ φέρονται, ἐπὶ φρονῶν ἄλαστον ἤρωτον ἀμείνων, οὐδ' ἀπαρχαῖσι θυμὸν ἵστάντα ἐδιδόν, οἷα ἄνδρα μὴ πάλαι μὲν ἔπειτ' αἰὲ βροτῶν.

Rhadamanthus bene habuit, quantum quidem prudentiae consecutus est fructum irreprehensibilem: neque unquam in animo suo fraude delectatus est, ut adulatorum & impostorum consiliis obtemperaret semper uirorum.

Poetae perhibent, ANDROMEDAM Cepheo genitam, translata à Pallade inter sidera, quod maritum Perseum patris ac parentibus praerulisset.

Thebanò CRATETI ob singularem probitatis opinionē, a morem; in Hipparchiam uxore omnibus cognitū ac spectatum, cuncta non solum ostia totius ciuitatis & cubicula, sed reconditissima quaeq; ex re familiari, tanquam domestico cuidam genio, patebant. Idcirco Graeca uoce θυρωρονομία nominatus est. Nemo enim cum ad alienas oculos animumq;

animusq; adiecturum suspicabatur, cui optimè cōueniret cum sua. Lud. Vines de officio Mariti.

Cū Lemniæ mulieres viros omnes una nocte sustulissent, HYPISIPYLE regina Theantem patrem procul ablegatū sola seruauit. Ob eam pietatem à reliquis in exilium eiecta, apud Lycurgum Nemorum regem nutritis officio functa est. Sa bellicus lib. 7. En. 1.

Cū publicanus aliquando manus Xenocrati philosopho iniecit, eumque ad metæcium, quod carceris locus Athenis est, duceret, occurrens LYCVRGVS orator, baculum capiti eius impexit, ac Xenocratem liberauit: illum, quod inhonestè egisset, in carcerem coniecit. Quo ex facto quia celebrabatur, breui post eum incidisset in Lycurgi filios Xenocrates: Cito patri uestro, inquit, retuli filij gratiam. commendatur enim, quod mihi succurrerit, à multis. Plurarchus in uita Lycurgi.

ROMANIS ob seuerè cultam iustitiam orbis terrarum imperium à Dèo concessum, D. August. lib. de Ciuitate Dei disertè affirmat.


C. LVCIUS, ex C. Marij sorore natus, homo alioqui acer, à TREBONIO adolescente, cuius pudicitia: uim inferre conatus fuerat, interfectus fuit. Aberat tum fortè cōsul. Qui ad milites reuersus, postquam ex Trebonio ad iudicium uocato cædis causam accepit, adolescentè pro concione laudatū corona donauit. Id iustitiæ exemplum tertium C. Mario cōsulatum peperit. Sab. lib. 2. En. 6.

DYZALPES auus Orhomanni I. Turcorum tyranni, ob iustitiam in litibus diiudicandis Oguziorum rex factus est. Chalcocondylas lib. 1.


RANIMIRVS siue Raimirus, Sanctij Nauaræ regis spurius, Geloriam noueram falsò à propriis filiis de adulterio accusatam monomachia oblata defendere parabat. Innocètia autem reginæ per monachum confessorum detecta, regina præteritis liberis propriis Raimirus Aragoniæ regno sibi dotali donauit: isquè ad eum primus Aragonum rex factus. Rodericus Toletanus libro quinto rerum Hispanicarum, cap. ultimo.





LIBRI SECVNDI
TITVLORVM
DISPOSITIO.




i. Enim



ii. Vt






Voluminis Decimioctavi

Liber II.

DE IUSTITIA DISTRIBUTIVA FIDA, ſiue de FIDE, erga quoscuque.

IUSTITIA in primis digni & indigni rationem habet, in Rebus ſimul, quæ tribuuntur, & in Perſonis, quibus tribuuntur, tum in Diſtributione ſimplici, tum in eiufdẽ Correctione: dat dignis digna, indignis non dat. Ad utramq; actionem præſtandam animi integritas requiritur, quam FIDEM appellare poſſumus, quæ fundamentum eſt Iuſtitia. Niſi enim internus iſte habitus in animo inſit, quamuis actiones ſpeciem Iuſtitia præ ſe ferant, nemo tamẽ iuſtus uel eſſe, uel dici poterit. Fidei autem appellatione Paſſiue utimur, pro tali mentis diſpoſitione, cui merito ab omnib. fidi queat: quæ in homine iuſto, actu reperitur. Actiue enim Fides præconceptam quandam Iuſtitia opinionem denotat, quæ facit, ut alter alteri ob iuſtitiam fidat. Iuſti certè hominis eſt, talem ſeſe & uoluntate, & dictis atque factis gerere, ut integrè & ſincerè cum quibuslibet egiſſe uideatur. Nam ut interdum illi, quibuſcum uerſatur, indigni ſint erga quos fidelem ſeſe præſtet: ipſe tamen indignus, qui fidem frangat. Eſt uero in utraque Iuſtitia ſpecie Fides ſeſe exerit, eximiè tamen in Diſtributione Iuſtitia conſpicitur, ſecundum Geometricam proportionem unicuique id, quod ſuum eſt, pro cuiuſque dignitate, tribuẽs: in Diſtributionem Fidam, Gratam, & Officioſam ſubdiuiſa, circa quaſcuque Perſonas uerſetur, publicas, priuatas: amicos, inimicos: notos, peregrinos: qualiacunque ea ſint quæ tribuuntur Bona, animi, corporis, aut fortunæ: quomodocunque tribuantur, contractu aperto uel tacito. Ariſt. in Ethicis *διανεμητικῆν* Iuſtitiam in iis bonis ſtatuit, *ὅσα μερίς ἀ τοῖς κοινῶν ὄσι ἐπι ἀντι πολιτίας*. Et rectè fanè. Nam ſub politica ſocietate, œconomica quoque comprehenditur: & ſi in perfectiſſima ſocietate *διανεμητικῆν* locum habet, locum etiam habebit in minus perfecta. Præterea cum bonum quò communius, eò diuinius exiſtat, *κατ' ἐξοχὴν* certè diſtributio in iis muneribus conſiſtet, quæ publicè à grata ciuitate, uirtutis ergò, ciuib. ſuis tribui conſueuerunt, in quocunque genere Reipublicæ.



FIDES SEV PIETAS ERGA PATRIAM, FORMALITER CONSIDERATA. Patria causa

ANIMI MALA SVBIRE. Nempe

VINDICTA ERGA PATRIAM OBLITERATIONE DEPOSITIONE.

ARISTIDES, cum multa pro patria gessisset, & ex ea tamen in exilium per invidiam missus esset: precatus est deos, ut Atheniensibus, quæcumq; cuperent, sic bene fausteq; evenirent. Quinciam cum Xerxes numerosa classe Græcos peteret, quamvis exul consilio primum, deinde etiam auxilio Themistocli adfuit, & grande momentum ad celebrem illam victoriam Salaminiam attulit. Plut. in eius vita.

EPAMINONDA S propter invidiam, à Thebanis, DION à Syracusanis, civibus suis, ignominia notati, vindictam patriæ amori cõdonarunt. Probus in vita Epaminõde, & Diodorus libro 16.

PHOCION Atheniensis, Phoci filius, non tantum sæpè multumq; suam operam in bellis patriæ præstitit: sed cum ab ingrata patria morti adiudicatus, cicutam iam biberet, filio nunciari dixit, Ne ob patris mortem patriam odio haberet, sed ab omni ultione desisteret. Aelian. lib. 12. de Var. hist.

ALCIBIADES Atheniensis, quamvis exul, odium erga patriam deposuit, eiq; consuluit: dehortando Pharnabazum satrapam à proposito, qui CCC. naues Phœnicas Lacedæmonis contra Athenienses pugnantibus subsidio missurus erat. Diodorus lib. 13. Sic etiam, quum apud Argos flumen Lyfander constitisset bellum contra Athenienses diuissimè producere, quod sibi pecunia à Rege suppeditabatur: contra Atheniensibus exhaustis, præter arma & naues nihil supererat: Alcibiades ultrò ad Atheniensem venit exercitum; ibiq; præfente vulgo agere cepit, si uellent, se coacturum Lyfandrum dimicare, aut pacem petere. Etenim Lacedæmonios eò nolle configere classe, quod pedestribus copiis plus quam nauibus ualeret: sibi autem esse facile, Regem Thracum eò ducere, ut eos terra depelleret: quo factò, necessariò aut classe conficiendos, aut bellum componendos. Id est uerè dictum Philocles animaduertebat, tamen postulata facere noluit, quod sentiebat se, Alcibiades recepto, nullius momentu exercitum futurum. Probus in Alcibiade.

Mortuo Alexandro, Athenienses respirantes aliquantum, contra Macedonas denuò insurrexerunt. DEMOSTHENES ergo, qui in exilio erat, legatis Atheniensium allocians se, conatus eorum adiuuit, instititq; unà, quod ciuitates coniunctis uiribus Macedonas adirentur, & exigerent Græcia. Ergo populus sciuit Demostheni reditum. Miserunt Arginam ad eum triremem. Ex Piræeo scandens in urbem, uincula ciuitate, ut ne archon quidem uel sacerdos domi remaneret, obuiam effusa, lætis animis, classe ut quæpore eum ait Demetrius Magnæsius sublatis manibus gratulatum de illo die sibi, quod suus quam Alcibiadis præclarior foret reditus. Beneuolentia enim adductos, non compulso ab se ui ciues, se excipere. Plut. in Demosthene.

L. CAMILLVS patriæ suam exiliu condonauit, suamq; fidem in Gallis ex toto Romano agro eiciendis testatam fecit. Plut. in Camillo.

Cum P. RVTILIVM exulem amicum mōneret, parari ciuile bellum, unde reditum in patriam breui sperare possit: respondit ei, Quibus te in commo dis unquam affeci, quod mihi maiori acerbitate reditum in patriam, quam inde profectus sum, exoptare ostendis? Ciuium enim meorum quietem pluris, quam reditum meum facio: maloq; ut exilij mei eos pudeat, quam ut propter reditum meum patria destitiat. Fulg. lib. 5. cap. 6.

VICTOR Pisanus Senator illustis, ob egregiam uirtutem Ligustico bello, imperator rei maritimæ totius declaratus, Luciani Auricæ Genænsium ducis infidiis partim, partim præfectorum suorum quorundam ignauia, Pola uictus prælio est. Id Venetis senatus ad eò egre tulit, ut innocente in carcerem truserit, uinculisq; etiam uinxerit: quem tamen non multo post, exposcente id ipsum uniuersa ciuitate, inde exemit: paucorumq; Senatorum inuidia, ingratoque in illum animo factum excusans, pristinae suæ dignitati restituit. Cum solutus carcere domum rediret, nauarchus quidam ex plebe rei maritimæ peritia celebris, illiq; proximus, adhortatus eum dicitur, ut tanto populi fauore usus, illatam in Patres ulcisceretur iniuriam. Conuersus statim in illum, pugno genam percussit: illud in super addens, An ego patriæ decreta unquam cõtemserim? illius ulliusq; in me iniuriæ meminerim? Egnatius libro 2. capite 5. & libro 5. cap. 3. & 6.

VINDICTA PRIVATE DEPOSITIO. NE. Reconciliari inimicis propter patriam.

Sub Tit. Reconciliati: item, Clementia erga hostes & inimicos in Rep. exempla non pauca fidei erga patriam reperiuntur, eorum scilicet, qui publice utilitati priuatis inimicitias postposuerunt.

THEMISTOCLEM & ARISTIDEM uulgo commendati, qui, quoties in legatione uel in expeditionem proficiscerentur, deponebant ad fines similitatem: quam reuersi resumebant. Plut. in Præcept. polit.

THEMISTOCLES teneri ciues animaduertens Aristidis desiderio, metuq;, ne indignatione ille permotus conuerteret se ad regem; ac res Græciæ euerteret (quippe oppressus à Themistoclis factione ante bellum & pulsus in exilium fuerat) scripsit plebiscitum, permissi ad tempus exulantibus reditum in patriam, ut agant & consulant cum aliis ciuibus, quæ à Rep. Græciæ forent. Plut. in Themistocle.

CRETINA Magnæsius cum æmulus in repub. admittenda HERMIÆ esset uiri non multum pollentis, generosi tamen & celsi animi: ac bello exorto Mithridatico expostam cereret ciuitatem periculo, egit cum Hermia, ut summum magistratum caperet, remq; publicam regeret, successurum se de medio, quod si uellet, usipic imperaret, faceret ille: ne mutis certaminibus ciuitatem perditum irent. Placuit Hermiæ conditio: qui ostendens bellatorem Cretinam se meliorem esse, excessit cum coniuge & liberis urbe. Eam Cretinas profectus est, ac de suo necessaria largitus, quæ fugæ consulentiis quam obfessis erant commo diora: ciuitatibusq; saluberrimo imperio suo, quæ penè perierat, præter omnem expectationem tutatus est. Plut. in Præcept. polit.

L. MVRÆNA M. Catonem obiecto corpore suo, à Metelli armis Tribuni plebis in eum irati protegit, quamuis anno antè à Catone ambitus atq; largitionis accusatus, magno in discrimine salutis uersaretur, nisi eloquentia pater Cicero eum defendisset. Nam quamquam aliorum opera ulcisci se posse inimicum uidebat, patriæ tamen caritatem acceptarum iniuriam dolori prætulit, hostemq;, quod multo gloriosius censetur, laborantem seruauit. Fulg. lib. 4. cap. 1.

CONSPIRATIONE CVM PATRIÆ DEFENSORIBVS.

Cum circumuentos ad Salaminem Græcos animaduertisset nemo, ARISTIDES ab Aegina præcepit per mediam euentus hostilem classem contendit noctu ad tabernaculum Themistoclis; solique euocato, Nos iam, inquit, uana ista, Themistocle, si sapimus, & iuuenili deposita diffensione, salutate auspiciemur & bonum certamen, Græciam contententes conseruauerit imperator & dux, opera ego & consilio quando nunc unum te optima ratione, classe ut quamprimum deceremus in angustiis, intelligã consulere. Cum autem tibi relinqueretur socij, hostes uidentur opitulari. Pelagus undique & à tergo stratum hostili est classe, ut strenuos esse atque dimicare necessitas cogat uel inuitos, quod uia fugæ nulla pateat. Ad quæ Themistocles, Puderet me, inquit, Aristidè, si hac in re esses me potior: enitar autem cum præclaro principio luctando superare illud factis. Plutarchus in Aristide.

M. BRVTVS postquam armis Pompeij & Cæsaris atque imperij commotione diuisa resp. est, habebatur partes Iulianas secuturus. Nam pater eius antè fuerat per Cn. Pompeij bello Syllano Mutinæ interfectus. Verum quod resp. potius uellet, quam suæ rationem ducere, & Pompeij existimaret quam Cæsaris ad sumenda arma honestiorem causam esse, aggregauit se ad illum: licet antea occurrentem non saluasset Pompeium, pro piaculo habens interfectorem appellare parentis. At tunc ut patriæ duci submissi se ei, ac cum Seltio in Sicilia, qui eam prouinciã fuerat sortitus, legatus profectus est. Plut. in Bruto.

Bello ciuili Pompeiano contra Cæsarem CICERO licet diuersa scripserat & deliberauerat, erubuit tamen non censerit in numero eorum, qui pro patria se in periculum demiserunt. Venit in Macædoniam & TIGIVS Sextius ætate uir exacta, & altero cure claudus, quem ceteris ridentibus & illudentibus simul atq; conspexit cum Pompeio, assurrexit & occurrit ei, pro magno testimonio habens, quod uel ætate & uiribus impotentem secū mallent discrimen adire, quam securitatem amplecti. Plut. in Pompeio.

CONSTANTIA IN ADVERSIS.

TER. VARRONEM Patres collaudarunt, quod post Canenensem cladem, de salute patriæ non desperasset, sed rebus adhuc

adhuc strenuè gerendis ad esset, ducem se præbiturus acerrimum, uisurumq; legibus & ciuibus, quibus patriam se defendere confidere. Plut. in uita Fabij.

LEGVM NEGLECTV.

Apud Thebanos Bcoiaichæ primo mense, quem Bucation uocant, summo magistratu se abdicate ex lege solebant. EPAMINONDA S autem & PELOPIDAS post Leuctricam uictoria, uictoria utendum rati, in Laconiam iruerunt, & rebus maximis gestis domum reuersi, in iudicium capitis uocati sunt; quod quatuor menses magistratui adiecit. Verq; tamen noxæ fuit exemptus. Plut. in Pelopida.

THOMA Mocenico duce, Venetorum Ducarium incendio uehementer deformatum fuerat. Erat senatus consulto cautum, ne quis de ueteri Ducario diruendo sumtuosissime instaurando ad Patres referre auderet: multaq; ducatorum mille erario gata heic, qui contra decretum fecisset. Tum princeps publicum decus priuato commodo præferens, id animum in senatum attulisse dicitur: ac Patres rogasse, uellet iuberentq; ipsam informem Ducariæ sedis faciem sumtuosissimam, & ut è maiestate publica erui, instaurari. Triumui aduocatores quia contra senatus consultum id à principe factum constabat, ab eo multam petierunt. Ea Mocenicus nihil remissiore animo soluta, in suscepta actione tandiu perstitit, quoad priori decreto abrogato Patres Ducarium instaurandum censuerat; ita ueteri opere disiecto, sumtuosissimum aliud ceptum est ædificari. Sed eo nondum perfectò, princeps uita decessit. Sab. lib. 9. Dec. 2.

VOTO PIO.

Siculo DINOMENI, de filiis consulenti, fortem dedit Apollonem, tres tyrannide potuit. Cum hic subiecisset Dinomenes: Utinam ne impudè, domine Apollo: Er hoc, inquit, do tibi. Et quidem Gelon aqua intereunte laborans, Hieron calculo afflictus, tyrannidem tenuit: tertius Thrasylbulus, seditionibus & bellis non diu implicatus, regio fuit eiecitus. Plut. de Pythiæ oraculis.

Fun. CAMILLVS in exilium proficiscens, uersis ad Capitolium oculis, id unum precatus est, ne unquam ciuibus suis Camilli desiderium calamitas subsequens rescicaret. Liuius.

L. PAVLVS Aemilius cum paulo ante triumphu suum duos eximie spei filios amississet: id unum sibi in uotis esse dixit, ut suo priuato incommo do publicæ felicitatis inuidiam à Fortuna redimeret. Plut. in eius uita.

CORPORIS BONA CONTEMNERE, IMPNDERE.

Huc omnes ii, qui pro patria & sanitate, & ipsam uitam stocpendunt, Sic poeta L. Aemilium Paulum cof. ad Cannas celum animam magnæ prodigium uocat.

CORPORIS MALA SVBIRE, PERFERRE. V. G. Pro salute patriæ

HOSTIBVS IVGLANDVM SESE OBICERE, DEDERE.

Ex loco Fortitudinis Propulsantis & Tolentantis huc quedam.

Cum Spartani propter Darij legatos in puteum deiectos graui periclitia ex Thalybij herois ira premerentur, edictum publicum proposuerunt: Si quis Lacedæmoniorum uelit pro Sparta occumbere. Tunc SPERTHIVS Anestili, & BV LIS Nicolai filius (Plut. in Laconicis, Burin & Sperin legit) Spartate, & natalibus & opibus inter primos, ultrò se obtulerunt ad satisfaciendum sua pœna Xerxi Darij filio. Eos autem Xerxes re cognita interficere noluit, ne contra ius gentium delinqueret, sed domum incolumes remisit, neque tamen interim se culpa Spartanos soluturum affirmauit. Herodotus libro 7.

LEONIDES Spartanorum rex, dux CCC. ad Thermopylas, quamvis sciret ex oraculo simul & Megistia uatis prædicationibus, sibi illud ad interuentionem cum omnibus suis perendum, aut certe Spartam euertendam: patriæ incolumitati, suæq; gloriæ immortalis consulens, Græcos socios omnes dimisit, ipse cum suis remansit, solis Thebanis loco obfessis, & Thepseribus remanere se retentis. Pro patria mori non dubitauit, cui natus erat. Herod. lib. 7. & Aelianus libro 3. Variæ historiæ.

Thebanis cum focis quadripartito agmine in Laconiam irrumpentibus, regionè nomine Sciritam tenebat ISCHOLAS cum multis militibus præsidij causa. Is facinus planè heroicum designauit. Cum enim uideret omnes, qui se prælio crederent, propter hostium multitudinem occubituros: simul quidem deserere aciem in introitu constitutam, indignum esse Spartanæ ciuitate iudicabat: simul per magni in-

teresse ad utilitatem patriæ, milites incolumes saluosq; conseruari, ratus mirabiliter utriusque rationem habuit, & Leonidæ regis fortitudinem, quam aliquandò ad Thermopylas declarauerat, cum quadam emulatione representauit. Separatos enim iuniores, remisit Spartam, ut de summa rerum periclitanti patriæ adiumento essent. Ipse uerò cum ueteranis in acie perseuerans, cum plurimos hostium letho dedisset, circumdatus ab Arcadibus, & compræhensus in medio, cum omnibus interfectus est. Diod. lib. 15.

Cum undecimo die post pugnam ad Platæas feliciter gestam Græci obsiderent Thebas Theffalicas, eò quod à partibus Persarum cum Mardonio steterent, & in primis Attaginum & TIMEGENIDEM factionis Medicæ principes sibi dedisse postulasset: Timegenides, ne patria sui causa euerteretur, ultrò se obtulit, & Græcis traditus est: Attaginus clam ex urbe profugit. Herod. lib. 9.

RISACES equo, ut Sacæas conciuces suos liberaret, Darij exercitum, in desertas solitudines deductum, fame & siti confecit. Vide locum Stratagematum, Fame & siti hostem conficere. Polyænus lib. 7.

Vibe Roma à Gallis capta; SENES consulares & triumphales cum faterdõtib; qui in urbe remanserant, obfinito moriendi animo, eo quo olim habitu quicq; triumphasset, in suarum ædiu atriis triumphali sella, sub hostium ingressum, confedisse dicuntur. Sunt qui tradant, sese pro patria & Quiritibus deuouisse, quibus M. Fabius pontifex maximus præfatus sit carmen. Galli per Collinam portam ingressi, recta in forum contendere. Ibi oculos ad templa & arces circumferentes, quam solam armatis teneri uidebant, relicto hic præsidio, ne quis in se impetus fieret, cætera multitudo in prædam dilapsa est. Mirari primò, clausis plebeciorum domibus nobilium tantum atriâ parere. Maior itaque cunctatio tenuit aperta quam clausa inuadendi, ne qua fraude incauti exciperentur. Inde uiros in sellis fedentes intui, ac præter ornatum corporis, habitum quoque humano augustiorem admirantes, nouitate rei defixi, sedetium maiestatem contemplantur. Inde quum ad eos uelut decorum simulacra obuerti starent, M. Papyrius (Valerius C. Atulium legit) Galli sibi barbam demulcentis eburneo scipione caput percussit. Qua ille iniuria irritatus, sedentem ferro oppressit. Tum ab uno cæde orta, ceteri in suis sunt sellis trucidati. Euagatum inde ferrum per ignobilem multitudinem. His sine discrimine ferro absumtis aut præcipitatis, domus passim direpta, flammaq; rectis iniecta est: atque in hunc maximè modum Roma est à Gallis capta, anno V. C. 360. Sab. lib. 1. En. 4. & Val. lib. 3. cap. 2.

Carthaginienses multis fracti cladibus, M. ATTILIVM Regulum ducem Romanorum, quem paulo antè in potestatem suam redactum acerbè uexarant, solum uinculis, cæterisq; rebus instructum, ad suos ablegarunt, se æquam pacem & captiuorum commutationem illius intercessionem imperaturos fatis. Is uerò unà cum legatis Carthaginiensium Romanam profectus, & senatum ingressus, deferris solis consularibus honoris repudiavit, se ciuem esse negans, ex quo sibi Fortuna dominos Carthaginienses imposuisset. Patres conscriptos tamen monuit, ut pacem planè repudiarent, neque spem præberent hostibus iam ad desperationem redactis. Romani legationem Carthaginiensium rebus infectis dimiserunt: ipsum uerò per uim iis à quibus ducebatur, eripere uoluerunt. At ille negans sibi manendum in urbe, cuius ciuis patriis institutis non esset, lege belli seruire aliis coactus: ultrò Carthaginienses se quebatur, & lacrymis & lamentationibus suorum inuictò animo neglectis, Carthaginiem reuersus, præter cæteros cruciatus, domunculæ angustæ inclusus, quæ magnitudini corporis eius responderet intus crebris clauis ferreis transfixa, perit: cum nec immortis stare posset, & quieturus statu corporis utruq; inclinato, in ferreas cuspides incidere. Suidas & Polyænus lib. 8.

Cn. Pompeius in Siciliam missus à Sylla, cum Himenenses, qui in hostium partibus steterant, deliberatum haberet punire: STHENIS multitudinis dux postulata dicendi potestate, iniquè facturum Pompeium ait, si misso factò auctore, plesteret fontes. Querente Pompeio, Quemnam auctorem iactaret? semetipsum nominauit Sthenis, qui ciues sui studiosos induxisset, alienos cõegisset. Delectatus libera illius oratione & sidentia Pompeius, huic primum, deinde alios omnes crimine liberauit. Plut. in Pompeio.

Capuani & Beneuentani ab Adelgiso Azarenorum Longobardiam infestatum Soldano diu obfessi, per LEGATVM opem Basilij Constantinopolitani Imperat. implorauerunt Soldanus legatum ex itinere redeuntem caput: lectisq; literis edoctus, quæ Basiliius promiserat, iussit legatum ciuibus suis, si uiteret modò uelit, contraria nunciare: Basilium scilicet confederationem recusare. Ductus legatus ante moenia urbis, stans clara uoce, legationem se absoluisse, & tenturum auxilium pronunciauit, popularibus suis audiens.

tibus. Soldanus legato sexcentis confosso ictibus, quod ab illo deceptus esset, relicta obfisione discessit. Cusp. in Basilio, ex Zonara, & Cedreno.

Post Cresciacensem uictoriam Anglorum rex Eduardus III. Iitium (hodie Calitium dicitur) XI. iam mensē obfidebat. Iratus ab longinqua obfisione, suisq; apud eos contemptione, uictor graues conditiones imponebat: nisi omnia ferro igniq; miseri uellent, sex ciuitatis primores ad supplicium producerentur: ceteri oppidani cum singulis abirent uectimentis. Cū in SENATV ciuitatis inter necessitatē indignitatēq; animi accipies distinerentur, silentiumq; & corpor ceteros defixisset: qui eorum primus sedebat, surrexit: seq; in hostium offerre, ac patrie uitam condonare professus, emulationem pietatis reliquis iniecit. Ita surrexit secundus, & deinceps ceteri: quoad iustus numerus est effectus optatam pro communi salute deuouentium. Sua eos pietas numerq; seruauit, placabilemq; regem uel sua regiaq; natura, uel fortuna praeuit. Acmilus lib. 9.

TMVLARI VVVV.

Ea tempestate qua Carthagenenses pleraque Aphricae imperabant, Cyrenenses in multa celebritate & opulencia erant. Ibi cum una arenosa terrae facies inter utrosq; fines iaceret, quae nullum discrimen faceret, post longum certamen, legionibusq; & clastibus utrinq; suis, fugatisq; amborum ciuitatum rebus ob id certamē afflitis, ueriti duo populi ne mox uictos uictoresq; fessos nonus aliquis aggrediretur hostis, ita inter se pacti dicuntur, ut certo die legati domo proficerentur, ac quo in loco sibi obuii fuissent, id utriusque populi confinium haberetur. Duo fratres ex Carthagine missi, quibus PHILENIS nomen erat, hi maturare iter. Cyrenenses & ipsi domo profecti minus libe. confecerant: socordia, an casu aliquo tardati, non traditur. Hi postquam posteriores se uiderunt, & ob rem parum utiliter nauatam domi poenas metuerent, criminari Carthagenenses, quod praematurē iter occupassent, turbare foedus, omniaque prius malebant, quam pro uictis abire. Demum Cyrenenses conditionem Philenis fratribus deserunt, ut uel illi in finibus quos suo populo peterent, uiuos sese obrui parerentur, uel eadem conditione liceret sibi quod uellet suos fines promouere. Phileai optione probata uitam patriae condonarunt, sedque uiuos ibidem obrui passi sunt. Carthagenenses ut in omne aeternum facti memoria prorogaretur, Philenis fratribus, ubi sepulti fuerant, duas consecrauerunt aras. Sunt & alij eorum memoriae honores decreti. Sab. lib. 2. En. 6. Val. Max. lib. 3. cap. 5.

IMMOLARI.

Narrant MACARIAM Herculis filiam fuisse, de qua praedictum erat oraculo, ut se ultro morti obiceret: sic enim Athenas fore liberabatur ab incursione Eurythi, si quis Heraclidarum se sponte offerret ad necem. Itaque Hercules defuncto, cum Eurythius illius liberis insisteret, atq; illi ad Misericordiae aram confugissent, Athenienses recusantes eos in hostium manus tradere, cum Eurythio bellum susceperunt. Porro edicto oraculo, futurum ut Athenienses ab Eurythi incursione liberarentur, si quis de liberis Herculis semet infers deuoueret, Macaria se spontanea morti obtulit. Quo facto congressi cum hostibus Athenienses uictoriam reportarunt, cum aliis quam plurimis interfecisset, tum Eurythio ipso, ab Hylo, siue Iolao Herculis filio, perempto, cuius caput amputatum ad Almenam detulit. Illa defuncti oculos effudit. Ceterum Athenienses Macariae tumulum floribus & coronis decorantes, dicebant: *Βάσις ἐστὶν ἡρώδης*: id est, Morte in Macariam. Hinc igitur ortum adagij. Erasim. in Adag.

IMPRECARI SIBI DIRA.

Fur. CAMILLVS Dictator captis Veis urbe potentiss. Hetruriae, patri inermibus imperauit. Ferunt eum directam urbē ex arce, praedamq; maiorē opinione intuitum, obortis lacrymis deos precatum, ut si maior fortuna populi Romani uideretur, quam quae sine clade aliqua posset corrigi, quicquid incommodi ex ea inuidia Romano nomini immineret, id totum in suum caput uerterent: secundumq; eam precationem offenso pede concidisse. Quod omen ad ipsius exilium pertinuisse postea creditum est. Sab. lib. 9. En. 3. ex Plut. & Luito lib. 1. Dec. 1. Val. Max. lib. 1. de Ominibus.

NAVIGATIONIS PERICVLVM ADIRE.

Quum ingens rei frumentariae Romae esset penuria, CN. POMPEIVS titulo quidem annonae procurator, re autem uera maris terraeq; dominus declaratus, in Africam, Sardiniam ac Siciliam nauigauit: multaq; frumenti uel collecta, propebat ire Romam. Verum cum ingenti tempestate oborta naucleri derelectarent nauigationem, ipse primus nauem ingressus, iussit anchoras tolli, clamans: *Vt nauigemus urget necessitas, ut uiuamus non urget.* Significans, patriae periclitantis habendam rationem potius, quam priuatae inco-

lunitatis. Siquidem reipub. subleuanda curis immoti pulcrum est: at patriam in extremo discrimine nostra cessatio ne deserui, turpissimum est. Plut. in Rom. Apoph.

CONTRA HOSTEM PVGNARE.

DAVID nondum ex ephebis egressus, non solum pro patria, sed pro uniuersa gente, etiam amicis dissuadentibus, imo deterritis, Philistaeo immanis staturae uiro sese obtulit, cum quo iudaeorum nemo audebat ex prouocatione congressi. Subiit id certamen adulescens certo consilio, ut pro suorum salute aut caderet, aut pestem illam immanem tolleret. Stetit pro tanta pietate in eo non tam robur corporis, quam caeli prouidentia: uicit, qui alioqui utendus fuit: & qui casurus descendit in certamen, uictor ad regium est fatigium seruatus. Sabellicus libro octauo, capite. & Egnatius lib. 3. cap. 6.

Cum Methonem & Olythum Philippus obsidere intendere, magna; ut contenderet Sandanu fluium superare: a ciue Olythum ASTERE nomine oculi eius sagitta ictus est: cum dixisset ille, Aster Philippo lethale telum mittit. Qui retro ad suos transfugatus fuit. Auctor Callisthenes libro 3. rerum Macedonicarum. Plutarchus de Graecorum & Romanorum compar.

Porfenna Tuscorum rex trans Tyberim agmine ducto arma intulit Romanis: interceptaq; quae Romanis aduehebatur, annona, pressit eos fame. A HORATIUS Cocles dux creta pontem publicum infedit, agmenq; barbarorum, quod tendebat transire, repressit. Cum premeretur ab hostibus, militibus, quos secum habebat, imperauit, ut pontem interumperent, manuiq; hostium transfugum argentum obtulit. Ceterum cum telo esset oculus eius uulneratus, abiecit se in amne, atq; ad suos enatauit. Hoc Theotimus lib. 2. rerum Italicarum. Plut. de Graecor. & Rom. comparat.

TRIGEMINI Romanorum Horatii, totidemq; Albanorum Curiatij, paucorum sanguine pacem inter Romanos Albanosq; & patriae imperium, uero tamen sanguine & uita, reconciliarunt. Luitius lib. 1. Dec. 1.

LIV N. Brutus, primus consul post exactos reges, neq; filiis in coniuratione deprehensis, neq; sibi ipsi pepercit, dum studio tuenda patriae, quam Tarquinij manibus uindicauerat, collatis hastis cum Arunte Superbi filio congressus est: ubi ambo mutuis uulneribus ceciderunt, sed diuerso nomine. Laudatus enim est Brutus, ut optimus ciuis, & bene de patriae meritis: ille, ut fortis hostis. Plinius lib. de Viris illustribus, & Val. lib. 5. cap. 6.

Bello Clodiano Veneti ad clam emittendam classem pecunia opus habebant: eamq; a ciuibus patriciatus spe allectis collegerunt. Tradunt MATHVM quendam Faeolum, municipem Clodiensem (is capta a Genuensibus patria cum liberis Venetias se contulerat) in curia profectum, amississe se fortunam omnes, quae multorum milium auroeum numerum summam exaequassent: quod si ad eam diem salua essent, libens pro salute patriae eas in medium contulisset: uerum superesse adhuc sibi & filiis duobus uitam, quam se patriae ac Patribus elargiri pronunciauit. Venerunt igitur terra mariq; suo munere: paratos esse se illud unum, quod sibi reliquum fortuna fecisset, pro publica salute effundere. Sab. lib. 6. Dec. 2.

ANDREAS Contarens dux Venetorum iam octogenarius, Clodiam a Liguribus captam media hunc obsecit, & tandem expugnauit. Nec metas, nec temporis difficultas animum illius a patriae defensione auertere potuerunt. Egnat. lib. 5. cap. 6.

ORDELA PHVS Faletrus dux Venetorum, non defuerat principatus sui initio Christianis reb. in Syria laborantibus: Patruinus memorabili praelio uicerat ad Bebiam turrim, sed & ipsum Illyrium omne Veneto imperio sua uirtute adiecit: atque postremo, ne patriae suae unquam decesset, in ipsa acie fortiter pugnans, pro laderae moenibus aduersus Pannonas mortem oppetiit. Egnat. lib. 5. cap. 6.

CONTRA BELLVVS PVGNARE.

THESEVS, quamuis Aegeli Athenarum regis (aut, ut placet Ciceroni & Plutarcho, Neptuni) esset filius, non grauius est tamen sese extra sortem offerre in tributi partem Minotauro mittendi, spe certa illius quacunq; ratione conscienti. Plut. in Theseo. Catullus:

Ipsē suum Theseus pro caris corpus Athenis Projicere optauit, potius quam talia Cretam Funera Fortipis, ac funera portarentur.

FORTVITA BONA PATRIAE IMPENDERE. Videlicet

OPE.

ALCMEONIDE Athenienses, profugi patriae, propter Phistridas

Atidas, ut patriam liberarent Phistridarum tyrannide, Delphicum templum suis sumptibus extruxerunt. Herodotus libro quinto.

De bello, quo de tota Graecia Xerxes intulerat, cum Aristidi, Graecorum omnium nomine consulenti, Delphicum respondisset oraculum, ut in facris Eleusine Cereri campis dimicaret: neque alibi locus esset ullus Cereri Eleusina, nisi in Atheniensis agro facer: nemini dubium erat, quin iuxta oraculum, in Atheniensem agrum redeundum foret: quod si fieret, gerendi belli rationibus uehementer id aduersari putabatur. Itaque PLATENSIS, in quorum agro Graecorum tunc castra erant, ne ab eo loco exercitus cederet, quod agri inter urbem suam Athenasq; possidebant, Atheniensibus donarunt. Plutarchus.

Cum secundo Punico bello exhaustum aerarium, ne deorum quidem cultui sufficeret: PVBLICANI ultra aditos censore horati sunt, ut omnia sic locarent, tanquam Respublica pecunia abundaret: seque praestituros cuncta, nec ullum afsem nisi bello confecto petituros polliciti sunt. Valerius Maximus lib. 5. cap. 6.

Apud Romanos DOMINI eorum seruorum, quos Sempronius Graecus ob insignem pugnam Beneuenti manuifera, precia ab imperatore exigere superferderunt: in castris etiam non eque, non centurio stipendium sibi dari deside rauit. VI RI ac FEMINA Romanae, qui quid auri argentine habuerunt, item PVERI insignia ingenuitatis, ad sustendam temporis difficultatem contulerunt: ac neque beneficio Senatus, qui muneribus his sanctos tributi onere liberauerat, quisquam uti uoluit, sed insuper id omnes promissis animis praestiterunt. Non ignorabant enim, captis Veis, cum decimarum nomine, quas Camillus uouerat, auram Apollini Delphico mitti oportere, neque emendi eius facultas esset, matronas ROMANAS ornamenta sua in aerarium retulisse. Similiterque audierant, mille pondo auri, quae Gallis pro obfisione Capitolij promissa debebantur, eorum cultu explera. Itaque & proprio ingenio & exemplo uetustatis admoniti, nulla sibi in re cessandum existimauerunt. Alex.

De ROMANIS matronis ita Silius lib. 12.

Sed enim non femina cessit Mente aequare uiros, & laudis poscere partem: Omnis praese portans capitisq; manuq; Antiquum decus, ac directae monilia collo, Certatim matrona ruit, belloq; ministrant.

Ligustico bello, dum Contarens dux ad Clodiam expugnandam contendere uellet, quam Genuensibus hostis expugnata obtinebat, non parua ciuium VENETORVM copia magnam uim auri argentique in publicum contulit: ad aliosque bellicos usus omnes se paratos obtulerunt, ut Veneta dignitas atque libertas staret. Eorum magnam partem, post pacem initam, patricio donauit ordine Senatus: & in his Iacobum Caballum, qui terrestri bello ea ferē tempestate summa sua cum fide & laude praefuerat. Egnatius libro quarto, capite octauo.

MICHAEL Maurocenus ex Syria, ubi amplissimas opes compararat, in Rhodo insulam appellens, ubi accepit Venetorum Genuens bello, Clodia amissa, in summo positos esse discrimine, neque ullam eius seruandae spem superesse, multis adhortantibus ut diuenditis mercibus & thesauro confesto, aliō se reciperet: Egōne, inquit, tam graue facinus & scelus hoc tempore ausim, ut laboranti tam grauius patriae desim? Quin diuendam omnia, & quicquid inde confluere pecuniae, id totum in patriae salutem impendam. Ergo ubi Venetias uenit, in curia pecuniis omnibus profusus, merito Andrea Contareno duci subrogatus est: sed intra menses quatuor obiit. Egnatius lib. 6. cap. 5.

HONOREM, DIGNITATEM.

ATHENIENSES studio conseruanda Graeciae, imperij clasfis, quod sibi iure debebatur, Laconibus permiserunt, sociis ita uolentibus, ne seditio aliqua oriretur, cum ad Artemisium cum CCLXXI. nauibus, contra Xerxis innumerabilem classem pugnaturi essent. Herodotus lib. 7.

TYRANNIDEM SPERNERE, NON INVADERE.

Laudibus fertur Anaphlystius EVBVLVS, quod cum fide & opibus si quis alius polleat, non ingesserit se bello Graeco, neque ad imperium aspirauerit: sed cura suscepta ararum, ue sigalia publica amplificauerit, multumq; reipub. hac parte commodauerit. Plut. in Praeceptis politicis.

GENITIO Cippo praetori paludato portam egredienti, noui & inauditi generis prodigium incidit. Namque in capite eius subitō ueluti cornua emeruerunt. Responsumq; est, eum regem fore, si in urbem reuertisset. Quod ne accideret, uoluntariam ac perpetuam sibi in dixit exilium. Dignā pietatem, quae quoad ad solidam gloriam attinet, septem re-

gibus praefertur: culus testandae rei gratia capitis effigies aerea portae, qua excefferat, in clusa est: dictaque Rauduculana, quod olim Rauda ara dicebatur. Valerius Maximus libro 5. cap. 6.

CN. POMPEII praestantissimum factum putat Dion lib. 37. ex Oriente tantus rediens, Brundisij ipse iniussus copias omnes dimiserit, nec tyrannidem arripuerit. Vide Tit. Amicitiae politicae prudenter consulere, conseruando.

REGNO, IMPERIO, MAGISTRATV CEDERE.

PITTA CVS, cuius aut meritis tantum ciues debuerunt, aut moribus crediderunt, ut suis suffragiis tyrannidem ei deserent, tamdiu illud imperium sustinuit, quam diu bellum de Sigaeo cum Atheniensibus gerendum fuit. Postquam autē pax uictoria parta est, continuo reclamantibus Mitylenais depouit, ne dominus ciuium ultra, quam Reipublicae necessitas exigeret, permaneret. Atque etiam cum recuperati agri dimidia pars consensu omnium offerretur, auerit animum ab eo munere: deforme iudicans, uirtutis gloriae magnitudine praedae minuire. Valerius Maximus lib. 6. cap. 5.

ZENO Constantinopolitanus Imperator, cum apud Chalcedonem bellum gereret, ut accepit ab Verina socru fratrem Basiliscum Imperatorem esse creatum, etiam permulsi ut Constantinopolim redire hortaretur, spe data armis in imperium rediturum (quia ea res permulsi in urbe molesta acciderat, sumtuos se pro eo arma pollicebantur) patriae caritate motus, cuius quietem imperio potiorē ducebat, respondit: Nolle ut sui gratia inter ciues arma moueretur. Atque ut omnes suspicione liberaret, in Laurium se recepit. Unde haud multo post depulso Basilisco, populus cum reuocauit, atque imperio restituit. Fulgofus, & Egnatius libro quinto, cap. 6.

LYSIADES uel Lydiades Megalopolitanus, suae ipsius patriae tyrannus, sermonibus falsis & uanis, qui de tyrannide ut re beata & mirifica referebantur, factus est. Ast ubi tyrannidem parauit, breui molestiarum, quas trahit secum dominatus, peractas, cum suspiceret & timeret insidias tendentem Aratum, eo accito depouit dominationem, contribuitque ciuitatem suam Achais. Plutarchus in Arato, & Pausanias in Arcadicis.

Abdicauerat sese ducatu in Venetis IOANNES Particiatus. Conseruata dein ciuitate Candiani ducis casu, qui in Naretanis cum tota classe uictus mortem occubuit, populi rogatu, tantisper dum nouus princeps crearetur, honoris insignia recepit, ne quam interim cladem adiret respublica: exercitūque hortatu & praesentia sua ciues morore affectos, Mox uerō ubi nouus est dux in demortui locum successus, uerō sese in ordinem redegit: docuitque praeclearē, ut prodesse possis tuis, nō praesēte, publicos honores expeti oportere. Sabellicus lib. 8. cap. 2.

Ianus Fregofus studio atque opibus Iulij II. pontificis Hieronymum Fliscum, Gallicis studium rebus, quum exiret de curia, per propinquos suos sanguinarios homines singulari crudelitate truci darat, & patriae principatum adeptus fuerat. Sed non multo post Flisci Adurniorum factione adiuti Fregofus urbe pellunt. Antoniotus Adurnus Ligurij princeps creatur. Victis autem ad Nouariam Heluenorum uirtute Gallis, Hispanis, annitente Leone X. pontifice, Octauia num Fregofus Genuum reducere. HIERONYMVS, & Orthobonus Adurnij fratres desperatis Gallorum auxiliis, profecti in concione se publicam ciuium salutem principatu & patriis penatibus cariorē habituros, eo animo, ut patriam omni tumultu belliq; periculo liberarent, postis armis, ab Genua discesserunt, quum alterum tantum atq; uigessimum diem dominatus tenuissent: tanta quidem cum laude, ut magna pars Senatus, abeuntibus gratias ageret, & plerique honesti amantesque patriae ciues, nusquam obfrepente populo, uel natura insolenti & factioso, eos ferē cum lacrymis ad multum spacium prosequerentur: Flisciq; eodem consilio, sed aequioribus animis, quod principatus fortunam inueterata consuetudine solis Gibellinis attribuit tam minimē respicerent, & fraternae cadis iniuriam probē uindicassent, in castella sua profecti sunt. Eo modo Fregofus pacato agmine in urbem receptus, & a populo dux & princeps est appellatus. Louius lib. II. Hist. in Leone X.

AMICITIAS SPERNERE.

Cum Lacedaemonij Xerxis caduceatorem interemisissent, grauiq; peste laborarent, ut pro caede uiolatoq; iure gentium Xerxi satisfacerent, edixerunt, An quis pro patria mori uellet. SPERTHIVS & BVLS Lacedaemonij, in Peridem ad Xerxem profecti ad corrigendam caduceatoris eadem morituros se obtulerunt. Eam rem plurimum miratus Xerxes, nō solum iniuriae satisfactionē cum uita dono eis dedit, uerum ingentibus quoq; promissis apud se eos retinere cōtentum. Cui uterq; rādit in hęc uerba: Quā rem arbitraris, o rex, r r r 4. tanti

tanti apud nos esse posse, ut à patria nos separet, cuius gratia tam longum iter emensi, vitam ipsam effundere uoluimus? Fulg. lib. 5. c. 6. ex Herod. lib. 7.

HIPPOCRATES Cous medicus intantum Græciæ amator fuit, ut cum ipsius nominis celebritas usq; ad Persas diuulgaretur, atq; ea gratia ab Artaxerxe per Histandem Helleponti præfectum, magnis muneribus & precibus ut ad ipsum ueniret inuiteretur, ob honestatem, argentiq; contemptum, de Græciæ amore, regi id denegarit, quemadmodum & hoc ex epistola eius ad illum manifestè ostenditur. Soranus Cous in eius uita.

AGESILAVS Lacedæmonius, quo nullus Græcorum ducum maiorem ex re bellica laudem reportauit, quicquid sibi gratiæ ab externis gentibus, aut à ciuibus debebatur, id omne in patriæ, quæ illi carissima fuit, usum & ornatum uertitisse dicitur. Itaq; cum rex Persarum de contrahenda amicitia legatos ad eum misisset, respondit: fieri non posse ut sua priuatiu amicitia frueretur. Si Lacedæmonis communiter omnibus amicus fieret, se quoq; in amicitia uenturum, inquit: quandoquidem in omnibus etiam ipse locum habere. Aelianus de Var. hist. lib. 10. & Plut. in Laconicis.

THEMISTOCLES Simonidi aliquid parum æqui flagitanti: Neq; tu poeta, inquit, bonus, si præter modos canas: neque ego, si præter leges iudicem, magistratus sim probatus. Atqui non ob pedis cum lyra inconuenientiam, ut Plato dixit, ciuitatis à ciuitatibus, amici ab amicis distantes grauiissimas clades inferunt inuicem & accipiunt, uerum propter leges & ius uiolatū. Attamē sunt aliqui, qui numeros, lineas, & modos seruant præcis: ipsi ab aliis in magistratibus, in iudiciis & rerum actibus postulant, ut quod rectum est, postmittant. Plut. de Nimia uerecundia.

TIMOTHEVS Cononis F. cum Athenis adolescentulus caui fam diceret, non solum amici priuatiq; hospites ad eum de fenden dum conuenerunt, sed etiam in eis Iason Thesalorum tyrannus, qui illo tempore fuit omnium potētissimus. Hic cum in patria sine satellitibus se tutum nō arbitraretur, Athenas sine ullo præsidio uenit: tantiq; hospitem fecit, ut mallet, se capitis periculum adire, quam Timotheo de fama dimicanti deesse. Hunc aduersus tamen Timotheus postea populi iussu bellum gessit: patriæ enim sanctiora iura, quā hospiti esse duxit. Probus in Timotheo.

C. FABRICIVS missus ad Pyrrhum legatus de redimendis captiuis, ut patriæ desereret, magnis pollicitationib; ab eo suu fra inuitatus est. Liuius lib. 14. & Platina lib. 2. de Opt. ciuic.

Cn. Pompeius, existimans nisi sibi Catonem coniunxisset, non parum sibi fore cum obsequio, familiarē eius acceperat. Munatium, atq; ex duabus Catonis fratris & sororis filiabus, nubilibus maiorem sibi uxorem, filio minore petiit. Aliqui non sororis filiarum autumant illum, sed suarū nuptias am biniisse. Quod ubi reulit Munatius Catoni, eiusq; coniugi & sororibus, affinitas mulieribus, in magnitudine & dignitate illius oculos conuenientibus placuit mirificè. uerum M. CATO nihil moratus, neq; deliberatione habita, sed ipse statim respondit: I Munati, & Pompeio renuncia, itretur Catonem non posse per feminas: amplecti me bene uolentiam eius, ac rectè agenti amicitiam præstiturum omni non firmiorem necessitu dinc: uerum obfides aduersus patriam non datum Pompeij gloriæ. Momordit hoc mulieres, & amici reprehenderunt Catonis ut inuicem & superbum responsum. Post tamē Pompeius, cum consulatū amico quidam quæreret, pronunciauit in tribus pecuniam, eratq; in ore omnium illa largitio, quod in horis eius pecunia numeraretur. Docuit ergo mulieres Cato: si conglutinarus cū Pompeio fuisset propinquitatē, necesse fore, ut in harum rerum ueniret societatē, isq; aspergeretur. Quæ fatebatur, consuluisset ipsum rectius, q̄ Pompeium repudiasset. Quod si existimandum ex euentu est, in totum apparet errasse Catonem: qui affinitatem hanc non inierit, sed permisit illū deuoletū ad Cæsarem, & conciliare nuptias, quæ Pompeij & Cæsaris opes in unum contrahentes penè euerterunt Romanum imperium, rempub. certè extinxerit: quorum fortas se accidisset nihil, nisi leuia ueritus Pompeij offensā Cato, in maximis conuulisset, ut adiungeret se aliorum potentia. Plut. in Catone, & Pompeio.

Mithridates rex Ponti ad Lycum amnem cum Romanis equè stri prælio congressus egregiè uicit. Capiens est ea pugna POMPOIVS uir impiger, qui pluribus uulneribus confossus, & ad regis cōspectum perductus; ab eo rogatus est: An si diligenter suo iussu curatus esset, sibi uellet amicus fieri? Cuius uocem inuictumq; animum miratus Mithridates, omnē ab eo iniuriam abstulit: Sabell. lib. 4. Enn. 6.

SERTORIUS Mithridatis amicitiam, quod Romanæ reip: cuius tamen ipse tunc hostis erat, suspecta foret, repudiā uit. Plut. in eius uita.

Consultabat in cœtu procerū Cn. Pompeius, quod se post cladem Pharsalicam ad reparandas uires conferret. Referrebat ad eos de Parthica fuga, quod Parthi ueteres Romanorum hostes libenter sint quemcunq; Romanum ducem aduersus Romanas uires adiuturi. At summa in patriam pietate ea est à principibus uiris refutata sententia, ut Cæsarianos in consilio dixisset, non Pōpeianos sedere. Inter quos LENTIVS illa censuit, quæ uerbis est postea Lucanus periequitus: se non commissurum, ut ciuium dissensionibus, peregrini se & barbari admiscerent: nec passurum, ut clarissimus Romanus sanguis Parthico telo effunderetur. Se quidem & Pompeianum, & uictum, Cæsarem odisse hostem uictorem: sed non tamen eō animorum & contentionis infansia euectum, ut perire Cæsarem uelit manu Parthorum. Quod si in Pharsalica acie de ciuili bello esset actum, & cōsumis alterius partis uiribus secundum Cæsarem dii pronunciaissent, iret sanè uictor ad Parthos. Cæsare quidem, inquit, uictū, reum, fordidatū ex uinculis causam dicentem & uidere cupio, & usurū me de benignitate deūmi spero: sed certè de Parthis triumphatū lætissimum spectarem. Sic ille: cui reliquū est concilium gestu & uocib; assensum. Quis nō miretur constitisse uictis, deicctis & tanta dignitate, moestis, afflictis, perditis, uel ad intendum uerū honestumq; mentem ac iudicium, uel ad ea sequēda temperamenta doloris? Sed oia & animorū magnitudo facillè regebat, & uincēbat patriæ caritas. L. Viues de Concord. & discord. lib. 3.

DE FORTVITA MALA PRO PATRIA

SVBIRE, PERFERRE.

PVTA

DE MVLTAM, DEPENDENDO.

THOMAS Mocenicus dux Venetorum, mille aureorū multā, ob patriæ dignitatem conseruandam, depēdit. Vide supra, Legum neglectus.

DE IGNOMINIAM, DEDECVS

SVBENDO.

Lucretius CATVLVS collega Marij, ad Athesim contra Cimbro castra posuerat. Quorum audacia percussis pleriq; milites magna castra deseruerunt, ac signa reliquere. Hic demō strauit Catulus, ut bono & consummato imperatori conuenit, ciuium gloriæ suam possidere. Nam cum siltire nullis admonitionibus ualeret militū fugam, se prætrepi dē cerneret eos se recipere: aequilam tolli iussit, cursuq; ad primū agmen contendit ab euntium, ducemq; se præbuit: quod suū faceret, non patriæ maculam: neq; fugere, sed sequentes du cem uiderentur abire. Barbari autem præsidium trans Athesim adorti ceperunt: militesq; qui impositi fuerant, cū gessissent se fortissimè, atq; ex dignitate patriæ decertassent, re uerit uirtutem eorum datis induciis dimiserunt, aneū tantum iurati: quem post sub pugnam captum in domū Cau li ferunt tanquam uictoria primicias delatum fuisse. Agrū præsidio destitutum latè uastauerunt. Plut. in Mario.

DE DIGNITATIS IMMVTIONEM

PERENDO.

ARATVS Sicyonius cum patriam suam à Nicolis tyrannide liberasset, eamq; coniunxisset Achæis, equo merens à magistratibus obedientia causa delatus est: quod quamuis tantas accessiones reip. dedisset, obsequentem tamen se, ut gregarius aliquis, exhiberet pratori anhuo Achæorū, quicumque is, siue Dymæus, siue Tricentis, siue ex minore fortè oppido foret. Plut. in Arato.

DE LIBERORVM MORTEM, IACTVRAM, DEVOTIONEM.

Quodam tempore ingens annonæ caritas Atticā premere cepit. Consulta oracula cecinere, malorum finem non defuturum, nisi immolaretur puella. Tūc publico bono permotus LEOS quidam Orphei filius, sicuti nonnulli interpretatur, filias ciuitati immolandas exhibuit, Phasithean (siue ea sit Praxitheia, ut est apud Aelianum lib. 12. Var. hist.) Theopem, Eubulam. Athenarū urbs tanto beneficio, in opie nacta extitit, pietatē patris puellarū consecrationis honore putauit rependendā, strudo facello, quod ab ipsius nomine, necnō à puellis, quas Græci *ἱεραὶ* dicant, Leo corium est appellatū. Meminit Strabo, Thucydides, Cicero de Nat. deor. 3. Demō Athenes, Suidas. Cælius lib. 13. c. 7. A. L.

Cum **ERECHTHEVS** graui bello cum Eumolpo contendere, deorum responsis monitus est, uictoria de hoste potiturum, si propriam filiam immolasset. Patriæ igitur caritate incensus, uxori Praxitheæ rem communicauit, peractōq; sacrificio uictor euasit, se prius quā hoste, superato: paternum enim in filiam animum, caritatis in patriam magnitudine uicit. Fulg. lib. 5. c. 6. ex Plut. c. 40. Parall.

Olim Piræus insula fuit, unde etiā nomen accepit, à traicicidō scilicet: in cuius editissimo loco, Munychus, à se occupato, sanum Dianæ Munychiæ cōdidit. Quo in loco cum ur̄a extitisset,

extitisset, eamq; Athenienses occidissent, fames consecrata est. Cuius mali remedium fore oraculum prodidit, si quis deæ filiam suam immolasset. Solus autem EMBA RV S patris familiæ suæ perpetua illius sacrificij successione, filiam suam exornatam immolauit. Vnde pro uerbis extitit, Embarus sum: quod alij de prudentibus & cordatis, alij de deliris & infans usurpant. Suidas, & Plut. in Collectaneis.

HALIARTVM quidam ut scicitati agerem mederetur, ex oraculo, filium Lophin stricte gladio interfecit. Pausanias in Bœoticis.

ARISTODEMVS rex Messeniorum, ex pietate erga patriā, propriam filiam deuouit, immolandamq; obtulit, cum ex oraculo cognouisset, finem belli cum Lacedæmonis fore, si quis ex Aegyptio sanguine filiam sacrificaret. Pausanias in Messenicis.

AGESILAVS siue ANCHITHEA mater filium suum Pausaniam regem Spartanorum inedia consumendum suauit, q̄ Lauri talenta accepisset à Xerxe, ut Spartam proderet. Plut. in Pausania.

CYRTIAS, cū adesset ex Creta nūcius, decessū afferēs Acrotati nepotis ex filia: Debit ceret, inquit, ad hostes cum iret, uel ipse emori, uel contrucidare illos. Est uerò auditu mihi gratius occubuisse cum, ut me & uerū honra & maioribus est dignum, quā uiuere perpetuū imbellem. Plut. in Lacęnarum apophthegmatibus.

LAECANA quædam filios, quos habebat quinq; postea quā in bellum emiserat, ante suburbium stabat expectans, quis esset belli exitus. Ut accessit quispiam nunciatus, filios illius omnes occubuisse: Non istuc ait percontabar, ignauū mancipium, sed quid ageret patria. Is quum respōdisset, à patriā scilicet uictoriam: Libenter igitur, inquit, accipio filiorum interitum. Quædam alia cum filium in prælium misisset, & interfecturum audiisset: Idcirco, inquit, genueram, ut esset qui pro patriā mortem non dubitaret occumbere. Cicero lib. 1. Tusc. quest. Quædam alia filium ad se uenientem conspiciat, percontata est quid ageret patria? Is quum respondisset, Perire omnes: laterem coniecit in illa, occiditq; dicens: Te igitur nobis misere mali nuncium? Vita putauit indignum, qui cum suis perire non sustinisset. Idem.

IVNIVS BRVTVS duos filios adulescentes, q̄ post assertam libertatem competri suum consilium cum paucis cepisset, de urbe regibus tradenda, in cōspectu populi uirgis caesos, capitali affecit supplicio. Spectaculum memorabile, si hominum affectus, ut corpora, oculis cernerentur. Stabat hinc liberum caritas, inde patria: accusat hæc, illa excusat: expedit hæc fasces, illa impedit: trahit una fontēs ad supplicium, al tera retrahit. Vicit demū, quæ uincere debuit: cessit humanitas rationi, caritas iustitiæ; priuatus lucus publicæ salutis: secutusq; est Brutus, quod debuit, iustitia ducce. Sabellius lib. j. cap. 5. Liuius, Dionysius Halicæ. Florus lib. i. c. 9. Val. lib. 3. c. 8. August. de Ciuit. Dei, lib. 3. c. 16. Plut. in uitis, & Cleonymus lib. 9. rerum Ital.

ALCIVS TIBERONI prætorius dicenti, cum in capite picus confedisset, arup exq; affirmasset, conseruato eo, fore domus ipsius statum felicissimum, reip. miserum: occiso in contrarium utrunq; cessurum: euestigid picū moru suo in cōspectu senatus necauit. X VII militū familiā, eximia fortitudinis uiros, Cannensē prgio amisit. Repub. pro cedente tempore ad summum imperij fastigium excessit. Val. lib. 5. c. 6. Hunc Prætorum Plin. lib. 10. c. 18. L. Tuberonem uocat. Frontinus aut lib. 4. Stragematum, c. 5. Celsū, nōnulli Leliū. Sp. CASSIVS filium, qui Trib. plebis Agrariā legem primus tulerat, multisq; aliis rebus populariter animos hominum amore sui deuictos tenebat, postquam illum potestatē de posuit, adhibito propinquorum & amicorum consilio, affecti regni crimine domi damnauit, uerberibusq; affectum de Tarpeia rupe (qui mos tūc erat in Romanos animi ducerendi) præcipitare iussit, ac peculium eius Cereris consecrauit. Val. l. 5. c. 8. & Sab. l. 32. c. j. & lib. j. En. 3. ex Liu. l. 2. Dec. j. M. SC AV RV S, cum apud Athesim fl. imperu Cimbrorum Romani equites puls, deserto consule Catulo pauidi urbē re pederent: cōsternationis eorum participi filio suo misit, qui dicerent, Se libentius in acie eius interfecti ossibus occursum, quā ipsum tam deformis fugæ reum uisurum. Itaq; si quid modo reliquum in peccore uerecundiæ superesset, cōspectum degenerati patris uitaturum. Quo nuncio accepto, iuuenis coactus est fortius aduersus semetipsum gladio uti, quā aduersus hostes usus fuerat. Val. lib. 5. c. 8. & Plutarchus cap. 72. Parallelorum.

AVLVVS, uir Senatorij ordinis, filium iuuenē, & ingenio & literis & forma inter æquales nitentem, prauo consilio amicitiam Catilinæ secutum, inq; castra eius temerario impetu ruentem, in medio itinere abstractū, supplicio mortis affecit: præterus. Non se Catilinæ illū aduersus patriā, sed patriæ aduersus Catilinam genuit. Val. lib. 5. cap. 8.

PAVLVS Aemilius Cos. bello Macedonico summa felicitate confecto, tantam fortunæ prosperitatem suspectam habuit, ne graui aliqua calamitate publica commutaretur. At postea quam duos filios optima indolis, alterum quinque diebus ante triumphum suum, alterum triuio post amississet, ciuibus infortunium eius dolentibus in concionē prodit, & diis se gratias agere dixit, quod reip. salutem & inco lumitatem priuato suo naufragio redemissent & confirmasset. Plut. in Aemilio, & in Apoph.

Cum **C. MARIO** consuli aduersus Cymbros prouincia esset designata, in omnibus monitus est, de hostibus uictoriam reportaturum, si filiam Calphurniam sacrificasset. Id gessit eum, Dorotheus Græcus lib. 3. Italicarum rerum tradit. Cymbro rum quidem uictorem euasisse, nulli, qui eius gesta legerit, dubium est. Fulgofus libro 5. cap. 6. ex Plutarcho cap. 41. Parallelorum.

DE EXILLVM CAUSA PATRIÆ

PERFERENDO.

LYCVRGVS legislator rogaturus, ut aiunt, Apollinē de quibusdam reliquis legibus, iurciurando Lacedæmonias adegit, ne quæ ex iis quæ iam sanctæ essent abrogaret, donec rediisset. Qui cum iurasset, audito oraculo, felicem fore urbcm, si leges ipsius retineret: non reuertendum sibi censuit, conseruationem legum iurciurando sanctā ratus: & Cris tam digressus, sibi ipse manus attulit. Quo Lacedæmonij intellecto, cum ob superioris ætatis uirtutem, tum illo tempore ipsa morte comprobata, gdem illi dedicauerunt: araq; condita, quotannis ut heroi sacrificant. Suidas, ex Plutarchi Lyurgo.

PINDARVS Melanis filius, Halyattis Lydi ex filia nepos, suscepta Ephesiorum tyrannide, in supplicii sumendis asperum & inexorabilem se præbuit, in reliquis benignus ac sapiens uisus est: dignamq; curam adhibuit, ne in Barbarorum seruitutem patriā redigeretur. Cum Cræsus ipsius auunculus totam Ioniam subegisset, legationem ad Pindarum misit, Ephesos in suam potestatem tradi postulans. At cum nō permitteret, Cræsus urbem obfisione cinxit. Cum autem turris quædam subuersa cecidisset, quæ in posterum Proditrix appellata est, & præ oculis damnū cerneret: consilium dedit Ephesio Pindarus, ut ex portis & turribus funes ad columnas templi Veneris alligarent, ac urbem quasi anathema Veneri esse sicerent: per hæc securitatem Epheso præstans, & suauit, ut ipsi Lydum adirent, ac pacem expererent. Exponentibus igitur preces Ephesio, misit Cræsum aiunt: neq; moleste hoc industrium factum accepisse, & Ephesio concessisse libertatem: sed ea conditione atq; lege, ut Pindarus ciuitate excederet. Qui nihil contradixit: amicitias, qui secum discedere uellent, assumtis, filium & uniuersas substantias ciuitati commisit: & uni ex familiarib; Pastilium filij tutela, tum bonorum cura delegata, discessit in Peloponnesum, regium uiuendi splendorem cum ipontaneco exilio commutans, ne patria sub iugum Lydorum mit teretur. Aelianus de Varia historia lib. 3.

Cum Achæi duce Diæo Megalopolitano Lacedæmonis bellum illaturū essent (postquam Romani Perseum Macedonię regem uicerant) occasione prætexentes, sese otij & tranquillitatis publicæ hostibus, non Spartæ, bellum illaturus: & Diæus rogatus, Quinam illi essent? X. I V. OPTIMATVM nomina edidisset: Agasthenes persuasit illis primoribus, quos Diæus Achæis dedi postularat, ut uoluntario exilio belli in patriam constati incendium restingerent. futurum enim, ut primo quoq; tempore à Romanis restituerentur. Illi igitur exilij causa solum uerterunt, & absentes capitis à Spartanis damnaui, bellum à patria auerterunt. Pausanias in Achæis.

GENTIPIO Cippo prætorii paludato portam egredienti, noui & inauditi generis prodigium incidit. namque in capite eius subitò ueluti cornua emerferunt. Responsumque est, cum regem fore, si in urbem reuertisset. Quod ne accideret, uoluntarium ac perpetuum sibi met in dicit exilium. Dignā pietatem, quæ quod ad solidam gloriam attinet, septem regibus præferatur: cuius rei testandæ gratia capitis effigies ærea portæ, qua excesserat, inclusa est: dictaq; Raudusculana, quod olim Rauda ara dicebatur. Val. lib. 5. c. 6.

Cum **CICERONI** furiosa accusatione Clodij oppresso aut armis pugnamdum, aut urbe cedendum foret, deliberauit Cicero cum amicis. Lucullus manendum censuit, ipsius fore uictoriam: alij fugiendum: futurum enim, breui ut exatiatus Clodij furore & scelere populus ipsum esset desideraturus. Hoc consilium Cicero secutus est: ac signum Miter us, quod magna in ueneratione diu habuerat domi, in Capitolio posuit, ibiq; dedicauit cum hac inscriptione: Mineruæ urbis Romæ præfidi. Inde accepto ab amicis præsidio clam concubia nocte profugit ex urbe. Plut. in Cicero.

FIDES SIVE PIETAS ERGA PATRIAM, MATERIALITER CONSIDERATA.

BONA PATRIAE CONCILIANDO, PROPAGANDO, CONSERVANDO, SIC CONSERVANTUR

LEGES CONSERVANDO, OBSERVANDO, DEFENDENDO.

De Legum observantia infra sub Contractibus. Elie Patria habetur ratio, illic Legis.

CONSVLENDO.

MVLIER quaedam prudens Abelmecham patriam suam ab obfisione liberauit, ciuibus suis persuadens, ut Sebam Bochrif. feditiois auctorem contra Dauidem, obtruncaret, eiusq; caput Ioabo polemarcho Dauidis de muris obicerent. 2. Reg. 20.

Postquam petit Graeciam Medus, consulantibus de imperatore Atheniensibus, fama est, ceteros periculi magnitudine deteritos ultrò petitionem imperij abieciisse: Epicudem uero, Euphemidis filium, concionatores, hominem disertum quidem, sed animo imbellem & uenale, cum uerò imperij THEMISTOCLEI fuisse, & omnium opinione obrentum suffragiis: Themistoclem proinde ueritum, ne omnia pessum irent, se efficit pretor iste designat, numis ab eo redemisse, ut à petendo abstineret. Plut. in Themistocle.

Anno III. exilij ARISTIDIS Iusti, cum Xerxes per Theffaliam & Boeotiam in Atticam terram irumperet, rescissa lege sciuerunt Atheniensibus ciuibus reditum, metu Aristidis potissimum, ne hostibus coniunctis, complures ciues labefaceret, & ad descendendum compelleret ad barbari. Ceterum non perspexerunt eum satis nempe ille etiam ante hoc decretum non cessabat adhortari & stimulare, ad libertatem tuendam Graecos, & post decretum Themistocli cum summa potestate duci, omni in re consilio & opera aderat, atq; hominem inimicissimum ob salutem publicam effecit quã clarissimum. Plut. in Aristide.

Cum apud Aegros flumen Philodes praetor Atheniensium classem constituisset suam, neq; longè abesset Lyfander praetor Lacedaemoniorum, qui in eo erat occupatus, ut bellum quam diutissimè duceret, quòd ipsi pecunia à rege suppeditabatur: contra Atheniensibus exhaustis, praeter arma & naues nihil erat super ALCI BI ADES licet exul ad Atheniensem uenit exercitum, ibiq; presente uulgo agere coepit, si uellet, se coacturum Lyfandrum dimicare, aut pacem petere. Etenim Lacedaemonios eò nolle consilijre classe, quòd pedestribus copiis plus quam nauibus ualere: sibi autem esse facile, regem Thracum deducere, ut eos terra depelleret. quo facto, necessarium aut classe consisturos, aut bellum composuros. Id est uerè dictum Philodes animaduertebat, tamen postulatà facere noluit, quòd sentiebat se, Alcibiades recepto, nullius momenti apud exercitum futurum: & si quid se cundi euenisset, nullam in ea re suam partem fore: contra, si quid aduersi accidisset, se unum eius delicti futurum reum. Ab hoc discendens Alcibiades, Quoniam, inquit, uictorie patriae repugnans, illud monco, iuxta hostes castra habes nauitica. Periculum est enim, ne in medio castris nostrorum, occasio detur Lyfandro, nostri opprimendi exercitum. Neq; ea res illum fefellit. Nam Lyfander cum per speculatores comperisset, uulgam Atheniensem in terram praedatū existisse, nauesq; penè inanes relictas: tempus rei gerendae nò dimisit, eoq; impetu, totum bellum deleuit. Plut. & Probus in Alcibiade, & Diodorus lib. 13.

ALCI BI ADES capitis damnatus ab Atheniensibus, cum ad Spartanos primum, inde ad Tissaphernem confugisset: reuocatus inde ab Atheniensibus, uti classe accepta contra C. C. C. qui Athenis rempub. ad oligarchiam redigere nitebantur, bellum gereret: cum Spartani Ioniam, quae tunc Atheniensibus parebat, armis uacarent: non statim illorū precibus acquieuit, sed prohibuit eos, ne bellum incoatū relinquerent. Ea q; ratione Atheniensibus citra cōtrouerfiam conseruauit imperium. Si enim domum inde essent profecti, hostes statim facultatem habuissent totius occupandae Ioniae, Hellefponi & insularum, dum cum Atheniensibus. Atheniensibus bello ciuili deceraret intra urbis moenia. Quod ne fieret, unus potissimum impediuit Alcibiades, non suadendo modò & docendo multitudinem: sed etiam singulolos partim obsecrando, partim corripiedo. Adiuuit eū Thrafsybulus quoq; Strifessis tum praesentia sua, tum clamoribus: erat enim, ut ferunt, Atheniensem hic uoalissimus. Plutarchus in Alcibiade.

Interfecto per insidias Polycrate Samiorum tyranno ab Orecte praefecto Sardiurum, M. ANDRIVS scriba à Polycrate cultos domi relictus, suastit illis ut Democraticū repub. sta-

tum amplecterentur. At populus tumultuari, ac intercepte pecunia M. andriū accusare coepit. Itaq; M. andrius, cum illi liberi esse nolent, tyrannidem retinuit. Herod. lib. 3.

Fœdus cum Ptolemaeo Aegypcio rege Cleomenes Spartanus rex, aduersus Antigonum Asiae regem atq; Achaeos iniuratur, MATREMQ. ac filium manserunt cum eo fidei, id est, ipsum sine eo pacem conseruasset, Cleomeni pacem Achaeos honestissimis conditionibus offerre: scripsit, ne propter uetulae corporis eam pacem omitteret, quã patriae honestam salutaremq; duceret. Maiore animo, quam pro feminae capiti, uitam pro patria obtulit. Fulg. lib. 5. c. 6.

EPAMINONDAS Thebanus, primus patrie lumen nomēq; inter Graecos attulit (siquidem cum Lacedaemoniis cōpressus, multas uictorias ex eis tulit) incertum, an uir melior, an dux. Imperiū enim non sibi, ut pleriq; duces, sed patriae semper quaesuit. Itaq; cum mortiferū uulnus in Mantinensi pugna accepisset, delatus in castra uiuus adhuc, Deiphantum accessit iussit, ut ipsum ducem declararet. Quem cum occubuisse dicerent, rursus iussit Iolaidam uocari. Cum uerò ipsum etiam interfectum dicerent, suastit suis ut pacem cū hostibus & amicitiam facerent, eo quòd nullum amplius ducem Thebae haberent. Plurimū amauit suos Epaminondas, quorum curam in ipso quasi mortis agone habuit, consiliū dāns, etiam post fata sua reip. saluberrimum futurum. Aelianus lib. 12. de Var. hist. & Trogus lib. 6.

Atheniensibus bellum aperit Philippo, simulatq; ab insulis domum se regressus, indigentibus PHOCION ante omnia suastit populo, eum pacem Philippo cuperet, formidaretq; impensè periculū, ut fœdus acciperent. Quidam ei ex illis, qui iactare se in foro circa subfella iudicij, & quadruplaturam assueuerant facere, oblatrans, dixit: Tūc aures, Phocion, arma iam manibus tenent: reuocare populū Atheniensem? Ego uerò, inquit: idq; certus, bello me tibi, pace mihi te imperaturū. Vbi non flexit populum, sed Demosthenis ualuerunt consilia, ut ab Attica quam remotissimè Atheniensis signa conserrent: Ne dispiciamus fides, inquit, ubi dimicemus, uerum quemadmodum uiuamus: ita demum longinquum erit bellum. Vicit omnia atrocia semper pro pinqua sunt. Superatis Atheniensibus, turbatoribusq; & nauatoribus urbanis Charidemum in suggestum trahentibus atq; postulantibus, ut hic praeficeretur exercitū exercitū opti maes, fenatumq; Arcopagi in concionem adduceres, egrè precibus & lacrymis impetrauerunt, ut rempermitterent Phocioni. Plut. in Phocione.

CATO & ARISTIDES ratio magistratum gessere: sed uacauerunt interium perpetuo per totam uitam patriis suis consulendo. Plut. An sen traanda resp.

Victo ad Sirin amnem Leuino Cofis. magna strage, misit Pyrrhus Epirotarum rex Cineam legatum ad Romanos, qui exploraret, ad pacem ne animi ipsorum inclinarent. Multi ce-rant ad pacē propens: quòd ingenti superati pugna essent, & alteram cum maioribus copiis Italorum Pyrrho adiutorum expectarent. Ibi APPIUS Claudius, qui senectus & caecitatis causa fatiscens repub. ablinebat, accepta regis legatione, & rumore delato, decreturum senatum pacem, nò potuit sibi temperare, quin feruus iuberet, ut tollerent se, & lectica per forum deportarent in curiam. Vt ad ualvas peruenit, exceperunt eum filij pariter & generi, cingentesq; latera eius intro duxerunt: Senatus autem reuerentia & honore eius conticuit. Ille graui oratione patres reprehendit, & ad bellum inflammat. Plut. in Pyrrho.

M. ATTILII REGILLI fidem erga patriam, dum per sua det patri-bus, ne captiuorum permutationem fieri permitterent, celo-brat Horatius lib. 3. ode 1.

Hieronymo Syracusanorum tyranno à coniuratis interfecto, bello Punico secundo, Ap. Claudius bellum oriens ex propinquo (iam enim cum Carthagenensibus sentire ceperant Syracusanis) cum cereretur: Senatum Rom. literis certiore fecit, Siciliam Carthagenensibus populo & Annibali concillari. Exitu eius anni Q. FABIVS Max. consul Romam comitiurum causa ueniens, in eum quem primum diem comitalē habuit, comitia edixit. Eo die cum fors praerogatiuae ante iuniorum exisset, eaq; T. OCTAUIUM & M. AEMILIUM Regillum Coss. dicerentur: Q. FABIVS graui oratione non cui uel lent, sed cui pre-n. ente Italiam Annibale ex dignitate & usu Reip. honorem hunc conferre possent & deberent, diligenter eos considerare iussit. Annibali imperatori pacem Consulem nominare debetis. Quilibet nauarum uictorumq; tranquillo mari gubernare potest: ubi saena orta tempestas est, ac turbato mari rapitur uento nauis, tum uisio & gubernatore opus est. Non tranquillo nauigamus: sed iam ali-

quòd procellis submersi penè sumus. Itaq; quis ad gubernacula fedat, summa cura prouidendum ac praecauendum nobis est. Lacus Thrasymenus & Cannae, triste ad recordationem exemplar, ac ad praecauendum simile, uiles documento sunt. Peruicit ergo hac oratione, ut Regillus quia flamen Quirinalis esset, cui Roma à sacris abesse non licet, ite Octacilio (licet fororis Fabij filiam uxorem haberet) repudiat, Q. Fab. Maximum IV. & M. Marcellum III. Coss. crearent. Litius lib. 4. Dec. 3.

Carthagenenses classe apud insulas Aegates à C. Lucretio consule Rom. superati, statuerunt belli finem facere, eamq; rem arbitrio permisissent HAMILCARIS. Ille est flagrabat bel-li cupiditate, tamen paci seruiendum putauit, quòd patriam exhaustā sumtibus, diutius calamitatem belli ferre non possentelligebat: sed ita ut statim mente agitarer, si paululum modò res essent refectae, bellum renouare, uictoribusq; armis persequi, donec aut certe uicissent, aut uicti manus dedissent. Hoc consilio pacem conciliauit. Probus in eius uita.

INDICANDO PERICVLVM, PRODITIONEM.

Conspirauerat contra Remp. Rom. L. Catilina. Erat in coniuratis Q. CURIVS, cui uetus erat stupri confuetudo cū FLUUIA femina illustri, sed profligata pudicitiae. Cui quum ob inopiam minus gratus esset, ut eam obsequentiorem haberet, cepit homo uanus ex improbitate multa (solenter iactare, nunc maria & montes pollicendo, nunc ferocius minitanda, nisi deinceps esset, ut si quando aliis, sibi obsequentiissima. Ne Fulvia id patriae periculum in occulto habuit, sed ut eumq; de conuentione ex illo audierat, compluribus patefecit. Quae res uehementer accendit optimatum studia ad consulum M. Tullio Cic. demandandum, cui candidato, ob familiaritatem nouitatem, non paucis aucterfati fuerant. Cū C. Antonio igitur est conciliatus, & per Fuluiam, deinde etiam per Curium omnes cōiuratorum conatus intellexit, intellectos oppressit. Plut.

FREQUENTANDO CIVI-VIUS.

M. FURIUS CAMILLVS eximium id in magistratu fecit, quòd cohibes partim blandè appellado, partim denuntiada multitudine uidus, quae ob bella erant multae, matrimonio copulauit. Plut. in Camillo.

DITIONEM ARGENDO, CONSERVANDO.

Cum inter Carthagenem & Cyrenas de agri terminis pertinacissima contentio esset, ad ultimum placuit utriusq; eodem tempore iuuenes mitti: & locum in quem ij conuenissent, finem ambobus haberi populis. Verum hoc pactum duofratre Carthagenenses nomine PHILENI per seclia praecurere, ante constitutam horam maturato gressu longius promouis terminis: Quod cum intellexissent Cyrenensium iuuenes, diu de fallacia eorum quesi, postremò acerbitate conditionis iniuriam discutere conati sunt. Dixerunt namque, sic eum finem ratum fore, si Phileni uiuos se sibi obrui possent. Sed consilio euentus non respondit. Illi enim nulla interposita mora, corpora sua his terra operienda tradiderunt. Qui quoniam patriae, quam uita sua longiores terminos esse maluerunt, bene iacent, manibus & ossibus suis Punico dilapato imperio. Valerius Maximus libro quinto, capite 6.

In urbe Genua, duce Ioanne Morta, cum instruere classem necesse esset, neque ad instruendam classem è publico pecunia ulla in promptu esset, editum propositum est: Si quis tunc priuata pecunia onus instruendae classis subire uellet, intra breue tempus ei pro impensa, quae facta foret, ciuitatem satisfacturum. Eare moti nouem & uiginti CIVES plebeij, quorum primarius Simon Vignosus fuit, singuli singulas tircemes priuata pecunia instruxerunt. Cum autem postea per Cycladas nauigarent, in publicam expeditionem, propter quam instruetae fuerant, non amplius necessitate, quia ea tempestate Chiui insula à Graecis tenebatur, petere eam, atque sub patriae imperium redigere decreuerunt. Eo quoq; tempore, in Orientem Viennensis Delphinus tendebat. Qui cum Genueensem classem Chiui petere uelle intellexeret: Simoni dena aureorum millia annua, & aliis triemium dominis triginta millia, semel tantum obtulit, ad refarciendam impensam, quam in classem fecerant, si ei ut insulam illam peteret permittissent. Quoniam omnibus ipsis integrū esset (neq; enim amplius ciuitatis nomine classis tenebatur) conditionem, quae offerebatur accipere, tamen propter patriam utilitatem, Delphinus postulatā abnuerunt: & in Chiuium profecti, ipsi insula urbis Genuae auspicio potiti sunt. Saluta anno trecentesimo quadragentesimo supra mille: atq; insulae prouentus sibi, ad impensam quam fecerant refarciendam, retinuerunt. Fulg. lib. 5. c. 6.

Mortuo Vitoldo Lituaniae duce IAGIELLO rex Polonie, Syvdrigelonem fratrem germanum, patrualem Vitoldi, hominē nihil & ebriofum, summæ rerum apud Lituanos praefecit. Poloni primores, patriae utilitati eo nifuentes, Daugerū Palatinum Vilnensem, qui Podoliam Vitoldi nomine administrabat, rerum omnium adhuc ignarum, euocatum ad colloquium ceperunt, arcemq; Kamenciam, Smotriciam, Skalam, & Ceruonigrodum occuparunt, & magnam partē Podoliae facili in potestatem suam redegerunt, ne in ditione Lituano deinceps esset. Vbi factum hoc rescituit Syvdrigelo, beneficiorum regis fratris oblitus, in eum (tunc temporis exequias funebres Vitoldi celebrantem Vilna) fremere, maledictis que lacessere, palamq; uincula & necem regi Poloniam, qui cum eo aderat, minitare cepit: ita ut Poloni die nocteque circa regiam excubare cogentur. Rex siue quòd sibi metuere, siue quòd Syvdrigelonis inclementis impensius fauebat, Podoliam ei restituere assensus est, ea-que de re Tarlonem in Podoliam cum literis & mandatis misit, qui eam Michaēli Babae Russo, Syvdrigelonis nomine recipendam & obtinendam traderet. Andreas uerò Tenecius, & Nicolaus Dreucius, iuuenes ex nobilitate Polonica, qui anulum signatorium habebant, amore patriae ducti, literas ad Michaēlem Buczacium, qui Camenciam Podoliae obtinebat, scripserunt, Regem extrema necessitate ad datum Podolia Syvdrigeloni cedere constituisse: sed ut non modò non pareret mandatis regis, uerum Tarlonem & Babam pariter comprehenderet. Eas literas cera obuoluerunt, & contexerunt, ut speciem similitudinem cerei praeferebant, Tarlonique legato dederunt, ut is cum primū Camenciam uenisset, cerum illum Buczacio redderet, atque haec uerba adderet, Vt si errare ille nollet, ex eo cereo, unā cum magistratu urbano, lumen quaereret. Quae omnia Tarlo iuuenis omnium rerum ignarus bona fide perfecit. Buczacius praefectus cerum acceptum retingit, literas que inuenit, Tarlonem legatum & Babam comprehendit, arcesque Podoliae maiore custodia munit. Poloni quoque consilium Regis sui animaduertentes, exercitum sine mora conscripserunt. Syvdrigelo autem Polonos arma parare ad uindicandum Regem audiens, confestim cum sibi reconciliatum, auroque & argento liberaliter donatum, liberum dimisit. Guaguinus in descriptione Lituaniae.

GLORIAM, DIGNITATEM TV-ENDO, AMPLIANDO.

GRAECI, ut ciues suos omnia ad patriae gloriam & salutem referre docerent, etiam in sacris & ludicis certaminibus nō uictores ipsos, sed parentes & patrias illorum proclamantes, patrias ipsorum ab ipsis coronari pronunciabant. Plinius lib. 16. cap. 4.

Antipater in libro de Cleantis & Chryssippi discrepantia, nouisse scripsit ZENONEM & CLEANTHEM, ne Lacedaemon patrias sua uiderentur, ciues Athenienses fieri, cum tamen Athenis uiuerent: non aliter atque si uxore relicta, cum alia uiuas, unā dormias, atque liberos tollas ex alia, nec instrumenta tamen dotalia conscribas, ne facere priori iniuriam uideare. Plut. de Stoicorum pugnis.

Brasidas mater ARCHILEONIS, cum Amphipolitani quidam Thraces Lacedaemone illam inuiderent: An Brasidas, requisit, honestè & dignè Sparta cecidisset? Quibus illam extollentibus, adicientibusq; parem Sparta non esse alius: Absit, hospites, inquit, fuit enim honestus & egregius uir Brasidas, sed habet multos Sparta illo excellentiores. Plut. in Lycurgo, & in Apoph.

Milesius ANTIPATER in pugilatu Olympiae Clinopatri filios perculit. Huius Antipatri patrem, Dionysij Syracusanū legatū, ad Olympium Iouem cum muneribus missi, pecunia dclinitum adduxerunt, ut filium Syracusanum renunciarū uellet. At Antipater ipse contemis tyranni donis Milesium se esse, & ex Ionibus primum suam in Olympia statuam dedicasse elogio testatus est. Pausanias lib. 6.

SERTORIVS senatores Romanos patria extorres, qui in praesidiis erant suis, senatum appellabat, quæstores legatosque ex illis creabat, legibusque omnia illa adornabat patriis. Deinde, quamuis armis, pecunia, oppidis uteretur Hispanorum, ne uerbis quidam summam potestatem apud illos summitteret: uerum dabat eis duces & praefectos Romanos, tanquam Romanis libertatem recuperans, non illos augens aduersus Romanos. Etenim erat amans patriae, magnoque tenebatur in patriam redeundi desiderio. Iam cum Mithridates quasi ad alteram assurgens lucam iterum adoriretur Asiam: nomen autem iam inclarū ubiq; celebraret Sertorij, rumoribusq; de eo uelut peregrinis mercibus illi, qui ex Occidente aduehebantur, Pontum impleverunt: parauit legatos ad eum mittere, excitatus potissimum adulatorū iactationibus, qui Sertorij Annibali, Pyrrho Mithridate

æquipa-

æquiparantes, negabant populum Romanum ingenis & uiribus resistere simul tantis accipit circumuentos insuleu posse ubi cum acerrimo Imperatore rex coniunctus maximus esset. Mittit igitur in Hispaniam Mithridates legatos ad Sertorium cum literis & mandatis: per quos pecuniâ & nauibus illi ad bellum præbitorum offerre, ab illo postulat uicissim confirmari sibi omnem Asiam, qua populo Romano fœdere cum Sylla isto cesserat. Coactio concilio, quod Senatum uocabat, Sertorius cæteris accipiendas has conditiones approbandasq; censentibus (cum enim nomen ab ipsis & decretum inane illis de rebus, quæ non erant in arbitrio suo, postulantur: pro his demonstrabant se, quibus maxime opus haberent, accipere) improbat: uerum Bithyniam & Cappadociam si occuparet Mithridates, regi patere assuetas, nec quicquam populo Romano attinentes, eas se illi aut non inuidere. Asiam uero, qua prouincia iustissimo possidetem titulo spoliauerat populum Romanum, eam à Fimbria illi bello extortam, & fœdere cum Sylla sancto dimissam, negauit permissurum se, in ditionem, ut iterum recideret eius. Amplificandam enim suis uictoriis Nerepublicam, non cum eius prouinciarum diminutione sibi uincendum. Nam uiro forti optandam cum honore uictoriam, cum turpitudine uero nec salutem quidem. His renuntiatis cohortuit Mithridates, ac ferunt eum ad amicos dixisse: Quid tandem in senatu sedens imperabit Sertorius, qui nunc ad Oceanum summotus Atlanticum, sine regno nostro præscribit, & tantibus Asiam denunciat bellum? Veruntamen fœdus fit & iureiurando sancitur, Cappadociam & Bithyniam cessuram Mithridati, Sertorium autem ducem ei militesq; missurum. Sertorio inuicem Mithridatem tria milia talentum cum quadraginta nauibus præbitorum. Dux quoq; in Asiam mittitur ad eum ex senatoriis exilibus M. Marius: qui cum cepit Mithridates aliquot oppida in Asia. Inuictum in urbes cum uirgis & securibus, ipse illum tanquam maiore potestatem & ministri specie, ulro sequebatur. Ille alis liberatam dabit Sertorius dicebat. Plut. in Sertorio.

IUSTINIANVS Imp. Iustinus Imp. sororis filius, ex Bedirina Illyrica ciuitate genitus, patriæ nomen uictoriam de suo nomine Iustinianam dixit, & ex obscura nobilem ac felicem fecit, misitq; eam exornauit, quod ibi primum in lucem editus fuisset. Cuspinianus.

Mortuo Maximiliano I. imperium ambiebat Franciscus I. Galorum rex, & Carolus Austriacus. Huic Moguntinus & Friedericus Saxonie dux fauebant, illi Treuerensis. Pontifex Gallo fauēs Carolum impedire studebat, quia Neapolitanorum rex Pontificis beneficiarius esset, & iuramento imperii suscepto prohiberetur. **HELVETII** à Gallo rogati, ut apud Electores intercederent, pluris patriæ fecere Germaniam, quam eius preces. Tandem Saxonis auctoritate secuti reliqui, Carolus Imp. designarunt. Sleidanus lib. I.

LIBERTATEM OFFERENDO, DANDO.

MÆANDRIVS, Meandrius F. scriba Polycratis Samiorum tyranni, à Polycrate, ad Oroetem præfectum Sardinum proficiscente spe auri potiùs; custos domi relictus, per insidias interfectus. Polycrate ab Oroete, regnum iustissime administrauit. Atq; ubi de Polycratis interitu allatus est nuntius, ante omnia Ioui Liberatori statuit aram, eiq; statum in circulo designauit. Deinde aduocata omnium ciuium cõsione, suafit illis, ut Democraticum Reip. statum amplecterentur, libertatem à tyranno. At populus tumultuans, & interceptæ pecuniæ accusare Mæandrium cepit. Itaque reputans fore, ut si imperium ipse deponeret, alius quispiam in eius locum tyrannus constitueretur, non deponendum sibi dominatum statuit: sed in arcem regressus, accitum unumqueq; eorum, tanquam rationem pecuniarum redditurus, comprehendit, alligauitq;. Post hæc, dū hi in uinculis sunt, Mæandrius morbo corripitur: quem decessurum credens frater suus, nomine Lycaretus, quo facilius Sami rerum potiretur, omnes uinctos interemit. Neq; enim uidebantur uelle liberi esse. Sic igitur coactus Mæandrius tyrannidem retinuit. Paulo post à Persis, qui Sylofontem fratrem Polycratis reducebāt, regno fuit pulsus. Herod. lib. 3.

Genueses, populi rerum quondam gestarum gloria & maris imperio clari, cum Venetis dominatum & urbem ipsam penè ad emissent: tandem ab illis fracti se ipsos primum Carolo sexto Gallorum regi, dein de Mediolani Vicecomitibus. spõrè dederunt. Quibus temporibus cum Gregorius & Adurnij Rempubliam in partes distraherent, plebs arreptis armis patricios omnes eiecit: Tribunos plebis octo creauit: præsidia Gallorum expulit: arcem uiccepit: ducem fullohem creauit, quem postea Ludouicus XI. egit in crucem, & urbe expugnata ciues grauissimè multauit. Sed cum Infubria Carolo V. Imperatori cecidisset, **ANDREAS** Dorias, à Gallis ad Carolum se recipiens, Rempubliam omni bellorum ac

tyrannidibus metu liberatam, quasi Aratus aut Lycurgus alter optimis legibus ac institutis informauit. Optimatum imperiū, quod ante populare fuerat, uel potiùs plebecium, ex generis antiquitate opibus ac splendore instituit, & in tribus octo ac XX. diuisit, sublati partium nominibus, quæ Rempubliam perturbabant. Ioan. Bodinus Methodi historice cap. 6. & Iouius lib. 26. Hist.

Bessenstein arx munitissima Rauracorum ad Arolam sita, ab **EQVITE** aurato ædificata est. Is cum filios duos etiam impuberes seris inter se colloquētes audiuisset, post patris obitum se hac sede munitissima ad opprimendas uicinas regiones usuros: supellestem omnem ex arce deportari curauit, & filios ob tam nefaria consilia uerbis primū seuerè correptos, faces arci iniicere & funditus exurere coegit, ne aniam tyrannidibus ullam haberet. Dignus certe, cuius nomen ob hoc factum memoria foret mandatu. Stumpsius.

MAGISTRATVM ELIGENDO.

NERVA Imp. cum intellexisset sibi insidias ob imperiū strui, in Capitolium confendit, ibiq; M. Vlpium Neruum Traianum principem fecit, eundemq; postea in senatu Casarē designauit. Licet enim propinqui non desissent, non tamen coniunctionem sanguinis publicæ utilitati anteposuit. Neque rursum eum deterruit, quod Traianus homo Hispanus, nec Italus esset, quodq; ante eum nemo alterius nationis imperium Romanum obtinuerat. Censebat enim, uirtutem eiusq; non patriam existimari & ponderari oportere. Xiphilinus, & Fulgosi lib. 8. cap. 16.

AVXILIA COMPARANDO.

Cicero bellū illi uari effent Athenienses, **HIPPOCRATES** Cois medicus sua auctoritate & beneficiis Theffalos ad auxilium patriæ ferendum permoit. Soranus in eius uita.

HOSTIVM CONSILIA DETEGENDO.

ARISTIDES Lyfimachi F. Atheniensis, quamuis iustitia nominæ ex urbe ciecitus esset: tamen prælo ad Salaminem instante, ex Aegina ad classem Græcorū profectus, patriam in tanto periculo deserere noluit, sed indicauit Græcis, eos à Persis circumdatos esse. Cum etiā uigeret pugna, per multos eorum, qui ad litus Salaminis locati erant, sumtis, genere Atheniensibus, & in Pitalcam insulam traductis, omnes Perfas, qui in ea insula erant, interemit. Herod. lib. 8.

ALEXANDER F. Amyntæ, rex Macedonum, quamuis à patribus Mardonij staret ad Plateas, patriæ tamen amore motus, pridie eius diei, quo pugna commissa, & Græci uictores euaserunt, nocte incepta clam ad castra Græcorum accessit, illisque indicauit, Mardonium cupidum cum Græcis confingendi, litare non posse, & auspiciis terrarum: constituisse tamen omnino, ubi primum illuxisset, uel relucantibus fatris, manus conferere. Itaq; parati essent ad omnem euentū. Ita factum, ut Græci instructi Perfas expectarint atque uicerint. Herodotus lib. 9.

DEMOCRATVS Aristonis F. rex Spartanorū, pulsus à suis, ad Xerxes Persarum regem fugit Susis. Postea quem autem Xerxes statuit, aduersus Græciam sumere expeditionem: Demaratus quamuis exul censuit Græcis esse indicandum: sed cum absque periculo nequireret, hanc rem commentus est. Sumtis duarum tabellarum pugillaribus, ceram crasit. Deinde in eorum ligno consilium regis exarauit. Tabellas rursus cera induxit. Pugillares Lacedæmonem allatos, non poterat Lacedæmonij interpretari, donec Cleomenis filia, eadēq; Leonidæ uxor Gorgo, illos admonuit, fore ut literas in ligno reperiret. Herodotus libro 7.

INSTAVRANDO PATRIAM.

ZOROBABEL Salathielis F. de tribu Iuda, à Cyro rege obinuit, ut Iudæos Babylone exules in patriam reducere posset. At cum Cyri edictum Cambyses reuocasset, iterum sub Dario licentiam impetrauit, & templum ædificauit. I. Esdræ 1. & Iosephus lib. II. cap. 2. & 3.

ESDRAS propheta diuinarum rerum scientia, & sanctitatis opinione Xerxi Persarum regi insinuatus, primum illud nouissimum quæ à rege petiit, ac tenuit, ut ad urbem & templū instaurandum cum suis populantibus ex Assyria liceret in Iudæam reuerti. Maiore fortassis pietate cõsensus, quam qui urbem ipsam condidit. Ille suorum commodum secutus uideri potest, hic solius patriæ: ille ut esset effectus, hic ut extincta reuiuisceret. Sabellicus lib. 8. c. 1. ex I. Esdræ 7. & 8. & Iosephus lib. II. c. 3. Antiq.

NEHEMIA S. Hachalia F. Xerxis pincerna, à rege quoq; post Efdram obinuit, ut Iudæis, quotquot uellent, in patriam redeundi ducem se præbere posset. 2. Esdræ 2.

ARISTOMENES Messenius, cum decem annis Eram contra Lacedæmonios fortiter defendisset, tandē tamen fatalē

penam instare uideret: & Messenios sacra quadam operta habere sciret, quæ si abolerentur, funditus in posterum omne tempus Messenæ occasuram: finem conseruata illa fuissent, redituum olim imperium ex ipsis ruinis erupit: non otio clam egressus, in maximè deuia Ithomes parte sacra eadem defodit. Erant autem illa, uolument ex albo plumbo in tenuissimas laminas sparso, libri forma, in hydia depositum: in quo Magnorum deorum initia perscripta erant. Dedicauit autē ea Ioui & diis cæteris, quorum ope ad eum diem Messeniorū res restat: ratus curæ fore, ut in coluina depositum obseruaretur, neq; omnino in Lacedæmoniorum potestatem ueniret, quod iam solum ad posterū tēporis spem Messenici nominis reliquæ haberent. Itaq; 287. annis post Eræ oppugnationē Messenij, partim ex Lybia, partim ex Italia & Sicilia in Peloponnesum postliminio redierit, post Leustringam Lacedæmoniorum cladem, uocati ab Epaminonda Thebanorum duce. Pausanias in Messenicis.

ARISTOTELES supremæ uite reliquias senilibus ac rugosis membris in summo literarum oëcio uix custo diens, ad eum ualenter pro salute patriæ in cubitū, ut eam à Philippo armis solo aquatam, in lectulo Atheniensi iacens, & quidem Macedonum manibus, à quibus diffecta erat, eriperet. Ita urbs non tam strata atq; euersa Alexandri, quam restituta Aristotelis notum est opus. Val. Max. lib. 5. cap. 6. & Aelianus lib. 12. Var. hist. At uerosimiliter est, quod Plut. in Alexandro docet, cum primum Philippus Aristotelem Alexandro præceptorē dedit, in gratiam eius Stagiras restituisse.

MALA PATRIÆ INFERENDO minora, ut cuiusq; maiora. Sic bene merentur de Patria, dum

PRODVNT CONSILIA.

Tyndaridis, rapta à Thefeo Helena foræ, Atticos fines pacatè ingressi, ab Atheniensibus primò petierunt, ut foror à Thefeo rapta sibi restitueretur. His responsum est, neq; puellam Athenis esse, neq; Atheniensium quempiam scire quò terra rum fuerit abducta: Thefeus autē aberat, ab Aidoneo Mellossorum rege captus. Tum illi ad iram & uitionem uersi, quò ingentem urbi terrorē iniicerent, **ACADEMYVS**, qui uilius omnium eam Aphidnis apud Aethram Thefei latere non ignorabat, ne ciuitas maius aliquo adiret discrimen, rem ad Castorem & Pollucem deferret. Quapropter uiuio illi honores ab Tyndaridis sunt habiti, & longo deinceps tempore, quoties Lacedæmonij Atticos fines uoluerit inuafere, ab Academia ob uonius memoriam omne ius belli abstinerit. Erat is locus haud procul Athenis, quod Dicearchus ab Academia, qui sub Tyndaridis militauit, nominatum existimauit. Sab. lib. 6. En. I. ex Plut. & Dioid. lib. 4. cap. 5.

PRODVNT VRBEM.

Byzantium prodiderit Alcibiadi **ANAXILAVS** & **LYCVRCVS**. Qui cum post apud Lacedæmonios urbe recuperata causam dicerent, fertur Anaxilaus constanter affirmasse, nihil à se turpe factum, quòd patriam fame ad interitum affectam seruare uoluisse. Nam quum Byzantium, omni re frumetaria à præsidariis militibus cõsumta, obfideretur, cerne retque ciues suos inedia consumtum iri, operam dedidit, ut omnium fortuna in columi, præfenti periculo sui defungentur ciues, Lacedæmoniorum exemplum secutus, quibus semper maximæ curæ fuit, quancumq; ratione liceret, ciuitatem seruare. Quo tempore ad dagio omnis inuidia, quæ ex ea portione adhuc relicta erat, est ab Anaxilao discussa. Sabellicus lib. 9. Ennead. 3.

MALA AVERTENDO. CVIUS generis sunt

FAMEM AMOLIRI. In Pyrgo insula, cum urfus Diang faceret ibi reptas ab Atheniē sibus interfectus esset, famem ingruitum est ad oraculum quaesitum remedium. Respondit deus, ita demum finem mali futurū, si quis filiam immolasset numini. Vnus autem reperitus est **EMBARVS**, qui polliceretur se filiam immolaturū, ea lege, ut sacerdotium in posterum suos traduceretur, itaq; puellam solenni ritu ornata sacrificauit. Plut. in Collectaneis, & Erasmus in procerbio, Embarus fuit.

IGNOMINIAM AVERTERE.

PLVTARCHVS com. scripti de Herodoti improbitate, in quo nō tam alios illius errores detegit, quam ea quæ Berothes, Thebanis & Corinthiis ex maleuolentia impiegit, diluit. **HOSTASIVS** Rauēnas miles, in arcē urbemq; Ticinensem, ab Odetro Frisicio Lotrechij regulo, & Gallici exercitus in Italia imp. an. 1527. expugnata, primus irrupit. Is à Lotrechio in præmiū nauare operæ, æneā equestrem statua, quæ Antonini Casaris esse dicitur, impetrauit: quæ ea antiquissimis Rauennatum fuisse, sed post Gothica tēpora à Longobardis diripientibus trophæi modo in signum uictorie abducta Ticinum fuerit, & in foro constituta. Et rei cum Ti-

cinenses & precibus & minis se opponerent, uel indignabū dus miles pro ænea statua pecuniā à quaestoribus accepit, quantū satis est pro murali corona ex auro puro fabricada, quæ in fidem uirtutis suæ, cum elogio, Rauēna in templo poneretur. Iouius lib. 25. Historiarum.

EXCIDIVM PROHIBERE.

Defecerant Byzantij ab Atheniensibus: præsidiumq; Lacedæmoniorum, quorum dominatui subditi esse mallent, in ira cœnia susceperant. Urbē ingenti manu obsedit paulo post Alcibiades: quam cum omni arte & machina, postremò cōmeatu & inopia premeret, **ANAXILAVS** Alcibiadi pro didiis conditionibus, ut nemini Byzantio sua defectio fraudi esset: Verum apud Lacedæmonios proditiōnis reus causam diceret coactus est. Respondit se non Lacedæmonium, sed Byzantium esse: igitur ciuitati suæ quæ periclitabatur, se magis consulere debuisse, quam urbi Lacedæmoniorum. quæ in pacato tutoq; esset, quam neq; obfideret hostis, neque ita muro & fossa circumdedit, ut auxilij externi nulla spes relinqueretur. Byzantios in ea causa fuisse, commeatum omnium summam penuriam habuisse: aut si quid tantilli fuerit, hoc uniuersum præsidio Lacedæmoniorum ac Bæcotorum diuidi cõfucuisse: dum interim Byzantij, uxores eorum ac liberi, fame, siti, miseriaq; omnes interiret, ideo salutem urbis suæ prodidisse non uidet: quinimo à clade & certo interitu libertate. Denique minime conueniens esse, id si non gloriosum, ac Byzantiis utilissimum, à Lacedæmonijs reprehendi, quibus perpetuò potior fuit utilitatis, quam honesti ratio. Placuit igitur Anaxilam eo iudicio liberari. P. Aetodius ex Xenophontis tertium Græcarum libro 1. & Plutarchi Alcibiade.

TYRANNOS OPPRIMERE.

Consule Tit. Prudentia in opprimenda tyrannide. item Tit. Tyrannicidarum. Illic Prudentia & Fortitudinis, hinc Fidei in patriam ratio habetur.

AIOTHVS Aeglonem Moabitarum regē solus adortus non esset, nisi patria illi fuisset tharior uita. edidit itaque eadem tam insignem, quam ad libertatē uindicandam uilem. Virtus hominis, fiducia ingens, sed pietas multo fortior id facinus peregit. Sab. lib. 8. cap. 1.

Timocrates Cyrenensiu tyrannus, cum aliis multis magnisq; calamitatibus ciues affixit: tum sacerdote Apollinis Melanippo sua manu interfecto, uxore eius **ARETAPHILAM** egregia facie præditam duxit. Illa pro patria, maritoq; suo pœnas à tyranno repetere conabatur. Primum igitur per uenena insidias struxit. Tyrannus Arctaphilam comprehendere iussit. Quæ longis acerbisq; tormentis examinata, fortissimè restitit, neq; aliud quicquam nisi de philtro cõfessa est. Tyrannus quasi nullius iniuriæ ream absoluit, eamq; in matrimonio habuit, & maiori studio ac beneuolentia proferebatur, quasi inuisitæ tortam & examinatam. Illa cum filiam haberet etate & forma præstantissimam, eam summissit fratri tyranni, adolescenti Leandro. Qui eius amore captus, rogat tyrannum ut sibi eam ducere liceat. Quo imperato, duxit: & matri puellæ morem gerens, inducitur ab ea ad uindicandam ciuitatis libertatem. Qui cubicularium tyranni muneribus corruptus, eiusque opera Timocratem de medio sustulit. Polyænus lib. 8.

Learchus Cyrenensium rex declaratus, ut Batto Arcefilai filio imperium seruaret, pro rege tyrannus euasit, omni scelere usus in suos ciues. Battus autem ex **ERYXO** natus erat, femina modesta, omniumq; iustissima. Hanc amas Learchus, in matrimonium petebat. Illa cum fratribus suis cum colloqui iussit. Quibus dedita opera cunstantibus, misit Eryxo famulam nuntiantem, iam quidem fratres contradicere: at si colloquium haberetur, fore ut hoc fratres concederent. Tyrannus conditionem suscipit, & per hostem absq; satellitibus ad Eryxō uenit: & in domicilium quoddam ingressus, incidit in Polyarchum maximum natu inter Eryxus fratres, qui intus in insidiis latebant, duosq; adolescentes ensibus armatos habentem, à quibus confossus obiit. Illi Battū productum regem designarunt, & Cyrenensibus autem Reipub. gerendæ rationem restituerunt. Ibidem.

THRASVBVLVS, cum Atheniensium urbem triginta tyrannorum à Spartanis impostorūm teterrima dominatione liberare cuperet, paruaq; manu maximæ rei molem aggrediretur, & quidam è consiliis dixisset: Quantas tandem tibi Athenæ per te libertatem consecutæ gratias debebunt? respondit: Dij faciunt, ut quantas ipse illis debeo, uidear reuulisse. Quem affectū in clypeo destruxit tyrannidinis opus laude cumulauit. Val. Max. lib. 3. c. 6. & Platina l. I. de Oprimo ciue.

Corinthius **TMOLEON** in fratre, postquam neq; monitis, neque precibus, ut deponeret dominatum, efficere potuit, conspirauit cum eius percussoribus. Plut. in Preceptis polit. Post Cleonis tyranni Sicyoniorum mortem, tam effrenata ciuitatis principes incescit dominandi cupiditas, ut eorum duo eodem tempore tyrannidem inuafere, Euthydemus, & Ti-

& Timoclidas. Quibus electis, populus summæ rerum Clitian Arati patrem præfecit. Verum non multis post annis, cum Glinias & uita iam excessisset, ad tyrannidem accessit Abantidas. Quo dominante Aratus, uel qd ab eo electus fuerit, uel qd uoluntate sua cesserit, in exilium abiit. Ipsum certe Abantidan ciues trucidauerunt. Dominatum tamen eius pater Pafeas occupauit, quem mox cum Nicoles sustulisset, ipse sibi tyrannidem uindicauit. Hunc ARATVS comparatæ exulæ & Argiuorum conducticiorum militum manu pelere adortus, cum ad muros nocte accessisset, præsidium partim fecellit, partim uisuperat. Atq; ita oppido potitus, assumpta plebe summa cum celeritate tyranni domum accurrit, quæ non magno negotio cepit, sed Nicoles furum est elapsus. Tum Aratus ciuitatis liberam administrationem Sicioniis tradidit. Domo & prædia, quæ diuendita fuerant, emtoribus precio dissoluta, exulibus cum reddidisset, dissidiorum & controuersiæ causâ concordia constituta sustulit. Pausanias in Corinthiacis.

Quod Iulium Cæsarem BRVTVS & CASSIVS interfecerint, in Senatu primum tum, cum omnium antecedentium malorum & iniuriarum obliuionem M. Cicero persuasit, iure eos fecisse pronunciatum est. nam honores ex sua uoluntate præstabat, qui à populo antea ferebantur: nec Senatu ad se ueniens asseuerabat: aliâq; regia ac pene tyrannica faciebat. Idem postea, Octauij, Antonij, Lepidi coniuratione facta, Brutus à Cornificio, ab Agrippa Cassius repetiti & accusati, damnati sunt absentes: igni & aqua interdicitum est, & bona eorum publicata. Sed in hoc postremo iudicio, liberas sententias iudices non habuisse, certum est: plerisque potius metu, aut fauore, studioq; Cæsaris impulsos, quam ex animi sui sententia iudicasse, argumento est Iulius Cornas Senator: qui quod M. Brutum solus apertè suo calculo aboluisset, ideo postea proscriptus est. Sed an omnino iure Cæsar sit occisus, si quaeratur, decisum esse arbitror ab Atheniensibus, quibus nihil erat cur non religiose iudicarent. Nam cum Brutus & Cassius Athenas aduenissent, magnificentiâ accepti sunt, æriq; status cõmuni decreto ob tyrannidum donati sunt, iuxtaq; Harmodium ac Arctogitonem egregij pariter non facti, sed consilij conatusq; duntaxat auctores, Plebs nominatim poni iussit. Videtur & P. Scipio Africanus huic quaestioni præiudicij attulisse. Nam quondam interrogatus à Carbone Tribunople. Quid de T. Gracchi cæde sentiret respondit, si is occupandæ Reip. animi multo haussisset, iure casum. Certè huius Cæsaris Rēp. occupat se negare non possumus. Iam & qui ad propinquos suis damnatus est, num iure casus dici potest? Atqui Piso, Cæsarum foverat, & L. Cæsar propinquus censuerunt eum defuncti etiam hominis honore carere oportere. Dolabella Cos. columnam in foro, id est titulum eius euenit, ac forum expiauit. Ergo iure quidem interfectus est: sed non utiliter pro Reip. Romana temporibus. P. Acrius ex Cicerone, pro Milone: Plutarcho, in Bruto: Appiano, lib. 4. Bellorum ciuiliū: Velleio Paterculo, Diono Nicæo lib. 46 & 47.

C. Caligulam Imp. CASSIVS Chærea Trib. militum, cum Anio Muciano, Emilio Regulo Cordubensi, & aliis coniu-ratis, ultimo die Circensium ludorum, in palatium per cryptam quandam redeuntem multis uulnibus confodit, libertatis publicæ desiderio, simul etiam priuatis iniuriis acens: quoniam Caius molliciem ei exprobrauerat, & testatam petenti, femineum aliquod ac probrosum dabat uocabulum, propter quod à militibus Chærea iniudebatur. Iosephus libro 19. capite.

PESTILENTIAM AVERTERE.

Cum Illyriam & Pæoniam pestis & superioribus Barbaris inuasisset, reges Illyriorum maximis muneribus HIPPOCRATEM Comum medicum à Thessalia euocarunt. Ipse uero cum constitutione aeris à legatis didicisset, & pestilentie modum, neq; sibi ed. pfecti licere dixisset, uti Græciã ab eo morbi genere præseruaret. Thessalis remedia, quib. uteretur in singulis uicibus, præscripsit: Thessalum filium in Macedoniã & Peloponnesum misit, Draconem filium in Hellepontu, Polybium uero generum & discipulos alios in alias Græciæ urbes. Ipse circumcirca profectus, Delphis sacrum fecit pro Græciæ salute, Bæotiã purgauit, Athenas cõseruauit. Eapropter ab Atheniensibus, magnis iniuriis fuit miseris cum filio Thessalo, & aurea corona publicè donatus. Thessalus in legatione.

HOSTEM PROFLIGARE.

Ex Tit. Dicum fortium, huc multa.

TELESILLA poetria Argiua, cum Cleomenes Lacedæmoniorum, rex Anaxandria: f. Argiuorum præstantissimos maxima clade affectisset, & iam ad Argos oppugnandum copias duceret: confestim ad murorum præsidia seruitiis & iis omnibus qui per uitæ arma ferre non possent amã datis, & dormibus & templis arma refixit, iisque feminas obrauit, & in eum locum eduxit, quæ ad oppidum Lacedæmonios accessuros exploratum habebat. Lacedæmonij reintellecta, ne si

feminas uiolassent, inuidiosam uictoriam haberent: si uicti essent, turpissimè discederent, omnem ab illis bellum abstinuerunt. Telesilla igitur ob hunc animum Argiui ante sanum Veeris columnam exerunt, cui ipsa insidit, galeam capiti iam impostura manu tenens. Ad pedes eius carminu uolumina iacent. Pausanias in Corinthiacis.

M. Furius CAMILLVS in exilium electus à Romano populo, cum Galli interium cepissent urbem, ipse Ardeæ exulans, manu Ardeatium iuuenum collecta, Gallos per agros sine metu dispersos aggressus uicit. Ad eum nunciu crectis Romanis, qui ex Allieni clade supererant, misere ad eum legatos oratum, ut imperium suscipiat. At ille antè se, quam populus, qui Capitolium tenebat, legitime sciuisset, negauit susceperum: illos se pro patria habere incolumes, iubentibusq; promtè obsecuratum, non se ingesturum inuitis. Ac Camilli quidè pudorè admirari sunt & probitate: sed difficultas erat in arcem mittendi. Imò ut per urbem in Capitolium plenam hostium euaderet nunciis, haudquaquam fieri uidebatur posse. At Pontius Cominius, iuuenis obsecris natalibus gloria cupiditate ei periculo seculo obiecti, & consensu Rom. Camillus dictator iterum creatus est. Interim cum pestis Gallos, fames Romanos in Capitolio urgeret, inter Sulpitiū tribunum militum & Brennum colloquio transtata res est: ut Romanus mille pondo auri daret, illi ut his acceptis statim urbe & finibus dedecderent. His iuramentis firmatis, aurorq; apportato, pondera à Gallis allata iniqua, primum clam, mox apertè detractum lancis momentum, & peruersum est. Id Romanis in dignè ferentibus, Gallus addita insolentia & contumelia, gladium discinxit, quæ unâ cum baltheo adiecit ponderibus. Tum Sulpitiio quaerente, Quid hoc rei esset? Quid aliud, inquit, quæ uel uidetis? quod postea in prouerbijs abiit. Interea dum Romani cum Gallis & inter se altercatur, uenit Camillus cum exercitu ad portas. Qui reintellecta, quæ agebatur, iussit reliquos instrutos composito gradu subsequi, ipse cum primoribus ad Romanos se astutum citato confert gradu. Romanis ei loco decentibus, recipientibusq; ut summum magistratum modestè & cum silentio: aurum ex læna sublatis licetibus tradidit, trutinam & pondera recipere Gallis, & facessere iubet. Addit, ferro patriam non auro seruare Romanis solenne esse. Fremente Brenno, & contra pacta affici se iniuria cõquerente: negat rite facta esse, neq; ratam patationem. Senamq; creato dictatore, cum penes alium neminè imperij lege sit, cum iis quibus ius esset, pactos non esse. Nunc dicendum est, quid uelit, se adesse, penes quæ arbitrium lege sit petentibus, ueniam dandi, & supplicium sumendi, nisi pœnitentia, ab auctoribus. His Brennus turbatus cepit tumultuari. Etiam manus utriq; gladiis admouebant, atq; impellebant se iniucem confusi: utpote qui inter ædificia & uiarum angustias uersaretur, lociq; ubi instrui nō posset acies. Ceterum Brenno cõfessum ad se reuerfus, paucis desideratis in castra Gallos reduxit. Nocte excitatis omnibus, excessit urbe, progressus que ad Octauij lapidè uia Gabina, castra metatus est. Simul atq; diluxit, inditit ei Camillus fulgentibus armis, cum exercitu tunc animi pleno commissaq; ad multu diei acri pugna, Gallos ingenti cæde fudit, fugauitq; cepit & castra eorum. Multos ex iis, qui effusi in fugam erant, euestigij Romani adepti interfecerunt. Maximam partem illi, qui in uicis circa & oppidis habitabant, inuasunt dissipata, trucidaueruntq;. Ita Roma magno miraculo capta, maior est recuperata: cum septem totos menses in hostium potestate fuisset. Occupauerunt eam Galli paucis diebus, post Idus Quinctiles: exacti fuerunt Idibus Februariis. Camillus triumphauit, ut meritis erat, qui amissam seruauit patriam, ciuitatemque ipsam in se reduxit. Nā qui profugerant cum liberis & coniugibus, cum triumphante redierunt urbem inuecto. Plut. in Camillo.

HOSTEM CIRCVMVENIRE, INSDIARI.

IVDITHA Bethuliensis uidua, ut patriam ab obsidione liberaret, nō dubitauit & uitam suam & pudorem in summum periculum conicere. Dominus tamen & pudorem eius tenuit, & uitam conseruauit. Iudithæ 10. & seq. Naxios Milesij obsidebant. POLYCRITA uirgo sacerdos in Delo templo, prope ciuitatem relicta, Erythæorū ducentem Diognetum in amorem sui traxit, qui auxiliarius erat Milesiorum. Quum plurimum instaret, dixit Polycrita se nō persuaderi posse, nisi iuramento præstito effecturum se pollicetur, quicquid ipsa uellet. Diognetus iurauit per Dianam. Tum illa de prodicione exercitus eum compellauit. Ille extracta machæra, puellâ penetratè parabat. Verum ab amore uictus respondit se proditurū. Ergo quib post triduum Milesiis festus instaret dies Thargeliorū, in quo conuiuunt liberaliter, cõiecta in panem plumbea epistola fratres puellæ urbis præfectos nocte paratos adesse iussit. Signum fore ardentè faculam. Polycetes, Polycritæ frater, insidias metuebat. Ceterum quum omnes obsequendum censerent, & instaret

staret nox, supplices diis facti, irruunt in præsidium Milefiorum. Vbi sanè & per ignorantiam occisus est Diognetus. Porro sequenti die omnes Naxij magno desiderio puellam certam honorare cupientes, alij nitens, alij cingulis eum circumdederunt, ita ut puella pondere eorum quæ iniiciebantur oppressa furore careret. Quare ipsam publicè in campo felicitur, quum antea ei singulis uictimarum omnium cenariis parentasset. Aiunt autem aliqui, Diognetum exustum esse in eodem loco cum Puella. Parthenius in Amatoris, ex Andricio de Rebus Naxiis.

Quis unquam pro patria tantum ausus est, quantum MYTIVS sæuola? qui sine spe ulla fallendi hostem, Porfenam Metruscorum regid ferro petiit, ut Romam seruitutis periculo eximeret. Quid quod consilio destitutus, & atrociter in semetipsum seuitur rex illi iure iratus, se uicere desierit, supplicij atrocitate motus. Sab. lib. 8. cap. 1.

Sub Zuenottone Danorū rege, Christianis infestissimo, Dani grauisimas in Saxoniâ excursionis fecere, uastatis initio maritimis Hadeleriæ, inde tota reliqua maritima oras apud Stadium Saxones uiceret. Sed per Virgum ascendentes, ductore HA RVA RO Saxone perducti in difficilia loca, cæsi sunt ad unum omnes. Cuius proinde nomē carminibus patris diu celebre permant. Cranzius lib. 2. Vandal. cap. 40.

HOSTI DAMNA INFERRE.

Petro Mocenico Venetam classem ad Neapolim Peloponnesi in statusibus habente, ANTONIVS quidã Siculus adolefctus ad eum uenit (fuerat is Chalcidica expugnatione captus) edocet exploratū se habere, classem, quæ subductam Orthomânus Callipoli haberet, cum toto armamētario, quia non ostu non afferuaretur, facile cõ cremari posse: si dareretur sibi fidissimis comites, fore ut intra paucos dies audiret à se nihil uani allatum. Exofculatus adolefctus in dolè Venetus, magnis onerat pollicitationibus. Sociis & nauigio cõparatis mox ille, negociatorè mentitus, scapha pomis repleta Dardanulos superat: inde quæ Callipolim applicuisset, fordidus quaerit per diè intentum (quando maius omnino facinus animo agitaret) seque nocte armamētario cum centu nauili apparatu incenso, in naues quæ pximo loco subductæ stabant, ob cõcursum hominū ad primam flammam eruptione factum, ignè iniicere non potuit. Ipse Hellepontū traicere studens, nauis qua erat ob ignem temere disiectum incensa, in proximâ syluam concedere coactus: ubi cum focis in quam profundissimâ potuit partem sese illatrebrauit. Sed ubi poma fluitantia passim confecta sunt, nauiculaq; proximo loco demerita, confestim rati quod erat, hesterni illius negociatoris opera id factu: ex fuga postfridie, uno ex sociis perito qui non impundè cubuuit, retracti, ad Othomannū Siculus & reliqui sunt missi: quo rogatus adolefctus, quæ sua iniuria tantū facinus patrare ausus: serociter & in-trepidè respòdit se dicitur, cõmuni Christiani hominis hosti nocere uoluisse: aggressum se facinus omnino pulcrū, sed pulcritus adhuc aggressurum fuisse, si ut in nauicū apparatum flammam, ita in regis caput ferro grassati licuisset. Demiratus adolefctus in dolè Mahometius, cum non Porfenam regem, sed barbaram feritatem secutus, cum cum focis mediū secari iussit. Patres postquam illum suo præmio ornare non potuerunt, dote eius forori ex publico dato annuum fratris salarium constituerunt. Sallustius lib. 9. Dec. 3.

HOSTIUM VIRES DISTRAHERE.

Post Siciliensem cladem à Syracusanis, & Oropiam à Lacedæmonis acceptam, Athenienses de summa rerum periclitabantur, maximè Pharnabazus satrapa 300. Phœniceas naues Lacedæmonis subsidio missurus esset. ALCIABIADVS exul, cuius exilium patriam in tantas coniecerat difficultates, calamitatibus suorum motus, ut erat apud omnes gratiosus, cõtra eum Pharnabazum amicitia, illi suadet ut ab incepto desistat: rebus Persicis minimè conducere. Lacedæmoniorum opes impensa regis firmari: fatiis multò esse certantes inter se duos populos æquis uiribus extuto spectare, & diuturnis discordiis confisatos tandem opprimere. Pharnabazus Alcibiadem pro loco utatus, consilio parens, classem retro in Phœniciam redire iussit. Quo factu, tantam subsidij uim Lacedæmonis auertit Alcibiades, & Atheniensibus recolligendi spaciū dedit: mox suos reconciliatus, multa præclarè contra Spartanos gessit. Diod. lib. 13.

NON AUXILIARI HOSTI.

THEMISTOCLES posteaquam ad Xerxem fugit, Magnificè sedes habens, magnisq; cultus donis, atq; pari in honore ac primores Persarum habitus, peridui uitam egit securam. Vt uero Aegypsi rebellio, adiutoribus Atheniensibus, nauisq; Græcorum usq; ad Cyprum & Ciliciam profectus, dominansq; Cimon mari, regem, ad occurrendum Græcis, & ad eorum reprimendam aduersus se incrementum, reuocauerunt: ad Themistoclem legati mittuntur mandatis regis, ut res Græciæ susciperet. Ille uero antè quam aduersus ingratham patriam quicquam aduersi suscipere uellet,

hauit, ut celebris fama est, taurino sanguine, uel, ut alij, ueneno præsentaneo, annos nato quinq; & sexaginta, Magnificè uitâ cum morte commutauit. Quo à regere cognito, opinionem de eo maiorem habuit, amicosq; & familiares eius perpetua benignitate complexus est. Plut. in Themistocle.

HIPPOCRATES Cous, amplissimis præmijs à Persarum rege Artaxerxe euocatus ad reprimendam pestilentiam, quæ regis castra inuaserat, rescripti Hytiani præfecto Hellepontu, Omnium ad uitam necessariorum copiam sibi à deo. Persarum diuitiis sibi uti fas non esse, neq; barbaros homines à morbis liberare, qui Græcorum sint hostes.

Quæ Suehla Boëmus, uir strenuus, ab Mathia Cornuino Hung. rege deficiens, Hungariam popularetur, è centurionibus eius unus Hungarus, cui BLASIO Podmaniczki nomen erat, patriæ gentis caritate motus, libero in medium animo prodiit: Quo cunq; me (inquit) socij, nostra societas ire iussit, siue in Polonos ire cogor, siue in Boëmos, Alemannosq; ue, nulla unquam erit in me mora. Sed in patriam arma fumere, quando præter fas & æquum est, id nullo modo præstare possum. Is igitur accepta continuo missione, insequenti nocte cum suis contubernalibus clam Ternauiam, quam Suehla oppugnare staturat, concessit. Cum cum custodes admittere recusarent, præfectum urbis ad se uocari iussit: et sinati causam aduentus, & quantum periculo immineret exposuit, omni iubens eos suspicione carere. Cum ista receuisset, à præfecto urbano mox admittus est, atq; in de saltum nominis sui auctoritate hostes oppido castra admoentes repulit. Bonfinius lib. 1. Decad. 4.

HOSTES RECONCILIARE.

Vide Titulum, Auctores suos pacis.

IOSEPHVS Tobias F. etiamnum iuuenis, cum Ptolemæum Energetem Iudæis iratum intelligeret, eo quod Ohius auunculus, auarus pontifex tributum pendere negaret Athenionem Ptolemæi legatum muneribus delinuit, & eius cõmendatione Ptolemæo insinuatus, ut Iudæis reconciliaretur, effecit. Iosephus lib. 12. cap. 4.

Inhabitantes Miletum Iones, cõmota seditione aduersus Neleios posteros, discesserunt in Myuntem, atq; inde bellum in ferebant. Non tamen inexpiabile bellum hoc fuit, sed infestorum solennitatibus coibant. Pythiuri clarissimi filia PIERIA, cum festum apud Milefios celebraretur, quod Meleiden appellant, Miletum profecta est. Ex Nelei posteris unus nomine Phrygius, amore Pierij captus, rogabat, Quidnam potissimum ei grati accidere posset? Mibi, inquit illa, gratissimum fuerit, effici ut quàm sœpissimè & cum quamplurimis in hunc locum uenire liceat. Intellexit Phrygius, eam pacem & concordiam ciuium uelle, bellumq; sustulit. Celebris igitur fuit Phrygij & Pieriæ amor, qui pacem pro bello præbuit. Polyænus lib. 8.

ANAXIMENES Lampfacenus philosophus præfecit Græcorum & Philippi atq; Alexandri res gestas diligenter perscripsit. Stauam ei Lampfacenorum ciuitas Olympiæ posuit, meritum se gratiam referens. Alexantrum enim Philippi filium irascentem uolentibus Lampfacenis, & extrema omnia committantè, qd ad Persarum regem uel iam defecissent, uel deficere cogitarent, huiusmodi leniuit dolo. Cum illi de liberis, aris, atq; focis, & unitèrâ planè patria solliciti, Anaximenes etiam antè tum Alexandro, tū Philippo probè cognitum, deprecatum misissent, & Alexander cognita aduentus causa uerbis conceptis iurasset, Græcorum deos testatus, facturum se omnia cõtra quam ille rogasset, hac cum est Anaximenes oratione adortus: Hoc à te rex precibus, contendo, ut Lampfacenorum coniuges & liberos in seruitutem redigas, urbem totâ excindas, & deorum templa exuras. His Alexander ambagibus circumuentus, cum se iuratū meminisset, contrariâ iis quæ precaretur Anaximenes omnia se facturū, Lampfacenis inuitus pepercit. Pausan. lib. 6.

Demetrius Poliorcetes Nabathæos Arabes in rupe inaccesse obfidebat, Barbarorum QUIDAM exclamauit, Rex Demetri, quid tibi uis? aut quid te cogit oppugnare nos, habitantes in solitudine, & locis nec aquam habentibus, nec frumentum, nec uinum, deniq; nihil eorum quæ habentur apud uos necessaria? Nos enim nullo pacto seruire sustinentes, confugimus in agrum omnibus carètem, quæ alijs sunt uilia, & uitâ degere decreuimus planè solitaria, atq; brutâ, nihil uobis incõmodantes. Petimus igitur, ut & pater & tu nos non legatis, sed acceptis à nobis donis, exercitū abducaturis, & Nabathæos in posterū amicos existimetis. Nec enim, etiâ si uelis manere hic, plures dies possis, cum careas aqua, cunctisque ceteris rebus necessarijs, neq; nos potes cogere aliâ uitam uiuere, sed captiuos quosdam seruos habebis ignauos, & alijs legibus uiuere non sustinentes. His dictis Demetrius abducto exercitū, iussit eos de hisce mittere legatos. Arabes miserunt natu maximos. Itaq; acceptis donis eorum, quæ sunt apud eos, preciosissimis, pacem fecit. Diod. lib. 19.

Cum C. Marius Coriolanus, maximi uir animi, ob ingrati-

dinem patriæ ad Volscos hostes Rom. defecisset, sapiusque exercitus Romanos fudisset, tandem aditum iuxta mœnia urbis Volscos militi struxit. Misit ad eum Senatus legatos ad deprecandum aliquoties, at semper frustra. Tandem VALENTIA, Poplicole soror, repente quasi ex diuino instinctu surrexit, cæteraque mulieres nobiles Romanas omnes excitauit, perrexitque ad matrem Martij Voluminiam, & uxore Vergiliam (Liuus tamen & Val. Max. matrem Veteriam uocant, uxorem Voluminiam) uti secum in castra properarent, & Coriolani inimicem animum sua pietate flecteret. Sedebat pro tribunali cum primoribus Martius. Ut adesse mulieres uidit, cepit mirari. Inde agnita uxore, quæ prima in agmine erat, conabatur obstinationem & atrocitatem suam retinere. Vi eius tamen animo & sutrexit, & obulam ipsis procedens osculari eas uoluit. Verum mater multis argumentis mixtis precibus utens, complexus eius renuit, donec id, cuius gratia uenerant, pacem uidelicet patriæ impetrarent. Val. Max. lib. 5. c. 4. Liuus lib. 2. Dec. 1. Polyg. lib. 8. Plut. in Coriolano. Imminet Athaulphus Gothorum rex excidio urbis Romæ à se captæ, ut ea direpta & euerfa, aliam alio loco conderet, quam Gothiam pro Roma, Athaulphos, qui in ea imperitarent, pro Cæsaris appellaret, ut per hæc omnis Romani nominis memoria intercederet. Ceterum precibus tempelli uaq; PLACIDIÆ coniugis (erat hæc Honorij principis for) dissuasione, proposito auertit, tantum abfuit ut dirum id consilia sit executus, ut instaurator urbis dici uoluerit, non euerfor: adeoq; Imp. reconciliatus, in Narbonensi Gallia sedem sibi suisque assignatam occupauit. Sabel. lib. 3. capite 1. & Egnat. lib. 5. cap. 6.

FRANCISCVS Dandulus legatus Venetorum, ut patriam ab ignominiosa Pœnificis cœtura uindicaret, diu humiliter prostratus iacuit ad Clementis V. Rom. Pontificis mensam, cathenis uinctus, quas ipse sibi ipsam quam cani, de micis à mensa domini cadentibus non suam sed patriæ, cui sacris interdicitur fuerat, famem placare cupienti, quadrupes citumiecerat: à quo factio cynico ipse perpetuū Canis cognomen retinuit. Sed patria cum eo mita pietate certauit, suumq; ciuem tanto sublimius exultit, quanto ille abiecius se & contentibilius gessit. Sabel. lib. 3. cap. 1.

DEFECTIONEM, DESERTIONEM PROHIBERE.

Cum afflicta Cannensi clade urbs Rom. nihil aliud quam præda uictoris esse Hannibalis uideretur, ideoq; reliquæ profstrati exercitus deferendæ: Italia, auferre Lucio Metello, cœsiliu agitarent: P. SCIPIO Africanus tribunus militum admodum iuuenis, stricto gladio morem unicuique minitandō, iurare omnes, nunquam se relictuos patriæ, cogit: pietatemq; non solum ipse plenissimam exhibuit, sed etiam expectoribus aliorum abeuntem reuocauit. Val. lib. 5. cap. 6. & Sabel. lib. 1. cap. 4. ex Liuio & Plutarcho.

DEDITIONEM DISSVADERE.

Sultanus Aegyptius Capuam & Beneuentum obsidebat. Bassilius Græcorum Imp. auxilium pollicetur. LEGATVS ad suos rediens capitur à Saracenis, & amplis præmiorū spe inuitatur, ut ad muros urbis productus, auxilia nulla expe-

HONOR MAGISTRATVI DEBITVS. MAIESTATIS IMPERII OBSERVANTIA.

IN GERE.

Regium nomen sanctum ubique, sed in Oriente uenerationis præcipue. Regum ibi maiestas eximia, cœfluentibus ad nomen BARBARIS: quemq; secundis rebus reuerentiæ cultum exhibere, uel in aduicis præstant constantissimè. Cælius lib. 8. cap. 1. Antiq. Lætionum.

ÆGYPTII suos reges summo honore uenerationeque ut deos obseruant: nam neque absque diuino numine illos tantum imperium credunt assecutos: & optimè de mortalibus meritos propter res egregie gestas diuinæ naturæ participes arbitrantur. Diod. lib. 1. cap. 7.

Non secus apud GALLO RV M gentem consuetudine inueterata uenerabilis atq; augusta est regis sui maiestas, quam natura illa suprema, numine diuino. Guicciardinus l. 22. Vni omnium hominum maxime LVSIANI reges suos admirantur & amant uehementer. Io. Metellus in epistola de nauigationibus Lusitanorum.

SCOTI montani & HEBRIDVM incolæ, rectore delecto (quem Tribus uocant Capitanum) per præconem edicunt sub capitis pœna, ne quis ex ea tribu nouum ducem alio quam ipso uelut quoque Tribus rectoris nomine deinceps appellat: ubicumque uerò id audiuerit, amoto capitis tegmine flexoque poplite, non secus ac si sacris interesset, reueratur. Hinc per manum, pedem, noménue sui ducis in contractibus iurare consueuerunt. H. Boethius lib. 2.

CONDOLERE CALAMITATI.

Bello Corinthio cum una pugna decem millia hostium AGESILAUS duce cecidissent, eoq; facto opes aduersariorum debilitate uiderentur: tantum abfuit ab insolentia gloriæ, ut commiseratus sit fortunam Græciæ, quod tam multi à se uicti, uitio aduersariorum concidissent. Namque illa multitudinè, si sana mens esset Græciæ, supplicium Persas dare potuisset. Idem cum aduersarios intra mœnia compulisset, & ut Corinthum oppugnaret multi horrentur: negauit id suæ uirtuti conuenire. Se enim cum esse dixit, qui ad officium peccantes redire cogeret, non qui urbes nobilissimas expugnaret Græciæ. Nam si (inquit) eos extinguere uoluissent, qui nobiscum aduersus Barbaros steterunt, nosmet ipsi nos expugnauerimus. illis quiescentibus: quo facto sine negotio cum uoluerint, nos opprimant. Probus in Agesilao. & Plutarcho.

Cum Pelopidas cum Thebanis exulibus cæsis tyrannis, prædidum Lacedæmoniorum ex arce expulisset, EPAMINONDAS, quandiu facta est cædes ciuium, domi se retinuit, quod neque malos defendere uolebat, neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret. Namque omnem ciuilem uictoriâ, sanctam putabat. At postquam apud Cadmeam pugnari cum Lacedæmonis cepit, in primis stetit. Probus in Epaminonda.

CATO Minor bello ciuili Pompeium secutus, neque capillum, neque barbam torondisse, neque coronam summissè dicitur: luctus, mœstitia, doloris, ob calamitatem patriæ unum habitum, siue uincerent, siue uincerentur, retinuisse: ut que ad extremū. Fuso quinectiam ad Dyrhachium Cæsare, ouantibus omnibus atque rem gestam extollentibus, Cato patriam desebat, ambitionemq; lamentabatur finem & infelicem: quod multos & egregios ciues cœspiceret mutua cæde cœfectos. Cœnabat sedens ex eo die, quo cladem Pharsalicam intellexisset, idq; ad cæterum luctum addidit, neq; recumbebat nisi somni causa. Plutarcho in Catoe.

IN SPECIE. SIC DEFERTVR MAGISTRATVI

VIVENTI.

Salutatio, Adoratio.

M. Catone de prouincia digredienti, MILITES manum reuerenter esse osculatos, legimus apud Plutarcho: quod genus honoris imperatoribus modò, idque per paucos id temporis tribuebatur.

Apud PERSAS, Medos & Indos, reges adorari, & salutando homines toto corpore procidere, legimus. Alexander ab Alexand. lib. 2. cap. 19.

Comitatus honorificus.

Tradunt Q. Fabij Maximi proauum FABIVM Rullum siue Rutilianum, qui sine cœtrouersa maxima gloria Romæ atque auctoritate floruit, quinque fuit consul, clarissimos triumphos ex grauissimis bellis duxit, cum filio cœsule in prouinciam profectum legatum. In cuius triumpho, cum curru ille quadriugo inuheretur, equo ipse incedens cum reliquis secutus est, glorians, quod qui in potestate filium haberet, atq; inter ciues maximus & esset & diceretur, subiceret legibus se & magistratui. Plut. in Fabio.

Maxima diligentia ROMANI hunc morem retinuerunt, ne quis se inter Cos. & proximum listorem, quamuis officij causa una procederet, interponeret: filio duntaxat, & ei puero, ante patrem Cos. ambulandi ius erat, Qui mos adeo peti-

pertinaciter retentus est, ut Q. Fabius Maximus quinquies Cos. ut etiam pridem summæ auctoritatis, & tunc ultimæ senectutis, à filio Cos. inuitatus ut inter se & listorem procederet, ne hostium Samnitum turba, ad quoru colloquiū descendebant, elideretur, id facere noluerit. Val. lib. 2. cap. 1. Gellius lib. 2. cap. 2. No. 8. At.

Cum sella ueheretur TIBERIVS Cæsar, neminem senatorij aut equestris ordinis consequi patiebatur. Dion Nicæus in eius uita.

Occusfus.

Apud ROMANOS listorum erat, ut comitantes magistratus, populum de uia discedere iuberent, ne quisquam magistratum pedes offenderet, uel ulla ex parte impediret: e-ques obuiam ueniret, ab equo descendere iuberent, quod magni honoris loco habebatur. Valer. Max. libro 2. capite 1. & Alexand. lib. 1. cap. 27.

TIBERIVS Cæsar magistratus habebat in honore non aliter atque stante repub. alligebatq; Consulibus: & quoties eis cœnans dabatur, ingrediētib; ad fores procedebat obuiam, & comitabatur abeuntes.

Gloria uictorie.

IOABVS polemarchus Dauidis regis, Rabbam Ammonitarum metropolim oppugnans, regiam urbis partem ceperat. Misit ergo nuncios ad Dauidem, cogeret reliquum exercitum, & præfens adefset, ut ea gloria capte urbis regi, non Ioabo adscriberetur. Paruit Dauid, & Rabba expugnata, auream coronam regis illorum, quæ talentum pendebat, gemmisq; ornata erat, suo capiti imposuit. 2. Regum. 12.

Munera.

Cum rex in Persia equit, omnes ei PERSÆ, singuli pro suis facultatibus, munera offerunt. Qui agriculturæ operam nauant, & qui sua manu laborat opifices, neq; nimis attrita & praua, neq; nimis preciosa & magnifica donant: sed aut boues aut oues, nonnulli etiam frumentum siue uinum. Exeunt autem ipsi & prætere quantanti, hæc à singulis apponuntur, & munerum nomine uocantur, qua appellatione etiam ipse recipit. Pauperiores lac, palmas, & cascum ferunt, matu raq; bellaria, & alias primitias de suis fructibus. Aelianus de uaria historia libro primo. Cōsulē sub Titulo, Grati pro muneribus, Artaxerxis exemplum.

INDI, cum eorum rex capillos abluat, solennia celebrant, & maxima dona mittunt, diuitias suas certatim ostentantes. Strabo libro 7. Geographiæ.

Statue.

M. Antonino Philosopho Imp. & Faustinae cōiugi SENATVS Rom. decreuit statuas argenteas in templo ueneris dedica ri, aramq; extrui, in qua uitiges omnes quæ nubent in urbe, unā cum sponfis sacrificarent. Prætere ut in theatro statua Faustinae aurea in sella, quæ semper, quoties Marcus spectaret in eminentiore loco, unde ipsa spectare consueuerat uiuens, poneretur, eiq; omnes præstantissimæ feminae assiderent. Dion & Xiphilinus.

in pœnia. Locū dignitas.

Acondita urbe usq; ad Africanum & Tiberium Longum con-

OBEDIENTIA ERGA MAGISTRATVM. TVM

QVI OBEDIENT. PVTA

REGES.

Consi. Tit. Fidei in patriâ, Legibus obediendo, quatenus magistratui superiori ex præscripto legum parent.

CIVES, SVBDITI.

Theopompus rex Spartanorum, cum diceret quidam, Per reges stare Lacedæmonem imperadi gnaros: Imo, inquit, per CIVES principibus obtemperare doctos. Plut. in Lycurgo.

MILITES.

Cum Absolomus in pugna contra patrem Dauidem, quem regno expellere conabatur, inferior fugeret, & cæsaria suarum patulæ quercus implexus hæreret, QUIDAM militum Ioabi, qui Dauidis polemarchus erat, pendentem uident, interficere noluit, quia regis filius erat, & Dauid suis omnib; præceperat, uti filio Absolomo parcerent. 2. Reg. 18. CHRYSANTAM collaudauit Cyrus, quod hostem interfecturum, iam elatum in cædem gladium reuocasset, quia uoluerat, id est, receptui cani interim inauisset. Roganti uerò euidam, Cur hostem, quem in potestate habebat, non occidisset? Quoniam, inquit, melius est parere imperatori, quam occidere. Xenophon in Pædia, & Plutarcho in com. Pelopidæ & Marcelli.

LA CON in acie ferru hosti intentans, cum tuba receptui cecidisset, non percussit eum: ibi sciscitanti, Cur hostem, quem oppotunum habebat, non interfecisset? Quia auscultare, inquit, imperatori quam occidere rectius est. Plutarcho in Apophthegmatibus Laconicis.

sules, promiscuus senatui Rom. & populo spectandorum ludorum locus erat: nunquam tamen quisquam ex plebe in theatro ante P. C. spectare sustinuit. Adeo circumspæcta ROM. ciuitatis uerecundia fuit. Val. Max. lib. 4. cap. 5.

EADEM certissimum sui documentū etiam illo die exhibuit, quo L. Flaminius extrema in parte theatri constitit, qui à M. Cætone & L. Flacco censoribus senatu motus fuerat, consulatus iam honore defunctus: frater etiam T. Flamini, Macedoniae Philippicq; uictoris. Omnes enim cum transire in locum dignitati suæ debitum coegerunt. Ibidem.

MORTVO.

IABENSES Galaaditæ erga Saulum regem defunctum pij fuerunt. Audicantes enim cædem eius, & quod cadaver eius in muris Bethanis (quæ Scythopolis aliâs dicitur) Philistæi suspendissent: fortissimi quiq; eorum nocte tota profecti, Sauli eiusque filiorum corpora de Bethanæ muris abstulerunt, labemque reuerfi ea cremarunt, & ossibus sub nemore Iabe sepulsi, septem diebus regem suum steti & icu niis luxerunt. 1. Reg. 31.

PERSIS lex erat, ut a morte regis, legum & iuris intermissio per quinque dies fieret: nimirum ut intelligerent subditi, in quanto precio regem ac legem haberi debeat. Auctore Seruio. Stobæus ferm. 42.

ÆGYPTII in obitu, regis singuli capita luto deturpant, & nudatis mammillis mulieres uiriq; pectoribus plangunt, at que in desormi illuuiæ 72. dies, cibis animantium, uino & omni paratu abstinent: ac recensentes regis uirtutes, crebris ciulatiibus luctum renouant. Alexand. ab Alexand. libro 3. capite 7. ex Herodoti lib. 1.

Vt mors Titi Imp. palam facta est, non secus atq; in domestico luctu mœrentibus publicè cœsis, SENATVS prius, quam edictis conuocaretur, ad curiam cucurrit: obferatque adhuc foribus, deinde a petis, tantas mortuo gratias egit laudescq;, quantas concessit ne uiuo quidem unquam, atque præfenti. Suetonius in eius uita.

Pertinaci Romanorum Imp. à militibus iam interfecto SEVERVS Imp. non tantum monumentum fecit, eiusq; nomen in uotis atq; sacramentis omnibus iussit usurpari: sed ut statua quoq; eius aurea curru ab elephantis ueheretur in circum, præcepit. Xiphilinus in Seuro.

Pisti acie uictum Alpinum Scotorum regem manibus post tergum reuinctis in proximo pago securi percusserant: caput conto affixū, Camelodunū deportatum in eminentissimamurorum parte patibulo affixerant. Aliquanto post quidā adolefcetes SCOTI ueluti mercatus causa Camelodunum profecti, intempesta nocte è mœnibus sublatum præcipiti cursu in patriam detulere, idemque plumbea capsula occlusum, longa sacerdotum deductione, rege Kennetho multis cum proceribus comitante, in Ionam delatum, inter sacra regum monumenta cum corpore composuerunt reliquo. Hos uiros, qui summo uita discrimine Alpini caput Cameloduni mœnibus aduentum patriæ reddiderant, coque facto magna Scotos leuauerant ignominia, Kennethus rex agris ampliq; donariis remuneratus est. H. Boethius lib. 10.

OBEDIENTIA ERGA MAGISTRATVM. TVM

Clearchus Lacedæmoniorum dux dicebat, Imperatorem magis, quam hostem à MILITIBVS metui debere. Significans, eos qui in prælio dubiam mortem timuissent, certum (si deseruissent) manere turpissimum supplicium. Val. Max. lib. 2. cap. 2. Frontinus lib. 4. cap. 1.

IPHICRATES Atheniensis apud Corinthum tanta seueritate exercitui præfuit, ut nullam unquam in Græcia neq; exercitatiores copias, neq; magis dicto audientes fuerint Duci, in eamq; consuetudinem adduxit, ut cum prælij signum ab Imperatore esset datum, sine Ducis opera sic ordinatæ consistere, ut singuli apertissimo Imp. dispostici uiderentur. Probus in eius uita.

Habuit sub signis suis Hannibal, cum bellum in Italia gessit, ALPHROS, Numidas, Mauros, HISPANOS, Baleares, GALLOS, Ligures, & Italici nominis numerum ingentem: tanta tamen horum omnium fuit in ducē pietas, ut nullus in tanta hominū colluue, tam longo bello, tam uariis euentibus, contra Hannibalem insurrexerit. Sabellicus libro sexto, capite 8. Exemplorum.

P. Scipio Africanus Maior in Sicilia percontanti cuidam, Quare stertus classem educere pararet in Africam? ostendit ROMANOS armatos trecentos, sese exercentes: præterea turrim excellantem mari imminentem, & ait: Nullus horum est, qui non consensu turri semet in mare præcipitatus sit, si iussero. Sentiens, non petiit de referre, quam numerosam educaas multitudine, in dōd foris dux educat exercitatos, & dicto audientes. Plut. in Rom. Apophthegmatis.

SENE S.

PERSÆ pueros doceant præcepta de parenō magistratibus, s s s s 3

Qua in parte plurimum ualeat, quod & seniores enixè magi strabus obtemperantes coram inueniunt. Xenophon lib. 1. Prædix. Apud eosdem regi gratias agit, qui flagellari ab eo iussus fuerit, tanquam bene fecum sit actum, quod rex sui membris fuerit. Stobæus Serm. 42.

PATRES.

FABIVS Max. quinquies consul, à Senatu legatus missus ad filium Cof. Sueffam, postquam animaduertit eum ad officium suum extra mœnia oppidi processisse, indignatus quoque quod ex lictoribus nemo se equo descendere iussisset, plenus ira sedere perseverauit. Quod cum filius sensit, se proximo lictori, ut sibi appareret, imperauit. Cuius uoci Fabius contia obsecutus: Non ego, inquit, fili, summum imperium tuum contempni: sed experiri uolui, an scires Cof. agere. nec ignoro quid patri uenerationi debeatur: uerum publica instituta, priuata pietate potiora iudico. Val. Max. lib. 2. cap. 1. & Gell. lib. 2. cap. 2. Noct. At.

LICTORES.

Cum legem ferre uellet ad populum Icilius Tribunus plebis, Consules Senatūque rogauerat, ut eam primo quoque die decernerent. Sed moras trahebant Consules, neque, ut de ea referretur, Senatū conuocabant. Ergo misit apparitorem, qui Consules cogeret. Contra à Consulibus per alium suum VIATOREM Tribunitius iste uiator remotus est. Ideo Tribunus læsum se esse dicere: hanc iniuriam officiali suo factam, sibi esse factam uideri, se sacrosanctum & inuolabilem esse, ipse in sua an in persona uiatoris summo ueatur, nihil interesse. Itaque Consulū lictorem prehendit, ducit ad socios Tribunos, de capite postulat. Sed causa cognita, lictori Consulibus magistratūque suo paruisse, sine fraude fuit, huncque placuit dimitti oportere. P. Aerodius ex Halicarnasso lib. 10.

NOXII, SONTES.

ÆTHIOPES cum regem creauerint, uelut numen sit, ungd adorant. In quem is animaduersam uolet, lictorem signum mortis habentem ad eum mittit. Quo inspecto, confestim quiuisque illi esse, domum reuersus sibi mortem consciscit. Ferunt quendam per hæc morti destinatum, quum de fuga agitare cepisset, priusquam se periculo subtraxerit, zona à matre strangulatum. Sab. lib. 2. Enn. 1.

Vitoldus, qui patrum memoria lætè regnauit in Lituania (suis is Vladislaus frater, qui in Turcos memorabile bellum gessit) tanta inter LITVANO S fuit auctoritate, ut multi mortales ab eo iussi, sine carnifice uitam finiuerunt. Sed me tus hic fuisse uideri potest, non officium. Mira sunt, quæ de eius crudelitate memorie prodita sunt: nam & fontes urbis pellibus inuolutos canibus lanians obicisse dicitur, & in expeditionibus arcum semper intentum habuisse, ut si quis ordine aberrasset, eum sagitta conficeret. Sabellicus lib. 6. capite 8.

AMOR ERGA MAGISTRATVS, REGES, PRINCIPES.

QVI AMAVERINT MAGISTRATVS SUOS, NEMPE

DVCEB.

THEOPHOBVS dux ad gubernandas legiones contra Sarcenos à Theophilo Imp. relictus, cum Persarum stipendia tardius solucentur: ab illis indignantibus uel inuitus, atque ab ea desperatione frustratus eos dehortas, ne se & semetipsum in extrema mala coniceret, Imperator salutatur. Quo facto, clam Persis, id Imperatori significat, eiq; fidem facit, ne quid sinistra de se suspicetur. Reuersus Imperatorem, accedens, & cupidissimè excipitur, pristina felicitate recepta. Cedrenus.

Gothi Rauennæ obfessi à Belisario, fame conficti, à Vitigis se remouere imperio instituerunt, ut qui pessimè ream gessisset, & suam ad Imperatorem defectionem differret: in primisq; timere ceperunt, ne uicti tandem Rauenna Constantinopolim transferrentur. Itaque, consilio habito, BELISARIVM regem Italiae appellare constituunt, & occultè ad eum, ut imperium suscipere uellet, mittunt. Belisarius iniussu Imperatoris se id negauit facturum, ut qui à tyranni nomine abhorret, & se nihil in nouaturū sacramento interposito promississet. Inde Raucenna potius, Vitigè honorificè custodi mandauit, Gothos uerò circumpadanos in agros singulos dimisit: Regiam pecuniam cum cura asseruauit, ut ad Imperatorem deferri posset: Gothorum neminè spoliari permisit. Instantans siue multorum uocibus Belisarium de affectata tyrannide criminantium motus, siue bello à Cosroe Persarū rege renouato coactus, per eos dies Belisarium in Græciâ reuocauit. Hæc re audita, Gothi, qui Belisarium regnum susceperunt putauerant, ubi discedum pa-

IN QVIBVS OBEDIERINT. NEMPE CARCERES SVBVENDO.

TERIBAZVM aiunt, cum à Persis conuinceretur, qui esset uir ualidus, strinxisse acinacem, ac uir se defendisse. Quibus stantibus uociferantibusq; ex præcepto se regis ipsum comprehendere, confestim ensem abiecit, manusq; uicinas dadas præbuisse. Plut. de Superstitione.

STILICONI, ab Honorio Imp. genero missi, milites, manus iniicere cōabantur. Ille primum se defendere: post ubi Imperatoris id uoluntate fieri cognouit, manus dedit, seque ab illis interfici passus est.

DIGNITATIS IMMVNITONEM FERENDO.

ARATVS Sicyonius cum patriam suam à Nicoelis tyrannide liberaisset, eamque coniunxisset Achæis: equo merens à magistratibus obedientiæ causa delectus est: quod quamuis tantas accessiones reipub. dedisset, nomen suum & patriæ uires obsequentem tamen se, ut gregarius aliquis, exhiberet pratori anno Achæorū, quicunq; is, siue Dymæus, siue Titiræus, siue ex minore forte oppido foret. Plut. in Arat.

VICTORIAM NON PERSEQVENDO.

AGESILAVS cum biennium iam in Asia contra Persas dimicasset, moraque Asia & passim ad defectionem spectante, respulsi sine fæde & exterminatione hominū rectè composuisset: statim progredi, ac de uita cum rege & Ecbatanorum Suforumque felicitate decernere: ac detrahente primum oculum ei, ne sedens bella dispenseret Græcis, & corrumperet concionatorem. Interea uenit ad eum Epicydidas Lacon, qui Spartam bello implicatam graui annunciat: accerrere ephoros ipsam iubereque, patriæ uerteret opem. Ergo simul atque allata scytala est, tanta fortuna & opibus propositis, tantaque spe dimissa atque effusa, illic decessit rudi opere, apud amicos sui desiderium relinquens, & egregiè Demarati Phæacis filij dictum refellens, publicè Lacedæmonios, priuatiu meliores esse Athēnienses, quandoquidè cum regem & imperatorem se optimum præstitit, tum meliorem etiam ciuem & incundiorē in cōiunctione præbuit amicum. Plut. in Agesilao.

Re præclare in Africa gesta cōtra Iubam & Domitium per 40. dies, CN. Pompeius Viticam reuersus, Syllæ Dictatoris literas accepit, quibus significabatur, ut dimisso exercitu cum una legione successorem expectaret. Tulit id imperium iniquo animo, sed milites multo iniquiore, ut pro cōiunctione multuosa acclamatione moneretur, ne tyranni literis pareret. Ille est non mediocriter animo affectus, quod præter spem suam priuatus erat in Italiam rediturus, parendum tamen dictatori censuit. Ceterum circumfusa multitudo, atque exercitum & imperium retinendū affirmante, nec Pompeius equiora monendo quicquam proficeret, testatus est sibi manum se illaturum, nisi desisterent. Tanti apud illum fuit, Dictatori uel iniqua imperanti parere. Plut.

rari, & se destitui cognouerunt, in Picenū ad Vraiam exsore Vitigis genitum conuenerunt, & præfenti complorata fortuna, ipsum sibi regem delegerunt. Vraias cam dignitatem aspernatus est, uel quia ex infortunata Vitigis familia & apud Gothos contenta esset, uel quia impietatis crimen horretet, si uiuentis auunculi principatum inuaderet: suastit autem, ut Ildobrandum Visigothum ad regnum eueherent, uirum præstantem, atq; industrium, qui Theuda Visigothorum in Hispania rege auunculo uteretur. His dictis assensu, Ildobrandum ad se Verona cōuecarunt, & ad se profectum purpura inducitur, & regem maximo cum plausu salutarit. Tum ille, se suadere dixit, ut legati ad Belisarium mittantur, qui rogarent, num ueteribus stare conditionibus uellet, & se ab eo destitui quereretur. Si assentiretur, Ildobrandum ad eum accessurum, & uestem regiam posturum, eumq; tantquam regem Italiae ueneraturum. Quibus respondit Belisarius, se, Iulianum uiuente, nunquam regium nomen laturum, atq; inde Constantinopolim cum Vitige rege, & Matasuenta uxore eius, prædaque ipsa regia redire contendit. Sigonius lib. 18. Imp. occid.

Roberti Guiscardi ducis Apulie filij duo, Rogerius, quem patre moriens ducem esse iusserat, & Boemundus prope beneuentum infestis signis imperij causa cōiueiebant. Sed DVCEB, qui Robertum uiuum amauerant, eiusdem manes uenerantur, certamē tanta industria & fide dirimerunt, ut Boemundum in partem regni admitteret Rogerius, ipse duceat titulum retineret. Collenucius libro tertio Historiæ Neapolitanæ.

MILITES.

VRIAS Ethæus uolebat esse in dcliciis, quando Iobus polemarachus spūs laboraret in exercitu. 2. Reg. 11.

Cum

Cū L. Sylla ex Asia rediret, cum uictore exercitu, transfugerus eum Brundisium ex Dyrhachio contra Cinnā & Marium, & uerteretur, ne ubi Italiam attingissent, dilaberetur quisque per oppida: primum adiurauit uictorē MILITES, ad ligna se manuros, nec Italiam uolentes ueruros. Dein de qua magna pecunia considerabant eum indigere: obrulerunt ei pro suis quisque facultatibus argentum. Plutarchus in Sylla.

M. Antonius Triumuir, cum in reditu Parthi ex insidiis exercitum aggressi, III. M. occidissent, V. M. uulnerassent: eos circumiit Antonius inuisens, consolatusq; est lacrymarū plenus & dolore percitus. MILITES alacres dextram eius apprehendentes orauerunt, iret semetipsum curatū, nec sese aligeret. Appellabant eum imperatorem, & modò ipse uale ret, saluo se dicebant. Nam breui neq; robore, neq; patienti laboris, neq; flore ætatis præstantiorē alius imperator exercitum ea memoria ductasse illo uideret. Reuerentia uero aduersus ducem, obtemperantiæ cum beneuolentia, & quod omnes æquè nobiles, obfcuri, præfeci, gregarij in honore esse & gratia apud Antonium, saluti suæ & incolumitati præferret, ne à ueteribus quidem Romanis potuit superari. Huius rei copules causæ fuere, nobilitas Antonij, facundia, candor, munificentia & magnificentiæ, in iocis & colloquijs lepores: tunc uerò etiam communicatio cum affictis angoris dolorisq; & suppeditatio eius, quo quisque indigebat, alacriores reddidit ualentibus ægros & uulneratos. Plutarchus in Antonio.

C. Jul. Cæsar ingressu ciuile bellum CENTVRIONES cuiusq; legionis singulos equites 2 uaticio suo obtulerunt: & iniucit milites gratiam, & sine frumento stipendioq; operam, quum tenidorum tutelam locupletiores in se contulissent. Neq; in tam diuturno spacio quisquam omnino desciuit: pleriq; capiti concessam sibi sub conditione uitam, si militare aduersus eum uellent, recusarunt. Famem, & cæteras necessitates, non quum obficerent modò, sed etiam filios ipsi obfiderent, tantopere tolerabant, ut Dyrhachianum munitione Pompeius, uiso genere panis exherba (quo sustinebantur) cum feris sibi rem esse dixerit: amoueriq; ocyus, nec cuiquam ostendi iusserit: ne patitiæ & pertinacia hostis animi suorum frangeretur. Quanta fortitudine dimicauerunt, testimonij est, quod ad uerfo semel apud Dyrhachium prelio, pœniam in se ultro deposuerunt: ut confolando eos magis Imperator, quam puniendo habuerit. Cæteris præliis innumerās aduersariorum copias multis partibus ipsi pauciores facile superauerit. Deniq; una sextæ legionis cohortis præposita castris, quatuor Pompeij legiones per aliquot horas sustinuit, penè omnis cōfixa multitudine hostium sagittarum, quarum C. ac XXX millia intra uallum reperta sunt. Nec mirum, si quis singulorum facta respiciat, uel Cassij Scæuæ centurionis, uel C. Acilij militis. Ne de pluribus referam: Scæua excusso oculo, transfixus femore & humero, C. & XX ictibus scuto perforato, custodia portæ cōmissi castris retinuit: Acilius nauali ad Massiliam prelio, iniecta in puppem hostium dextra, & abscissa, memorabile illud apud Græcos Cynegiri exemplū imitatus, statissimè in nauem, umbone obuios agēs. Suetonius.

Reginus à Triumuiris proscriptus, atq; hostis iudicatus (capitale autem sine ulla uenientia habebatur, si quis proscriptū hospitio iuaret, aut eum posset non caperet: & cōtra, proscriptorum percussori ingens præmium propositum) fugam ad ornans, alinum frōdosis sacibus onustum agebat: iamq; ad urbis portas ut egrediretur peruenerat, cum illic à MILITIBUS cogitatus est, qui aliàs sub eo militauerat. In eum non modò militè puduit manus iniicere: uerum ut ducem suum, sicuti olium fuerat salutarit, fugiendiq; inde uiam dedit. Plus enim apud militem sanctus pudor, quam mortis metus aut præmiorum spes ualuit. Fulg. lib. 4. cap. 5.

Victi Vitellio Othoniani ad Bebricam prope Cremonam, cum duces ad Vitellium descisissent, ad Othonem uerò MILITES Braxillum ex fuga sese collegissent: motus eorum si dem excessit omne, quod non desierunt ab eo, non transfugerunt ad uictores, non uisi sint deplorato imperatore sibi consulere: uerum omnes pariter ad ianuam eius perrexerunt, imperatorem appellarunt: progresso eo, ut in uictoria silet, cum clamore & supplicis manus eius attingerit, ad genua acciderunt, lacrymas profuderunt, oraueruntq; ne dederet ipsos, neque proderet hostibus, sed ueretur, quoad spirarent, pro dignitate sua animis & corporib. suis. Sic cum hi supplices eum obsecrauerit: Vnus erò ex gregariis sublato gladio ait: ita scito, Cæsar, animatos omnes esse pro te mortuum semet ipse cōfodit. Cæterum horum Othonem nihil flexit: sed exporredo & constanti uultu quoquo uersus aciem circumferens, Reipub. causa sese non commissurum, respondit, ut mutis cædibus Romanum attereretur imperium. Itaq; nocte pugioni incubuit. Sublato à pueris eius ciuitate, mox totum exercitum oppidumq; complora-

tio occupauit. Milites cum clamore ad ianuam occurrerit; lamentatiq; sunt moerentes & dectantes semetipsi, quod non custodiissent imperatorem, neq; præhibuissent pro ipsis occumbere. Nec quisquam reliquit eum, saluti suæ propinquis iam hostibus propiciis, sed excultū corpus rogo parato extulerunt armati: exultaueruntque, qui occupauerant subire & gestare lectum. Cæteri partim uulnus exanimi in genua procumbentes exofculati sunt, partim manus attingerunt, alij procul adorauerunt, alij subditis rogo factibus se ipsi confodere: cum nullum, quod quidem constaret, à defuncto haberent benefactum, neq; quicquam grauius expectarent à uictore. Cæterum nullus meo iudicio omnis ætatis tyrannorum uel regum tam ardenti & infano imperandi amore flagrauit, quam illi parere & obtemperare gestierit Othoni. Nempe ne mortui quidem eos desiderium reliquit, sed durauit in perniciose Vitellio odium euadens. Plutarchus in Othone.

Galbæ Imperatori insidiis coniuuratorum circumuento nemo opem tulit, excepta GERMANORVM legione: qui ob recens meritum, quod se ægros & inualidos magnopere fouisset, in auxilium aduolauere: sed feruus itinere deuiio per ignorantium locorum retardati sunt. Suetonius.

SATELLITES.

Interfecto Caligula à coniuuratis, GERMANI satellites rumore adhuc incerto eius insidias uindicare cupientes, stridit gladiis circumdedere Theatrum, & populum omnem confecissent, nisi Aruntij præconis uoce, Cæiū pro certo interitū se affirmantis, fuissent cohibiti. Iosephus lib. 19. cap. 1.

Senatus Rom. aduersus Maximinū Imp. duos Augustos creauerat, Maximum Pupienū, & D. Balbinum. Milites qui Maximinum Imperatorem elegerant, id dolentes, occiso Maximino à Maximo, seditionem aduersus eos Romæ conitabant, amboq; regali uestitu nudatos, deq; palatio deturbatos per mediam ciuitatem ad castra raptat. GERMANI satellites hoc uidentes, occurrunt in inuere, Imp. suos defensuri: sed à prætorianis omnes lanati & occisi sunt. Cusp.

HOSTES.

Erat DAVIDI ad eum infensus rex Saulus, ut nullus in tota Iudæa esset locus ab regis insectatione non illi infectus. Cæterum cum sæpe regem iniuriæ obnoxium habuisset, maluit regis uestis laciniam rescindere, quam ceruicè: & dormientem urecum potius adimere uoluit, quam caput. Sabellicus libro 3. cap. 18. ex libro 1. Regum cap. 24. & 26.

SACERDOTES.

SENO Diaconus pro Coniberto Longobardorum rege cum Halari Tridentino duce singulari certamine congressus, ab Halari obruncatur. Bonfinius lib. 8.

CONSILIARI.

Consule Tit. Consiliari prudens, quatenus Principibus suis rectè consulunt.

NVTRITII.

Cum in Hispania inter se bello decertarent Ferdinandus Legionensis, atq; Garfias Nauarrensis, reges: Garfias quod superbus ad auxque nimium se uel regni sui proceres habebat, in magno eorum odio uersabatur: idque cum animaduertisset VNVS militum eius, qui puerum Garfiam aluerat, arbitratu si prælium committeretur, Garfiam à suis desertum iri, ut qui ex fide eum diligeret, te detestata, quam intellexerat, Garfias suastit, ut prælio abstineret. Cæterum Garfias immo dici spiritus, amicorum æquè atq; inimicorum contemptor, decertare prælio cum hoste decreuit. Quam re conspiciat is, in hæc uerba protupit: Quantum aduercere possum, tibi statutum esse uideo, ut omnino moriaris. Cui rei postea quam aliud afferre opis nequeo, id saltem enitar, ne te uel mortuum uel uictum uideam. Itaque galeam atque thoracem exutus, ac solo gladio hastaque armatus, in hostium aciem ingenti animo irrupit. Vbi ipse haud multo post cæsus, & Garfias à suis, ut ipse monuerat, desertus fuit: Fulgofus lib. 4. cap. 7.

IN QVO ARMAVERINT MAGISTRATVM V. G.

VITÆ MAGISTRATVVM CONSVLERE.

Cum David regno pulsus ab Absalomo F. in urbem Mahanaim trans Iordanem cum 4000. fugisset: persequente Absalomo, exercitum in tres partes diuisit: unam Iobabo, alteram Abisæo Iobabi fratri, tertiam Ethæo Gethano tribuit: ipse cum militibus se profecturum dixit. At MILITES noluerunt, sed ut in urbe maneret subsidij loco, coegerunt: nam si in bello cecidisset, Absalomum uictoriam planè consecuturum: si uerò in urbe se continuisset, quamuis amisso eo exercitum, nihilominus nouum exercitum comparandi facultatem habiturum. 2. Regum 18.

David rex in conflictu cum Palæstinis defatigatus, à Isibend-

bo gigante oppressus fuisset, nisi Abisicus Saruiz fororis Davidis f. succedens gigantem peremisset. At Davidis MILITIBUS iustitiam regem se deinceps in pugnam non esse admitturos. Regum 21.

Narrat Herodotus ex aliorum sententia (ipse enim fictum putat) Xerxem postquam Athenis profectus est ad oram super Strymonem, exercitum Hydarni permisso, quem ad Hellespontum deduceret, nauem Phoenissam conscendisse, ut in Asiam se reciperet: dum cursum tenet à Strymonia, ingenti vento fuisse exceptum, eoq; uehementius, quod nauis refferta uectotibus erat, adeo quidem, ut super contabulationes essent frequentes Persæ, qui cum Xerxe uehebantur. Ibi metu percussum regem cum clamore interrogasse gubernatorem, Num qua salus esset? Et cum ille respondisset, Hec, nulla admodum est: nisi horum uectoru aliqua fiat abitio. Tunc Xerxem eo audito ita locutum: Viri PERSÆ, nunc aliquis uestrum declarat se curam habere regis. In uobis enim uidetur sita esse salus mea. Hæc ubi dixit Xerxes, illos eo adorato desilisse in mare: atq; ita leuata nauis, Xerxē in columnē in Asiā peruenisse. Et ubi primum in terrā egressus est, hoc egisse: gubernatorem, quod regis quidem animam seruauerat, aurea corona donasse: quod autem multos Persarum perdidisset, decolasse. Herod. lib. 8. & Sab. lib. 2. En. 3.

PAVSANIAUS quidam apud Philippum Macedonia regem Amyntæ F. in uindictam alterius euitaret, ultro uita se abdicauit. Cum enim aliquando Philippus prælium contra Pleuriam Illyrici regem iniret, hic ante suum regem consistens, quæcumq; in eum tela mitterentur, suo corpore excipiens mortem ita obijt. Diod. lib. 16.

CORNELIUS Lentulus uidens in prælio Cannæ L. Aemilium Paulum Cœsulnere confectum extra uiam, quamquam hostes infecerunt, pudore motus, prope iuxta illum ab equo descendit, atq; eum Aemilio obtulit: obtestatus multis uerbis. Ne morte sua grauiore populo Rom. cladem facere uellet. Et enim se iuuenem, corporis robore adiutum, pedibus salutem inuenturū. Quod si alterutri moriendum esset, referre ad Reip. salutē, ut ipse potius quā consul moreretur. At Aemiliū puduit alterius cuius morte suā seruare uitam: profrusq; recusans equum, iuuenem, ut in tutum se locum reciperet, hōitatus, mandata magni momenti, quæ ad Senatū populūq; Rom. perferret, dedit: nec multo post ab hostibus oppressus fuit. Fulgos. lib. 4. cap. 5.

Eratin Hispania mos, ut cohors prætoris unā cum cadente imperatore mortem obiret: quod uocabat illius regionis barbari, Deuotionem. Ceteros imperatores paucissimos & amici, atq; Sertorium multa millia mortalium, qui sese deuouerant eum eo morituros, sequebantur. Fama est, cum prope oppidum quoddam essent, instantibus hostibus sui inimiciores HISPANOS, ut Sertorium seruarent, elaborasse: humerisq; eum sustollentes alios præ aliis extulisse in murum. Collocato iam in tuto imperatore, tum denique fugæ quemq; consuluisse. Neq; Hispanis tantum acceptus fuit, uerum etiam militibus Italicis. Quippe cum M. Perpenna, qui partem Sertorij erat, in Hispaniam eum ut magna pecuniæ atq; ingenti manu aduenisset, ubi Pompeium allatum est saltum Pyram transfedere, milites captis armis & signis legionum sublati obtreperunt. Perpennæ, iubetes ut ad Sertorium duceret: in minus, reliquos ipsum, atque ad Sertorium, qui se & alios seruare nosset, denunciatus se profecturus. Quorum postulat cedens castra Perpenna mouit, & Sertorio se cum quinquaginta tribus cohortibus coniunxit. Plutarchus in Sertorio.

Imperator Theophilus à Saracenis circumuentus, penè in manus hostium uenit. Id MANVELVS sentiens, dux exercitus, animis suorū oratione recollectis, audacter discrimē adiit. Cumq; ad Imperatorem peruenisset, fatigatam iam, & de salute desperantem, tamen causantem fugam se suos prodere nolle, hortatus est, ut se sequeretur: præeuntem, iterq; apertentem. Postquam ipsum crumpentem Imperator euestigio subsecutus non est, denuo, & cum ne sic quidem Theophilus sequeretur, tertium reuersus, mortem ei nisi comitaretur minatus, uix tandem præfenti periculo eripuit. Ideo honoribus eum donisq; dignis Imper. remuneratus est, benefactorem ac seruatorem falsus. Cedrenus.

SENO DIONYSIUS Alachis regis armis indutus, à Iuniperto rege Longobardorum, quem Alachis eiecerat, occisus fuit. Cranzius lib. 3. Danicæ, cap. 30.

IOANNES Smiritheus, inter Boëmos nobili genere natus, dum Ladislaus Hung. & Boëmiæ regis uitæ consulit, suā auertit, quippe qui ad Ladislaus Boëmiā ingressurū ita scripsisset: Venturū te quamprimum in regnum tuū probō, si modò ueneris imperaturus, & non pariturs inuicem impotentemq; te intrare non laudo, nisi bicipitem te forte mater pepererit, ut ex duobus unū Wienæ apud amicos dimittas, alterum dubiæ Boëmorū fidei caput temerè credas. Vale. Epistola Vlrico Ciliæ Comiti Austriæ gubernatori red-

ditâ, perlectâq; ad Georgiū Pogiebrahiū Boëmiæ gubernatori exemplò remittitur. Ille coacto Senatu, præfentemq; Ioannē literas recitauit. Quare capitale repente supplicium de literarum auctore sumptum est. Bonfinius lib. 7. Dec. 3.

DESSEVS commutatis cum rege Hungarorum Carolo I. armis, ut regem seruet, in prælio aduersus Valachos, interfecit. Bonfinius lib. 9. Dec. 2.

Ferdinandus II. Aragonius regnum Neapolitanum recuperatus, ad Semernariam prælia inito, quom hostium multitudine obrueretur, in fugam se coniecit. Fugientem crisis auratisq; armis conspicuum multi sunt persecuti. Sed nemine eius cursum adæquante, lapsu equi in arctas cōcisæ uitæ angustias præcipitatur. Nec multum inde Galli aberat, quod desuper equo resupinato, stapedis ac lunatis ephippij cornibus implicio, summoq; in uitæ periculo laboranti, IOANNES Capuanus Andriæ Alcauillæ frater auxilio superuenit, & memorabili caritate equum obulit, quo ipse perniciosissimo ad salutem uecturum. In eum Ferdinandus, uti erat desultoria artis peritia mirè agilis, quanquam grauibus rebus armis esset, statim insiliens, è manibus Gallorum eualuit. Ipse autē Alcauilla in pedes desitutus, paulo post ab hostibus est interfecus. Iouius lib. 3. Hist. Guicciardinus lib. 2. & Fulgosius lib. 4. cap. 5.

Nicolaus Picinius, qui in Brixiano agro Philippi Mediolanensis ducis exercitū præerat, apud Gardam oppidum circa Benacum lacum à Frāncisco Sfortia Venetorum copiatum ducē uictus, quom se trepidè in oppidum recepisset, latuit per diem: ne si uictor hostis rescuisset se Thenij, esse, attentissima obfidiōe oppidum cingere perseveraret, omnemq; eua dendi adimeret facultatē. Intempta autem nocte panis obitus & sacco obuolutus pro uili sarcina à TOBENSCHINO satellite, pudore ferre simulante, per mediōs hostes in tutum deportatus est. Sabel. lib. 4. Dec. 3. & Fulgos. lib. 7. cap. 3. & Platina in Eugenio IV.

Anno 1544. exercitūs Imperij cum Pestam oppidum frustra tentasset oppugnatione, domum redit, & e contagione multa hominū millia desiderata sunt. Saxoniæ dux Mauricius hoc in bello uoluntariè militabat, circiter XXI annorum iuuenis: & e castris quodam die progressus, uno solū comitan te satellite, cum in Turcas aliquot incidisset, manu consistit equo confosso in terram effunditur. Ibi famulus GERMANVS, genere nobilis, corpore toto superincumbens, iacentem protexit, & tantisper illos demoratus sustinuit, donec equites superuenire, qui principem eriperent. Itaq; uitam ei seruauit, ipse uero, multis acceptis uulneribus, in castra relatus, non multo post interijt. Sleidanus lib. 15.

PROVGNARE.

C. Julius Cæsar studium erga se militum & promittendum habuit tantam, ut qui ceteris nihil aliis in expeditionibus præcellerant, inuicti atq; intolerabiles in omne discrimen præ Cæsaris gloria uerent. Quasi fuit hinc ACILIVS, qui in prælio nauali apud Masiliam cum in hostilem nauem transfuisset, detrunctâ gladio dextra retinuit sinistra secuti, quopulsans hostium ora omnes auerit, nauisq; est portus: hinc CASSIVS Scæua, qui in pugna ad Dyrrhachium excussio sagitta oculo, humero pilo uno & femore altero traiecit, secuto telorum triginta supra centum ictibus exceptis, tantquam decedens se uocauit hostes: duobus accurrentibus, alterius humerū gladio desecuit; alterius faucibus faciem, eumq; in fugam uerit, ipse amicorū præfidiō euasit inco lumis. In Britannia cum hostes primipilos, qui in loca palustria & profunda aquis incidere, adorirentur: Miles Cæsaris ipso pugnam spectante in medium irruit, multiq; & eximii edictis uirtutis operibus primipilos seruauit, ac barbaris in fugam coniecit, ipse postremus omnium magno labore recipiens se, coniecit se in riuos lacustres, atq; ægrè relicto scuto, qua natando qua ingrediēdo, locum eum superauit. Stupente Cæsare, qui cum gratulatione & plausu occurrit ei, admodum hic mœlus lacrymarumq; plenus abiecit se ad Cæsaris pedes, quod scutum amisisset, ueniam petens. In Africa Scipio capta Cæsaris nauis, qua Granius Petronius quæstor designatus uehebat, ceteros in prædam uertit: quæstor salutem se dixit dare: qui cum respondisset, Cæsaris milites non accipere, sed dare consuesse salutē: gladio se confodit. Plutarchus in Cæsare.

DEFENDERE.

In conspiratione aduersus Galbam Imp. à militibus facta, cum Galbæ ad tumulum fedandam in lectica delato infensio currerent militis, nemo se illi obiecit, extra unū SEMPRONIUM Denfum centurionem, qui nullo ille quidem priuatim beneficio Galbæ obstridus, sed sacramento & fide impulsus, insidit protegere lecticā, uitemq; primò, qua in fontes animaduertunt centuriones, sustollens, in uehētibus minitabundus in clamauit, parcerent Imperatori. Inde cum inuaderent ipsum, educto gladio diu pugnauit: quo ad in populibus ictus occubuit. Plut. in Galba.

Pert.

Pertinax Romanorum Imp. cum à seditiono milite ab aliis insignis militibus interfecteretur, solus ELIOTVS, qui nunquam Pertinacem deseruit, quo ad potuit, opè tulit, ac plebsque milites uulnerauit: ac cum Imperatore trucidari, quam in conspiratorum sententiam ire maluit. Xiphilinus in Pertinace.

CAPTIVITATE AMOLIRI.

PTOLEMÆVS euachus Mithridatem ab omnibus desertum in suum equum sustulit, & manibus L. Luculli eripuit. Fulg. lib. 9. cap. 7. ex Plutarcho.

LVCILLVS miles Bruti domesticus atq; fidus, apud Philippum inclinatam iam aciem uidens, se pro Bruto obulit, ut spaciū ei fugendi daret: ductūq; ad M. Antoniū pro Bruto, apparuit fraus, collaudatum cum Antonius ob fidem apud se retinuit: eumq; non minus postea sibi fidelem sensit, atq; Bruto fuerat. Plut. in Bruto.

Capto ab Anglis Ioanne Francorū rege, Carolus Sapiens Delphinus ciuitates circumbat, opem rebus afflictis & patri petens. Apud singulas perfecit, quo ad apud uniuersas nequie rat. OCITANI in prouincia Narbonensi, auctore Anniana eo COMITANI, non expectatis precibus Delphini, aurū matronarū, & omnia ornamenta contulerunt legem etiā sumuarā & de mūdō muliebri repetiuerunt: o dā millia bellatorum armaturæ se raturatūq; professi sunt, quo ad domum rex restituere. Eos Campani secuti sunt. Aemilius lib. 9.

MORTEM VLCISCI.

THEBANI simul atq; Pelopidam Bœotarcham in acie occubuisse intellexerunt, nulla interposita ulciscendi mora, educentem rapunt, Malicre & Diogitene ducib. exercitum septem millium pedum & septingentorum equum. Cum autem reperissent deiectū Alexandrum Phœræum tyrannum, & uiribus truncatum, cōpulerunt eum, ut Theffalis quæ ademerat oppida restitueret: Magnetas, Phthiotas, Achæos liberaret, & præfidia inde deduceret: deniq; ipse iuraret eosdem se, quos Thebani, hostes habiturum. Plut. in Pelopida.

Capto & necato Philopœmene prætoris Achæorum à Dinocrate Mellesio, ACHÆORVM ciuitates nulla uindicta morâ admittit, atq; electo Lycorta ducē, fines Mellesios inuadit, eosq; fœdatur: donec illi confessione recipiūt Achæos. Ibi Dinocrates sibi ipse manus inferit: ceteri quotquot necādū censuerunt Philopœmenē, consensu sibi metipsum mortem: qui torquēdam, iniuriarum nomine uincuntur à Lycorta. Plutarchus in Philopœmene.

Caso per dolium cū omni nobilitate Roluone Danorum rege à Suecis, Hiartuarus cædis auctor, idemq; Roluonis fororis, quem Suecia præfecerat, cum in triumphali epulo fortitudinem sedemq; procerum & sacellum Roluonis uehementer commendasset, qui regi suo superesse nolissent: uicissim fortunam accusabat, quod sibi ne uim quidem eorū obsequium superesse permisisset, quam libentissimè se talium uiciorū famulatu usurum testatus. Oblato VI GGONE (q; uicinus superuicuit, & iam pridē à Roluone susceptus, uoto se obstrinxerat, eius se mortis quantum homini liceret uindictē fore) perinde ac munere gratulatus, An sibi militare uelle inquit. Annuenti dicitur tum gladium offere. Ille cuspidem retinens, capulum petiit: hunc morem Roluoni in portigendo militibus ense extitisse præfatus. Olim nanq; se regum clientela daturū, tacto gladij capulo obsequium polliceri solebant. Viuggo capulum complexus, cuspidem per Hiartuarū egit, & promissa Roluoni paratā alia peregit. Quo facto ouans, irruētib. in se Hiartuari militib. cupidissimè corpus obtulit, plus uoluptatis se ex tyranni necē, quam tristitiæ ex propria sentire uociferans. Eadem itaq; dies Hiartuari regnum finitū ac peperit. Saxo lib. 2. & Cranzius lib. 1. Suecicæ capite 20.

HONOREM TVERI.

Magno erat apud LA CÉDÉMONIOS dedecori, regis cada uer sincere in hostium esse postestare. Ea propter cum in Leuctrica pugna Cleombroti cadauer Thebanis eripere conarentur, maxima clade affecti fuere. Paulanias in Bœoticis. Anno Christi 1325. BASILIENSIS profcripti à Pontifice, q; Lodouici Bauari Imp. partes sequebantur: legarum dirarum præconem ex Mariano luco in Rhenum præcipitē dedere: & eundem natatu euadere conantem, in portu trucidauerunt. Mortuo Lodouico, Carolus III Imp. receperunt, nulli tamen Pontificis minis, ut Lodouicum hæreticum faterentur, adduci potuere: sacerdores cessantes ad sacra peragenda exilij pœna cōegere. Stumpfius.

Ad Dyrrhachia pugnantib. contra Pompeium Cæsarianis, quū Cæsaris ACYLIFER lethali uulnere transfixus morti proximū se sentiret, uerfus ad comites, porrigensq; aquilam quā iam egrè sustinebat, Haec ait, o cōmilitones mei, uiuēs multis annis & multa cura seruauit, & nunc moriens eandē Cæsari pari fide restituo: uos aut per communis imperatoris amorē oro atq; obtestor, Cauete dedecus Cæsaris castris insolitum, ne forte hostium in manus ueniat tanti ducis si-

guum, per manus uestras salua ad Cæsarem reueratur. Hæc dicens corruit, centumq; alij primæ suæ cohortis cum principice ceciderunt. Io. Gerund. lib. 9. Paralip. Hispan.

DIGNITATEM AMPLIARE.

Cum Polonorum legati Lesko Albo imperium ea lege desererent, si GOVORICIVM Raurum Palatinū Sendomitiensem relegeret: isq; animi dubius cōstitaretur: Gouoricus eum ultro hortatus est, ne sua causa rāta cōmoda negligeret. Malè enim sibi suisq; posteris contulurū esse; si propter se unum seniculum, & pauculos atq; eos incertos dies uitæ suæ, in aliam familiam principatum transferri sineret. Sed Lescus conditionē magno animo repudiavit. Cromer. li. 7.

CALAMITATI CONDOLERE.

Moris asserunt AETHIOPIBVS uicinis Aegypto fuisse, ut si quando rex aliqua corporis parte ex quauis causa debilitaretur, domestici omnes sponte sua eandem partem debilitarent Turpe enim existimabant, rege claudō non & omnes claudos amicos esse. Diod. lib. 3. cap. 1. & Strabo lib. 17.

MEPHIBOSETHVS Saul F. à Dauide & opibus & cōiuij honore decoratus, eodem expulso, à filio Abisalomo perisficis aliis deficientibus, neq; pedes lauare, neq; barbam tondere, neq; uectimenta ablueri uoluit, priusquam David in regnum restitueretur. 2. Regum 19.

Cum L. Attracino (sub quo ducē acie Rom. apud Ferruginem à Volscis inclinatā cū ceteris equitibus Trib. pleb. quatuor correxerat) diē ad populū L. Hortensius collega tribunorū dixisset: pro rostris tres TRIBVNI iurauerunt, in squallore se esse, quod Imperator ipsorū reus esset futurus. nō sustulerunt enim egregij iuuenes, cuius armati periculū uulnerib. & sanguine iuo defenderant, eius rogari ultimū discimē potestatis insignia retinentes intueri. Qua iustitia motū concio, actione Hortensium desistere cōegit. Val. lib. 6. c. 5.

CVPIDITATI SATISFACERE.

Inter XXVII Dauidis fortissimos milites, hi tres, IASOBAA MVSV Hammon F. ELEAZARVS Dosis F. & SAMMA Ages F. Hararita, cum David aliquando desiderasset de puteo ad portam Bethlem: posito aquam bibere: per media hostium Palestina castra magno animo penetrarunt, & Dauidi aquam attulerunt. At rex eam louæ libauit, ut proe hominum uitæ periculo emtam. 2. Reg. 23.

Ferunt in expeditione aduersus Dariū, MACEDONEM quēdam Alexandro potum obtulisse. Quo rogante, QUONIAM CAM aquam ferret? & respondente eo, Ad filios se ferre, qui etiāsi morerentur, diu superuiente Alexandro, copia liberorum ei defutura non esset: Alexandrum, cum iam manu teneret galeam ut biberet, dixisse: Nolle se bibendo aliorum augere ditium: & aquam illi restituisse.

VETULA lactucas Clementi VII. Pp. Romæ obsecro donanda, à Philippo Cerebellione & Mendanio Hispanis stranguatulo. Iouius in Pompeio Columna.

NON DEDERE HOSTI ARCES, VRBES.

BOGES à Xerxe præfectus Eioni urbi Thraciæ, uictor Xerxe à Græcis, cum ab Atheniensib. & Cimone Miltiadis filio obfideretur, liceretq; ei accepta fide egredi, & in Asiam remeare: tamen abnuuit, ne regi præ metu superuicisse uideretur, sed ad extremum usque perstiterit. atque ubi nihil in mœnibus commeatu reliquum fuit, accenso ingenti rogo, interemie liberos, coniugem, concubinas, familiam: eosq; in rogiu diecit. Dehinc omne aurum urbis atq; argentum è muris dispersit in Strymonem. His actis, semetipso coniecit in rogiu. Eum summè laudauit Xerxes, eiusq; liberos reliquos maximo profectus est honore. Herodotus.

Cum graui longoq; bello Alphonfus IX. Legionensis rex, cū Viracina nouerca, & fratre eius Didaco Harro deceraret: pulsis è regno ambobus, arcem Guarrā longa obfidiōe pressit. Arci præerat Didaci nomine MARCVS Gutierius, qui aut mortuis, aurprofugis comitibus, quos in arcē habebat, solus ad eam tuendam remaserat, loci munimēto adiutus. Ceterum cum superatis aliis malis, fames hominem ita cōfecisset, ut consistere amplius nō posset, appensis collo suo arcis clauib. in ipsa porta, ut illic incolumi fide moreretur, se prostrauerat. Hostes mirati, ab arcē strepitum nullum exaudiri, appositis scalis in arcem ascenderunt, ubi penè exanimem Marcum iacentem inuenerunt. Quom cum ad Alphonsum tulissent, illic ut in uita maneret, impensè laboratum est. Postquam autem Marcus ad sese rediit, ut loqui posset, in doluit plurimū, quod emori ipsum in ea arcē nō permisissent, ut profusus fidem quam promiserat præstiuisset uideretur. Dimissus igitur ab Alphōso, post paucos dies ad Didacum principem suum perrexit, qui tunc in Africā abierat. Cum in eum, ut in singularis fidei uirū, laudes ab omnib. cōgestæ essent: qua tamē Didacus dixerat, quanquam Marcus egregiam fidem præstiuisset, tamen arcem se suam optare: in eo Marcus aliquid desiderati putabat, quod præ-

stare ultra debuisset: abiecta igitur omni uiuendi spe in extrema fortuna habitu, ad Alphonsum reuersus est: atq; ubi eius caues stabulabantur, habitatum se contulit. Alphonso intellecta reditus causa, & quam ob rem ingratiam habere se uitam Marcus ostenderet, precibus lacrymisq; ipse motus, Giuarra are ei restituit. Marcus receptam paulo post, confecto prius instrumeto illius necessitatis, in qua erat coiectus, Didacum monuit, ne fidei eius ultra obici aliquid posset: Alphonso, quia retinendi modum nullum esse instrumeto declaratum erat, eam reddidit: longè plus perfidia suspectione, quam ipse mortis periculo motus. Quo facto, triplis rei iudicium in ambiguo relicto est: fueritne hic maior Marci fides, an Didaci erga eum ingratitudo, aut insignis in Alphonso animi nobilitas. Ibdem.

Romaldus Beneuentanus dux, ob se suis Beneuenti ad Constante Imp. Græcorum, SE SYALDVM legatum mittit ad Grimodaldum patrem Longobardorum regem Ticinum petiitum auxilia. Quibus impetratis, in itinere capitur a Græcis. Constante Grimoldi uires metuens, eum Romaldo ignaro esse instructum accepit, & seculum ad muros urbis ductum paternam auxilia nulla uenire iubet proclamare. Ille se Imp. pariturum simulans, ubi in conspectu ciuium fuit, Vos uero uiri fortes durate, exclamauit: neq; turpes ullas condiciones admittite, ad erit mox Grimoldus. Græci loquentem adhuc interfecerunt, eiusq; caput tormento in urbem emisere, & infecto fodere dixerunt. Bonfinius lib. 8. Dec. Cedrenus.

cissimè ad leuia certamina productibus, mitiores fuerunt: præcipue autem, est mensis Nouember nondum esset exactus, temporis præter eius anni partis consuetudinem accerbissima asperitate impediatur: erant enim niues mæmax, & ingentia frigora, quibus ferè penitus militaria munia sub dio statua habentibus impediatur: quoniam Fauentini, antequam exercitus urbi appropinquaret, omnia ædificia ciuitatis propinqua incenderant, arboreseq; omnes deiecerant. Quibus rebus coactus Valentinus, decimo die oblidione relicta, exercitum per proxima oppida in hiberna distribuit. Guicciardinus lib. 5.

Cum reliquæ omnes Italiæ ciuitates, & principum ditioes, quas Cæsar dux Valentinus Alexandri VI. P. P. F. ui occuparat, mortuo Alexandro priores dominos anno 1503. receperunt: sola AEMILIA, est Venetorum, qui Raucena magnas copias comparabant, metu non careret, in Valentini fide pacata permansit, præstabilius arbitrat, licet iniquum, eorum tamen eundemq; liberali & potentem habere dominum, quam ephemeris tyrannis, ut reliquæ urbes, indies optimi. Guicciardinus lib. 6.

ARCANA TEGERE, NON PRODERE.

PERSÆ arcana regum mira celant fides non metus, non spes elicit uocæ, qua prodantur occulta. Vetus disciplina regū, silentium uitæ periculo sanxerat. Lingua grauius castigatur, quam ullum probum: nec magnam rem sustineri posse credunt ab eo, cui tacere graue sit, quod homini facilis uoluerit esse natura. Q. Curtius lib. 4.

FIDEI COMMISSA RESTITVERE.

Virraca, Alphonso VI. Castell. regis filio Alfonso VII. Aragoni nupta, Petri Affurum comitem, a quo educata fuerat, ditio nib. suis exiit. Alphonso maritus perfidiam mulieris exolus (Fulgostus etiam impudicij meminit) Petrum in intergum restituit, reginam propter tyrannidem custodiri fecit. Elapsa è custodia illa, sed post repudiata, dotales terras sibi ab eis, quibus cas maritus commiserat, repetebat. Parauerunt illi, & inter eos uel inprimis Affurum, ueteris iniuriæ sibi ab Virraca illa tæ oblitus. Statim uero purpuratus & insidens equo albo, funè manu gestans accessit ad Regem, cui manu & ore fidem dederat pro regione qua ab ea accepterat, & pleno Senatu fatus est: Terram quam mihi dedisti, Regine restitui, & tu erat, meæ dominæ naturalis. Manus autè, os, & corpus, quæ fidem dederè, tibi obferui uel morte uel mutilatione plectenda. Rex comotus uoluit in eum statim animaduertere: sed sua suorum sententiam primùm distulit, deinde etiã propter constantiam laudatam, remisit cum muneribus. Rodericus Toletanus lib. 7. rerum Hisp. c. 1. Fulg. lib. 6. c. 6. Virracæ reginam uocasti: Comitem uero Castulonensem, Petrum Aleres: neq; iniuriæ a Virraca acceptæ meminit.

NON DEICERERE, NON CONSPIRARE contra Principes suos.

Dauid rex cum ab Absalomo filio regno pelleretur, omnes CERETHÆI & Phelethæi, item GETHANI sexcenti milites fortissimi eum comitasti. ETHÆVS Gethanus, uel inuito regi se comitem & uitæ & mortis futurum constantiter asseruit. SAUCVS item & ABIAATHAR Pontifices & Leuitæ omnes cum archa Domini. At Dauid sacerdos cum archa in urbè redire iussit, spe bona erga Deum fretus, futurum propediem, ut & archam & regnum reciperet. Menerit ipsi Hierosolymis, & Absalomo se fauere simularit: clam interim per Achimaan Sadoei, & Ionathanè Abiatharis filium se de omnibus Absalomi conatibus certiores facerent. Eodem quoque consilio CHVS VM ARCHITÆ consiliatium suum fidelissimum in urbem redire iussit, quise ad Absalomum desecis simularet, & Achitophelis consiliis sese opponeret. 2. Regum. 15.

Israëlis cæteris ad Sebam deficiendis, IVDÆORVM tibus Dauidi regi constanti adhaesit. 2. Regum 20. Scythæ, cum Darius illorum regionè inuaderet, & omni meatu delitueretur, cupientes eum ad interfectionem cedere: cum IONVM principibus, qui pontem in istro custodiebant, colloquuti, persuadere illis conabatur, ut pontem soluerent, ne Darii fuga pateret: quod hac ratione & ipsi uituis iugū, quo a Darii premebatur, excutere possent. De hac

hac re consultantibus Ionibus, Miltiadis quidem Athenien sium ducis, & Cherfontium qui sunt in Hellespōto tyranni, sententia erat, Scythias obtemperandum esse, & Ioniam seruare liberandã. At Miltiæ Milesij diucria, quod diceret, nūc quidem eos suæ quæq; urbis tyrannos esse, ob Darium: potenta uero Darij sublatã, neq; se Milesis, neq; alium quenquam uquam præesse posse: fore enim, ut singulæ ciuitates popularem statum, quam tyrannicū, malerent. Hanc sententiam cum dixisset Miltiæus, omnes confestim, qui Miltiadi assens fuerant, in eam transferunt. Itaq; hoc sibi agendum censuerunt, ut pontè quidem ab ulteriore ripa earentum soluerent, ut extra sagittæ iactū essent, ne nihil facere uiderentur, cum post Darii ad Istrum redisset, Histæus pontem refecto, Darium cum suis in eolumen traxerunt. Herod. lib. 4. LYSIMACHVS Macedo, claris ortu natalibus, Alexandrum regem solus per uastas arenarum moles fideliter comitatus est, quum infectandorum hostium studio duo ferocissimi mus procul a suis decerasset. Sabel. lib. 7. En. 4.

Antonius, qui ad Actium turpissimè uictus fuit ab Octauiō, & XIX. legionib. peditem integrotum, & XII M. equitum relicto, fugam cepit: MILITES tantam prædierunt fidē & uirtutem, & ut fuga eius p̄fecta cohæserint diebus septem, missosq; ad se a Cæsare legatos repudiauerunt. Denique ubi dixi non profugit, Cæsar, & castra reliquit: ab omnibus derelicti, pro dictiq; a ducibus suis aggregauerunt se ad uictorem. Plut. in Antonio.

CORBULO insignis ille Romanus, qui a Nerone Imp. dux contra Barbaros factus, Vologesium Parthorum regem atque Teridate Armeniæ principem suo aduentu perterritis: reliquos Romanos ob hanc unam causam excelluit, quod Neroni fidem seruauit. Xiphilinus in Nerone.

fus effertur: ciuitatis exules recenter a Venetis restituti, & huius beneficij causa Venetis nominis amantes, tumultuariæ cæpère. Quos plebs bene erga Venetum imperium affecta, quodam MARCHO furore duce, qui immo de cratis multitudine clamorib. atq; concursu Venetorum uexillum in nobilissimum urbis forum tulit, sequuta, se nullum aliud imperium alitumue principè agnosceret uelle asserentes, uno ore Marcium nomen inclinare cepit. Quam propensionem quidam Hungariæ regis orator minime parum auxit: qui cum Venetis proficiet, Taurisio iter faciens, cum casu in hunc tumultum incidisset, populum ut non desiceret, hortatus est. Idcirco Trissino eiccto, & septingentes Venetoru peditib. in urbem acceptis, Venetos spei, se aliqua imperij partem retinere posse, restituerunt. Guicciardinus lib. 8.

Eo bello, quod per annos decem Ioannes Aragonum rex contra Gothalaños, Barcinonenses & Gerundenfes, qui defece rant, gessit: matrona quedã opulenta Barcinonensis, nomine CARTHALLANA, ut Regi fidem seruaret, relicta omnib. cum alioru conatus immanes ferre non posset, a ciuitate discessit. Similiter uirgo CAPATERA nomine, cum suæ domus oēs a Rege descenderent, a sponso suo, qui cū aliis defecerat, interrogata, Quæ erga Regem animu haberet? Ego, respondit, & unū Deum colo qui in caelis est, & unum Regem Ioannem in terris. Mortuo deinde in defectione sponso, funeri eius interesse non uoluit, & sibi lugubres uestes ab affinis oblatas non induit. ISABELLA itidè Montania admodum diues, & forma insignis, cum Barcinonæ a ciuibus in Regè conuolare cogeretur, ne coniurationis crimen subiret, clam noctu Pobolim oppidum suum, in quo præmunitatæ arcē habebat, paruo comitatu se recepit. Ibi paulo post à facero armis obfessa, tam diu castellum defendit, donec missum a Rege subsidium superuenit. Marinius lib. 17. rer. Hisp. FERENTVS Bodo Hungarus, cui Ioannes Sepulus in regè coronatus præcipuum militiæ sceptru atq; uexillum contra Ferdinandum Austriaci exercitum de manu traderat, ad Toletacium prope Tibiscum amnem, a Ferdinandi militibus uictoribus captus, & ad Ferdinandum perductus: quum proposita libertate flecti non posset, ut sacramentum Ioanni dictum uiolaret, & contra eum militaret, ab elementissimo alioqui rege in tenebricosum carcerem Nouæ ciuitatis relegatus est, atq; ibi aliquanto post pedore consumptus misere fato suo concessit. Iouius lib. 28. Hist.

MICHAEL Orfagh, Hungariæ Palatinus, illud non minus in corde quam ore uerfasse dicitur, quum reliqui proceres Mathiam regno deicere cogitarent: Quemcumq; sacra coronã coronatū uideris, etiam si bos fuerit, ad orato, & pro sacrosancto rege ducto & obseruato. Bonfinius lib. 3. Dec. 4. Anno 1504. cum Philippus, Maximilianus, & Cæsarius Belgarum princeps, in Hispania nauigaret, ut Sabelij socius dotale regnum adiret: receptus est ab Hispanis præceribus ita studiose, ut Ferdinandum Aragonum regem socrum defererent: cui tanquam seni & parū liberali, & genere Catalano, facile omnes florenti ætate & splendore uita, nouū regem anteponebant: quæ deo, ut FRIDERICVS Toletanus, Albergulus, ferè solus Ferdinandus Aragonio ex omnibus adhæreret proceribus. Iouius lib. 9. Hist. & in uita Hadriani VI.

NON REBELLARE.

A Christo passo ad tēpora usq; Diocletiani Imperatoris (hoc interuallū prope 300. annoru fuit) & si innumera tormenta, infinitas calamitates CHRISTIANI subierunt, easq; etiã huilissimo di, ut nunc simul 20. millib. Christianoru necarentur, nunc integra oppida euerterentur: attamē nusquã omnino legitur, Christianos, licet his uiribus, hoc numero, uis & armis, aduersus leges, Republicã, Magistratū, securitatis suæ causa uel tantillū suscipisse. Quin hoc uno argumento, se futiq; religioe præ omnib. aliis antefecti, coli & amplexi p̄stebantur: quia nulla ducti æmulatione, nulla dominandi cupiditate, nullo studio nouarum partiū, in ea tā peruaiciter atq; obnixè perduraret: sed unico amore ueritatis ac diuini cultus, Christianos se ab eo appellari, cuius sit (ut alia omnia) hoc piissimū dogma, uti Magistratui parcat; neq; alicia ratione fidē & doctrinam suā aliis antefecti, quæ rectè dictis ac factis. Itaq; cum Nicomediæ in publico p̄poneretur edictū Diocletiani & Maximiani Imperatoru, crudelē atq; durissimū aduersus Christianos, uidelicet quod tēplā solo æquarentur, diuinæ scripturæ cōburentur: qui inter Christianos magistratus honorifice gereret, is ut eum infamia in ordinem redigeretur; Christianismū qui semi abiurarent, libertate donaretur, & alia pleraq; huilissimo di: quidã, & ille primus omnium Christianoru exitit, qui tanta feruentis in dignatione motus, ausus sit, cum etiã interq; Imperator Nicomediæ moraretur, edictum manū accipere, dispcepere, confindere in minutissimas partes. In eum cū hoc nomine extremo supplicio esset animaduertum, reliqui etiam Christiani iure cæsum esse pronuntiabant. P. Acretius ex Eusebio lib. 7. cap. 5. & Nicephoro lib. 7. cap. 5.

TVRCI in regios natos miro amore sunt affecti, nec audent regii sanguine persequi, nisi regia domo natus quipi...

NON DESERERE. LYSIMACHVS Macedo ob Callisthenis philosophi studiū leoni, Alexandri iussu, obiectus, manum manipulo inuolu...

FIDES PRINCIPVM, DVCVM, MAGISTRATVVM, IMPERATORVM, ERGA SVOS.

Consule Tit. Fortitudinis bellicae Imperatorum & Ducum. Item, Reges boni.

ERGA SVOS. ERGA

LEGES, vel MAGISTRATVS superiores.

Sub Tit. Fides erga patriam, in legum observatione, exempla reperies.

CONSILIARIOS.

Cum Micissao seniore Polonorum principe defuncto, Poloni regnum LESCO Albo nepoti ex Castimiro fratre ea condicione offerrent...

PAUPERES.

ALPHONSVS Aragonum & Siciliae rex potentissimus, die Veneris pauperibus tantum ius dixit, ut tantae maiestatis praesentia...

NAVFRAGOS.

ALFONSVS Aragonius Siciliae rex, cum uisisset naufragos auxilium implorantes, suos adhortatus est, ut illi subuenirent...

MORTVOS.

NICTIA Atheniensis Corinthiis praelio uictis, cum moris esset, eorum qui uicissent, trophaeum, ubi uictoria parta esset...

IN QVO. QUID BONI, QVOMODO praesertim Subditis.

DEVOVENDO SESE PRO SVIS.

MOSES quantum fuerit erga populum Israeliticum amor, ex eo colligi potest, quod cum illi uitalium auearum coflassent...

DAVIDIS regis probitas & iustitia eo maior uisa est, quod crudelitate & impietate Sauli secuta est. Illius erga populum charitas...

qui cum eo aderant, stupentibus, belluam exanimem ad terram deiecit. Fuit id constantiae exemplum illi apud Alexandrum saluti...

FIDES PRINCIPVM, DVCVM, MAGISTRATVVM, IMPERATORVM, ERGA SVOS.

Consule Tit. Fortitudinis bellicae Imperatorum & Ducum. Item, Reges boni.

ERGA SVOS. ERGA

LEGES, vel MAGISTRATVS superiores.

Sub Tit. Fides erga patriam, in legum observatione, exempla reperies.

CONSILIARIOS.

Cum Micissao seniore Polonorum principe defuncto, Poloni regnum LESCO Albo nepoti ex Castimiro fratre ea condicione offerrent...

PAUPERES.

ALPHONSVS Aragonum & Siciliae rex potentissimus, die Veneris pauperibus tantum ius dixit, ut tantae maiestatis praesentia...

NAVFRAGOS.

ALFONSVS Aragonius Siciliae rex, cum uisisset naufragos auxilium implorantes, suos adhortatus est, ut illi subuenirent...

MORTVOS.

NICTIA Atheniensis Corinthiis praelio uictis, cum moris esset, eorum qui uicissent, trophaeum, ubi uictoria parta esset...

IN QVO. QUID BONI, QVOMODO praesertim Subditis.

DEVOVENDO SESE PRO SVIS.

MOSES quantum fuerit erga populum Israeliticum amor, ex eo colligi potest, quod cum illi uitalium auearum coflassent...

DAVIDIS regis probitas & iustitia eo maior uisa est, quod crudelitate & impietate Sauli secuta est. Illius erga populum charitas...

quando nauali praedio desperatis rebus, posset exonerariis nautis. in eremium suarum classium facile euadere: primus tamen in hostium nauem transiit...

FIDES PRINCIPVM, DVCVM, MAGISTRATVVM, IMPERATORVM, ERGA SVOS.

Consule Tit. Fortitudinis bellicae Imperatorum & Ducum. Item, Reges boni.

ERGA SVOS. ERGA

LEGES, vel MAGISTRATVS superiores.

Sub Tit. Fides erga patriam, in legum observatione, exempla reperies.

CONSILIARIOS.

Cum Micissao seniore Polonorum principe defuncto, Poloni regnum LESCO Albo nepoti ex Castimiro fratre ea condicione offerrent...

PAUPERES.

ALPHONSVS Aragonum & Siciliae rex potentissimus, die Veneris pauperibus tantum ius dixit, ut tantae maiestatis praesentia...

NAVFRAGOS.

ALFONSVS Aragonius Siciliae rex, cum uisisset naufragos auxilium implorantes, suos adhortatus est, ut illi subuenirent...

MORTVOS.

NICTIA Atheniensis Corinthiis praelio uictis, cum moris esset, eorum qui uicissent, trophaeum, ubi uictoria parta esset...

IN QVO. QUID BONI, QVOMODO praesertim Subditis.

DEVOVENDO SESE PRO SVIS.

MOSES quantum fuerit erga populum Israeliticum amor, ex eo colligi potest, quod cum illi uitalium auearum coflassent...

DAVIDIS regis probitas & iustitia eo maior uisa est, quod crudelitate & impietate Sauli secuta est. Illius erga populum charitas...

tium senatore Romano quem captiuum habebant, secum adduxissent. Deductum igitur ab eis Terentium, lateri suo assidere iussit...

FIDES PRINCIPVM, DVCVM, MAGISTRATVVM, IMPERATORVM, ERGA SVOS.

Consule Tit. Fortitudinis bellicae Imperatorum & Ducum. Item, Reges boni.

ERGA SVOS. ERGA

LEGES, vel MAGISTRATVS superiores.

Sub Tit. Fides erga patriam, in legum observatione, exempla reperies.

CONSILIARIOS.

Cum Micissao seniore Polonorum principe defuncto, Poloni regnum LESCO Albo nepoti ex Castimiro fratre ea condicione offerrent...

PAUPERES.

ALPHONSVS Aragonum & Siciliae rex potentissimus, die Veneris pauperibus tantum ius dixit, ut tantae maiestatis praesentia...

NAVFRAGOS.

ALFONSVS Aragonius Siciliae rex, cum uisisset naufragos auxilium implorantes, suos adhortatus est, ut illi subuenirent...

MORTVOS.

NICTIA Atheniensis Corinthiis praelio uictis, cum moris esset, eorum qui uicissent, trophaeum, ubi uictoria parta esset...

IN QVO. QUID BONI, QVOMODO praesertim Subditis.

DEVOVENDO SESE PRO SVIS.

MOSES quantum fuerit erga populum Israeliticum amor, ex eo colligi potest, quod cum illi uitalium auearum coflassent...

DAVIDIS regis probitas & iustitia eo maior uisa est, quod crudelitate & impietate Sauli secuta est. Illius erga populum charitas...

EVSTATHIUS Thessalonicensis episcopus, in obsidione Thessalonicæ noluit grege suo deserto fugere: sed in urbe tanquam carcere inclusus, confirmando & consolando eius plurimum iuuit: urbe deniq; à Teutonicis militib. expugnata, à ducibus exercitus, qui Conti Latine dicitur, edicta impetravit, quibus æruminæ civium lenirentur. Nicetas lib. j. sub Imperio Andronici Comneni.

INTERCEDENDO PRO SVB-DITIS.

HESTER regina ad regem Assuerum iniussa veniens, magno se exposuit periculo, ut Iudæos populares suos servaret. Esther cap. 4. & 5.

D. LVPVS, Treccensium episcopus, habitu indutus pontificali, cum multitudine cleri, Atilæ à pugna Catalaunica reliquas Gallia urbes eversuro aduenienti, sit obuius: & facta salutacione interrogat Atilam, Quisnam es, qui tot regibus deicdis, cuncta ut sibi subderet? Cui Atila: Ego, inquit, sum rex Hunnorum, flagellum Dei. Quæ voce Lupus territus: Quis, inquit, morali flagello Dei mei resistet, quod minus in omnes, quos uolet, sciat? Veni igitur, ut dicis, Dei mei flagellum, & quod libet, proficere: omnia tibi, ut Dei ministro, me non repugnantem parebunt. Iussit inde portas urbis referari, ac Atilam (frenum equi honoris causa manu tenens) summa ueneratione introduxit. Qui sue humanitate ductus episcopi, sue Dei uoluntate, sine ullius cædæ & detrimento, per urbem mediam cum omnib. suis copiis, pgressus, altera urbis parte egressus est. Olahus c. 9. in Atila. Dum D. SEVERINVS Bathauia habitaret, Gibulus rex Ale-

mannorum, uisurus, ut simulabat, Seuerinum, Bathauiam cum exercitu contendit. Ne urbs tanti regis aduentu attereretur, Seuerinus ite obuii Gibulo: & ipsum tanta constantia allocutus est, ut rex eius auctoritate perimotus, iter incertum reliquerit: abiensq; optionem postulandi Seuerino, quicquid uelit, ulro obtulerit. Seuerinus nihil aliud ab opulento rege petiit, quàm ut gentem suam abs Romanorum infestatione cohiberet, pacem cum Romanis, qui tum Noricum tenebant, seruaret, captiuos condonaret. Promisit rex, se omnia facturum, domumq; rediit: Auentinus lib. 2. Annalium Boiorum.

COMMISERANDO, CONDOLENDO.

IO RAMVS Iudæorum rex, in dira obsenaq; fame, cum ne suis quidem patribus mulieres abstinerent, fame adactus rei atrocitate domesticq; suorum clade percussus, scidit: sibi ueltes à pectore, regium nomen petens: publicè testatus, multo impensius se dolere, quòd ciuitas hostibus circumfessa inedia conficeretur, quàm quòd ipse cum suo regno periclitaretur. Sabellius lib. 8. cap. 2.

Cum Gnesia uenisset Vladislauus sagello Poloniae rex, & comitatu, seu statione, ut uocat uulgo, à collegio eius basilicæ petisset, nec impetrasset: ferat pignerasse facultates ademptiois ecclesiæ. Sed cum eà ob re sacræ ciuitati interdidi esset, reprehensus à regina HEDVIGE Vladislauus, pignora capta reddi iussit. Ibi illa suspiras: Pignora quid reddem, inquit, aggressibus, cæteri la fœderis quæ eis reddet? Pii regis dictum, & sempiterna memoria dignum. Cromerus lib. 5.

FIDES ERGA EOS QUI POLITICA ET IN-

æquali, sed priuata necessitudine, inter se deui-

PRÆCEPTORVM ERGA DISCIPVLOS FIDES.

Consule Tit. Fidei in Locato & Conducto, inter Praeceptores & Discipulos. Et enim parentis quidam uidentur esse.

ARISTOTELES quam pius in Alexandrum discipulum fuerit, uel ex eo maxime liquet, cum ad Antipatrum scribens, hominem obauidè rogat, ut Alexandrum iam Macedoniæ regem moneat, ne tot uictoriis elatus, quot in Asia adeptus fuerat, deum contemnat, cuius nomen omnia mouentur. Qui fortassis diuitius in regno tot laboribus parte uixisset, si preceptoris sapientissimi monitis obtemperauisset, nec colli Hammonis filio & more Persarum adorari uoluisset. Platina lib. j. de Opt. ciue. ex Plut.

Cum multi & præstantes uiri & assidui affectarentur ALCI-BIADEM, cæteros liquebat rapi & duci formæ eius uentilare. At Socratis amor magna comprobatio pueri uirtutis fuit & indolis. Quam cum emicare & elucere animaduerte retin in specie, suspensas autem haberet diuitias eius, dignitatem, & occupantem eum assentionibus & obsequiis eorum, hinc ciuium, hinc externorum atq; sociorum, inhiit obtiniam ire, eiusq; curam agere, ne fructum suum sicut planta uitaret, & abiiceret in flore. Nullum enim quenquam fortuna his, quæ dicuntur bona, usque addidit circumspexit, cunctiq; foris ad præcludendum philosophiæ aculeis & sermonibus libertate atq; stimulo conditis aditum, ut mox à tyranno deliniret Alcibiades & circumiectus fuit ab adulatoribus, ne audiret monentem & erudientem. Vi tamen ingenij cognouit Socratem, cum quæ diuicibus repulsis & claris amatoribus admisit. Breui inde usus familiaritate eius, cū differenter audiisset eum, qui non effeminarum uoluptatem uenabatur, amatorem, nec otiosa uel contrectationes affectabat: sed solum animi nudabat, inanemq; ac solidam recundebat insolentiam.

Gallus uelut seruus premens alam horruit: ac Socratis arbitratu esse conatum reuera deorum esse ministerium ad curam & salutem adolescentium. Despicens autem semetipse, suspiciens illum, exosculans beneuolentiam eius, reuerens uirtutis, imprudens simulacrum amoris, uel, ut ait Plato, mutuum imbibit amorem: ut mirarentur omnes, cum coenitate apud Socratem eum, cum illo se exercere, illius uti contubernio, reliquis amatoribus cererent austerum esse & difficilem, nonnullis etiam insultantem. Quamuis igitur Socrates in amore multos haberet rituales, solum tamen Alcibiadis ob ingenij eius præstantiam potens erat: quòd oratione sua manus ei iniiceret, & cor uerfaret, exciretq; lacrymas. Interim adulatoribus, uarias obiectentibus illecebras, sese permittens, clabebatur Socrati: atq; reuera hic ut fugitiuum uenabatur eum, qui ipsum uerebatur & formidabat unum, reliquos contenebat. Ac Cleantes eum, quem amabat, ab se quidem teneri dicebat auribus, uialibus uero suis multas præbere amas, quas appre-

hendere ipse nollet, uentrem significans, penem & gulam; Plut. in eius uita, & Plato in Symposio, & Alcibiade priore. APO LONIVS Alabandensis dicendi magister, cum mercede doceret, tam pius erat in suos discipulos, ut neminem, quem iudicabat non posse oratorem euadere, operâ apud se perdere speraret: sed dimittebat ad quamcunq; artem putaret esse aptum. Cic. lib. j. de Orat.

ANNEVS Cornelius Leptinus, tanta pietate & humanitate in discipulis, in Rhetorica erudendos, quos susceperat, fuit, ut ex ea causa plurimos ad se discipulos non minus quam doctriua alliceret. Suidas.

Caroli I. Hungarorum regis filiorum PÆDAGOGI, regios filios corporum suorum obiectu à Feliciani Zaachi regis familiaris, proditoria egde conseruauit. Is enim cū opib. & dignitate creuisset, tyrannidem inuadere decreuerat. Itaq; regem de his quæ adiens, stricto ense ferit: Rex ista ciuitate profugit. Mox reginæ quatuor digitos abscidit. Pueros regios autem pedagogi suorum obiectu corporu uix protexere: donec tumulu excitati satellites, parricidâ membrum discerpere. Bonfinius lib. 9. Dec. 2.

DISCIPVLO RV M ERGA PRÆCEPTORES FIDES.

Consule Tit. Fidei in Locato & Conducto inter Praeceptores & Discipulos. Item Tit. Graui discipuli pro institutione. Et con siderantur, quatenus Liberorum in numero censentur Discipuli.

HONORANDO, QUATENVS PRÆCEPTORES SUOS DISCIPULI OBSERVANT.

Socraticus AËS CHINES Atheniensis, mirè indolis à puero, laborumq; patientissimus, ad præceptoris studiosus, ut nunquam ab eo discederet. Vnde Socratis uox illa memorabilis, Solum Aeschines nouit Socratem honorare. Fuit eloquentiæ studiosus, ac Demosthenis æmulus. Sabellius lib. 2. Enneadis 4. ex Laertij lib. 2.

Theodosius Imp. cum Arsenio Romanæ ecclesiæ diacono ARCADIVM & HONORIVM filios erudendos commendasset, non ut Imp. sed ut Vulgares, plagis etiam coercendos: uidissetq; aliquando Arsenium stantem, filios sedentes, grauissimè eam rem tulit. Marulus lib. 9. c. j. & Volaterranus lib. 13. cap. 4. Anthropologie.

ALEXANDER Magnus Aristotelem initio suscepit & charè habuit, non sedens, ut ipse dicebat, quam parentem: quòd huius beneficio uiueret, illius honore uiueret: habuit post suspentionem, non quòd illum ulla in re laxaret, sed familiaritas pristinum ardorem & dilectionem nõ retinens, notam prætulit alienationis. Plut. in Alex.

Non contradicunt.

PHARISÆORVM sceta apud Iudæos præceptores ita sententur, ut in monentibus obloqui nemo audeat. Contra fact-

ciunt Sadducæi. Iosephus libro 18. capite secundo.

Modeste reserunt.

CHRYSIPPVS in plebsq; dissentiebat à Cleanthe præceptore, & à Zenone. Quoties uero in Cleanthem differendo inuehere, modestissimè id faciebat, ad eò ut crebro diceret:

Ὁ καλὸς ἄνθρωπος ἔστιν ὁ ἀποφραδὲς τῆς ἀρετῆς, καὶ ὁ ἀποφραδὲς τῆς ἀρετῆς ὁ καλὸς ἄνθρωπος.

Præceptor plurimum tribuebat: & tamen ueritate coactus ab eo interdum dissentire cogebatur. Laert. lib. 7.

CARNEADES Stoicorum & Chryssippi libris perlectis, modicè & uerecundè illis reluctabatur, ad eò ut sæpius diceret: Nisi Chryssippus esset, ego non essem. Laertius lib. 4.

Laudant, Encomiis celebrant.

M. TYL. Cicero quam pius erga A. Licinium Archiam poetâ Antiochenum præceptorem suum fuerit, colligit ex oratione quam pro eo habuit, ut ciuem Heracleiensem atq; ad Romanum quoq; esse ostendebat: & quamuis ciuis non esset, dignū tamē, qui propter uirtutes suas ciuitate donaret.

DIONYSIVS Areopagita in Hierotheum magistrum suum librum cōposuit, ἠὲ τὴν ἀρετὴν ἰσοπέδιον. Gyraldus dialogo quinto Poet. hist.

Officij honorificis prosequuntur.

ACHILLES, quò inter Græcos uix fuit uir & armis constantior, & consilio maior, Phœnicem suum præceptorem ab Agamemnone ad se legatum missum, honorificè tractauit, eiq; & dimidium regni sui dedit: & dimidio honoris sui sui uoluit. Homerus lib. 9. Illad.

GALLENVS Pergamenus Medicus, in præceptores ea fuit obseruatione, ut nusquam non magna religione illorum mentionem faciat, idq; frequenter, & non sine magno affectu: sic libros quoq; eorum desiderat nonnunquam, tamen illos longo interuallo in arte superaret. Hippocrate uero peculiariter ita admiratus est, ubi per obseruatione experientiamq; eorum, quæ tradidisset, fidem eius uiri cognouit, ut religiosissimè semper coleret: omniaq; eius inueta ingenue agnosceret: & raro, & non nisi ueritate coactus, & honorificè semper ab eo dissentiret. Hunc passim prudentissimum & sapientissimum senem, summumq; medicinæ parentem, auctoremq; & largitorem bonorum omnium institutorum, prædicat. Vfusq; est artem totam in illum auctorem referre, quamuis non minus ipsi Hippocrates, quam ipse illi debeat. Pœterit, uti priora medicorum illustres fecerant, nouam scetam institueret, & se hæreticos alicuius, proprii nominis auctoritatem, principè facere, in qua solus scilicet imperaret: ad quod efficiendum, si uoluisset, nihil eorum sanè, quibus ad id erat opus, ei deerat. Verum hoc facere noluit. Sed quemadmodum Traianus olim omnes Italici uias inaccessas præruptasq; aut rupibus inuias, refecit, in astra uitæ, quò facilis peruadi possent: sic ille fatetur se, non quidem artem condere (quam tamen laudem iurè sibi uendicare potuisset) sed iam ab Hippocrate inuentam, inculcã tamen & asperam, explanare, ut ab omnib. intelligi ac percipi queat. Gênerus in eius uita.

Monumenta dicant.

Platonem tanti fecit ARISTOTELES discipulus, ut nōmini eius aram in templo construxerit, statuatq; consecraret: in qua scriptum erat, Hunc esse illum, quem probi omnes merito debeant imitari, & commendare. Extant Criniti uerfus in Parthenicis:

Hæc illa est ara floribus redimita suaue olentibus, Quam gratus bene merenti statuit discipulus seni: Tituloq; hoc testatus animum suum, atq; officium, Platonem probandum probè à probis.

METELLVS cum Diodoro, quo Rhetorices magistro fuerat usus defuncto, sepulcro eius coruum lapideu imposuisset: Iustum, inquit Cicero, præmium retulit. nam uolare ipsum docuit, non dicere. notans Metelli leuitatem & inconstantiam. CORUUS ams est ἄμωϑ. Plut. in Rom. apoph.

M. ANTONIVS Philosphus tanto Frontonem suum præceptorem amore prosequutus est, ut ei statuat à Senatu impetrari. Volat. lib. 23. Anthrop.

IOANNES Quirinus defunctum Benedictum Prunulum præceptorem sepeliendum curauit, monumentumq; marmoreum mox insigne in Minoritana æde posuit: memor nimium & egregiæ illius bonitatis, & singularis quam sub eo imbibisset eruditionis. Inuisit igitur locum studiosi iuuenes frequenter, ut hoc exemplo edoceri, quantum discipuli ipsi præceptoribus suis debeant, perpercuo meminisse uelint. Egnatius lib. 5. cap. 2.

Dogmata conseruant, propiãgant.

Socratis scripta nulla extant, quòd is acroamatiæ doctrinæ plus nimio tribuens, literas pestem memoriæ diceret esse. Ad discipuli eius PLATO & XENOPHON, præceptoris sui placita dialogis festinissimis, pari pietate & felicitate, posteritati communicauere.

Dignitates conferunt.

Q. FV L. Nobilior, M. Fuluij F. ut animi grati specimen ederet, Ennium præceptorem ciuitate donauit. Volaterranus lib. 16. Anthropologie.

GRATIANNVS Augustus, quamuis maximo bello districtus, tot millibus barbarorum, quibus Istri ora prærexebar, undiq; insulantibus: consularibus tamen comitiis Sirmij habitis Aufonium Burdegalem, poetam, præceptorem suum; grati animi causa cum Olybrio cōsulem declarauit. atque ita ad illum usq; in Galliam scripsit: Cum de consulibus hñm creandis solus mecum uoluerat, ut me nosti, atq; ut facere debui, ut te uelle sciu, consilium meum ad Deum retuli: eius auctoritati obsequutus, te consulem designauit, declarauit, & priorem nuncupauit. trabeam palmatã tibi misi, in qua diuus Constantius pater noster intertextus est. solui, quod debui, & adhuc debeo, quòd solui. Sigonius lib. 8. Imperij occidentalis.

Rhemorum archiepiscopus Arnulphus Hugo rex Franciæ exauctorauerat, atque in eius locum Gerbertum (Auentinus lib. 5. Gilbertum Belgam uocat) monachum Floriacensem Roberti filij præceptorem substituerat. Qua te comperita benedictus V I I. pontifex, omnes episcopos, qui Arnulphum amaranat, à sacris amouerat: & nouo concilio habito, Gerbertu Arnulfo restitudo depulerat. Gerbertus ad THONEM I I I. Imp. profectus, ecclesiæ Raucennati præpositus fuit: erat enim uir philosophiæ, astronomiæ, ac reliquarum liberalium artium studiis insigniter eruditus, ea præteritum ætate, qua nulla, aut rarè admodum eiusmodi fuerit litere, Gregorio V. tandem mortuo, cum doctrinæ laude præstantem, tum de se optime meritum, quippe suu in his ipsis quibus ille excellit disciplinis magistrum, Otho pontifex Romanis ipsis approbantibus dedit, & Syluestrum secundum uocauit. Sigonius lib. 7. regni Ital.

MICHAEL filius Theophili Imp. præceptorem suum ita amabat, ut eum illustriore dignitate ornatum uellet, eamq; uero à matre peteret. Verum Theodistus, inter principes uirum non postremus & tutor Imperatoris, negabat pedagogo tribuendam dignitatem, quæ illius conditionem superaret, ne dignitates indignitate afficerentur. Zonaras.

Obediunt.

M. CATO Vticensis, puer pedagogo obediens in omnibus, rationem tamen simul eorum, quæ præcepisset, exigebat. Plut. in lib. de Audiendis poetis:

AMANDO, AMORIS EST

Necessaria subministrare.

CRITO philosophus Atheniensis, ita Socrate amauit, ut nunquam aliquid ex his, quæ fuit ad uitã necessaria, ipsi deesse passus fuerit. Laertius.

Gratificari.

OCTAVIANVS Augustus, post uictum M. Antoniu & Cleopatram Alexandrinis pepercit, partim propter Arum philosophu, cuius opera in philosophiæ studio utebatur: partim etiam, ne damnū inferret tantæ hominū multitudini, quæ antea sepe seruierat cōmodis pop. Romani: Diō Nicæi in Augusto.

Mercedem, Mineral dare.

Quum ZENONI Talentagoræ filio quidam dialecticus septem species dialecticas ostendisset, quantum mercedis postularet interrogauit. Postcenti centi, dedit ducentos. Laertius lib. 7. cap. j.

Donare.

Marsilius Ficinus COSMVS Medices domi à puero educatum, liberis suis præfecit: eundemq; propter eruditione & morum elegantiam in Caregiana uilla ubere ac lato agro donauit, ubi Cosmo iam mortuo scriptio deditus, p multos annos diem clausit extremum. Brutus lib. 5. Flor. hist.

MATHIAS Coruinus Hungariæ rex, Ioannem Vitesum, Varadiensem episcopum, præceptorem suum, amplissimo illo ditissimoq; comitatu perpetuo donauit, ut ipse postertique pontifices eo legitime fructentur. Demum ad Strigoniens episcopatus dignitatem eum euexit. Bonfin. lib. j. Dec. 4.

Conseruari assidue.

Elisæus suum magistrum ELIAM desistere noluit, sciens eum propediem raptum iui in cœlum. 4. Reg. 2. Metrodorus Lampfacenus EPICURI discipulus, & fidissimus amicus (Strabone Diogeneq; testibus) 17. annis nūquã ab eo discessit. Discedens uero annorum L I I I. liberos suos Epicuro commendauit. Laertius.

Defendere.

Dionysius, cum Platoni diceret, Aliquis auferet tibi caput: XENOCRATES; qui cum præceptoris aderat, non prius (inquit) quam hoc suum ostendens. Laert. lib. 4. c. 2.

ISOCRATES orator, audiuit Prodicum Chium, Gorgiam Leonti-

Leontinum, Syracusium Tifiam, Theramenem oratorem. Qui cum corripere...

CRITO Atheniensis philosophus, scriptit defensionem Socratis...

Aegros curare.

ALEXANDER Magnus, du mouet in Arabas Antilibani acolas, in periculum venit...

ALTORVM, NVTRICVM ERGA ALVMNOS FIDES.

Cum Mauricius Imp. a Phoca tyranno cum omnib. liberis interficiendus esset...

Gillo Scotorum tyranno Dursti regis stirpem extinguere conante, iamq; bladiis uerbis ad se Lyfmo...

TUTORVM ERGA PVPILOS FIDES.

MARDOCHAEVS Beniamita, Iairis F. patruus & tutor Estre...

FIDES ERGA EOS QUI POLITICA ET AEQUALI NECESSITVDINE DEVIN- si sunt. VT

ERGA POPVLARES.

Cum Alexander Gracos, qui Dario stipendia fecerant, in Perfidis urbes diuidere statuisset...

Sedigentis socios & consanguineos suos, Romanorum manibus elapsos, NUMANTINI in urbem acceperant...

ERGA CIVES.

RHODII plebis curam habent, non tamen a plebe gubernantur; sed retinere pauperum multitudinem uolunt...

ra, eam filij loco habuit, & sanctissimè educavit: & cum ad Artoxerxem regem formæ gratia abduceretur...

BALDVINVS II. Hierosolymorum rex Antiochiam, quam mortuo Boemundo in suam acceperat fidem...

Ladislaus, Hungariae ac Boemiae regem adhuc puerum, cum FRIDERICO III. Romano Imp. educaret...

PATRONORVM ERGA CLIEN- TES FIDES.

Populis & nationibus, item bonis & fidelib. sociis, PATRONOS publice fuisse Romæ homines honestissimos...

M. CATONEM illum sapientem, clarissimum uirum, & prudentissimum, cum multis graues inimicitias gessisset...

CN. Domitius Decimus Syllano diem dixit, propter unius hominis Egrito mari patrem amici atq; hospitis iniurias...

CLIENTIUM ERGA PATRONOS FIDES.

C. Caesar Caligula, MVLERI libertinae octingentâ donauit, quod exercitata grauissimis tormentis de secele patroni retinisset...

ipse elegisset, ab exilio reuocaret in patria. Quibus a Thra-sybulo responsum, plures se fugam exiliumq; suum facere...

Roma condita, ut uulgus ipsum agris liberius coleret, ne urbanis curis ab agresti opere sapius auerteretur...

NICIAS, Engiij Siciliae oppidi ciuis primarius, frustra dissuadens suis defectionem a Pœnis ad Romanos...

Postquam signis collatis uicti Pœni legatos ad petendum foedus & pacem ad Scipionem maiorem miserunt...

Marius filius, cum iam iam Præneste comprehenderetur, conficiuit sibi necem. L. Sylla Præneste profectus...

Cicero de nece coniuratorum a Clodio Tribuno reus factus, uellem in periculo mutauit, sordidatusq; ac supplex prensa uir populam...

ERGA COLLEGAS IN MAGISTRATV.

AGIS Lacedaemoniorum rex auxilij missus Achais, coniunctis apud Corinthus Arato, deliberanti etiam tam de pugna & signis cum hostibus conferendis...

Ad eum inter EPAMINONDAM atq; PELOPIDAM Thebanos arcta fuit amicitia necessitudo, ut cum ambo in eo prelio essent apud Mantineas...

lopida tutum se in locum recepit. Ex Plut. Fulg. lib. 4. c. 7. P. VAL. Poplicola L. Bruto in acie caeso collegam subrogauit...

Cum defectio Tusculanorum nunciaretur, Romani mandauerunt id bellum L. Fur. CAMILLO, unum tantum ex quinque collegis Tribunis allegere...

Cum TIBERIVS Gracchus, & C. CLAUDIVS ob nimis feruere geltam censuram, maiorem partem ciuitatis exasperassent...

Minutius magister equitum (cui secundo bello Punico æquatum est cum Dictatore imperium) temere in Pœnorum insidias precipitatus est...

CN. Pompeius XXI. V. annorum, cum a L. Sylla mitteretur in Galliam, quam obtinens Metellus nihil uidebatur dignum uiribus suis...

M. CORN. Coss. a Mithridate pugna uictus, Chalcedonem inclusus & circumfessus, LV. CVLLI collegæ opem respectabat. Non deerant, qui Lucillum ad progrediendum omisso...

M. Antonius & Octauius cum SEXT. Pompeio in colloquio uenere, itumq; foedus, ut ille Siciliam, Sardiniam & Corsicam praesidio obtineret...

dum uiolaturus. Sabellius libro 8. Enneadis sextæ.
THEODOSIVS Gratiano Imp. à quo in consorium imperij acceptus fuerat, non solum uiu serauit quã debebat fidem: uerum etiam post eius mortem pulsus ab eius interfectore Maximo Valentiniano, eius paruulum fratrem, in sui partes imperij, tanquam christianus excepit pupillum, Occidentis imperio præfeci, quem Arbogastes comes Vienens dolo peremit, Eugeniumq; creauit tyrannum: qui ingentibus barbarorum coactis copiis Alpium transitum obfederunt, ut ab eo Theodosium arceret. Princeps pietissimus totam noctem, quã pugnae diem præcessit, sine cibo potuq; precibus ac meditationi sacrae intentus, postredie prælium commisit, cum exercitu esset hostibus longè impar, ubi diuina ope palam adiutus hostium exercitum proftrauit. Eugenius captus & cæcus est, Arbogastes sibi manum intulit. Lud. Viues in lib. 5. August. de Ciuit. Dei. ca. 26.

DE ERGA CONFOEDERATOS.
 Puta

DE SALVTI ILLORVM CONSVLENDO.

Gabaonitæ Heuæi, cum **IOSVÆ** successum in hostibus suis subigendis, & ex Dei præcepto ad interuentionem delendis uiderent, ut uiræ suæ confulerent, mira calliditate solium circumuenerunt, ut fœdus cum ipsis, inconsulto Domino, tanquam cum remotissimis populis, iniret. At deprehensio dolo, quia Iouam Deum Israelitarum illis iurauerat, uiolare pactum noluit Iosua, quamuis plebs id moleste ferret. Vita igitur illis concessa: sed propter mendacium ferui publici constituti sunt, ut lignatores essent & lixæ illius templi. Iosue 9.
ALFONSVS rex Aragonum, cum in bello contra Caictanos, quibus Philippus dux Mediolanensis auxilio fuerat, uictio sibi pacis conditiones offerrentur, nõ prius illas recepit, quã sociorum causa cum hostibus pactus esset, nullam omnino uitæ aut salutis suæ mentionem faciens: præcedit secum agi extimã, si sua ipsius morte reliqui uel à morte seruarietur, uel à captiuitate redimeretur. Panor. l. 3. de rebus gestis Alfonso.

DE ALIMENTA SVPPEDITANDO.

Hannibale Capuam tenente, **FAV CVLA** Cluuiã, quæ quondã corpore quæstum fecerat, captiuis egentibus alimẽta clam suppeditauit, cæteris Campanis inimicè se habentibus. Lilius libro 26.

DE DEFENDENDO.

IOSVA Gabaonitis, quibus cum fœdus pereussisset, contra quinque reges Amoræos, qui contra eos expeditionem susceperant, propter initum cum Iosua fœdus, auxilio suo defendit, & quinque illos reges in crucem suspendit, exercitum illorum ad interuentionem concessit. Iosue 10.

Alcetas post Perdicæ fratris mortem non habens in Asia socios, statuit **PTISIDA** sibi demereri bellicosos uiros, & regionem habentes aggressu difficilem, munitorumq; castellorum plenam. Hanc ob causam in expeditionibus maiorem eis, quam ullis sociis, honorem habebat, & quas ex hostili agro utilitates percipiebat, eis impertiebat, dans prædæ diuitem. In colloquiis item orationis humanitate utendo, & in conuiuiis quotidie præcipuos eorum ad epulas adhibendo, præterea multis insignibus, donis honorando, eorum beneuolentiam sibi conciliauit. Antigono itaq; Antipatri duci cum omnibus copiis prope Thermum castrametato, & Alcetam poscente, & insuper senioribus, ut dederetur consulentibus, coniuuauerunt iuniores, & à parentibus discipulantes, decreuerunt quodlibet subire periculum propter eius salutem. Seniores uerò primùm persuadere tentabant iuuenibus, ne propter unum Macedonem patriam ferro expugnari paterentur. Sed postquam irremediabile esse uiderunt corum impetum, facta clam conspiratione, miserunt noctu legatos ad Antigonum, pollicentes se Alcetam aut uiuum tradituros, aut mortuum. Petebant autem ut per dies aliquot urbem oppugnans, & paruulis præliis oppidanos alliciens, se tanquã fugiens inde reciperet. Hoc enim dum fieret, & iuniores in pugna extra urbem occuparentur, captiuos se occasione conata perficendi. Antigonus illis obsequutus, castra procul ab urbe metatus, uelitationibus, protrahit iuuenes ad certandum extra urbem. Seniores desertu uidentem Alcetã, delectis seruatorum fidelissimis quibusq; & uegetorum ciuium iis, qui cù Alceta non militabant, conata perfererunt absentibus iuuenibus. Viuum quidem capere nequieuerunt (occupauit enim sibi manus inferre, ne uiuus ueniret in manus hostium) sed corpus eius lectulo impressu, uiliq; lacerna contectis, portas exulerunt, & incensis uehitis. Antigono tradiderunt. Hoc suo commento periculis à patria deplis, bellu auerterunt illi quidem, sed iuuenum offensionem effugere non poterant. Illi enim à prælio reuersi, audito facto, in suos effertati sunt propter singularem erga Alcetam beneuolentiam, decreuerunt domos incendere, & cù armis ex urbe effugis, montanaq; inuadentes, agrum Antigono subiectu uasta

re. Sed postea mutata sententia ab urbe incendenda abstinerunt, sed ad latrocinia & incurfiones conuersi, multum hostilibus agri corrupserunt. Antigonus accepto Alcetæ corpore, & p triduum excruciatu, mortuoq; putrefacto, reliquit in sepulchro, atq; ex Pissidia profectus est. Termesensiu uerò iuuenes, retinentes erga excruciatu beneuolentia, corpus sustulerunt, & speliidus exequiis prosequuti sunt. Dio d. lib. 18.
Hannibal, causas nouorum motu quærens, Saguntum Hispaniæ urbem Romanis federatam, & suis & ipsorum manibus, ut Italiam sibi rupto fœdere aperiret. Summa fœderum **ROMANIS** religio est. Itaq; ad auditu socij ciuitatis obfidiu, memores isti cum Pœnis quoq; fœderis, nõ statim ad arma procurerunt, dum prius more legitimo queri malunt. Interim nouem iam mensibus, fessis Saguntinis, fame, machinis, ferro, & igne, uerã deniq; in rabiem fide, immanem in foro excitaturum rogum, tum desuper se suosq; cum opibus suis ferro & igne conuerperunt. L. Florus, & Val. Max.

DE NON DEFICIENDO, NON DESERENDO.

Cù Alexander Tyrum obfideret, subsidiaq; Iudæorum à **IA DODO** pont. max. petiisset, omniaq; iure uictoris ab eo exegeret, quæ Dario soleret exhiberi, uelut Dario profligato ipse iam dominus esset Asia: Pœnifex **IVDÆORVM** negauit Dario uiuo se cuiquam alteri parituru, cum illo ita esse fœdera. Sapiens responsum, & quod fidei Iudæorum declararet, iuuenem uictorem accendit, ardentem iam alioqui sua pte natura. Ita expugnata Tyro, Palæstinam cù infesto exercitu ingressus, Gazam cepit, & Hierosolymæ phalanges admoebat: cù progressu ei obuiam Pontifex, sacerdos omnes & Leuiti, sacerdotali ritu ornati, regem illum ad scopulum salutarunt. Tunc Alexandri animus mitigatus est, & pontificem adorauit, dicens, sacerdotè esse eum dei nature, quæ ipse deum iam tum in Macedonia per quietem eodem cultu uisidisse imperiũ Asiæ pollicetur. Hinc Iudæam gentem in fidè & tutelã suam recepit. Iosephus lib. 11. Antiq. c. 8.

In pugna nauali Milesiorum contra Perfas ad Ladam insulã, cum pleriq; Ionum à Milesiis defecissent, **CHIRI**, qui cæcetur nauibus, remanserant, cù quadragenis propugnatoribus, in singulis ab hostium multitudine circumuenti, fortissimè dimicauerunt. Tandem fugere coacti in Myealem, hoste persefente, impãctis terræ nauibus, ac relictis, per continentem pedes iter fecerunt. Et cum in agru Ephesum ingressi essent, sub noctem ad urbem contendebant, cum illic à mulieribus sacra legifere Cereris fierent. Quos armatos Ephesij ingressos agrum suum uidentes, cum de eis nihil audissent, suspicati fures esse, & ad mulieres tendere, uniuersi ad uim accedam procurerunt, Chiosq; interemerunt. Herod. lib. 6.

Relictus in Græcia à Xerxe Mardonius cum XXX myriadibus, ut Græcos ad imperata facienda cogere: optimu in ea re duxit, si ferere inter Græcos discordiam posset. Itaq; ad **ATHENENSES** Alexandri Macedonia regem cum mandatis misit: Si discedere ab aliis Græcoru societate uellent, offerre se eoru urbem, quã Xerxes incenderat, pecunia sua restituerunt: Græciq; administratione, postea quam subacta fuisse, Atheniensibus restituru. Ea re audita Lacedæmonij, gra inopia pressos Athenienses uidebant, q; eorum urbem Xerxes direpta incenderat: uerit ne rerum necessitate magis quã iudicio cõpulsis, conditione acciperent, legatos Athenas miserunt, qui populo offerret: Si Spartã coniuges liberosq; mittere Athenienses uellent, eis Lacedæmonios rerum omnium ad ducendã uitam libenter gratis copia facturos. Quibus Athenienses responderunt: Non miratos se, si Perfas pãssent auro Athenienses adduci posse, ut aliquid præter dignitate facerent: quia plurius aurum, q; membra sua, atque ipsam uitã Perfas faceret: sed mirari, nec medio critere commoueri, cù à Lacedæmonijs ea audiant, quibus ostenderent, ipsos præsentẽ Athenensiu necessitate intueri, sed nihil prorsus eorum animi magnitudinis meminisse. Itaq; respondere Lacedæmonij legatos iusserunt Athenienses, Quicquid autem intra terræ uiscera conditu est, & supra humis per totum terrarum orbẽ conspici potest, eos Græciæ salutis nõ collaturus esse. Mox Alexandro responderunt, diceret Mardonio, Quoad sol eundẽ cursum teneret, Athenienses bello persequi Perfas nõ destituros: donec uiolata Athenarum templa, incensasq; domos, pro urbis dignitate ulti fuerint. Herod. lib. 7.

Philippus rex socios Athenensium in Helleponto urgebat, & iam Molossium atq; Charerẽ duces Athenensium profligarat. Populus cum esset ab oratoribus, incensis, indignatus est, pœnitentiæque cum summissis Byzantinis opis. Ibi exurgens **PHOCION** concionatus est: Iniquum esse diffidentibus succedere sociis, sed succedendum in fidei ducibus. Hi enim uos reddunt, inquit, formidabiles, quantuuis citra uos incolumibus esse non ualentibus. Hac permotus oratione populus mutauit sententiam, atq; illum ipsum alia manu sociis iussit subuenire in Helleponto: quod ad conferuandum Byzantium maximi fuit momenti. Plur. in Phocione. CA 51.

ASITINI obfidebat Hannibal Rom. præsidium, ad ultimã inopie redactum, ita ut quidam fame adacti, uerò sese precipitasse dicantur, alij nuda corpora obtulerint hostibus cõficienda. Misã itaq; ex Rom. castris secundo fluuiũ dolia triduo plena, præmissis nuncio qui magistratu significaret, ut uerã dolia excipi iuberet. Atq; ita triduo hostis deceptus: nõ enim fluuiũ imposita, priusquam illuc fecerit, eõ perueniebant. Mox amne tumidius solito fluente, quum fortè dolium salis ripa inuadit adhæsisset, re ab hostibus deprehensa, quã id consilium haud procedebat amplius, aliam uiam ingressi, iuglandes in fluuium deiecerunt. Quas quum Pœnus erate exciperet, ad scatum rerum omnium penuriam uerum est, ut lora & pelles fœdas detrahas aqua emollitas mandere conati sint, nec muribus interim aliisq; obsecnis cibis abstinerent. Satis constat, C C argenteis murem unã memorabili cœuentu ueniisse numis, emtoremq; ea alimonia seruatum, qui uendiderat extincto. Erucere ad hæc herbarum radices infimis muroru aggeribus. Quod uicæ subfidium ut Pœnus adimeret, omne herbidum solum circa oppidum inaruit. Præsidij inarata: terræ raparum semina iniecerit, idq; quum Hannibal rescisisset: Ergo hic, inquit, sedebit Hannibal, dum iacta semina nascantur: Tum qui nullas ad id tempus pacis conditiones admiserat, præsidium incolam dimisit, certam in deditorum capita pecuniam pactus. Sab. lib. 3. En. 5.

PETILINI Brutij ab Hannibale, quia defecere à Romanis noluerunt, obfessi legatos ad Senatum auxilium implorantes miserunt, quibus propter recentem cladem Cannensem succurri non potuit. Cæcilium permissum est eis, ut facerent quod utilissimum in concilio eorum uideretur. Liberum ergo erat Carthaginensium gratiam amplecti. Illi tamen feminis, omniq; ætate imbelli urbe egesta, quò tutius armati famem traherent, pertinacissimè in muris constituerunt: exphauitq; prius eorum tota ciuitas, quã ulla ex parte Romanæ societatis respectum deposuerit. Itaq; Hannibali nõ Petiliu, sed fidum Petiliæ sepulchrum capere contigiti. Val. Max. lib. 6. cap. 6. Vix sibi fidem ad posteros inueniant, quæ de illorum tolerantia tradita sunt memoriæ. Frugum & carniũ alimonia absumtis, coria futris detraha eos in cibum uertisse. Herbis in ead, radicibus corticibusq; deficiunt. Nullus fuit tam infansus cibus, à quo obsecna fames abstineret. Postremò corporibus miserabili tabe confectis, ut ne uelut quidem consistere amplius, & Hamilcho ne expugnati sunt. Sabellius libro 3. Enneadis 5. & Athenæus lib. 12. cap. 11.

Post duorum in Hispania Scipionum, totidemq; Romani sanguinis exercitum miserabilem stragem, **SAGVNTINI** uictibus Hannibalis armis intra mœnia urbis suæ compulsi: cum uim Punicam ulterius nequirent arcere, collatis in forum, quæ uiciniq; erant carissima, atq; undiq; circumdati accensis ignis nutritim ne à societate Romana deficerent, publico & communi rogo semetipsos superiecerunt. Crediderim, tunc ipsam fidem humana negotia speculantem, mœstum gessisse uultum, perseuerantissimum sui cultum iniquæ fortunæ iudicio tam acerbo exitu damnatum cementem. Val. Max. lib. 6. cap. 6.

Campanis ad Hannibalem deficientibus, Pacuij Calani suasi, unus omnium **DECIVS** Magius, ne ea defectio fieret, summa ope obstiti, ne Punicum etiam præsidium in urbem acciperetur, superbam Pyrrhi regis in Tarentinos socios dominationem referens. Nec post præsidium acceptu suos hortari destitit, ut aut Pœnos urbe eicerent, aut his subita ui oppressis sese Romanis restituerent. Huiusmodi hominis constantia offensus Hannibal, Magium in castra accessit. Qui quum ad eum ire recussisset, negans aliquid rei sibi cù Pœno esse: præmissis ad urbis magistratus nuncio, postredie ipse Capuam uenit. Ad quem uidentem, quum tota ciuitas certantim obuiam prodiuisset, unus Magius officio abstinit: & dum omnis sexus & ætas in tam claro duce excipiendo occupata est, ipse cum filio & paucis clientibus tacitus per forum inambulauit. Iam cum ex S. C. ad Hannibalis tribunal conlitturus nihil ex pristina ferocia remississet, confestim illi catenas iniectã; & in castra perducit esse iussus. Ille uerò quacumque litet, concionanti similis, ad circumstantium multitudinem, Habetis, inquit, Campani uiri, libertatẽ quam petiistis. En, ego nulli meorum ciuium secudus, metedia ciuitate, celeberrima parte urbis, ad supplicium rapior. Qui uiolentius fieret, si urbs in capta esset: ite nunc Hannibal obuiam, diem eius accessus consecraret, ut sit qui de ciuibus uelitis in hunc modum triumphet. Quã hæc ille passim differeret, uidereturq; multitudo indignitate rei moueri, obducto capite in castra est deductus. Ex castris mox in nauim capitum, ut Carthaginem decheretur. Naui uic tempelatis Cyrenas est delata, quæ tum in Alexandrinoru regum ditioe erat. Hic Magius quum ad Ptolemæum statim confugisset, Alexandriam ad Ptolemæum est deportatus.

Qui ubi quis esset audiuit, cõtraq; ius fœderis ab Hannibale uinctus liberari iussit: factaq; illi potestate quõ uellet abundi, Alexandria esse maluit, quoad res Italiae in cõ motu essent. Sab. lib. 3. En. 5.
CYZENI ad eõs fideles Romanis extiere, ut bello Michridatico diutissime obfessi, neq; fame, neq; tormentis ullis ad deditioem cogi potuerint, auctore Plut.

AGINENSES, cum à Viathotis liberi & coniuges cæderentur, præoptauerunt spectare supplicia pignorum suorum, quã à Romanis defecere. Front. lib. 4. cap. 5.

Obfidebatur terra mariq; Ioppe Syriæ urbs, magna contentione in continenti præerant Gallosum duces, Hierosolymitanuq; Varimundus pontifex: **VENETI** uerò Dominico Michale duce suo, omni opera mari adnuebantur, ut eam expugnarent. Verum quum Galli trepidi in castris ageant, quò cum ingenti exercitu nũciaretur, Sultanum Aegyptium adfuturum: tum uerò multitudo palam uoces in castris iactare cepit, esse sibi inde abundum, soluentdq; obfidiõnem, quãdo ipsi soli grauissimo discrimini obiectentur: Venetos enim facile inde in pacatu abiturus, quibus mare ad fugam pateret. Id quod quõ Michale duci annuatiu esset, tamet si primò cõmotus animo, mox tamen solertius cogitã, consilium id inuit, ut nauium remi omnes in Galloru castra deferrentur (nõ desuit tamẽ, qui reuulsas trãbes ex singulis nauibus prodant) id quod Varimundus aspiciens, & reliqui duces, maximopere sunt admirati. Ad quos cõuersus dux ipse: Audiui, inquit, frequenter penes uos iactatu esse, Venetos, ubi hostes aduentassent à continenti, statim obfidiõnem soluturos sine ullo periculo: ne igitur de fide nostra & cõstantia in posteru aliquid ueremini, quã ad uos hæc fugæ instrumenta sint à me delata. Agite igitur, ut decet uiros fortes, & posthac Venetam fidem prædicatẽ. Quo dicto, exclamãtib; cunctis, Venetosq; summis laudibus extollentibus, intrepide cuncti ad obfidentem urbem rediere. Quæ non solum à nostris capta expugnataque est: sed & quanta semper ab initio Venetorum fides esset, memorabili declarauit exemplo. Egnat. lib. 6. cap. 6.

Retinuit semper hoc studium Respub. **VENETA**, sanctè persequi retinendã amicitia, cum principibus præcipue Constantinopolitanis, quos perpetuò bello paceq; fouit, omnibusq; officiis semper profecuta est: donec uenerit imperatorio stemmate, rebusq; Imperij illius ad pessimum quẽq; delatis, sanctum illud amicitia: nomen erga illos defecere sit cõtracta. Ita tamen, ut quandoque memores ipsi Veneti ueteris suæ in Græcicis imperij pietatis, non desierint etiam in ultimo Graiæ gentis excidio suffragari. Egnatius lib. 4. capite 7.

DE NON PRODENDO.

Demetrius Poliorcetes cùm Rhodiorum urbem obfideret, transfugarum quidam obfessis indicauit cunicularios ferẽ intra murum esse Rhodij ipsi quoq; cuniculis uerẽs occurserunt sub terra aduersarius, & eos ulterius progredi prohibuerunt. Cumq; cuniculi ab utriusq; custodirentur, conuicti sunt quidam Demetriani corrumpere pecunia **ATHENAGORAM** custodie à Rhodiis præpositum. Eratis natione Milesius, à Ptolemæo mercenariorum dux missus. Hic proditurum se pollicitus, diem statuit, qua oporteret à Demetrio mitti aliquem ducem præcipuũ, qui noctu per cuniculum in urbem ascenderet, ut locum contempnãretur, qui milites accepturus esset. Ita cùm Demetrio magnas spes fecisset, rem indicauit senatui: cumq; misisset rex ex suis amicis Alexandrum Macedonem, hunc per cuniculum ingressum comprehendit Rhodij, & Athenagoram coronauerunt aurea corona, & argenti quinq; talentis donarunt, cupientes reliquorum quoq; mercenariorum & peregrinorum beneuolentiam erga populum prouocare. Dio d. lib. 20.

AYDENI cum ab rege Attalo Rhodiisq; fœderatis suis, treremem & aliquot milites in urbem præsidij gratia accepissent, cum ultra se tuendi spes non superesset: bratores ad Philippum Macedonum regem de urbe tradenda miserunt, petentes ut incolumes seruarentur, quos à fœderatis subsidio missos in urbe habebant. Hoc cum eis Philippus negaret, statuerunt potius seruata amicis fide emori, quã eos qui auxilio uenerant fecellisse uideri. Quamobrem omni auro, quod habebant, nauibus imposito, reliquas opes in medium forum contulerunt: & profecti ad eam muri partem, quã hostium ui diruta, plus periculi habebat, illuc iuentus se hosti opposuit, eo ordine, ut si succubissent, hostiq; urbe potiturus uideretur, seniores incensis iis quæ in foro posita erant, ac nauibus quæ in portu aurum continebant demeris, reliquos omnes occiderunt, urbemq; inans hosti relinquerent. Inito igitur pœnio, seniores ut accepterunt iuentem maiori ex parte cæsam, ad Philippum dedidã urbis gratia miserunt. Quod cum pauci iuuenes, qui prælio superfuissent, intellexissent, occisis primò sacerdotibus, qui iustitrandi principes fuerant, ne urbs dederetur,

deinde senioribus, cum omni alio sexu, demersis nauibus in portu, urbem quoq; totam succederunt. Eam rem ob suorum magnitudinem Philippus uehementer miratus, ab oppugnatione abstinuit: edixitq; triduum Abydenis concedi, ut ex commo suo se interimerent. Fulg. lib. 6. cap. 6.

TRIMVIRA COCHIMI rex cum Lusitanis fœdus iecerat, & Lusitanis apud tributariis erat, id indignè ferente, multi fuerunt in Trimumparæ consilio, qui illi persuadere conabantur, ut Portugaleses, quos in fidem e Gamæ manu receperat, Regi Calecutij traderet, & paucorum hominum exterorum, & ab illius institutis abhorrentium, interitu, salutem suam atque totius regni redimeret. Quod consilium non modò non accepit, sed in eos, qui id suadebant, asperis uerbis inuictus est. Dixit præterea, non esse tam hostilem Calecutiensium animum, qui cum regno spoliare, & uitam priuare conabatur, quam eorum qui eum, ut fidem præderet, admonebant. Vitæ namq; spacium breue esse, regniq; usuram exiguo termino definitam: perfidia uerò maculam sempiternam. Idcirco malle se exturbari regno, & uitam in maximum discrimen inducere, quam fidei parum sanctè cultæ infamia flagrare. A Calecutiensibus igitur bello petitis, & quia à Vincentio Soderino, quem Arabici sinitis classi Emmanuel rex præfecerat, deserebatur, his uictus: in insulam quandam traiecit, & Lusitanos, quos secum habebat, in eandem insulam transfudi iussit: quos in illa ruina tanta fide conseruauit, atque si illorum opera, quorum gratia in tantas calamitates incidere, fuisset aliquando ab omni calamitate acerbitate defensus. Calecutiensis legatos iterum ad illum in insulam misit, qui dicerent, se ei omnia reddendum, si uellet sibi Lusitanos, quos in potestate cõtinebat, tradere. Respondit, sibi regnum atque ad eam uitam eripi posse, fidem non posse. Hoc responso Calecutiensis acerbitus irritatus, urbem incensam continuò iussit: deinde insulam oppugnare instituit. Sed quia sita atq; natura egregiè munita erat, facile defendi potuit. Tandem Alfonso & Francisci Albuquerqueorum classe auctior, regnum recuperauit. Oforius lib. 3.

NON SUBIVGANDO.

TYRRHVS Epirotarum rex, uicto Macedonum rege Demetrio, prohibensq; uires eius sicut ex graui agitudine recollari, tulit suppetias Græcis, & Athenas ingressus est. Cum in arcem scandisset, & sacra fecisset Mineræ, descendissetque eodem die: gratiam ait sibi esse populi erga se beneuolentiam, & quam sibi habere fidem: sed cauerent, ne uuluum possit hæc regem, si saperent, admitterent in urbem, aut portas ei aperirent. Inde pacem fecit cum Demetrio. Plutarchus in Pyrrho.

Cum saluberrimo consilio Themistocles migrare ATHENIENSES in classem coegisset, Xerxesque rege & copiis eius Græcia pulsus, ruinas patriæ in pristinum habitum reformaret, & opes eius clandestinis molitionibus ad principatum Græciæ capeffendum nutritum: in concione dixit, Habere se rem deliberatione sua prouisam: quam si fortuna ad effectum perducere passa esset, nihil maius aut potentius Atheniensibus populo futurum, sed eam uulgari non oportere, postulauit; ut aliquis sibi, cui illa tacite exponeret, daretur. Datus est ARISTIDES. Is postquam cognouit eum classem illam Lacedæmoniorum, quæ tota apud Gytheum subducta erat, uelle incensere, ut ea consumpta, dominatio maris ipsis cederet, processit ad ciues, & ipsis retulit: Themistoclem, ut utile consilium, ita minimè iustum animo uoluerit. Euestigie uniuersa concio, quod æquum non uideretur, nec expedire quidem proclamauit: ac protinus Themistoclem in cœpro iussit desistere. Val. Max. lib. 6. cap. 5. Plut. in Themistocle Pagafas portum habet, non Gytheum.

CONDOLENDO.

Sybari à Crotoniatis direpta, uniuersi MILESI, qui puberes erant, capita deraserunt, & ingentem luctum adicerunt Herodotus lib. 6.

SACRIFICANDO.

BESTIA Appia, mulier Attellana, Capuæ habitans, Annibale Capuam tentente, quotidie sacrificauit pro salute populi Romani. Liuius lib. 26.

ERGA COMMILITONES.

Multis uiris fortibus THESEVS auxilio fuit in præclaris facinoribus obundis. Nam & in Colcho's cum Iafone nauiga uit, ad opprimendum aprum Calydonium uenit, & Adrauto opem tulit in recuperandis cæsuram ad Thebas cadaueribus, & cum Pirithoo Centauros debellauit, & ad inferos postea descendit, unde ab Hercule liberatus est: Natalis Comes Mythol. lib. 7. cap. 9.

Cum ad Thermopylas CCC Lacedæmonij contra Xerxen pugnaturi essent, uates MESTIAS Aearnas, à Melampo de oriundus, prælatus ex utrisq; mortem omnibus imminere, quamuis palam à Leonide dimitteretur, ne unam petiret, ta-

men discedere noluit, filium modò, qui ei unicus erat, unam militarem missum fecit. Socij reliqui, quos Leonides Spartanorum rex remittebat, abiêre. Thepincos tantum atq; Thebani perstitere cum Lacedæmonis. Thebani quidem inuiti ac nolentes, quippe quo Leonides loco obsidum detinebat: THESPIENSES uerò libentissimi, qui negauerunt se Leonide, & qui cum eo erant desereris, abcessuros: permanentesq; unam cum illo occubuerunt, quorum dux erat Demophilus Diadromei. Herod. lib. 7.

Extrecitis Lacedæmonis ad Thermopylas duo, ERYTVS & ARISTODEMVS, feruntur ob extremam lipitudinè castis à Leonida regè remissi, & in Alpenis decubuisse. At communicato inter se consilio, cum liceret aut salutem sibi parare, aut unam cum aliis occumbere, cum inter se discreparet, Aristodemus quidem præ ignauia remansit, Eurytus uerò, audita Persarum per montem circuitione, petiit arma, & ducere seruo ad pugnantem deductus, dato in Persarum impetu, occubuit. Herod. lib. 7.

Pelopidas & EPAMINONDAS ad Mantineam unam militauerunt, cum Lacedæmonis integra adhuc amicitia & fœdere misissent Thebani auxilia: cumque inter pedites locati unam essent aduersus Arcadas, ut gradum reuoluit Lacedæmoniorum cornu, in quo ipsi stabant, nulliq; terga uerterunt, testudinè obnixi sunt illis, qui se intulerunt. Ac Pelopidas septem acceptis aduersis uulneribus, super acrum cadauerum sociorum pariter & hostium corruit. Quem est habere Epaminondas pro deplorato, processit tamen ad protegendum corpus eius & arma, multiq; se unus obiecit, ceterus quoque occumbere, quàm Pelopidam deserere iacentem. Iam ipso etiam grauius affecto, cum pectus hasta, gladio brachium esse uulneratum: ecce ab altero cornu rex Lacedæmoniorum Agesipolis succurrit illis, amboq; præter spem eripuit. Plut. in Pelopida uita.

Cum excisa esset Phigalia Arcadiæ urbs à Spartanis, Phigalea sês ceteris conditionibus dimissa, Olympiadis tricesimo anno secundo, Delphici Apollinis oraculo de reditu consuluerunt. Sciscitantibus responsum est: Si soli per seipos redire conati essent, nullam fore iam reliquã postlimini spem: at si ab Oresthao centum lectissimos uiros assumissent, illos quidem ad unum in pugna perituros, Phigalenses reditus compositos fore. ORESTHAUS eo responso cognito, optimis quisq; certatim in eam expeditionem nomina dedere. Congressi uerò cum Lacedæmoniorum præsidio, ratam omni ex parte oraculi uocem fecere. Strenuè enim dimicantes, Spartanis pulsus, cum ipsi ad unum mortè oppetiissent, Phigalensibus patriam reddidit. Pausanias in Arcadiis.

QEDITIUS Tribunus militum, cum in Sicilia Romanorum exercitum Atilio Calatino Coss. in eas angustias deductum uideret, ut cetera pernicies ante oculos obuerfaretur: magno animo ad Consulè conuersus: Exercitus, inquit, totius salus quædringentorum sanguine redimenda est. Ad uerbum illam locum montis editum asperumq; digito notans occupandam milites mitte. Peni hostes ubi uiderint, fortissimus quisq; occurrat: pugna committetur: quadringenti illi trucidabuntur: tum interea occupato hoste exercitum per angustias educes. Tum Consul, Fidum quidem consilium: sed istos CCC milites ad eum locum in hostium cunecos quis nam erit qui ducat? Si alium (inquit Tribunus) non habes, me utere. Nec mora, assumtis militibus ad certam mortem profectus, fortissimè pugnans cecidit, suis omnibus casis. Quem tamen adhuc spirantem, omni ferè exhausto sanguine hostes sustulere: eumq; miraculo quodam nullum penitus in capite uulnus accepisset, curatus cõstituit, hæcque post operam suam Reip. fortem atq; strenuam exhibuit. Cl. Quadrignarius lib. 3. Annal. Laberium uocat: Frontinus etiam Calphurnium dici asserit. Gell. lib. 3. cap. 7. Noct. Att. ex M. Catonis Originibus recenset.

ERGA CONIVRATIONIS PARTICIPES.

SABINVS Senator, unus è coniuratis, qui Caium intellexerant, ceteris à Claudio capitali supplicio affectis, non solum absolutus, uerum etiam permissus eandem quam ante præfecturam gerere: iniquum ratus, si à fide coniuratis data descisceret, in corpus adaeto capulo tenuis gladio, suam manu optatum quæsiuit interitum. Iosephus libro 19. cap. 3. Antiquit.

ERGA CALAMITATIS SOCIOS.

Vitigè Rómam obfidentè, Peranius, Belisarij dux, per Salariã portam egressus, cum, fufis Gothis, ipse conuerso impetu fugaretur, Romanus MILES in foueam profundam delabatur. Vnde, cum nec uocem edere, quia in proximo Gothi erant, auderet, neque ullo pacto suo nixu euadere posset, ibi noctem unam animi anxius mansit. Postridè, Gothi rursus in fugam actis, Gothus simili casu in eandem fossam

fossam est lapsus. Ibi ambo in cõmuni periculo socij facti, fidem inter se dederunt, se inuicem seruaturus: deinde ambo nociferi ualidissime instituerunt. Quibus auditis, cum proximi ad foueam accurrissent, cuiusnam ea uox esset, rogantur. Tum Gothus, Romano de industria subteritè (nã ita ueriq; placuerat) patria lingua respondit, se nuper in eã ex fuga foueam decidisse, & ut restem demitterent, obsecrare. Illi, demisso fune, cum Gothum se attrahere ducerent; Romanus traxerunt, eã, causa calamitatis accepta, inde etiam Gothum eduxerunt. Qui cum suos de fide Romano data docuisset, eum impune dimittendum curauit. Sigonius lib. 18. Imp. occid.

ERGA AMICOS FIDES

sefe exeret,

VITAM PROTEGENDO, CONSERVANDO.

Quum ORESTES & PYLADES uenissent in regionem Tauuicam ad excendas farias, quibus Orestes laborabat propter matrem occisam, essentq; à rege Thoa comprehensiq; quiddam simula crum Palladis inde auferre uoluisse: rex Orestem (quem audiuerat esse auctorem futuri) damnauit captiuis. Quum uerò nesciret uter esset Orestes, Pylades eum se esse affirmabat: contendebatq; ut pro socio interficeretur. Orestes uerò uolebat irrogari sibi supplicium, nomẽ suum accusans, & sirtum. Cicero in Lælio.

D. Bruus fugiens à Mutina, ut ad se interficiendum ab Antonio missos equites aduenisse cognouit, quodam in loco iuste pœneq; debitum spiritum tenebris futuri conabatur, eiq; iã facta irruptione, SE RVIVS Terentius fideli mendacio obcuritate ipsa suffragante, Brutum se esse simulauit, & corpus suum trucidandum equitibus obiecit. Verum cognatus à Furio, cui Brutianæ ultionis officium mandatum fuerat, ut nec sua amici supplicium discerere non potuit, sic inuicem, fortuna cogente, uixit. Val. Max. lib. 4. cap. 7.

LVCLIVS, ultimo prælio quod in Philippicis campis commissum fuit, Brutum fugientem Barbaros equites Antonia nos insequi conspiciens, dum Brutum se fingit esse, insequens test tam diu remoratus est, ut Brutus ab eis longè abesset. Capto igitur Lucilio, Antonius, ad quem is perducebatur, obuiam se læticia plenus Brutum esse arbitratus præbebat. Cum autem Antonio ita propinquus esset, ut inuicem audiri possent, magna uoce exclamauit: Antoni, ne unquam Brutum uiuum unctum expecta. Ego cum hos Brutum insequi equites cernerem, Brutum me finxi, ut is fugiendi tempus haberet: & ita ad te perductus sum, eo animo, ut quæcumq; in me statueris, perferam. Quare attonitus Antonius, tantæ amicitia reuerentia Lucilium seruauit, atq; in amico tum numero habuit. Fulg. lib. 4. cap. 7.

Quo tempore Triumuirorum proscriptione durabat, proposita illi graui pœna, qui proscripτος re aliqua iuuissent, aut ut non accusassent: contraq; propositis illis qui accusassent, ingentibus præmiis: cum inter proscriptos VARRO philosophus esset, Caleni peramicus, eum domi suæ CALENVS aliquod tempus celauit. In quam domum cum persæpè Antonius spaciatum se conferret, nunquam territus est, aut animum mutauit Calenus: est assidue uel animadmodus, uel præmia dari, prout eidem aut uiolantibus hominibus, aut ei paruissent, cernebat. Fulg. lib. 4. cap. 7.

Vitæ in Lituania, duobus adolescentibus per plateam ciuitatis pergebat; in tempesta nocte, duo alij armata manu occurrerunt. Inter defendendū VNVS aduersarium suum interemit, aufugitq;. Socius illius captus cædisq; damnatus, in locum decollandi postridè ducitur: eumq; iam catinifex gladio euaginato statet, ille reus cædis, qui profugerat, accitens, dixit: Sinite hunc innocentem abire, ego enim hæc eadem pepercaui. Itaque ille genia flectens à spicatore decollatus est, innocens liberatus. Quaguis in descriptio ne Poloniae oculus testis.

INSIDIAS DETEGENDO, INDICANDO.

IONATHAN Sauli regis F. Dauidem patri reconciliauit, innocentia & uirtute illius delecta. Mox cum patris insaniam uideret, qui Dauidem omnimodo perdere uellet, Dauidem admonuit, & ut fugã sibi consulere, iussit: eumq; Dauidis causam apud Saulum ageret, itati patris hastam uix declinauit. Regum 19 & 26.

Mithridates Ariobarzani, amicus erat Demetrii filij Antigoni, & propter atatem familiaris. Hic in comitatu Antigoni regis Asiae erat: nec erat uel habebatur improbus, uerum ex somnio quopiã uenit Antigono in suspicionem. Visus est sibi Antigonus amplum & pulcrum campum inire, atq; eum auri rametis conferre: ex eo primum exurgere aurea messis, mox regressus nihil nisi demessum culmum uidere. Cum anxio & moesto animo esset, audiuisse quosdam dicentes, Mithridatem in Pontum Euxinum fugere asportantem au-

ream messem delectam. Hinc trepidans filio iureiurando adacto taciturnum, uisum aperuit, ac se profus de medio tolere eum & interficere statuisse. Quod ut audiuit DEMETRIVS, oppidò fuit ei acerbum: adolescentiq;, cum more suo ipsum adisset, ut otium secum falleret, uerbum facere, aut uocem detegere iurisurandi religione dubitauit: sed abduxit eum paulatim ab amicis, atq; ubi soli sine arbitris fuerunt, hastili in solo inspicente illo descripsit: Fuge Mithridate. Eo aduerso profugit nocte in Cappadociam, breuiq; oblatam Antigono de ipso uisionem fatum compleuit. Ampla enim & præclara regione potius est, regumque Ponti ille stirpem, quæ o cãua fermè successione à populo Romano est deleta, edidit. Plut. in Demetrio Poliorcete.

DEFENDENDO, NON DESERENDO.

IOEAVS fenex apud Eurip. Heraclidis de seipso sic ait: Εγώ δι' ουί φίλῶνται συμπερίω τείνοισ, & ουί ἰσχυρῶς ἠγάσασαι συμπερίωσι ἰσχυρῶς. Ego cum fugientibus unã fugio liberis: & cum malè habentibus habeo unã malè.

Tres adolescentes eiusdem ciuitatis, iter Delphos ad consulendū oraculum facientes, in latrones incidunt. Vnus correpta fugã, declinauit latrones: ALIVS uerò, cum reliquis interfectis impetum faceret in superstitem sciarum, à latrone aberrauit, in socium uerò ensem impulsit. Ei igitur, qui fegerat, tale responsum ab oraculo datum est: Occidi socium præsens es passus amicum: Non tibi uaticinor, sacro te proripe templo. Et alteri consulenti, talia respondit Pythia: Defendens socium, uerò inuicem necasti: Purior es manibus nunc, quam prius esse solebas, Aelianus de Varia historia lib. 3.

Familiaris Arcefilai LACYDES, Cephisocrati perduellionis reo inter ceteros amicos aderat aduocatus. Postulante anulum eius accusatore, demisit eum iuxta submissè. Quod aduertens Lacydes, eum imposito oculuul pede. Erat criminis anulus indicium. Postquam fuit absolutus, cum amplecteretur Cephisocrates iudices, quidam scilicet, qui id uiderat, iussit ei, ut gratias ageret Lacydi, atq; rem exposuit, cum nemio id narrasset Lacydes. Plutarchus de Discernendis adulatoribus.

Prostratis iam & perditis C. Gracchi consiliis, rebusq;, cum tota eius cõspiratio late quæreretur, desertum omni auxilio, duo tantum amici POMPONIVS & LECTORIVS ab infestis & undiq; reuentibus telis oppositi corpori suorum tulerunt. Quorum Pomponius, quò is facillius euaderet, concitatum sequentium agmen in porta Trigemina aliquã diu acerrima pugna inhiuit, nec uuluis pelli potuit, sed multis confectus uulneribus transitum super cadauer suum eis (credo etiam post fata inuitus) dedit. Lectorius autem in ponte sublitico constitit: & eum, donec Gracchus transiret, ardore spiritus sui sepe: ac uiam multitudine obrutus, conuerso in se gladio celeri saltu profundum Tiberis petiit: quamq; in eo ponte caritate totius patriæ Horatius Cocles exhibuerat, uni amicitia, adiecta uoluntaria morte, præstitit. Val. Max. lib. 4. cap. 7.

Timotheus Cononis F. cum Athenis adolescentulus causam diceret, non solum amici priuatiq; hospites ad eum defendendum conuenerunt, sed etiam in eis IASON Thessalorum tyrannus, qui illo tempore fuit omnium potèntissimus. Hic cum in patria sine satellitibus se tutum non arbitraretur, Athenas sine ullo præsidio uenit: tantique hospitem fecit, ut mallet, se captis periculum adire, quam Timotheo de fama dimicanti deesse. Hunc aduersus tamẽ Timotheus postea populi iussu bellum gessit: patriæ enim sanctiora iura, quam hospitijs esse duxit. Probus in Timotheo.

M. LOLLIVS quæstor, ægrotus licet, ad liberandum in iudicio amicum, à Catone minore, Quæstore, subiecti testamenti nomine damnandum, lætica se in iudiciu perferri uoluit. Plut. in Catone.

LIBERANDO E' CARCERE.

IOSEPHVS Iudæus in direptione Hierosolymæ nihil præter sacroru librorum & amicoru salutem à Vespasiano petiit. Parij amulatores Pythagoream disputationum, in regionibus circa Italiã degebat. Dionysius Sicilia tyrannus legationem de amicitia faciendã ad Metapontios & ceteros Italos misit. EUPHENVVS iuuenibus, qui descendi causa ad eum cõmeabant, eorumq; parentibus suadebat, nullo modo tyranni uerbis adhibendã esse fidem. Quæ res ad irã uehementissimè Dionysiu inflammabat. Itaq; operã dabat, quem admodu eum in suã potestatem redigere posset, & e Metapontio in Rhegium transportare. Quem postea quam cepit, in concilio accusationem in eum intendens demonstrauit, quantis rebus ob eum solum esset spoliatus. Ille constans, rectè se fecisse prædicabat. Illos enim amicitia & discendi consuetudine sibi deuinctos esse: tyrannu se ne aspicere quidem

quidem inter discipulos suos posse. Qui cum ob hoc morti adiudicavit. Euphenus nihil perterritus, ad Dionysium inquit: Dicitis quidem parvo: uerum quia fororem adhuc innuptam habeo, eam prius in Paro collocare alicui in animum induxi. Itaque in patriam nauigabo, breuique reuersus mortem obibo. Cum omnes hoc audito sermone in risum effunderentur, Dionysius admirabatur, & interrogabat: Quisnam igitur pro te sponsus est? Ille: Vadem, inquit, mortis dabo. EYCRITVM QVE accersitum, uadem prae-buit. Qui admodum lubens hac pro morte sponsonem recepit, transiens, ut ille digressus intra sex mensium spaciū reuenteretur. Se uero ibidem permanentem, interea temporis custodi diti & asseruari iussit. Admirandum quidem factum erat: uerum longē mirabilius aliud consecutum est. Etenim post sex menses, is qui cum uadem dederat, collocata forore sua, reuersus in Siciliam, seipsum tyranno reddidit, iustitiam uadem dimitti. Dionysius utriusque uirtutem supra modum complexus & admiratus, ambos liberos dimisit: petijtque, ut data fide tertium ipsum in amicitiam suam ascriberent, & apud se manerent, praesentibusque bonis una fruere-tur. Qui animum quidem tyranni propositumque compro-bauerunt. At petebant, si uitam sibi concedere uellet, reuer-ti se ad consuetas cum adolescentibus exercitationes pate--retur. Dionysius hoc facto, multos Italos adduxit, ut maio-rem sibi fidem haberent. Polyæn. lib. 5.

DAMON & PYTHIAS Pythagoricę prudentię sacris initia-ti, tam fidelem inter sese amicitiam iunxerunt, ut cum alte-rum ex his Dionysius Syracusanus interficere uellet, atque is tempus ab eo, quo priusquam periret admodum profectus res suas ordinaret, impetrauisset: alter uadem se pro reditu eius tyranno dare nõ dubitauit. Solutus erat periculo mor-tis, qui modò gladio ceruicis subiectus habuerat: eidemque caput suum subiecerat, cui securo uiuere licebat. Igitur om-nes, & in primis Dionysius, nouæ atque incipitis rei exitū speculabantur. Appropinquare deinde definita die, nec il-lo redeunte, uniuersique stultitię tam temerarium sponso-rem damnabat: at is, nihil se de amici constantia metuere prædicabat. Eodem autem momento & hora à Dionysio constituta, qui eam acceperat, superuenit. Admiratus ambo rum animum tyrannus, supplicium fidei remisit: in superque eos rogauit, ut se in societatem amicitię, tertium sodalitij gradum ultima cultū beneuolentia recipere. Hæc san-cti uires amicitię, mortis contentum ingenerat, uitæ dul-cedinem extinguere, crudelitatem mansuifacere, odium in amore conuertere, pœnam beneficio pensare potuerunt: quibus penè tantum uenerationis, quantum deorum im-mortalium cerimonis debetur. Illis enim publica salus, his priuata continetur: atque ulla illarum ædes sacra domicilia, ita harum fida hominum pectora, quasi quodam sancto spiri-tu referat: templum sunt. Val. Max. lib. 4. cap. 7.

AGESTHVS Larissam Xenocem & Scythem adiungendā cum eis amicitiam legauit. Quibus prehensis & in custodia datis ceteri insensu censebant, ut Agesilaus Larissam corō-na circumdaret & oppugnaret. Enim uero ille cum tanti fa-cere negasset se uniuersa Thessalia potiri, ut alterum eorum amittere uellet, pactis inducis recepit eos. Plut. in Apoph. L. RHÉGINVS Tribunus plebis Scruilium Cepionem in car-cerem coniecit, quod illius culpa exeretis Rom. à Cim-bribus & Teutonibus uidebatur delectus, uertens actaque amicitia memot, publica custodia liberauit: nec eatenus amicū egisse contentus, etiam fugæ eius comēs accessit. Proh ma-gnum & inexpugnabile tuum numen amicitia, cum ex alte-ra parte Respub. manū iniiceret, ex altera tua illum dextra traheret: & illa ut sacrosanctus esse uellet, exigeret, tu exiliū indiceres: adeo blando uteris imperio, quod is supplicium honori prætulit. Val. Max. lib. 4. cap. 7.

FERENDO MORES.

AVGVSTVS Cæsar, amicitias non facile admittit, & constan-tissimè retinuit: & non tantum uirtutes ac merita cuiusque dignè profectus, sed uita quoque, & delicta duntaxat mo-dica perpeffus. Neque enim temerè, ex omni numero in ami-citia eius afflicti reperientur præter Saluidenum Rufum, quem ad Cōsulatum usque; & Cornelium Gallum, quem ad Præfecturam Aegypti, ex infima utruque fortuna, prouocera-t. Quorum alterum res nouas molientem damnandum Senatui tradidit: alteri ob ingratum & maleuolum animū, domo & prouinciis suis interdixit. Sed Gallo quoque, & ac-cusatorum denunciationibus, & Senatusconsultis ad necē compulso, laudauit quidem pietatem tantoperè pro se indi-gnantium: ceterum & illacrymauit, & uicem suam conque-ritus est, quod sibi soli non liceret amicis, quatenus uellet, i-rafci. Reliqui potentia atque opibus ad finē uitæ suæ cuiusque ordinis principes floruerunt. Suetonius.

NON DETEGENDO ARCANA.

Alcibiades eiusmodi probationem amicorum instituit. Simi-

lacrum hominis in obscuro & tenebrioso loco conclusit, atque amicorum quemlibet introducens, ostendebat tanquā hominem occisum: & rogabat, ut suam operam ad eam re-darent, ut facinus latere posset. Reliqui secleris communi-cationem refigerunt. Solus CALLIAS, filius Hippomii, libenter simulacrum admittit, quod ostendebat, ad proban-dos amicos factum. Itaque fidelem amicū iudicauit Cal-liam; & in posterum Alcibiadi Callias fuit carissimus. Po-lyænus libro 1.

VMENES Cardianus, cum Argyraspidas sibi infidias moli-ri intelligeret, recepit se in tabernaculum suum, & ad ami-cos, in conuentu se præfatus feratrum uerfari, testamentum condidit, literas confidit & corripuit: ne ipso defuncto ex arcanis his crearentur illis; qui scriperant eas, pericula & calumnias. Plut. in Eumene.

LIBERIS AMICORVM CON-SVLENDO.

Cum Gabaonitæ à Sauli familia superstitēs ad crucifigendū poscerent: DAVID rex Mephibosethum Sauli & Ionathane filio nepotem præterit, propter fidem Ionathani datam, & amicitia fœdus. Reliquos Sauli posteros, septem numero, Gabaonitæ crucifixerunt. 2. Regum 21.

PHOCION non uinum modò constantem obseruauit & co-luit Chabriam, uerum etiam defuncti propinquorum ma-gnam curā gessit, & filium Gtesippum affectu uerū bonū uirū reddere, quem licet uecordem uideret & contumacem, nõ desistit tamen emendare & regere eius uita. Semel tantum dicitur, cum obtunderet ipsum in quodā bello adolescens, fatigaretque, importunis quæstionibus & interrogationibus quali castigans, atque imperatoris munus cum deo cece insti-tuens, dixit: O Chabria, Chabria, magnam sanè tibi refe-ro amicitia gratiā, qui filium ferā tuum. Plut. in Phocione Eudamidas Corinthius pauperissimus, ARETÆVM Coni-thium & CHARIENVM Sicyonium amicos suos, & eos quidem opulentos, hæredes scripsit huic in modum: Lego Aretæo quidem matrem meam alendam, atque in senectū ue-ndam: Charixeno uerò filiam meam elocandam cum do-te, quanta ab illo maxima dari poterit. Si quid autem inte-rim acciderit alteruti, huius quoque partem alter habeto. Il-li ergo cum rata esse iussissent ea quæ testamento fuerant ab amico legata, Charixenus quinque duntaxat diebus su-peruixit. Aretæus & matrem Aretæi aluit, & filiam eius duobus talentis è suo dotatam honestissimè elocauit. Lu-cianus in Toxari.

FR. Almeida, Lusitanæ classis præfectus, Quilox tyrannum Ha-brænum expulerat, eiq; MAHVMETEM Anconium, in regis Emmanuelis uerba prius iuratum, successore dederat, Mahumetes cum illi summas gratias ageret, Mihi, inquit, fuit magnus usus & amicitia, sancto admodum fœdere con-stituta, cum Alfidailo Rege, quem Habracum per infidias interemit. Alfidailus si in uita maneret, ego illi regnò cede-rem. Nec enim is sum, qui ullas regis opes fidei & officio præferendas existimem. Sed quoniam is uita priuatus est, te quantum possum oro & obsecro, ut facias mihi potesta-tem accersendi illius filium, quem regni hæredem institua. Filij mihi quidem sunt isto honore non proflus indigni, sed malo liberis meis fidei & honestas exemplum, quam amplissimum patrimonium testamento relinquer. Atulit hoc postulatam magnam admirationem Lusitanis, cum a-nimaduertent hominem Mahumeranis disciplinis imbu-tum, ea fide amicitiam colere, & tanta animi magnitudine regni opes contemnere, ut facile officium, amico mortuo debitum, caritati filiorum præponeret. Omnes igitur illum ætatem laudauerunt, & eo solum nomine, quod regnū uel-let à filiis suis ad Regis filium transferre, maiore regno di-gnissimū iudicauerunt. Itaque defuncti regis filius acceruit, & ab omnibus ciuibus Almeidę iussu, fides datur, fore, ut post Mahumetis illius obitum, illum regium adolescentem Re-gem habeant. Oforius lib. 4. rerum Em.

MORTÈM AEGRE FE-RENDO.

PHILIPPVS Macedo, Euboeensi extincto Hipparcho, casum illius grauitè ferre præ se ferebat ac cum diceret quidam: Atqui non fuit eius immaturus decessus: Ipsi quidem, in-quit, at mihi immaturus. Præuertit enim fato fungi, quam meritam gratiam à me amicitia reciperet. Plutarchus in Apophthegmatibus.

ERGA COMPOTORES.

MILO Crotoniatis athleta, Pythagoræ discipulus; columna quandoque in philosophorum contubernio laborante, sub-iciens, saluos reddidit uerfos, deindeque seipsum extraxit. Strabo lib. 6. Geographias.

ERGA

ERGA AMASIOS, CONCV-BINAS.

Ex Tit. Amor amasiorum, huc ea que fidem inuicem habent.

IACOBUS Lupius Siqueira Lusitanus, anno 1508. cum quin-que nauibus in insulam, quam olim Taprobanam, modò Zamatram appellat, primus petiuit. Cum Malacensi re-ge nomine Emmanuelis regis fœdus icit: Is cum simulata amicitia Lusitanos perditum uellet, ædem maximam ex li-gno prope pontem extruxit, & Siqueiram ad conuiuium inuitauit. Erat tum Malacæ Pefis quædam Mahumerana, quæ hospitium publicè certa pecunia præbebat. Apud eam diuersabat sartor quidam Lusitanus, qui Peficam linguā probè nouerat, & in maximam mulieris familiaritatem uenerat. Ea cum infidias indicio cuiusdam hominis sibi ualdè familiaris percepisset, per fartorem à Siqueira postulatuit, ut eam ad colloquium secretò admitteret: uitam namque illius & dignitatem agi. Siqueira monita mulieris irrisit. Il-la uerò cum idem iterum atque tertio à Siqueira contendere-t, & nihil proficeret: omni periculo contempto sartori infi-dias detexit. Siqueira morbi simulatione periculum decli-nauit. Oforius lib. 6. rerum Em.

ERGA HOSPITES. TVM

IN GENERE.

ROMANI olim hospitem etiam clienti præponebant, teste Maflurio Sabino dicente in libro 3. Iuris ciuili: In officis apud maiores ita obseruatum est, primū tutelæ, deinde ho-spij, deinde clienti, tum cognato, postea affini. Gellius li-bro 5. capite 13.

IN SPECIE. VIDELICET

Pudicitiam defendendo.

LOTHVS, cum angelos duos Sodomæ hospitio suscepisset, & contra ciuium suorum iniuriam, quantum in se erat, sus-cessit tutatus: & ne hospitibus iniuria fieret, filias suas ciui-um libidini expositurus esset, solus cum suis è Sodomitano in-cendio conseruatus fuit. Gen. 19.

SENECA quidam (ut in Iudicum libro legimus) habitans in Gabaa, urbe tribus Benjamin, cum uidisset hospitio suo Le-uita uim parari ab effrenata libidinis uiribus: loco ipsius filia-eis uirginem tradere uoluit. Hospes uerò ne illi, à quo be-nignè exceptus fuerat, dedecoris ignominieque causa existe-ret, sua quam secum habebat coniuge raptores satisfecit: quæ illi sic abfuit sunt, ut extinctam reddiderit. Marul. lib. 1. cap. 3. & Sab. lib. 7. cap. 6.

Non ledendo.

Quam Galli incursionem facerent in Ioniam, ciuitatesque depò-lularentur in Mileto forte Cerepis sacra Thesmophoria ce-lebrabantur, & mulieres congregare in templo erant, non longè à ciuitate. Barbari mulieres rapuere. Ex his alias Mile-sij redemere, alias Barbari secum abduxere: in quarum nu-mero Erippe fuit, uxor Xanthi, hominis magnæ auctorita-tis, ac primi generis in Milero, relicto domi puero bienni. Xanthus, magna bonorum suorum parte argenteo commu-tata, comparatis aureis mille, primum in Italiam transijt: inde per Massiliam in regionem Celtaum: ubi Erippe cum PRINCIPE Celtaum nuptam reuert. Ab eo hospitio ex-ceptus, Celtaum perstraxit, ut sibi uxorem restitueret. Erippe perstrada Celtae indicat multitudinem auri, suastitque, ut occi-deret Xanthū: consistens, se ipsius amore plus quam patriæ & pueri teneri, Xantho uerò se penitus esse infestam. Ocul-tauit indignationem Celtae, & Xanthum comitatus, ubi ad fines Celtae peruenit, sacrum se facturum in quiens, Erip-pe uictimas astare iussit de more, & incauta caput ampu-tauit: Xanthoque simul reuelans infidias ab ea paratas, om-ne aurum illi liberaliter donauit. Parthen. de Amat. cap. 8.

Phocensium tyrannus, qui Delphos occupauerant, cum bel-lum Thebani, quod uocauerunt Sacium, intulisset: mulie-res Bacchæ, quas Thyadas appellat, furore percitas, & er-rantes, nocte ingressæ sunt omnibus ignorantibus Am-phisiam. Ibi in foro, quod essent lassæ, nondum recepta mente, humi stratis corporibus, sopitæ passim procubue-runt. FEMINÆ Amphissenæ uerentes, quod fœderata ci-uitas Phocensibus esset, ac multi milites adessent tyrannò-rum, ne afficerentur contumelia thyades, in forum omnes concurrerunt, ac tacite undique circumstantes, dormien-tes non interpellauerunt. Postquam euigilauerunt, aliarum a-lie susceperunt curam, cibumque eis obtulerunt: denique per-mittentibus uiris ad fines usque profectæ: intantum eas de-duxerunt. Plut. de uirtutibus mulierum.

Annibal à Campanis urbe exceptus, apud PACVVIUM ui-rum nobilissimum diuertit. Ex Campanis ciuibus nemo ad conuiuium adhibebatur, præter Vibellium Tauream, ui-rum fortissimum, & filium Pacuuij, cui pater iratum Anni-

balcm, eo quoddè Decium Magistm pro Romana societate pugnantem sequutus erat, magnò negotio placauit. Atis iuuenis licet simulatione reconciliatus Annibali, nocendi tamen occasionem expectans, dum celebratur omnium ser-mone lætitiæque conuiuium, patrem in anteriorem partem ædium adducit, eumque hortatur, ut simul secum gratiam populi Romani graui peccato amissam, summo beneficio redimere uelit. Consilium deinde aperit, quo animum indu-xerat, Annibalem patriæ suæ, totiusque Italiæ hostem de-medio tollere. Homo qui id auctoritatis & parens esset, filij dicto uehementer obstupuit, iuuenemque complexus, magno labore, multis cum lacrymis uix tandem exorauit, ut abiecto gladio domi suæ hospitem turd esse sineret. Ita Annibal, qui ab Oceano Hispaniaque ultimis oris per in-gentia terrarum spacia militem trahens, nunc hostium tel-lis, hunc Gallorum infidias petitus euaserat, parum abfuit quin unius iuuenis manu inter epulas mensalque necaretur. Auctor uita Annibalis.

Humaniter tractando.

Ex Titulo Popularitatis huc non pauca.

Liberaliter excipiendo.

Ex Titulo Liberalitatis inuicem quaedam.

QVINTIVS Crispinus Badium Campanum & hospitio bé-nignissimè domi suæ exceperat, & aduersa ualitudine cor-reptum attentissima cura recreauerat. A quo post illam nē-fariam Campanorum defectionem in acie ad pugnā prouocatus, cum & uiribus corporis, & animi uirtutibus ali-quanto esset superior, non erit ingratus, quam uincere ma-luit. Nam quid agis (inquit) demens? aut quò te præua cupi-ditas transuerfum rapit? parum habes publicæ impietate fu-rere, nisi etiam priuata lapsus fueris? Vnus tibi Romano-rum (uidelicet Quintius) placet, in quo se cetera exerceas ar-ma? cuius penaribus & honoris uicissitudinem & salutem tuam debes? At me fœdus amicitia, diij, hospitalis, sancta nostro sanguini, uestris pectoribus uilia pignora, hostili cet-tamine congregi tecum uerant. Quinetiam si in concursu exercituum fortuito umbonis mei impulsu prostratū agno-uissem, applicatum iam ceruicibus tuis mucronem reuoca-uissem. Tuum ergo crimen sit, hospitem occidere uoluisse: me-um non eris hospes occisus: proinde aliam, qua hecidas, dextram quaere: quoniam mea te seruare didicit. Dedit utri-que cœlestis numen debitum exitum. siquidem in eo prælio Badius obruncatus est, Quintius insigni pugna clarus euasit. Valer. Max. lib. 3. cap. 1.

THORISMYNDVS rex Gepidarum erga Alboinum Odui-ni Longobardorum regis F. filij sui interfectorem licet, sed hospitem, fidus fuit. Mito enim ad se profectum, ut ab hos-te uirtutis suæ testimonium afferret, & cum patre deinceps cibum publicè in eadem mensa capere posset: Thorismun-dus, eisi à proceribus ad uindictam filij inflammaretur, plus ramen hospitali fidei, quam priuato, uel etiam publico do-lori dandum censuit. Itaque Alboinum hospitio exceptum & mensæ suæ adhibuit, & ad dextram suam, eò loco quo filius suus federe cōfueuerat, collocauit: abeuntique arma ho-noris ergò concessit. Paulus Diaconus lib. 1. cap. 23.

Non subiungendo.

Cum PYRRHVS Epirotarum rex uouisset Palladi in Achent-ensi acce rem sacram facere, Athenienses liberè eum in ur-bem atque arcem receperunt. Verum postquam urbe egres-sus fuit, Pyrrhus dixit, mirum in modum gratam excelsisse fi-dem, quam sibi Athenienses habuissent: ceterum si scirent, in posterū nulli regi portas aperturos esse. Eo uerbò ostendit, non esse ex re liberae ciuitatis, in cuiusquam principis manu libertatem suam credere. Cuius consilium non secu-ri Athenienses, cum postea Cassandrum quoque in urbem accepissent, magna atque innumerabilia mala ex eò tulerit: re ipsa expeti, à Pyrrho sapientissimè monitis fuisse. Ful-g. lib. 7. cap. 2. ex Plut. Pyrrho.

Protegendo. Non prodeno.

RAABA meretrix exploratores Iosue abscondit, & in eos lu-mes remisit. Iosue 2. Eius fidem commendat Apostolus, propter quam non perijt cum incredulis. Hebr. 11. Nuhcij cunctes ad Davidem absconditi fuerunt in puteo, & ser-uaui per MVLIEREM, quæ posuit uelamen super os putei 2. Regum 17.

GERBONVS, Populonij episcopus, occidi potuit: cogi aut-tem ut hospites proderet, non potuit. Totius regis irati mi-nas contempsit, nolens prorsus latebras indicare corū, qui ad se confugerant. Et cum uisus ferocissimis obiceretur la-cerandus, atque inter illos illesus uersaretur: uerecundia re-gem cepit, nolle ei parere, cui feræ beluæ peperissent: ac protinus hominem dimitti iussit. Marul. lib. 1. cap. 3.

Libes

lectica uetari uale tudine affectum, statim equo desilit, ut patrem pedibus comitaretur: & si opus esset, humeris aut ceruice etiam sustolleret. Cumq; lectica pater identidem cohortaretur, ut exemplo multorum procerum iuxta addequantur, & ipse quoq; equum ascendere: Alij inquit, o pater, quid ad se ardeat, ipsi uiderint: ego quidem adduci ipse ne uiquam potero, quin regem, quin patrem, & eundem aegrotum pedibus sequar. Eundem post decem ac septem aureorum millibus funeravit, magno pietatis argumento. Panormita lib. 2. de gestis Alphonfi.

Gloriam participando.

ETAMINONDAM dixisse perhibent, nihil sibi accidisse iucundius, quam quod genitores sui palmam se duce uiui cōspexissent Leucticum. Plur. contra Epicuri sententiam.

C. MARTIVS, Coriolanus postea didus, cum sepius pugnam ea tempestate à Romanis sit, compluraq; gesta bella, ex nullo sine corona uel donis est regressus. Virtutis alius gloria finis erat, huic gloriæ matris Volumniæ (Liius Veturiam uocat) gaudium. Nam ubi laudari ipsum illa audiisset, & donari uidisset corona, lacrymanq; præ lætitia esset complexa: id summo sibi honori felicitatiq; ducebat esse. Plur. in Coriolano.

Laudando.

GALENVS Pergamenus patrem suum Niconem nusquam non sine magno honoris titulo appellare solet: & id in locis permultis ac prolixè semper facit, ut appareat nunquam suauorem sibi uocem edere uisum fuisse, quam quæ parentis sui laudes decantaret. Maximè uero in Com. de Cognoscendis curandisque animi affectibus, illum commendat unice: quod sanè opus ueluti encomiasticum paternarum uirtutum est.

Mores ferendo.

TELECVS ipsi nunciandi, patrem de eo malè loqui: Nisi, inquit, illi dicendum esset, haudquaquam diceret. Maluit in se transferre culpam, quam committere, ut pater quicquam te merè loqui uideretur. Habes & pietatis simul & modestiæ exemplum. Plurarchus in Laconicis.

ALEXANDER Scærus Imp. tulit, ut propter muliebres contentiones ambitiosa mater Mammaea exulatum eius uxore mitteret in Africam, quam paulo ante ipse ab ea acceperat, maiusq; penè matris in regendo imperio quam ipsius arbitrium esset. Fulg. lib. 5. cap. 4.

Mortuos honorificè sepeliendo, conseruando.

Cælis ad Thebas Argiuorum optimatibus, interfectorum caduera Thebani insepulta abiecerunt. Tum castrorum LEBER, ad aram Misericordiæ confugientes, parentum caduera ad sepulturam petierunt. Quibus ea Thebani, ad mo uentibus Atheniensibus exercitum, reddiderunt. Diodorus libro 4. capite 6.

Dario totis regni sui uiribus in SCYTHARVM regionibus subinde impetum facienti, paulatim cedentes, ad ultimas iam solitudines peruenerant. Interrogati deinde ab eo per legatos, Quam fugiendi finem, aut quod initium pugnandi facturi essent? responderunt, Se nec urbes ullas, nec agros cultos, pro quibus dimicarent, habere. Ceterum cum ad parentum suorum monumenta uenissent, scitorem quem admodum Scythæ præliari solerent. Quo quidem uno tam pio dicto, inmanis & barbara gens ab omni se feritatis crimine redemit. Val. Max. lib. 5. cap. 4. Hoc dictum Herod. lib. 4. tribuit Indathyrso Persarum regi.

CIMON Atheniensis cum patrem defunctum esse intelligeret, ut corpus eius sepultura traderetur: non tantum multus se periculis exposuit, sed pietatem in patre captiuitati quoq; præposuit. Alex. lib. 3. cap. 2. & lib. 6. cap. 14. ex Plut.

ANTIGONVS Demetrii Polioretis patris sui captiuitatem grauitè ferens, sumta uelut lugubri cum ad alios reges con iuratos, tum ad Seleucum Syriæ regem qui eum ceperat, supplex scribit, & quicquid sibi in Græcia regni supererat, pro patre redimendo offert, & se simul obsidem. Ceterum cum in custodia Demetrius obisset: Antigonus, ubi reliquias patris cognouit afferri, totam classem soluit, eisq; apud insulas occurrit obuiam. Ut eas accepit, imposuit urnâ, quæ ex solido auro erat, in nauem prætoriam. Ciuitates, ad quas appulerunt, hinc coronas ingerent urnæ, hinc uiros cultu lugubri miserunt ad exequias decorandas & prosequeudas. Decurrente Corinthum classe una ex puppi conspicua uisa, regali purpura & diademate exornata, quæ circumstitit in armis iuuenum statio. Celeberrimus illius ætatis tibicen Xenophantus assidens sacratissimum carmen accinuit, cui concinente remigio, clangor cum modulatione quadam uelut in planctu respondit carminum ad tibias ambitibus. Maximam commiserationem & luctum ipse Antigonus stantibus in portu & litore frequentibus mouit for didatus, lacrymisq; confectus. Honoribus & coronis fu-

neri Corinthi delatus deportauit reliquias Demetriadem urbem illi cognominè (Sicyonem prius dictam) ex paruis ad Ioleon oppidulis frequentatam. Plur. in Dametrio.

M. ANTONINVS Imp. patre Adriano apud Baias mortuo, reliquias eius Romam petiuit, easque sanctè atque reuerenter in hortis Domitiæ collocauit, cunctisq; repugnanti bus inter Diuos reuoluit: sacerdotem instituit, clypeumque Adriano magnificentissimum posuit. Vnde Pius dictus est. Cuspinianus.

FILIVS paternum loculum torrente abreptum seruauit, & ipse perierit, de quo sic in primo Gracorum Epigrammatum:

OBEDIENDO. TVM

In Genere.

IA COBVS cum matri Rebecca obediuisset, & ius primogenituræ, & patris benedictionem abstulit. Eiusdem iussu in Mesopotamiam ad Labanem auunculum profectus, xx anno post, uxoribus, liberis & opibus auctus, domum rediit. Genes. 27. & sequentib.

TOBIAS iunior auditis exhortationibus patris, in omnibus obedientem se exhibuit, cum diceret: Pater, omnia quæcum que præcepisti mihi, faciam. Tobie cap. 5.

CHRISTVS Saluator noster, ab omni inobedientia se alienum esse declarans: E' celo, inquit, descendidi, non ut meam ipse uoluntatem faciam, sed eius qui misit me, patris. Idem, ut nobis obedientiæ præberet documentum, parentum obsequio subdi uoluit. Et erat (inquit Euangelista) subiectus illis: & hoc quidem, cum iam sapientia & ætate & gratia proficeret apud Deum & homines. Et ne per uerum more blanditijs aut metu subiectum fuisse putet, non fuit infirmi tatis, sed pietatis & liberi gratitque obsequij ista subiectio. Marul. lib. 4. cap. 3.

In specie. Obedire parentum

Voluntati, Decreto.

Expertus est David rex in filiis contumaciam: sed ultio fuit illa numinis, non domesticæ disciplinae uitium. Ceterum extremo uitæ tempore Solomonem puerum adhu conceptum, regem declarauit, cum plures FILII adessent grandes natu, & prudentia non uulgari: uerum hi nō modo non patri fuerunt obuiam, sed eius uoluntatem cui oraculum secuti, nihil etiam post senis interitum mutare fuit ausi. Sab. lib. 3. cap. 1.

FERDINANDVM Neapolitanorum regem dicere solitum feruit, nullam se patre uiuo, neq; maiore illis, neq; parenti conceptum, regem declarauit, cum plures FILII adessent grandes natu, & prudentia non uulgari: uerum hi nō modo non patri fuerunt obuiam, sed eius uoluntatem cui oraculum secuti, nihil etiam post senis interitum mutare fuit ausi. Sab. lib. 3. cap. 1.

RECHABITÆ cum metu Nabuco donoforis Hierosolymæ confugisset, ab Hieremia propheta in templum, iubente Domino, intro ducti, uinum bibere renuerunt: quoniam pater eorum Ionadabus Rechab F. prohibuisset ipsi uinum bibere, domum construere, sementem facere, uineam conserere aut habere, sed in tabernaculis degere per omne uitam, ut diu uiuerent in terra. Hanc obedientiam Dominus obicit Iudæis inobedientibus suæ legi: & uti Iudæis excidium & captiuitatem per Hieremiam minatur, ita Rechabitarum familiæ perpetuâ successionem. Hieremias 35. Precipibus.

ARTAXERXES in gratiam Parsyatis matris fratri Cyro insidiari inoguit. Plut. in Artaxerxe.

C. MARTIVS Coriolanus, maximi uir animi, & altissimi con silij, optimeq; de Reput. meritis, iniquissimè damnationis ruina prostratus, ad Volcos infestus tunc Romanis confugit. Magno ubiq; precio uirtus æstimatur. Itaque quod latebras quæsitum uenerat, ibi breuissimè summum adeptus est imperium: euenitq;, ut quem pro se salutare imperato rem ciues habere noluerant, penè pestiferè aduersus se du cem experirentur. Frequentè enim fuis exercitijs Rom. uictoriarum suarum gradibus addit iuxta mœnia urbis Val sco militi struxit. Quapropter fastidiosus ille in æstimandis bonis suis populus, qui reo non pepercerat, exuli coactus est supplicare. Missi ad eum deprecandū legati. Eos ille cum fastu reiecit, & agrum Volscis ademptum restituit, ipsiq; ciuitatis ius concedi petiit. Vbi senatus reuerens legatis relata audiuit, sicut in graui tempestate & fluctibus ciuitatis sacræ anchoram iecit. Quotquot enim erant deorum immortalium

lium sacerdotes, sacrifici, æditi, augures, quod patrium iis erat & antiquum sacerdotium, hi omnes cum infingibus, quibus utebantur de more in sacris, ut Martium adirent de creare, petium & obsecratum: poneret bellum, ita de re Volcorum cum ciuibus ageret. Hos castris quidē recepit, uerum nihil concessit, nihil fecit uel respondit placatis: tantum ut prioribus conditionibus uel pacificerentur foret, uel bellum gererent. Quibus regressis urbē decreuerūt se tenere & tueri mœnia. Romæ interea mulieres nobilissimæ ad Iouis Capitolini aram supplices se abiecerunt. Inter quas Poplicola soror, Valeria erat: cuius celebrè erat nomen. Hæc repectè quasi ex diuino instinctu surrexit, cæterasq; omnes excitauit, & perrexit domum ad matrem Martij Volumniam, & uxorem Vergilium, rogantes uti secum in castra properaret, & Coriolani imitè animum sua pietate flecteret (Liius & Val. Max. matrem Veturiam uocant, uxorem Volumniam.) Scdebat cum primoribus Martij pro tribunali. Ut a desse mulieres uidit, cepit mirari. Inde agnita uxore, quæ prima in agnitiue erat, conabatur obfinationem & atrocitatem suam, retinere. Ceterum ad illius conspectum uictus animo & conseruatus haud sustulit, ut adiret sedentem: sed propè descendit occurritq;, ac primam matrem per diu oscularis, inde uxorem ac liberos, nullum modum iam lacrymandi & complectendi eos fecit, sed sicut unidīs motui animi permisit se auferendum. Mater ex precibus in iram uersa, ait: Sine, ut prius quam cōplexum accipiam, sciam an ad hostem, an ad filij uenirum: captiuam, an mater in castris tuis sim? In hoc me longa uita & infelicitas traxit, ut exulem, deinde hostem te uiderem? Potuisti populari hæc terram, quæ te genuit atq; alidit? Nisi te peperissem, Roma non oppugnaretur: multa q; infu per agdidit explorando, quibus & uxoris ac partu uolūtu flebit motus, matrem complexus: Expugnasti (inquit) & uicisti iram meam patria, precibus iunius admonitus, cuius utro conceptus, te uenia dono. His dictis paulisper cū mare & uxore ferissim colluctatus, perentes eas remisit retrò Romam. Nocte elapsa Volcos rediit. Valerius Maximus libro 5. capite 4. Liius lib. 2. Decadis 1. Polyænus lib. 8. Plutarchus in Coriolano.

Pacuius Calanus princeps eius factionis erat Capuæ, quæ rem ad Pœnum traxerat. Hic cō filio adolefcente PEROLA Rom. studiosiss. ad cœnam est ab Hannibale uocatus. Cui uale tudine excusata iuuenis adesse noluit, quin patre pœno Solis occasum triclino egressus fecutus, ubi eū sereto esto locu adeptus (uenerat enim per posticum infor tum adhibuit subiectum) toga ab humero reiecta latius gladio succinctum nudat, cepisteq; se consilium ait Hannibalis ex improuiso obruncandū. Atq; ita fore, ut non solum Campani defectionis ueniam à Romanis impetrarent, sed in multo maiore, quam unquam antea, apud illos honore futuri essent. Ad ea se nec ex nou aliter, quam si res geri cepta esset, territus, per omnia iura, quæ filios parentibus iungūt, cum lacrymis & multis precibus obtestatus esset, nec coram patre omnia infanda facere & pati uellet, ne fidē paulo antè publico & priuato iure cum Pœno iunctam uiolare ag grediretur, atq; hospitalem mensam, cui ipse tertius esset adhibitus, tam clari hospitis sanguine foedaret. Hæc pater locutus, ubi iuuenem lacrymantem uidit, medium ample xus, atq; hærens osculo, non prius & monere & præcari desitit, quam à propòsito auerit. Tum Perolla: Ego, inquit, pietatem, quam patriæ debeo, tibi, quando ita uis, exoluā, pater: dolco tamen tua causa, cui patriæ ter proditæ sustinē dum esse crimen, defectionis à Romanis factæ, foederis cum Pœno inti, & quod arma quæ pro publica fide indueram manibus extorques. Inde arrepto gladio: Ferrum, inquit, o patria, quo pro te in Pœnum ulurus eram, quando paternâ pietas prohibet, recipie: atq; cum his illud trans horti macc riam in publicum abiecit, & quod minus res suspècta esset, in triclimum rediit. Sab. lib. 3. En. 5.

C. GRACCHVS Trib. plebis legem promulgauit, si cui populi magistratum abrogauerit, ne aditus huic ad secundum magistratum sit. Qua non obsecrè M. Octauium notabat à Tiberio tribunatu deiectum. Eam tamen Caius ipse anti quauit, profectus matri se Cornelie precibus dare Octauii. Id placuit populo, cōprobaturq; ab eo est, quod Corne liam in honore haberet non minus liberorum suorum, quam parentis gratia. Nempe statuum aeneam ei posuit postea, in scriptisq; Cornelie matri Græchorum. Plur. in Caio.

Mortuis, iussu.

Promptè obediuit IOSEPHVS patri ad fratres eum mittenti, quamuis eos sibi propter delationem inuenios sciret. Genes. 37. & 41.

ISAACVS, in montem ab Abrahamo patre perductus, cum pro hostia mactandus ante aras staret, non contumax se nem fortis & ualidus asseruit, sed in agnæ spicem se pati immolandum præbuit. Vt dubitari possit, paternæ pie

tas magis Deo placuerit, an filij obsequium. Sabell. libro 3. cæp. 1. ex Genes. 22.

DAVID licet pater Samuelem esset unctus in regem, tamen ob ediebat patri, mittenti eum ut portaret cibum fratris, quibus tunc fuerat prælatas. 1. Reg. 15. & 17.

ORESTES ad Apollinem, iubentem ducere uxorem Hermionem, filiam Menelai, apud Eurip. in Oreste, inquit: Καὶ λέγουσιν ἰσοῦ, ἵνα ἀπὸ θυγατρὸς πατρὸς.

Connubium approbo, sed ubi dederit pater. HERMIONE deponata fuerat, apud Eurip. in Andromacha sic respondet: Νυμφόθυμά μιν τῶν ἐμῶν, πατρὸς ἱμῶν κερμαν ἔχει, καὶ κίβδη κερβεν τὰ δὲ. Sponsaliorum quidem meorum pater meus curam habeat: neque meum, decerne hæc. Quos uentus citat diuus Ambrosius in historia Rebeccæ: ubi postulat consensum parentum: idq; dicit adeo honestum & naturæ consentaneum esse, ut poetæ quoq; idem docuerint.

POLYNICES ad matrem Iocastam, apud Eurip. in Phœnissis, sic inquit: Ἐ γὰρ τὸ βέλγε, πατὴρ ἴσται μᾶλλον φίλος. Quæ tu uis, eadem mihi grata erunt, mater.

MENŌCEVS patrem Creontem interrogans, Vtrum fugere debeat, ne mactetur à ciuitate; apud Euripidem in Phœnissis, inquit: Οὐδὲ σὶ φράζων ἐμῶν, ἐπιπνέων δὲ ἰσται. Nimirum conueniens est te dicere, efficere uerò me.

CHILDEBERTVS & CLOTHARIVS Francorum reges, cum de regni possessione inter se armis disceptarent, essent que acie dimicaturi: Crotochildis matris interuētū, primò ferrum inhibuere, matris precibus & lacrymis moti: inde non solum prælio abstinerunt, sed concordēs facti mutuo se complexi sunt. Sab. lib. 3. cap. 6. & Egnat. lib. 5. cap. 4.

Prolo.

Cum Iephtha Galaadites, contra Ammonitas pugnaturus, uotum nuncupasset: Si Deus sibi uictoriam in hostes dedisset, immolaturum se quo dūcūq; sibi extra fores domus sue incolumi redenti primò occurreret: adeoq; Maspham à prelio uictori reuerso, unica FILIA uingō processisset cum tympanis & choris: Iephtha tertius, filie uotum suum indicat. Illa patrem, ut uotum præstet, hortatur: petit tamen concedi sibi duos menses, quibus suam uirginitatem cum suis æqualibus in montibus deplorat quærat. Eo tempore exacto, à patre immolata fuit. Iudicum cap. 11.

Animaduersioni, Supplicio.

Cum Artaxerxes interfecisset maximum natū filium Darium, ob insidias quas patri intenderat, ALTER ab illo, iubente patre, stricto acinace, sibi ipsi uim ante regiam intulit. Aelianus de Varia hist. lib. 9.

Cum G. FLAMINIUS tribus pleb. legem de Gallico agro uiritim diuidendo, inuito & repugnantè Senatu promulgasset, precibus miniq; eius acerrimè resistens: ac ne exercitu quidem aduersus se confectis, si in sententiâ perseueraret absteritus, postquam pro Rostris ei legem iam referenti pater manum iniecit, priuato fractus impio, descendit è Rostris, minimo quidem murmure desistit: cōcionis reprehensus. Valer. lib. 5. cap. 4.

Principi cuidam Hispano erat FILIVS adultus, lingue maledicæ ac contumeliosæ. Qua ex re multorum o dia contraxerat. Ob eam causam pater filio ut perpetuò sileret, cum indixisset, paruit illè. Accidit interea, ut solenni conuiuio regis, præsentè regina, ambo interessent. Adolefcens ad cætera industrius, cum ministratet ut mutus patri, Regina (ea impudicæ erat) uerè mutum sordūm q; existimans, & sibi id condicere, rogauit patrem, ut secum esse filium pateretur. Id eū impetrasset, adhibuit cum secretio tribus rebus, ita ut impudicæ sæpè testis esset. Simili iterum conuiuio pater post biennium affuit. Rex interim uiderat sæpius adolescentem, quem omnes mutum putabant. Hic cum reginæ ministraret, petiit à patre rex, castine, an natura filius mutus euasisset. Neutrum ille respondit, sed iussu suo, ob lingue maledicentiam. Rogauit rex, ut licentiam permitteret loquendi: Cum diutius pater resistisset, dicens aliquid scandalosi fecurum: tandem regis præcepto loqui filium, si uellet, iussit: Ille inprimis ad regem conuersus, Habes uxorem, inquit, eam, qua nulla mereret impudencior aut improbiore fuit, Cōsulit rex prohibuit amplius loqui. Poggius in Faccetiæ.

Proscriptio.

Teucer & Ajax à Telamone patre ea lege dicuntur ad Troiam missi, ut ambo aut neuter domum redirent. Nec decennale bellum eorum desiderij plenum, quæ mortalibus carissima esse solent, patris legem antiquare potuit: quin capto Ilio TEUCER, qui fratrem amiserat, natale solum exilio uertit; u V V u 2 Cypriūq;

Cyprumq; prætulit patriæ, cuius finibus domestica lege excluderetur. Sab. lib. 3. cap. 1. CADMVS Agenoris filius, ad Europam Sororem quærendâ ea esse conditione à patre missus, ut nisi illa reperta, exularet. Diu proinde multumq; terra mariq; euagatus, paterni magis imperij quam patriæ memor, in Bœotia exul confedit. Sab. lib. 3. cap. 1.

Exheredationi.

Metelli FILLI Romæ à patre hæreditate excussi, testamentum irritum esse noluerunt. Satius arbitrati, bonorum extorres fieri, quam qualemcumq; patris uoluntatem non tueri. Alex. lib. 6. cap. 10.

Ebutiæ, quæ L. Menenij Agrippæ uxor fuerat, tabulæ testamētis plena furoris. Nam cum haberet duas simillimæ probitatis filias, Pletoniam & APHRONIAM, animi sui potius inclinatione prouecta, quam ullis alterius iniuriis aut officiis commota, Pletoniam tantummodo hæredem instituit: filiis etiam Aphroniæ ex admodum amplo patrimonio uiginti numos legauit. Aphronia tum cum sorore sacramento contentere noluit: testamentumq; matris patientia honorare, quam iudicio conuelleret, sanctius esse duxit: eò se ipsam indigniorem iniuria ostendens, quò cam æquiore animo sustinebat. Val. Max. lib. 7. cap. 8.

AMANDO. AMOR ERGA PARENTES A LIBERIS EXERCITVR

Turpia non faciendo, Non obsequendo.

ACROTATVS, cum postularent ab eo parentes, ut quadam in re iniqua efficienda esset ipsis præstò, aliquandiu resistit. Vbi instituerunt, respondit: Dum uobiscum fui, nullam intelligentiam habui iustitiæ. Enim uerò quòd me patriæ deditis eiusq; legibus, prætereà ad iusticiam & honestatem pro uobis instituitis, hæc potius dabo operam, quam uos ut sceter. Quia uerò uultis me optima agere: optima autem cum priuato tum multo magis imperanti sunt iusta: agam, quæ uultis: quæ dicitis, repudiabo. Plut. in Apoph.

Vitam tuendam.

Cum Lemniæ mulieres uiros omnes una nocte sustulissent: HYPISYLE reginâ patrêm. Thonantem regem procul ab legatum seruauit. Sab. lib. 7. Enneadis 1.

ANTILOCHEVS, cum ab equo, Paradis telis laucio, Nestoris patris currus impeditur, is uerò à Memnone duce exercitus Aethiopum premeretur, à patre in clamatus, Memnon è sustulit, morteq; sua patris uitam redemit. Hinc de eo Pindarus ode VI. Pythiorum.

ἄνθρωπος οὗτος ἐστὶν ἄριστος, ἡγήσατο μὲν Σάβη... τοιοῦτον οὐδέ τις παρὰ θεῶν, ἰσθμῶν ἰσθμῶν τῶν πάλαι γενεῶν ἀσπασίωσιν ἕρπον παλιέρον τελεῖται, ὕπαστρον ἀμφὶ πειρήσων ἡμῶν ἀπὸν ἀρσάν.

Permanens uerò diuinus ille uir, comparauit sua morte uitam patris. Vifus est ergo ueteri posteritati, opere hoc emirando parato, summus circa parentes fuisse uirtute.

Cum captum esset Ilium, Achiui miserati captiuorum ærumnas, per præconem denunciauerunt, ut singuli ex liberis ciuibus, quod uellent, unum aliquod secum auferrent. AENEAS igitur cæceris neglectis, cum deos penates exportaret, Græci pietate uiri permoti, permiserunt ut id quoq; quod post deos carissimum haberet, fumeret. At ille parentem Anchisen exulit. Tum maiori adhuc pietatis admiratione ducti, carissima quæq; secum fumeret: non obscure confitentes, eos qui in deos pij essent, etiam natura inimicos, non irreuerenter tractandos esse. Actian. lib. 3. de Var. hist. Xenoph. in Cynegético, & O. Calaber. lib. 13. & Virg. Aen. 2.

De AENEAE patrem humeris efferente extat primo libro Epigrammatum elegantissimum carmen:

ὅτι πατρὸς ἰλιακῆς ἀρετῶν μέτρον ἤνευσε νεῖκος ἀνίας ὅσον πατρὶ βράχον πατρίων ἔκλασε δὲ δρυῶν, καὶ ψευδῶν, μινδὸν ἐς ἕρη κέρας δὲ ζυγαλῆθ, τὴ δὲ φέροντι μέτρα.

LAVVS Mezencij Tyrhæni filius, patrem in bello aduersus Aeneam seruauit, eoque liberato, ipse ab Aenea interfectus est. Verg. lib. 10. Aeneid.

Fratres duo, AMPHINOMVS & ANAPIAS (Philonomus & Callias Actiano: alij Aemathiam & Citonem uocant) qui apud Catanen Siciliæ urbem Pij sunt cognomento appellati, cum ex proxima Aetna eam urbem flamma corripuisset, nulla uel argenti, uel auri habita ratione, fugientes matrem hic, patrem ille, humeris sustulerunt. Sed enim cum haudquaquam otiosè festinantes, incendium tamen urgeret, neque illi propterea dimitterent, ita illum flammarum quasi torrentem in duas aiunt partes difcessisse, ut per medios ignes cum ipsis parentibus adolescentes incolumes euaserint. Iis apud Catanæos certi & solennes honores præ-

etatis ergò habitus sunt. Pausanias in Phocicis. Strabo. Val. lib. 3. cap. 4. Seneca lib. 3. de Benef. Plut. in oratione ad Apollonium, Sillius, Martialis. Arist. in lib. de Mundo, Cælius lib. 11. cap. 17. A. L. Forum status Claudianus eleganti celebrauit camine in quo etiam hæc leguntur:

Quòd si notus amor prouexit in aftra Lacones, Aeneam Phrygio raptus ab igne pater: Si uetus Argolicos illustrat gloria fratres; Qui sua materno colla dedere iugo: Cur nò AMPHINOMO; cur nò tibi, fortis ANAPI, Aeternum Siculus templa dicauit honos? Plura licet summæ dederit Trinacria laudi, Nouerit hoc maius se genuisse nihil, Nec doleat damnis, quæ deuius intulit ardor, Nec gemat exustis igne furentem domos. Num potuit pietas flamma cessante probari? Etmum effingenti clade perenne decus.

ATYS Croesi filius, mutus à prima ætate, cum Cyrus Persarum rex Sardas Afiæ oppidum intrasset, ut omnes quotquot ad essent interficeret: alta uoce (pietate in patrem unice motus) acclamasse dicitur: Parce patri meo, Cyre, & te hominem esse uel casibus nostris disce. Solinus cap. 7. Gellius lib. 3. cap. 9. Herod. lib. 1. Valer. lib. 3. cap. 4. Iustinus libro 1. Vide Tit. Muti curati.

Sunt qui dicant, post urbem Romam à Gallis liberatam, ob ipsam cibatus, ceptos LX. annorum homines iacti in Tiberrim: ex quo numero unus, filij pietate occultatus, sæpe profuerit patriæ consilio, sub persona filij. Id ut sit cognitum, ci iuueni esse signorum, & sexagenariis uitæ cœcensa. Latebras autem eas, quibus arceret senem, id est, cohibus & tæla uerit, sanctitate dignas esse uitas, ideoq; Arcea appellata. Hinc natum prouerb. Sexagenarios de ponte deiicere. Sed exploratissimum illud est causæ, quo tempore primum per pontem ceperunt comitiis suffragium ferre iuniores, clamauerunt, ut de ponte deiicerentur (sexagenarij), quia iam nullo publico munere fungerentur, ut ipsi potius sibi quam illi deligerent imperium. Sex. Pompeius lib. 17. & Varro lib. 2. de uita pop. R. Victorius lib. 18. Var. le. st. cap. 7.

Romæ C. Quinctio, M. Acilio Coss. sanguinis ingenui mulier prætor apud tribunum suum capitali crimine damnatam, ut uiuere in carcere necandam tradidit. Quam receptam qui custodiam præerat; misericordia motus, non protinus strangulauit: ditum quoq; ad eam FILLIÆ, sed diligenter excullæ, ne quid sibi inferret, dedit: existimans futurum, ut inedia consumeretur. Cum autem iam dies intercederent, secum ipse quærrens, quidnam esset quòd tandiu sustinere tur, curiosò obseruata filia, quæ paulo ante pepererat, animaduertit illam exerto ubere famem matris lactis sui sub sidio lenientem. Quæ tam admirabilis spectaculi nouitas ab ipso ad triumuirum, à triumuiro ad Prætorum, à Prætorum ad Consulum iudicium perlata, remissionem poenæ mulieri impetrauit. Alimentum ambabus constituta: & ne tantæ rei memoria interideret, in illius carceribus sede (Festus in ea domo, ubi mulier illa habitauit) Pietatis ara extructa est cum imagine, ubi nunc Marcelli theatrum est. Val. lib. 5. cap. 4. Sab. lib. 3. cap. 6. & Plin. lib. 6. cap. 36.

FILIA quadam patrem suum Cimona custodiæ traditum, iam ultimæ senectutis, uelut infantem pectori suo admotu aluit. Herent ac stupent hominum oculi, cum huius facti pietatis imaginem uident: easq; antiqui conditionem, presentis spectaculi admiratione renouant, in illis mutis membrorum lineamentis uia ac spirantia corpora intueri credentes: quòd necesse est animo quoq; euenire, aliquantum effaciorie picturæ literarum uetera pro recentibus admōnito recordari. Val. Max. lib. 3. cap. 4.

PRISCIPIO Africanus superior, uix dum annos pubertatis ingressus, patrem consulem apud Ticiuum fluium aduersis auspiciis cum Hannibale pugnantem, faucium grauerit, intercessu seruauit suo: neq; illum aut ætatis infirmitas, aut militis tyrōcinium, aut infelicis prælij etiam ueterano bel-latori pertimescendus exitus interpellare ualuit: quòd minus duplici gloria conspicuus faceret, imperatore simul & patre ex ipsa morte rapto. Valerius libro 5. capite 4. & Polybius libro 10.

PLVTO Pinenis iuuenis, cum obsessæ urbis suæ claustris præfideret in Italico bello, & Romanus imperator patrem eius captiuum in conspectu ipsius constitutum districtis militum gladiis circumdedisset, occisurum se minians, nisi irruptioni suæ iter præbuisset, solus è manibus eorum senem rapuit: duplici pietate memorandus, quòd & patris seruator, nec patris fuit proditor. Plut. in Vita Numæ.

CN. Pompeius cum sub patre Strabone, qui bellum gerabat contra Cinnam, adhuc admodum adolescens mereret, L. quodam Terentio utebatur familiariter & contubernali. Hic pecunia à Cinnâ redemptus susceperat Pompeium occidentem, alij inflammandum ducis tabernaculum. Ea re Pompeio su-

peio super cenam nunciata, nihil percussus, sed largiore etiam uino usus est, atq; in Terentium profusus hilaritas. Vbi cubitum discessit, subdixit se clam tentorio, ac munitò statione patre, quieti se dedit. Terentius, ut res matura uisa, districte exsurrexit, accedensque ad torum Pompeij quasi somno fratri, multos in fragula dedit ictus: Hinc ingens motus ducis odio exortus & ardor ad defectionem militum tentoria reuellentium & arma capientium. Dux tumultus terrore non est progressus. Pompeius uerò filios coniecit se in medium illorum, & supplex eos cum lacrymis est deprecatus. Postremò pro porta castrorum abiicit se in os, atq; ibi acuit obstaculo plorans, & exuuitibus iubens, ut conculcarent se. Ita uerecundia quisque deterritus recessit, omnesq; ostingentis exceptis, mutauerunt animum, atque cum ducem in gratiam redire. Plut. in Pompeio.

Cuilibus bellis, quibus inter se Antonius atq; Octauius decertauerunt, contigit ut fratres cum fratribus, & cum filiis parentes diuersa acie concurrerent. Itaq; postremo prælio, quo apud Actium Octauius Antonium deuicit, cum captiui recenserentur (sicuti mos erat) Metellus ad Octauium de ductus est: cuius quamquam facies propter anxietatem carceremq; à consuetis uideretur mutata esse, à filio tamen METELLO, qui cum Octauiio militabat, agnitus fuit. Itaq; lacrymabundus statim in patris amplexum cecidit, deinde lacrymarum plenus ad Octauium conuersus dixit: Hic tuus hostis mortem meritus est: ego autem præmio sum dignus, quia tibi inferui. Oro igitur te, ut pro eo munere quòd mihi à te debetur, huic feruus incolumem, & me pro eo quod cidas. Ea pietate motus Octauius, filio Metellum patrem dono dedit. Fulg. lib. 9. cap. 4.

Proscipione Triumuirali cum ab Antonij & Lepidi militibus inueneri crudeliter interficerentur, in quorum numero & patens eloquentie Cicero fuit, Q. Cicero nem, M. Tull. fratrem, FILLVS occultarat: cumq; multis uerbis ut tormentis adduci potuisset, ut indicaret ubinam patens la-titaret, Quinctius filij admiratus constantiam, atq; eius misericordia permotus, ultra se inimicorum potestati permisit. Xiphilinus in Augusto.

Opus cuius Romanus, à Triumuiris proscriptus, cum in miò senio debilitatus esset, & FILLVM haberet qui domi manere poterat, maluit filium cum uitæ suæ periculo patrem debilitatum morti, quæ domi parata fuisset, eripere. Sub-latum igitur in collum magno labore, ab urbe tulit, sub mendici specie latentem: atq; cum eo in Sicilia peruenit, ubi Sex. Pompeius proscriptus omnes recipiebat. Tandem hac singulari in parentem caritate à populo Romano patriæ restitutus, ædilis quoq; factus est. In eo magistratu cum bonis spoliato, ad festos ludos edendos, opes nullas essent: ne is consueti honore careret, theatralis artifices dono ei operas suas dederunt. Ludorum apparatus necessaria populul quoq; Romanus uniuersus priuatim in teatro tantum ei contulit, ut non modo agendis excellenter ludis succederetur, uerum ex eo quoq; quòd superfluit, uehementer ditaretur, à pop. Romano mirum in modum laudata ipsius in Opium patrem caritate. Fulg. lib. 5. cap. 4.

YESPASIANSVS, cum in Britannia obsideretur à Barbaris, atq; in extremum periculum uenisset, TITVS filius eius, patris salutem metuens, incredibilem audacia cum obsidione liberauit, fuditq; Barbaros, eosq; longius infectus occidit. Xiphilinus in Claudio.

Cum Aidanus Scotorum rex à Pictis & Saxonibus in acie circumuentus esset ad Deglastonè Britaniæ urbè, DONGARVS patrem in ultimo constitutum periculo cernens, se pro con-trucidandum obiecit. H. Boethius lib. 9.

TOLETANI cuiusdam pater aurarius faber à Petro I. Casti-lani rege, ob falsas suspiciones morti dånatus erat. Filius amore erga patrem compulsus, lacrymis precibulq; agere nõ desistit, ut seruato patre, ipse pro eo occideretur. Quòd affectus, uitam amisit: ut in uitam eum seruaret, à quo ipse per genitiram acceperat uitam: tanto omnibus aliis in hac caritatis laude præferendus, quanto aliis omnibus rebus uita charior est. Fulg. lib. 5. cap. 4.

ANTONIVS Maria Roberti, qui Venetorum exercitum contra Maximilianum duxit, Fubi patrem à Germanis circumuentum uidit, in conferatissimum hostium aciem se iniecit, fortissimèq; pugnans, aciemq; submouens, patri se recipiendi salutem præbuit: ipse in hostium potestatem uenit, reliqui fugati, paucis captis atq; interfectis, se in castra receperunt. Bembus lib. 1. Venetæ Historiæ.

Coniurauerat contra Petrum Medicem, qui Florentinorum libertati grauis erat, ciuium nobilissimi quoq; eumq; à Car-regiano paterna uilla, ubi ex pedibus æger decubuerat, in urbem properantem, colloctis in omnibus locis custodis, intercepte & obrunare constituerat. In tam ancipiti periculo narrat, LAURENTIVM Petri F. nuncio per præmissos exploratores de ea re accepto, per deuios atq; igno-

tos calles præire seruis iussis, qui patrem lætica deferebat, ipsum uia infesta inimicorum armis, iis ire obtuam perrexisse. Cum in milites fortè incidisset, qui patris aduentum obseruabant, rogatum quo illum in loco reliquisset, propè esse quidem, ac breui affuturum respondisse. Ita cum filius ipse ob ætatem puerilem abire iussus incolumis, tum pater, qui unus petebatur, solerti filij consilio seruatus, inimicorum insidiis elusis, in urbem contendit, & coniuratos oppressit. Brutus lib. 3. hist. Florent.

Alimenta subministranda.

Liberi SOLONI legibus (id quod iure quoq; Romano cautum est) parentes, nisi infamia notari uellent, inopes alere, atque ἀπικληρῶν cogebant. Laertius in Solone. Adiecit Plutarchus in Solonis uita, si pater aut mater filios artibus erudissent. Minime uerò Demosthenes cõtra Timocratem, nec Harmenopolus libro 3. nec Iliæus ἀπὸ τῆς κληρῶν κληρῶν, ubi auos & proauos parentum nomine accipiendos censet & Caius iuriscõsultus. A. Plutarcho stat Vitruuius lib. 6. & Galenus in Exhortatione ad artes. Meminit & huicæ nutritionis Xenophon lib. 2. Memorabilia, & Alexis.

Alexis poeta scripsit, ΑΤΗΝΕΝΣΕΣ maxime omnium ideò uideri laude dignos, quòd reliquorum in Græcia leges, à liberis præstari alimenta parentibus cogant: Athenis uerò non utiq; omnibus, sed iis modò, qui liberos artibus erudissent. Cælius lib. 7. cap. 30. Antiq. Lect.

Duo quidam FRATRES patrem habebant senem, & extrema inopia laborantem. Fortè autem accidit, ut Epastus tyrannus Hispaniæ Pacietem quendam Hispanum iniussè occideret. FILLI Pacietis ultionem quærebant. Conueniunt igitur cum adolescentibus istis in XII millia numum, si Epastus tyrannum occiderent. Illi conditionem hac accepèrunt lege, ut pecuniam patri suo extrema inopia laboranti, post peractum opus soluerent. Quòd & factum est: nam tyrannum occiderunt, patrem inopia liberarunt: & qui pecuniam exhibuerunt, iniustam patris mortem uindicarunt. Hoc modo duplex filiorum in parentes pietas exhibitæ est. Val. Max. lib. 5. cap. 4.

NVMA Pompilius Tatij Romanorum regis filiam in uxorem duxit: neq; tamen migravit ad focerum, sed patrem Pomponium iam senioreni fouens & nutrens, in Sabinis mansit: simulq; Tatia priuati uirginitatem, quam Romæ honoris gloriamq; maluit. Plut. in eius uita.

Aegros curando.

TOBIAS, Tobias filius, ut paternæ cæcitati remedium quæreret, puer adhuc, omniumq; rerum ignarus, domo peregrè profectus, cœlestem meruit ducem fortiori: cuius ductu felix exitu puer, felicitate reditu, præsentissimum attulit patri remedium. Sab. lib. 3. cap. 6.

CANANÆA, miseram filæ suæ propriam reputans, ad Christum clamat, Miserere mei Domine, fili Dauid, filia mea male à dæmõnio uexatur. Matthæi 15.

Comitando, ducendo.

Apud Stobæum ser. 77. Iulius quidam in cæcitate, quòd in Bacchum scripsit, AGAVEN celebrat:

Καὶ μοι δὲ ἀρρώστῳ τὴν οὖρον ἐξήρην ἀγαθὴ, ὃν πατὴρ ἐπολιόνοιο: φίλον δὲ μοι ὡπτε ὄμην, ἡλπίσθαι καὶ μὴ ἀποθῆναι, ἡλπίσθαι δὲ ἐκαρῶντο φίλον.

Cadumm assumens Agauc misera exhibat patrem suum trementem: gestabat autem ipsum humeris confectum senio, & onere premebatur honesto.

ANTIGONE patri suo Oedipo excoecato ducem se præbuit. Proinde uel ipsemet tyrannum Creon eam laudare cogitur, apud Eurip. in Phœnissis.

Generositas tibi quidem, sed tamè & stulticia quædã inest.

CLEOBIS & Biton, Cydippes Cereris sacerdotis filij, cū parentes summa semper obseruantiæ & pietate coluissent, matrem grauer decumbentem, iugati ueluti boues ad lunonum duxerunt, gentili more, sacrum, ut pristina sanitati mater restitueretur: uerum ipso diè quo matrem adduxerant, uerq; mortem obiit. Isaacius Zezes de Var. hist. Chilliade r. hist. 1. At Val. Max. lib. 5. cap. 4. Argiam matrem sacerdotem curru infidentem, eos ab oppido ad sanum traxisse asserit: quòd nefas esset, sacerdotem pedibus ad sacrificiū proficisci. Cic. in 1. Tuscul. quæst. meminit: & Herod. lib. 1.

Atalis regis Pergamenium filij quantum, quorum maior Atalalus, matrem Apollonia dem, quatuoruis plebeiati, summo sunt honore profectus, & propter ea bonâ famâ consecuti, dum conuenientem gratiam & honorem matri tribuunt. Ducentis enim matrem utraque manu inter se mediâ, in templa & per urbem ibant cum suo comitatu. Quibus de causis spectatores magnopere probabant adolescentes, & uenerabantur: & Cleobidis ac Bitonis factum commemorantes, horum institutum & insignem alacritatem regis excellen-

excellentiæ fastigio æquabant. Hæc Cyzici gesta sunt, pæccæ cum Prusia constituta. Suidas.
CORNELIVS Scipionis cognomen apud Romanos meruit, quoddam patrem decreperit & cæcum pro baculo regere sit solitus. Macrobius.

Calamitosos non deferendo.
Leonidas Cleonymi F. regno Spartano pulsus, quoddam populi factioni Agidis restitit. **CHELONIS** filia, Cleombroti marito relicto, qui sacerdotis subsecutus fuerat; cum patre Tegeas in exilium abiit. Atque non multo post cum Leonidas restitutus, Cleombrotum in templo Neptuni supplicem armis obsideret, eiq; mortem minaretur, Cheloni, quæ ante paternæ calamitatis fuerat consors, patrisq; miseriam fouerat, fueratq; cum præserte supplex, cum exulante in luctu, tum uero conuersa fortuna palam sociam se uiri in squallo re præbuit, confeditq; manibus illum complexa, filiosq; hinc inde apud se tenens. Mirantibus omnibus humanitatem & pietatem mulieris, fordes squalloremq; suum monstrans, pro marito apud patrem intercessit, faciemq; capitum Cleombroti imposuit, oculosq; tabescentes & emarcidos ad coronam circumtulit. Leonidas cum amicis colloquutus, Cleombrotum iussit exulem esse: natam orauit, ut remaneret, neq; se, qui ad eod. diligeret ipsam, & uiri salutem esset ei largitus, defereret. Non paruit illa tamen: sed exurgenti uirum alterum filium tradidit, alterum tenens ipsa, adorata dei ara, concessit cum illo in exilium. Plut. in Agide.

Lex erat, ut qui ciuium Atheniensium Megata fecit ad exules eod. tulissent, quibus nullum cum ciuibus commercium esse placuerat, iis capitale esset. **EOPOLYEVCTVS** Cythantidas fatebatur se prouocatum, ut Nicodemum, cui mater sua nupta esset, uideret, consolaretur. Quare à senatu Areopagitico iudicatus erat. Sed populus Atheniensis æqui & boni, humaniorisq; iuris rationem habuit, eumq; absoluit. Aerodius ex Dinarcho contra Demosthenem.

HIRODES ille, qui Magni cognomen tulit, cum hoste à tergo urgente graui comitatu impeditus, noctu per abrupta & difficilia loca iter faceret, materq; anus & ægra animo, curru forte excussa ac debilitata fugam remoueret, de manu sibi inferenda sapius cogitauit: fatius ratus mortem occumbere, quam matrem hostibus relinqueret. Sabellius libro 3. cap. 6.

Antonius Grimanus Turico bello Venetæ classis Imperator creatus, abrogato imperio Venetias reuocatus, carceri incipatus est. **CARDINALIS** eius filius illi iuxta carcerem occurrens: Ego, inquit, pater, pro te tuaq; salute in publica uincula me coniciam: nec prius inde discedam, quam audiero te publico absolutum iudicio. Cæterum à patre publicorum ministrorum opera diuulsus, petebat ab illis, ut se filium in carcere patri adiungerent, cui inferre ipse posset. Sed quum non multo post maioris consilij iudicio in exilium relegatus esset, Romæ à filio sic exceptus fuit, ut beatum ac felicem patrem esse dicerent, qui talem filium haberet. Mox in patriam restitutus, procuratorq; diui Marci iterum creatus, quod nulli unquam ante contigerat: tandem in Laurenti locum dux electus est. Egnat. li. 5. c. 4.

Commemorandum aliis.
HYRCANVS, Simonis ducis & pontificis Iudæorum à Ptolemæo Abubi F. interfecit filius, accepto paterno pontificatu, eundem contra Ptolemæum exercitum: & oppugnando arces Dagon, cætera quidem erat superior, uincebatur autem sola pietate erga matrem, & erga germanos misericordia. Hos enim Ptolemæus productos in mœnia flagris cædebat in loco omnibus conspicuo: minitans se præcipitaturum eos, nisi frater ab oppugnando desisteret. Mater uero ad eum manus tendens supplicabat, ne molliretur assectibus, sed daret operam, ut redactum in potestatem inimicum afficeret poena, etiam si hoc cum uisæ suæ periculo fieri debebat. Hyrcanus talibus uerbis accendebatur quid ad assultum maiore impetu faciendum: sed quamprimum uerberari & lacerari matrem uidebat, uincebatur maternis cruciatibus. Cui; obsidio in septimum usque annum hoc pacto traheretur, quo solenne est Iudæis cessare ab operibus, liberatus est à bello Ptolemæus, occisis Hyrcani matrem ac fratres. Mach. 16. & Iosephus lib. 13. cap. 15. Antiq.

Honorem tuendo.
Sancius maior, Castellæ & Nauarræ rex, qui Hispania ferè totam Mauris eripuit, ex Eluira filium genuit Ramirum, siue Ranimirum: Ea defuncta, duxit Castellæ Comitissam, qua tres filij nati fuerunt, Gasias, Ferdinandus, & Sancius. E quibus Gasias maior natu matrem apud Imperatorem adulterij crimine falso detulit, propterea quod eum illi matrem ex Imperatoris monitu & equorum præfati consilio equum quendam Imperatori carissimum ac commo dare no-

luisse, ut est hominum improbitas, confinxit iniquus filius infontem matrem cum eo, qui equorum curam gerebat, se coniunxisset. Nec desitit iræ facibus accensus, ob equi sibi usum denegatum, matrem suam in summum discrimen adducere. Nam cum hoc Imperator audisset, uehementer dolens, uxorem statim captam diligenter custodiri iussit, & omnium nobilium atque doctorum conuocato concilio, in eam statuit, ut iugis cremaretur, nisi quis eam aduersus accufatores filios uel armis uel legibus defenderet. Cæterum cum neq; legibus quiscquam, neq; armorum certamine contendere contra filios Imperatoris auderet, solas tandem **RAMIRVS** Imperatricis priuignus ultrò duellum fratribus obtulit. Verumenimvero dum parantur arma, dum causæ disputantur, uir quidam Christi fides, & moribus admodum sanctus; Gasias & fratres eius Imperatoris filios adiuit, eosq; sanctissimè commouit, ut summum animæ periculum, quod eis imminere, euitarent. Igitur errore desentes; ad Imperatorem uenerunt ueniam deprecantes, quibus Imperator ignoscere noluit, nisi prius à matre remissionem impetrarent: atq; si mater suum ius excqui uellet, sese idem supplicium de filiis sumturum esse respondit, quod uxori iubente lege statuerat. Mater autem cum multorum nobilium uirorum supplicationibus, tum uero precibus illius religiosi, qui principes mouerant, & ad pietatem adduxerat, & amore materno iam commota, suis filijs penè misericordis hæc conditione ueniam & uitam concessit, ut ei Ramirus priuignus, cuius admirabilem uirtutem perspexerat, in Aragoniæ regno succederet. Eidem præterea, curas assentientibus, ipsi etiã filijs, cum sæpe benedixisset, sibi filium & heredem legitimum adopravit. Tum demum omnium consensu ab Imperatore cum uxore statutum est, ut Gasias in Nauarræ, Ferdinandus Castellæ, Sancius, quem nonnulli Gonfalum nominauerunt, in Vasconia; & Ramirus in Aragoniæ regno succederet. Marinius lib. 8. rer. Hisp. & Rodericus Tolan. lib. 5. rer. Hisp. cap. ultimo.

Inimicis persequendo, depellendo.
SEMVVS & **IPHETVS** cum patrem ebrium detestis pudendis inuenissent, indice Chamone fratre, retrò gradientes aures oculis palli ei iniecerunt: eaq; ob cautam à patre benedictionem, Chamus uerò maledictionem retulit. Gen. 9.

Amicos seruando.
Schaduienna oppidum est cum arce munitionissima, per quod Australibus in Scythiam iter est. Huic præfuit unus ex ueteribus amicis Ernesti, qui **FRIDERICVS** III. Cæsaris fratrem suum adierunt Fridericum aliquot adolescentes, sibiq; præfaturam loci committeri petierunt, quod qui illam teneret, ætate ac uiribus confectus esset. Ad quos Fridericus, Patrum amicis oppidum, non amico oppidum commendamus. Aencas Stylius lib. 4. de Alfonso.

Amicos seruando.
CLAVDIA uirgo Vestalis cum patrem triumphantem de curru, uiolenta tribunorum plebis manu detrahi animaduertisset, mira celeritate utrisq; se interponendo, amplissimam potestatem inimicis accensam depulit. Igitur alterum triumphum pater in Capitolium, alterum filia in ædem Vestæ duxit: nec discerni potuit, utri plus laudis tribueretur, cuius gloria, an cui pietas comes aderet. Val. lib. 5. cap. 4.

Amicos seruando.
L. Manlio Imperioso Dictator ob acerbè habitum delicti bellis Hernici causa, M. Pomponius Trib. plebis diem dixit. Eius filius **T. MANLIVS**, quem ob ingenij tarditatem rus abegarat, ægrè ferens, patrem sua causa à Tribuno plebis uexari, ut omnes diu hominesq; scirent, se patri in periculo non desaturum, consilium capit pietate magis quam ciuili exemplo probabile, culto succinctus, omnibus inscijs, sub litem Romam abiit, & à porta Pomponij Tribuni domum petit, ibi ianitorem appellat, nunciariq; Tribuno iubet T. Manlium Lucij filium ad ianuam stare, qui eius colloquitur peteret. Introductus tanquam patri iratus aliquid occultit in eum criminis afferret, salutem reddita & accepta, iuuenis secretum à Tribuno petit, esse ait quæ remotis arbitris uoluit cum eo agere. Confestim omnibus abire iussit, incautum ille Tribunum stricto cultro inuadit, atque iacenti incubans, Nih, inquit, in ea uerba quo uolucro iuraueris, te à patris accusatione destitutum, ego te hic Pomponio iacentem transfigam. Ad ea pauis tribunus: nam quid faceret, inerte erat corpus, & strato cubans, atq; ob id iniuriæ obnoxium, cernere ad hæc ferris, & iuuenis stolidè ferocem sibi imminere, periculo adactus in Manlij iuuenis uerba iurat. Cui dimisso

Amicos seruando.
Manlius inuicis, omnibus superbia. Fuit ea res iuueni apud populum honoris: nam quum eo anno tribuni militum in legionibus creandi suffragio essent (Imperatores antea eos creare consueuerat, suos que uocabant) factum est, ut secundum inter alios Manlius iuuenis locum obtineret. Val. lib. 5. c. 4. & Sab. lib. 3. Ennead. 4. & Cicero lib. 3. Officiorum.

M. COTT A, eo ipso die quo rogam sumisit uirilem, protinus ut de Capitolio descendit, Cn. Carbonem, à quo pater eius damnatus fuerat, postulat, protractumq; reum iudicio affixit, & ingenium & adolefcentiam præclaro opere auspiciatus. Val. lib. 3. cap. 4.

Dicitur M. Cato cū in **ADOLESCENTEM**, qui defuncti patris inimicum inuoluerat infamia, in foro post iudicium ambulante incidisset, dextera datâ dixisset, ita parentibus esse parentandum non agnis, non hœdis, sed inuicem lacrymâ damnationibusq;. Plut. in Cato.

Liberando.
HARPALICE regina Thracum, equum ascendens, capti ab hostibus patrem, citius quam credi posset, liberauit.
CIMON Atheniensis, ut Militiam patrem publicè damnatum uinculis eximeret, ultrò sese carceribus obtulit: morte lubens optaturus, modo patrem à periculo seruaret. Val. lib. 5. c. 4. & Sab. lib. 3. c. 6. ex Plutarcho.

Quum Demetrius, Asiæ & Mæcedoniæ rex, esset à **SELEVO** Syriae regis captus, per amicum in hoc missum filio Antigono II. cognomine Gonato madauit, ne curaret, si quid scriberet à Seleuco compulsus, neq; quitates illi cederet. Ac filius ultrò scripsit ad Seleucum, cedens illi totam ditonem, seq; obidem offerens, si Demetrius pater dimitteretur. Hic pietas certabat cum pietate. Pater sui negligens, uolebat parci filio, filiusq; regno: filius cōtrā, patris libertatem & regno & seipso priorem habuit. Plut. in regum Apophth. & Sabellius lib. 8. Ennead. 4.

LIPARITANVS quidam iuuenis, ut patrem à prædone liberaret, Neapolim profectus, uoluntaria seruitute remis pro patre sese ad dicit. Pontanus lib. 2. c. 4. de Obedientia.

EMILIVS Lepidus adolefcentulus, capti patre ab Hannibale liberauit, & hostis interfecit. Quæ pietate statui meruit. Cælius **METELVS**, Numidici F. eod. q. patrem affiduis precibus ac lacrymis ab exilio liberafset, Pius dictus est. Volat. lib. 17. Sab. lib. 3. c. 6. & Plin. c. 63. de Vir. illust.

Ariani, qui scriptus erat, **FILIVS**, cum minimè eius prescriptionis poenā addidisset, & rem & pericula omnia spreuit, cum arte patrem carcere eripuit, & cum eo profugit. Fulgosius lib. 5. cap. 4.

Calioannes Græcorum rex, auxiliares copias aduersus crescentem Amurathis potestatem sibi paraturus, Venetias iuit: & inde Gallie regem Carolum Sapientem accessit. Verum in resecta, cum Venetias redisset, neque posset usus fortis pecunie acceptæ mercatoribus perfoluere; incarcerationi fuit. Audiens hoc minor nati filius **EMANVEL**, pro Calioanne patre Venetias sese oppignorauit. Chalcocodylas libro 1.

Alonius Legionensis regis, qui cognomento Castus dicebatur, Venetia soror, cum clam fratre comiti Sanctio Santillanensi nupsisset, atq; ex eo filium peperisset nomine **BERNARDVM** Carpium: rex sororis matrimonio uehementer perturbatus, eam monasterio includit: Sanctium perpetuo carceri damnauit, natum ex eis filium amanter aluit. Qui cum in uirum magna præditi uirtute tuafisset, meritis atq; obsequio primum liberare patrem enixus: ut id non succedere consepit, Mauris coniunctus, quid armis efficere posset tentauit: neq; unquam uiuente Alfonso destitit; neq; intermissa unquam post eum ea opera; cum Venundò primo, Ramiro primo, & Oronio primo, qui omnes eo ordine in Legionensi regno successerunt: tandem regnante Alfonso II. armis patrem recepit, iam non decrepitum modò, sed æcum quoq;. Fulg. lib. 5. c. 4.

Georgius Superfaxo Vallesianus, cum partes Galli regis contra Mattheum Schinerum Cardinalem Sedunensem Cæsari ad dictum foret, Friburgi in uincula coniectus, de uita periclitabatur. **CHRISTINA** F. ab urbis Prætoris Guliel-

mo Argentio & licitorum principe accepta colloquendi potestate, noctu patrem conuenit, custos carceris liberaliter ad potu inuitauit, mutatisq; cum patre uelut. eum insens omnibus emisit. Filia pietatis ergo data uenia. Prætori uero & licitori, quod gallicissimi suspicione collussit uiderentur, ceruices tumultu populari abscissa fuisse. Georgius in uicina Sabaudia exul conuenit, numeroq; prole beatus olim, quæ tamen breui tempore unicuique petiit, præter Christinæ posteros. S. Sulecri narratio.

Dignitatem conferendo, restituendo.
ANTIGONVS rex, quum ingenti prælio superasset hostem, præmium belli ad patrem transtulit, & imperium illi tradidit Cypr. Hoc est planè regnum & quidem præpotens, nolere regnare, quum possis. Cælius lib. ii. c. 17. A. L.

Fama est, prægnantem Launiam post Aencæ interitum, cum totius rei summa ad **ASCANIVM** deuoluta esset, ueritam ne quid apud priuignum sibi nouercale nomē officeret, ad Tyrheum se regij peccoris magistrum, quem patri fidissimè nouerat, cōtulisset, ab eoq; & tempore partus, & post ipsum puerperium in occulto habitam. Hinc pater Syluij nomen adeptus est. Eam cum Aborigines tumultuosè requirerent, Tyrheus Launiam produxit: sicq; iam inde usq; ad Albæ conditionem cōcordi animo nouerca cum priuigno regnauit administravit. Sab. lib. 8. Ann. j.

CORDILLA, Leyri Britannorum regis F. natu minima, quæuis indorata regulo Gallo elo cara fuisse, ramen parè à generis & filibus reliquis ingratis, in quibus ille spem omnem posuerat, regno pulsum, restituit. Polyd. lib. j.

LEO II. Imp. imperium à Leone I. auunculo per manus acceptum, cum pacatè regeret; otiosq; & opibus floureret, Zenoni Itaurico patri suo sponte tradidit habendum. Indignū (credo) ducens, ac nefarium, imperare, ubi pater priuatus ageret. Sabell. lib. 3. c. 6.

Cum **Isaaci** Constantinoopolitanus Imp. ab Alexio fratre imperio luminibusque simul primatus esset, filius **ALEXIVS**; Balduini atq; aliorum principum, qui ea tempestate ad Syriacam expeditionem pro Christi fide proficerebantur, operantibus, armis imperium recuperavit. Et quoniam cum omnem imperatorem salutarent, eo nomine abstinent: eductumq; è carcere patrem in confectum honorem restituit, atq; imperatoriam dignitatem patriæ caritati postposuit. Fulg. lib. 1. & Egnat. lib. 5. c. 2.

Mahometes Turcorum rex, uelut finis, & Butazetis filio in Cappadocia protor agentis prætoriani militis, & nobilitati equitris militiæ principis, qui tunc Byzantij aderant, Isatho & Mesithe purpuratis artollentibus **CORCHVTVM** Baiazetis F. adolefcentulum Imp. delegerunt, & traditis precibus atq; thesauris auto in solio constituerunt: ut ipsi tutelæ nomine, ex arbitrio cuncta imperij munia administrarent. Nec Baiazetes ab Amasia Cappadocia rediens, quam se fraudatum iure imperij planeq; prædicum ab omnibus quereretur, quicquam tamè precibus & lacrymis impetrasset, nisi Corchutus nolentibus etiam his, qui detulerant, septrum patri restituisset. Vnde illi mox liberalitate patris Lycia, Caria atq; Ionia, cum nobilissima Asiæ ora ab Artalico sinu Phocæam usq; cesserit. Ipse philosophico delectatus otio; Magnæstæ agebat. Tandem mortuo patre à Selimo fratre crudeliff. corda arcus strangulatus est. Sab. Supplem. lib. 3. ex Louio.

Vim nullam inferendo.
PERS A, neminem unquam suum aut patrem aut matrem sponte occidisse aium: uerum si quæ talia accidissent, deprehensum tradunt, aut subditicijs aut spuris eos fuisse liberos. Herodorus lib. j.

Non contristando.
Licet **ESAVS** reprobus odio haberet fratrem suum Iacobum, noluit tamen ipsum occidere, uicè patre Isaac. Vnde dicebat: Venient dies luctus patris mei. Gen. 9.
Iosephus fratres suos callidè in Aegypto circumuenerat, ut pied eisdem liberaret, furtiq; crimine intentato, Benjamin fratrem natu minimum retinuerat, obsidionem loco. Tum **IVDAE** supplex Iosepho accidit, & Benjamin liberationem petiit, ne patrem Iacobum annis confectum, filij Benjamin delictum penitus conficeret. Gen. 44.

Non contemnendo.
POMPONIUS Atticus, eques Rom. nobilissimus, & familiaris Ciceronis, tam pius in matrem fuit, ut iurauerit cum matre nonagenaria se nunquam in gratiam rediisse. Corn. Nepos apud Volat. lib. 18. Anthrop.

FIDES MINORVM ERGA MAIORES. VTPVTA
SO GENERI, NVRS FIDAE ERGA
SOCERVAM, SOCERVAM.
ORPHA & **RVTHA** mulieres Moabitides, nuptæ duobus filiis Elimelech Bethleemitar, qui famis causa in agru Moabiticum habitatum concesserant, & uicibus. & mortuis uiris tanto amore socrum suam Noemim sunt profecutæ, ut cū illa in Iudæa redire uellet, eam omnino comitari uoluerunt. Et Orpha quidè post multas lacrymas à focu discessit: u u u 4 at

his diuelli nequiuert: quin defertis & morientibus uenas tangeret, fomentaq; preberet. Quibus demum celeriter expirantibus, sepulcrum extruxit, addiditq; aram, & sacerdotem, qui certis diebus inter sacra eorum manibus parentarent. Pari quoq; officio amoreq; Bostum patrem complexus, ad Spoletum ex castrensi per hyemem fatigatione neruis conuulsu diligentissime fouit, elatumq; insigni pompa fratrum sepulcro intulit. Iulius in eius uita:

Opitulari, Auxilium ferre.

GVILELMVS Normannia dux, cum fratre Ricardo & Maria sorore, ex Normannia Austro leniter flante in Angliam nauigabat, cum subito nauarum incuria nauis scopulo allisa perfracta est. Ille cuetligio in scapham descendit, ad terramq; contendit. Caeterum cum eius opem soror, quae iam iam cum morte colluctabatur, femineo ululatu imploraret: caritate motus, reuersus est, ac scapham nauis admo- ueri iussit, ut sororem exciperet. Quae ubi appropinquauit, tanta fuit in eam sese praecipitantium multitudo, ut momentu cum omnib. submersa sit. Et sic Guilielmus sorori opem laurus cum ea perit. Polyd. lib. II.

Honori consulere.

L. LV CVLLI in Marcum fratrem amotis cum multa sint ue- stigia, Romani praecipue commemorant primum. Nam cu natu maior esset illo, solus capere honores noluit: uerum il- lius expectatis temporibus, ita sibi conciliauit populum, ut Aedilis una cum illo absens designaretur. Plut. in Lucullo.

CLAVDIA Vestalium una, qua frater a tribuno plebis trium- phare prohiberetur, cum eo curru ascendit, sacerdotio fre- ta. Cessit sacrosanctus magistratus religioni, quae eo die ue- rius quam imperatoris uirtus triumphauit. Sab. lib. 3. c. 7.

Magistratum, Regnum, Dignitatem conciliare, conferre, ampliare, restituere.

MOSES Iudaicae rei summam partem cum Aaron fratre, eu tabernaculo praefecit, omni sacrorum potestate in unu col- lata. Quam postea dignitatem ne ille amitteret, oratione & miraculis certauit cum populo: nec prius desinit assere di- gnitatis satagere, quam id sacerdotium fratri in omne uita- tempus stabiluit. Pari pietatis affectu sorori ueniam e coelo impetrauit, cum iam lepra contacta esset, quod immodi- cae linguae femina fratrem libere auctorem, seruatoresq; populi, probrosius uerbis incedere esset ausa. Sab. lib. 3. c. 7.

Cum excessisset Darius, alij Ariamem regnum despondebant stipis maximo, Xerxi alij, qui matre Atossa Cyri F. & Dario iam regnate erat nau. Descendit e Medis **ARIAMENES** no infesto, sed ut ad iudicium animo pacato. **XERXES** praesens erat & regnum agebat. Caeteru ut adfuit frater,posito dia demeritate detractaq; quam gestant reges dircctam, tiara, processit fratri obuuiam, cumque est complexus, ac munera mittens nunciare iussit eos, qui illa ferebant: Hic nunc ho- norat frater te Xerxes. Qui si rex Persarum iudicio & suffra- gio fuerit renunciatus, secundum ab se lo cum tibi tribuit. Ibi Ariamenes: Ego quidem dona, inquit, accipio, sed re- gnum Persarum ad me existimo spectare. Honorem uero post me fratribus, atq; inter fratres Xerxi primu conserva- bo. Ut illuxit iudicij dies, iudicem Persae eis frater Darij Ar- tabanum tulerunt: cuius cognitione fretus multitudine de- fugiebat Xerxes. At cu mater Atossa increpuit, Quid Arta- banum fugis, fili, patrum tuum, & in Persis optimu? quid usq; adeo trepidas certamen, in quo etiam secundas praec- larum est ferre, ac regis Persarum dici fratrem? Assentiente Xerxe, causaq; utriusq; dicta, pronunciauit ad Xerxem Arta- banus regnum pertinere. Ibi exiliis extemplo fratrem Ariamenes adorauit, dextraq; prehensum in folio regio locauit. Hinc fuit apud eum maximus, estq; cum beneuolentia pro- secutus tanta, ut prelio nauali ad Salamina strenue pugnans pro illius gloria occubuerit. Plut. de Pietate erga fratres.

EVME NES in Sidis a Perse appetitus habebatur mortuus. Ru- more Pergami accepto frater eius Attalus adiecto capiti dia demate, ductaq; eius uxore regnabat. Ut autem uenien- tem accepit fratrem uiuum, prodiit ei obuuiam more suo cu satellitibus iaculum tenens. Quem comiter Eumenes salu- tauit, atq; in aurem ei dixit: Caue prius quam extinciu con- spexeris, matures nuptias conciliare. Praeterea dum uixit, nec dicto nec facto ullam ei causam dedit suspitionis. Imo etiam moriens reliquit ei uxorem & regnum. Attalus uicissim mo- riens, nullum ex liberis suis quamuis haberet plures, edu- xit: uerum Eumenes filio postquam maturus fuit, adhuc ui- uis tradidit regnum. Plutarchus in Apophthegmatibus, & de Amore fraterno.

Romani Antiocho e Graecia pulso, cum iam Asiam animis de- stinarent, Aphricanum inuehebantur, ueluti hominem natu ad bella magni ponderis finienda. L. autem Scipio & C. Le- lius consules erant, & uterq; lib? Asiam prouinciam decer- ni cupiebat. Res arbitrio sentatus permissa erexit studia pa- trum, senatoresq; dubios reddidit de tantis uiris iudicium

facturos. Sed cum apud patres maior Laelii gratia, maiore- tiam exiliatio esset, & senatus ad eum inclinaret, negoti- umq; deferret, surrexit **P. AFRICANVS** frater maior L. Sci- pions, & illam ignominiam familiam deprecatus est: dixitq; & in fratre suo summam uirtutem esse summumq; consiliu, neq; se ei legatum defuturum. Extemplo haec uox ingenti patrum laetitia excepta, omnem dubitationem ex eoru ani- mis demisit. Decretum est igitur frequenter senatu, ut L. Scipio in Graeciam aduersus Aetolos, deinde in Asiam, si ei uisum esset, transiret, ad inferendum Antiocho bellum, & P. Aphri- canum secum duceret, quem Annibali uicto & pro Antio- cho in acie stanti uictorem opponeret. Val. lib. 5. c. 5. & Au- tor uita Scipionis.

I. ZARTES Monobazi Adiabenorum regis F. patri carissimus, metu fratrum alio migratur. A patre haeres regni relictus, cum in illius gratiam proceres fratres in uincula coniecic- sent, donec rediret, & de his pro libito statueret, id facinus in dignissime tulit: & cum occidere hos aut uinctos seruare ueraret pietas, contra affectos iniuria dimittere parum tu- tum uideretur, ne quando de uindicta cogitarent: partem eorum una cum propriis filiis Romam ad Claudium Cae- sarem misit, partem ad Artabanum Parthum, futuros utrobi- que obseques. Moriens deniq; quamuis quatuor filios habe- ret, fratri tamen Monobazo regnum reliquit. Iosephus lib. 20. cap. 2. Antiq.

M. AGRIPPA Iudaeorum rex, Pheroe suo fratri Tetrarchiam ab Augusto impertrauit. Iosephus lib. 15. c. 13. Antiq.

HELIODORVS Britannus, qui Pij frater cognomentum ade- ptus est, aliquanto Iulij Caesaris eratem antecessit. Hic a Bri- tannis fratri Archigallo successus, quem populi ob nimiam crudelitatem atq; auaritiam regno pellere coacti fuerant, in sylua uenationi intentus, in ipsum fratrem incidit: cuius afflictum fortunam laeua uerbis squallorq; satis testabat. Quem ut agnouit, quanquam sciret antea, ut atq; arte cau- xum, ut in regnum restitueretur: tam e amanter complexus, occulte in urbem Aldeludum deduxit: ubi simulata agniu- dine, tanquam testamento suas atq; regni res ordinatas, regni proceres ad se uocauit. Et cum singulos priuacime alloqui uelle ostendisset, ut in cubiculu singuli ingrederen- tur, monuit: omnibus mortem interminatus, nisi fratri pe- perissent, & assentirentur, ut per ipsum in regno restitueretur. Cum omnes in sententiam deduxisset, Archigallu in re- gnum restituit: eiq; post pauca annos mortuo, cum ingenti gloria successisset. Fulg. lib. 5. c. 5. & Polyd. lib. j.

RAMIRVS primus (qui decimus in Hispania post Arabu ad- uentum regnauit) cum in Hispaniae regno iam ex parte de Arabum manibus recepto, quia primogenitus erat, antela- tus fuisset, sponte sua fratrem Garfiam regni locum adsi- uit, cum plus apud eum in regni communicatione frateruus amor quam ambitio posset, quae non fratrum modo, sed pa- rentis quoq; & filiorum extinguere caritatem solet. Fulgo- sius lib. 5. cap. 5.

LVIBA Gothorum rex in Hispania, secundo regni sui anno, Lenogildum fratrem heredem ac successorem regni consi- tuit, & aliquid tempus ante obitum, seruata sibi tantu Nat- bonensi prouincia, reliquis regni partibus ei cessit. Idem. **Dagobertus** I. Francorum rex, filios reliquit Sigebertum & Clodouicum, anno DCXLVI. **SI GEBERTVS** maior (cu Dagobertus pater eadem in causa cedere minor fratri Ar- bertio iam olim in animu non induxisset) ipse Austrasia- nis opibus fouendis, Transithenansiq; prouincis in fide of- ficioq; continendis, ac ab hoste tuendis, modum cupidita- ti suae statuens, caeteram Galliam fratri minori reliquit, ga- zae tantum paternae tertiam partem sibi dari uoluit, reliqua- matri fratriq; concessit. Aemilius lib. j.

Ladislaus Hungariae rex, habebat ex fratre Geysa nepotes du- os, Colomanum & Almu. Sed **ALMVM** magis ama- bat, propter placidos mores. Colomanum sacerdotio de- stinarat, ut dirum religione miteret ingenium: & Agrien- sem episcopum declarauit. Verum Colomanus nocte in Poloniam effugit: Almus ex testamento Ladislai defuncti successit, Colomano e Polonia redeunti regno cessit: ne primogenitura fratrem iure defraudare uideretur. Boni- nius lib. 4. Decadis 2.

VLADESLAVS Boemorum princeps Boruorium fratrem, cui Henrici V. Caesaris auctoritate in regno prelatu fuerat, lo- go tempore apud Polonos uagum & egentem in participa- tum regni ultru assumpt, partito cum eo ad hunc modu re- gno, ut partem illam Boemiae, qua Albis flumen ditinime- ridiem uersus, sibi retineret, alteram ad Septentrionu sitam Boruorio attribueret: cum eodem regimine ita communi- cato, ut non duos per partes, sed unum diceret regere uni- uersa, adeo mira inter fratres concordia, uniuersq; consen- sus, tum in consiliis, tum in iurisdictione uno tenore admi- nistranda inerant. Sed uix biennium ea concordia durauit, ealuniorum artibus labefacta. Dubrauius lib. II.

BORSIVS

BORSIVS Effenfis, Fetriae dux, nothus, ut fratri Herculi le- gitime nato imperium restitueret, celesbs uixit. **ALFONSVS** Aragonius, cum a Ferdinando parente iam mo- niente ob aetatis prerogatiuam sibi regnu deferretur, ea ta- men conditione, ut Ioanni fratri regionem Hispanie, quam Castellam appellant, traderet: conditionem a parente obla- tam non tantu aequo animo tulit, sed ne fratrem offendere uideretur, Ioanni totum parentis regnum obtulit. Panorm. lib. 2. de Alfonso rebus gestis.

Coniugia conciliare, Amori indulgere.

Iosephus Tobias F. qui Ptolemao Energeti carissimus fuit, & Iudaeorum princeps exiit, ex una uxore procreauit septu- filios, suscepit etiam Hyrcanum ex fratre Solymij filia, hac occasione. Cum aliquado uenisset Alexandriam cu **SOLY- MIO** fratre, ducere secum filiam nubilem; ut eam ibi alicui nobili ludaeo nuptum traderet: cecenas cum rege, ingressus in conuiuium formosam saltatriculam ad amatu, soliq; fra- tri hoc indicauit, rogans, ut quandoquidem lege ueretur habere rem cum femina alienigena, subteriret ei, ut clam ea potiri posset. Frater uero libenter operam suam pollicen- sus, ornatum filiam suam noctu ad eum adduxit, & in lectu eius collocauit: atq; ita parum sobrius, per errorem cu fra- tris filia congressus est: & cum hoc sapius fecisset, magis e- tiam in amorem accensus, conqueus est apud fratrem, qd periculum esset, ne posset excutere amorem saltatriculae, qua- forte rex nollet ei cedere. Tum Solymius ait, non esse opus, ut hac de re sit anxius: licere enim ei frui amata muliere, ac- que etiam uxorem eam ducere: fallus quod maluerit filiae sciri iniuriam, quam fratrem tale dedecus in se admittere. Iosephus collaudata tam fratrem beneuolentiam, uxore duxit eius filiam: ex eaq; genuit quem diximus Hyrcanum fi- lium. Iosephus lib. 12. c. 4. Antiq.

MELAMPVS uates & medicus clariss. cum frater eius Bias si- liam Nelei Peru nomine deperiret, neq; eam Neleus alicui dare uellet, nisi qui prius Iphicli boues abegisset: Melampus hoc facinus aggressus, ab Iphicli captus est. Sed postquam Iphicli imminebat ruinae testi praedixit, ab eo una cum bobus dimissus, ad Neleum uenit, & fratri Bianti uxore Pe- ro impertrauit. Theocritus, & Dioscorus. Aliter Pausanias. Tempore Anaxagorae Argiuorum regis, is furor feminas inuasit, ut cum intra domesticos parietes contineri no pos- sent, per totu ager palantes uagarentur. Inuentus tande est Melampus Amythaonis F. a quo sanatae sunt. Ei Anaxa- goras ita gratiam restulit, ut a quis cu eo, fratreq; eius Biante partib. regnum communicaret.

Librare.

Cimon Miltiadis F. Atheniensis, cum pater eius litrem aestima- tam populo soluere no potuisset, ob eamq; causam in uin- culis publicis decessisset: eadem custodia tenebatur, neq; le- gibas Atheniensium emitti poterat, nisi pecuniam qua pa- ter multatus esset, soluisset. Habebat autem in matrimonio sororem suam germana **HELINICEN**, non magis amo- re, qua patrio more ductus: nam Atheniensibus licet, eode- dem patre natas, uxores ducere. Huius coniugij cupidus Callias uenit, no tam generosus, quam pecuniosus, qui magnas pecunias ex metallis fecerat, egit cum Cimone, ut eam sibi uxorem daret: id si impetrasset, se pro illo pecuniam solu- tum. Is cum talē conditione aspemaretur, Helinice nega- uit se passuram Miltiadis progenē in uinculis publicis in- terire, quonia prohibere posset: itq; Calliae nuptura, si ea q; pollicitus esset, preliuisset. Tali modo custodia liberatus Ci- mon, celeriter ad principatu peruenit. Probus in Cimone.

ISAACVS Angelorum Alexium captum a Turcis mag- no redemit. A quo postea per dolum captus, luminibusq; priuatus, & in custodia edictus est. Volat. lib. 23. Anthrop. Olanus, a D. Canuto fratre Danorum rege, ob affectatu regnu in Flandriam relegatus fuerat. Casu inde Canuto cum Da- ni Olanus elegissent, **NICOLAVS** frater (qui post Erico fra- tris regno successit) uadem fide pro redemptione eius obrui- lit. Saxo libro duodecimo.

Ingens **CICHI** Ordelaphi Foroliuensis fraternus amor fuit erga fratrem suum Scampeta, qui captiuus in regis Robe- rti manu in Callicari arce custodiaebatur, cum Foruuliuq; quoq; urbem idem rex obtinere. Itaq; unario uas latehs Cichus, curru in urbem, bultulo remi ignorante, deductus, amicumq; ope adiutus, per hunc modum urbe potitus, magno auri pondere fratrem redemit, atque ei statim urbis principatum restituit. Quanta ei Pinus frater dissimilis fuit: qui anno Sal. MCCCCLXXVI. Cicho fratre principatu de- icco causa fuit, ut Foroliuensis res in externorum manus perueniret. Fulgosius lib. 5. cap. 5.

Exheredationi acquiescere.

POMPEIUS Rhegius, uir Transalpinae regionis, cum testa-

mento fratris praeteritus esset, ad dearguendam iniquitatē eius binas tabulas testamentorum suorum in comitio inci- sas, habita utriusq; ordinis maxima frequentia, recitauit: in- quibus magna ex parte haeres frater erat scriptus, praelega- baturq; ei centies & quinquagesimū festiuitium. Multi ac diu inter assentientes indignationi suae amicos queltus, quod ad haec iudicium atinuit, cineres fratris quietos esse pas- sus est: & crant ab eo instituti haeredes, neq; sanguini Rhe- gino partes, neq; proximi, sed & alieni & humiles: ut no so- lum flagitiosum silentium, sed etiam praefatio contumelio- sa uideri posset. Val. lib. 7. c. 8.

Fortunas, Hereditatem communicare.

ATHENODORO frater fuit natu maior, Zeno nomine, qui magna ex parte rem familiarem procurator siue decoxit: deniq; ob raptum mulieris iudicatus, bonisq; suis est mul- tatus, quae in publicum addicta fuere. Erat etiam tum ado-lescens imberbis Athenodorus. Hic uendita, qua fuerat ei attributa, bonorum portione, non abiicit fratem, sed po- suit omnia in medio, diuisitq; ac magna iniuria in partiti- one affectus, non indignu tulit, neq; poenituit eum facti, sed placide & hilariter fratris amentiam tulit, quae per Graecia fuit diulgata. Plut. de Pietate erga fratres.

Iniuriam illatam ulcisci.

AGAMEMNON Menelaum fratrem tantu prosecutus est a- more, ut inuierfam Graeciam pro repetenda eius coniuge Helena a Paride raptam armavit, & decemali obidione illum tandem expugnauit. Sab. lib. 3. c. 7. & Egnat. lib. 5. c. 5.

Hipparchus tyrannus Atheniensium ab **HARMODIO** & **ARI- STOGITONE** interfectus est, eo quod sororem Harmodij, ad re- rendum deo canistrum more patrio, in Panathenais ad- mittere noluisse. Aelianus lib. II. Var. hist.

Mortuos honorare, sepelire.

ANTIGONE Oedipi F. contra Creonem edictum impium se- pelire fratrem Polynicem uoluit, neglecto mortis periculo; apud Eurip. in Phocionis iniquiens:

Αντιγόνη τῶν ὀνών φίλων καὶ φίλων.

Nempe gloriosum erit, duos amicos iacere propē. Ouidius lib. 3. Tullium:

— Fratrem Thebana parentum Suppouit tumulo, rege uetante, soror.

Memnon Aethiopiae rex ad Troiam caesus a Graecis, duce Pal- lante cum omni thesauro Paphum deportatus est. **HIME- RA** Memnonis soror, ad inuestigandu cadaver fratris pro- secta, postquam reliquias reperit: intercepit praedam quo- que recipere cupiens, intercessu Phoenicum, qui in eo exer- citu plurimi fuerant, optionem rerum omnium, ac seorsum fratris accepit, praelataq; sanguinis affectione, recepta urna Phoenice nauigauit, thesauro relicto. Delata dein ad regio- nem Phalonem nomine, sepultusq; fratris reliquias, nulqua- cōparuit, siue post occasum solis cum matre. Hecera e con- spectu hominum excessit: siue supra modum dolore affe- cta fratris mortis, ultru praecipit ierit: siue ab incolis pig- de audis, circumuenta interierit. Dictys lib. 6.

Smerdis fratris a Cambyse fratre interfecti interitu, **SOROR** lugens, sibi ipsi morte conciliauit. Eo enim nomine & ipsa a Cambyse interfecta fuit. Herod. lib. 3. & Iustinus.

ANTIOCHVS bellum gererat de regno cum Seleuco fratre maiore natu, genitricisq; saltus erat ope. Flagrante bello i- gna Seleucus cum Galatis contulit, superatusq; nusquam comparebat, sed uniuerso a barbaris deletu eius exercitu pro mortuo habebatur. Quod ut est ad Antiochum allatu, deposita purpura uestem pullam sumit, clausaq; regia lu- xit fratrem. Mox accepto incolumem esse, atq; alias copias ab eo scribi: progressus est ad habendum diis honore, cui- tatibusq; sibi parentib. praecipit, ut diis impioarent, ac co- ronas sumeret. Plut. de Pietate erga frat. & in regu Apoph.

M. FABIVS consul, inclita pugna Hetruscis & Veientib. super- rat, delatum sibi summo Senatus populiq; studio trium- phum ducere non sustinuit, quia eo praelio **Q. FABIVS** frater eius consularis fortissimē dimicans occiderat. Val. lib. 5. c. 5.

ALFONSVS Aragonius in obsidione Neapolitana, cum au- disset Petrum fratrem, quem propter singulares animi & cor- poris dotes, supra fratrum affectum diligebat, globo cor- mentario lectum occubuisse: ut uisere maturauit, exanimē multis piisq; cum lacrymis excolatus: mox in arcem sua, quam Oni uocant, tantisper efferendum curauit, donec ius- ta apparatu regio, quod postea fecit, persolueret liceret. Pa- norm. lib. 3. de rebus gestis Alfonso. Memini me, inquit Vi- ues, Valētia de senibus nostris crebro audiuisse, Alfonso regno Neapolitano post tot labores potitum, non ita gau- dere solitum, quod factus esset uoti compos, quam meoro- re fratris in obsidione oecisi morte, quem propē sua ipsius uita, regno sine dubio, multo habebat chariorem. L. Vives de Concord. & discord. lib. 3.

FIDES

FIDES ERGA QUOSCVNQVE ALIOS, QVI

Fratrum loco cenleri possunt, Con sanguineos, Conso- brinos, Parueles.

BOOZVS Noemis filius, Ruthæ uiro defuncto, propinquo suo, ducta Rutha, semen excitare uoluit. Ruth. 3. & 4. & Iosephus Antiq. lib. 5. cap. 14. Valentinianus filius Constantij Cæsaris & Placidie, fororis Honorij & Arcadij, mortuo patre, cum matre sua Placidia ac forore Honoria, ab Honorio Imp. Augusto pulsus ob fa-

spicandem ab urbe, peruenit ad THODO SIVM Iuniorē consobrinum Constantinopolim, ab eoq; honorificè susceptus est. Quinimo intellecta Honorij morte, restitutus ab eo in imperiū, acclamationē totius Italiae Augustus est ab Augusto appellatus, interfecto ac trucidato Ioanne tyran- no, qui imperium Rauennæ arripuerat. Cuspin.

FIDES MARITORVM ERGA VXORES

HONORANDO. ID PRAE- STATVR

NON INFAMANDO.

Mariam uirginem desponsatam sibi IOSEPHVS prægnantē esse cognouit. Noluit tamen eam tradere, ne secundum leges lapidibus obrueretur: sed clam eam relinquere uoluit. In somnis autem ab angelo monitus, qui maritus nomine erat, respici diuini partus custos effectus est. Matth. j. Et si D. Bernardus Homil. 2. super Missus est, ex sanctorum Patrum quorundam sententia, propter diuinæ presentie mysteriū, quod affectui non poterat, illi, quia iustus erat, hoc est, Deū timens, & dignitate tanta se indignū iudicans, uoluisse Mariam relinquere putet: quemadmodum Petrus Dominū à se repulserit, Exi à me, inquit, quia homo peccator sum. & centurio indignum se iudicauit, cuius reatum subiret, & Elizabetha indignam se iudicauit, quā mater Dñi conueniret.

CASITATEM TVENDO.

Lais meretrix cum EVBATAM Cyrenensem aspexisset, ardētissimo in eum amore coepit flagrare, & de contrahēdis inter se nuptiis sermonem ei dedit. At ille metuens eius infidias, dixit se id facturum. Non tamē rem cum ea habuit Eubatas, sed cautē se gessit. Sponsio uerò his conditionib. facta est, ut post ludos certamenq; rata deberet esse. Cū igitur uictor abiret à certamine, ne conuentus non stetit uideretur, pictam Laidis imaginem deportauit secum Cyrenam: inquitens se Laidem ducere. Quā ob causam uxor eius maximam statutam Cyrene ponendam curauit, sic remuncrans ipsius castitatem. Aelianus lib. 10. Var. hist. CONSTANTINVS Monomachus, cūm pētegetē in morbu incidisset, & à medicis moneretur, ut consuetudine mulieris morbum leuaret: negauit se cum ulla femina, præterquā cum sua uxore rem habiturum. Zonaras.

OBEDIENDO.

Interfecto apro Calydonio, MELEAGER Oenei F. primam eius necati gloriam sibi tribuebat. Auunculi repugnabant. Itaq; magnum certamen inter Curetes & Actolos excitatū est, ut inquit Homerus Iliad. 1.

Amphi cūis καθάρσιος δὲ θέρμη δὲ λαρύνη.

Sedebat in cubiculo Meleager itatus sibi & suis. Curetes, quibus bellum erat cum Calydonibus, urbem aggressi, ingenti eam oppugnatione uexabant: nec spes erat iam amplius reliqua. Accurrunt ad Meleagrum fenes & primores ciuium, illius uires ac manus implorantes: adfunt sacerdotes, pollicentur amplissimam operæ mercedem. Illis cōtemtis ac spreteis, accedit fenex Oeneus: nec cunctatur, ut durior rem filium flederet, genua eius supplex amplecti. Accedit mater, ab ira in preces atq; obsecrationes uersa. Sorores & sodales iucundissimi, quibus cum gratissimam ætatis partē transgerat, orant & obtestantur, ne se in ultimo deserat discrimine. Perstat in proposito ferax animus. Interea cūm hostes irrupissent, trepida se infere Cleopatra coniunx: Succurre quæso, mi uir, occidimus (inquit) nisi succurris: hostis possidet omnia. Huius unius uocibus & periculo permotus, sumit arma, & pulsus hostibus, postremò excidio urbem ac ciues eripuit. Videlicet heros ille magnanimus, quam naturæ legem nunquam uel legerat, uel audierat, impressam habebat in pectore, ac infixam præcordiis: qua sciebat, uxorem esse seipsum: alios omnes, et si magnam ex pietate necessitatem imponentes, extra ipsam tamen esse: coniugem uerò ea esse caritate conciliatum coniugi, & eo nexu coniunctum, ut multa in coniugis gratiam non refugiat ac recuset, quæ uel sibi uel ipsæ recularer. Lud. Viues de officio Mariti, ex Homeri Iliadē.

AMANDO. ID QVE TVM

IN GENERE.

Quantum oporteat esse coniugij amorem, declarat ipsa conubij lex & natura, quam Adam, seu uerius Deus per ADAMVM pronūciat. ad quem quum esset Eua post primū

illum dulcissimum soporem allata, futura coniunx, & sociā totius uitæ: Ecce, inquit Adam, os ex ossibus meis, & caro de carne mea: propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erit duo, homo unus. Hoc est summum amicitiarum, hic finis, ita cum re chara coniugi, ut unum fias cum illa. Vulcanum ferunt in fabulis, fabū illum deorum conspicatū duos, quia magna inter se amoris signa ostenderent: Deum beneuolētia illa & caritate delectatum (neq; enim est aliud quicquam celestibus gratius, quā amor) rogasse: Ecquid esset, in quo uellent sibi ab ipso benefactum? Vulcanus, inquit illi, ut uis istis diuinis instrumentis nos rursus conules, ac refingas, unumque facias ex duobus. Lud. Viues de officio Mariti.

IN SPECIE.

Condolendo.

HECTOR apud Homerum Iliad. 2. Scire se ait, futurū aliquando tempus, quum Troia Græcorum uiribus excindatur: & tamen nec sui, nec parentum, nec fratrum ita angustoliciudine & cura, ut uxoris unius!

ὡς δὲ ἡμοι τρηφῆος τίοςον μέλαι ἀλγὸν ἐπίσω, ἢ τὴν ἡμετέραν, ἴσασον εἶς.

Consolendo.

Victus à Caio Cæsare Cn. POMPEIUS, quum Lesbum insulam petiisset ad recipiendam uxorem, quam secum fuga abduceret, uxor maritum conspicata uictum, in terram tenentis animis concidit: non tam dolens cecidisse se, quā illum. Pompeius sublata terra & sensibus reddita, in hanc sententiam est cōsolatus: Mea Cornelia, uxor rerum omnium mihi carissima, miror te feminam isto genere natam, sic prius fortunæ prostratam istuc: nunc tibi aperta est uia ad immortalē gloriā. nam materia laudis in femineo sexu non est eloquentia, non respondere consulentibus de iure, non bella gerere: unica tantum est, si maritum habeas miserum: quem si amaris, si coleris, si nihil miseria offensa, ita ut maritum decet tractaris, omnia te secula cum ingenti laude celebrabunt. Maiori tibi fuerit gloriæ, quòd uictum Pompeiū amasti, quā quòd principem pop. Rom. ducem senatus, imperatorem regum: hæc enim facillè est cui liber erant stultæ ac improbæ uxori diligere: amplecti uerò miserū, id demum est opimum. Quocirca hoc ipsum quòd uictus sum, de bes diligere, tanquam materiam uirtutis tuæ. nam si quid tu, me uiuo, deses & desideras, certè illud ipsum quòd perit, ostendit tibi fuisse charum, nō me, qui adhuc superflum. L. Viues de Christi, sem. lib. 2. ex Plut. Pompeio.

Vitam conseruando.

Amestris uxor Xerxis in cœna regia MASISTÆ fratris Xerxis uxorem sibi donari cūm peteret, quò incestum cū rege commissum uindicaret, idq; rex quamuis inuitus (Persarum tamen more uictus, qui nefas esse putant regia cœna propostā orantem non exorari) annuere: Masistam fratrem ad se accersit, & blandis uerbis persuadere conatus est, ut uxorem missam faceret, datum sese illi filiam suam in matrimonium. Id cūm Masistes facere recusaret, ut qui uxorē suā summopere diligeret, Xerxes grauiā minātem reliquit, his uerbis: Nondum, domine, interemisti. Interea Amestris accitis carnificibus uxorem Masistæ excarnificat, mammillas præcidit, easq; canibus abiicit, præcidit nares, aures, labra, linguam, atq; ita excarnificatam remittit domum. Masistes ubi mutilatam uxorem uidit, inuito cum liberis consilio, abiit Bactra, prouinciam Bactrianam ad defectionē induciturus. Sed Xerxes missis copiis & ipsum, & liberos, & copias in itinere trucidauit. Herod. lib. 9.

ARTOXERXES Darij & Parysaudis F. uxorem elegantē & probam parentibus iubentibus duxit, & retinuit inuitus. Nā cūm fratrem eius interemisset rex, statuerat illam quoq; de medio tollere. At Artoxerxes supplicibus precib. apud matrem agens, multisq; lacrymis, tandem obtinuit, ne interiret illa, neq; diuortium ipse faceret cum ea. Plut. in Artoxerxe. Vide Iustinum lib. 2.

TIB. Gracchum, cui uirtutis ergo Corneliam F. P. Scipio desponderat, fama est duos angues in cubili comprehendisse, atq;

atq; aruspices perpesso prodigio ambos uctasse interfici uel dimitti: de altero asseuerasse, si necatus mās foret, funestum Tiberio esse: Cornelie, si femina: Tiberiū uerò, qui uxorem diligebat, ac sibi maturiorē mortē ætate priori, quā in iuueni illi ducebat, draconē marem sustulisse emissā femina: inde nō multo post fato functum duo decim liberos ex Corne- lia susceptos reliquisse. Plut. in Gracchis, Val. Max. lib. 4. c. 6. Plinius lib. 7. cap. 35.

Aegrotam curando.

Singulari memoria dignus est amor, quem DOMINICVS Carolus, qui Lessi rerum potiebatur, erga uxorem ostendit. Quæ cū in lepram incidisset, uir minime ueritus à cō- rragione se infici posse, aut aspectus horrore auerti (etenim illuicis magis quā uitium corpus uideri poterat) neq; retro odore quem ulcera mittebant, unquam aut mensa aut lecto communi eam prohibuit. Coniugalibus enim caritas apud cum contagionis timorem, terrumque conspectum odoremque in securitatem ac uoluptatem uerterat, quòd eā iuxta Dei uerbum eandem carnem secum esse arbitrabatur. Fulgosi lib. 4. c. 6.

Comitando in exilium.

Cūm Eurydices uxoris Orphei amore flagraret Aristæus, eāq; insequebatur: illa per loca deuia fugiens, à serpente in herba latecē idā inuenit. Tum fama est, ORPHEVM summa cithara ad inferos descendisse, Plutoneq; ac Proserpina cantus suauitate delinitis obtinuisse, ut Eurydicen secum abduceret, ea tamen conditione, ne prius respiceret, quā ad superiores peruenisset, ut ait Ouidius libro 10. & Virgilius libro 4. Georg. Veruntamen cū amoris impatiens illam contra le- ges inferorum respexisset, illam amisit. Natalis Comes Mythologia lib. 7. c. 14.

AGRICOLA Lenticolensis in Neapolitano regno, cū iuxta mare agrum coleret, uxorq; ab eo aliquantisper disiuncta, à piratis Mauris, qui in litus prædatum descendebant, ca- pra effecta tim ut uxorem non apparere, trirrememq; pirati cum haud longè à ancoras icessit conspexit: arbitratu id qd erat, in ea uxorem esse, ad trirremem statim adnatauit: atque eius gubernatore uocato, dixit: Se id circo uenisse, quòd se- qui uxorē statuerat. Minime barbarie illa territus nationis fideiq; Christianæ inimicæ neq; ingenti miseria, qua remigio additi laborat, omnium horum immemorem cōiugalibus amorum fecerat. Quā rem cūm Mauri non sine ingenti admiratione audiissent (per multos enim eius regionis acco- las uiderant, prius perpeti mortem, quā illam miseriam male- jatq; eam postea per ordinem Tuietensi regi narrasset) tanta hominis caritate motus rex, & uirum & uxorem libe- ros esse iussit, atq; inter regis custodia milites uxorē ad- optauit. Fulg. lib. 4. c. 6.

Non repudiando, Non deserendo.

VLYSSES Circeæ & Calypso deas prœuissit traditur, propter mortalem Penelopem: & ad eam per decennale naufragiū, pertor ærumnas & discrimina contendisse, ac peruenisse. Lud. Viues de Christiana femina lib. 2.

Querentibus Pharisæis, si liceret VIRO dimittere uxore, qua- tenus de causa: dixit Dominus: Quos Deus cōiunxit, homo non separet. Marci 10. Matth. 9. Marci 10.

FIDES VXORVM ERGA MARITOS

IN GENERE.

LIVIA Augusti, cū à quodam interrogaretur, quomodo Augustum obtinisset? respondit, Diligenter & prudenter agens summum studium adhibui, ut omnia facerem ex animo Augusti: nec curiosè perquisiui quicquam eorum, quæ is faceret, simulans, me amores eius neque audire, neq; sentire. Cuspinianus.

OCTAUIA Cæsaris Octauij foror, C. Marcelli uidua, M. Antonio nupta, fratrem cum marito non semel reconciliauit, & bellorum ciuillium semina, quantum in se fuit, sopire studuit. Iam cūm Antonius Cleopatras amoribus irretitus, Octauiam (quæ & ætate & forma & morum grauitate Cleopatra longè præstabat) Athenas usque sibi cum muneribus obuiam progressam, domum redire iussisset: eam tam indigne ludibrio haberi ægrè ferens Cæsar, domum suam iussit migrare. Sed negauit illa domum se uiri relicturam. Orauit etiam eum, nisi aliis de causis sumere in Antonium decretis set arma, ne moueretur rebus suis. Nam & in fame audire fo- re, summorum imperatorum alterum ob mulieris amorem, ob emulationem alterum, bello ciuili populum Romanum implicare. Dicta rebus ipsi magis confirmauit. Nam domi illius, ut si præsens, multasq; lacrymis, tandem obtinuit, ne interiret illa, neq; diuortium ipse faceret cum ea. Plut. in Artoxerxe. Vide Iustinum lib. 2.

ANAXANDRIDES, Leontie F. fororis filiam in matrimo- nium duxerat, eamq; summopere amabat. Verum quia ster- tilis erat, Ephori cum cōgererit, ut eā repudiaret. Quòd cūm ille facere reueneret, altera dederunt optionem: ut uxorē aliā duceret, quæ fecunda esset, ne genus Eurythie interiret. Duxit ille igitur Perinetadem Demarmeni F. quæ ei Cleomenē peperit. Neq; longo post tempore uxor prior, sterilis antea, peperit primò Doricum, mox Leonidem, tandē Cleombro- tum. In regno tamē Cleomenes, utpote natu maximus, suc- cessit patri. Herod. lib. 5.

C. IULIUS Cæsar ut repudiaret Corneliam Cinna filia, com- pelli à Dictatore Sylla nullo modo potuit. Quare & sacerdo- tio, & uxoris dote, & gentilitiis hæreditatibus multatus, di- uersarum partium habebatur: ut etiam discedere è medio, & (quanquā morbo quartanæ aggrauante) propè per singu- las noctes cōmutare latebras cogere, seq; ab inquisitori- bus pecunia redimere, donec per uirgines Vestales, perque Mamercum Aemiliū, & Aurelium Cottam propinquos & affines suos, ueniam imperaret. Suetonius. Eam Cæsar, quamuis iuuenem, funebri oratione pro Rosris laudauit. Plut. in Cæsare.

P. EMODUX Forouliij, Bellunenſis patria, quum uxorē, ante- quā dux esset, illiberali facie duxisset, nūquam adduci po- tuit, uel ea id petente, ut aliam superduceret: identidē illud prædicans, Mores in coniuge, non formam probari oportere. Sab. lib. 4. de Verust. Aquil.

Liberando.

PACORVS Medorum rex, sub Vespasiani, coniugem & con- cubinas suas à Scythis repentina incursionē captas, centum talentis redemit. Iosephus lib. 7. c. 27. belli Iud.

TIGRANES apud Xenophontem, regis Armenie F. quum es- set in Cyri Persarum regis potestate ipse & uxor, uita se re- demturum profectus est, ne uxor seruiret. Illa paulo post quū Cyrus laudaretur, & ex ea, Ecquid ei Cyrus esset uisus? que- reretur: sibi uerò Cyrum negauit aspectum. A qua quū uir suus rogaret: Quid ergo spectasti, si illū non es intuita? Quæ, inquit illa, alium, quā illum, qui uita sua redemturum se confirmauit, ne ego seruirem? Ita mariti ardor uxorē accen- derat. Xenophon in Pædia.

De nuptiis prospiciendo.

Philippus Francus rex Boemundo Tarentino duci, Antiochie principi fidei, filiam Constantiam ex uxore susceptam in matrimonium dedit: simul Tancredo eius fratri absenti Cæ- ciliam ex Bertrada Comite genitam despondit. TANCRE- DVS cūm Antiochia, mortuo iam fratre, supremum sibi adesse diem sentiret, eiq; assideret Pontius Bertrandi Co- mitis Tripolitani filius, adolescens florentissimus: ab eo per amicitiam petiit, ut post obitum suum Cæciliam duceret, Fræcj Regis filiam, matre Comite nobilissima procreatam: eandem per patrem, Crassi Francorum regis futuri, per ma- trem, Fulconis Andium, Turonum, Cœnomanorum foro- rem: hoc & illi priuatim amplum, magnificumq; & in com- mune rebus Latinoꝝ Afaticis maximo usui fore. Fidem in id & morienti dedit, & mortuo seruauit. Quo ex matrimonio editus fuit Raimundus Co- mes. Aemilius lib. 5.

IN SPECIE. NI- MIRVM

HONORANDO. Huc per- tinet Marito

Dignitatem conseruo, augere.

Vxor Maximiliani Cæsaris MARIA, quum ei Gallia Belgica patris Caroli Burgudi hæreditate obuicisset, & subditi Max- contento, ad Mariam tanquam principem de rebus omni- bus ditionis referrent: nihil illa pro potestate unquā statuit inconſulto uiro, cuius uoluntatem semper pro lege habuit: & poterat absque mala uiri gratia omnia administrare sola pro arbitrio, nihil non permittere Maximiliano. Ita Maria uirum in maximam auctoritatem breui adduxit, ditionq; au- dientior fuit principibus geminata reuerentia, & quasi utri- usq; usque

regis occasione dari. Accedunt ad reginam, & cum ea trucidandi regis consilium captant. Maria Imperatori rem indicat, & ut in cubiculo se abscondat monet. Noctis medio coniuat cubile irrumpunt, & reginam solam inveniunt. Tum unus, Hæc prodirix consiliorum nostrorum: uoluitq; in eam gladio sæuire. At alius: Noli, inquit, innoxiam perdere. Exeuntes ita que quinquaginta, domum se recipiunt. Rex, qui omnia uiderat, ante lucem omnes comprehensos, proditorum pœna affecit. Hieronymus Zieglerus in histor. illustrium uirorum Germ. & Cranz. lib. 10. Sax. cap. 8.

Sanitati consulere.

Theobaldus Camerinorum princeps, cum Beneuentanis supplicias mitteret, & cum Græcis manus consereret, fugauit eos: & quotquot cepit, euatos remisit, addens ignominiam rillum: Quandoquidem, inquit, Imperator uester Constantinus eunuchis gaudet, quotquot emisit gallos, capos remittit. Erat autem in castris MVLIER, quæ uirum capti sequerebatur magnis ciuitatibus. Princeps, Quid peteret, quæsiuit. Tum illa fidentius: Quid est, inquit, quod uiri fortissimi bellum feminis indixistis? quid in uos deliquit sexus infirmior? Ad quam Camerinus: Et quis, malum, feminis, nisi Amazonibus, bellum inferat? Tum mulier: Quando, inquit, ideo pugnat, ut uidos emasculent, non cum aliis quam cum feminis bellum geritis. Omnis substantia, & quicquid etiam undecunq; possident, auferatur, dummodo uiros relinquatis, habent unde consolationem accipiant feming. Hæc uerbis parte truncatus si remittitis, non uiros sed feminas spoliatis. Promeruit libertas dicatis feminæ, ut uirum cum omni præda reciperet. Tum Camerinus, ubi uirum & omnia reddidit mulieri, uersus in eam: Quid, inquit, uis ut faciam uiro tuo, si posthac contra me pugnant capiat? Et illa, Oculos & aures cum naso amittat, modo uir ad me redeat. Albertus Cranzius lib. 3. cap. 9. Metropol. ex Luitprando lib. 4. cap. 4. rerum in Europa gestarum.

Constantinus Imp. Romani Imp. F. morbo correptus, & a medicis desperatus, Romano Argyropolo patricio, in palatii adducto, dat optionem, ut uel oculos sibi erui patiat: uel dimissa sua legitima uxore, filiam Imperatoris ducat, ac Cæsar designetur. Hæsitante eo, Vxor marito metuens, ultra comam posuit, ac seculo renunciauit: uiroq; & oculos seruauit, & imperium parauit. Cedrenus.

Aegros curare.

COMITISSA quædam Castellonenfis Hispana, Roberto Britanniae regi nupta, quum maritus in expeditione ad uerisum Syros uulnus in brachio accepisset grauisimum gladio uenato, reddissetq; in patriam, nec sanitati reddi posset, nisi illud uirulentum alicuius ore exurgeretur: rexq; certissimum illi parati exitum intelligens, quicunq; id munus obisset, neminem eiusmodi discrimini obicere sustineret: ipsa noctu solutis uulneris fasciis, primum infecit marito, post etiam coniuente, exurgens, & expuens paulatim uenenum omne eliciuit, plagamq; medicis præbuit facillimè curandam: in indigna certe, cuius nomen silentio fuerit ab historis prætermittitur. Ex actis Hispaniæ Roderici Tolerani archiepiscopi refert Viues de Christiana fem. lib. 2. Rodericus Sanctius parte 1. hist. Hispan. cap. 4. regis Hispani filiam facit, & Eduardo regis primogenito nupsit ait.

CLARA Cerueta, Bernardi Valdauræ coniux, quæ uirgo tenerissima & formosissima Brugas esset ad sponsum deducta, iam plus quadraginta annos natum, prima nuptiarum nocte crura eius fasciis inuoluta uidit, deprehenditq; maritum sibi ægrum & ualitudinatum obuenisse: nihil tamen illum ob id auersata, non cepit eum odisse, quum præsertim nõdum posset uideri amare. Incidit non multo post Valdaura in grauisimum morbum, de cuius salute & uita medici omnes desperabant: ipsa cum matre tanta cura & assiduitate circa lectum ægri uersabatur, ut sex totis hebdomadibus ambæ nec se excucint, nisi ut mutarent supparos: nec ulla nocte supra unam aut alteram horam quieuerint, idq; inducæ, multis noctibus traductis in omnibus. Erat radix morbi Gallici sæui & contagiosi. Dissuadebant medici, ne sic eum contrectaret, ne tam propè accederet. Idem consulebant necessarii. Tum æquales feminæ in religionem adducebāt, non esse tam anxiam curam diuexandum hominem iam satis debitum, & magna mortis parte in corpus recepta, prospiciendum esse animæ: de corpore nihil cogitandum aliud, quam ubi conderetur humo. Quibus uocibus adeo illa absterita non est, ut curaret quidam quæ ad animum spectabant: sed ipsa culinæ forbitionibus, quæ remedium afferrent, ipsa pannis subinde mutandis (nam soluta erat maiorem in modum aluus, & aliis locis pus retrum dimanabat) esset intensissima, sursum deorsum toto die cursitaret, animo corpusculum fulcens: laboribus impar, ni tanta uis affectus subueniret. Ita discrimen maximum Valdaura euasit, iurantibus medicis, è manibus Orci uolentia coniugis

ereptum esse. Alius facitius quam Christianus, decreuisse dixit Deum, Valdauram occidere: uxorem uerò obtinasse, è manibus illum non dimissuram. Cœpit ei, fluente quodam ardentissimo ex capite humore, arido interiorum natiu caruncula: medici puluisculum dederunt, quo subinde respergeretur uulcus, tenui per fistulam aut calamum statum quumque nullus inueniretur, qui non eum laborum recusat, omnibus rem auersandam exhorrentibus, sola coniux hoc præstitit, scateibus per genas & mentum papulis morbi, quum nullus rator commodè posset barbam eius radere, nec uellet, uxor forficulis octauo quoque die dexterrimè attondebat. Collapsus deinde in alium morbum longissimum, septem serè annorum, ipsa infatigabili diligentia & cibum ei parauit, quum pedesque haberet duas, & filiam grandæscerem: ipsa eadem, tum foeda illiuit ulcera, tum & crura putidissima undique sanie diffluentia contrectauit quotidie, turundas & malgama imposuit, ac fasciis deuinxit, ut muscum diceret eam contrectare, non rem fœtoris intolerabilis. Quin & anhelitum, quem nemo non etiam ad decem passus auerfabatur, ipsa suauissimum iurabat esse. Et quidem seridè iis succensebat, qui cum foetere dicerent. Aiebat enim sibi uideri, ceu fragrantiam maturorum & dulcium malorum. Atq; hoc toto morbi tempore, quum essent quotidie magni facienti sumus, ad hominem tot morbis contusum, alendum & curandum, in ea domo, ad quam multis iam annis nulla ex re questus aliquis redierat, nec annuus haberet prouentus, ipsa se anulis, ipsa torquibus aureis, ipsa monilibus, ipsa uestibus, ipsa abacum suum uasis argenteis libentissimè spoliabat, ne quid maritum deesset, contenta quauis mensa, modo marito suppetere, quod tam afflicto malis corpori conducere. Sic illi uitam traxit uxoris cura, ead uero corpore, sepulchro uerius, decem annis à primo illo morbo: quo tempore ipsa duas ex eo proles suscepit, quum antea sex genuisset, uiginti annis nupta, nunquam contagiosissimo mariti morbo, nec ulla omnino scabie infecta, non modo ipsa, sed nec uulnus liberorum corporibus omnium sanissimis atque mundissimis. Ex quo liquidum sit, quanta sit uirtus, quanta sanctitas earum, quæ uerè ac toto pectore maritos (ut congruunt est) amant, quemadmodum illis Deus præsentem quoque gratiam referat. Obiit tandem fenex ægrotus: seu non obiit, sed abiit uerius, & exiti iugem cruciatum: tanto tamè dolore Claræ, ut qui illam nouerat, faterentur nunquam adolescentem maritum, integro corpore, formosum, diuitem, tantum reliquisse carissimæ uxori desiderium, memoriam, iustum. Multi gratulatione citius putabant esse opus, quam consolatione: quos illa primum dum excrebatur, optans ut maritus, qualis qualis erat, si fieri posset, sibi redederet, etiam cum liberorum omnium, quos quinque habebat, iactura. Quumque esset integra ætate, nunquam stetit nubere, quod se alterum Bernardum Valdauram inuenturam negaret. Lud. Viues de Christiana femina lib. 2.

Non repudiare.

Octauius sorori OCTAUIÆ ex Athenis reuersæ, quoniã ab M. Antonio Cleopatrarè ireritò illecebris sperneretur, auditorerit, ut mariti domo relicta, seorsum habitaret. Quod negauit illa se facturam, ne materiam nouæ discordiæ ciuiliumque bellorum exitiis uideretur. Quin in Antonij domo esse perseuerauit, fouebatq; interim non tantum cõmunes liberos, sed eos etiam, quos ex Fuluiæ extulerat, incredibili caritate: Antonij amicos apud fratrem omni officio tuebatur, & in petendis magistratibus omnem operam & diligentiam adhibebat, ut dignitatem obtinerent. Quæ mulieris in uirum obseruantia & modestia quod maior erat, cõ atrocior inuidia est Antonio constata ab uniuersa ciuitate, quod Cleopatrarè barbaram & impudicã tali feminæ in amore prætulisset. Sab. lib. 9. Eann. 6.

Liberare.

CHILONIS Cleandri filia, uxor Theopompi, cum maritum suum captiuum asseruari ab Arcadibus didicisset, ultra ad hostes uenit. Arcades eius humanitatè admirati, potestatem ei in carcere introeundi fecerunt. Illa suã uestè marito circumdedit, ipsa sumit, & illum clam egredi iussit. Ipsa uero pro eo apud hostes remansit. Theopompus uxoris stratagemate seruatus, etiã ipse sacerdotè quandã Dianæ in Phenenum pompam ducentem rapuit Tegearæ, ut hæc reciperet, Chilonidem ei restituerunt. Polyæn. lib. 8.

Alere.

Nullus tam mutæ caritatis maior unquam exitiis affectus conubio aliquo, quam Iobi patientissimi hominù. Uerò uxor Vxor capillis, magno in femina ornamento, sese priuauit, ut in summa egestate, languenti uiro, ac grauitate affecto panem mercaretur: & illum, quem non fortunatum amissio, non choros filiorum ruina domus obruta, nõ uis ulla morbi infringere poterat, pars una capillorum coniugis adempta ad eum affecit, ut diem quo genitus esset, homo a quo patientissimus, sit demum excretus. Sab. lib. 3. cap. 5. Quorum uerò codicum fide Sabellicus hæc protulit: Ex facris certè constat, improbam mulierem sanctiss. uiro feceratè illuisse.

Commor.

Postrema Cn. Pompei uxor CORNELIA, turpe dixit esse, oc ciso marito posse uel solo dolore non mori. Viues de Christiana femina lib. 2. Durante Triumuitorum lege, qua par pœna proscriptis propo sita erat, atque iis qui proscriptos recepissent (cuius metu permulsi uiros, alij fratres, parentes & filios prodiderunt) Ligarius proscriptorum unus fuit, quem diu CONIUX eius, ac serua secretum Romæ tenuerunt. Verum tandem à serua proditus, ab iis qui eiusmodi curam gerebant intererunt fuit. Vxor autem amore stimulata, uirum, cum abduceretur, obseruatis uestigiis secuta, cædis eius ministras orabat, ut se quoq; perderent, quod ipsa etiam per legem mori deberet, quia proscriptum uirum domi tenuisset. Inter hæc uoces usq; ad Triumuiros peruenit. Ceterum cum audire eam nemo uellet, domum reuersa, cibo abstinentiatque in magno mœnore, fame & lacrymis simul cõfecta est. Fulg. & Egnat. lib. 4. cap. 6. Cum cæso Cæio, Jul. Lupus iussu Senatû properaret ad uxorem Caij CÆSONIAM & filiam infaatula occidendas: in Palatio

Palatio offendit Cæsoniam humi strata iuxta mariti cada uer, inopem omnium, quæ soleat exhiberi mortuis, & foeda tam cruore uulnere, afflicta stem se iacente simul filia, nec alia uox eius audiebatur, quam Caij accusatio, quod à manitissima uxor non paruisset præmonenti toties. Dũ aduenientem Lupum animaduerteret, ostenso iacentis caduere, cum lacrymis & lamentis rogabat, ut propius accederet: utq; sensu cædis caussa eum uenisse, non magni pendente uerba nihil ad suum propositum facientia confestim nudatum iugulum præbuit: miserabiliter suam conditionem deplorans, & uirgens, ne differret incœptè à sociis fabulæ extremum actum addere. Atq; ita magnò animo necem perculit, cuius comitem habuit etiam filiam infantulam. Iosephus lib. 19. c. 2. Antiq.

Domum curare.

ELECTRA ad Coloniam maritum, cui erat despõsata, de suo & omnium uxorum honestarum officio, apud Eurip. in Electra, sic ait:

— ἄλλ' ὃς ἔργα
πῆχον ἔργα τῶν θοροῦσ' ὃς ἡμῶν χροῖν
ἔδωκεν ἔργα, ἄσπρον δ' ἔργον
ἔργον, ἃ δὲ τῶνδ' ὀν εὐλασθῆν κηλῶν. Absidè tibi sunt, quæ foris sunt opera: domestica uerò nos decet disponere: ingredi uerò operatio ex publico, inuase est ea, quæ iatus sunt inuenire decet. Quæmadmodum apud Homerum Hector suam monec Andromachen;

Comitari exulem, fugitiuum.

CHILONIS Cleombroti Spartani regis uxor, ac Leonidæ filia, Spartani regis, cum ciuilibus discordiis Cleombrotus uir Leonidam eius patrem in exilium misisset: à uiro patris restitutionem impetravit. Cum autem mutata fortuna Cleombrotum postea Leonidas ab urbe depulisset, Chelonis pari opera apud parentem pro uiro usa, cum nihil proficere anima ueritèt, et si feliciter apud parentem in patria agere poterat, maluit tamen uiro exilij comes esse. Plutarchus in Agidis uita.

autem cum Cabadi in carcere degenti ministraret, eam (erat enim formosissima) amare præfectus carceris cepit. Id ubi intellexit Cabades, uxor iussit, ut morem illi gereret, si qua fortassis ipse ratione ex carcere posset euadere. Quæ cū sui corporis potestatem præfecto carceris fecisset, postmodò nemine prohibente ad maritum cõmeauit, eiq; inferuit. Erat amicus Cabadi Sefotes quidam: Cabadi per uxorem eius significat, habere se equos uirosq; paratos quodam in loco. Tum Cabades nocte facta uxori persuadet, ut secũ uestes mutet: itaq; ea suo loco relicta, carcerem exit, equoque cõfensò cum Sefote ab Hunnos Nephthalitas peruenit. Horum rex Cabadem sibi generum facit, magnoq; instructum exercitu in Persiã mittit. Eam ingressus Cabades, nullo negotio regnum recuperat, fratrem oculis erutus in carcere rem includit, ac posthac regnum tutò seruat per annos XI, abrogatis quas antè tulerat legibus omnibus. Cedrenus in uita Zenonis Imp.

Vxor Fernandi Gonzalij Castellæ comitis, quum rex Germanicæ Legionis, quæ urbs est in Hispania Asturiens, maritum in custodia teneret, ipsa uelut uisendi gratia ad carcerem uenit, uiroque persuasit, ut cultu secum commutato, se subduceret, ac ipsam ibi relinqueret in casum periculi. Quæ & fecit. Rex admiratus mulieris pietatem, præcatus tales sibi suisque liberis coniuges, illam marito remisit. Viues lib. 2. de femina Christiana.

Vitoudus Lituaniæ dux, à Jagellone itidè Lituaniæ duce cõso brino, per speciem colloquij, unã cũ patre Keisturo captus fuit. Et Keisturus quidem in carcere necatus: Vitoudus uerò Vxoris dolo liberatus est. Cum enim ea liberam haberet ad uirum, Vilnæ captum, cõmeandi potestatem, nocte quadam cõmutato cum una de duabus pedessequibus habitu, ueste muliebri indutum eduxit. Emisus ille, in Massouiam ad Ioannem ducem affinem suum, atq; inde in Prussia ad Cruciferos confugit. Cromerus lib. 14.

Pullo Cleomene Spartarum rege, ab Antigono Macedonũ rege, cum is in Aegyptum ad Ptolemæum regem se recepisset, ac Pantheũ sequi Vxor uellet: à parentibus prohibita magno studio seruabatur. Ceterum ipsa astu ingenti adinuenit, equo ad mare noctu se contulit: atq; incognita, nauè cõscendens, in Aegyptũ ad uirum peruenit: amboq; illic uitã peregerunt. Fulg. lib. 6. c. 7. ex Plut. Cleomene.

Dionysij maioris sororem THESTEN in matrimonio habebat Polyxenus. Qui cum metu Sicilia relicta profugisset, sororè accersitam incuauit ille, quod cõscia fugæ uiri, id nõ denunciasset sibi. Quæ intrepidè & hercè fidenter: Adeone tibi uideo, inquit, Dionysij, improba fuisse uxor & ignaua ut fugæ uiri præscia cum non essent comitata, atq; in societate inessent eiussdè fortunæ uerum haud præscini. Nam equidè malim me Polyxeni exulis uxore, quam tuam tyrãni sororè appellare. Hoc Thesten tam liberè locutã admiratũ fuisse tyrannum, feruit. Admirati sunt etiã huius feminæ uirtutem Syracusani: retinuitq; post euectam tyrannidè illa dignationem & cultum regium, ac defundã ciues publico funere extulere. Plut. in Dion.

SVLPITIA, cum à matre Iulia diligentissimè custodiretur, ne Lentulum Crustellionè, uirum suũ, proscriptum à Triumuiris, in Sicilia profugeretur: nihilominus familiari ueste sumta, cũ duabus ancillis, totidèq; seruis, ad eum clandestina fuga peruenit: nec recusat seipsum scribere, ut ei fides sua in coniuge proscripto constaret. Ibidem.

HYPSICRATA regina (cõcubinã uocat Plutarchus) Mithridatem regem coniugem suum effusis caritatis habens amauit: propter què, præcipuum formæ suæ decorè in habitum uirilem conuertere, uoluptatis loco habuit, Tonsis enim capillis, equo se & armis affuefecit, quod facilius laboribus & periculis eius interesset. Quinetiam uicium à Cn. Pompeio per efferatas gentes fugientem, animo pariter & corpore infatigabili sequuta est. Cuius tanta fides, asperari ac difficultium rerum Mithridati maximum solatium & iucundissimũ lenimentum fuit. Cum domo enim & penatibus uagari se credit, uxore simul exulante. Val. Max. lib. 4. c. 6. Vide Tit. Expeditionis infaustæ somnia.

Cæcinnæ Patris uxorem habuit ARRIAM. Is quum in armis fuisset, quæ mora à Scriboniano in Illyrio erant cõtra Claudium Cæsarè, Romã est pertractus. Antia milites orauit, ut

se ministrum darent marito pro famulis, quos uero consula-

Castro suo gladium cum traderet Arria Pato, Quem de uisceribus traxerat ipsa suis.

Arria iunioris Patauinæ ex Thrafea Pato uiro sanctissimo filia fuit FANNIA, Heluidij Prisci coniux, quæ maritum in exiliu secuta fuit.

C. CALIGULA Herodem Tetrarcham Galilææ & Perææ, con spirationis cum Artabano Partho rei pecunia magna mul-

TRIARIA L. Vitellij coniux, Anli Vitellij Imperatoris fratris, non secus atq; Mithridatem Hyspiteratæ, uirum arma-

runt, secuta est. Ac nocte, qua uir Terracinam magno mili- tum numero egressus est, ipsa inter strictos gladios auden-

Pisonianæ conspirationis conscius apud Neronem accusatus Nonius Priscus, perpetuo exilio multatus est. ANTONIA

EGNATIA Maximilla, Flacillæ ex exemplum secuta, omnibus re-

Singulare fidei exemplum Gisberti Corregienfis VXOR offe dit, cum propinquo con spiratione, & eorum quiddè, qui ipsius factionis erant, ab urbis Parmæ imperio Gisbertus e-

FIDES IN AFFINITATE IUNCTOS.

Gulielmus Campisamperius Patauinus nobiliss. falsò occulte prodicionis insinulatus, ab Acciolino tyranno auunculo suo comprehensus, & diuturno carcere afflictus, Patauij tã-

daueris reliquias collegit: illud noctu multis luminibus et tacito comitatu ancillarũ & seruatorum in cœmeterio D. An-

FIDES DOMINORVM ERGA SERVOS.

Consule Titulum, Amor dominorum erga seruos.

Cum pestifera seditione Syracusarũ, tota regis Gelonis stirps, euidentissimis exhausta cladibus, ad unicam filiam HARMONIAM uirginem esset redacta, & in eam certatim ab ini-

one Salernitana latèret, odore unguenti proditus, cõprehẽ-

Famulus, depiorans ALCESTIDEM uxorem Admeti, domi-

MAVRICIVS Imp. à Phœa captus, cum iam iam esset cum om-

Athenienses lege sanxerunt, ut seruorũ etiã iniuriæ au-

Iacobus III. Scotorũ rex, dum placere omnib. cupit, sine dele-

Apud ROMENSE Martio (qui primus erat, ex Romuli insti-

SERVORVM ET ANCILLARVM FIDES ERGA DOMINOS. Quando

C. PLOTIVS Plancus, cum à Triumuiris proscriptus in regi-

HONOREM EXHIBENDUM. CASTITATEM TVENDO. IOSEPHVS Ibraelis filius, in Putipharẽ, apud quẽ seruauit, fi-

Cũ Sardiiani Smyrnæos debellarẽt, nec belli finẽ fore dicerẽt, donec Smyrnẽ uxores ad coitũ mitterẽt hostib. honesta q-

moriam. Ex Dostico lib 3. reũ Lydicarũ. Plut. in Parallelis. Antepomarus Gallorũ regulus, cũ Rom. bello urgeret, nõ an-

Cum urbe capta eieci Galli à Camillo essent, neq; se facile ci-

DEFENDENDO HONOREM. LENAUS Pompeij Magni libertus, & penè omnium expedi-

OBEDIENTIAM præstant. Famulus est annos quatuordecim ISRAEL Labani auũcu-

AMOREM OSTENDUNT. INSTRVENDO, CONSVLENDO. Quis esset emus DIOGENES, perinde quasi ipse Xenidem

detur febrì, hæc prauis cupiditatibus. Quanto autem ani-

VITAM CONSERVANDO. Menelaus reuerfus ab Aegypto, duces Helenã, ad Rhodũ ap-

DEFENDENDO HONOREM. LENAUS Pompeij Magni libertus, & penè omnium expedi-

OBEDIENTIAM præstant. Famulus est annos quatuordecim ISRAEL Labani auũcu-

AMOREM OSTENDUNT. INSTRVENDO, CONSVLENDO. Quis esset emus DIOGENES, perinde quasi ipse Xenidem

P. Scipionem Africanum maiorem, postquam cum Hannibale conflixerat, saucium in equum SERVVS imposuit: & ceteris deferentibus, solus in castra perduxit. Ibidem.

Cum Marius & Cinna, Roma occupata ciues crudeliter necarent, cadaver hominis plebei ex collo suspensum, cuius digito anulum aureum induerant, ostenderit satellitibus Marii, idq; pro domino combussere. Neq; id aduertit quisquam, sed ea ratione Cornutus a seruis furtim est in Gallia deportatus. Plut. in Mario.

Bello civili Caesar castra posuit sub muris Corfinij, quod Domitius cum triginta cohortibus tenebat. Hic spe abiecta salutis poposcit SERVVS suo medico unenenum, datumq; pro lethali haustit. Mox misera accepta Caesaris in captiuos humanitate deploravit, & caloremq; incusavit cossili sui. Quae ubi medicus erexit, somnificum indicans non funebre bibisse eum medicamentum: surrexit admodum hilaris, & ad Caesarem contemdit, dataq; sibi ab eo uenia, iterum profugit ad Pompeium. Plut. in Caesare.

Urbanus Panopionis SERVVS, cum ad dominum proscriptum occidendum, domesticorum indicio certiores factos milites in Reatinam uenisse cognosceret: comutata cum eo ueste, permutato etiam anulo, illum postico clam emisit: se autem in cubiculum ac lectulum recepit, & ut Panopionem occidi se passus est. Panopion quantum seruo deberet, amplum ei faciendo monumentum, ac testimonium pietatis grato titulo reddendo, confessus est. Val. Max. lib. 6. c. 8.

C. Plotinus Plancus, Muna ceteri Planci consularis & censorij frater, cum a Triumuiris proscriptus in regione Salernitana lateret, delicatioris uitae genere, & odore unguenti, occultam salutis custodiam detexit. Iste enim uestigiis eorum, qui miserum persequantur, sagax inducta cura, abditum fugae eius cubile odorata est. A quibus comprehensi SERVVS lateret, multumq; ac diu torti, negabant se scire, ubi dominus esset. Non sustinuit deinde Plancus tam fideles tamq; boni exempli seruos ulterius cruciari: sed processit in medium, iugulumq; gladiis militum obiecit. Val. lib. 6. c. 8.

Antonius & Lepidus cum Octauius confederati, cum plurimum in proscriptis saeuirent, & totam urbem occisorum cadaueribus implerent: in tanta hominum occisorum quidam in speluncam dominum inclusit. Qui cum non multo post cuiusdam prodicione indicatus esset, ita ut mors ei haud dubia impenderet: seruus ueste cum domino comutata, ingredientibus properauit obuiam: & quasi ipse dominus esset, occidi se passus est. Xiphilinus.

Cepionem morti adindicatum, quod insidias parasset Augusto, SERVVS ad Tyberim in cista detulit, peruectumq; Hostiam, in agrum Laurentem ad uillam patris nocturno itinere perduxit. Cuius demum naufragio naufragio una expulsum dominum Neapoli dissimulater occuluit, exceptusq; a centurione, nec precio nec minis potuit adduci, ut dominum proderet. Macrobius lib. 1. Saturn. c. 11.

Roma cum regnante Augusto multi proscriptorum in urbe interficerentur, SERVVS quidam mutatis cum domino uestibus, in operam lecticam ingressus, dominum persuasit, ut eam deferret. Post ubi ambo deprehensi sunt, seruus ne conspectus quidem neccatus est: dominus uero quasi lecticarius euasit. Dion Nicaeus in Augusto.

Mathias Corunus Yngariae rex, initio regni sui a quibusdam procerum, qui Michaele Zulagij sui auunculi & tutoris dignitatem aegre ferebant, instigatus, auunculum collo qui gratia euocatu, capi iussit, & Vilagofuaro castello inclusit, nec multo post de eo tollendo praefectos duos literis admonuit. Illis supplicatas literas esse metuentibus: alter eorum ad ad regem proficiscitur, eius uoluntatem expiscaturus. Inter ea COQVVS, quem illi concesserat praefecti, ex arce Turcas adesse clamitans, praedictariam cohortem arma sumere iubet. Ipse nouissimus cum tibus, coferuis subsequi fingens, egressus a tergo portam obstruit, & fracto carcere Michaele ducit, castelliq; dominum facit. Is rustica manu, & comestibus oppidulum compleuit. Mox accitis amicis, contra Turcos saepe excursions fecit: ad regem nuncium salutis suae misit, se plus eo quo quam nepoti, cui ipse regnum afferuisset, debere significas. Mathias erratum agnouit, eundemq; paulo post in gratiam recepit. Bonfinius lib. 1. Dec. 3.

Maugicius Saxoniae dux, anno Christi M D XLII. adhuc iuuenis profectus in Turcas, & a castris quodam die progressus, uno solum comitante satellite GERMANO nobilitate in Turcas aliquot irruisset, manus conferit, equoq; confosso in terram effuditur. Ibi famulus fidelissimus corpore toto super eum incumbens, iacentem protegit: ac tantisper hostes sustinuit, donec equites superuenirent, qui principem eriperent. Ipse multis uulneribus acceptis, in castra relatus, non multo post interit. Sleidanus lib. 15.

INSIDIAS DETEGENDO. Iulianus Cardinalis, Alexandri VI. odiu metuens, FRANCIS-

CVM Alidossu suu Secretariu ad Pontificem misit. Pontifex minis & muneribus cu Francisco egit, ut patronum ueneno necaret. Franciscus Pontificis furias metuens, si renueret, omnia fe facturum pollicitus, accepto ueneno Floretiam abiit, morbumq; simulans, Iulianum de insidiis admonuit. Alexadro interea eo, quod alteri parauerat, ueneno absumto, Iulianus in pontificatu succedens, sub nomine Iulij II. Franciscum Cardinalem fecit Papientem. Garibertus lib. 4.

ELICITATI ERIPENDO, Cluentium Pelignum Italicensem (alij C. Vestium habent) co. prehensum ab inimicis SERVVS occidit, ne traderetur P. Peio hosti: ac se, ne domino superstes fieret, interemit. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 11.

Consulem C. Marium, Praefectinae obsidionis miserabilis exitu fortium, cuniculi latebras frustra euadere conatum, leuissimulnere a Telefino, cum quo mori destinauerat, perstridit: SERVVS suus, ut Syllanae crudelitatis expertem faceret, gladio traiecitum interemit, cum magna praemia sibi proposita uideret, si cum uictoribus tradidisset. Cuius dextra tam opportunum ministerium nihil eorum pietati cedit, a quibus salus dominorum protecta est: quia eo tempore Manio non uita, sed mors in beneficio reposita erat. Valerius Maximus lib. 6. c. 8.

OPIBUS CONSULENDO. Herculis simulacrum rati inferum, & Tyro mari delatum, in terra de causa, ut memorant Erythraei Iones. Ea nauis primam ad Heram, quae e portu Erythraeorum Chion soluentibus propemodum media est, delata, cum iam terram attingisset, conspecto signo, summis uerbis Iones & Chij certatim ad se illud petrahere conati fuerunt, sed frustra. Donec cuiusdam Erythraei Phormionis, piscatoris caeci, somnio moniti sunt, oportere Erythraeorum feminas comas tondere: e capillo earum si uiri funes contextuissent, non difficulter quod uellet rateram petrastruros. Id cum ciues feminae recufarent: e Thracia MVLLERES, quae uoluntaria seruitute, ingenue ortu cum essent, uictum sibi apud Erythraeos quaeritabant, se tondeudas praebuerunt. Quare iam rate potiti Erythraei edierunt, solis e Thracia mulieribus, in Herculis fauam introiecit liceret. Pausanias in Achaicis.

AVXILIANDO. SERVVM opera in militia quoq; feliciter usos dominos ex Tit. Stratagematum in militum delectu, colliges.

COMITANDO, NON DERENDO. Antius Restio proscriptus a Triumuiris, cum omnes domesticos circa rapinam & praedam occupatos uideret: quam maxime poterat dissimulata fuga, se penatibus suis intemperta nocte subduxit. Cuius furtiuum egressum SERVVS ab eo uinculorum poena coercitus, inexcipiabiliq; literarum nota per summam oris contumeliam inuisus, curiosis speculatus oculis, atque uestigia huc atq; illuc errantia beneuolo studio subsecutus, lateri uoluntarius comes arrepsit. Quo quidem tam exquisito tamq; anticipi officio perfectissimum expectatae pietatis cumulum expleuerat. His enim, quorum felicitior in domo status fuerat, lucro intentis, ipse cum nihil aliud quam umbra & imago suppliciorum suorum maximum sibi esset emolumentum, eius a quo tam grauitur puniret, salutem uindidicauit: cumq; abunde foret iram remittere, adiecit etiam caritatem: nec haec ueneno beneuolentia processit, sed in eo conferuando mira quoq; arte usus est. Nam ut sen sit cupidus sanguinis milites superuenire, amoto domino rogum extruxit, eiq; egentem a se comprehensum & occisum senem superiecit. Interrogantibus deinde militibus, ubi nam esset Antius: manum rogo intendens, ibi illum datu sibi crudelitatis piaculis uri, respondit. Quia uicissim illa loquebatur, habita est uoci fides. Quo euenit, ut Antius statim quaerendae incolumitatis occasione assequeretur. Ibid. & Dion in Augusto, & Macrobius lib. 1. Saturn. c. 11. & Appianus lib. 4. Bellorum ciuilium.

ACCVSATIONEM PRACEDENDO. Sub Tiberio Caesare fuit accusandi frequens & penae publicae rabies, quae omni ciuili bello grauius togata ciuitate confecti: Excipiebatur ebriorum sermo, simplicitas iocantium, nihil erat tutum, omnis saeuendi placebat occasio. Carnabat Paulus praetorius imaginem Tiberij habens in gemma, matellam poposcit. Id factum Marco ex notis illius temporis uigilatoribus notauit. At SERVVS eius, cui necdebantur insidiae, ebrii annulum extraxit, quem Marco conuulsus testatetur, admotam esse imaginem in obscenis, & iam subscriptionem componeret. Caellius lib. 7. c. 26. A. L.

ARCANA TEGENDO. M. Antonius claris. orator, inestis reus agebatur. Cuius in iudicio accusatores SERVVM in questione persecueratissimè postu-

postulabant, quod ab eo, cum ad stuprum iret, laterem praelatum contenderent. Erat autem is etiam tum imberbis, & stabat coram, uidebatque rem ad suos cruciatus pertinere, nec tamen eos fugitauit. Ille uero, ut domum uentum est, Antonium hoc nomine uehementius confusum & sollicitum ulro est hortatus, ut se iudicibus torquentem traderet, affirmanis nullum ex ore suo uerbum exiturum, quo causa eius laederetur: & promissi sibi mira patientia praestitit. Plurimis laceratus uerberibus, eculeoq; impositus, candentibusque etiam laminis uestus, omnem uim aculeatoris, custo dita rei salute, subuerit. Argui fortuna merito potest, quod tam piuum & tam fortem spiritum seruili nomine includit. Valerius Max. lib. 6. c. 8.

AE SOPVS libertus Demosthenis conscius adulterij, quod cum Iulia patronus admiserat, totus diutissime persecuerat, non perdere patronum: donec aliis coarguentibus consciis Demosthenes ipse fateretur. Macrobius lib. 1. Saturn. c. 11.

NON PRODENDO. C. Plotinus Plancus, Muna ceteri Planci consularis & censorij frater, cum a Triumuiris proscriptus in regione Salernitana lateret, delicatioris uitae genere & odore unguenti, occultam salutis custodiam detexit. Iste enim uestigiis eorum, qui miserum persequantur, sagax inducta cura, abditum fugae eius cubile odorata est. A quibus comprehensi SERVVS lateret, multumq; ac diu torti, negabant se scire ubi dominus esset. Non sustinuit deinde Plancus tam fideles tamq; boni exempli seruos ulterius cruciari: sed processit in medium, iugulumq; gladiis militum obiecit. Val. lib. 6. c. 8.

MORTEM VLCISCENDO. Lazarum Seruiae Despotam Amurathes Turcorum rex, praelio uictum paulo post interfecit. SERVVS quidam natione Seruianus, Despotae proprii domini mortem aegre ferens, eamq; summopere uindicare desiderans, egregij uiri nominem spera morte post se relinquere decreuit, siueque nactus occasionem, pugione Amurathem interfecit, circa annum salut. 1373. Iouius in Amurathes.

LIBERIS HERILIBVS CONSULENDO. ARMIGER Sauli Saulum regem obnixè id rogantem noluit interficere. At cum Saulus sibi manus intulisset, ipse quoq; gladio incubuit. Reg. 31.

COMMORIENDO. Caius Gracchus Opimij consulis arma fugiens, unicum fugae comitem habuit seruum PHILOCRA TEM. Cum in lucu Furinae peruicisset, ab eo sic petens obruncatus fuit: qui postquam illum interemit, mox super eum traiecit semetipsum. Uero alij tradunt, ab hostibus ambo uiui comprehensos fuisse. Ceterum cum dominum seruus complecteretur, nemo ferire illum prius ualuit, quam hic a multis uulnera ingerentibus fuit interemptus. Plut. in Caio.

FIDES ERGA HOSTES.

BELICA EA SPE DATUR.

BELVM APERTE INDICENDO.

TIBARENI in Ponto Chalybibus, uicini non prius praelio congregiantur cum quopiam, quam diem, locum, horam, ex fide hosti denunciant. Caellius lib. 18. c. 30. ex Strabone & Valer. Flacco lib. 5. Argonaut.

Ethnici bellatores priusquam uenirent ad arma, ueniebat in colloquium. Apud ROMANOS omnibus tentatis mittebatur Fecialis cum Patre patrato, peragebantur ceremoniae: nimirum morae quaerebantur, quae bellandi furor temperaret. Atq; his quoq; peractis non licebat manum conferere cum hoste, nisi signo dato: quod ira dabatur, ut miles neciret, quando dandus esset. Ac ne hoc quidem dato, licebat cuiquam hostem uel lacerare, uel ferire, qui quanquam in castris uersaretur, tamen sacramento militari non esset obstrictus: adeo ut Caio senior filium in castris cessantem per literas admonerit, ut Romam redeat, aut si mallet in exercitu manere, uenia petat a duce, ut sibi cum hoste cogredi liceat. Tam ut belli signum non faciebat potestatem pugnandi, nisi sacramento astrictus: ita signum quo caneatur receptui, omnibus, adimebat quicquid fuerat: adeo ut a Cyro laudatus sit miles quidam, qui quum sublato gladio fuerat hostem interfecit, mox ut sensit cani receptui, dimiserit hostem. Haec eo perinebant, ne quis crederet sibi licere occidere hominem, nisi necessitas eo compelleret. Erasmus in Adagijs.

Cum Hannibal Saguntum expugnasset, missi sunt uiri magno nati, Q. Fabius, M. Liuius, L. Aemilius, C. Licinius, & Q. Bebius, conuictum iniuriam sociis Rom. Pop. uoluntatem. Hic cum cauillo a Carthaginensibus excepti essent, Fabius toga in sinum collegeta: Hic, inquit, uobis pacem & bellum porto. Vtrum libet sumite. Ad eam uocem fero ceter est reclamatum, Daret utrum uellet. Atque quum Fabius se bellum dare dixeret, id se accipere omnes responderunt, & quibus acceptum esset animis eisdem se gesturos. Gellius lib. 10. ca. 27. autogr

Triumuirali conspiratione proscriptorum quendam fidelissimus SERVVS sepulcro rexit, quoad ipse ad mare cureretur, ut nauigium ad fugam expediret. Mox inde reuersus, herum interfectum inuenit, sed adhuc paululum spirantem. Tum ille: Suffine (inquit) here, & hoc uide. uibratoq; ferro, turmarum ducem, qui ad eadem uenerat, euefligido obruncat. Mox suum haustit pectus, in clamans: Et hoc solam me mortis accipe. Sabel. lib. 3. c. 8.

M. Antonius uictus Alexandriae ab Octauius, & a suis desertus, cum Cleopatram sibi manus intulisse audiret, ipse quoque illam sequi statuit. Erat seruus ei fidus EROS nomine. Huc iam pridem orauerat, si res postularer, ut interficeret ipsum. Tunc exegit promissa. Ille districtum enssem extulit, quasi illi idurus: uenim uenit uultu interemit semetipsum. Quo ad pedes suos collapsus Antonius, Maeste Eros, inquit: qui, quod non sustinuit mihi ipse facere, quid faciendum sit doces. Ita uentrem fodit, atq; in lectulum demisit se. Plutarch. in Antonio.

NAERA & CHARMIONE siue Charmium, duce Cleopatrae regine pedissequae, spontaneam herae mortem sunt imitatae: ac semiuuere reperta sunt dominae iam mortuae coronae capite delapsam reponentes. Plut. in uita M. Antonij.

PINDARVS C. Cassium Philippiensi praelio uictum, nuper ab eo manumissus, iussu ipsius obruncatum, insultationibus hostium subtraxit, seque e conspectu hominum uoluntaria morte abstulit: ita ut ne corpus quidem eius absumit inueniretur. Val. Max. lib. 6. c. 8.

MORTEM VLCISCENDO. Lazarum Seruiae Despotam Amurathes Turcorum rex, praelio uictum paulo post interfecit. SERVVS quidam natione Seruianus, Despotae proprii domini mortem aegre ferens, eamq; summopere uindicare desiderans, egregij uiri nominem spera morte post se relinquere decreuit, siueque nactus occasionem, pugione Amurathem interfecit, circa annum salut. 1373. Iouius in Amurathes.

LIBERIS HERILIBVS CONSULENDO.

MYCITHVS seruus Anaxilae Messenij Reginorum tyranni, qui Messanam in Sicilia condidit, acceptum a domino regnum summa iustitia administrauit, & idem pupillis liberis, ubi adoleuerunt, restituit: sumtoque exili uaticio, cum summa tranquillitate consensit Olympiae. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 11.

SERVVS Abrahae omnibus praerata, quae habebat dominus. Eius studium, operam & pietatem in quaerenda uxore filio domini sui, pete ex cap. 24. Genes.

est, ueteribus quibusdam Romanorum rerum monumentis proditum, Q. Fabium Romani exercitus imperatorem, ad Carthaginenses literas dedisse, quibus significauit, caducei & hastam, pacis & bellitesseram. Populum Romanum mittere, utrum acciperent, sibi Poeni missum existimarent. Ad quae ita illi responderint, Neutrum sese eligere. Possit tamen qui attulissent, utrum mallent relinquere. Quod autem ipsi reliquissent, id sibi pro electo futurum. M. Varro neque hastam, neque caduceum missum existimat, sed tesserulas duas, in quarum una caduceum incisum fuerit, in altera haste simulacrum. Et hoc belli Punici secundum initium fuit. Sabel. lib. 1. Etnae ad 5.

Tranquillus ait, AVGVSTVM tanta fuisse aequitate, ut nulli unquam genti sine iustis & necessariis causis bellum intulerit.

BOLES LAVS III. Polonorum rex, in Bialogradenses (ciuitas ea fuit Pomeranorum in primis diues & populosa) quia desererant, omnem belli molem contulit, sed prius tamen missis cum legato duobus scutis animos eorum tentauit, alium ne, in quo pax, an rubrum, in quo bellum excidiumque significabatur, mallent. Superbius illi responsum dedere, ambobus scutis acceptis: Sanguine Polonorum se sibi candidam uictoriam pacemque paraturos. Bolelaus admotis ad moenia Bialogradi castris, astis uincis, & turribus celeriter excitatis, summa ope urbem expugnauit. Cromerius libro 5.

Teutonici milites anno 1310. contra Vladislaum Poloniae regem bellum gerebant. Missi MAGISTER ordinis Teutonici ad Polonos caduceatorem, qui bellum regi denunciaret, & duos enses, in quibus staret uictoria, facta potestate, ut quae uellet hostis eligeret, alterum sibi remitti iussit. Accepit Vladislaus alacer nuncium, donatoque caduceatore, uno retento gladio, remisit alterum. Mox iussi milites arma induere, bellique signum datum. Quadraginta millia equitum in ambobus castris fuere. Tandem tamen uictores Poloni, Prussiam totam, Mariaburgo excepto, subegere. Sigismundus Caesar pacem inter eos composuit. Aeneas Syluius, capite 29. Europae.

LVDOVICVS II. Imp. Adalgifum ducem Beneuentanum, cuius ductu Campani & Lucani ad Graecum Imp. defecerant, armis imperata facere coegit. Adalgifus beneuolentiam simulans, suadet Imperatori, uti pacata regione exercitum dimittat. Pius princeps, p̄ditoris uerbis deceptus, exercitum dimisit, & cum paucis corporib. custodijs remansit. Adalgifus nactus occasionem, in meridie cum Imperator quiesceret, palatium cum cōiuratoribus ingredi tentat. Sed strepitu armorum excitatus Imp. cum suis ab ingressu illos arceat. Cum itaque illud non procederet, palatium flammis absumere cum Imperatore minatur Adalgifus, nisi iuramento affirmet, se abiturum, & nunquam rediturum Beneuentum, neque calumniam hanc ulturum. Tanta necessitate implicatus Imperator iurat, & postero die Beneuentum cum suis exit, Romamque diuertit, summo pontifici Iohanni ac Senatui tyrannidem Adalgifi conquestus. Qui mox publicus hostis iudicatus est, & Imperator iuramento solutus. Benignus princeps nolens uideri & non esse bonus, ne à suis penitus uideretur, cōparato insigni exercitu, reginā misit contra Adalgifum. Qui suae nequitiae conscius, uitam fuga redemit, ac in Corsica insula latuit: de ceteris sumtum est supplicium. Cuspinianus.

Henrico VII. Imp. mortuo, mensibus XIII. imperium uacauit, dum Elektorum alij in FRIDERICVM Pulcrū Austriae, alij in Ludouicum Bavarum inclinarent, consobrinos: cum Bavarus ex Mechthilde filia, Fridericus ex Alberto filio Rodolphi Imp. natus esset. Fridericus Leopoldi auxilio Ludouicum magnis affecit cladibus. Sed tandem in agro Salisburgensi, dum temere, non expectato fratre, in hostem ruit, uictor primū, mox uictus est & captus: triennioq; in carcere tetro maceratus, tandem persuasione Prioris cuiusdam Carthusiensis, remotis omnibus arbitris, liberatus est, his conditionibus iureiurando corroboratis, ut uterque, quoad uiuere, regio uteretur titulo: Fridericus Italiam non accederet, sed hanc liberam Ludouico permitteret: neque ius aliquod peteret à Pont. pro ea affectūda. Quod Fridericus sancte obseruauit: etiam si Iohannes XXI. Clemensq; VI. crebro illum in Italiam pro imperiali corona euocarent. Cuspinianus.

VENETI, cum circa annum Salutis 1485. per occasionem Ferdinandi regis Neapolitani domestico bello, ac per hoc grauissimo implicati, opes facile aut euertere, aut certe in discrimen maximum adducere potuissent, si eius belli partes, ad quod amplissimis inuitabantur ab Innocentio IX. conditionibus, se qui uoluissent: ne tamen aliquo modo foedus uiolarent, pertinaciter ab omni iniuria abstinerunt. Sabellicus lib. 3. Dec. 4.

To tempore, quo inter Genueses Venetosq; bellum gerebatur, atque in ducijs factis, belli mala suspensa manebant, in quatuor Genuesium triremes haud longè à Graeciae litoribus quatuor Venetae irruerunt: GENVENSES uirtute suas turas triremes, Venetas cepērūt: & cum calente adhuc praerit ardore, simulq; indignatione, quod inducijs illata essent arma, praeterea uulnere, quae acceperant dolore compulsi, se uis haud iniuria in captos possent, ipsorum iram induciarum fides leniit. Itaq; solum triremium praefectum retinuerunt, alios cum triremibus dimiserunt. Cum autē Messinam in Siciliam peruenissent, consulū Veneto tradiderunt, ut is Venetas eum mitteret, ubi erroris sui poenas dare cogerecur. Fulgosius lib. 6. c. 6.

GENVENSES, post longum ac graue bellum, quo inter ipsos & Venetos certio decertatum fuerat, ubi auri atque sanguinis uis immentia effusa est, cum occasio se obtulisset, magno suo commodo, rei felicitate aduersus Venetos gerenda: fide, in ita pauld ante pace, Venetas datam, cōmodis doloriq; acceptorum in bello malorum anteposuerunt. Nam Cretenfes, Veneti q; qui Cretam incolabant, conspiratione facta, à Venetis defecerant, ac Genuam legatos uitos grauissimos miserant, qui insulae deditioem facerent. Ea autem expeditione, et si nullius periculi, magniq; commo di futura uidebatur, minorēq; ob causam, finitum paulo ante bellum, aduersus Venetos susceptum fuerat, tamen legatis responderunt: Vehementer dolere, quod integra fide, ob pacem cum Venetis factam, ea quae Cretenfes offerrebant, accipere non possent: quanquā ad ed recens ea pax confecta esset, ut multri uulnera, quae eo bello acceperant, non admodum ad cicatricem perduxissent. Idem.

ALBERTVS Austriae dux hostē contra foedus capere nō uult. Vide Tit. Regnandi libido ambitiosa.

COMMEATV. LVVANDO. M. Brutus Dyrhachio Apolloniam, contendens, in magnum discrimen ex fame canina uenit. Nix alta erat: & qui commeatus portabant, nemo sequebatur. Cum igitur ille animi deficeret & animam ageret, necessariō milites ad muros accurerunt, panem postulatū ab HOSTIBVS, qui illic

stationem agebant. Quo statim accepto Brutum resecerūt. Qua de causa urbe potius clementer habuit omnes, Plut. lib. 6. Quaest. conuiu. 8.

LEGATOS, AMICOS, OBSIDES. Hostium non VIOLANDO.

Honor Legatis exhibitus, ad Distributionem ex uirtute pertinere. Inde igitur petenda exempla.

Porfena Hetruscorum rex Tarquinium frustra Romam reducere studebat. Tandem pace facta, ut agro Romani decederet olim Hetruscis circa flumen adempto, datae fuerant obsides, Romanae uirgines. Quae cum Tiberim tranauissent, & à P. Valerio Cofs. ad Porfenā reducerēt, Tarquinius iis infidias posuit, suisq; Valerius & comites uiolati, ni ARVVS Porfena filius, cum Hetruscorum equitum globo praesto affuisset. Id facinus aded iniquo animo tulisse Porfena dicitur, ut cōfestim Tarquinium, cum filiis, & genero auxiliisq; Latinis, excedere iusserit castris, & non pacem solum, sed amicitiam quoq; cum Romanis inuam ut omni officij genere confirmaret, castra omni genere cōmeaturum reuera Romanis habenda reliquit. Sabellicus libro septimo, Enneadis 2. ex Liuio.

Tarquinij regis legati, quamuis proditionis inite rei, tamen liberè dimissi à ROMANIS. Liuus.

SCIPIO Africanus Maior, cum onustus multis & illustribus Carthaginensium uiris nauem in suam potestatem redegit, inuiolatum dimisit, quia se legatos ad eum missos dicebant: tamen si manifestum erat, illos uitandi praesentis periculi gratia falsum legationis nomen amplecti, ut Romani Imp. potius decepta fides quam frustra implorata iudicaretur. Val. Max. lib. 6. c. 6.

Ingenti Penorum classe circa Siciliam deducta, duces eius fractis animis, consilia petenda pacis agitant. Quorum dux Amilcar ire se ad consules ROMANOS. negabat auctere, ne eodem modo catenas sibi iniicerentur, quo ab ipsis Cornelio Africā consulsi fuerant iniecta. Hanno autem centior Romani animi aestimator, nihil tale timendum ratus, maxima cum fiducia ad colloquium eorum retendit. Apud quos cum de belli fine ageret, & tribuum militum ei dixisset, posse illi merito euenire quod Cornelio accidisset, uterque Consul tribuno tacere iussit: Iste te (inquit) metu Hanno fides ciuitatis nostrae liberat. Claros illos fecisset, tantū hostium ducem uincere potuisse: sed multo clariore fecit, noluisse. Ibidem.

AVGVSTVS M. Antonio hosti iudicato remisit necessitudines, amicosq; omnes atq; inter alios C. Sostium, & T. Domitium, tunc ad huc Cofs. Bononiensibus quoq; publicē, q̄ in Antoniorum clientela antiquitus erant, gratiam fecit coniurandi cum tota Italia pro partibus suis. Suetonius.

ARALDOS seu caduceatores uel dicto uiolare nefas est, qui Gallico more superbe admodum & summa quada dicens liberate mandata deferre, & bella hostib; denunciare impune solent. Iouius lib. 2. Hist.

Præco Ludouici XII. Gallorum regis VENETIS anno 1507. bellum indixit. Senatus porta denia in uestibulo curiae eum admisit. Admissus, ueste liliis aureis intertexta sese induit: tunc curiam ingressus, ante Patrum subsellium stans: Bellum, inquit, Lauredanæ Venetorum dux, exereq; huius urbis eius, Ludouicus Gallorum rex, indicere. mi uobis iussit, tanquā infidus hominibus, Pontificisq; Max. & reliquorum regum oppida per uim perq; iniuriam capta possidentibus, omniumq; omnia dolo malo, sub uestram ditionem rapere atq; redigere festinantibus: ipse ad uos armatus ea repenitus uenit. Ad hæc Lauredanus Patrum medijs sua in sella sedes ita respondit: Res hæc publica, Galle, quā adisti, nihil iniuste possidet: nam iure agit, neq; fidem cuiquam fallit: quam certe fide nisi ualde plus iusto regi ipsi seruauissemus, ille uerò ubi pedem in suo poneret, in Italia nō haberet. Sed praestat nos uel cū periculo esse, qui semper fuimus, dū Ludouicus atque arrogancia atque perfidia polleat. Bellum quod denuncias, propulsatum cum diis immortalibus sumus, quos ille uindices habiturus est, aut hic, aut apud manes, rupti per scelus fueritis. Hoc responso accepto est dimissus: ac ne quis eum uiolaret, quos iuniter comites à Reipub. magistratibus adueniens habuerat, iidem sunt reducere, atque in regis finibus sistere illum iussit. Bembus libro 7. Hist. Venetae.

MATTHIAS Coruinus Vngariae rex, cum Georgio Boemiae rege fecero suo, quem Crucifignatorum armis in summas redegerat angustias, in ciuitate Olomucēsi colloquium instituerat. Ed cum Georgij duo filij, Viktorius & Henricus, humanitate & fide Matthiae secuti, sese contulissent: Rodolphi legatus Pontificius regem hortatus est, ut captis iis, quibus reditum non esset pollicitus, praesertim haereticis, ancipiti bello finem imponeret, quod Georgij spes omnis ex se penderet. Tum uerò Matthias toruo uultu scelera con-

consilium detestatus, fidem suam non Boemiae modo, uerum etiam totius terrarum orbis imperio sibi antiquiorem esse dixit, & ut à similibus consilijs deinceps abstineret edixit. Ioachus. Curcus in Silesiae Annalibus.

TRANSVGAS REDDENDO.

Romani Porfena regi obfides dederat ex patris praetextatos decem, & totidem uirgines, in quibus Poplicolae filia erat Valeria, alius Virginia. Illa cum per aestum lotum in Neberim descendisset, ubi nullam stationem uidit, neq; ullos praetereuntes alios aur prauehentes, ardor cepit eas rapidum altumq; fluuium tranandi. Sunt qui dicant unam eam, Cloeliam nomine, equo traicisse, excitatq; & confirmasse alias natantes. Ut sospites ad P. Val. Poplicolam Cof. uenerunt, non laudauit ille nec probauit factum: sed tulit molestè, si Porfena ipse inferior uideretur fide, & audacia puellae fraudis suspitione inuoluta Romanis esset. Comprehensas igitur ad Porfenam remisit. Ut uidit Porfena reditas uirgines, auctorem cepti requisit ut aliarum hortaticem. Auditò nomine Cloelae, intuitus eam placido & leni uultu, equum ex regis ad duci eximio intratum ornatum iussit, cumque uirginum dono dedit. Hoc testimonio auitur, qui unam Cloeliam referunt equo fluuium superasse: quod alij negant, sed honoratam ab Hetrusco uirilem eius audaciam. Huic statua equestris Via sacra, qua ascenditur in Palatium, posita est. Alij non Cloeliam eam, sed Valeriam afferunt esse. Plutarchus in Poplicola, & de Vir. mul. Liuus lib. 6. Decad. 1.

SECRETATA DICTA FACTAUE non rimando.

Consule Tit. Humanitatis erga hostes.

ATHENIENSES Philippo captis tabellariis, hostis sui, ceteras literas legerunt, solum epistolam Olympiadum non soluerunt, sed bona fide obfignata ei remisere. Plut. in Demet. CN. POMPEIUS Magnus, cum Sertorio literas in Hispaniis interceptisset, in quibus erant inclusa complurium ducum epistolae, Sertorium ad nouandas res, statumq; ciuitatis immutandum Romam inuitantium: exussit omnes, & ferens silentium hostium literis, quo docuit, quantum sit crimen, alienas resignare literas: aut quod tibi per literas obfignatas credium est, sub dium efferre. Plut. in Rom. Apophtheg.

VICTOS CLEMENTER TRACTANDO.

POLYDORVS cum prosperè contra hostes pugnaffet, hortabatur eum socij & milites, ne eam opportunitatem praeteriret, sed aggressus hostium muros, ciuitatem illorum caeperat. Id enim factum fore facillimum, quum interfecisset uiris, solae mulieres essent reliquae. His respondit Polydorus: Mihi patri Maris alea rebellantes dequincere honestum est. Ceterum quum pro agis pugnam, urbem uelle capere, non ab hoste esse iustum. Si quidem huc ueni agros recepturus, non urbem occupaturus. Plut. in Lacon.

POP. Romanus, cum P. Claudius Camerinus, ductu atq; auspicijs suis captos, sub hasta uendidisset, est ærarium pecunias, sine agris auctos animā aduertebat, tamen quia non parum liquida fide id gestum ad imperatore uidebatur, maxima cura conquisitos redemit, hisq; habitandi gratia locum in Auentino assignauit, & praedam restituit: pecuniam etiam non ad curiam, sed ad sacra aedificanda, sacrificiaq; faciendatribuit: iustitiaeq; praestissimo tenore effecit, ut exiio suo letati possent, quia sic renati erant. Val. lib. 6. cap. 5.

Turicæ classis praefecti, quum anno 1537. Castrum oppidum octo millibus passuum ab Hydrunte situm, contra datam fidem diripiissent, & captiuos oppidanos in classem deduxissent: SOLYMANVS Imp. expiandam omnino esse eius patrii facinoris infamiam putauit, generosoq; animo, quos compenit maleficij auctores fuisse, supplicio affecit, & Castreses captiuos omnes diligentissime perquisitos, impositisq; nauigijs, ad penates suos reduci iussit. Iou. lib. 36. Hist.

DEDITIS PARCENDO.

Phaliscorum ciuitas aliquoties rebellando, semperq; aduersis contra praesertim, tandem se Q. Luctatio Cofs. dedere coacta est. Aduersus quam seueri cupiens POP. ROM. postquam à Papyrio, cuius manu iubente Cofs. uerba deditioem scriptaerant, doctus est, Phaliscos non potestati, sed fidei se Romanorum commisisse: omnem iram placida mente deposuit, pariterq; & uiribus odij non sanè facile uinci assuetis, & uictoriae obsequio, qua promissimè licentiam subministrat, ne iustitiae suae deesse, obstitit. Val. Max. lib. 6. cap. 5.

TITVS Imp. ludaeorum quibusdam, qui in extremo excidij Hierosolymitanum tempore ad se cōfugerant, ueniam dedit, quamuis necessitate, nō uoluntate eos uenisse sciret, plus fidei quam iracundiae tribuens. Iosephus lib. 7. cap. 9. belli Iud. SALADINVS Aegyptius, qui Hierosolymitanum regnum Christiano nomini tandem uniuersum abstulit, quum minutissimum castellum à Christiano homine eius praeside recepisset, qui diu ab eo obfessus, multaq; pericula passus, tan-

dem ingenti fame coactus deditioem fecerat, ea conditio ne accepit, ut ipse cum suis omnibus inde abiret. Saladinus eum non solum incolumem cum reliquis omnibus esse uoluit, sed & inter familiares asciuit, & aburare Christianae fidei sacramenta uolentem, amplissimis onatum muneribus dimisit. Egnat. lib. 6. cap. 6. & Aemilius.

Magnus CONSALVVS & summae prudentie & moderationis eximia laudem ex ea passione, cum Gallis dedita Caiceta dimissis inita, consecutus est, utpote qui uel in multa spe opulentiore uictoriae militum suorum sanguine abuti noluerit, ratus omnino parcendum esse deditis, qui uirtutis & clementiae suae testes Consalui nomen in prouincijs celebrarent: tantam uerò, ut inuiolati, benigneq; habiti dimitterentur, curam, diligentiamq; adhibuit, ut quum Heluero praetereunti Hispanus miles torquem rapaci manu detrahere conaretur, re cognita Hispanum uel in mare fugientem persequutus, ad actū equo sua manu grauissimè uulnerarit. Iouius in Consaluo.

Quum Galli Hispanos Baroli obfiderent, atq; emulatione uirtutis utrinque saepe certaret, necesse erat singulis propè diebus multos capi ac interfici, quod plerumque dispositis infidijs, & nonnunquam apertis in campis ex occurru iusta penè acie dimicarent. In redimendis autem permutandisq; captiuis, crebrae contentiones, querelaeq; utrinq; ducum & militum animos exagitabant, quū æquo saepe grauius precium captiujs imponeretur, neq; ullos unquam pares obla ta permutatione, militaris auaritia reperiret. Quibus contentioibus obuiam eundum ratus CONSALVVS Magnus Hispanorum dux, cum Namurtio Gallorum Imp. egi per scriptis legibus, ut gregario pediti mensuri stipendij, & trimestris equiti precio libertas constaret: cohortium autem praefecti atq; signiferi semestris stipendij summa multarentur: annum porò legatus alae persolueret: ceteri duces ex ordine nobilium, si caperentur, ex summi ducis arbitrio precium penderent. Edixit autem, seueriq; singulos duces admonuit, ut benignè ac liberaliter captiuos custo dirent. Hoc enim ad famae decus requirebat, ut Hispani non uirtute tantum Gallos, sed humanitate & munificencia superare niterentur. Iouius in Consaluo.

Galli ab LVDOVICO Sforcia obfessi, Nouariae defensionis spe amissa, incolumes cum rebus suis abeundi fide accepta, urbem dederunt. Qua ille fide, et si quod illorum militum caedes magni ad uictoriam momenti esset, à multis, qui, si magnorum uirorum auctoritate & exemplis, imperij augendi gratia fidem uogellare liceret, multo magis consuendi licere aiebant, ad frangendam impelleretur, constanter seruata, Vercellas usque comitatos, incolumes dimisit. Guicciardinus libro 4.

SOLYMANVS expugnata Rhodo insula, cōuentiones quas de deditioe cum Philippo Villadamo Gallo, Rhodiensū equitum Magistro, iniit, religiosissimè seruauit: praeterea res diui Iohannis templo sacras ne attigit quidem, à quibus nostri milites uix abstinuissent. Quum enim triginta millibus hominum comitatus Rhodum esset ingressus, ne unum quidem uerbum est unquam ex alicuius ore audidit, aded ut milites per urbem incedentes, monachi Obseruantes, quos uocant, esse uiderentur. Iouius in uita Solymani.

DEDITOS DEFENDENDO.

CALYCRATIDA classis praefectus, à Lyfandri amicis sollicitatus, ut quendam ex inimicorum numero permitteret ipsi interimere, & acciperet talenta quinquaginta: tametsi uehementer opus haberet pecunijs ad soluendum nauis stipendij, plus tamen ualuit in hostem pietas, quem saluum esse cupiebat, quam pecunia in summa etiam rerū penuria. Plutarchus in Lacon. apoph.

DEDENDO SE HOSTIBVS.

Miltiades coloniam ducens in Cherfonnesum, cum accessisset Lemnum, & incolae eius insulae sub potestate redigere uellet Atheniensium, idq; LEMNIOS sua sponte facere postu lasset: illi irridentes responderunt, Tum id se facturos, cum ille domo nauibus proficiscens, uento Aquilone uenisset Lemnum. Hic enim uentus à septentrionibus oriens, aduersum tenet Athenis proficiscentibus. Miltiades moradi tempus non habens, cursum direxit quò tendebat: peruenitque Cherfonnesum. Ibi breui tempore Barbarorum copijs distictis, tota regione, quam perierat, positus est. Cherfonneso constituta, Lemnum reuertitur: & ex pacto postulat, ut sibi urbem tradant. Illi enim dixerant, cum uento Borea domo profectus, eò peruenisset, sese dedituros. Se autem domum Cherfonnesi habere. Cares qui tum Lemnum incolabant, & si praeter opinionem res ceciderat, tamen non dicto, sed secunda fortuna aduersariorum capti, resistere ausi nō sunt, atque ex insula demigrarunt. Probus in Miltiade. At Herodotus libro sexto aliter recenset historiam. Vide Titulum, Oracula famis uel siccitatis amolienda.

DE CARCERIBVS NON FUGIENDO.

Erant Venetiis in urbana periberali custodia & alibi Maximilianus I. Imp. ad aquę Martinianę pontem sex Praefecti capti...

REDEVDNO IN CARCERES.

Legati Rom. ad Pyrrhum de captiuis redimendis uenerunt, atque inter eos C. Fabricius. Cuius uirtutibus uarię exploratis...

M. AT T I L I V S Regulus ex uictore speciosissimo, infidiis Hafdrubalis, & Xanthippi Lacedaemonij ducis, ad miserabilem captiui fortunam deductus, ac missus ad S. P. Q. R. legatus...

DEFENDENDO.

P. Scipio Africanus a Tribu. plebis pecuniam ab Antiocho accepta accusatus, cum in Linternum secessisset, ac L. frater absentia causam in aegritudinem recessit...

Decem illi (quos post Cannensem pugnam iuratos ad Senat. missi sunt Hannibal) maxime ob fidem seruatum laudandi sunt. Ex decem enim nobilibus qui tum erant missi, NOVEM reuerfi sunt...

Gallorum rex IOANNES primus, praelio uictus, captusque apud Pidones ab Edouardi tertij Britannorum regis filio Galliae principe...

Philippus Pulcher Guidonem Flandriae comitem cum filio ceperat. Rebellantibus subinde Flandris, a rege dimissus fuit custodia GUIDO senex...

RENATVS Barri ac Lotharingae dux, cum bellum ei esset cum Antonio Valdemontis comite, in praelio a militibus Philippi Burgundionum ducis captus, dimissus est: data fide, quoties uocarentur rediturum se...

REDIMENDO SE AB HOSTE.

Captus a Saracenis comes Pictauiensis, frater S. LVDOVICI Francorum regis, ducentis librarum millibus redemptus est, Philippi Montfortij opera...

POLITICA FIDES ERGA HOSTEM SE MANIFESTAT

Expugnata Ptolemaide a Philippo Francorum & Richardo

Anglorum regibus, inter captos erat quidam CHARACVX prudentia fama nobilissimus. Hic a custodia praefecto rogatus, ut Quo pacto Latini parare perpetuoq; tueri sacrum regnum possent...

INTERCEDENDO.

ARISTIDES, Iustus cognomine, quendam rem egerat. At quem iudices post Aristidis accusationem nolle audire reum, sed protinus ad suffragia, quibus eum damnaturi erant...

DEFENDENDO.

P. Scipio Africanus a Tribu. plebis pecuniam ab Antiocho accepta accusatus, cum in Linternum secessisset, ac L. frater absentia causam in aegritudinem recessit...

Decem illi (quos post Cannensem pugnam iuratos ad Senat. missi sunt Hannibal) maxime ob fidem seruatum laudandi sunt. Ex decem enim nobilibus qui tum erant missi, NOVEM reuerfi sunt...

Gallorum rex IOANNES primus, praelio uictus, captusque apud Pidones ab Edouardi tertij Britannorum regis filio Galliae principe...

Philippus Pulcher Guidonem Flandriae comitem cum filio ceperat. Rebellantibus subinde Flandris, a rege dimissus fuit custodia GUIDO senex...

RENATVS Barri ac Lotharingae dux, cum bellum ei esset cum Antonio Valdemontis comite, in praelio a militibus Philippi Burgundionum ducis captus, dimissus est: data fide, quoties uocarentur rediturum se...

REDIMENDO SE AB HOSTE.

Captus a Saracenis comes Pictauiensis, frater S. LVDOVICI Francorum regis, ducentis librarum millibus redemptus est, Philippi Montfortij opera...

POLITICA FIDES ERGA HOSTEM SE MANIFESTAT

Expugnata Ptolemaide a Philippo Francorum & Richardo

Titum filium ab hominibus relegasset, & ruri habitare iussisset. Quo d cum audiuisset a dolescens filius negotium exhiberi patri, accurrisse Romam, & prima luce Pomponij domum uenisse dicitur...

FIDES IN CONTRACTIBVS VOLVNTARIIS QVI- buscunq; Huc pertinet IVSTITIA circa

LEGES. BONAS LEGES

CONSERVARE.

LYCVRCVS Lacedaemoniorum legislator, patria excedens, iureiurando ciues suos adegit, ne prius leges suas mutaret, quam ipse reuersus esset...

Paulanias Plistonaeus filius, cuidam roganti, quomodo rem apud SPARTANOS nefas esset ullam praeficam noua legum? Quoniam, inquit, legibus conuenit auctoritas in homines, non hominibus in leges...

OBSERVARE. HVIVS SVNT LOCI

Magistratus qui legibus paruerunt.

AEgyptiorvm reges, pro consuetudine recepta, nil agebant propriis affectibus, sed omnia iuxta legum decreta. His enim nec iudicandi, neque pecuniam congregandi, neque puniendi quaequam per superbia erat...

Quam ALCAEMENEM, Telecri filium, quidam interrogasset, quomodo munerata Messeniam oblata ita recusasset? Quoniam si acceptum, inquit, cum legibus pacem habere non poteram...

PISISTRATVS tyrannus Atheniensium, ut legibus Solonis pareret, de eade apud Areopagitas accusatus, mox deesse ad iudicium stetit ad causam dicendam: quam tamen deseruit accusator...

ACESILAVS parte magna Asię subiugata statuerat in ipsum mouere regem, quod facultatem ei Graecorum concionatores per otium redimendi praecideret. At reuocatus ab Ephosis ob urgentis in faucibus Spartę bellum Graeci, quod missa pecunia rex Persarum edictauerat...

Diphidas magistratum Spartanorum mandato praecipit ACESILAO, ut concessum ex itinere Boeotiam incurfaret. Quod etsi facere maiore post instituerat apparatu, quia non putabat tamen non parendum magistratibus, cupatis cohortibus duabus de exercitu, qui apud Corinthum bellum gerebat...

ANTIGONVS tertius scripsit cluitatibus, Si quid scripsisset, quo quid cora leges imperaret, ne pateret ut decepto sibi, Plutarchus in Apophthegmatibus.

Chim Syraculij sumus in funeribus consuetos coeueissent, adlectis etiam in lege exprellisq; funerum actionibus, GELO rex cupiens populi uoluntatem in omnibus sequi, suoq; exemplo plebs scita comprobati, legem quam de sepultura uoluerat, in se ipso seruauit. Na morbo acri correptus, cum iam de uita & salute desperaret, Hieroni fratri natu maiori regnum tradidit, praecipiens de sepultura & funere suo ne ulquam discederet a lege...

distinxit iurauitque se illum statim interfectorum, nisi iurandum sibi dedisset, se patrem esse missum facturum. Iurauit hoc terrore coactus Pomponius: rem ad populi delictum: docuit cur sibi a causa desistere necesse esset: Manium missum fecit. Tantum temporibus illis iurandum ualebat. Cicero libro tertio Officiorum, & Valerius Maximus libro quinto, capite quarto.

eam usq; locum perduxit, qui ab urbe ducta aberat stadia. Eo illic condito, populus sepulcrum elegans mirificiq; operis extruxit, propter res preclare gestas, ut illiq; heroicis Gelonis nomen commen dauit. Ea monumenta fuere postea a Carthagenensibus diruta: in quem Agathocles per inuidiam cruras iures solo aequauit Diod. lib. 11.

Cum ex acie Pharfalica Scipio Pompeii gener, Appius Varus Africae praefectus, & Cato minor ad Iubam regem fugissent, & Scipio simul atq; Varus CATONI summam rerum permitteret, negauit conuulsum se leges, quam causa oppugnarent conuellentem: neque se pro praetorem profectum fuerat: ac spem uictoriae uulgo ex nomine traheret imperantis in Africa Scipionis. At non multo post praefectus tunc aperit poenitere se, quod imperium permisisset ei, ratus nec bellum recte Scipionem a ministraturum nec, si praeter spem successum habuisset, usurum uictoria in ciues moderate. Plutarchus in Catone.

AVGVSTVS Imp. cum lata lege, qua iudicandi de adulteriis forma statuatur, apud eum a dolescens perpetrata cum Iulia filia adulterij accusaretur, indignationis dolorisq; magnitudine compulsus, manu sua cadere a dolescens cepit. Cum autem is contra exclamaret, Violari ab Augusto legem quam de adulteriis sanxerat: repente eius ira concidit, a dolescensq; dimisit. Atq; eo die praefectus cibo abstinuit: adeo grauitate se erratum duxit, cum legem qua condiderat, ipse uiolasset. Nam quamquam legibus praefectus, aequum tamen ducebat, non minus se quam alios legibus parere. Fulgostus lib. 4. cap. 1.

Legislatores qui legibus a se postis seorsu stauerunt.

TENNES Tenedioru rex, ex maris periculo seruatus, in quod ob falsam adulterij suspicionem proiectus erat a patre, legem tulit, ut si quis adulterum deprehendisset, eum securi trucidaret. Deprehenso uero filio ipsius, rogatus rex, Quid faciendum esset respondit, Lege uteretur. Ob hanc causam in altera parte nomismatum suorum securim infculpsit, in altera uisi atq; mulieris faciem ex uno collo dependentem. Hinc prouerbium, Tenedia securis. Erasmus.

ZALEVCVS urbe Locrensium a se saluberrimis atq; utilissimis legibus munita, cum filius eius adulterij crimine damnatus, secundum ius ab ipso constitutum utroq; oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem patris necessitate poenae a dolescens remitteret, aliquandiu repugnauit. Ad ultimum precibus populi uictus, suo prius, deinde filij oculo eruto, usum utriusque uidendi reliquit. Ita debitu supplicij modum legi reddidit, aequitatis admirabili temperamento se inter misericordem patrem, & iustu legislatorem partem. Valer. Max. libro sexto, cap. 5. At Caellus libro 18. capite 19. A. L. Zaleuco tribuit Charonda factum, errato forsitan scriptore.

CHARONDA S Thuriorum legislator, cum in agrum exiitisset gladio accinctus propter latronum incurfationes, atque in regressu suo conuocata forte concione tumultuosos excitari, miseriq; plebem, & agitari uarię per facinorosos & seditionios uiros audisset, immemor gladij ad latus pendens, properat in concionem. At cum lege a se cautum, capitalęque iudicatum esset, ne qua quis causa in concionem cum armis prodiret: quidam ex amulis repente in clamant, Leges, quas condidisti, nobisq; composuisti, Charonda, primus praenaticari a dorus es. Minime hercle, inquit: quin ratam faciam, concessimque stricto gladio sibimet, conspicientibus omnibus, iugulum aperuit. Diodorus lib. 12. & Valer. Max. lib. 6. cap. 5.

DIOCLEVS Syraculij leges scripsit post uictos Athenienses. Hic cum seueritate in exorabili delicta persequeretur, errantelq; summoa proflus uenia puniret, inter leges hanc inseruerat, ne cui cum armis in forum & concionem prodire liceret. Si quis id transgressus esset, capite puniretur. Neque imprudentia, neq; alij culpam in ea re necessitati ulla exceptione cautum erat. Quadam die cum nuntiatum esset, hostes in agrum intruissse, gladio accinctus obuiam properabat. Tum repente seditione & tumultu circa forum excitato, eueniens imprudenter, uti erat accinctus ense, procurrat in forum ibiq; a quodam priuato forte obseruatus, cum clamasset

maffer ille, quod leges ipse suas transgredi atq; antiquare cepisset: ad infansatem conuersus, magna uoce respondit: Minime hercle, quin eas sanciam. Eo dicto, gladium illicò stringens, sibimet per iugulum adegit. Diodorus lib. 13.

Prinati legum obseruatores.

Archidamus Zeuxidami filius, cridam rogati, Quinam essent SPARTANÆ ciuitatis præfecti? Leges, inquit, ac legitimi magistratus. Plutarchus.

Sp. Carbilus Ruga cum uxorem duceret, Censoribus iurare coactus est, uxorem se librorum habendorum gratia habiturum. Verum cum postea ex sterili uxore liberos procreare nequiret, primus fuit qui uxorem sibi carissimam apud Romanos repudiavit, ne iuramento non satis facere diceretur. Dionysius Halicarnasus lib. 2. Gell. lib. 4. cap. 3. Plut. in Numæ uita. Val. Max. lib. 2. de Instit. antiquis.

LEGES DEFENDERE.

CAROLVS Magnus gladij capulo, cui insignia sua inerant, edita signata. Eiusdem enim esse dicebat, & confirmare & defendere leges. Acgid. Corrozetus, de Ditis memor.

TRIBVTA. TRIBVTORVM EXACTIO IVSTA.

ARISTIDES Atheniensis post uictum Xerxem regem Persarum, statim consulit fociis, ut aduocato communi cõuentu, in Delo publicum ærarium statuerent, pecuniamq; omnes undiq; coactas illic reponi iuberent, & aduersus suspectam deinceps belli Persici eruptionem se munire uellet: proinde singulis urbibus uectigalia pro cuiusq; facultate imperarent, ita ut inde ad quingenta uel sexingenta talenta exigerentur. Socij ad ea consentientes, eum ipsum ab Atheniensibus postularunt, eiq; negotium dederunt, ut inspecto agro & uectigalibus, præscriberet, pro cuiusq; facultatibus & opibus, quantum penderet. Qui cum tantæ rei haberet arbitrium, & cum Græci quodammodo summam rerum ad unum eum detulissent: pauper profectus est, & reuersus pauperior: tributiq; descriptionem non solum innocenter & equaliter, sed etiam grãtè omnibus atq; conuenienter fecit. Ve enim Saturni regno prisci, iã Atheniensium socij descriptionem ab Aristide tributum, felicitatem Græciæ appellantes, ferebant illud in cælum: maximè quia non multo post duplucatum, mox triplicatum fuit. Plut. in Aristide, & Diod. l. 11.

Cum principes Syriæ & Phœniciæ urbium Alexandriæ conuenerent, uti auctiori uectigalium interessent, cum dies auctioris uenissent, licitabantur nobiles suæ quisq; patriæ uectigalia: & cum o cto millia talentorum colligerentur è uectigalibus Cælosyriæ, Phœniciæq; & Iudææ, ac Samariæ, IOSEPHVS Iudæus Hircani pater (qui ad Ptolemæum Euergetem legatus missus fuerat) culpabat illos licitatores, tanquam de composito tam paruum regi precium promitterent. Se enim paratum duplum numerare, relictis regi daturorum confiscationibus, quæ prius publicanis foiebant accedere. Rege libenter hæc audiens, & ut amplificatori re dituum suorum additurum se promittente, rogãtè tamen Equos fideiufsores haberet? fectiue respondit, daturum se homines probos & honestos, quibus non grauarer credere. Quos ut profertet postularus: Te, inquit, rex dabo, tuamq; coniugem, ut alter alteri pro me fide iubeat. Tu rex arri dens permittit eum abiq; fideiufsione habere uectigalia. Iosephus autem acceptis a rege duob. militib. millibus, Afcalo nitas & Scythopolitas tributū dare negãtes, opib. iis ad stabiliendam potentiam suam usus est. Iosephus lib. 12. cap. 4. Antiq.

BONORVM COMMVNIVM DIVISIONEM. PVTA

AGRO RVM.

ABRAHAMVS discipulus à Lotho nepote, ob iurgia pasto rii mutua, dedit ei optionem, ut eligeret partem quam uellet. Pulcrè partitio fit, ut maior diuidat, & minor eligat. Gen. 13. LYCVRGVS cū partitus agrū esset, omnibusq; ciuib. sortes æquales distribuisset. ferunt postea peregrinè reuertentem agrum singulis modò demellis peragrãsse, cernentemq; aceros comparatos æqualiter & pares, legum aridentemq; comitibus dixisse: Nonne totam Laconiã dicas multorum fratrum, qui modò eam inter se sint partiti? Plut. in Apoph.

ANNONÆ.

MOSYNI populi frumenta omnia æqualiter distribuabant, partem tantum aliquã communiter pro hospitib. aduenientib. seponentes. Stob. ferm. 42. ex Nicolao de gentiū morib.

MVNERYM.

ALEXANDER Seuerus Imp. aurum & argentū rarè cuiquã nisi militi diuise: nefas esse dicens, dispensatorem publicū in delectationes suas suorumq; conuicere id, quod prouinciales dedissent. Lampridius.

PRÆDE.

DAVID Amalchitas, qui Sicelegum ex improuiso adorti ce-

perant, mira securus celeritate, crapula obrutos ad unum necauit. Captiui cum omni præda recepti. Negare milites, qui hostes secuti fuerant, eorum rationem in diuidenda esse habendam, qui in castris remansissent. Cõtrã tendere illi, qui ferme 200. erant, nec passuri uidebantur, quando uelut præsidio in castris fuissent, se præda fraudatum iri. Et iam res non procul à seditione aberat, quum Dauid pronuncia uit prædam ex æquo diuidendam, quoniam qui castra obiuissent, & ipsi militare obiuissent munus. Mansitq; iam in de mos ille in gente, ut quicquid esset expeditione quaesitū, æqua forte cum stationariis militibus diuideretur. Sabellicus lib. 2. En. l. ex. Reg. 10.

M. CATO, Hispania citiore subacta, militibus, præter compendium ex bello magnum, libram argenti in singulos diuisit: ad id, factus esse multos Romanos cum argenteo quam cum auro paucos domum regredi. Ad se uerò, præter eculenta & potulenta, negauit ex præda quicquam reddisse. Neque reprehendo, inquit, eos, qui hinc emolumentū captiuum uerum malo de uirtute cum optimis, quam cum diuitibus de pecunia, & cum auarissimis certare de quaestu. Neque se solum, sed & comites suos præstabat ab omni captiua imegro. Plutarchus in Catone.

Cum PROBVS (qui postea Imp. fuit) a deo iussit inter milites suos spolia diuideret, ut nil præter tela & arma sibi retineret; quin etiam cum in præda (an ex Alanis, siue ex aliqua gente, incertum est) reperit esse equum non decorus, neq; ingens, qui, quantum captiuo loquebantur, centum ad diem milliaria currere diceretur, ita ut per dies octo uel decem tenuaret, & omnes crederent Probum tale animal sibi miseraturū, iam primum dixit: Fugitio militi potius, quam forti hic equus conuenit. Deinde in uiam militaris iussit nomē suum mittere, ut aliquis cum sorte ductus acciperet, & cum esset in exercitu quidã, nomine Probi, alij quatuor milites, casu euenit, ut primum emergeret, eui Probo nomē existeret, cum ipsius Probi ducis nomen missum non esset. Sed cum quatuor illi milites inter se contenderent, & sortem sibi quisque defenderet, iussit iterum agitari uiam: sed & iterum Probi nomen emerit. Cumq; tertio, & quarto scilicet, quãtò Probi nomen effusum est. Et omnium consensu ipsi Probo equus datus. Vopiscus.

Sub Sigismundo Imperatore, Boemilatrores, duce EXAMITA Hussita, prædam inter se in sine cuiusq; mensis æqualiter diuidebant. Aencas Syluius cap. 1. Europæ.

PROMISSA. FIDES IN PROMISSIS, PACTIS.

Consule Tit. Fides erga hostes. Reduendo in carcerem. Item Fides erga amicos. Liberando e carere.

SCYTHES Zandæorum tyrannus, captus ab Hippocrate Gæla tyranno, & in Inycum relegatus, profugit in Himeram, atq; illinc transiit in Asiam, ac fectidit; ad Darium regem: quem Darius iustissimum uirorum omnium censuit, qui è Græcia ad se ascendissent. Nam cum exorator rege in Siciliam abisset, rursus è Sicilia ad regem rediit, fide seruata, donec natu grandior ac beatus apud Persas excessit diuiti, Herodorus libro sexto.

Sp. Carbilus cognomento Ruga, M. Attilio, P. Val. Cofs. uxorem suam primus apud Romanos repudiavit, quòd ex corporis uitio sterilis esset: cum inter maritum & uxorem à condita Vrbe ad annum usq; uicesimum tertium & quingentesimum, nullū repudium fuisset. Causa repudiij fuit, quòd iurandi religionem animo atq; amoris (quo uxorem propter suauissimos mores prosequeretur) præponebat. Namque iurare cõsorbis coactus erat, uxorem se liberorū que redorū gratia habiturum. Dionys. Halicarn. lib. 2. Val. Max. lib. 2. cap. 1. Gellius lib. 4. cap. 3. Plutarchus in comparatione Numæ & Lxcurgi.

L. Manlio Imperioso, A. filio, cum Dictator fuisset, M. POMPONIVS Tribunus plebis diem dixit, quòd is paucos dies, licet occasione bene gerendi belli, ad Dictaturam gerendam addidisset. Criminabatur etiam quòd Titum filium, qui Tot quatus postea est appellatus, ab hominibus relegasset, & ruri habitare iussisset: itaq; hunc publicis uisibus subtraheret: cum nihilominus qui liberi nostri sunt, nõ tam nobis quam Recipublicæ nascantur. Sed cum audisset adolefcens filius negotium exhiberi patri, accurrisset Romam, & prima luce Pomponij domum uenisse dicitur. Cui cum esset nũciatum, quòd illum iratum allaturum ad se aliquid contra patrem abituraretur, remotis arbitris ad se adolefcetem uenire iussit. At ille ut ingressus est, confectum gladium distinxit, iurauitque se illum statim interfeciturum, nisi iusturandum sibi dedisset, se patrem missum esse facturum. Itaq; iurauit hoc terrore coactus Pomponius, rem ad populum detulisse, docuit cur sibi à causa decessere necesse esset, Manlium missum fecit. Tantum temporibus illis iusturandum ualebat. Cicero lib. 3.

lib. 3. Officiorum, Valerius Maximus lib. 5. cap. 4. & C. Plinius de Viris illust. AURELIANVS Imp. quum Tyanam uenisset, eamq; occlusam reperisset, iratus dixit: Canem in hoc oppido non reliquam. Quia uoce milites crecti in specm prædæ, cum Heradamon urbem prodidisset, noluit tamen ut urbs diriperetur. At tamen ne mendacium dixisse uideretur: Agite, inquit ad milites, canem negauit me relicturum: canes omnes occidite. Vopiscus in Aureliano.

LEONEM Magnum, recens imperium adeptum, crebris flagitationibus urgebat Alpar, cuius auctoritate Imperator declaratus fuerat, ut quem admodum promississet, alterum filiorum suorum Cæsarem appellaret. Quum contaretur, purpura eius prehensa, Imperator, inquit, hac ueste indutum mentiri, nefas est Cui respondit ille, Etiam cogi, & iustar mancipij trahi, nefas est. Sed quum tandem resistere non posset, nec cessit cedens, filiu illius è Patricio Cæsarem fecit. Zonar. Exgenti promissa ueterano militi cum diceret SI GISMVNVS Imp. At immoderata fuit petitio tua, respondit miles: Poteras negare cum peterem. Nunc sine turpitudine quod promissum est, rescindere non poteris. Tum Sigismundus, Si ex duob. alteri me ferre oportet, facilius rerum quam famæ iacturam (subibo. Aen. Syl. lib. 3. Com. in Panomitam. Canutus 111. Danie rex, cum post mortem patris Canuti 11. Noruagiæ regnum Magnus S. Olaui Occupasset, & Angli quinque annos defectionem uideretur meditante Angliæ regno excederet, cum Magno pactus est, ut qui prior decessisset, eius regnū superstiti cederet. Anglia interim per biennium constituta moritur. Sueno, Canuti 11. ex forore Estritha & Viuone Sueco F. cognationis iure regnum petit. Vicifim quoq; Magnus, mutua pactiois lege, ipsiusq; Canuti testamento legatum. DAN 1 facta competitorum æstimatione, regum suorum sanguinem repulsa ignominia fœdare, quam iurifuram diuinculum rumpere maluerunt, se plus religioni quam regno debere confessi. Saxo lib. 10.

MAGNVS Suecia: rex Alberto duci Megapoliensi Euphemiam sororem an. 1336. desponderat. Aliquot post annis filio suo Aquino Noruagiæ regi Elisabetham, Henrici Holstorum comitis germanam, missis procerib. iusserat adduci. Pacta matrimonij talia fuere, quòd nisi Aquinus distam puellam acciperet, omnes illicò regni proceres à sacramento, quod Magno regi suo debebant, essent liberi. Nauigarunt cum puella Sueciam uerfus proceres: sed eos uentus in portum Daniæ impulit. Rex Valdemarus quum intelligeret profelionis causam: animo se uoluit expedire regnis, ut thori illi filia sua teneret. Ergo a duenis hospitaliter habitis, & asseruatis, regè Sueciæ Magnū euocauit, cum filio Aquino: & ostendens quàm magno trium regnorum commòdo pax iugalibus sacris fociari posset, Magnum Sueciæ regem permouit, ut Aquino filio Margaritham Valdemari filia iungeret. Nuptijs uix peractis, Blanca regina Sueciæ & Christophorus unicus Valdemari filius diem suum obierunt. Suecia proceres soluti sacramento, quod regi suo debebant, de implenda fide cogitabant. Erant autem pacta dotalia firmissimis & maximis uallata pœnis. Nam si de parte Henrici comitis impedimentum daretur, quòd minus spòsalia impleretur, arcem Calmeren (quam de regno Sueciæ tenebat Henricus in pignus) amitteret, & sexaginta millia auri talenta persolueret. E diuerso, si de regis parte stare, quò minus impleretur nuptiæ, ipse regno cederet, & omnium sacramenta ab illo laxata, ad Henricum comitem transferret. Comes ergo qui fortunam suã per multas tetras expertus, ubiq; fortissimus & fortunatissimus habebatur, proceres commonefecit sub honore militari, ut dicto parerent: quòd nisi faceret, apud omnes principes infamiam eorum denudandam. Proinde illi cum adierunt in Holstia, regnum illi ex pacto cedere offerentes, se se ad omnia parituros pollicuti. Ille actis gratis pro fide, se regno testatus imparem, illos remisit ad Albertum ducem Megalopolensem. Iocerrum suum: quem cumq; illi ex tribus eius filiis, ex Euphemia sorore Magni susceptis, Henricum, Albertum, Magnum, elegissent, in eum se ius suum omne refususum. Illi delegere Albertum medium: cumq; illo in Sueciam nauigaueret. Interim euocato ad causam Magno, ut (si posset) se tueretur, quum minime compareret, in ipsa Quadragesima iterum euocauit: eumq; rursus non compareret ob cõtumaciam regno deiecerunt. & unanimi consensu Alberti regem constituerunt. Magnus contra istos quos ex multis reliquos habebat amicos, uocato que in auxilium filio, arma mouit in Albertum. Sed ubi amis nil profecit, tandem miserabili oratione regium titulum cum omni iure regni in Alberti contulit, & ab eodem uicissim occidentiam Gothiam ad mortem usque obtinuit. Cranzius lib. 5. Sueciæ cap. 30. & 31.

Boemii fide publica ad BASILIENSIS concilij misere Procopium capitaneū, cum aliquot doctis artij magistris: nã alia u facultati doctores nec habebat, nec habere curabat. Fide

interposuere marchiones duo, Fredericus de Brandeburgo, & Vilhelmus de Badè, Nurenberga & Egra urbes, ituros & redituros securè Boemos, habendosq; pacifice, neq; concumelias in uerbo, aut nutu, aut facto leuissimo afficiendos. Si quid horu uiolaretur, principes omni iure Boemoru captiuos, urbes futuras in Boemoru potestate. Seruata est illis fides, & Cranzius lib. 11. Vandaliã, capite 25.

CAROLVS V. Imp. in comitijs Vormaciæ habitis an. Christi 1521. etsi sollicitaretur à quibusdam principibus Germaniæ, ne fidem seruaret Lutheri

fidem tamen seruauit inuiolatam, & illum incolumem rursus domū per caduceatorè deduci mandauit, Ludouico Palatino Rhemi maximè urgente. Interrogatus, Cur id faceret? respondit: Fidem rerum promissarum, etsi toto mundo exulset, tamen apud Imp. cõsistere oportere. Gulielmus Zenocarus, in uita Caroli.

PECVNIAM PROMISSAM, REDDENDO.

ZENO cuidã promiserat quingentos denarios mutuo. Admonitus ab amicis, hominè esse male fidei, tamè credit, uel ob hoc quia promiserat, & summa erat exilis. Erasmus in Adag. FRIDERICVS dux Austriæ, Alberti Cæsaris filius, commissurus prælium aduersus Ludouicum Baioarium, qui cum de imperio contendebat, quauis accepisset Marchiones Brandenburgenses cum hostibus sentire, his tamen promissam antè pecuniam numerauit, alienam fidem acculari, quàm suam malens. Aen. Syl. lib. 3. Com. in Panor.

AES ALIENVM DISSOLVENDO.

Demosthenes aduersus Leptinè, probans non esse uiolandam fidem, narrat XXX. tyrannos Atheniensiu mutatos fuisse pecuniã à Lacedæmoniis contra ATHENIENSES illos, qui Piræu oppidum occuparant: quã cum postea reb. compositis receptaq; Rep. repeterent, missis oratorib. Athenas: inuenirenturq; qui æquū censeret reddere illos, qui accepissent, quorumq; utilitatib. seruisset, id est eos, qui in urbe tuc erant, atq; illic dominabantur: aliis cõtrã censentib. illã soluendam esse ab omnib. ciuib. futurumq; id argumentum uerè reconciliatorum animorū, & unius corporis ciuitatis: populum statuisse, se quoq; cõferre participemq; esse illius sumtus, ne fides ullam in partem laboraret

Quum Athenienses olim sacrificia instituisent, petentq; à ciuib. ut uniusquisq; aliquid de suo ad cõplenda sacrificia adderet, PHOCION Atheniensis efflagitatorè respondisse dicitur: Puderet, si uobis adderem, ac huic, cui debet iure, nihil redderem. Sunt qui putent se Deo facere rem gratam, si ad cultum idolorum multos conferant numos. At Phocion sensist Deo multo gratius esse, si satisfacias iis quib. debes. Plutarchus in Græcorum apophthegmatus.

PYTHAGORICVS quidam philosophus comens sibi à futore cælceos, non promptam habens pecuniã, orat ut in crastinum expectet diem: quo cum uenisset satis facturus, audit futorem iam iam defunctum esse. Non faciens igitur mentionem pecuniæ, numos non inuita manu domū, gratulabundus de facto iam lucro, retulit. Verum cum scelens conscientia subinde torqueretur, arrepta pecunia ad futoris tabernam regreditur, & pecuniam in futoris domū proiciens, ait: Tibi uiuit, aliis qui defunctus est: ac sic animū à cõscientia facti liberauit. Erasmus lib. 6. A. apophthegmatus.

IACOBVS Patius, in Florentina ciuitate primarius cypis, inita contra Medices cõspiracione, pridie eius diei, quo inter cõiuratos cõuenerat, ut cædes fieret, omnib. quibus acceptas pecunias relatas habebat, ad assem soluendum curauit, ne cui unquam, si parum ex sententiã cõiuratio succcessisset, sua aduersa fortuna damno aut detrimento esset: quicquid mer cium aut domi positū, aut apud scripturã magistris ad alios pertineret, id summa religione ac fide, homo alioqui deorum contemtor, restituit dominis imperauit. Cum reliquis coniuuratis deprehensus, carnifici gulam laqueo frangendam porrexit. Brutus lib. 6. hist. Flor.

EMTIONEM & VENDITIONEM.

THYRIACI mercaturã exercentes, abq; omni dolo uendunt omnia. Apud quos si quis domū emerit, sacra faceret in Apollinis Epicoræi fanõ: si uerb prædiū, in uico què Inhabitat, & iurare corã magistratu solet, q; reuera iustè emat, nec fraudulenter agat, nec arte dolube utatur ullo. Eodem modo & magistratus quoq; uendunt iurare iubeat, q; sine malo dolo uendat. Stobæus ferm. 42. ex Theophrasti scriptis. THEMISTOCLES prædium distrahens iussit pronunciar, Etiam uicinum bonum illud habere. Plut. in Apoph. CORNELIYS aliam pecuniam onussum in forum produxit, loco sponforum, cum fundum emisset. Vnde Corneliã gēti y Y y 3 Alina

Asinae cognomentum datum est. Macrobi. lib. i. Saturn. c. 6. Q. MVTIVS Scauola Pont. max. eloquentium iurisperitissimus, & iurisperitorum eloquentissimus, cum aliquando postulasset, ut sibi fundus, cuius emtor erat, semel indicaretur, idq; uenditor fecisset: dixit se plus aestimare, addiditq; centum millia. Vsq; adeo ab officio boni uiri non discedebat. Ruilius in eius uita.

AIUNT CARTHAGINENSES, locum esse AFRICA extra columnas Herculis, habitatum hominibus: eò quoties ipsi applicuere, se morces è nauibus exponere, easq; in crepidinè terræ deinceps collocauerunt: consensit nauibus fumum excitare: fumo autem còspècto, indigenas ad mare contendere: dehinc auro pro mercibus deposito, rursus illinc è nauibus egressos precium considerare, & si dignum mercibus uideatur, eo sumto abire: si minus, consensit iterum nauibus fecedere. Illos uerò accedentes, plus auri ad id quod deponerent addere, donec persuadent. Neutros autem alteris iniuriam inferre: neq; enim fe contingere merces prius, quam ipsi sumserint aurum. Herod. lib. 4.

HERMES philosophus Aegyptius, auditor Syriani sophistæ condiscipulus Procli, sub Hadriano principe, uir nò minus iustitia quam doctriua præditus, si quid ementis minus iusto precio addideretur, ipse nihilominus iustum promebat: si quid uerò contra, non uln à appetebat. Suidas.

SCOTI ueteres in priuatis contractibus ita suum unicuique reddebat, ut ad definità mensuram auaritiâ semper quoddam accederet. Qui mos adeo inualuit hoc tempore, ut còtractum emtor dirumpat, si denegetur. H. Boeth. in Scotia.

DE PERMVTATIONEM.

Q. FABIVS Max. captiuos ab Hânibale interposita pacione numerorum receperat. Qui cum à senatu non præstarentur, misso in urbem filio, suudum, quem unicum possidebat, uendidit, cuiq; precium Hânibali protinus numerauit. Si ad calculos reuocetur, paru, utpote septem iugeribus, & hoc in Pupinia addictis redactum: si animo prerogantis, omni pecunia maluit. Se enim patrimonij, quam patriâ fidei inopè esse maluit: eò quidem maiore cum commendatione, q; promi studij certius indicium est supra iures uiri, quam uiri plus quam potest. Val. Max. lib. 4. cap. 8. & Plut. in Fabio.

DE MVTIVM, COMMODATVM, PRECARIVM.

Precauim est, ait Vlpian. quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quam diu is qui concessit petiuit. Etotom. de Verbis uiri.

Postquam exules duce Thrasybulo, urbem, eiectis Tyrannis recuperant, & alia ATHENIENSIBVS curæ fuerunt: tum etiam de his pecuniis (centum erant talenta) queri placuit, quas ciues mutuati essent à Lacedæmoniis, dū ferire malent, quam sua perdere. In dicta concione, cum multis æquū esse uideretur, ut hi Lacedæmonis satisfacere, qui mutuo sumissent: Populus tamen sapientissimè sciuit, ut id æs omnium commune esset. Isocrates in Areopagico, Xenophò lib. 2. Aemilius Probus in Thrasybulo, & Iustinus lib. 10.

IOANNES pontifex Rom. à Theoderico Ostrogotho ad Iustinum Imp. legatus missus, cum Corinthum adisset, ac terra inde pergere uellet: manuctum equum querens, unum à nobili quodam uiro, quem in uxoris māsufecerat usum, accepit, ea conditione, ut postquam ad certum locum uenisset, eum remitteret. Quod cum is præstitisset, res incidit ad admirationem insignis: quippe equus, qui sanctum pontificem detulit, postea nunquam dorso suo insidente mulierè passus est. Quare animaduersa, ille equum remisit, orans, ut possideret, quem suū sedendo fecisset. Huius historiae S. Gregorius est auctor. Sigonius lib. 19. Imp. occid.

DE LOCATIONEM, CONDVCCTIO. nem Rerum Operarū.

TOBIAS iunior Raphaeli angelo, quem Azariam esse putabat, mercedem liberaliter soluere uolebat, dimiditū decem talentorum argenti, quod è Media attulerant, nimirū quinque talenta: cum pactus tantum cum eo fuisset drachmam in singulos dies. Verum Raphael argentum repudiavit, & se quis esset, declarauit. Tobia: 12.

Antistoteles nono Moralium Nicomachiorum, narrat PROTAGORAM cum nemine discipulorum soliti pacisci, uerum ubi iam didicissent que uolebat, iubeat ipsos dispicere, quanti aestimarent ea que didicerant: & quicquid ab illis dabatur accipiebat. Erasmus in Adagijs.

APOLLONIVS Alabandensis rhetor mercede docēs, quos ad rhetoricā ineptos esse uideret, amicè dimittebat, & ad quam apti uiderentur artem, eam ut amplecterentur, persuadebat. Cic. de Oratore.

Architectus quidam Venetis geminas columnas ex Oriente

aduectas, quæ diu iacerant, nemine eas erigendi & stabilien di provinciam suscipiente, attollere se uelle promissit, annuum salarium & splendidas aedes præmium pactus, insuper ut omnibus impudè in earum basibus luderet liceret. Exertere eas alteram D. Marco, alteram D. Theodoro d. dicant VENE TI: annuum salarium decreuerunt: ludendi quoque impunitatem, non nisi longo post tempore sustulunt. Egnat. lib. 8. cap. 13.

ALFONSVS Atestinus, dux Ferrariensis, se creditorem existimari malle, quam debitorem profitebatur: id eo q; militi sua semper stipendia incorrupta fide ad diem persoluit, & nunquam optimatum artium professoribus, qui in Gymnasio iuuentem docerent, constituta præmia retardauit. Sic enim sibi cum securitatis, tum dignitatis suæ rationem constare existimabat: quorum alteram fide militum parari, alteram autem præclara florentis gymnasij existimatione sustentari, nunquam honesta: laudis oblitus, arbitrabatur. I. uis in Alfonso Atefino.

DE DEPOSITVM, FIDEI. commissum. TVM REGNI.

PITTA CVS, tyrannide sibi à ciuibus delata, tam diu illum imperium sustinuit, quam diu bellum de Sigeo cum Athenien sibus gerendum fuit. Postquam autem pax, uictoria patens est, licet reclamantibus Mityienais deposuit: sed & recuperatragri dimidiam partem consensu omnium oblatam respuit. Valer. Max. lib. 6. cap. 8.

CINNAMI Parthi fidem in regno sibi commissio Artabano restituendo, pete ex Tit. Fidei erga supplices.

Abdicauerat sese ducatu in Venetijs IOANNES Particiatus. Conferata dein ciuitate Caandri ducis casu, qui in Narentis cum tota classe uictus occubuerat: populi roga tu, rãtisper dum nouus principis crearetur, honoris insignia recepit, ne quam interrim cladem adiret respública: erentq; horatu & presentia sua ciues merore affectos. Mox uero ubi nouus est dux in demortui locum successus, uero se in ordinem redegit: de cuiusque praeclarè, ut prodesse possit tuis, non præesse, publicos honores expeti oportere. Sabellicus lib. 8. cap. 2.

BALDVINVS Burgensis, tertius Hierosolymorum rex, mortuo Rogerio (propter puerilem ætatem Boemundi iunioris, qui Rogerij nepos Boemundo seniore patre natus erat, & ea tempestate in Apulia agebat) ad Antiochenis ciuibus datam Antiocheni principatus administrationem suscepit, ingenti impendio periculoq; principatum defendit, à Turcis captus, biennio post magno auri pondere se redemit. Cum autem ad eum Boemundus iunior, repetendi principatus gratia uenisset, libere statim illum ei restituit, quem à Rogerio patre antea impetrare nequieuerat. Fulgosius.

TANCREDVS Normannus, cum apud Boemundum patrum Antiochie principem in Syria esset, Boemundo in prælio à Saracenis capto, tres annos principatum rexit: aut hinc finibus, aucto que thesauro, grandi precio patrium redemit, eiq; omnia restituit. Aemilius, & Fulgosius & Egnatius libro 6. capite.

DE VRBIS.

Accepterat Franciscus Sforcia, à Philippo Mediolanensium duce Blacam eius filiam uxorem, illegitimo thoro natus: Cremonamq; urbem, Cremonensem que agrum omnem in dotem accepit. Celebratis nuptijs profecturus in Vmbriam atque Hetruriam cum exercitu, Cremonam VENTIS commendauit. Illi curam eam suscipere: nec dubitabant bellum etiam cum Philippo gerere, qui iniquissimo se rebat animo, se foecum à genero suo contentum esse, Venetisque ipsos intra suos etiam fines sibi esse celebri tutela prepositos. Egnatius lib. 6. cap. 6.

DE ARMORVM.

NEOPTOLEMVVS Achilles F. à Græcis cum Vlysse ad Philoctetem in Lemno insula pro recuperandis sagittis Herculis, sine quibus Troia capi non poterat, missus, Vlyssis consilio simulauit se odio Græcorum in patriam fugere & Philoctetem comitem sibi adiungere uelle. Philoctetes fidei illius sagittas committit. At postquam Vlysses Philoctetem uel uic cogere ut Troiam secum nauigaret, uel eo relicto cum sagittis abire uellet: Neoptolemus pœnitentia ductus, quod Philoctetem exarmasset, uel inuito Vlysse sagittas ei reddidit, & uerbis ei persuasit, ut præsentia sua Græcis in euertenda Troia subsidio esset. Sophocles in Philoctete.

DE PECVNIA.

CADMVS Scythæ F. Couis, à Gelone Syracusiorum tyranno cum tribus biremibus & magna pecunia uimissus est Delphos (quo tempore Xerxes Hellepontum cū exercitu trans miserat) ut si Barbarus uinceret, regi terram aquam que eorum locorum, quibus Gelon imperabat, traderet: si uincerent Græci, pecuniam reportaret. Ita q; cum uictis Xerxes

tam pecuniam inueneret potuisset, & Coum redire, ex qua sponte deposita tyrannide exulatum irat, noluit, sed in Siciliam ad Gelonem reuersus est. Herod. lib. 7.

ARNALDVS Gerardus Catalanus, cum in naue sua operaria Gullelmum Auriam ferret, quo tempore Pisanum Genueu scilq; graui inter fe bello distabant: à Pisanorum nauibus captus, quæ Genueuam tantum merces ac bona querebant: nec minus nec promissis adduci unquam potuit, ut duo millia & quadringentos aureos numos, qui Duplices appellantur, detegere uellet: quam pecuniam, dum ab hostibus oppugnaretur, Gullelmus Auria ei commendaerat. quia norat Pisanos non in Catalanorum, sed solum in Genueuam bona inuehi. Arnaldus igitur, postquam cum Pisanis dimiserunt, secum eam pecuniam ad Genueuenses simul deferens, ut primum in Balceas peruenit, pecuniam tantolabore seruata, Consuli Genueuam in Balceis obtulit, ut ipse eam Gullelmo restitueret. Genueuenses Arnaldū ciuitate, multiq; alijs commo di, scripto honorificis uerbis diplomate donarunt. Fulg. lib. 6. cap. 5.

DE DOMVS.

Anno Christi 1497. Armenij qui Venetijs uenerant, tabellas testamentarias, Ziani principis tempore ab homine Armenio confectas, ædis Marcæ procuratorib. ostenderunt: quibus tabellis domum in urbe demortui pecunia emere procuratores iubebantur, quam quidem domum Armenij ad urbē uenientes incoleret: eamq; postea domū cum facello emram ad Iulianū fuisse in Lateranū uia, quæ tunc à procuratorib. locuerat: itaq; illā ipsam domū sibi restituit ex testamento perierunt. A PROCURATORIBVS intellecta eorū consultatione, domus est Armenijs restituta, atq; ab iis incolē cepa. Ipsi à ciuitate comiter & liberaliter accepti, gens tā longinqua, urbi amico spectaculo fuerunt. Bem. lib. 4. Ven. Hist.

DE TABVLARVM TESTAMENTI.

Titius & Planicus M. Antonij ex consularibus amici à Cleopatra suggillati, quod plurimū fuisset aduerfari, ac bello intererit, perfergerunt ad Cæsarem, & testamentum Antonij detexere, contentorum conscij. Tabulae depositæ apud uirginis VESTALES erant, quas postcenti Cæsari denegauerunt illas tradere: si accipere uellet, ipse ueniret, mandauerunt. Illuc ergo profectus accepit tabulas. Ac primum ipse scorum scripta euoluit, ac loca quædam anno tunc reprehensioi patenta. Ad uocato inde senatu recitauit ea, plebisq; id molitè ferentibus. Indignum enim uidebatur & graue, rationem ut quis redderet uiuus postremorum suorum iudicium. Exagitauit in tabulis illud præcipue, quod de sanere suo statuerat. Perferperat enim, ut corpus suum, etiam si in urbe decessisset, per forum elatum Alexandriam mitteretur ad Cleopatram. Plut. in Antonio.

DE ARCANI.

Mirande secreta PERSIS celare moris fuit. quippe quibus ue tus disciplina silentium capitis periculo sanxerat. Nullum probum grauius, quam linguæ, apud eos uindicatur: grauissimum supplicio dignos arbitrati, quibus graue esset tacere, quod homini facillimum natura uoluisset. Sabellicus libro 4. En. 4. ex Curtij lib. 4.

AREOPAGITA taciturnior, dicebatur, qui commissum arcanum optime contineret. Sæpius enim dicitur, non qui tacet ipse, sed qui continet arcanum, nec effudit usquam. Translatum est à uasis solidis, nec ulla ex parte perilliantibus. Athenis in Areopago causæ capitales audiebantur, idq; noctu, magna attentione. Et fortassis nefas erat illis, que ibi fuissent acta, apud uulgus effutire. Extant & hodie apud Westphalos reliquæ generis Iudicium, Certi uulgò dicuntur. Qui in hunc ordinem admittuntur, magna religione adiguntur ad silentium. Est enim ratio quædam deprehendendi crimina, quam nullus intelligit, præter illos iuratos. Erasmus in Adagijs.

EVRIPIDES, euidam opprobrianti graue olentiam oris: Multa nimirum, inquit, in illo occulta computruerunt. Significans, se posse continere arcanum. Solent autem res in occulto congestæ computrescere. Eras. lib. 8. Apoph. Idem DEMOSTHENI tribuunt alij.

DEMETRIVS, Antigoni Asiæ regis F. silentij iuramentum ser uauit, quod patri dederat in tacendo consilio eius de Mithridate interfeciendo, quando ex unico saltem somnio ipsi suspactus fuerat redditus. Nec enim id uerbis Mithridati reuelauit, sed ubi soli sine arbitris fuerunt, hactili in solo, inspiciente illo descriptis, Fuge Mithridate, Plut.

ROMANI cum Pyrrho bellum gerentes, Timochare offerentem, se Pyrrhum ueneno necaturum, Pyrrhum ut sibi cauere monuerunt, neque tamen Timocharis nomen in dicarunt: quod turpe ille uidebat, eum, qui operam suam illis obulisset, hosti proderet. Valer. Max. lib. 6. cap. 5.

Romani adeo magna caritate patriæ tenebantur, ut patrum arcanum consilia multis seculis nemo senator enunciauerit. Q. FABIVS Maximus tantum modo, & is ipse per imperandem

tiâ, de tercio Punico bello indicendo, quod secretè in curiâ erat actum, F. Crasso rus petens domum reuertenti in itinere narrauit, memor eum triennio antè quæstorem factum, ignarusq; non dum à Censoribus in ordinem senatoriū electum: quo uno modo etiam illi qui iam honores gesserant, aditus dabatur. Sed quamuis honestus error Fabij esset, uehementer tamen à Coss. obiurgatus est. Nunquam enim taciturnitatem, optimum ac turissimum administrandarum rerum uinculum, labefactari uolebant. Val. Max. lib. 2. c. 1.

Cum Asia rex Eumenes, amantissimus Romanæ urbis, bellum à Perse aduersus P. R. còparari SENATV nunciasset: non antè sciri potuit quid aut ille locutus esset, aut patres respòdissent, quam captum Persem cognitum est. Fidum erat & altū Reipublicæ pectus, cura silentijq; salubritate munitum, & uallatum undiq;: cuius limen intrantes, abiecta priuata caritate publicam induebant. Val. Max. lib. 2. cap. 1.

PAPYRIVS Prætextatus à patre in Senatum ductus, secreta matri efflagitanti aperire noluit. Macrobi. lib. 1. Saturn. cap. 6. & Gellius lib. 1. cap. 23.

PORTIA M. Bruti coniux, ultroneo uulnere constantiam suâ explorauit, an reticere magna secreta posset: & ubi uulnus se tacere & celare posse intellexit, iū ex uiro rogare est causa, quænam animo tam anxius uolueret: consiliumq; Cæsarianæ necis commissum sibi à Bruto, atque tenaciter fideliterq; ac quibus conspiratorum, tacuit. Lud. Viues de Christiana femina lib. 2. ex Plut. Bruto.

PLANTIVS Lateranus, Pisonianæ coniurationis aduersus Neronem particeps, cum ad mortem à Tutio tribuno, ciuidem coniurationis conscio duceretur: non modò cum non detexit: uerum ne uerbum quidem dixit, aut aliquid inuuit, unde Tutius in suspicionem uenire posset. Fulg. lib. 3. cap. 8.

EPICHARIM scribit Tacitus & Xiphilinus, conscientiam Pisonianæ coniurationis sub Nerone, iussam tormentis dilacerari, ut indicaret, primo die non uerberibus, non ignibus, non ira, eo acutus tormentum, ne à femina uinceretur, commotam, ut aliquid se scire cõfiteretur. Postero die, cum ad eosdem cruciatus retraheretur, gestamine fellæ (nam distolutis membris insistere nequibat) uinculo fasciæ, quæ pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum sellæ restricti, indidit ceruicem, & corporis pòdere connixa, tenent iam spiritum expressit. Viues lib. 1. de Christ. fem.

Eudamidas Corinthius paupertimp, ARETÆVM Corinthiū & CHARIXENVM Sicyonium amicos suos opulentis, hæredes scripsit hunc in modum: Lego Aretæo quidem matrem meam alendam, atq; in senectâ fouendam: Charixeni uerò filiam meam elocandam cum dote, quanta ab illo maxima dari poterit. Si quid autem interim acciderit alterutri, huius quoq; partem alter habeto. Illi ergo cum rata esse iussissent ea, que testamento fuerant ab amico legata, Charixenus quinq; duntaxat diebus superuixit. Aretæus & matrem Eudamidæ aluit, & filiam eius duobus talentis è suo dotatam, honestissimè elocauit. Lucianus in Toxari.

Primo Senatufconsulto, quo Gordiano seni, & eius filio Augustorum appellatio cum imperio est decreta contra Maximinum, adeo occultè sunt omnia in SENATV acta, ut non scriberet, non ferui publici, non alij publicorum consiliorum ministri sint tum in curiam admissi, sed senatores omnibus amotis arbitris, illorum munera obirent, ne quid eorū quæ fierent, proderetur. Sab. lib. 6. En. 7.

Quidam de cubicularijs Leonis Philosophi Imp. nomine RODOPHYLLVS, necessaria rei causa in Siciliam missus, cum Cauri libris in itinere morbo correptus, Thessaloniam se contulerat curandi corporis causâ. Eum Tripolitana Agarenorum duxibus itum captum, eius auri causa diu tortum, cum se quicquam habere permegaret, necauit. Et uerò aurum in itinere Rodophyllus reliquerat, idque Simeoni secretarius eâ transiens sustulerat. Hic Simeon Tripolitani urbis euerfionem animo agitantem hortatus est, ut excidio abstineret, eoque nomine aurum illud acciperet: ac per sua fit. Quod Simeonis factum ita gratum fuit Imperatori, ut eam patriæ ac secretarij primarij dignitate remuneraret. Cedrenus.

Nefas apud HISPANOS habetur, post cuiusdam à Senatu sententiam mentionem de his facere, qui ab ea contentiâ, quæ superata est, steterint. Laur. Valla lib. 2. Historiarum.

IVDICES Conscij à Carolo Magno instituti, taciturni ad miraculum usq; uide Tit. Iudices iusti.

Turci noctu QVENDAM comprehensum de Bladi Draculæ, qui in castra impetum fecerat, militibus deduxerunt ad Mahumetem II. Imp. qui eum interrogauit, Quisnam & cuius sit, & unde ueniat? Qui ubi ad singula respòdit, tandem iussus est dicere, Si sciret ubi nam Bladus Dacice princeps moraretur? Is respondit, Se quidem quæ scire expectant, ex adu nosse: uerum nunquam id enunciatum: adeo metuere se uirum illum. Mortem intentantibus, ingeminauit, Non audere se quicquam eorum profari. Mahumetes admiratus

uiri constantiam eum continuè necavit, dicens: Si uir ille exercitum haberet memorabilem, non dubito quin breui ad magnam claritatem euaderet. Chalcocondylas lib. 9.
CAROLO VIII. post regnum Neapolitanum occupatum in Gallia reuerfuro, **VENETI** cum Pontifice Alexandro VI. Maximiliano Imp. & Ludouico Mediolanensi principe foedus percussere tanto silentio, ut Philippus regis Gallorum legatus, cum Venetiis in curia quotidie uentitaret, atq; ab legatis reliquis appellaretur, nihil eius tamen cognoscere potuit. Itaque cum postmodum eius dici, quo die scripta lex est, in curiam uocatus à principe foedus esse percussum intellexisset, & nomina foederatorum cognouisset, mens penè hominè reliquit: tamen princeps ei dixerat, ea quae fecissent, non propterea esse facta, ut bellum cuiquam inferrent, sed ut, si inferretur, propularent. Demum is reuocato ad se paulisper animo: Quid, inquit, meus rex in Gallia reuerti non potuit? tunc Princeps: Ille uero, inquit, poterit, si redire amicus uolet, nosq; illum reb. omnibus iuuabimus. Quo responfo accepto discessit: atq; ubi curia egressus, remens quas ascenderat scalis in arcam descendit, ad scribam Senatus, qui eum comitabatur, conuersus: Rogo te, inquit, sodes, mihi eum sermonem recenseas, quem princeps mecum habuit: nihil enim iam eius memini. Bembo lib. 2. Ven. Historia.

Mediolanensi bello, quod primum cum Philippo Vicecomite **VENETI** gessere, dictus est imperator tonus exercitus à Senatu Fraciscus Carmaniola, rei bellicae peritissimus. Qui fuis apud Maclodium memorabili acie Philippi copias, & recepta Brixia, ut uix ille intra Abduripas imperium tueretur suum: mutato animo partim accusare Senatum Venetum aduacius, & legatis ipsis in castris insultare: partim re Venetam ita negligere cepit, ut prodicionis suspensus haberetur. Veneti uocatus de pace cum Philippo agendi praetextu, cum per octo menses de illius prodicione quotidie inquireretur, nunquam tamen ille tale quippiam suspicari potuit: donec Senatus consilio facto, quum omnia certis nunciis, & Carmaniola ipsius literis constarent: ipse post XXX dies, quam custodiae mancipatus erat, intra duas columnas securi percussus, meritis perfidiae suae penas luit. Egnat. lib. 2. cap. 1. & Sab. lib. 2. En. 10.

Continens imperio exiit VENETI principum Christianorum conspiratione, de recipiendo Patauio per aliquot dies tanta egebre taciturnitate, ut uel quotidie commensibus Patauinis Venetias, Venetias Patauium, non prius occupandi Patauij consiliu innotuerit, quam hinc Andreas Gritus legatus cum exercitu, hinc frequentibus per Medoa cum lembis subuecti Veneti urbem occuparunt. Confecta res est die XYI. Julij mensis, quae diuae Marinae sacra habetur: in cuius memoria Patres decreuerunt, ut dux ipse cum Senatu magnifica pompa ad eam Marinae inuiseret. Ibidem.

Quum Venetis ageretur in decemuirali consilio, de principatu abrogando Fr. Foscaro duci, ne qua suspicio manare in uulgus possit, hoc à patribus agi, **MARCV**M Foscarum fratrem eius amantiss. D. Marci procuratorem, singulis diebus eum ad uocatum iubebant: sed cubiculo inclusum diligentius obseruabant, adactum graui uisus & nec quid tale proderet. Memorille fidei, quae patriae dederat, silentium obstinatè tenuit: ceterum non multo post mortè fratris, qui tercio, abdicacionis die perit, diè supremum obiit. Egnat. lib. 3. c. 3.

TESTAMENTA. LEGATA.
AVGVSTVS adhuc adolescens, ab M. Antonio millicies HS (quam pecuniam domum suam asportauerat Antonius) repositabat, ut representaret populo Romano legati Cesaris uisum treceas nupos. Incubante autem argento Antonio, atq; repetitionem istam, si saperet, ut missam faceret, consulente, patrimoniu suum distraxit, legatoq; soluto studium sibi, illi ciuium conciliari uoluit. Plut. in Apoph.

CALIGULA legata ex testamento Tiberij, quanquam aboleret, sed & Livia Augusta, quod Tiberius suppreterat, cum fide ac sine calumnia representata persoluit. Suetonius.
Cum Sabina Romana in testamento scripsisset: Modesto seruo meo, cui ut libertas daretur ordinari, talem rem lego: & cum ea mortua scriptum nihil esset inuentum, neq; testes apparerent, qui liberationis Modesti fidem aliquam facerent, **PLINI**VS Secundus inter praecipuos heredes, uoluit ut Modestus libertate donaretur, legatumq; à Sabina relictu acciperet. Sabinam enim uoluntatem, quam expressa ipsius uoluntatis uerba, quae non inueniebantur, sequi facilius dixit. Fulgofus lib. 7. cap. 8.

Eulalius quidam, de diuite pauper factus, mortuus **IVSTI**NIANI Thracem Imp. haeredè testamento nominauit, iussitq; tribus suis filiabus, quas paruulas relinquebat, educationem ac dotè praebe, omnia sua debita creditorib. persolueret, & ab iis syngraphas suas redimere. Quae omnia Iustinus regia munificentia perfecit, magna omnium, qui rei famam percipiebant, admiratione. Cedrenus in uita Iustini.

Diui Marci PROCURATORES sunt supremæ dignitatis penes Remp. Venetam, qui ferè duces, ubi contingeret principè suum obire, declarari solent. Horum praecipuum est munus, ut ciuium testamta summa fide tueantur, ac colant, exequendaq; in primis curent. Quorum fides tantum breui eluxit, ut etiam apud exteras gentes pleriq; principes uiri & feminae & opes maximas allatura essent. Ad quos ille, Ergome, inquit, populentum magis regem, quam piuum, quam iustum cupis? At ego bonum nomen cunctis diuitiis ante pono. Aen. Syl. lib. 3. Com. in Panormit.

SP. TYTELAM. TYTO. RES FIDI.

Cum **Polydeetes LYCVRG**I frater natu maior diem suu obisset, ad Lycurgum Spartæ regnum peruenit. Verum cum fratris sui uxorem relictam in utero habere comperisset: ad fratum conceptum, siquidem masculus esset, regnum pertinere existimans, ipse tutoris loco (orborem autem pariter regum Procuratores Spartæ appellant) regnu administrauit. Submisit autem ea mulier clam, qui Lycurgum indicarent, paratam se ad abolendum foetum, ut ipsi Spartæ regnum tenèri nuberet. Lycurgus mulieris consiliu se probare simulauit: nolle tamè se ipsius matris periculo id fieri, in procurado abortu, affirmauit, quin potius pateretur paruos confestim è medio tolleretur, sibi curae fore. Hac ratione feminam usq; ad diem partus ductes, misit qui ententi adessent: pueroq; ad se inter caenam allato, Rex uobis, o Spartani, natus est, clara uoce exclamauit: eumq; in loco regio depositu, & Charilao nomen imposuit: propterea quod omnes magnitudinem animi & iustitiam Lycurgi cum gaudio & gratulatione admiraretur. Plut. in Lycurgo, & Strabo lib. 10. Geographia. Sed quia maioris olim erat Lycurgus auctoritas quam tutoris esse soleat, & grauior iniuria est illi à Leonida puero auunculo, & aliis matris necessariis orta, illum scdulo ad populum criminantibus, uelut pupillam tutelae praetextu ambiciosè querebat, ut fratris filio quoquo modo expuncto regnum occuparet. Ea res causam illi praebuit diuitiis peregrinandi, ut tandem abesset, quoad puer ad eam peruenisset ætatem, qua per se hæreditarium regni nomen tueri posset. Sabel. lib. 1. En. 2.

Hiero Syracusanoru rex, cum Syracusas accessisset filios Anaxilæ, Zanclis quondam domini, eos horatus est, cum iam ætate uigerent, ut ratione cum **MYTHO** tutore suo inita, dominationis ius administrationeq; susciperent. Rhegium regressi, ita uito moniti erant, rem properant. Accitus ad rationem reddendam Mycthus, calculum ad dèd integrè sincerumq; produxit, ut adolentes pudore & penitentia ducti obtestarentur eum, ut ei rursus placeret dominacionis (ut prius) curam suscipere. At Mycthus cum diligenti sumè cuncta reuifusisset, Rhegium cum summa omnium beneuolentia discessit, & Tegesis Arcadiae exceptus, uitam cum laude traduxit. Diodorus libro 11.

Cum **Ptolemæus rex** tutorem pop. Rom. filio reliquisset, Senatus **MAEMYLIV**M Lepidum pont. max. bis cos. ad puert tutelam gerendam Alexandriam misit, amplissimiq; integerrimi uiri sanditatem Reipub. uisus & necis comparatam, externæ procuracioni uacare uoluit, ne fides ciuitatis Romanæ frustra pretita existimaretur. Cuius beneficio regia incunabula consecrata pariter ac decorata, incertum Ptolemæum reddiderunt, patrisne fortuna magis, aut tutoris maiestæ gloriari deberet. Val. Max. lib. 6. cap. 6.

Post mortè **Arcadij Imp. Graecoru,** **ISDIGERDES** Persarum rex, Theodosio pupillo à patre datus tutor, Antiochiu ceteris eunuchis in aula sua honoratiorè misit ad procuracionem & custodiaam Theodosij, licetis magistratus & primores commonefaciens, ut regi suo parerent: minas adiciens & uindictam, si id detrectarent, Cuspinianus.

FERDINANDVM, qui postea per creationè ad Aragoniæ regnu ascendit, Hericus frater Castellonensis rex tutorè filio puero reliquit. Is autè regnu tanta iustitia rexit, qd in magno Castellonensiu conuentu actū est, ut ad ipsum Hispaniensis regni titulum deferretur. Qui honorè cum se accepturū ostendisset, omnesq; in locū rei agenda designatū conuenissent: ipse ingentè chlamydè regio more amictus, in qua nepotè puerū occultabat, cum omnium sententiâ postulasset, quæ eiusmodi fuit, ut ad ipsum Hispaniarum regnu deferretur: repente nepotè parum è chlamyde extulit, & cum collo suo imposuisset, exclamauit: En Castellonenses regè uestru. huiusq; procumbens, regè salutauit, & nepoti regnu, sibi uisuræ famam illasam seruauit. Fulgof. & Egnat. lib. 6. cap. 5.

Valla tamen lib. 1. Historiarum tutorem relictu negat. **Valdemari filij** ad Sueonum & Gothorum regnum euecti, adolefcentiam **BERGERVS** Ostrogothus dux pater tæ preclarè moderatus est, ut regnum eo uiuente felicissimū, post eius fata fratris dissidiis ferè cotruerit. Io. Magnus lib. 19. **FRIDERICVS** Marchio Brandenburgensis erga Casimirum Lituaniæ ducem pupillum fidus, Poloniae regnum sibi ob-

latum illi conferuauit. Aeneas Syluius cap. 26. Europæ. & Fulgofus lib. 4. cap. 1.
FRIDERICVS III. Imp. Ladislaw pueri, Pannonioru & Boemorum regis, Alberti II. Imp. posthumi tutelam susceperat. Nec desuerunt peruerfæ mentis homines, qui pendendum suaderet pueri, cuius uita ingentes molestias Casari, mors reginae & opes maximas allatura essent. Ad quos ille, Ergome, inquit, populentum magis regem, quam piuum, quam iustum cupis? At ego bonum nomen cunctis diuitiis ante pono. Aen. Syl. lib. 3. Com. in Panormit.

PATROCINIUM. FIDES ERGA CLIENTES.

ROMANI clientem in fidem accepti caetorem haberi, quam propinquos censuere, atq; etiam contra cognatos tuendū. Neq; maius aliud facinus æstimatum est, quam si quis probaretur, clientem derisui habuisse. Gellius lib. 20. cap. 1.

ITEM olim primum post parentes locū pupillis, fideiq; nostræ creditis, secundum clientibus dabant. Propterea M. Cato scripsit, maiores sanctius habuisse defendi pupillos, quæ clientem non falleret. Attamè Massurius Sabinus in libro iuris Ciuilis III. antiquiore locum tributū hospiti quæ clientem in officio apud maiores ita obseruatum est, priuam tutelæ, deinde hospiti, deinde clienti, tū cognato, postea affini. Gellius lib. 5. cap. 10.
Studium, & fides erga clientes. **C. IVLIO** Casari ne iuueni quidem desuerunt. Masintham nobilem iuuenem, cum aduersus Hiempsalum regem tam enixè defendisset, ut Iuba regis filio in altercatione barbam inuaserit, stipendiarium quoq; pronuntiatum, & abstrahentibus statim eripuit, occultauitq; apud se diu: & mox ex prætura proficiscens in Hispaniam, inter officia statim prosequentium, fascesq; licetorū mæstia auxit. Suetonius.

LITEM PERSEQUENDO.

*Hic contractum ueluti Litem suscepra consideramus Respe-
 ctu contrahentis, quæ Litem susceptione componenda est, ad Corre-
 ctionem iustitiam pertinet, ubi etiam de iustis
 Iudiciis agitur.*

ARISTIDES cum inimicum iudicio persequeretur, abnuntiabat post accusationem iudicibus reum audire, sed confestim in eum ferre parantibus sententiam, exillit, atq; unā eū illo supplicatu, ut audiretur, & legitime eum ageretur. Alias cum iudex sederet inter duos priuatos, & aliter aduersus diceret multas iniurias Aristidi obtulisse, Quin tu bone uis, dixit, proferes potius, si quid admisit in te: tibi enim, non mihi sum iudex. Plut. in Aristide.

Aeghopolis Spartanorum dux, in lite erga **ATHENIENSES** fidei Atheniensium plurimum tribuit. Cum enim Athenienses querimoniarum, quas cum ipso mutuas habebant, arbitram delegissent Megarentium ciuitatem, quæ controuersiam inter eos componeret: Turpe, inquit, si Megarentes melius norunt quid iustum sit, quam hi qui se Graecorum duces ac rectores praestitissent. Plut. in Lacon. Apoph.

TESTIMONIUM.

*Hic ratio habetur. At Viritatè respectu ad
 fidem non est quoque pertinet.*

APUD LYCIOS in iudiciis testimonia nō statim, sed post mensem demum proferbantur: ne quis diceret, rei festinatione permotum fuisse, ut nō præteditatus testimonium parum iustum proferret. Stobæus sermone 42. ex Nicolao de Gentium moribus.

XENOCRATI philosopho tanta fides habita est, ut cum nullius iniurati testimonium admitteretur, Athenienses sine iuramento religione ei assentirent: eumq; iuratum, quod minimè suspectæ fidei esset, in fidem atq; officium admittent. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 10.

SCYVOLA excellentissimus uir, testis in reum productus, cum id responduisset, quod salutem periclitantis magnopere laesurum uidebatur, discedens adiecit: Ita sibi credi oportere, si & alij idem asseuerassent: quoniam unus testimonio alicui credere, pessimi esset exempli. Et religione igitur suæ debitam fidem, & communi utilitati salubre consilium reddidit. Val. lib. 4. cap. 1.

FIDES IN CONTRACTIBVS NON VOLVNTARIIS. VT IN

AMISSAE REI RESTITUTIONE.
 Praecepit Dominus per **MOSEN** Israelitis: Tui fratris bouem aut pecus errans si uideris, ad illum reducito. Aut si ille tibi non notus uel certè non uicinus est, id in domum tuam

L. LVCVLLVS testimoniu uerum dedit de Charonensibus, quod immunes essent à cede Romani ducis (quem Damoni quidam Peripolitas, cum quibusdam aliis infecta fuligine facie, ob intentatum sibi ab eo stuprum, in publico foro sacrificantem interfecerat (quando contra Mithridatem proficiscens, & fortè illac transiens, quaestione habita ciuitatem reperit non solum infontem, uerum etiā, cum eos capitis dā nasset iudicio, pariter uolatam. Audientes enim illi latam de se sententiam, facta in curiam irruptione, magistratus de more unā conuantes, contrucidarant, iteruq; ex oppido se retraxerant. Plutarchus in procemio Cimonis & Luculli.
 Cum Metellus Nepos obiret **CICERONI**, plures ipsi testimonio suo opprexisse, quæ seruasse patrociniio: Fateor, inquit, plus mihi fidei quam eloquentiae esse. Plut. in Cicero.

AVDIENDO.
 Testis unus apud **ISRAELITAS** non audiebatur, sed ex ore duorum aut trium testium, res confirmabatur. Deut. 19.

NON AVDIENDO, REPV. DIANDO.

Cn. & Q. Cepionibus, L. & Q. Metellis testibus, in Q. Pompeium nouum hominem, **LVDCES** sapientissimi non crederunt: nam eorum uirtuti, generi, reb. gestis fidem & auctoritatem in testimonio, cupiditatis atq; inimicitia suspicio derogauit. M. Aemilij Scauri, cuius iniurati nupti propè terrarum orbis regebatur, testimonio, neq; in C. Fimbriam, neq; in C. Memmiam, neq; in C. Flauium, neq; in C. Norbanum creditum est. Noluerunt enim ij qui iudicabant, hanc partem inimicitias uiam, quem quisq; odisset, ut eum testimonio posset tollere. L. Crassus, cuius etiam sermo testimonij auctoritatem habebat, testimonio ipso, quæ in M. Marcello inimico animo dixit, probare non potuit. P. Aetodius ex Cicerone, pro M. Fonteio: & Val. Max. lib. 8. cap. 5.

Nec alibi, nec apud **ROM.** potissimum, id unquam admittendum esse uisum est, ut salus ac uita dominorum ab eorum arbitrio penderet, in quos ipsi domini potestatem uiracis ac necis habuissent: & quos nunc etiā periculo capitis sui dominis custodia praestare necesse est, ut hi uel torti, uel indices, siue deserant, siue accusare uelint, deniq; ulla ratione incapt dominorum audiantur. Itaq; Cn. **DOMITI**VS Tribunusq. cum M. Scaturum, & L. Crassus Cn. Carbonem accu- sarent, ad eosq; reorum serui aduenissent, totam multis & grauib. instructum dominorum criminib. accusationem: non admiserunt, sed uictos ut hi pro imperio suo uindicta rent, ad dominos remisserunt. P. Aetodius ex Val. Max. l. 6. c. 5.

T. QVINTIO Capitolino & **A. FVRIO** Cofs. accidit, ut Aricini & Ardeates, quem de ambiguo agro diuiciis disceptasset, multis iniuriam de casibus fessi, iudicij rei ad populum Rom. deferrent. Qui quum ad causam orandam utrinque processissent, concilio populi à magistratibus dato, P. Scaptius, homo grandis natu, praefatus se non passurum populum Romanum in re decipi, docuit agrum, de quo ambigeretur, Coriolanorum finium, seq; prima seipè stipendia faciente, Coriolis captis, populi Rom. esse factum. Mirari se quoniam more Ardeates & Aricini, cuius agrus nunquā re Coriolana incolumi usurpassent, eundem se à populo Rom. quem pro domino iudice fecerint, intercepturos sperarent. Indignati consules, palam nullam Scaptio deliro seni fidem habendā censuerunt: non tantū populo Rom. intercepto agro rerum quaesitum iri, quantum infamiae & dedecoris, si id soli sibi addiceret: quandoquidem fama ac fidei damna maiora omnino essent, quam in praesentia aestimari possent. Sab. lib. 4. & 5. Enn. 3.

MATRIMONIUM CONTRAHENDO.

ROMÆ in Virilis fortunæ templo, quod erat extra urbem ad Tiberis ripam, mulieres quæ dabantur nuptui, frequentes uentitabant: & corpore inuolato, singula membra, ne quo morbo uitioq; affectæ forent, aut labe aliqua tenerentur, detegebant. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 13.


SERGIVS Galba, pater eius qui imperauit, appetitus à Livia Ocellina, dite admodū femina, & pulcra posita ueste, uicij corporis (erat enim gibber) secretò ostendit. Qua animi generosa simplicitate delectata mulier, nihil foeditate corporis offensa, magis eū deinceps & adamauit & coluit. Suet.

ARCANI Inuestigatione.
 Ex Tit. Fidei in Hæstis quædam accommodari poterunt.





LIBRI TERTII
TITVLORVM
DISPOSITIO.



Voluminis Decimioctauum
Liber III.

DE DISTRIBUTIONE Grata, siue
de GRATITVDINE.

EXEMPLA ex Distributione Officiosa peti possunt. Nā in una eademq; actione considerari potest & Habitus bonus, Virtus scilicet, à quo bona actio proficiscitur, propter quē præmiis aliquem afficimus: & Effectus bonus, qui nobis nostrisue utilitatem aut iucunditatem aliquam peperit, nosq; ad par pari referendum incitat. Exempla igitur eadem utriq; loco, diuerso tantum respectu, in seruire possunt.



GRATITVDO IN GENERE.

EGYPTI extra quam sit gentium aliarum captus, erga bene meritos præcipue grati sunt, quod magnum uitæ subsidium opinentur gratiæ retributionem. Itaque non diis tantum, non hominibus, sed brutis quoque animalibus gratitudinem pro beneficiis acceptis ostendere uoluerunt. Diomedus Siculus.

ALEXANDER Magnus prædicare solebat, A nemine se unquam benignitate fuisse exuperatum. Cælius lib. 7. cap. 28. Antiquarum Lectionum.

PYRRHVS rex Epirotarum ad familiares humanus atque fa-

cilis, acris & promptus ad rependendam gratiam. Itaq; Aero pi mortem tulit acerbe: atque illi dixit humanum casum accidisse: se ipsum uero reprehendit culpauitq; quod assidue protrahendo & cunctando non retulisset ei gratiam. quippe æs alienum uel hæredibus dissoluas licetere ditorum beneficentia: nisi repensæ uiuis torquent bonum & rectum uirum. Plut. in Pyrho.

ALFONSVS Aragonum & Siciliae rex, à nemine unquam gratitudinæ & officio se uinci passus est. Panormita libro 1. de Dictis & factis Alfonsi.

GRATITVDO PRO VARIIS BONIS, BENEFICIIS, DONIS, IN NOS NOSTROSVE COLLATIS, QUAE ANIMO profuerunt. GRATI pro

ERVDITONE, ET INSTITUTIONE Theorica.

Consule Tit. Fidas discipulorum erga Praeceptores. Hic Memini habere ratio. Si Eidem datam, si Officium consideres, ad Eadem & Officiosa quoque Distributio nem pertinebunt.

Regina Saba dedit regi SALOMONI centum uiginti talenta auri, aromata multa, & gemmas preciosas. Rex autem Salomon dedit ei omnia quae uoluit, & quae petiuit ab illo, exceptis his quae ultra obtulerat ei munere regio. 3. Reg. 10.

CLODOVEVS rex, ad Christi fidem à D. Remigio episcopo Remensi conuersus, tantum agri Remensis ei concessit, quantum interdiu dormiente rege circumire posset. Eius autem agri usum fructum pauperibus distribuabat. Hinc manus in uita Remigij.

INTERPRETATIONE.

PTOLEMÆVS Philadelphus 72. interpretes Hierosolyma uocatos in maximo precio habuit, honestissime tradidit, maximeq; ornatos muneribus domum remisit. Iosephus lib. 12. capite 2. Antiquitatum.

Hemodorō Ephesio in comitio, legū, quas Decemuirū ROM. Athenis petitas scribebant, interpreti, publice dicata fuit statua. Plinius lib. 34. cap. 5.

VATICINIO, PRAESAGIO, PRAEDICTIONE qualicunq.

Gratiudinem hic erga uates pro beneficio accepto consideramus. Si uero premium meritis praestantia perpendatur, ad Distributionem Officiosa pertinebunt.

PHARAO rex Aegypti, Iosephum pro eo quod somnium illi interpretatus fuerat, domus suae gubernatorem constituit, & annona Aegyptiorum praefecit, sibiq; excepto folio re-

gio acquiuit. Anulum de sua detractum manu Iosephi manui induit: bysina ueste ornauit, collo torquem auream aptauit, & curru imponens, ut ante eum proclamaretur, Genua stetit, uoluit. Saphnatopaneæ, id est reptoris oculorum nomen, indidit; & Afenatham Poupherae pontificis Heliopolitani filiam in matrimonium ei dedit. Genesis 41.

CYRVS maior, quod in Esaiæ libris, 200. ante & decem annis editis, nomen suum disertè positum inuenit (Prophetae carmen extat inter eius libros c. 44. & 45. Volo Cyrum, quem multarum & magnarum gentium regē constitui, populum meum ad propria remittere, ibiq; mihi templum iterum suscitari) prophetae praedictione laetatus, edicto testatus est, se Iudaeos in patriam remittere, ut Deo templum restituerent, cuius providentia multo prius quam nasceretur, fuisset rex constitutus. Sabellicus lib. 7. cap. 1. ex 1. Esdrae 1. & 2. Esdrae 2. & Iosepho lib. 11. cap. 1. Antiq.

ALEXANDER Macedo, cum Hierosolymis esset, Danielis prophetae multo ante defuncti oraculo cognito, fore ut rex Graeciae Persarum olim opes euerteret: certa spe uictoriae ex ea re percepta, Iaddum & ceteros sacerdotes, per quos fatidicum carmen cognouit, amplissimis donauit muneribus: ipsi ciuitati permisit, ut suis uteretur legibus, tributumque in septem annos remisit. Ibidem.

Cum Daniel NABYCODONOSORI regi somnium, quod nemo alius Chaldaeorum uel diuinare, uel explicare poterat, diuinitus reuelatum declarasset: rex pronus Danielem accidit, & fertum cum odoribus ei libari iussit, Deumq; illius omnium deorum maximum confessus, multis magnisq; muneribus donatum, aulae suae praefecit, eiusq; sociis regionis praefecturas commisit. Danielis 2.

Esenis HERODES, Antipatri E. Iudaeorum rex, honore summum semper habuit, propter Manahemi praesagium, qui est adhuc puerum Iudaeum literarum frequentantem regem Iudaeorum salutauerat, & quale eius regnum futurum esset praedixit. Ioseph. l. 15. c. 13. Cum

Cum P O P V L V S Rom. pestilentia laboraret, essetque responsum, id accideret, quod dii despicerentur: anxia urbs fuit, quia non intelligeret oraculum. Euenit autem, ut Circus die, puer de conaculo pompam supernè despiceret, & patri referret, quo ordine secreta sacrorum in arca pilenti imposta uisisset. Qui cum rem gestam Senatui nūciaisset, placuit uelari loca, quæ pompa ueherentius ita pestifera, puer qui ambiguitatem sortis absolverat, togæ & prætextæ ufum, munus impetrauit. Macrob. lib. 1. Satur. c. 6.

V E S P A S I A N V S ab exercitu Orientis Imp. electus, recordatus signa (multa enim sibi contigerant imperium præmonstrantia) & Iosephi dicta, quibus cum Nerone uiuo ausus fuerat appellare Imperatorem, admirabat uirum quem adhuc habebat in uinculis: aduocatoque Mutiano cum amicis & rectoribus aliis, primùm quàm strenuus Iosephus, quantumque Iotapatensis expugnandis propter eum laborasset, exponit: deinde uaticinationes eius, quas ipse quidem timoris causa suspicaretur esse figmenta: tempus autem diuinas fuisse, & rerum exitus probauisset. Tumque inhonestum esse ait, ut qui sibi augurasset imperium, uocique dei minister ac nūcius exiisset, adhuc captiui loco haberetur, fortunamque sustineret aduersam: uocatumque ad se Iosephum solui iubet. Hoc autem facto, alij quidem rectores ex ea gratia quam alienigenæ retulisset, præclara etiam de se speranda esse arbitrabatur. Titus uero, qui cum patre aderat, iussu est, inquit, pater, unâ cum ferro, etiam probro Iosephum, solui: erit enim, tanquam nec in iudicio uindictis sit, non dissoluerimus, sed incidimus catenas. namque id ago solum in his qui non rectè fuerint uincti. Eadem Vespasiano placebant, & quidam intruciens securi catenas abruptit. Iosephus quidem pro his quæ prædixerat, præmio famæ donatus, & de futuris iam dignus cui credendum esset, habitus est. Iosephus lib. 5. cap. 12. Belli Iudaici.

D I O N Y S I V S Syracusanus Heliconem Cyzicenum talento donauit, quod solis deliquit prædixisset. Plut. in Dione. Armenus quidam uaticinatus est, gloriam Mahomeri per uniuersum orbem propagandam. Propter hoc uaticiniū TVRCI nulla ab Armenis mæcipia abducit. Chalcocond. lib. 3.

MECHANICA INSTI-
TVTIO.

Scribit Apollonius Argonauticôn quarto, IASONEM, quum in Illyricum appulisset, ut ab Hylæis nauigandi rationem edoeret, quod illi dedisset tripodam, cuius hoc fuerit factum, ubi uicini, foret is, Ciuitatem nunquam hostibus celsuram in prædam. Cælius lib. 8. cap. 15. Antiq. Lect.

INSTITVTIO PRACTICA.

Duo decim sunt PERSARVM tribus. In quacunque autem tribu quam plurimi fuerint uiri summa pericia, fortitudine, fide, eius non præfens modò præfectus à ciuibus laudatur, honoreque afficitur, sed etiam ille, qui eos, dum adhuc pueri essent, instruit. Xenophon de Inst. Cyri lib. 1.

CYRVS cõtra Aithygem Medum uictoria potitus, mulierum aitu, quæ detectis pudendis fugientibus occurrerant, lege cauit, ut ubi primum Persarum rex urbem ingrederetur, mulieres, quot quot adessent, singulos auri numos à rege acciperent. Sed Ochus rex cum uitiis aliis, tum auaritia præcæteris insignis, urbem sæpius circumuectus, nunquam eandem inire uoluit, ne mulieribus congeriarum moribus receptum impertiretur. At Macedo Alexander bis eam ciuitatè ingressus, toties quoque mulieribus erogari numos iussit, nec contentus, prægnantibus duplicari munus imperauit. Plut. de Virt. mul.

CONSILIO BONO.

Phineus rex Bithyniæ, ex Cleopatra Boreæ filios sustulit, eaque repudiata aliam superinduxit, cuius consilio filios interfecit. Iupiter iratus, optionem ei dedit, ut uel moreretur, uel excæcatur: cæcitatem ille elegit. Sol iratus, quod minus malum luminis sui orbitatem morte iudicasset, harpyias aues rapacissimas ei immisit, quæ cibos illius scæderant atque raperent. Has postea ARGONAVTARVM numero Calais & Zethus Boreæ filij abegerunt, eo quod Phineus Argonautis rationem ostendisset, Symplegadem euitandam. Nam cum interrogasset Argonautas, quanta celeritate Argonauis ferretur: illi respondissent, quanta columba uolat iussit in medias Symplegades columbam immitti: quod si illa non comprehenderetur à coeuntibus scopulis, neque Argo periclitaturam. Columba immissa, cauda sola fuit læsa. Sic & Argo subsecuta, extrema puppi tantùm confracta eua. Eustathius Odysseæ µ. At Diodoros libro 4. occisum scribit Phineum.

ARBAES Mediæ præfectus, gratitudinis ergo Belesum magnum, regni Medorum post Sardapanali interitum occupan-

di consiliarium, Babylonis præfectum declarauit. Sabellius lib. 2. Ennead. 2. ex Diodoro.

DARVS Coem Mitylenæum, pro eo quod consilium dederat ratis in litro non soluendæ (quæ res nuncio salutè peperit, ne à Sythis circumuentus trucidaretur) in Persiam reuersus, Mitylenæorum tyrannum constituit. Herod. lib. 3.

CLAVDIVS Imp. Iudæis immunitatem concessit patris uiuendi moribus, ad eam illis antè per Caligulam: idque in gratiam Agrippæ regis, qui Claudium à prætorianis electum, Senatus tamen auctoritate motum, de cedenda eidem potestate dubitantes, confirmarat, & ut oblatum principatû conferuaret admonerat. Claudius igitur Agrippam, præter ea quæ iam à Caio obtinuerat, Iudææ & Samarię regem constituit. Iosephus lib. 19. cap. 3. & 4.

NVNCO FELICI

AESCHINES Atheniensis orator, mirum in modum fauent Philippo contra regem Perfarum, incredibili celeritate uictoriam Atheniensium contra Bæotos nunciata, coronam publicè meruit. Volateranus lib. 13. cap. 3. Anthropologia, ex Philostrati Sophistis.

Cum Græci, qui ad Salamina classem habebant contra Xerxæ fugam meditarentur, aduenit trimesis transfuga uitorum Teniorum, cui præerat Panæus Solfimensis, quæ classem ipsorum à Persis circumdatam certò retulit. Cuius facti nomine, TENI in tripodè, qui Delphis dedicatus est, inter eos qui Barbarum debellarunt, scripti fuere. Herod. lib. 8.

LACEDÆMONIOS perhibent ei, qui uictoriam Mantiniam attulerat, præmio carnes ex conuiuio misisse. Plutarchus de Gloria Athen.

GALBAE Icelus fuit libertus, qui septimo die, ut Plutarchus scribit, ex urbe in Hispaniam nauigauit, & Neronem occisum nunciavit, quem ipse mortuum uisisset, & Galbam Romæ Imperatorem appellatum. Quibus ille lætus nunciis, Icelum aureis anulis donatum, equestris nomine Martiarum uocauit, deponitque; legati nomine Cæsaris Appellationem recepit. Sabell. lib. 2. Ennead. 7.

RODOLPHVS comes Habsburgensis, anno Christi 1273. Basilicam Raturarum obsidebat, ut Stelliferorum factionem (qui à Pittacia urbe electi erant) reduceret. Eum Germani principes nihil minus cogitantem Francofurti Calend. Octobris unanimitè consensu, propter insignem uirtutem ac pietatem (urgente id maximè Moguntino episcopo, quem olim Romam proficiscentem in itinere comitatus, in colamè duxerat ac reduxerat) in regem Romanorum elegerunt. Electionis literas Basilicenses Moguntini episcopi opera addepi, Rodolpho offerunt. Is felici nunciij ergo urbem obsidione liberat. Eius rei fidem facit statua, quæ adhuc Basileę extat prope interiorè portam D. Ioannis, in Bursa Leonina olim dicta: Rodolphus chlamydatas sedet, sinistra scriptum, dextra literas tenens. Stumpfius.

INDICIO, PRODTIONE

QUALICVNQUE

IOSEPHI posterij cum Bethel explorarent, hominem quemdam conspicit ex oppido egredientem, iusserunt ut sibi oppidi ingressum ostenderet, sese eius miseru. Paruit ille. Itaque oppido capto eum cum tota sua cognatione in columem dimiserunt. Is in terram Hætzorum profectus, oppidum ædificauit, Luzamque nuncupauit (sic enim Bethel prius uocabatur). Iudicum cap. 1.

DAVID rex, Ionathæ opera sæpius seruatus (erat filius Ionathæ Saulis regis, quo nullus unquam hominum fuit Dauidi infestior) postquam regno potitus est, Saulo eiusque filio Isobetho mortuis, quæ fuit à Siba Sauli seruo domestico, Num quis ex Sauli genere superesset, cui propter Ionathæ Sauli F. summum suum amicum benefeceret. Siba indicauit ei, superesse Mephibosethum Ionathanis F. Eum ergo rex accersit, & omnes agros Sauli aui ei dono dedit, eique ad mensam suam semper cibum capere uoluit. Siba quinque tantum præcepit, ut cum suis filiis is, & seruis 20. agros eos serueret, & fructus omnes Michæ Mephibosethi F. ad uicium conferret. 2. Regum. 9.

Cum Bagathan & Thares eunuchi conspirassent contra ALEXEREM Persarum regem, Barabazus alterius seruis, genere Iudæus, deprehensas insidias Mardocheo Iudæo patruo reginæ Esteræ indicauit: Mardocheus per ipsam regi insidiatores prodidit. Rex eo territus, ueritatem per quaestiones inuenit: & illis in cruce suffixis, Mardocheo tunc quidem pro salute sua, quam ei debebat, præmiij nihil perfoluit, tantum nomen eius in commentariis suos referri iussit & annotari: ipsam uero uersari in regia, receptum inter amicos regis necessarios. Esteræ 2. & Iosephus lib. 11. cap. 6. At post cum quadam nocte in somnis esset, nolens uigilia tempus perdere, iussit scribam allatis commentatis res tam à se quàm à maioribus gestas legere. Quo legit,

gente, intellexit quandam ob rem egregiè gestam donatū amplius possessiombus in regione cuius nomen adscriptū: alium ob fidem munera accepisse precij maximi. Tandem uentum est ad eum locum, qui cõrincab Bagathan & Tharis eunuchorum coniurationem, Mardochei Iudæi detecta indicio. Quo lecto, cum nullum adhuc ei præmiū sed dictum cognouisset, mādauit, ut uisitent quosnam amicum adesse pro palatij foribus, sibi; renunciant. Fortè autem Aman Amalechita ad erat, regis summus amicus, qui folito citius uenerat, rogaturus Mardochei supplicium, insensus ei quod se non adoraret. Iussit ergo eū intro uocari, petiitque, ut sibi daret consilium, quomodo posset honorare quendam sibi admodum carum hominè. Tūc Amān cogitans quancūq; sententiā protulisset, in rem suam fore, quod ipse præceteris regi carus esset: indicauit ei quod putabat optimū his uerbis: Si uis hominem, quem tibi ais dilectum, cumulare insigni gloria, fac ut equo uehatur uestitus, sicut tu, & aureo torque ornatus: & unus aliquis ex intimis tuis amicis præconis specie præcedat, clamans per totam urbem, quod sic honorabitur quem rex honorare uoluerit. Rex lætus: Ergo, inquit, uade; & sumpto equo, ueste ac torque, Mardocheum Iudæum quaere, & sic ornatum equo insidentem ipse præcedet, agens præconem interim. nam tu amicus es intimus, & cõsiliū quod dedisti exequeris optimè. debetur enim honor hic mee uitæ conferuatori. Esteræ 6. & Iosephus lib. 11. cap. 6. Antiq.

Fabulam quandam attigit Nicander in Theriacis, quæ apud antiquos circumferebatur, quod ingrati HOMINES, ad quos ingenio Prometheus deculerat, furum Promethei Io-nudicauerunt. Pro qua accusatione præmiū perpetuū iuuenauerunt. Inoue impetratur. Hanc cum asello cellario impouissent, asinusque graui siti in itinere laboraret, ad fontem quandam peruenit, ubi serpens ne ad aquam accederet prohibuit, nisi prius pacto precio. Tum uero pactus est asinus quæ quodcūq; haberet esse daturum, ne sit periret. Indefensu uentem exiit quotannis serpentes, ac sunt iuuenes. Natalis Comes Mythol. lib. 4. cap. 6.

CERES Tripotemo & Eubuleo, Dysaulis Atheniensis filius, eo quod ex illis primū filia raptum cognouisset, magni muneris loco frumeta ferendi ratione tradidit. Paus. in Atticis. Rapta Helena à Theseo; Tyndaridæ fratres repeterunt per legatos fororem. Cùm respondissent eues, neque penes se esse illam, neque ubi esset relicta, se scire: ad bellum conuersi sunt. Verum aperit eis ACADEMY S. Aphidnæ eam abdi. Vnde cum illi honores uiuio habiti sunt à Tyndaridæ, tum Lacedæmoniis, qui sæpius postmodum incurfauerunt Atticam, uiuicofos quæ finès peropulati sunt, Acadèmia abstinentur, Academi causa. Plut. in Theseo.

Cum olim ad inuestigandam Helenam à Theseo raptam Tyndaridæ cum magno copijs oram Atticam inuassent, & populos à se sedibus suis eicerent, ignari, quoniam loci subducta Helena esset: tunc DECELENSES (sic tribus quæ ad apud Athenienses uocatur) feruntur, & ut quidam uolunt, ipse Deceles, tum dolore damni, quod Theseo fieret, tum metu totius Atheniensiu soli, ne uassaretur, expoisse illis omnem rem: eosque, deduxisse Aphidnas, quas Titacus indigena Tyndaridis proderet. Quo ex facto Decelesibus permāsi in Sparta immunitas uictigalium, & dignitas præfidenti: adeo quidem, ut bello, quod multis postea annis inter Athenienses & Peloponneses gestum est, Lacedæmonij, cum cæteram Atticam popularentur, à Decela sibi temperauerint. Herod. lib. 9.

Lycurgus in oratione contra Leocrate scribit, ATHENIENSIS post Codri regis interitum, qui se bello Peloponnesiaco pro patria deuoerat, Cleomanti Delphi posterisque eius perpetuum in Prytaneo uicium decreuisset publici, quod oculum sibi oraculum, unde uictoriam illam de Doribus pepererant, indicasset. Detecta Aquiliorum prodicione, eaque punita, P. VAL. Poplicola de Vindicio seruo Aquiliorum, qui cum dixerat, tulit ad populum, ut primus ille libertus ciuitate donaretur, & suffragium, in qua uellet adscriptus tribu, ferret. Aliis libertis sero diuq; post per ambitionem popularem Appius suffragij ferendi ius dedit. Atque ex huius nomine Vindicij, qui solida libertate fuit donatus, dicitur uindicta manumissus. Plut. in Poplicola.

C. Fabricio consili quidam epistolam in castra attulit, quæ regis medicus scriperat: offerens, si præmiū sibi, quod bellum citra uellum discrimen sustulisset, ostenderetur à Romanis, ueneno se regem Pyrrhum necaturum. Cuius scelus Fabricius auertatus, per literas Pyrrhum monuit, ut caueret in fidias. PYRRHVS perlecta epistola, deprehensusque insidias, medicum afficit supplico, Fabricio & pop. Rom. gratiæ referendæ causa gratis captiuos donauit, ac Cinæam ex integro ad pacem sibi peragendam misit. Eius uero pop. Rom. nec in gratiæ partem, nec in mercedis, quod in seclus in ip-

sum committendū non consensisset, illos recipere sustinuit gratiò: sed totidem Tarentinos & Samnites ei liberos remissit. Pacis autem & amicitia non antè admittit mentione, quàm cum armis exercitum nauibus quas adduxerat, impouisset, atque in Epirum abscisisset. Plut. in Pyrrho. Gellius lib. 3. cap. 3. Cic. j. Offic.

Hispala Feceniæ & Ebutio, ob indicatam Bacchanaliorum facitum turpitudinem, præmia data fuerunt à ROM. singulis centena millia æris ex publico. Ad ditium, ut Hispala ingenio nuberet, nec fortuna aut quod d quæstum corpore fecisset, apud uirum noxæ illi esset, nec apud quenquam, quod ipse indicio fuisset in plures animaduertum: ut Ebutio eme rita stipendia essent, nec inuitus militaret. Sabellius libro 7. Enneadis j.

Artena Volscorum urbe à Rom. capta, arx quod se plurimi receperant, aliquot dies circumfessa, serui cuiusdam prodicione occupata est. Proditori præter libertatem duarum familiarum bonâ in præmiū à ROM. data. Ipse Scuius Romanus uo etatus. Sab. lib. 7. Enn. 3.

Latini post cladem ad Regillum lacum acceptam non solum arma, sed eos quoque qui se ad ea recipienda hortarentur, uehementer oderat: eaque ita effecti, ut Volscorum legatos in icctis uinculis Romam, cum Indicio eorum quæ à Volscis parentur, ad Consules, & Senatium miserint. Id adeo fuit ROM. gratum, ut captiuorum sex millia ad Regillum lacu capta, Latini nominis urbibus remisert, ac tum demum de foedere cum ipsa gente renouando, quod ad id tempus fuerat negatum, ut Liuius ait, ad magistratus reiecerint. Sabellius lib. 8. Ennead. 2.

CAIVS Agrippæ, ob indicatam Herodis Antipæ defectione, Tetrarchiam eius donauit. Iosephus.

Antonia in magno honore habita est apud TIBERIVM, uel propter affinitatem, quod Drusi fratris uxor fuerat: uel propter continentiam, quod florente etiam tum ætate uida recusarit alteras nuptias, licet hortante Augusto ad iterandum coniugium, in eoque uita genere omnem cauerit infamiam. Huc accedebat priuatum beneficium, quo maxime deuixerat hominem. Cum enim res pouas contra eum moliretur Scianus amicorum unus, uir ualde potens propter præfecturam prætorianorum militum, conspirantibus multis senatoribus & liberis Cæsaribus, & uiris militatibus, tantum illi constatum erat periculum, ut minimum quin opprimere, abfuerit. At Antonia quamprimum intellexit insidias compositas in principem; rem totam ei perperisfite accuratissime tradidit; literis Palanti seruorum suorum fidis simo, misit dum Capreas ad Tiberium: Quibus ille cognitis, Scianum occidit, & socios consilij Antoniaque iam antè habitæ in pfectio, maiorem etiam in posterum fidem habuit per omnia. Iosephus lib. 18. c. 8. Antiq.

LIOTHO pater Syluij Othonis Imp. in Illyrico milites quosdam, quod motu Camilli ex poenitentia præpositos suos, quasi defectionis aduersus Claudium auctores, occiderant, capite punitiuit. Quo facto, sicut gloria auxit, ita gratiam minuit: quæ tamen mature recuperauit, detecta equitis Rom. fraude, quem prodentibus seruis necem Claudio parare compererat. Namque SENATVS honore rarissimo, statua in palatio postea, profectus est eum: & Claudius allectum in ter patris collaudans amplissimis uerbis; hæc quoque adiecit: Vir, quo meliores liberos habere ne opto quidem. Suet.

CAROLVS Magnus, Fardulphum seu Rhadulphum Longobardum sacificalium Reginoburgi, ob coniurationem Pipini Gibbosi, quam in templo domiciens cognouerat, detectam, donauit abbatia S. Dionysij. Abentinus lib. 4. Annal.

Dux Venetorum Marinus Faletrius tyrannidem affectans, Beltrandum quandam conspirationis comitem adficiuerat, sexagintaque plebeis hominibus præfecerat, qui præscripta die in curiam ueniētēs, campani æris sonitu coacti, patricios omnes necitarent. Beltrandus, pridie quàm res patraretur, ad Nicolai Leonem patricium & compatrem suum hoc facinus detulit, siue poenitentiæ siue spe maioris præmiij. Leo, diligentius Beltrando domi asseruato, aliquot sanguinis patricij uiros in priuatam ædem cogit: reque planè patefacta p iudicem, Decemuirum consilium uocat noctū. Rei consilij supplicio statim affecti. Summa lucè dux conuictus sceleris, dignitate primū est priuatus; mox & ceruicēs illi abscissæ. VENETI Beltrando iudici primū ueniam tribuūt: inde donec uixerit, millenis aureis annujs donant, ædesque illi Marini Faletrii ad Apostolorum sanum dono dant, & (quod amplissimum erat) cum suis hæredibus in patricij ordinem adscitarent. Cæterum dūm quidam animi peruicacia, factuque, patres ut ingratos passim accusaret, sæpè admonitus, nec ab incepto desisteret, in exiliū relegatur. Quod dum locum non seruat præscriptum, Illyriumque frequenter oberrat, tandem interfectus obiit: Egnatius libro 3. cap. 4. Exemplorum.

ALBERTVS Cortusius Patavinus, cuius maiores bis à

Carrariensibus principibus spoliati fuerant, Marfilij Carrariensis, Francisci F. conatum de recuperando principatu cum cōiuratis susceptū primus Venetis detexit, anno MCCCXXXV. eoque nomine immunitate uectigalium perpetua donatus. Bern. Scard. lib. 3. classe 13. Pat. hist.

PRO PVDORIS DEFENSIONE.

Aristomenes Messenius, uictis Lacedæmoniis, & quodā tempore nocturna sacra celebrantibus, quæ uocabantur Hyacinthina, rapuit de choris ludentium uirgines quindecim, & tota nocte gradu concito fugiens, excessit de sinib. Spartanorum. Quumque eas comites uellent uiolare, monuit, quantum potuit, ne hoc facerent: & ad extremum quosdā non parentes interfecit, cæteris metu cœcitis. Redempta postea à cognatis PVELLÆ, cūm Aristomenem uiderent cædis reum fieri, tam dū ad patriam non sunt reuersæ, quā diu iudicium aduoluita genibus, defenforem pudicitia suæ cernent absolutum. Lud. Viues de Christiana femina lib. 1. ex Pausania in Messeniis.

GRATITUDO PRO BENEFICIIS COLLATIS, quæ CORPORI profuerunt. GRATI PRO

EDUCATIONE, NUTRITIONE. GRATI ALVMNI ERGA NUTRICES, ALTORES.

Consule Tit. Fidei erga parentes: quæ coninet ipsarū parentibus propter educationem debita. Item Tit. Mirabiliter conseruati.

CYRVS quamuis se Cambysis Perse & Mandanes filia Astygis regis Medorum filium esse reliquisset, suam tamen altricem Spaco (Græci Cynō uocant: unde fabulae initium, quæ canē fuerit nutritus) Mithridatis regij bubulci uxore in tanto honore semper habuit, ut semper in eius sermone esset Cynō. Herod. lib. 1.

ROMVLVS & REMVS cūm expositi ad Tiberim essent, & à lupa uictum accepissent, eius beneficii memores Lupæ simulacrum Romæ posuerunt. Plinius, & Lilius.

HENRICVS II. Imp. in literarum studio à ceteris educatus in oppido Saxonie Hildesheim, episcopatum ibi instituit, donariisq; & censibus decorauit. Culpin.

SEOTORM pueri altores atq; nutrices, eorumdemq; liberos, haud secus ac patentes germanosq; adamant. Hector Boethius libro 2.

ALIMENTIS QVIBVS LIBET.

Cūm maxima siccitas omnem ferē orbem præter Aegyptum peruasisset, ex qua ingens frugum hominumq; perniciēs secuta est, attulisse ex Aegypto dicunt ERECHTHEVM, propter cognationem, Atheniensibus frumentum: obq; id beneficium eis regem constitutum, qui summo regno docuerit eos cæremonia ac mysteria Cereis Eleusine ab Aegyptiis translatā. Eam quoq; deam tunc Athenas frumenta cōportasse dicunt, & ferere denuō triticum docuisse. Diodorus libro primo, cap. 2.

ARTOXERX regi Persarum in prælio contra Cyrum fratrem uulnerato, tantum non siti enecto enunchus Satibarzanes circumcursitans potum inuestigauit. Quippe erat locus ille siticus, & procul distabant castra. Tandem incidit in unum ex Caunis Caribus egenis, qui sordido in utriculo aquam putridam & uitiosam habebat ad octo heminas. Hunc arripit, atq; ad regem portat. Cūm totum exhauisset rex, quæsiuit de eo: Nūmne magnam nauicam mouisset ei potus? Ille per deos iurauit, nec unum unquam iucundius se potasse, nec aquam uel leuissimam & limpidissimam. Itaq; si minus ego, inquit, hominem, qui cam tibi dedit, inuenire, ut parē referam ei gratiam, ualeam: deos precor, ut beatum & opulentum efficiant. Post in regno confirmatus, Caunium hūc ex obscuro & inopere celebrem reddidit & lautum. Plutarchus in Artoxerxe.

IDEM cūm à Sinæta rustico uolū aquæ ex Cyro flumine hauitæ dono accepisset (nec enim aliud habebat infimæ sortis homo, quo patrio more regem honorare posset) ea re delectatus rex: Ego, inquit, o homo, grato animo munus tuum accipio, & in preciosisissimis numero. Hæc locutus mandauit spadonibus, ut munus in auream phialam reciperent. Mox cūm in diuersorum uenit, misit homini stolam Persicam, & phialam auream, & mille Daricos, simulq; ferentē ea dicere iussit: Visum est regi, ut hoc auro tuum animum oblectes & exhilares, quoniam ipsius quoq; mentem uoluptate affectisti, qui non indonatum neq; inhonoratum præterire passus sis: sed, quem admodum necessitas patiebatur, ita sis ueneratus. Aelianus lib. 1. Var. hist.

Polybius Megalopolitanus libro Hist. 12. Cūm PHILIPPVS, inquit, Persei pater, Asiam percurreret, annonæq; militibus eius defecisset, à Magnetibus uictum, quia aliunde non habebat, poposcit, à quibus ficus accepit. Quamobrem cūm Myuntem postea cepisset, regionem Magnetibus sicū cauā donauit. Athen. lib. 3. c. 3.

SERAPION puer ex Alexandria Aegypti Olymp. CXXVII. ad ludos Olympicos profectus, cūm summam annonæ caritatem esse audiisset, magnum frumenti numerum Elide supportandum curauit. Eligitur tum gratitudinis ergo tum uictoriae, Elie in gymnasio statuam pugillis pueri dedicauerunt. Pausan. lib. 6.

Manius Martius; & Trebius, ædiles, quod in summa caritate frumentum POP. Rom. in modios assibus dedere, cōmeatusq; inuexere, status in Capitolio & palatio cum titulis honorum mererere. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 3.

M. BRVTVS, Dyrrachio Apolloniā contendentis, in magni diu scrimen ex fame canina uenit. Nix alta erat: & qui comæ tuas portabat, nemo sequebatur. Cūm igitur ille animo deficeret & animam ageret, necessariū milites ad muros accurrerunt, panem postulatū ab hostibus, qui illic stationem agebant: quo statim accepto Brutū refererunt. Qua de caua urbe potitus elementer habuit omnes. Plutarchus lib. 6. Quæst. cōnuualium 8.

AGRIPPA Magnus Herodis nepos, rex Iudæorum, cūm in priuata fortuna Romæ esset, & cum propter falsas suspiciones Tiberius cætenis ante palatium ad arborem uinciri iussisset, ut inde in carcerem duceretur: in eo loco propter solis ardorem, animiq; molestiam magna siti torquebatur. Eā cūm prætereuntem Thaumastum uidisset, Caij seruū, aquæ prægledæ usq; farentem, orauit ut bibere se sineret. Quod ille cūm amatē fecisset, dixit Agrippa, se pro ipsa re gratiam aliquando ei relaturū. Haud multo post igitur Tibero Caui in principatu successit: à quo Agrippa, qui in eius contentum captus fuerat, liberatus, atq; in Iudæa rex constitutus fuit: qui tunc à Caio impetravit, ut eius precibus Thaumastus liberaretur. Itaq; postea suorum numero acceptum regni procuratorem fecit: moriensq; e testamento cauit, ut uxor ac liberi eodem apud se loco Thaumastum retinerent. Fulg. lib. 5. c. 2. ex Iosephi lib. 18. c. 8. Antiq.

Causam dicebat apud C. Iul. Cæsarem ex ueteranis quidam paulo uiolentior aduersus uicinos suos, & causa premebatur: Tum, Meministi (inquit) Imp. in Hispania talum te torfisse circa Suetonem? Cūm Cæsar meminisse se dixisset: Meministi sub quadam arbore minimum umbrę spargente, cū uelles sedere feruentissimo sole, & esset asprissimus locus, in quo ex rupibus acutis unica illa arbor eroperat, quendā ex commilitonibus penulam suam subtrauisset: cūm dixisset Cæsar, Quædā ni meminerim? & quidem siti cōfectus, qui nubes uoluit ire ad fontem proximum non poterat, reperere manibus, nisi ille homo fortis ac strenuus aquam mihi in galea sua attulisset. Tum ille: Potes ergo, Imp. agnoscere illum hominem, aut illam galeam? Cæsar ait, se non posse galeam agnoscere, hominem certe posse: & adiecit, iratus quod se à cognitione media ad ueterem fabulam abduceret, Tu utiq; non ille es. At reus: Merito (inquit) Cæsar me non agnoscis. Nam cūm hoc factum est, integer eram: postea ad Mundam in acie oculus mihi effosus est, & de ca pite ciectā & cruta ossa. Nec galeam illam si uideres agnosceres. machæra enim Isponia diuisa est. Itaq; uenit Cæsar, illi exhiberi negotium, & agellos, in quib. uicinalis uia causa rixæ ac litium fuerat, militi suo donauit. P. Aërodius, ex Seneca lib. 5. de Beneficiis.

HOSPITALITATE.

Propter hospitalitatem, quam prestiterunt Aegyptij iam olim ISRAELITIS, cūm in Aegypto peregrini essent, tertiā progeniem ab Aegyptiis descendentem in ciuitate recipi posse Dominus per Moysen affirmat: cūm Ammonitarū & Moabitaram ne decimam quidem progeniem suscipere possent, eo quod hi egressi ex Aegypto nullum hospitalitatis munus exhibuissent.

Cūm IOSEPH Iudæorū iudex (ca scilicet suprema dignitas erat) urbem Hiericentem in potestate redegressisset, & ita à Deo iussus, non urbem solūm euerisset, sed accolos quoq; omnes peremisset: non Raabam Canaanæam seminam solam, uerum omnes quoq; alios, quos ipsa domi receperat, inco lusos seruauit. Missos enim à Ioseph exploratores, quos Hiericonis rex, ut perderet, instabat ab urbe Canaanæa texerat, ita ut regis iram euaderent. Neq; uerō Ioseph fati dixit Canaanæam seruare, & Salmoni, uni ex principibus Iudæ (ex cuius deinde semine Christus ortus est) matrimonio iunge re, agros quoq; unde uiuere, ac pecuniā largē dedit: quam à Deo iussus erat, omnes quos in Hiericente inuenisset, occidit. Neque enim crimen à se admitti arbitrans est,

est, si ut in tali re gratus esset, diuinum imperium transgressus uideretur. in quo non peccasse eum, res ipsa ostendit. Si quidem Deus qui uoluntatis suæ transgressores grauitate castigare solebat, in Ioseph nihil animaduertit. Fulgosi lib. 5. cap. 2. ex Ioseph cap. 6.

SAVLVS rex, Samuelis propheta iussu Amalechitis exciuitus, ut qui CCC ante annis Israelitas ex Aegypto egressos infestasset in itinere: Cenços Sichemitas, qui in medio Madianitarum habitabant, & sese humanos erga Israelitas præbuerant, præmonuit, ut ab Amalechitis funditus excindendis discederent, ne unā cum illis perirent. i. Reg. 15.

ELIAS Thesbites propheta à uidua Sareptana hospitio susceptus, cūm illa sibi perenti panem quem unicum habebat, eoq; absumto certam mortem sibi filioq; suo instare uidebat, dedidit: à Domino precibus impetravit, ut cadus farinae, & olei lecythus nunquam deficeret, quoad fames grauissima, quæ tricenarium integrum durauerat, cessauit. Filiū quintianū illius paruum morbo exanimatū uitæ restituit. 3. Regum cap. 17. Epiphanius Ionan prophetam hunc filium fuisse ait.

ELISVS propheta hospitio susceptus Sunæ à muliere locuplete, quæ sterilis erat, eam anno uertente filium parituram prædixit. Filius cūm diē quodam ad meliores egressus in febrim adentem incidisset, in matris gremio extinctus est. Sunamitis in montem Carmelum ad Elisæum profecta, rem ei indicauit. Propheta eam comitatus, filium in uitam reuocauit. 4. Regum 4.

DAUID rex moriens, Solomonū F. præcepit, uti Berzellæ Galaditæ natos in numerum suorum cōiutorum reciperet, eo quod sibi Abalomum filium fugienti subuenissent. 3. Regum, cap. 21.

PAVLVS Apostolus Melitenensium plurimos, à quibus naufragus cum locis humaniter exceptus fuerat, à grauiussum liberari morbis, & inter eos Publij insularorū principis patrem à torminibus. Act. 28.

Nelus, cūm Herculeum hospitio recipere nollet, omnesq; cæteri filij pedibus in parentis sententiam irent, solus Nestor non consensit. HERCVLES autem, cūm capti iam ciuitate, Nelum unā cum reliquis illis interfecisset, tanti beneficij memor, Nestori non solūm peperit, uerum etiam autiū ei regnum gubernandum tradidit. Vnde etiam Athenicis publicè gratiam Herculis posteris retulerunt (quoniam stirpis illorum auctor de Theseo bene meritus fuerat) cūm deducerent eos in Peloponnesum. Aelianus libro 4. de Variā historia.

HOMERVS in poesi sua, omnibus iis à quibus beneficia accepit, abundantissimè gratiam reulit. Namq; quid Mentis Leucadii mercatoris liberalitate peregrinari potuisset, cum in Odyssæa regem Taphiorum facit. Mentora Ithacensem, à quo hospitio fuerat susceptus, cūm Ithacæ ex oculis laboraret, Vlyssis fugit so cium, cuius fidei Vlysses Troiam nauigans, tanquam uiro æquissimo, familiam domumq; totam commiserat. Phœnium præceptorem & altorem suum (uicium, ut aliquibus uidetur) in Odyssæa muscum & poetā præstantissimum intro ducit, qui Penelope castum animū pudicis uerbis in officio continebat. Tychium coriariū quoq; cuius hospitio ad Nouum murum fuerat usus, celebrat in Iliade, quæ Ajacis scutum ex coelo confecerit. Herod.

MESSENI dūce Aristomene, eieci ex Etra monte à Lacedæmoniis, ab Arcadibus liberaliter & benignè suscepti fuerunt. Extorres tamen, & uariis castibus per CCCXVII. annos agitati, tandem post Leucitricam Lacedæmoniorum cladē ab Epaminōda sedibus suis restituti: cūm Cleomenes Spartanus Megalopolin Arcadiæ occupasset, quicunq; cum Philoponem Craugidis F. effugere, eos Messenij gratitudinis ergo liberaliter accepere. Sic nunquam perit gratia. Vicissim cūm Nabis Lacedæmoniorum tyrannus Messenem noctu occupasset, PHILOPOEMEN & Megalopolitani tyrannum cedere coegerunt. Pausan. in Messeniis.

LACEDÆMONI cūm Peloponnesis cæterorumq; sociorum præsidio secunda expeditione in Attica irrumpunt, uil las ubiq; uastant, incendiiis edificia euerunt, ea tantummodo parte intacta, quæ Terrapolis appellatur: ab huius uiolatione abstinerere, pro aus suos eius loci habitaculis & hospitio exceptos olim, & Eurythum inde bello adortos superasse audiuerant. Ac equum namq; uidebatur his qui maiores suos beneficiis affecerant, pares ab nepotibus eorum gratias referri. Diodorus lib. 12.

Cūm Thebani exules, Pelopidas, Phœrenicus, Melon, Damocli des, qui Lacedæmoniorum tyrannidem ferre non poterat, Athenas confugissent: Lacedæmonij Atheniensibus imperauerunt, ne reciperent exules, neque eos concitaret: sed tanquam à sociis declaratos communes hostes exterminaret. Verū ATHENIENSES cūm inueterata sua & genuina humanitate, tum ut gratias referrent Thebanis (qui Thrasylbulum cūm exulibus Atheniensibus inprimis ad reditum in

patriam adiuuerant, sciuerantq; si quis Atheniensium arma per Bœotiam aduersus XXX tyrannos ferret, neminē id audire aut uideri Thebanorum omnem iniuriam ab iis abstinerunt: futurum aliquando rati, ut sicut Thrasylbulus ex Thebis erumpens obtinuerat Atheniensium tyrannos, ita ut ipsi quoq; mouctes ex Athenis Thebas in libertatem affererent. Plur. in Pelopida.

CROSVS Lydorum rex, cūm audiisset legatos suos, quos Delphos miserat, comiter ab Alemeone Atheniensi exceptos fuisse: hominem accersit: & ubi aduenit, tantū eum donauit auro, quanto semel corpore suo ferre possit. Herodotus libro sexto.

Pythius Atys F. Lydus genere, cū argenti duo millia talentū, auri quadragies centena millia numūm Daricorum, septē millibus minus, possideret: Xerxi illa transeunti cōtra Græcos, ea omnia dono obtulit, sibi è mancipijs atq; agricolis uictum suppetere distans: & totum illius exercitum hospitio excepit. XERXES rex & opulentiam & liberalitatē hominis admiratus, gratias egit, eumq; hospitium suum fecit: & ne quadragies centena millia imperfecta essent, septē millia in supplementum de suo addi uoluit. Herodotus lib. 7. & Plinius lib. 33. cap. 10.

PHILIPPVS Macædonum rex, cūm Thebis obses esset, Philonis Thebani hospitio usus est, multisq; insuper ab eo beneficiis affectus. Is quū uicissim à Philippo nihil muneris uellet accipere: Ne me, inquit, Philippus, beneficentia superatum hac laude spoliēs, quod hæc tunc à nemine beneficiis uictus fuerim. O animū imperio dignum, Pulcrius existimauit, beneficiando, quām potentia uincere. Plur. in Apophthegmatibus regum & Imp.

ALEXANDER Magnus captis Thebis, hospites patris sui Philippi (apud eos enim obses adhuc puer egerat) eorūq; cognatos incolumes seruauit, reliquis captis aut trucidatis. Aelianus lib. 13. Var. hist.

CASSANDER Mantinæ summa nobilitate & auctoritate, fortunæ fluctibus domo profugus Megalopolim se contulit: potissimum Craulsi gratia patris Philopœmenis, uiri cūm omni præfulgentis gloria, tum uerō priuatiū ei familiaritate coniuuati. Ab hoc est superstitie cultus omni genere officiorum. Quo mortuo, ut uices repēderet illi hospitalitatis, filium eius orbūm educauit: quo modo Phœnicis ait Homerus fuisse Achillem alumnū, unde generosis & regijs à teneris usq; unguiculis conformatus fuit & adoleuit moribus. Plur. in Philopœmenis uita.

MINTIVS magister equitum (cui secundo bello Punico æquatūm est cum Dictatore imperium) temerē in Pœnorum insidiis præcipitatus est, circumuentusq; ab hoste cum dimidio copiarum. Erat haud dubiè locum ipsum Rom. clade ante Cannas nobilitaturus. Cæterū Q. Fabij Maximi Dictatoris, à quo dissentiebat in administrando bello, celerit occurrere imminenti periculo subtraçtus, haud inepetē in famam diluendam gratitudinē temeritati præterxit; utroq; Dictatorū imperium restituit, Patremq; appellauit: fuit præterea suis auctor, ut Patronum militari clamore salutatū aurea corona donarent. Sabellicus lib. 7. cap. 1. ex Val. lib. 5. cap. 2.

ROMANOS, memoriæ proditum est, aduersum Acarnanes liberalitate non mediocri usos in referenda gratia, post multa etiam secula: quod illi Aeneam auctorem & urbis & generis, extorrem patriæ, profugumq; ad Acarnaniæ oras diuertentem classe, portibus hospitioq; benignè excepissent. Itaq; eam ob causam donati sunt Acarnanes Leucade & Anactorio, quæ oppida Romanus exercitus Corinthiis ademerat. Pont. cap. 34. de Liberalitate.

Captis Veis, pop. Rom. delecta decima spoliiorum parte, aureum craterem Apollini Delphico dedicauit. Legati à Liparæis prædonibus capti in Liparam abducuntur. Timastheus Lipareorum dux legatos liberauit. Illi craterem in medio templi Delphici deposito, Romani reuerti sunt. ROMANI audito Timasthei beneficio, publicum ei hospitium Romę concesserunt: & cūm post annos CCCXXVII. Liparam inuasissent, quicunq; ex Carthaginensibus ad Timastheum genus suum referrent, omnes eos ab omni censu & tributo immunes libertate donauerunt. Dio. lib. 14.

SYLLA, cūm Præneste oppidum armis cepisset, decreuit: setq; quicquid erat ciuium trucidare, hospitem suum iussit excipi: hoc beneficio penitare uolens hospitij communicati gratiam. At ille contra liberè: Nolo, inquit, patriæ meæ extinctori debere uitam. Simulq; turbæ ad finem ciuium se se admiscuit, & cum illis trucidatus est. Etasius lib. 6. Apophthegmatum, ex Plutarcho.

MARTIANVS, cūm adhuc in priuata fortuna eques, in Lycia à Tatiano & Iulio fratribus, apud quos hospitio susceptus erat, grauiter laborans, ingentia beneficia accepisset, & inde profecturus, mutua quoque pecuniā adiutus esset (hæc enim reuerentia in eum moti præstiterant, quod dori-

mienti per aestatem in agro, aequilam in aere leniter se moventem, patentibus alis solem auertere uiderant) ut ad imperium euectus est, omnibus postpositus, Lycios ipsos fratres uocari iussit: alteroq; Ilyrico, altero Constantinopoli praefecto, datis aliis quoq; muneribus, in tam sublimem euectus gradum, beneficiorum quae in parua fortuna acceperat, non se oblitum esse ostendit. Fulgosus, & Egnatius libro 5. cap. 2.

BASILIVS Macedo, antequam Imperator fieret, comitatus erat Theophilum dominum suum in Achaia: ibiq; ob ad uersam ualeudinem relictus, a Danielide muliere primaria diligenter curatus, amplisq; donis affectus fuit: nihil ab ipso requirentem, quam ut cum Ioanne filio suo spirituale fratris necessitudinem contraheret. Quo imperato, Basilio enarrat, quid a monacho de ipsius futura dignitate Imperatoria audiuerit, orans, ut sibi liberisq; suis benignus & clemens esse uelit. Id quod Basilius factus Imp. diligenter praestitit. Eum enim protospatharij dignitate summamq; potestate auxit. Danielidem etiam anum ad se uocauit. Haec cum equo uehi nequiret, in lectica recubuit, eamq; CCC iuuenibus robus, alternis uicibus gestandam mandauit: ac postmodum honorifice tractata & donata, domum remisit. Cedrenus.

Baldunius I. Hierosolymorum rex in Arabia duxit: quam a solitu sine uindicta incolae uagi, tabernacula circumferentes. Inde ingentem uim amentorum abegit, hominibusq; promissisq; omnis generis, aetatisque. In his erat cuiusdam PHYLARCHI uxor grauida: quae inter caeteros captiuos camelo imposta, cum in praepropero Latinorum reditu, coortis maturitate partus doloibus desistere uideretur: rex recurrens, deponi eam, ex spoliisque hostium subterni uestimeta iussit, amiculoq; suo eam operuit, abiitq; remanere cum domina seruo iulso, ac quadam ex captiuarum grege, quae obstericis munere fungeretur: simul camelo foeta ad infantem eo lacte alendum relicta, aqua q; in utro, ac fructibus in sportula agrestibus ad puerperam sustentandam, reliquum iter confecit. Phylarchus, qui fugerat, recepto animo, contractisq; popularibus, praedonem insequeretur, & praedam caeteram & uxorem recuperaturus: in medio itinere reperit uxorem, infantemq; natum, ac ancillam uiriq; ministrantem. Admiratione gaudioque repentino substitit: eamq; grato animo factum Latini regis accepit, ut claudendum foedus cum rege percussisset, cum latiore gratiam suo tempore relaturus. Nec desuit occasio. Baldunus enim in Rhamulensium urbe conclusus erat, eam postmodum Aegyptiis uictoribus aggressus, certa expugnandi spe. Phylarchus Arabs, noctu fide clam data acceptaq; in urbem receptus, Baldunum clam in tutum reduxit. Qui cum iam a suis pro mortuo deploratus esset, repente superueniens, mirra leuita omnes affectit: tantamque alacritatem in didit, ut congressus rursus cum hoste, ingentem uictoriam reportarint. Aemilius libro 5.

MANSOR, Maroci Atlantici rex & pontifex, in uenatione nentorum & tempestatum turbine in auia a comitibus distractus, nocte iam ingruente, tugurium Piscatoris anguilla captantis in proximis paludibus subitit. A quo, dissimulato habitu, benignè excepit, cum inter colloquia piscator Mansoris regis commendasset pietatem, felicitatem & tranquillitatem imperij, atque etiam haec dum, suarum diuitiarum summam, hospitij macerasset, factuq; mane cum per coenosa paludis uoragine ad suos incolum deduxisset: rex hominis hospitalitate delectatus, uicinas arcus & palatia ei dono data mœnibus cinxit. Sensim autem noui huius domini potentia tantum creuit, ut quadringentas familias nobilissimas habuerit. Oppidum ipsum Caesar Elcahir, hoc est, Regium palatium appellatum fuit. Ioan. Leo lib. 3. cap. 72. de Africa.

CONRADVS Imp. in uenatione ceruam insequendo a satelitibus longius recedens, & in multam noctem oberrans, forte in Gulielmum incidit plebanum in Catzenhusen. Is per benignè Imperatorem accepit, & pro sua tenuitate tractauit. Iussus autem ab hospite splendido aliquid petere, corrigiam de ceruina pelle, qua singuli loco uti possent, sibi dari petiit. Paulo post Bertholdo Monasteriensis Episcopo apud Westphalos mortuo, in locum ipsius hunc plebanum ordine VI. Imper. substituit. Albertus Cranzius in Metro-poli libro 2. cap. 29.

INNOCENTIVS II. Pp. dum Anacleum II. Antipapam fugeret in Galliam, a Genuensibus comiter atque honorifice acceptus, & iterum dum a Gallia reuertitur, hanc eis gratia retulit, quod episcoporum eorum, ob obedientia archiepiscopi Mediolanensis, exemptionem, archiepiscopum fecit, atque ei dimidiatum episcoporum Corsicae partem subiecit. Syrus primus ea dignitate est usus. Pisas progressus, pacem inter Pisanos & Genuenses composuit: eorumq; ecclesiam, perinde ac Genuensem, metropolitanam effecit, parte altera episcoporum Corsicae tributa: quae res adhuc discordiam

inter eas ciuitates aluerat. Sigonius libro II. regni Italici. Moguntinum EPISCOPVM. olim Romam proficiscens in itinere comitatus, duxerat ac reduxerat incolum Rodolphus Habspurgensis. Episcopus Comitatus fortitudinem & prudentiam Principibus Electoribus laudans, ut rex Romae, eligeretur, effecit. Cuspinianus.

IOANNES Medices, Pontificis Iulij II. exercitus contra Gallos Bentiuolorum defensionem suscipientes legatus, post cladem ad Rauemam profugato toto suo exercitu, acceptam, Mediolanum perducitur. In itinere autem quum esset Mutinae, Blanca Rangonia benignitatem sensit: ea erat Bentiuolorum soror, eximia liberalitatis femina, quae omnibus ex mundo muliebri necessariis ad cultum ornamentis sumtuosissimè eum repleuit. Unde ipse mox effectus Patifex sub nomine Leonis X. uti in referenda gratia planè gratissimus, eius liberos & honore pilei, & Praetorij praefectura, & magnis militiae stipendiis exornauit. Paulus Iouius in Leone X.

Fama est, antiquissimum ex gente LVSITANORVM regem cum paucis olim Venetias appulisset, eiusque uiscenda studio aliquandiu in urbe uersatum, dissimulata interim persona quam gerebat magnitudine. Igitur benignè appellatus, in publicum est hospitium adductus: dati adhuc ex patricio ordine plerique, qui urbem illi per otium monstrarent, quiq; ipsius latera stipantes, benignè ac comiter hospitium haberent: data & abeunti ex publico munera, missiq; non pauci, qui eum pro cul urbe officij causa comitarentur. Haec Venetorum hospitalitas, qua ipsi priuato homini praestare putabant, ita accepta fuit regi, ut in Iberiam ueniens, rem omnem posteris tradidisse dicatur. Atque ob id ipsum mutuum hospitium Venetis cum regia illa familia in hunc diem durat. Sab. lib. 3. Dec. 4.

MORBORVM DEPVLSIONE.

Vide infra, Grati erga Medicos. Et Reipropere quam, (qua etiam ab alio quam medico interdum praestatur) illis Personae erga quam grati sint, ratio habetur.

NAAMAN Syrus Elifaeo prophetae, a quo curatus fuerat a lepra, decem argenti talenta, sex aureorum millia, & decem ueltes splendidi obtulit. qua tamen Elifaeus accipere noluit. Sed Gihezis famulus clam domino, duo talenta totidemque ueltes a Naamane accepit. 4. Reg. 5.

MVLIER haemorrhoida a Caesarea Philippo fuit (Phoenices Paeneada uocant) & a Christo curata, eius simbrae atrachum. Itaque gratitudinis ergo praeforis domus suae columnam erexit: dicitur, in qua aetate duae statuë sublimes stabant: Foemina supplicanti similis, genibus flexis, manibusq; protensis, uiri diploidem tangebatur. Vir ipse manum supplicanti tangebatur. Ex basi uiculis statuae herbam alexiphagicae uel enascei asseruerunt, qua cum ad sacrum simbrae pergisisset, crescere desineret. Ea ad desperatissimos morbos utebantur, de causa incerti, aut cuius ea esset statua: donec effossa terra, literæ historiae fidem facientes apparuerunt: & deinceps herba ea uocant. Statua ipsa usq; ad Iulianum apostatam durauit, qui eius loco suam erexit: qua tamen fulmine disiecta fuit. Statuam autem Christi in Ecclesiae Diaconicum transferunt pij homines, quam panico furore periclitati quidam funibus reuinctam per mediam traxere uiam, omniq; genere contumelie affecterunt, ita ut totam comminuerint. Fragmenta a religiosis uiris collecta, & maximi thesauri instar reposita. Nicephorus lib. 6. cap. 15. & lib. 10. cap. 30. Eusebius lib. 7. Eccles. hist. se statuum uidisse affirmat.

Decem leprosis a Christo sanatis VNVS tantum, qui Samaritanus erat, ad Christum rediit, & gratias ei egit. Luca 17. Graeci poetae, tragicique, in primis, qui Homerum aetate consecuti sunt, narrant Graecos cum primùm ad Ilium cum classe accesserunt, errasse in uia: expostis que copiis in terram, regionem quam non hecbat, depopulatos esse: Myssa autem haec erat, ubi regnabat TELEPHVS, qui graue uulnus ab Achille accepit, cum equus, quo uehebatur, farramento implicitus cecidisset, uoluntate Liberj patris: interea tamen compulsi in naues Graecos, re quam aggressi fuerant, non pericla. Postquam autem impositi ipsi uulnus sanari non poterat, consulo oraculo responsum accepit hoc per uagatum, & apud Ilium, quod a nullo alio sanari posset uulnus, nisi ab eo qui inflixisset. Quare cum ad Achillem nauigasset, ulcere sanato mercede curationis ei dedit, quod duces itineris illius se praebuit Graecis: eos que ad Troiam saluos deduxit. Victorius lib. 5. Var. lect. c. 12.

PHALYSVS Anytae poëtrici pro recuperata oculorum sanitatibus mille numum aureorū numerauit. Paus. in Phocis. Darius LEONARDVS Cenomanensis, episcopus Lemouicensis, cum CLODOVEI regis Gallorum uxorem in partu periclitantem seruaasset, multa munera rege offerente, id tantum petiit,

petiit, ut sibi de sylua, in qua regina peperisset, tantum concederet, quantum una nocte aino circuire posset. Ibidem monasterium construxit, & duos monachos apud se habuit. Deinde uenerunt septem familiae eius generis, quas omnes distribuit nemoibus apud se retinuit. Vincencius lib. 2. capite undecimo.

VITA CONSERVATA PROPHEIIS.

ELISEVS propheta, Abdia uiri optimi liberos a seruitute liberat, quam illis inebat creditor ob contractum a patre propter, illum alicuius in consecrandis a furore Iezabelis prophetae. 4. Reg. 4. & Iosephus lib. 9. cap. 3.

REGIBVS, PRINCIPIBVS.

IAROMIRVS Boemoru pnceps, a Cochiano Versouicenses in uenatione fugitiss confixus, superuentu Houora uenatoris sui liberatus, cum praefectura uenatoria eiusq; posteros, agris insuper & pagis circa Stembanum fisis donauit: primiq; inter Boemos auctoritate Caesaris Henrici ad eum procerum gradum protexit, qui nunc Baronis a Duba siue Quercu in Boemia appellantur. Dubravius lib. 6.

RODOLPHVS Habspurgensis Imp. Iacobum Mullerum Tringinum maiore beneuolentia, quam principis, pari, qua fratres, prosequeretur. Mirantibus hanc insolentiam ueneris, Memorem se esse dixit beneficij a Iacobo accepti, quod illius fortitudine atq; fide, cum contra Baronem Regenspergum pugnans, multis uulneribus affectus, a suis plerisque desertus, illius opera equo impositus, & ex hostium manibus liberatus fuisset. Scumpsius.

ALPHONSVS Aragonius subacta Iffchia insula, ad uicinum templum, Deo gratias pro uictoria acturus, profectus, cum nauicula, qua uehebatur, subuersa esset, Caietani nauatae opera seruatus, alimenta ei liberalissimè dedit & quinq; illius filias honestissimè elocauit. Ludouicus Dominicus lib. 1. Variæ hist. ex Panorm. Pontanus XII uncias annuatim a rege tributas scribit cap. 12. de Liberalitate.

CIBIBVS, EXERCITVI, COM-MILITONIBVS.

ALCIBIADES fuit admodum adolefcens in expeditione contra Potidae suscepta, habuitq; contubernale & in certaminibus laus suum cingentem Socratem. Cum aliquando acris pugna esset, praeter ceteros ambo dimicauerunt strenue. fauicium autem Alcibiadem protexit & defendit Socrates: & uero, quod constitit omnibus, eum cum armis conseruauit. Debebat ergo optimo iure praemium militare Socrati. Sed cum ob dignitatem aperte contenderent duces de ferre Alcibiadi honorem: Socrates, quod eius in rebus praedaris intendere ambitionem, primus testis fuit & auctor, ut donaretur illi corona & decoris armis. Iam pugna in Deho terga dantis Atheniensibus, Alcibiades equo uictus Socratem pedibus se cum paucis recipientem, ut eum conserpex, non est praeterlatus, sed stipauit textiq; eum, quam uultu instarent hostes: & multos obruncauit. Plut. in Alcibiade, & Plato in Symposio.

Decius Tribunus militum cum Rom. exercitu ab hostibus Sabinis circumuentu circuitione montis conseruasset: Consul C. COR. COSIUS concione aduocata pergit Decij laudes: cum latiore etiam testimonio recentioris consilij, cum aliis militaribus donis, auream illi coronam, centum boues, atq; in his album auratis cornibus donat habere: singulis militibus, qui cum eo fuerant, duplex frumentum accipere, binos in praesentia boues binasq; tunicas. Milites eam consulis gratitudinem clamore approbantes, coronam gramineam, discessisse obsequio argumentum, Decio imponere: Altera corona eiusdem honoris index a suo est praesidio illi imposita, quia ipsius consilio & uirtute ab hoste obsessi, per illorum stationes, incolomes in Romana castra uenissent. Ipse centum boues a consule datos militibus expeditionis illius foctis dono dedit. Sab. lib. 3. Enn. 4.

HOSTIBVS.

Cum LARGIVS ciuis Romanus, in triumphali proscriptio-nenominatus esset forte inuictus a militibus, qui eam pronuinciam obeuntes, alium insequerantur, praemiserunt coram ab eis dimissus est. Qui cum nondum ab eis longè abiisset, animaduertit ab aliis militibus, qui proscriptio ipsi quoq; disquirebant, se desectum. Cum autem uideret se nullo modo eorum posse manus euadere, in ea animi perturbatione, in qua de salutis periculo torquebatur, memores accepti a prioribus militibus officij, qui eum dimiserant, sanguine suo, postquam aliter non poterat, gratum se esse praestare uoluit. Itaq; ad eos reuerfus, dixit: Velle se, ut ad ipsos potius capitis sui praemium perueniret, quia quantum in eis fuerat, cum liberarent, quam ad illos, qui sine ulla misericor-

diae specie ipsum insectabantur. Fulgosus libro 5. c. 3.

TIBERIVS Caesar, a Germania in Urbem post biennium regressus, triumphum, quem disfulerat, egit: Barionem Panoniam ducem ingentibus donatum praemijs, Rauennam transtulit: gratiam referens, quod se quondam cum exercitu iniquitate loci circūclusum, passus esset euadere. Sueton.

FROTHO, Danorum rex, Ericum Dilecti, ob plurimos adultores singularem certamine occisus, fugientem nauis lacera insequitur. Caeterum mergentem nauis, armis onustum regem de uita periclitantem, cum Ericus & Rollerus fratres na tandi industria de praesenti mortis periculo eripuissent: pro uita conseruata Ericu in amicorum numerum susceperit: sub sponsalium fide sororem Gunuaram ac centurionatu dedit: eius uero fratri Rollero Hanuudam reginam a se ob stupri crimen repudiata: Saxo lib. 3. & Ioannes Magnus lib. 4. cap. 22.

Bello Neapolitano Tarentinus dux Andegauenis partes secutus, Andria graui obfisione premens cuniculos agebat. Quib. cotrarios egit Franciscus dux Andrensis, Ferdinandi Aragonij partiu studio: si quis patefactis, HOSTES, quos igne & fumo suffocare poterat, religione uictus capi iussit, armisq; exutos & liberaliter habitos, mane facto cum uesti mentis benignè dimisit. Itaq; tantum sibi illorum deuinxit animos, ut reperti ex eis fuerint, qui per famulos aut amicos suos clam frumentum, cuius inopia premi urbem sciebant, aut intra urbem immitterent, aut in ipsas fossas excipiendum noctu ab oppidanis decerent. Quibus artibus aliquot diebus fames in urbe tolerata est, sed tandem dedita, anno MCCCCLXI. Pontanus lib. 4. belli Neapolitani.

Federicus Caietanus Honorati F. quum a Caesare Carolo V. ad Gallos, anno MDXXII. Neapolitanum regnum inuadentes, descisisset, ut paterna oppida a Columnis possessa sepe tereti secuti periculis esset, Murconio eius patruo POMPEII Columnæ Cardinalis precibus conseruato, qui eandem dominationem subierat, & penè productus ad supplicij locum, similem uitae exitum expectabat. Attulit hanc gratiam misero seni, ex ueteris beneficij memoria, quod uir generosus XX annorum spacio nunquam obliuione deleuerat. Quum enim iuuenis in Volcoru syluis quotidiana consuetudine uenaretur, ab Honorati equitibus ex insidijs captus, & Furdana in arce in limum turris carcerem detrusus fuerat: sed demum insigni Murconij pietate mortem effugit: quum Honoratus frater eum uti iuuenem praeficerem, & Caietanæ familiae infestum, uentis tollere deceruisset. Seruū enim suum Murconius fideli obsequio facili parentem, sed confecto damnatum crimine, in eisdem carcerem demitti iusserat, ut Pompeium morderet, ne alio ueretur cibo, quam eo, qui sibi sportula demissus foret, humaniter interposita salutarum mora, donec Honorati consilia lenirentur. Iouius in Pomp. Columna.

HOSPITIBVS.

EXPLORATORES duo a Iosua Israelitarum duce, ex Sermo in Chananam trans Iordanem missi ad explorandam regionem, & in primis Hierichuntem urbem: cum ed uenissent, diuerterunt in domum Rachabæ meretricis, qua illos iam suspectos ciuibus sub testis sub sine fasciculis occularat, & per fenestram fume demissos (erat enim domus sub mœnia) in columes dimiserat. Illi pro hoc beneficio cum ea pacti sunt, ut quando Israelitæ urbem illam expugnarent, ipsa coccineum laqueum fenestras alligaret, & parentes suos, fratres, cum uniuersa paterna familia domum ad se congregaret. Eo enim signo animaduerso, Israelitas domui illius parcituros: Iosua 2.

PARENTIBVS.

FURNIVS quidam, qui uixit Augusti temporibus (cuius pater quandoquidem sub Antonio stipendium fecerat, ob id iure belli hostiliter Augusto erat iniussus) adiit Imperatorem, patris ab eo uitam deprecatur. Ignoscebat ille. Tunc Furnius: Hanc unam Caesar, habeo iniuriam tuam, effecisti ut uiuere & morderer ingratus. Caesius lib. 7. c. 28. A. L.

FATRIBVS.

XERXES Xenagoram Ciliciae praefectura donauit, ob seruatum fratrem. Vide Tit. Molles in ferendis conuicijs.

DOMINIS.

CROESVM Halyattis Enouerca panem medicato e medio tollere decreuerat. Famula, cui id negotij datum fuerat, Croeso insidias detexit, & ab eo peruersa, medicatos panes nouercae liberis ueluti per errorem apposuit. Lis extinguit, Croesus tandem regno potius, statuam mulierculæ dædymon in ter reliqua donaria Delphos misit, & pietatis illius, & suae gratitudinis monumentum. Plut. in lib. Cur Pythia uersibus oracula nulla amplius edat.

OB PATRIAE DEFEN-
SIONEM.

Cum liberasset Gedeon ab inimicis ISRAELITIS, dixerunt omnes ad eum: Dominare nobis tu & filius tuus, quia liberasti nos de manibus Madianitarum. Iudicum 8.
ARGIVI, Telesilla poetrix statuam posterunt, ob defensionem aduersus Cleomenem per feminas urbem. Paus. in Corinth.
Bello Peloponnesiaco, ATHENIENSES bustum ueteri instituto iis publicè fecerunt, qui praesenti bello perissent: ad quorum memoriam laudandam Pericles Xanthippi filius delectus est. Grata ciuitas praeter funeris monumentum, peremptorum liberis ad pubertatis usque annos alimenta decreuit: ut talibus praemiis caeteri allegeti, pace, bello, terra marique, studeant patriam demereri. Sab. lib. 6. Enn. 3.
IDEM eorum memores, quae Aristides pro Atheniensium salute Persarum bello egerat, Lyfmachio eius filio poetae me Iopoeo, sed tenui & simplici, ob parentis memoriam minas argenti centum dedere, totidemque agri iugera, & simul quotidie drachmas quatuor, Alcibiade sua dante. Filiae Polycriae post patris interitum tantumdem alimenti, quantum Olympionici dare consueverant. Plut. & Callisthenes.
Horatius Cocles, cum unus irruentibus ad urbem Hetruscis, Porfennaeque ipsi obstisset, dum subicius pons rescindere-tur, ponteque effracto incolomis postea armatusque, ad suos Tiberim transisset: Senatus decreto, ROMANI omnes unius diei cibaria domum Horatio pertulerunt: & insuper dono ei Senatus dedit, quantum agri uno die circumare potest. Fulgostus lib. 5. cap. 2.
Q. Fab. Maximus, secundo pop. Rom. contra Annibalem, recepto Tarento, secundum agentem triumphum, POP. Rom. tum alios habuit eximios honores, tum filium eius consulè designauit. Plut. in Fabio.
Festus dies, praemij loco Petro Gradonico Duci à VENETIS institutus fuit, ipso D. Catharinae die, qui Petri quoque natalis erat, ob rem bene gestam aduersus conspirationem, Balamondi Teupuli. Egnat. lib. 3. c. 2. & 6.

OB LITERARIA
MVNERA.

Ex Tit. Summum liberalium in libros excendentes
collatorum, exemplis quaedam pete.

ALEXANDER Macedo, Pyrrhonem Eliensem philosophum & poetam praclarum, à quo secta Pyrrhonorum, decem aureorum millibus donauit pro oblato poemate. Sextus Empiricus testis.
HERON tyrannus Syracusanus, Archimolo poetae mille modumno tritici in Pyraeum usque, misit pro Epigrammate uno, quo ille nauem Hieronis (de qua & Archimedes opus composuerat) celebrat. Athenaeus.
LYSANDER Sparanus, ob pauculos uersiculos Anstiocho poetae pileum argento impleuit. Pontanus cap. 29. de Liberalitate, ex Plutarcho.
PTOLEMAEVS Philadelphus, cum Iudaeorum legem in Graecam ex Hebraica lingua transferri per LXX feniores curasset: ut huius operae gratiam Iudaeis referret, ultra ingentem uim auri dono Hierosolymorum templo datam, Iudaeorum quoque gentis captiuos omnes per totam Aegyptum conquisitos, sub prioribus regibus bello captos (quanquam centum millium numerum aequarent) pecunia sua à dominis omnes redemit, ac libertate donauit: ut sine populorum iactu ra (quod ab omnibus regibus fit) ipsius liberalitas exerceretur. Magnum profectò liberalitatis argumentum, & Ptolemaeo rege dignum, cum tanta res in longè quoque potentiore plus quam ingens uideri debuerit. Fulgostus lib. 4. capite 8. ex Iosepho.
LYLLA, cum ei in concione libellum malus poeta de populo subiecisset, quod epigramma in eum fecisset tantummodo alteris uersibus longiusculis: statim ex iis rebus quas tunc uendebat, iussit ei praemium tribui, sub ea conditione, ne quid postea scriberet. Cicero pro Archia.
M. ANTONIVS Triumuir Boetho Tarfensi poetae pro gratulatioe uictoriae Philippicae, patriae gubernationem concessit. Item Anstio poetae indocto, propter carmina quaedam, quibus laudes eius celebrauit, agri Phalerni dono dedit. Vergilius Maro ab OCTAVIA denis festertis donatus est, cum illos uersus recitasset:
— Tu Marcellus eris.
Gyraldus dialogo 4. Poetarum historiae.
Salcius Bassus Epicus clarus, à VESPA SIANO Imp. I. festertis donatus, & inter illustria monumenta postus. Gyraldus de Historia poet.

Oppianus Cilix, ex urbe Coryco scripsit Piscatoria libris quinque, Venatoria libris quatuor, de Aucupio libros duos. Cuius poemata cum apud M. ANTONIVM Pium Imperatorem recitata essent, donatus est in singulos uersus aureo stateri: ut XX millia aureorum pro omnibus acceperit. Suidas. Hoc alij ad Antoninum Caracallam referunt: quod uersimilium est. Nam Oppianus Seuerio mortuo, à quo pater eius in Melitam insulam relegatus erat, oblato poemate eius filio Antonino Caracalla, & parentis in patriam reditum impetrauit, & ab eodem totidem aureis numis, quot erant uersus, donatus est. Quanquam huius rei Spartianus non meminit.

MATHIAS Hungariae rex, seculo suo regum decem, pro tabula astronomica preciosam uestem & Hungaricos aureos octingentos dono misit Regio montano. Ephemerides annorum XXX, nouus tum & ignotus antea mathematicus, ita gratus accidit, ut exempla singula XII Hungaricis aureis uenderentur: Germanis, Hungaris, Italis, Gallis, Britannis, certatim coemptibus. Sed summus ille à Sixto IV. pont. Romano honor fuit, ab eodem Regio montanum Ratisponae episcopum designatum esse. P. Ramus lib. 2. Proemij mathematici.

Antonius Panormita, ob uitam ALPHONSI regis descriptam, quibus sit donatus praemiis, pete ex Titulo, Historicis honores exhibuit.

BESSARIO cardinalis, cum in Bacchanalibus à Ioan. Ant. Campano (qui postea Aretinus episcopus factus est) sub persona laruai ephelbi Latinis uersibus, ad lyram decantatis laudatus esset: lyristae tot aureos numos, quot erant carmina (erat autem XX numero) largitus est. Campanum mox aduentantem, factumque dissimulantem complexus: Campane, inquit, ubi sunt illi digiti, qui tot de me mendacia scripserunt? Anulum cum gemma adamantina precij LXX aureorum eidem donauit: addiditque pelles mustellinas (quas Varias Itali uocant) dono sibi olim à rege Polonorum missas, in eumulati muneris testimonium. Michael Fernus in Campani uita.

M. Antonius Sabellicus, cum apud Veicetinos diu professor esset, animum tandem adhibuit ad Decadas scribendas: quibus libris res à Venetis gestas, & ab Urbis primordio ad sua usque aetatem, ornate inprimis & eleganter est complexus. Quare non dubitauit Senatus VENETVS decem aureis numis eum quotannis, dum uiuere, pro egrege hoc eius munere donare. Egnatius lib. 3. cap. 2. & Sabellicus libro 7. capite quinto.

Desiderius Erasmus Roterodamus, Germaniae nostrae, necdicam Europae, phoenix, ut eruditione omnes ferè sui seculi literatos homines superauit: ita quoque summam PRINCIPVM & quorumlibet aliorum illustrium hominum, quibus lucubrations suas dedicauit, gratitudinem & liberalitatem expertus est. Ita que cum mox eas reliquisset facultates, quae homini non auro neque prodigo ad honestè uiuendum satis esse poterant: ut honestè parras opes ad uitutis studia conferret, usum fructum annuum studiosis inuenibus in omni scientiarum genere erogandum testamentò cauit: eamque prouinciam Bonifacio Amerbachio Iureconsulto clarissimo delegauit. Vasa aurea & argentea, monumenta scilicet liberalitatis Principum, suorumque laborum praemia, Bonifacio Amerbachio inprimis, tum etiam Hieronymo Frobenio, & Nicolao Episcopo, testamento reliquit. Ferunt Erasmus, ut natura urbanus erat, si argentei poculum muneris loco accepisset à quoquam, quod argenteis aureis numis plenum esset, pecunia exempta, honorario uino plenum nuncio propinasse: sin minus, famulo suo, ut illud custo diret, ut dicitur solitum fuisse.

Theatri uitae humanae primae eaque, rudiff. editione Vucimofensis fratris, IOANNI, CHRISTOPHORO & ESALIA, beneuolentiae erga illos nostrae, quam ab Ioanne Oporino auunculo ueluti per manus traditam, acceperamus, testandae, sed & necessitudinis academicae, quae mihi cum illis Patruis interesserat, commendandae causa, dicaueramus, illi nos centum aureis Salisburgensibus, quos Ducatus uulgò dicunt, liberaliter donauere.

OB MVNERA ET DONA
ALIA.

IN GENERE.

Pide recognoscebat PAVLVVS beneficia sibi collata: Ad Galatas ait: Sicut angelum Dei recepistis me: & si fieri potuisset, oculos uestros dedisset mihi. Galat. 4. Repletus sum acceptis ab Epaphrodito quae missis in odorem suauitatis. Philip. 4. Et alio loco: Dicit Dominus misericordiam Onestiphoni

phori familiae, quae saepe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit. 2. Timoth. 1.

IN SPECIE. OB

Pecunias.

MARTIANVS (qui postea Imp. est factus) cum in Lycia prima stipedia mereret, aegritudine oppressus, nactus est duorum germanorum familiaritatem, Tacianus & Iulij, cum quibus in uenationem prodibat, postquam conualuerat. Erat autem dies ita ardore solis candens, ut umbram necessarium sub arboribus inquirerent. Cum itaque sub arbutulis quiescerent, Tacianus prior excitatus, conspexit aquilam supra caput Martiani in aere pendere, qui passis alis solis radios arcebat. Ille fratrem, ut uideret rem miram, excitauit: ambo stupidi, alitis mirabantur obsequium. Exprecto somno Martiano narrat, quae uiderant, imperium ac regnum porrendi nunciantes, & ideo abeuntem uaticio ducerentur argenteorum prosequuntur: nam omnia iam consumserat. Factus Imperator, Iulium Constantinopolim, Tacianum Illyricis praefecit. Sigonius lib. 12. Imp. occid.

Agros.

ROMANI Caiae Tarratae (alij Tarquiniam uocant) propter campum Tiberinum dono datum Reipub. cuius accessione campus Martius plurimum auctus est, Horatia legem amplissimos honores decreuerunt. Nimirum, ut una omnium feminarum testabilis esset, h. e. ius testimonij dendi haberet. Praeterea si 40. annos nata sacerdotio abire ac nubere uellet, id salua religione posset. Gell. lib. 6. cap. 7. & Plut. in Poplicola.

Pamphaes Pienensis, cum Cræso Lydo, superstiti adhuc ipsi uspatre, triginta minas dono dedisset: CROESVS ad regnum euertus, eius beneficii non immemor, statim curram argento plenum ei remisit Aelian. lib. 4. de Varia hist.

Facit se in eum ALCIBIADES gratum ostendit, qui eius amore captus, omnibus quae habebat diuenditis, munus ei centum stateres tulerat. Benigne enim accepto homini aurum reddidit, iussitque, ut redimentes postero die uedgialia, publica licitatione superaret: detrectanti, ni faceret, comminatus uerba. Manè igitur ad locum profectus incola, addidit licitationi talentum. Ibi collatis capitibus indignantes publicani laudare eum iusserunt praedem, tanquam neminem reperitum esset. Perculso homine & iam recedente, procul stans Alcibiades, Archontibus, Me, inquit, scribite, meus est amicus, ego pro eo spondeo. Quo audito, omnes illorum abscissum consilium fuit. Precibus igitur aggressi sunt hominem, oblata pecunia: sed non permitte Alcibiades uirum capere talento. Quod ubi accepit, ea mercede iussit ei rem relinquere: atque ea ratione homini subuenit. Plutarchus in Alcibiade.

Mallienfes, capta à Gallis Roma, luctu suum dolorem testati, munera amplissima Romanis misere, ut paccin à Gallis pecunia eo melius redimere possent. Eam liberalitatem ROMANI postea eo sunt honore profecti, ut Malliensibus in Senatu & in theatris locus fuerit datus. Iulianus.

Mundum muliebrem.

ROM. erga Matronas, ob mundum muliebrem usibus Reip. accommodatum grati. Tit. Fides erga patriam, opè iactura.

Vestes.

DARIVS priuatae adhuc fortunae, amiculo Sylofontis Samij delectatus, curiosa contemplatione fecit, ut ultro sibi, & quidem à cupido daretur. Cuius muneris quam grata aestimatio animo eius esset allapsa, regno potius ostendit: totam namque urbem & insulam Samiorum Sylofonti fruentem tradidit. Non enim precium rei aestimatum, sed occasio liberalitatis est honorata: magisque à quo donum proficisceretur, quam ad quem perueniret, prouisum. Valerius Maximus libro 3. capite 2. & Aelianus lib. 4. Var. hist. Herod. in Thalia. Strabo lib. 14.

Signa.

Cum Thracia mulieres, quae uoluntaria seruitute apud Erythraeos uictum sibi quaeritabat, se tendendas praebissent, et ex suis capillis fures contexerent, quibus Hercules simulacrum rati insertum, eque Tyrò mari ad Heram delatum, ad se pertraheret: edixerunt ERYTHRAEI, solis è Thracia mulieribus, in Hercules sanè introire uuliceret. Pausan. in Achaicis.

Canes.

REX Persarum gratus pro canibus uenaticis sibi datis à Carolo Magno, eidem Palaestina reddidit. Verum quoniam Carolus aberat longius, quam ut eam administraret, ipse quidem Parthus eam retinuit, atque pro praetore gubernare decreuit, uedgialia reddiditque: sisco Caroli attribuens. Auentinus lib. 4. Annalium Bolorum.

Fructus.

Miles ARTAXERXES Persarum regi malum punicum cum in

uanno obtulisset, rex magnitudinem eius admiratus, interrogauit, è quonam horro depromptum hoc donum affereret? Illo uerò respondente, Domo sua, & ex suis agris: gauisus rex supra modum, missis regis muneribus uirum ornauit, & Per solem, inquit (ita enim Persae iurare solebant) iste homo tali curatione & agriculturae diligentia, poterit etiam ciuitatem, meo quidem iudicio, ex parua ampliorem reddere. Videtur autem innuere, non tantum agros, sed omnes res, cura & sufficienti opera, & indefesso labore, contra naturam etiam, meliores & praestantiores effici posse. Aelianus libro primo, de Varia historia. Idem erga Sinaetam rusticum pro uola aquae plena gratus. Vide Titulum, Grati pro alimentis.

LYDOVICVS XI. Caroli VII. patris metu apud Burgundos exulans, uenationibus indulgebat, saltuarij cuiusdam Cononis familiaritate se oblectans. Ad regnum euertò, Cono simplex homo rapa aliquot ab uxore accepta, quibus Ludouicum post uenationis laborem auidè uesci uiderat, oblaturus, Parisios proficiscitur. In itinere fame urgente, omnes rapas grandissima excepta deuorauit, eamque regi dono dedit. Rex hominis simplicitate delectatus, mille donauit aureis, & rapam inter thesauros suos collo cari iussit. Nobilis quidam obseruata hac liberalitate, beneficium seneraturus, generosum equum regi dono dedit. Hilari eum animo rex suscepit, & rapam sindoni intolutam ex arario depromptam homini dari iussit. Explicato munere, indignabundo nobili, & se delusum conquerenti: Quae uerò haec ludificatio, subintulit rex, mille emtam aureis rapam equo centum aureorum precium uix æquanti opposuisse? Aegidius Corrozetus de Diçis & factis mem.

Aquam.

ARTOXERXES Persarum rex (qui iuxta censebat regium esse & benignum, capere candido & alacri animo exigua, atque ingentia donare) cum homo pertenuis & plebeius, cui nihil erat aliud, sumtam ex amne ambabus manibus aquam, ei equitanti in itinere obtulisset: accepit hanc gratum animo, & phialam ei auream cum mille Daricis misit. Plutarchus in Apoph. & in Artoxerxe.

Succinum.

ALFONSVS rex Calabriae, cum Aconitanus Cyriacus succino eum donasset, quo passis alis musca includebatur, ignorabat, quo remuneracionis genere respondendum tam rara donanti esset. Pontanus cap. 19. de Magnificencia.

Filium.

BERTAE Henrici IIII. Imp. uxori (quae tunc Patauij degebat) rustica quaedam ex uico Montagnano, Berta nomine, filium tenuissimum, quod suapte manu elegantissimè duxerat, & in urbem delatum iusto pretio uendere non potuerat, dono obtulit. Illa & doni elegantiam, & rusticæ animi admiratione, praefecto suo imperat, Montagnanum subito proficiscatur, & tot terrae iugera ex publico agro Bertae attribuat, quot filo honorario per longitudinem extenso circumdari possent. Sic rustica illa ex inopi ditissima euasit, ita ut ab ea patriciorum Patauinorum familia (qui de Montagnano dicti sunt) clarissima fluxerit. Vicinae mulieres Bertae exemplum imitatae, cum filo reginam obruerent, acutè singulis respondit: Animum uestrum laudo: sed benedictionem Berta praecipit. Quod apophthegma in Patauino agro prouerbij adhuc uim obtinet, quando disparem temporis conditionem expressuri aiunt, Non è piu el tempo, che Berta filaua. Bernardinus Scardeonius libro tertio historiae Patauinæ.

OB PRAEDAM RESTITVTAM.

DEMETRIVS Antigonis E. annos natus XXI. à Ptolemaeo Aegypti rege ueterano ad urbem Gazam fufus est, octo milibus captis, & quinque millibus desideratis. Amisit simul tabernaculum, stipendium, totumque, quo ad corporis cultum utebatur, famulitium. Caeterum remisit ei haec cum amicis Ptolemaeus, generoso & humano adiecto dicto: Non de ueniueris, sed esse de gloria ipsis & imperio decertandum. Quibus receptis, precatus Demetrius deos est, ne eius beneficij diu maneret debitor, sed citò paria referret ei. Iterata igitur pugna cum Ptolemaeo duce Cille, qui Demetrium ex priore aduerso praelio contemnebat, Demetrius repentinò insultu non expectantem percussit, atque castra cum ipso cepit duce. Militum septem millia uiuos in potestatem redegit, ac permagna praeda potitus est. Victor exultauit non horum causa que habiturus, sed quae redditurus esset: atque ex uictoria non ita opes & gloriam, ut penititionem munificentis & gratiae in Ptolemaeo relationem, est amplexus. De quibus tamen prius ad patrem scripsit. Quo annuente & mandante, omnibus ex libitu suo uteretur, ipsum Cille & amicos eius magnificè donatos remisit. Plut. in Demetrio.

DE OB HAEREDITATEM.

ROMANI Laurentiam sortum, ob hereditatem reliquam, diuinis coluerunt honoribus. Plut. in Romulo. Anno Christi 1494. VENETVS Senatus Bartholomæo Colioni Bergomati imperatori suo, quod multa bella singulari uirtute, fide incomparabili gessisset, remque militarem superiorum imperatorum negligentia collapsam restituisset, quodque de Reipub. optime meritus, auri libras decies centies ei moriens testamento legauisset: statum equestrum æream inauratam in Ioannis & Pauli arca ponendam censuit. Bemus lib. 2. Venetæ historiae.

DE OB ENCOMIA.

Vide Tit. Poetarum & Historicorum amor.

ATHENIENSES Pindaro statum erexerunt. Vide Titulum, Inuidi præconio. CN. POMPEIUS Magnus, Theophaem Mitylenæum, rerum suarum scriptorem, in concione militum ciuitate donauit, omnibus illud factum approbantibus. Cic. pro Archia. MAHOMETVS II. Turcorum Imp. impensissimè curauit, ut uictoriae, quibus ipse potius fuerat, à doctis atque iudicio præditis hominibus conscriberentur. Ioannem Mariam Vicerentium, Mustaphæ primogeniti sui seruum, maximis excepit blanditiis, quod uictoriam, quam ipse de Yusufcassano Persiæ rege reportarât, Turcico sermone, atque item Italico, literis mandasset. Iouius in eius uita.

DE OB IMPERIVM, REGNUM, PONTIFICATUM, DIGNITATEM QUAMVIS DATAM, ACQUISITAM.

ARBACES Mediæ præfectus gratum se exhibuit erga Belsum, cuius opera Medorum regnum occuparat, Babylonis præfectum eum primò declarans. Deinde cum peculatus conuictus esset, capitali poena remissa, regium etiam aurum cum decreto antea honore habere iussit: pro concione factus, maiora erga se Belsi esse merita, quam ut pro tam parua offensa illi irasci debuissent. Sab. lib. 2. En. 2. ex Diod. MENESTHEVS Peteci filius non ingratus se præbuit aduersus Tyndaridas, qui eiecit Theco, matremque eius Aethra captiua ducta, regnum Menestheo tradiderunt. Primus enim eos Aethra, hoc est, regum & seruatorum nomine salutauit. Aelianus lib. 4. de Varia historia.

MASSINISSA Numidarum rex, beneficio Scipionis regno ausus, memoriam inelyti muneris ad ultimum uitæ finem, longa etiam à diis immortalibus senectute donatus, constantissima fide perduxit, ad eum non solum Africa, sed etiam cunctæ gentes scirent amorem. Cornelie familiae, atque urbi Romanæ, quam sibi semper fuisse. Ille cum graui Carthaginensium bello premeretur, ac uix tutelæ suæ imperij sufficeret: tamen Scipioni Aemiliano, quia nepos Africanus erat, bonam magnamque partem Numidici exercitus, quam Lucullo consul, à quo ad auxilia petenda missus fuerat, in Hispaniam duceret, promississima mente tradidit, respectum pristini beneficii anteposuit. Ille cum iam ætate deficiente, magnas regni opes quatuor & quinquaginta filiorum numero reliquisset, in lectulo laberetur. M. Manilius, qui proconsul Africam obtinebat, literis obsecrauit, ut ad se Scipionem Aemilianum, sub eo tunc militantem, mitteret: felicioris mortem suam futuram ratus, si in complexu dextræ eius supremum spiritum ac mandata posuisset. Ille ad uentum Scipionis fati suis præcurrentibus, hæc uxori liberisque præceperat, unum in teris Populum Romanum, & unam in Populo Romano Scipionis domum nosse: integrè omnia Aemiliano referuare, eum diuidendi regni arbitrum habere: quod si statuisset, perinde ut testamento cautum, immutabile ac sanctum obtinerent. Tot tamque uariis rebus se Massissa infatigabili pietatis serie ad centesimum exten dit annum. Val. lib. 5. cap. 2.

Liberalis populus Romanus magnitudine muneris, quod Attalo regi Asiam dedit dono: sed ATTALVS etiam testamèti æquitatè gratus, qui eandem Asiam populo Romano legauit. Itaque nec huius munificentia, nec illius tam memor beneficii animus tot uerbis laudari potest, quot amplissimæ ciuitates uel amicè datæ, uel piè reddite sunt. Valerius Maximus libro 5. cap. 2.

C. IULIUS Cæsar iure rerum potens, quosdam etiam infimi generis ad amplissimos honores prouexit. Quum ob id culparetur, professus est palam, si grassatorum & sicariorum opem in tuenda sua dignitate usus esset, talibus quoque se parem gratiam relaturum. Suet.

AGRIPPA Iudæorum rex, Cajum à coniuratis interfecit, & ab omnibus derelictum, utpote suæ dignitatis auctorem exanimem collocauit in lectulo, & composuit, ut poterat. Persundus hoc officio prodiit ad eius satellites, nuncios

uiuere quidem eum: sed quia crucietur uulneribus, nunc se medicos ea de causa petere. Cæterum ubi cognouit captum esse à militibus Claudium, ad eum peruasit, & nactus eum turbatum, pronumque, ad cedendam potestatem Senatui, cõfirmavit, hortatus ut magno animo in retinendo principatu pergeret. Ioseph. lib. 19. cap. 3. Antiq.

SEVERVS Imp. cum M. Antoninum ex omnibus maximè coluisset in uita, à quo honoribus ac dignitatibus auctus fuerat: gratum memoremque beneficii animam declararet, Bassiano & Getæ filiis relictiis Antoninorum nomina in didit. Volat. lib. 23. Anthropologia.

PIPINVS ex Magistro equitum rex Franciæ creatus, absolutis sacramento, quo sefe Childerico III. obstrinxerat, Francis per Zachariam Pontificem, & à Stephano inauguratus: ut gratum sese ostenderet, arma cepit contra Aistulfum Longobardum, quamuis omnia imperata facturum promittente, excepta unica Raucenna, quæ restituere negabat. Papiam regiam Longobardorum urbem (quæ eadem & Ticinum est) Pipinus infecto agmine petiit, quò se incluserat Aistulfus, uinibus hosti impar. Nec Aistulfus sibi deerat, omnia Pipino Pontifici: per oratores pollicens. Pax igitur illi reddita, & conditiones impostæ, ut Stephano cederet Rauennatum præfecturam, & oppidis ducatus Romani: idque, se facturum iurando sanctissimò adactus est, reclamante Græco oratore, qui eam, quæ Imperatoris essent, Pontifici à Pipino donari non posse asserbat. Aistulfus discessu Francorum liber metu, ut obfidionem periculumque suum excidio auctoris ulcisceretur, in memor fidei iurando datæ, caesto exercitu urbem Romanam obfide: fines perpopulatus, suburbana omnia ædificia, publica priuataque, solo adæquat. Nulli Barbarum salus urbis mœnibus, plus cladis calamitatisque ubi Romæ intulit, quam tunc præpotenti atrocitque, ira Aistulfus. Quod ubi in Franciâ nunciatum est, tunc Pipinus non Stephanum, sed sibi, qui pacè dedisset, legesque præscripsisset, bellum inferri ratus, milites rursus cogit, indignè & ipsos ferentes uirtutem suam Aistulfo ludibrio haberi. Rediit in Italiam. Ita Romæ soluta est obfidio, uersa in hostem eadem fortuna. Qui modò urbem obfederat, Papie mœnibus rursus claudit, obfiderique cepit. Supplici conditiones eadem impostæ: sed nuda uerborum fidei scari non placuit obfide quadraginta accepti ad radicemque, Alpium se conu lit Francus: ibi se debat, quoad res Longobardus restitueret. Præfectura Rauennatum reddi cepit, ac Pontificis fidei tradita, finibus longè maximis, ut non Flaminia modò, sed Æthalia quoque, omnis illi contribueretur. Omnes illius fines urbesque, præter Fauentiam Ferrariamque, reddite erant cum Longobardus inter uenandum ab apro ictus cecidit. Ita idem finis hominis, & Græcæ in Italia Præfecturæ. Aemilius libro 2.

LEO III. à Carolo Magno in integrum restitutus, Imperatoria dignitate illum exornauit. Ibidem.

LEO V. PP. ETHELWOLFVM monarchum sua dispensatione fecit regem Angliæ: qui gratitudinis ergò, de qualibet domo unum argenteum quotannis ei numerari iussit, anno Domini 847. Platina.

Poloni, sicut & Boemi, reges habuere per interualla creatos à Romanis Imperatoribus: sed quum illos tæderet gemina subiectionis, omnis regibus, duces creauere. Vladislaus Lothicus, alius Lakoldus, dux Cracouiæ, à Ioanne Pontifice Romano suscepit coronam, quod Ludouicum Baurum non haberet pro legitimo Imperatore. Is regnum suum fecit beato Petro tributarium, ut per singula quotannis capta, soluatur numus unus, qui appellatur sancti Petri. Fecerat idem multo ante Casimirus ex monacho rex: sed tempore interuallo obliterata consuetudinem renouauit Lakoldus. Cranzius lib. 8. Vandal. cap. 2.

IOANNES XXI. Pontifex Clementinas confirmauit, easque in omnibus Academiis prælegi uoluit, ut hac ratione gratum se declararet erga Clementem V. suum in pontificatu antecessorem, à quo galero ornatus fuerat Aniano. Garimbertus lib. 3. de Vitis Pontificum.

DE RESTITVTAM.

Actolorum rex ÆPALIUS cum è regno fuisset expulsus, Heculis opem atque opera restitutus est. In cuius beneficii memoriam, ei iam rebus humanis circa Oetam defuncto gratiam reddidit: quippe Hylum inter eius filios natu maiorem ad prauit, itaque regni successorem suscepit, & nati natorum, & qui ab eo progeniti fuerunt. Hinc in Peloponnesum redeuntibus Heraclidis primus fuit imperus. Strabo lib. 9.

ARTABANVS Parthorum rex, Izatis Adiabæorum regis opem & consiliis in regnum restitutus, amplissimis eum affecti muneribus. Nam & tiamam rectè ei gestare permisit, & in au ro lecto cubare (quæ honore insignia concessa sunt solis Parthorum regibus) donauitque: ei regionem magnam ac bonam, ademtam ditioni regum Armeniæ, cui nomen est Nisibis. Iosephus lib. 20. cap. 2. Antiq.

Cum

Cum CALOIO ANNES Constantinopolitanus Imp. à Canacuzeno per arma pulsus, ope Francisci Catalusij Genentis imperium recuperasset: infulam Lesbion gratitudinis ergò ei tradidit. Aeneas Syl. cap. 74. Asia.

GREGORIUS V. Saxo, patre Othone Magno, Bruno antea uocatus, auctoritate Othonis III. propter affinitatem Pontifex uocatur. Verum abeunte in Germaniam Othone, à Crescentio consule Romanorum pellitur, & in Germaniam redit. Otho cum exercitu eum restituit, Crescentio interfecto: & Ioanne X. VII. Antipapa Græco, episcopo Placentino, effossis oculis sublato. Gregorius tanti beneficii memor, Imperij titulum à Gallis (deficiente Carolo Magni stirpe in Ludouico Lotharij filio) ad Germanos transtulit, & sanxit, ut penes solos Germanos eligendi regem esset ius ac potestas, qui post diademata à Romano pontifice acceptum, Imperator & Augustus appellaretur. Suntque Electores constituti, Moguntinus, Treurenfis, Colonienfis archiepiscopus, marchio Brandeburgensis, comes Palatinus Rhëni, Saxoniæ dux, & rex Boemiæ: qui paribus suffragiis Electorum existentibus, inter eos dirimat. Hanc constitutionem Imperator sua auctoritate ratâ haberi uoluit. Nauclerus generatione 34. Bonfin. lib. 10. Dec. I. Cuspinianus in Othone, Platina & Stella.

LEO VIII. Pontifex, ab Othone Imp. deiecto Benedicto V. sed restitutus, gratitudinis ergò imperio reddidit, que uel Constantinus donarat, aut Carolus dederat Ecclesiæ, aut ant illum Iustinianus confirmarat, uel Aripertus Longobardorum rex tribuerat. Exemplar literarum Leonis petatur ex libro 4. capite 10. Saxoniæ Cranzij. Eius rei quoque meminit Faucillus temporum. In Synodo quadam, eum populo & clero Romano potestatem eligendi pontificem admittit, atque ad solum Imperatorem, quò seditionum causas in electionibus præcideret, id iuris & confirmationem transtulisse, ex Martino Cusensi Blondus libro 3. Decadis 2. commemorat. Extrat idem decretum sexagesimatertia dist. c. in synodo.

Magdus Fisenfis Thani consilio & fortitudine, caeso Maccabæo Scotorum rege, MALCOLMVS, paterno regno recepto, Magdusum laudatum pro concione, Fisenfem comitem fecit, eiusque familiam tribus donauit priuilegiis. Primum, ut quæ Fisenfis deinceps, regis iamiamque, coronam diu in cathedram imponendi munus & officium haberet solus. Alterum, ut quum rex ad bellum percederet, prætè semper acie præficeretur. Tertium, ut tribui Magdusij perpetuè regalitas esset, ut uocant: h. e. priuilegium, quoslibet in sua tribu creandi magistratus, aut iudices iuri dicundo constituendi, quacunque in actione, extra crimen legè malefatis: potestatem quoque haberet, si in quacunque regni parte ex ea tribu in ius uocatus esset, ad patrios reuocandi iudices. H. Boethius lib. 12.

DAUID Brusius Scotorum rex, pulso Eduardo Baliolo, regno restitutus, conuocato consilio decreuit, ut ij, quorum parentes ad Duplyn, aut Haliouhil pro patria pugnantis cecidissent, aut ipsi egregia uirtutis exempla alicubi edidissent, nomina sua ederet. Singulorum causas cognouit: ac pro cuiusque uirtute amplissimis eos remuneratus est muneribus, aliis agros donauit, aliis pecuniâ, ut cuique id placebat. H. Boethius lib. 16.

DE OB LIBERATIONEM.

DE TYRANNORVM IVGO.

Consule Tit. Tyrannicidarum.

Oanes, qui primus contra Magos cum sex aliis coniurauit, à DARIO rege postea electo cum omni alio magnificentia genere, tum Medica quoque ueste ex decreto donatus fuit, quòd auctor euertendæ tyrannidis fuisset. Herod. lib. 3.

Antigonos & Harmodios statum ab ATHENIENSIBVS creatum sunt, quòd Athenas tyrannide Pylistraui liberaissent. Plinius libro 34.

LACLEDEMONI Philopœmeni Megapolitano, Achæorum duci, eò quòd Machaniden primùm ad Mantineam, deinde Nabidem, tyrannos ipsorum, interemisset & profugasset, Nabidis dotum, talentis C. & eo pluris æstimatam, donauit. At ille respuit. Pausanias in Arcad.

Grati SICIONI erga Aratum fuerunt, qui eos à Nicoclis tyranni liberarat. Defunctum enim extra Sicyonis fines, coronatus populus ingenti pompa, decantatis in eius laudem carminibus, Sicyonem intulit, mirique operis & impensæ sepulcro ab ipsius appellato nomine cõ honoraui: quoniam illi die Arati natalem sacrificiis ludisque apparatus celebravit. Et si quem eius gentis illuc esse contingeret, eodis, ut honoris gratia alios anteiret, cogebat. Fulgofus lib. 5. cap. 2. ex Plutarchi Arato.

SYRACUSANI postquam audiissent Dionem, à quo liberati erant, à Calippo Atheniensis familiari suo interfecit

esse: he beneficii accepti parum grati uiderentur, in ultione facti conspirarunt: & cum Calippo inuenire nequirent, eius filias interfecerunt. Plut. in Dione.

IIDEM Timolontem Corinthium, suæ uindictæ libertatis, præ senio cæci, honoribus profecti sunt amplissimis. Donum eximiam cum amencissimo prædio ei donauere. Hospites, qui Syraculis forte transirent, domi eius & ad uillam deducebant, quòd uirum contemplaretur ita de ipsis meritum: exultantes gloriantesque, quòd reditu in Greciam ad eò celebri, qui uictoriarum nomine manebat eum, contemto, uitam ei exigere apud se libuisset. Cum autem multæ rogationes ferrentur, multa in laudem illius agerentur, tum eximium hoc sciuit populus Syracusanus: ut quotiescunque gesturi bellum essent cum nationibus exteris, duce uterentur Corinthio. Magnificam etiam mos concionum habendarum ad laudem eius præbebat speciem: nam disceptabat ipsi per se cætera: ad maiores uerò deliberationes illum adhibebant, qui medio foro uehebatur curru ad theatrum, ue hiculo in quo sedebat illato, populus una uoce appellabat salutabatque illum. Ille reddita salute, cum aliquid festis uocibus & laudationibus dedisset spacij, audiebat qua de re deliberarent: inde sententiam suam dicebat. Qua comprobata, reducebant currum per theatrum ministri eius: ciues autem uoce, acclamatione, plausu eum profecti, ætera dispensabant per se. Mortuum quoque honorifice exulerunt, & ludis perpetuè honore instituerunt, & monumentum in foro extruxerunt. Plutarchus in Timolonte.

CROTONIATÆ, obfessi in colle munito quidem sed aqua destituti, à Dionysio tyranno: missa legatione, ut rediret se aliquo precio liceat, rogabant. At præter expectationem suam ab eo gratuita libertate donati, coronis eum auris donarunt. Diodorus lib. 14.

Cum Ithmiaco conuentu T. Flaminii, post Philippum regem uictum, omnes GRÆCIÆ populos, quorum libertatem Macedo oppræsserat, in pristina fortunæ statum præconis uoce restituit: tantus fauor audientium secutus, ut aues supernè uolantes ad terram deciderint. Quin maiora etiam gratitudinis argumenta extiterunt. CHALCIDENSIS diu in eo persecerant, ut nulli deorum templum, nisi Flaminij nomine apposito, dedicarent: ut Herculi, Mineruæ, Neptunio & Flaminio sacrum inscriberent. Sabellius libro 7. capite 1.

ROMANI & ATHENIENSES Bruto & Cassio tyrannicidibus, honores deferentes, æreas statuas ob Tyrannicidium erexerunt. P. Acrodus ex Cicrone pro Milone & Plutarchi Bruto.

DE A FERIS, BELLIS.

Consule Tit. Fortitudinis contra bellas.

Cum MEGAREVS rex Megarensium in finibus Atticæ amississet filium Timalcum in bello, Eupippum leo Cithæronis interfecisset: filium ulcisceretur, filiam ei promissit in uxorem, qui leonè interfecisset. Alcathous ergo Pelopis F. leone interfecto, Megarci gener factus, ei in regno successit, & arcem Apollinis ope extruxit. Pausanias in Atticis.

Lege cauetur in ISLANDIA insula, ut quicumque noxiam bestiam occiderit, à fisco uel regio præfecto mercedem accipiat. Cum itaque corui albi ibidem plus quam in aliis regionibus, agnellos & porcellos rapiant, pueri in iis confingendis operam suam ponunt, solaque rostra funibus alligata præsidibus pro signo mercedem peturi demonstrat quam pari sagittarum numero, ut bestia fuerint intererit, compensant. Idem de reliquis animalibus noxiis in tota Septentrionali plaga obseruatur. Olaus lib. 4. cap. 15.

Dauidè secundo apud Scotos regnante, Anglus quidam caprius equi, cui Merchiaru COMES infidebat, ferocitè salientem, quum omnes terri fugerent, solus fræno arrepto retinuit. Merchiarum comes agro Anglum in Laudonia haud ita magno donauit. Cæterum uirtute posterorum in tantam familia ea amplitudinem creuit, ut præter equites complures ex eadem gente comes Bodeuallis prodierit. Hæctor Boethius libro 16.

DE AB EXILIO.

Arato Sicyonio, quòd patriam à Nicocle tyranno liberasset, & apud Ptolemæum insuper iso. talenta patriæ pro dono impetrasset: EXVLES Sicyonij, quos reduxerat, priuatum ei æream columnam posuerunt. Plut. in eius uita.

METELLVS Pius pertinaci erga patrem exulem amore tam clarum lacrymis, quam alij uictoris cognomen assecutus, non dubitauit consul pro Q. Callidio prætoris candidato supplicare populo, quòd tribunus plebis legem, qua pater in ciuitatem restitueretur, tulerat: quin etiam patronum eum domus & familiae suæ semper distulauit. Ne hac re principatum, quem proculdubio obtinebat, quicquam decerpisset: quia non humili, sed grato animo longè inferioris hominis

minis maximo merito eximiam submittebat dignitatem.

Val. lib. 5. cap. 2.

Afflictis Venetorum rebus anno salutis 1509. à Maximiliano Imp. Ludouico XII. Gallorum rege, & Iulio II. Pont. cum omnes continentis urbes se Cesari dedidissent, præter Tau risum: & ad eam Cesaris nomine accipiendam, absque ulla imperij maiestate, Leonardus Trissinus Vicentinus ex ul, qui & Patauium eo modo acceperat, iussit, iamq; intro missus esset: eius ciuitatis exules, recenter à Venetis restituti, & huius beneficij causa Veneti nominis amantes, tumultuari ceperunt. Hos plebs secuta, eiecit Trissino, urbem cõ feruarunt, & septingentos Venetorum pedices in urbem ac ceperunt. Guicciardinus lib. 8.

A CAPTIVITATE ET CARCERE.

SILENVS cum à Midà captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur, doctissimè regem, Non nasci hominem, iogè optimum esse: proximum autem, quamprimum mori. Ea de re philosophatur Plutarchus in cõsolatoria ad Apollonium. Theognis in Gnomis: τὸν πόρον πρὸς φιλίαν ἐπι- χρολοῦσιν ἔργον. At contra Theognidis paradoxum bellè argutatur Epicurus apud Laertium.

Cum Aidoncus Molossus Herculem hospitio accepisset, & ser monem fortè intulisset de Theseo & Pirithoo, quæ suscepit sent facinora, & de rebus cum immuniis, quid essent passi: Hercules hoc postulat beneficij, ut concederet sibi Thesea. Annente Aidonco, liberatus THESEVS vinculis, Athenas est regressus: ac quæcumque delubra antè sibi fuerant à ciuitate assignata, cuncta Herculi, quatuor demtis, sacrauit, dixitque pro Theseis Hæcaclea, ut auctor Philochorus est apud Plutarchum in Theseo.

Bias Priænus, cum diues esset, puellas quasdam MESSENI- A S redemit, & pro filiabus educavit: postea dote data eas Messanam ad parentes remisit. Breui post inuento auro tri pote, cum ex oraculo deberetur Sapientissimo: puella cum patre suo in concionem prodierunt, & Biantis liberalitate exposita, appellarunt eum Sapientem, auctoresq; fuerunt, ut tripus Bianti mitteretur. Eum Bias repudiatum Apolli- ni, quia solus is sapiens esset, mittendum censuit. Sab. lib. 5. Enneadis 2. ex Laertio.

ARISTOMENES Messenius inducitur cum Lacedæmoniis factis, securus uagabatur. Eum ex insidiis septem Creten- ses sagittarij Lacoium auxiliarij, captum, pharetrarum lo- ris uincunt. Mox id ex illis duo gratulabundi Sparram nun- ciant captum Aristomēnem: reliquit in tugurium quoddam Messenici agri captiuum pertrahunt. Habitabat in eo gur- gusio orba patre uirgo, unâ cum matre sua. Ea superiore proxima nocte per somnium uisa fuerat sibi uidere, perra- hi illuc à lupis leonem uinctum: creptis unguibus, illum se è uinculis exemisse, & cum eo tanquam cum uiro congres- sam, unguis illi dedisse, nec multo post à leone lupos lania- tos. Deducto itaq; à Cretenfibz ad eam casam Aristome- ne, agnouit puella expressam uiro euentu formij imaginè: quæ sicut ex matre, Quis nam ille esset: auditòq; uiri nomi- ne, confirmavit se: & cum in eum intueretur, facillè quod si- gnificaret intellexit. Vinum itaq; largiis Cretenfibz fudit. Cum que se uinolenti omnes abiecerint, ei quem grauiore somno cõfopitum animaduertit, pugniunculum cepit, eo uincula ipsa abiecit, insidiatoresq; Aristomēnem in guluit ui- uos. Virginè illam pro nauata salutis suæ opera, à filio suo Gorgo, uxore accipi uoluit Aristomenes, cum tamen non esset ille annorū maior decē & octo. Pausan. in Messenicijs.

XENOCRATEM Philosophum, cum Lycurgus orator eum à publicanis, à quibus ducebatur ad carcerem, causa pen- sionis quam pendebant inquilini, exemptæ, atque illos qui eum duxerant accessuisset iniuriarum: fama est, liberis oc- currentem Lycurgi dixisse: Egregiam profectò pueri gratiã patri uestro refero, quod omnes eum ob eius in me benefi- cium commendent. Plut. in Flaminijs.

Vetis captus populus Romanus, delecta sibi decima spolio- rum parte, aureum craterem Apollini Delphico dedicauit. Legati autem Delphos profecti in Liparos quosdam præ- dones inciderunt, à quibus capti in Liparam abducentur. Timastheus autem Lipareorum dux legatos liberauit, & omne eis aurum reddens, Delphos illatos dimisit. POPY- LVS Romanus audito ex legatorum relatu hoc Timasthei beneficio, quod ei fecisset, sine mora communi consensu, constituto ei publico apud eos diuertendi loco honorare eum decreuerunt: nec non cum post annos 137. Liparam in- uassissent, quicumque ex Carthaginiensibus ad Timasthe- um genus suum referrent, omnes eos ab omni censu & tri- buto immunes dimiserunt, ac liberate donauerunt. Di- odororus libro 14.

T. QVIN. Flaminijs de Philippo rege triumphantis currum non unus, sed duo milia ciuim ROMANORVM pileata com- tata sunt, quæ is Punicis bellis intercepta, & in Græcia feruentia, cura sua collecta in pristinum gradum restitue-

rat. Geminus ex ea re decus imperatoris, à quo simul & de uidit hostes, & conseruati ciues, spectaculum patriæ prebu- crunt. Illorum quoq; salus dupliciter omnibus accepta fuit: & quia tam multi, & quia tam grati exoptatum libertatis statum recuperauerant. Val. lib. 5. cap. 2.

TERENTIUS Romanus, prætoris familia natus, uir pro- bus & humanus, in bello à Pœnis captus, cum à Carthagi- nensibus pacem à Romanis petentibus, ad Scipionē quoq; cum alijs missus esset, ac Scipio Africanus eundem mox ad se collocaisset, omne bellum dissoluens: Terentius tanti be- neficij memor, triumphantem Scipionem piscatone sequen- tus est, ueluti liberus. Quin & Scipione iam mortuo, ad ex- equias multum exhibuit, aliq; ad funeris celebratam per- tinentia studiosè procurauit. Val. lib. 5. cap. 2. Q. Terentium Culconem uocat.

Baldunus Hierosolymorum rex, cum ADMIRATVM Turco rum in Arabia prælio fudisset, captam illius coniugem cum alijs multis (quia uicino partu grauitur habentem uir in itinere reliquerat) in optimo lecto tenentis circumclu- sit: feruis quoque atque omni alia re necessaria adiutam, insuper pro fragula ueste; cuius eo in loco copia nulla e- rat, chlamyde sua cooperuit, atque Admirato camilleto pudore restituit. Contigit postea Balduno, ut à Turcis acie uictus, in urbem Rhamam immuniem se reciperet. Ad eum ergo idem Admiratus noctu profectus, plus accepti benefi- cii, quam ob religionis diuertitatem odij, aut etiam præda quam sperare posset, memos, periculi imminemis magniui- dinem aperuit: posthinc enim maerè Turcas impetum face- re in eum constituisse. Si se sequeretur, incolumem se serua- turum eum promissit, & promissis reipia fatisciecit. Fulg. & Egnatius lib. 5. cap. 2.

SVENO Danorum rex à Sclauis captus, & matronarum mna do muliebri redemptus, feminis deinceps participandam hereditatem ius, à quibus ante legè repellabantur, indul- sit. Saxo libro 10.

Philippus Maria dux Mediolanensis, graui Venetorum bello circumuentus, & ab omnibus socijs desertus erat. Vnus ta- men omnium ALPHONSVS Aragonius accepti benefi- cii memor, quod Genuensi bello captus, ab eodem libera- lissimè tractatus fuisset, ad opem ferendam sese accinxit. Sed cum esset iteris arctus, Philippus ob aduerfam ualitudi- nem oculis captus, deinde ex ipsa arce hostilium armorum fragore audito uehementer commotus, uitæ tædio simul & langore mortem obiit, ipso Alphonso hæredem inhius- to. Aeneas Syluius cap. 49. Europa.

A MVLTÀ DAMNATIONE.

FANNIA grata fuit & humana erga C. Marium, Minturnis captum, eiusque custodia traditum: qui ad ultimum rem, ac dote spoliaretur, sed infamiam tantum multam quatuor af- ses denderet, in iudicio olim præcauerat. Plut. in Mario.

M. LIIIVS Salinator, cum ab omnibus Romanorum tribu- bus iniussit, excepta Metia, damnatus esset: reuocatus ad di- gnitatem, in censura sua cum ceteras tribus ararias fecisset, quod se ut no centem: condempnasset, & postea consulem censoremq; fecisset, solam Metiam tribum multa exempti beneficii accepti memor. Plinius cap. 50. de Viris illust. Alex- and. lib. 1. cap. 17.

Damon Peripolus Cheroneus, Romanum quendam ducē, stuprum sibi intendantē, interfecerat. Turbata ciuitate, sena- tus Cheroneus hos concilio habito capitis damnauit, ut ea supplicetaret ipsi ad Romanos satisfactio. Vesper au- tem magistratibus unâ de more cõnantibus, cohors Da- monis, facta in curiam irruptione, contrucidauit omnes, & terumque ex oppido se retraxit. Lucullus cum copiis fortè illic transiens, substitit ibi, ac recenti adhuc facinoræ, qua- sione habita, ciuitatem reperit non solum infœtam, ue- rumetiam patre uolatam. Cheronei Damonem ad rede- iuntum in oppidum pellectum, reducem præferant gym- nasto: inde uingentem in sudatorio interemerat. Orchome- nij uerò contemini quadruplorem Romanum subonarunt, qui eam ciuitatem ob eadem à Damonē interemo- rum ad duxit in iudicium. Patroni ciuitatis restem laudau- erunt Lucullum. Ad quem cum prætor Macedoniæ scripsis- set, perhibuit testimonium ille ueritati. Ita ciuitas hæc, quæ uersabatur in summo periculo, fuit iudicio liberata. Quare CHÆRONÆI statum marmoream Lucullo in foro iuxta Liberum patrem posuere. Eiusq; uitam Plutarchus Chero- neus luculentè gratitudinis ergò descripsit. Plut. in Pro- mio Cimōnis & Luculli.

Subactis à Priderico I. Imper. Mediolanensibus, regi Boemo- rum Vladislao, cuius intercessione clementior experti erant uictorem, MEDIOLANENSES dono dederat can- delabrum æneum, quod Solomonis regis fuisse dicebatu- rum, cum decem millibus aurorum, quod ille Pragam ad D. Vi- tum deuchendum curauit. Dubrauius lib. 12.

OB BENEVOLENTIAM ET CON- STANTEM FIDEM, PACE BELLOVE.

DARIUS rex Persarum è Scythia fugiens, transmissis rapidissi- mè Hellefonto, postquam Sardis uenit, recordatus est be- neficij in se ab Histæo Milesio collati, qui ratem in litro cu- stodiuerat, & consilij Cois Mitylenæi, qui ratem non soluè- dam suaserat. Quibus accessit Sardis, obtulit electionem. Histæus, ut qui esset Mileti tyrannus, nullam sibi tyrannidē poposcit: sed locum in Thracia ad Strymonem fl. Myrcinū Hædonidem dictum, animo urbis in ea condenda. Coes autem cum non tyrannus, sed priuatus esset, optauit Mity- lenes tyrannidem. Impetrato uterq; quod optauerat, eò se contulit. Herodorus lib. 5. IDEM mortem Histæi, quamuis proditoris, grauitè tulit, quoniam de ipso bene erat meri- tus. Herod. lib. 6.

Platænsibus, ob fidem erga Græcos contra Persas, GRÆCI XX C. talenta offerunt. Plut. in Aristide.

Samiotum decem nauium trierarchis, qui in pagna nauali a- pud Milecum gesta contra Persas fortiter dimicauerunt, neq; descenderunt (ut reliquæ 50. naues, clam ab Aeace Sylofontis Equis è Samo pulsus Darij partes sequebatur, persuasus) ho- nor habitus à GRÆCIS, ut nomina in lapide scriberentur. Herodorus lib. 6.

Cum à Fulvio Capua obfideretur, ac duæ Campanæ mulie- res beneuolentiam erga Romanos dimittere ex animis no- luissent, Vestia Opidia mater familiæ, & Cluua Facula me- reri: quarum altera quodidie pro salute Rom. exercitus sa- crificauit, altera captiuus militibus Romanorum alimenta subministrare non desierit: urbe illa oppressa, SENATVS is & liberatæ & bona restituit, & si quid amplius præmij petissent, libenter se daturum assueuerat. Vacasse in tanto gaudio P. C. duabus humilibus feminis, referre gratiam, ne- dum præ se tulisse, mirandum. Val. lib. 5. cap. 2.

Masiniam regem Numidiam, à Syphace pulsam, ob egregiam fidem erga Pop. Rom. P. SCIPIO Africanus uidit Cartha- ginensibus non solum regno patrio restituit, sed & opulen- tissimā partē regni Syphacis adiecit. Auctor uirg Scipionis.

CN. Pompeius Magnus Phraati Parthorum regi, qui antea po- micitiam per literas confirmarat, bellum indixit. Verum ut itaque Phraatis responso intellexit, quam multa sua in populum Rom. extaret beneficia, ingratiudinis pudore affectus, desistit, ac neq; Tigrani, cui Parthi bellum infere- bant, auxiliatus est, nec amplius contra Phraatem quicquā hostiliter egit: ambobus tamen arbitros dedit, à quibus eor- um dissidia componerentur. Quibus utriq; admisis, ipsi omnem inter se controuersiam diremerunt. Dion Nicaeus.

MITHRIDATÈS rex Asia pro Leonico acerrimo defensore salutis suæ à Rhodijs nauali pugna excepto, omnes hostiū captiuos pernoctatis: sanctius esse existmans, ab iniussiss- mis circumueniri, quàm benè merito gratiam non referre. Val. Max. lib. 5. cap. 2.

ALPHONSVS Aragonum & Sicilia rex, cum Lupi Symenij, magnanimi ac generosissimi hominis opera, uiginti iam annis foris, bello & domi in seuis ac arduis negotijs pluri- mum usus esset, nouo honoris genere Proregem, ac quod magis est, Sicilia præsidem, totiusq; regni Neapolitani ap- pellari uoluit. Antonius Panormita lib. 1. de rebus gestis Al- phonso: & Aen. Sylu. de eius Dictis.

Bitontes diuturna obfidiōne fatigati à Philippo Vicecomi- te, fame insuper & pestilentia confecti, quia in fide persiste- rant, à VENETIS perpetua donati sunt immunitate. Et ut plebs sua quoq; sentiret præmia, molarum uectigal (quod uiginti millibus locari consueuerat) in perpetuum est popu- lo remissum. Sab. lib. 5. Dec. 3.

VENETVS Senatus triginta familias plebeij sanguinis opti- mæ de Rep. Venetoq; nomine meritas, difficillimo tempo- re Clodiens belli, patrio ordine omnes cum suis hæredi- bus donauit. Egnat. lib. 5. cap. 2. & lib. 6. cap. 5.

Sodrenses Epirotæ Turcis octauum iam menssem urbem ob- fidiōne secunda prementibus, quum ferro flammisq; hosti- libus fortissimè resistissent, urbem ipsam Veneti Solyman- no dedere coacti sunt: inuitis (quod in se esse ferret) ciuibz, qui mori etiam fame mallent, quam Venetis non parere. SE- NATVS quadringentos & quinquaginta, qui superferat, præter uxores & liberos, Venetias aduenientes ita excep- pit, ut alios perpetuis salarijs donarent, alios oppidorum suorum arcibus præficerent, reliquos ad unum nullo non beneficij genere persequerentur. Id quod antea etiam Chal- cidenibus publice datum erat. Egnatius libro 4. capite 8. & Sabellicus lib. 10. Dec. 3.

Raphael Carefinus, magnus Cæcellarius, siue Scribarum prin- cept apud VENETOS, quamuis humili plebeo que loco natus, pro egregia tamen sua uirtute & studio patrius im- pensio, per id tempus quo Clodia Venetis à Genuensibus crepta erat, in patriciorum ordinem cum suis hæredibus

legitimo loco natus ascitus est: Egnatius libro 6. capite 9, & libro 3. capite 4.

Consaluus Agidarius Aragoniæ classis præfectus, ob fide- lem operam VENETIS præstitam, uini Cretici ampho- ras D. casti sexaginta milia librarum à Benedicto Pifauro classis Venetæ præfecto dono dedit. Eidemq; Senarus ciuita- tem cum iure comitiarum dedit: addidit argenti fabrefacti libras CCLX. Bemus lib. 5. Hist. Venetæ.

VENETI post difcessum Maximiliani Imp. ab oppugnatione Patauii, ob agrestium in Remp. fidem iussere, ut annum to- tum à creditoribus ad soluendum cogi non possent. Bem- bus lib. 9. hist. Venetæ. Nicolao Vrlino, qui Rauchæ erat reip. Venetæ copiarum præfectus, ob eius fidem atq; con- stantiam, quod à compluribus ciuitatibus & regibus, ut i- psum stipendia faceret, magnis pollicitationibus inuita- tus, Remp. deserere noluerat, per triennium imperatorum ei nomen cum stipendio annuo auri librarum quingenta- rum Senatus dandum censuit. Bemus lib. 6. Hist. Ven.

OB AVXILIUM CONTRA HO- STES LATVM.

ALEXANDER Magnus iussit Persis, Crõtoniatis in Italia prædam impertuuit, ad Phaylii athletæ honorandum studiū uirtutemq;, qui bellis Medicis, cum Itali ceteri res Græco- rum haberent pro deploratis, Salaminè, naui suis impensis instructa, fuerat ad periculi societatem profectus. Plutarchus in Alexandro.

ANTIOCHVS Magnus, Asiæ rex, uisio Scopæ Ptolemæi Ep- iphanis duce, cum à ludæis comiter exceptus & etiam ad- iutus fuisset: in expugnanào præsidio Hierosolymis à Sco- pa relicto, gratitudinis ergò ciuitatem uarijs oppressam cõ- lamitibus rescouit. Ac primùm pietatis ergò præber- eis iussit in precium pecudum macchandam, uini, olei, thuri- ris, argenteorum uiginti millia, & ad similia secundum pro- uincialem legem tritici medimnos mille quadringentos sexaginta, & salis medimnos trecentos septuaginta quinque: templum quoq; abfolui curauit, & lignorum materiam cõ- portari tam ex ipsa Iudæa quam ex alijs gentibus & ex Li- bano, immunem à uectigalibus: quam immunitatem & al- lijs rebus concessit ad apparatus atq; ornatum templi per- tinentibus. Permisit etiam eis, ut omnes uiuerent iuxta leges patrias: & remisit senatoribus, sacerdotibus, scribis tem- pli atq; cantoribus tributum, quod pendebat pro capite, & aurum coronarium. Et ut eò ciuis urbs frequenteretur habitatoribus, concessit omnibus, qui eam habitarent, quæ ante hyperbæretæum menssem cõ se habitatum contul- sent, immunitatem omnium tributorum usq; in triennium remisit; eis in posterum tertiam partem tributorum, in præ- teritorum damnorum compensationem. Et quotquot ex urbe abrepti seruirent, & ipsos & natos eorum uoluit esse liberos, ac bona quoque eis restitui iussit. Iosephus libro 12. capite 3. Antiquitatum.

Punico ardente bello, Murina Syracusanus, quod in Siciliam eum equitatu transfisset ad ROMANOS, ex auctoritate Senatus & rogatione populi ciuitate donatus est. Alexan- ab Alex. lib. 4. cap. 10.

Iuuentus ROMANA Quintio & Minutio Cossultrò nomi- na sua militari sacramento obtulit, ut Tusulanis, quo- rum fines Equicolæ occupauerant, præsidium ferrent: quia paucis ante mensibus constantissimè & fortissimè impe- rium Romani populi defenderant. Ergo quod auditu no- uum est, ne patriæ grata uoluntas cessasse uideretur, exerci- tus se ipse coascripsit. Val. Max. lib. 5. cap. 2.

P. SCIPIO ob fidelem fortemque Masiniæ in populum Ro- manum operam, quoniam parum uideretur, regnum ei pa- trium restituisse, opulentissimam partem regni Syphacis ad- iecit, & aurea corona donauit. Liuius lib. 30. Blondus lib. 6. Roman. triumph.

LSYLLA Dictator priuato Pompeio & caput adoperuit, & sella assurrexit, & equo descendit: eaque se liberare facere, in concione prædicauit: memor, ab eo duo de uiginti annis nato partes suas exercitu paterno adiutas. Multa insignia Pompeio, sed nescio an hoc quicquam admirabile conti- gerit, quod magnitudine beneficij sui Syllam obliuisci cog- git. Val. Max. lib. 5. cap. 2.

PROBVS Imper. quia Galli, Hispani & Britannici contra Pro- culum & Bonofium tyrannos auxilio fuerant, fecit his po- testatem conferendæ uitæ ac conficiendi uini. Ipse Al- mam montem in Illyrico circa Syrium militari manu fos- sum uitibus censuit, & Romanis in uoluptatē uitium de- dit. Cuspinianus.

Boleslao II. in Boemia regnante, Ethnici contra Christia- nos insurrexere, & monte prope Pragam occupato, excu- sionib. CHRISTIANO RVM agros infestos habuere. Vix tandem autumnū tempore, hostibus in ignes faciendos ma- gis, quàm ad uigilias obundas intetis, Christiani, a diuictis sibi

fibi Iudæis, incautos ex inopinato adorti, à fronte & à tergo inuasere. Insigniores in fugam effusi, tenebris & syluis regebantur, sed ibi quoq; plebsq; Iudæi cōprehenderunt, interfeceruntq;, ac permillum Pragensem, Synagogam in de Praga sibi constituerunt. Dubravius lib. 6.

FRIEDERICVS Boemorum rex uictus Sobieslao regni æmulo, Germanis nobilibus, ob operâ in hoc prælio strenuam, optionem dedit manendi in Boemia, uel abeundi. Qui discedebant, hos præter uaticum, equis insuper, uetibusq; holosericis, & uasculis argenteis exornatos dimisit. Quibus uerò permanere placuit, eis pro dignitate cuiusq;, aut honorum partem ab illis, qui in pugna absq; liberis ceciderat; relictorum addidit, aut locum in aula cum assignauit, ex quo uictus cultus & honos adfuerunt. Dubravius lib. 13.

GEORGIUS Castriotes Epiri princeps, à Mahometo Turcarum Imp. summis oppugnatus uiribus, ab Alfonso Aragonio & Neapolitano rege pecuniis militibus, liberalissimè ad ius est. Igitur eò mortuo, ubi fuisse Ferdinandum filium in Apulia contra Ioannem Andegauensem & Tarentinum principem res getere: conductis aliquot mercede nauibus, septingentos equites Epiroticos Ferdinando misit, quorū uirtute & gratitudinem & fortitudinem suam comprobauit. Pontanus lib. 2. belli Neapolitani.

Venetis ob egregiam contra Ecelinum tyrannum operâ præstitam ab **ALEXANDRO III.** concessum, ut Auræ ædis primicerius mitra & pastorali baculo ceremoniarum hora uteretur: quod ad eam diem præcessorum nemo imperauerat. Sab. lib. 9. Dec. 1.

Iacobus Caballus Veronensis, Clo diensi bello militari uniuersæ rei præfectus, litora contra Ligurum hostem strenuè defendit. Eum senatus **VENETVS** patricio ordine donauit, illo insuper addito munerere, ut quodcumq; ille pro domestico usu suo in urbem inferret, neq; ipse, neque eius hæredes quicquam in publicum censum referre cogentur. Quod nulli Venetiâ incolenti, hodie sit concessum. Egnatius lib. 5. cap. 2. & lib. 6. cap. 9.

In reprimendis Maximilianii Imp. militibus præclara Hieronymi Saorniani Foro iulienensis uirtus fuit, qui suorum clientū & agrestium ac montanorum hominum manu omnes ferè hostium impressiones atq; imperus audacissimè sustinuit. I. t. postea anno 1509. quo die antiqua consuetudine ciues sexaginta maioribus comitiis creantur, qui annum in Senatu sint, eum is honorem est à **VENETIS** adeptus, atq; ita quidem adeptus, ut omnes ciues princepsq; ciuitatis suffragiorum numero uicerit: quæ res antea nunquam acciderat, ut cuius maiores domitium extra urbem semper habuissent, ipse in urbem suis modò temporibus ac per occasiones uenturum, in Senatum legeretur. Ut autem pluribus etiam suffragiis, quam ullus alius, eam rem consequeretur, id uerò magno perè mirum omnibus atq; inauditum fuit. Bembus lib. 9. hist. Venetæ.

Bonifacio Sonzino, qui se amantem pro rep. **VENETA** Patanino bello gesserat, auri libra annis singulis immunitate rerum omnium ei liberisq; posterisq; eius, tum ut ipse liberisq; extra ordinem in Senatum legeretur, dono datum. Bembus lib. 9. hist. Venetæ.

Anno 1504. quod Vincentius Naldius Fauentinus, magna in oppidi finibus gratia, omne studium & diligentiam adhibuisset, ut Fauentia in ditionem potestatemq; reip. Venetæ redigeretur, ei militiæ insignia cum ueste aurea, auri que libræ uiginti sunt à Patribus dono data, tum quinq; in annos singulos constituta pensio nomine, immunitate omnium rerum, quam hæredes eius sequerentur, addita, primis quoq; proximi ordines militum belli tempore promissis: eius etiam propinquis quatuor uictus annuus attributus: neq; multo post eadem honestates, donaq; totidem, quot in Vincentium Senatus contulerat, in Dionysium item Naldium eius consobrinum sunt collata. Bembus lib. 7. histor. Venetæ.

IVLIVS II. & **LEO X.** Pont. ob pulsos ex Italia Gallos, & Maximilianum Sforciam restitutum, Helueticos specioso titulo Defensores Fidei, hoc est, Pontificiæ maiestatis appellatū, Sab. supplement. lib. 1. ex Iouio.

Benedictus Pisaurius discedenti **MAGNO CONSALVO**, Veneti Senatus nomine, ob egregiè nauatam in oppugnanda Cephalenia operam gratias egit, in præmiumq; nauatæ operæ dono dedit uasa ex auro argenteoq; celata, cocineos item laneos pannos, & sericos purpureos, & plures ex his auro intertextos, equos uerò Thracios decem, & auri argentiq; signati circiter decem millia aureorum numum, quæ ferè omnia exercitui in uniuersum regia liberalitate & dignitate militum amicorumq; fortissimis diuisit, quū uix quatuor ingentes scythis ab exornandis insigniuit. Viatori de prælio redeunti Pontifex primò uictoriam gratulatus: de anulum porrigens aureum, Accipe, inquit, Ciane: & me auctore ipsum matrem tibi pignore obnoxium reddi

neribus anteferet. Iouius in Confaluo Magno. Antonius Siculus iuuenis, Othomannico bello à Petro Mone nico maritimæ rei imperatore missus est Callipolim, ut Turcicum nauale, domumq; in eo oppido plenam omni apparatu nautico incenderet. Turcæ ad subitum incedit. Atque tingendum adiuuaret. Iuuenis nauis iam reprensus, que inter nauigandum improviso igne cōflagrarat, captus à Turcis, interfectus est. Interrogatus ab Othomanno, Cur id ausus es? An ego, respondit, Christianus non tu nominis odio hoc aggredierer? **VENETI** Antonij fratrem adolefcentem adhuc, salario annuo, fororem dote non mediocti honorauerunt. Egnat. lib. 4. cap. 8. & lib. 3. cap. 4.

Bello quod Maximilianus Imp. Venetis fecit, miserant Ferrariam Decemurium Venetorum magistrum Petrum Vampum, è plebe hominem, qui se obtulerat classem in flumine oppidi monia præstabilente custoditam succenturum: sed illi socij iudicio proditum Ferratienses interfecerunt. Eare ad **DECEMVIRI** delata, tribus Vampi filiabus paruulis uictus est annuus è publica collegij pecunia cum dono, quam inhabitarent, dono datus, & dos, cum adoleuerit, singulis auri sequilibra constituta. Bembus libro 10. Historiæ Venetæ.

In uehementi illo terramoto, quo Rauracorum Basilea sub annum sal. 1556. concussa est, cum ruina ædium multumoles per totam urbem oppressi perissent, & uicinorum fides suspecta esset, ne ex urbis incommodo suum faceret commo dum: Bernenses præsidium Basiliensibus ad defendendam urbem liberis animo miserè. Huius tam præclaræ memoris beneficij **BASILLENSES**, Bernensibus post auxilia sua soli ex omnibus Helueticis reliquis grato animo in causa Allobrogum contra Emmanuelem Philibertum Sabaudiaæ ducem promiscere. Sed compositione amica diffidium illud sublatum fuit.

DE OB HOSTES VICTOS, PVLSOS.

Consule Titulum, Fortitudinis bellicæ premia. Illic Virtutis, hic Beneficentiæ remuneratio spectatur.

Epaminondam Thebanorum ducem, ad Mantineam dum prima iam acie fusa instat atque urget, consecrationem hostium Anticrates Lacon excipiens lancea, ut scriptum reliquit Diostorides, ferit. **LACEDÆMONII** Machæronas etiam hac ætate Anticratis nepotes nominant, quod perculsit illum machæra. Ad eò enim eum suspexere & amplexi sunt uili formidine Epaminondæ, ut honores illi ac præmia decernerent, & stirpi eius immunitatem. Plutarchus in Agefilao.

Mutio Scæuolæ, eò quod audacia sua Porfennæ metum incussisset, ita ut obfidionem soluerit, prætra trans Tiberim hodie gratia data: & statua erecta, quod eius facinorose cum populo **ROMANO** Porfennam fecisset. Liuius.

Post urbem Romam captam, cum sedatus esset Gallicus motus, res uerò publica esset ad tenue deducta: finitimi oportunitatem inuadendi Romani nominis aucupati, prætererunt sibi Posthumium Liuium Fidenatum Dictatorem. Qui mandatis ad Senatum missis, postulauit: ut si uellent reliquas sue ciuitatis manere, matres familiæ sibi, & uirgines dederent. Cumq; patres essent in acie deliberatione suspensi, ancilla Philotis pollicita est, se cum cæteris ancillis sub nomine dominarum ad hostes iruram. Habitusq; matrum familiæ & uirginum sumto, hostibus, cum prosequens suum lacrymis ad fidem doloris traditæ sunt: Quæ cum à Liuiu in castris distributa fuissent, uiros plurimo uino pro uocauerunt, diem festum apud se esse simulantes. Quibus uoporatis, ex arbore caprifico, quæ castris erat proxima, fignum Romanis dederunt. Qui cum repentina incursione hostes somno uinoq; sepultos superassent: memor beneficij **SENATVS ROM.** omnes ancillas manu iussit emitti, dotemq; eis ex publico fecit: & ornatum quo tunc erant utæ, gestare concessit: diemq; ipsum Nonas Iulias Caprotinas nuncupauit, à caprifico, ex qua signum uictoriæ ceperunt: sacrificiumq; statuit Iunoni Caprotinæ annua solennitate celebrandum, cui lac, quod ex caprifico manat, propter memoriam facti præcedentis, adhibetur. Ancillis, eò die matronali habitu excultis, matronæ ministrabant. Macrobius libro 1. capite c. Polybius libro 8. & Plutarchus in Romulo & Camillo.

ALEXANDER III. Friderici Imp. minas fugiens, Venetiis exulauit. Amicè ab illis receptus, plumbo ob signandam literarum potestatem illis dedit: Sebastianum Cianum ducem cum Othone Friderici F. nauali prælio dimicantem ense aurato alisq; equestribus ornamentis insigniuit. Viatori de prælio redeunti Pontifex primò uictoriam gratulatus: de anulum porrigens aureum, Accipe, inquit, Ciane: & me auctore ipsum matrem tibi pignore obnoxium reddi

ditio: quod tu tuique successores quotannis stato die seruabitis: ut omnis posteritas intelligat, maris possessionem iure belli uestram esse quam doq; factam: atq; ut uxorem uirō, ita illud uestro subiaceret imperiō. Qui mos etiamnum hodie festo Ascensionis Dominicæ seruat. Inita pace, Alexander, Fridericus & Cianus dux Anconem peruenerunt. Vbi quum tota ciuitas ad portum officij gratia esset, publico nomine umbellas duas, unam Alexandro, alterâ Friderico obtulisset: Pontifex tertio Veneto duci offerri iussit: ac coram permittit, ut ipse & reliqui duces ea perpetuò uterentur. Vbi uerò Romæ uentum est, ingenti quidem lætitiâ pontifex à suis exceptus, quum inter multa & uariâ officia argenteas quoq; tubas esset intutus, quarum canu & clangore omnia circumstrebebant: ex ipsis tubis Veneto duci in adepta uictoria memoriam oïo offerri iussit: quibus & ipis perpetuò summus Venetorum magistratus uteretur: Sabellius lib. 7. Dec. 1.

KENNETHVS II. Scotorū rex ad Berthâ oppidum magna strage à Danis in fugam uersus erat. Hay fecit cum duob. filiis operi rustico intentus, cum cladem suorum animaduertisset, arrepto aratri iugo fauces, per quas Dani Scotos insequerentur, obsedit, multosq; cum amicorum quod fugerēt, quam hostium, quod instarent, trucidauit: noua auxilia adesse Scotis magna uoce clamantibus. Itaque uicti uictores Dani. Hay cum rege in oppidum Bertham, toto exercitu subfessis, aratri iugum, quo patriæ affuerat liberetatem, portans humero, rustica ueste indutus (splendidam enim à rege oblatam respiciens) in regium hospitium deducus est: & procerum consensu inter nobiles regioſq; amicorum familia receptus: quinetiam præter pecuniam & alia munera data illi optio agros certos, quo uellet loco, ad sumus, nobilium more petendi. Ferunt senem, suauis filiorum, quibus glebæ ubertas haud erat incognita, agri, quæ Taus è regione fissa ad Errol uicium alluit, petiisse, quantum falco manu emissus abſq; uicte tranſuolaret. Idq; ei regia beneuolentia liberè donatum. Ergo delecto ad Inſchyram loco manu emissus falco, perpetuo uolatu Roxæ uicium quatuor propè passuum millibus ab Aleſto petiit, ingentique lapidi cuius in uicina, cōplicatis alis inſedit. Cessit per hæfeni ac filius in hæreditatem, quicquid agri Inſchyra & præfatum saxum longo tractu interiaceret, longum sex millia passuum, quatuor propè latum. Falconis saxum etiamnum hodie appellat. Familia eius Kennethus rex tres cypros rubentes, in argenteo campo pro insigni dedit: addita insignibus iugi figura. Durat familia illuſtris Hayorum etiamnum hoc die. H. Boethius lib. 11.

Petrus Fulgosus, Geauenſis clausis Admiratus, aduersus Cyprios patra uictoria, atq; in potestatem redacta urbe Famagusta, in patriam rediit. Ei **GENVENSES** præter prædæ partem, decem aureoſi numum millia addidit, eò immunitate perpetua. Decreto quoq; edicto, ut in posterū quotannis, omnes urbani magistratus, in uictoria memoriam, reliquij Minorum pallium perferrent: & qui ex Petri reſta linea perferendo muneri interessent, omnes, post principem ciuitatis, eò die anteciret. Fulg. lib. 5. cap. 2.

Adiuncti finis imperium atq; custodia ab Alexandro III. possidit **VENETIS**, quod armis, uirtute, summisq; maximis cum nauigationem ab Saracenis atque prædonibus defendissent, securamq; reddidissent: amplissimis priuilegiis concessa fuit. Guicciardinus lib. 8.

DE OB PACEM CONCILIATAM.

LAMPŒACENI Anaximeni philosopho, ob urbem conseruatam ab Alexandri Magni ira, statum posuere. Is enim ab urbe missus, ut pro eâ apud regem sibi familiarem intercederet, cum intellexisset Alexandrum iuuisse, contrarium se eius quicquid petentis esset, facturum: Anaximenes, Hoc à te, inquit, precibus, rex, contendo, ut Lampfacenorum coniuges & liberos in seruitutem redigas, urbem totam excindas, & deorum templa exuras. Quibus ambagibus circiuentus Alexander, Lampfacenis inuitus pepercit. Paul. li. 6. Cum **C. Martium** Coriolanum exulem Romam obſidentem, quem neq; legati neq; sacerdotes flectere potuerant, Volūnia mater & Veſtigia uxor, stipante matronarum turba, ut exercitum abduceret, flexissent: **ROMANI** simul atq; Volſcos conſpexerunt, se recipientes, mox patefactis omnibus templis, quasi nunciata esset uictoria, coronati uitimas cecidit. Præcipue gratia & honoribus; quos patres popululq; uniuersus mulieribus habuerunt, illuſtris fuit gratulatio ciuitatis: cum ferrent & haberent illas palam salutis fuisse auctores. Senatus cum decreuisset, quicquid postulassent, quod ad ipsarū laudem & præmiū pertinere, id consules facerent & præstarent: nihil postularunt aliud, quam ut templum fortunæ muliebris edificaretur, impensas ostenderent collaturas, uictimæ & reliquæ; quæ ad honorem

deorum pertinerent, ut publicè præberentur. Quam munificentiam cum collaudassent patres, & de publico tamen templum & simulacrum posuissent: non eo minus pecunia feminæ collata alterum signum fecere: quod Romani memorant in æde locutum, uocem misisse huiusmodi: **Pia** me religione feminæ dedicasti. Bis hanc uocem fabulantur aut ditam. Plut. in Coriolano. Ibi matronæ Calendis Decēbris, quo die bellum fuerat solum, ritè sacrificare iussit. **Valeria**, quæ muliebris legationis auctor fuerat, prima sacerdotium templi adepta est. Sab. lib. 9. En. 2. Quinetiam in honorem mulierum sanxit Senatus, ut feminis semita uiri cederent: confessus plus salutis Reip. in ſola, quam in armis fuisse: uetustiq; aurium insignibus nouum uitæ discrimen adiecit: permittit quoq; his, purpurea ueste & aureis uti ſegmentis. Val. Max. lib. 5. cap. 2.

LEGATIA ab Atalo Romam missi coronam auream 246. pond. in Capitolio posuerunt, gratias patribus agere iussit, q Romanorum legatorum auctoritate Antiochus motus, sui regni finibus excelsisset. Sab. lib. 6. En. 5.

CELTÆ, qui in Hispania degunt, se erga gentis suæ feminas gratos ostenderunt ciuili bello, quo inter se decerabant. Memores enim, earum oratione lacrymisq; se depositis simulacris in gratia reddisse: statuerunt, ut in posterū omni bus consiliis suis feminæ interessent, & quicquid inter eos contentioni oriretur, feminarū iudicio dirimeretur. Inter fœdera quoq;, quæ cum Hannibale inierunt, scribi uoluerunt: **Ut** si Celtæ cupiam Carthaginenses iniuriam in Hispania fecissent, ea res à Carthaginensibus diudicaretur: contra autem, si Carthaginensem Celta lēſisset, iudicium peneb Celticæ feminas foret. Hoc enim honore feminarum suarum prudentiam prosequi uoluerunt. Fulg. lib. 5. cap. 2.

ROMVLVS, quia matronarū interuētū Sabino bello ciuitas defensa esset, indubitato gratitudinis argumento statuit, ut pter alia ornata, ob id meritū mulierib. uo decreto conſecta, ad omnē occursum uia illis decederetur. Sab. li. 7. c. 1. **T. QVINTIN.** Flaminius legatus, **M. Atriliū** Glabronē Coss. Chalcedē, quæ Antiocho fauebat, obſidentē comitans, delinuit & deprecatus est, tandemq; in ſententiâ suâ adduxit & placauit: precibus apud illū, & eos, qui erant senatorij ordinis, eni ſus. **CHALCIDENSES** hoc modo cōseruati, Quintio dedecauerūt pulcherrima & maxima urbis suæ ornata, quorū hoc æuo quoq; titulos cernas huiusmodi: **Populus Titō & Herculi gymnaſiū.** Et alibi, **Populū Titō & Apollini Delphinion.** Creatur etiâ hac memoriâ sacerdos **Quintij** iuffta giis: atq; hostia ei immolata, ubi libatū est, canunt carmen compositum, cuius hic epilogus lib. 8.

Illam fidem uerò colimus Romulidum niueam Iurati ſanctam. Dicite celorum dominum Musæ, Romanam, Titum quoq;

Romanam fidem ſimul. O' Titæ Io Pæan dominator. Plutarchus in Flaminiō.

Fræſcius Dandulus Venetorū legatus, quia ad publicâ ignominia deprecandâ diu ad Clemētis Romani pontificis mensam humiliter stratus iacuisse, ad qd ipsum fuerat publicè in Gallia missus: ex ea legatione reuerſus, magno omnium ordinū fauore princeps est ciuitatis **VENETÆ** factus, ut qu nup in ſquallore & fordib. pro patria cōſpēctus esset, sublimi loco cōſpēctetur, auro & purpura cōſpēctur. Sab. li. 7. c. 1. **Andreas** Aurius **GENVENSIS** urbi uarias uicissitudines imperij sub fregiſſis & Adurnis expertæ, quorū hi Gallorū partes, illi Cæſarianorū ſequēbatur, liberatè reſtituit. Eapropter populus uniuersus, præclara, ideoq; perenni gratissimo rū animorū teſtificatione, legē rogauit, quam decurionibus cūctis ſuffragiis ſanxerūt, ut Auriæ, statua colosseæ magnitudinis è Lunensi marmore decerneretur, locareturq; redē toribus, cuius basi his uerbis titulus inſcriberetur: **Andræ** Auriæ ciui opt. felicissimoq; uindictæ atq; auctori publicæ libertatis, Senatus. Popululq; Genuensis pos. Iou. l. 26. Hist.

FLORENTINI graui bello preſſi anno 1502. à Vitelloccio Alexandri VI. Pp. Mediceos reducere cōnatis copiarū duce: **Petri** Soderini cōſilio & opera à Ludouico XII. Gallorū rege auxilium implorauerunt. Soderinus ſingulari omnium ordinum aſſenſu eius legationis munus ſuſcepit: & apud regē tanta grauitate ciuitatis cauſam egit, ut planè demōſtraret regi, magno perè eſſe cauendū, ne euerſa aut cōmūtata Florentiæ republica, quæ antiquo recētij, ſocietatis iure, Gallico nomini eſſet fœderata, ipſe demum amittendæ Neapolis, Ciſalpinæq; Galliæ periculum ſubiret. Itaq; minis regis reuerti Pontifex, per Vitellocci urbes omnes Florentinis ademptas reſtitui iuſſit. Quibus receptis, Florentinus populus, uti omni ſolutus metu, ad eò eſſus & lætatus est, ut incredibili aſſentatione & ſtudio, Petrum Soderinum, uti patriæ ciuitate tentatum, quod nunquam antea per leges in libera ciuitate tentatum fuerat, antiquato bimēſtri magiſtrato, adminiſtrandæ Reipublicæ diſtatore perſpetuū creauit. Iou. in Leone x. lib. 1.

GRATITVDO, RESPECTV EORVM ERGA QVOS EXERCETVR. GRATI

ERGA DEOS.

Hec ad Religiosam Iustitiam referenda est. Nam quicquid a Deo accepimus, nisi diuinum est, ita diuinum mentis affectum efflagiat.

M. OCTAVIVS HERENIUS tibicen, postquam arti suae diffusus est, instituit mercaturam: & bene re gesta decimam Herculi profanauit: postmodum etiam aedem ei sacrauit & signis: Victoremq; in cisis literis appellauit. Macrobius libro 3. capite 6. Saturnal.

ERGA LEGISLATORES.

Veneratio apud ESSENO S post Deum magna legislatoris est: ita ut si quis eum blasphemauerit, morte damnetur. Iosephus lib. 2. cap. 7. belli Iudaici.

ERGA PRAECEPTORES.

Vide Tit. Fidei discipulorum erga Praeceptores. Illi Fides tacita vel expressa, hic ratione Motu consideratur.

A. CASSELIVS, eques Rom. Q. Mutij Volusij auditor, moriens Q. Mutium, nepotem praepceptoris sui Mutij, in eius honorem, testamento haeridem reliquit.

ERGA PATRONOS.

M. Tullius Cicero ut innumeros suo iuuerit patrocino, a nemine tamen aequè laudatus est, atq; a CATVLLO. Aliorū mortales, huius etiam immortales perstant gratia. Nam leguntur & legentur haec semper:

Disertissime Romuli nepotum, Quot sunt, quotq; fuerit, Marce Tulli; Quotq; post alii erunt in annis: Gratias tibi maximas Catullus Agit, pessimum omnium poeta; Tanto pessimum omnium poeta, Quāto tu optimus omnium patronus.

ERGA LEGATOS.

Ex Titulo Legatorum, huius exempla quaedam.

ERGA MEDICOS.

Ex Tit. Medicinae studium in aliis, huc non pauca.

Quo tempore regnum Argiuorum tenuit ANAXAGORAS Argei filius, Megapenthis nepos, is furor feminas inuasit, ut cum intra domesticos parietes contineri non possent, per totum agrum palantes uagarentur. Inuentus tandem est Melampus Amythaonis filius, a quo sanatae sunt. Ei Ana xagoras ita gratiam retulit, ut aequis cum eo, fratresq; eius Biante partib. regnum cōmunicaret. Paul. in Corinthiacis.

Hippocrates medicus, cum pestē ex Illyrico uenientem praedixisset, ex discipulis quosdam in diuersas Graeciae ciuitates dimisit, qui illis laborare incipientibus opitularentur. Quare splendidos honores a COIS, THESSALIS & ARGIVIS cōsecutus est, maximè uerò ab ATHENIENSIBVS, qui eum Eleusiniis sacris secundum ab Hercule publicè initiarunt, & ciuem conseripserunt, atq; in Prytaneo alimentatum ipsi, tum posteris eius dederunt. Plin. lib. 7. cap. 37. & So ranus Cous in eius uita, & Suidas.

Democedes Crotonensis DARIVM Persarum regem curauit, cum pedem luxasset. Ob quam curationem, cum eum rex duobus aurearum compedum paribus donasset, interrogauit Democedes, Nunquid ideo se duplici malo remunerandum putaret, quod ab eo sanatus esset? Hoc dicto Darius delectatus, ad suas VXORES hominē misit Eunucho, qui eum deduxerunt ad feminas, dicebant, hunc esse, qui rescripsisset animam regi. Tunc earum singulae auream phialam thecam suffringentes, Democedem donauerunt tam amplo munere, ut excidentes ex percussione phialarum stateres, famulus qui sequebatur, nomine Sciton, aduertens, collegerit non paruum auri summam. Herod. lib. 3.

Cleombrotum Ceum medicum PTOLEMVS rex Megalensis facris centum donauit talentis, seruato Antiocho rege patre suo. Plin. lib. 7. cap. 37. At lib. 29. cap. 1. de Erasistrato hoc ipsum refert.

PHALARI S tyrannus, licet crudelitate insigni semper notatus sit, gratitudinis tamen specimen non uulgare edidit. Polydecti enim medico, qui grauissimo eum morbo liberarat, expuro auro misit phialas quatuor, crateres argenteos duos, poculorum item theciorum parua decem, puellas quoque intactas uiginti: cum his etiam Atticam argentearū quinquaginta millia. Quae ex tyranni epistola uideri licet.

Statuit POP. ROM. Antonio Musae medico signum Aesculapio proximum, ob Augustum periculoso morbo seruatum, monumentum publicae gratitudinis haud uulgare, praecipuumq; artis decus: quod potentissimi populi, omniumq; gentium uictoris iudicio, unus aliquis hominum medicum deo aequari debuerit, quod caput unum, etsi ciuitati gratissimum, maiore felicitate, quam artis peritia, seruasset. Sabellicus lib. 7. cap. 1. ex Suetonio. Eidem quoq; Caesar ipse AVGVSTVS magnam pecuniam dedit, concessitq; ius anulorum: nec solum ei, sed etiam ceteris omnibus, qui eandem artem profiterentur, uel essent in posterum professuri. Sed tum is medicus beneficio fortunae, uel diuino, ut ego arbitror, usus est. Marcellus enim cum non multo post aegrotaret, atq; eodem modo frigidis quibusdam potionibus & la uacris a Musae curaretur, mortuus est. Xiphilinus.

MVSCA Turrianus, Napi principis F. cum ob interfectum Paganinum filium a Vercellensibus pater ad eum in omnes interfectorum propinquos saeuiret, ut ad filij tumulum tanquam hostiae mactarentur, uix tandem medico suo, cui recuperatam uitae salutem acceptam referebat, uitam impetravit: grauilimè jurans, dolore atq; inedia seipsum necaturū, nisi uir salutaris & innocens ab crudeli supplicio seruaretur. Iohannis in Othone.

ERGA MECHANICOS.

DARIVS rex Persarum, Mandrocleum Samium, eo quod ponte sublicio iunxisset Thracium Bosphorum, decuplo donauit. Herod. lib. 4.

Polygnoto Thaso, qui Pœcilen porticum Atheniensibus gratis pinxerat, cum partē eius Mycon mercede pingeret, AMPHICTYONES hospitia gratuita decreuerunt. Plin. lib. 35. cap. 9. Historiae natur.

Mamurius insignis ille faber, conductus a NVMA Popilio, ut peltas aeneas, ad similitudinem eius quae de caelo ceciderat, in qua populi Romani fata signata erant, alias etiam fabricaret, eadem facie & mensura: cum iam confecisset, Numa dedit optionem, ut quicquid uellet peteret, id certo se datum repromittens. Ille neq; pecuniam, nec aliud quicquam petiit: quam ut a Saliis sacerdotibus Martis, cum iam saltantes canerent, in sine carminis, Mamurij artificis nomen etiam pronuntiarent. Dionysius lib. 2. Ouidius libro 3. Fastorum. Sabel. lib. 3. Enneadis 2.

ARDEATES templi sui pictorem ciuitate donarunt & carmine, quod est in ipsa pictura, his uersib. antiquis literis Latinis: Dignis digna Iocae picturis condecorauit, Reginae Iunonis supremæ coniugis templum; Marcus Ludius Elotas, Aetolia oriundus, Quem nūc & post semper ob arte hanc Ardea laudat. Plin. lib. 35. cap. 10. Historiae natur.

VE SPASIANVS Imp. Colossi refectorem, a quo colossus etiam & septem pedum altitudinis erectus est, munere imperatorio donauit, aliisque mechanicis insignioribus praemiis multa dedit. Culpinianus ex Suetonio.

ERGA MILITES.

Vide Tit. Praemia Fortitudinis bellicae data.

AEGYPTII militibus suis (quos Calasites uocant, & Hermotybios) hoc eximij honoris solis, praeter sacerdotes, habent, quod singulorum duodecim agni sunt immunes, singuli a gri centum cubitorum Aegyptiorum quo quod uersus. Praeterea Calasitium milleni & Hermotybiū circa regem suū guntur annuo sacellium munerē. Quibus praeter praedia dantur uiricum panis totsi pondō quinæ mnae, carnis bubulae binæ, uini sextarij quaterni. Herod. lib. 2.

POLYCRATES Samiorum tyrannus, matres militum, qui in bello perierunt, opulentioribus ciuibus dabat nutriendas. Rausius.

IPHICRATES Atheniensis post pugnam, de praeda euilibet dignam laboribus partem distribuit. Sin munera a ciuitatibus adferrentur, ab his etiam dispersit unicuique; non singillatim tantum, uerum etiam secundum exercitus atq; manipulos, & secundum armaturas equitibus, alia armatis, alia laeis armaturae militibus. Ante pugnam, facto silentio, promittebat ei, qui ex armatis se fortissimè gessisset, praemium: & iterum ei qui ex equitibus sine scutatis, & sic deinceps in singulis ordinibus. Insectis autem & publicis comitiis eos, qui ceteris strenuiores extitissent, primis sedibus honorabat. Haec omnia exco gerabat, ut alacriores & promiores ad pericula milites redderet. Polyzenus lib. 3.

ALEXANDER Magnus reuersus ex India, Macedones milites in Pense recensuit, & domū dimisit inuiles, magnificè donatos. Scripsit insuper ad Antipatru, ut omnibus in ludis & spectaculo

& spectaculis primum locum tenerent, & coronati ibi confiderent. Demotruorum liberis orbis stipendia parentum attribuit. Plut. in Alexandro. Militum, qui cecidissent, liberis paternam capere stipendia uoluit.

ROMANI, milites benemeritos hastis puris, aureis pateris, sellis curulibus eburneis, scipione eburneo, tunicis palmaribus & pictis, uexillis caeruleis in bello naualis, aureis torquibus, duplici anno, duplici stipendio, interdum etiam militia uacatione, & dignitatis aliquo gradu donabant. Ex lege Calpurnia, ara multiplicia, fagaque & tunica singulis militibus, qui rebus fortiter gestis interfuerant, & ius ciuitatis dabatur. Praefcis temporibus militaria dona, quae militibus fortiter in bello se gerentibus a ducibus dabantur, hē minae uel quartarij farris fuere, binaque iugera: aut tantum agri, quantum uno die circumarassent. Teste Plinio lib. 18. cap. 3. Sertoria lege, fungi dignitate inter patres, aut diebus solennibus coronatum accedere, uelut praemia uictoriae militibus dabatur. Imperatores Romanorum, centuriones legatosq; legionum pro magnis officiis in Rempublicam, consularibus ornamentis, aut equo publico, nonnumquam triumphali statua donauere. Alex. lib. 4. cap. 18.

ROMANI Praefctis militibus, qui in praefidio Caesili fuerant, duplex stipendium constituerunt, & uacationem in quinquennium Manij eorum praetoris statua loricata in Praefctio foro diu postea mansit cum tribus signis & inscriptione, Manitum pro militibus, qui Caesili in praefidio fuerant, uorum uouisset. Sab. lib. 3. En. 5.

SCIPIO Aemilianus, regum & sociorum munera oblata pro tribunali accipiens, in publicas tabulas reponerat, & postmodum fortibus uiris pro meritis tradebat. Alexander lib. 4. cap. 18.

CALPURNIVS PISO, cum in bello fugiuorum prouincia Siciliam obtineret, quam sexaginta seruorum millia occupauerant: bene gesta, ac liberata prouincia, milites omnes qui operam suam in eo bello strenuè nauassent, militibus donis imperatorio more donauit. Valerius Maximus libro 4. capite 3.

PAPYRIVS Curfor consul, Papyrium filium, & quatuor centuriones, manipulumq; hastatorum armillis aureisq; coronis donauit. Liu. lib. 10. Blond. lib. 6. Rom. rrrumph.

QUINTIVS Cincinnatus Dictator, militibus suis strenuè aduersus hostes pugnantibus, omnem hostiu praedā dedit. PAVLYS Aemilius, septuaginta Epiri ciuitates, quae hosti consenserant, cum fortiter pugnantibus militibus cepisset, praedam inde factam militi concessit.

CARULLIVS consul, collega Papyrij, militibus ex praeda cētenos binos asses, & alterum tantum centurionibus & equitibus dedit. Blond. lib. 6. Romae triumph.

QVARTORIVS suis militibus ob res perclarè gestas, pictas chlamydes in uirtutis praemium dono impertiuit. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 29.

AVGVSTVS suis militibus phaleras, torques, aliaq; ex auro fabricata, ob res bene gestas, munera obtulit. Suet.

SEVERVS Imp. bellicosus militibus non tantum in uirtutis testimonium aureos anulos, sed etiam domesticas concubinas largitus est. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 29.

AVRELIANVS Imp. gregariis suis militibus, qui forti animo omnem expugnarant hostem, ut per omne tempus militae fibulas haberent aureas, priuilegio dedit. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 29.

Saxonico bello cum duo gregarij milites facta testudine, uirtuosissime urbis aggeres dissipassent, ac portas effregissent: CAROLVS Magnus ambos ad se uocatos, pro concione laudauit, & ipsi praefecturam inter Rhenum Alpesq; dedit. Eodem bello duos tyrones, licet uulgò contentos, fortiter in medio hostium agmine deponentes, inter cubicularios stipatoresq; suos esse iussit. Auent. lib. 4.

Ferdinandus Hulesca, signifer Hispanus, rapiente ei dextram tormenti pila, impertentius uexillum laua manu sustulit, & in hostem Gallum ire perrexit. Hunc postea CONSALVVS Magnus, Hispanorum contra Gallos dux eiusq; liberis uirtutis causa ex regio uectigali annuis aureis quingentis donauit. Louius in Consaluo.

IN EM regno Neapolitano ab imperio Gallorū liberato, Ducibus militiae urbes & oppida dono dedit, equitum uerò praefctis & centurionibus domos, uillas, fundos, arcuq; praefcturas diuisit: & quum militi commune donatiuum dedisset, singulos itē qui spectatē uirtutis nomine insignes euassent, annuis praemiis suis profecutus: tanta quidem in recensendis meritis memoria, tantoque in dispensandis muneribus iudicio, ut aestimatio rectissima, neminem uel gregarium militem praeteriisset, neminemq; nisi largā manu donasse uel inuidi testarentur. Ibidem.

Senatus VENETVS, iis qui fortiter contra Gallos ad Tarrum pugnaissent, uel egregiè pugnano cecidissent: insigni liberalitate praemia persoluit. Cunctis enim, & ante alios For

tebraccio, Montonio Venero, qui grauer uulneratus ultimis praelio excesserat, aucta stipendia, honoresq; additi. Caesorum liberis, qui militiae studerent, praefecturae turmarum datae, filiabus autem dotes, & uxoribus annua pecunia in alimenta constituta. Bemus lib. 2. & Ionius libro 2. Bernardi Contareni, Veneti exercitus apud Ferdin. Neapol. regem praefcti ex febre mortui matri, auri libra annua in uictum a Senatu constituta: duabus autem sororibus, altera dos auri librae uiginti, altera in sacrarum uirgium collegium ternae librae. Bemus lib. 3. Ven. Hist.

ERGA SERVOS.

Alyattem fama est, Croesi patrem, alteram uxorem duxisse, liberofq; tulisse alios: Igitur insidiantē CROES O nouerca, uenenum pilstrici tradidisse, confectumque ex eo panem ut Croeso daret, iussisse. Id indicasse clām Croeso pilstricem, atque illius naris cum panem apposuisset. Cuius meriti regnū tem Croesum Delphis apud eum sicut restem recte atque ordine mulieri gratiam restulisse, aurea ei statua posita. Plutarchus de Pythiae ora culis.

ERGA BRVTA.

Indis canes cum eo tempore quo Ofris quaesitus est, non tantum feras, sed eos omnes qui obuii uenerant, amouissent, & Ofridis corpus inuestigassent: ne ingrati feris esse uiderentur AEGYPTII, edicto statuerunt, ut semper in festo Istdis pompam omnem praerent. Dio dorus Siculus.

MINA rex, cum a propriis fugatus canibus, casu & necessitate pellente in Myridis paludem incidisset perniciosissimā, a Crocodilo praeter omnem expectationem liberatus: bene cū cū tanti memor, ciuitatem eo loco condidit, quam Crocodilorum ob perpetuam beneficij memoriam nominari uoluit. Dio. Sic. lib. 2. cap. 2. de rebus Antiquis.

VLVSIS clypeo insigne fuisse delphinū, a Strophoro produrum est. At qua de causa, memorant, ut Citeus testatur, Zacynthij. Infans adhuc, ut serunt, Telemachus ex litore falentibus pedibus in mare uorticosum lapsus, atq; exceptus a delphinis, reuoluentibus cum ad terram, euasit incolumis. Hinc pater, ut gratiam referret huic animanti, in sculpsit anulo & ornamentum addidit clypeo delphinum. Plutarchus de Animantium compari.

In Aruria Assyriae uicus est Gaugamela, id est, Cameli domus, apud quem Darius superatus ab Alexandro Magno amisit imperium. Nomen habuit a DARIO Hystaspis F. qui locū hunc in alimenta dedit camelo, cuius opā in defessa in Scythica expeditione usus fuerat in ferēdis regis cibariis. Strabo lib. 16. & Plut. in Alex.

Populus ATHENIENSIS cum aedificaret Hecatompedon: (est uerò id Athenis templum, quod & Parthenon dicit, ex specie ac concinnitate ita nuncupatum, non de magnitudinis ratione, sicuti Graecorum pleriq; interpretantur) quascū que notauit mulas laborum tolerantēs, dimisit liberas pascere. Atq; unam ferunt liberatarum ultro ad opa descendisse, unaq; cum iumentis, quae in arcem trahebāt plaustra, cucurisse & praesile, tanquam adhortantem ea & excitantem: cui publicè scituitq; ad mortem alimenta. Plut. in Catone, & Plin. lib. 8. cap. 44.

Delphis sacram ingressis aream Taurus ex aere pra oculis est, Theopropi Aeginctae opus, CORCYRAEORVM donum. Proditum memoriae est, Corcyrae aliquando aliis bobus relictis, taurum è palu redeuntē, contra Calagus mugitus edidisse. Cumq; per totum diem illic constitisset, bubulum ad mare descendisse, conspexisse uerò infinitum propē thūnorum numerum. Quod cum indicasset Corcyrae, illi (quod thunnos capere conati, operam luserant) seiscitarum Delphos miserē. Ex Apollinis uerò responso taurum Neptuno mactant: confecto que mox sacro, pisces capiunt. Donum ē decima praeda in Olympiam & Delphos mittunt. Pausanias in Phocicis.

NAVPLIENSES in Peloponneso habitantes de asino memorant, quod artofo uitis palmite, uuarum in posterum uberiores prouentum exhibuerit: & ea de causa apud eos etiam uideretur asini figura, utpote qui putandarum uitium rationem docuerit. Pausanias in Corinthiacis.

Erga canem suum XANTHIPVS Atheniensis gratus extitit, qui maria pernatans, usq; in Salaminam eum sequutus fuerat: quo tempore, adueniente in Graeciam Xerxe, maior Graeciae pars in eam se insulam recepit. Nam ne tanto amori ingratus foret, mortuo cane, in Salaminā promontorio sepulcrum ei cōdidit, quod Cynotaphium appellatum est. Fulg. lib. 5. cap. 2. ex Plut. Catone.

CIMON Miltiadis F. Atheniensis, equabus, quibus tertium uicerat in certamine; sepulcrum statuendum prope suum monumentum curauit. Pontanus cap. 26. de Liberalitate, ex Plutarchi Catone.

ALEXANDER Magnus erga Bucephalum equum suum gra

tus fuit. Nam ipsius nominis urbe in eo loco condita, ubi sub eo confossus fuit, cum conspicuo quoque sepulchro decoravit. Plin. lib. 8. cap. 42.

Populum ROMANVM non puduit, perpetuo gratitudinis honore anferes prosequi, quod dormientibus uigilibus, cum Galliam in summum Capitolium perrepsissent, clangore Romanos milites excitarent. Statuit enim, ut in eo loco in posterum magnus anserum numerus publica impensa aleretur: ad eamque rem Censores inter tot publica onera publicanos primo obligarent, & alimenta sacrorum anserum loco carere. Ne autem minus se seuerum quam gratum populus idem praeberet, ipso die quo hoc contigerat, in loco designato, quotannis aliquot uinos canes suspendebant: quod si ipsi, quibus maxime inuigilandum fuerat, anseribus uigilantibus dormiuissent. Plutarchus de fort. Rom. & in quaest. Rom. & Plin. lib. 29.

Imperante Tiberio Caesare, POPULUM ROMANUM corum sepeliuit, ferentibus feretrum duobus Aethiopiis feruis, praeciente tibicine & musicis: cum prius cum qui corum occiderat, lapidibus obruisset. Hoc autem egit, quia haec auis nomina timantem Drusum ac Germanicum Caesares, ac multos praeterea alios, postremoque totum populum salutabat. Fulgosi lib. 5. cap. 2.

GRATITVDO, RESPECTV MODI SEV BENEFICII, per quod gratia reponitur.

Exempla de praecedentibus Titulis huc transferri possunt. Illic Beneficij accepti, propter quod gratius est, habetur ratio: hic Beneficij redditus, quo gratius est.

IN GENERE.

LATINI dicunt, Agere gratias frequentius, quam Gratiam. Na quando, ex Hestiodi praescripto, aduersus praesentem reddere oportet: una certe aures Gratia in choro, duae nobis aduersus conspiciuntur, ut moueant nos duplicis officij: alterum, ut satisfaciamus ueteri, alterum, ut obligemus etiam nouo beneficio.

Athletae premium athlon nuncupatur: quae medico contribuitur, solita dixeris & soteria, ac iactura. Docti uero, dida scalia, didactra. Militi, aristica, epinicia, ac iactura. Chirotechnae autem, id est, artificij, epichera. Nuncio euangelia & me-nythra. Quippiam ferenti, comistra. Beneficio, charisteria. Alrois, threpra. Caesari lib. 13. cap. 30. A. L.

IN SPECIE GRATIAS

REFERRE PER

MVNERA.

Damiani Mauri eius classis praefecti, quae prior bello Ferrantiensi Padum flumen est ingressa, hostium castellis aliquot in ripa fluminis ui captis, bellicis ex laboribus mortui, VENETI duabus filiis dotis nomine quadraginta auri libras ex publica pecunia dedere: sacerdotij autem nomine, si ei uirgulae dederent, senas libras. Bembus lib. 1. Ven. hist.

MAGISTRATUS, DIGNITATES.

ROMANI prisci in dandis magistratibus & conferendis honoribus, non largitione & ambitu, sed uera uirtute nitentur, propterque res egregie gestas domi militiaeque, meritis ciues praetura, & dilitate & consulari, amplissimisque honoribus honestabant. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 17.

Carolus Magnus Romam ueniens, munera Pipini patris bono confirmavit modo LEONIII. Pp. sed auxit, Exarchia Raennanum sub ditione Pontificis esse iussa. Ferunt Corsica insulam, & quicquid Liguria ab urbis Lunae multis ante aetatibus euestis uestigijs ad Alpes pertinet, Pontificatui attributum. Et, ut beneficentiae Francorum aliqua referretur gratia, Carolus a Pontifice Hadriano Patricius creatur, quod ut Magisterium equitum Principatusque uiam Ducibus Austrasians ad Regnum munitur, ita is tituli honor gradum Carolus ad Imperium daturus erat. Aemilius lib. 2.

Carolus Borbonius ob seruatum contra Maximilianum Imp. Mediolanum, in Galliam reuersus, tanto FRANCISCI I. regis, & magnae partis aulae procerum studio est susceptus, ut meritorum ac eximij honoris causa, summus totius Galliae equitum magister sit declaratus, qui hodie Comes stabilis uocatur, quod eum regi semper adfuerit ex usu bellicarum rerum expediat. Hic honos secundum regem, apud Gallos facile primus existimatur: quoniam minores equitum magistri, qui in tota Gallia omnino quatuor sunt instituti, ipsius Comitum stabilis dictio ac imperio parent. Huius autem dignitatis atque potentiae nomen, tanquam proceribus inuidiosum, suspectumque regibus, Ludouicus XI. lata lege sustulerat, quam forte aduersum se coniuurati Galliae proceres arma cepissent. Quibus demum cum magno discrimine subactis, Iacobus Lucenburgus sancti Pauli Comes, qui tum erat summus magister equitum, perfricta con-

SILESA dux testamentum cum conderet, domum aedificari mandauit, in qua canes, qui utiles uenationi fuissent, ob senectam & corporis debilitatem a suis relictis dominis utique ad mortem alerentur: designatis in eam rem nonnullis agris, ex quorum prouentu sumus suppeditaretur. Nec uoluntas irrita fuit. Aeneas Sylu. lib. 4. Commentariorum in res gestas Alphonsi.

Ferdinandus Aragonius equum, quo egregie usus aduersus infidiantes fuerat, freno liberauit, uacuumque labore omni esse uoluit, stabulario cuidam data pascendi eius cura. Pontan. cap. 36. de Liberalitate.

SELMVS Baiaetem patrem imperio spoliare conatus, uictusque, ab eo ad Chiurleum pagum prope Byzantium, cum paucis incitato pernicissimi equi cursu, sese utique satis suis referens, Varnam per fugit. Erat is equus unicolor absoluta nigricie, cui Carabulo, id est, atrae nubi nomen fuit. Huius postea Selimus rerum, mortuo patre, potius, tanquam merito uacationem dedit, sic, ut in honore habitus sine ffore, sola ex textili auro stragula protectus, ad Persas usque, & mox in Aegyptum duceretur: eiq; demum mortuo ad Memphim, Alexandri Magni exemplum secutus, sepulchri condidit: regio quidem animo, nisi necati ab eo fratres sculpturae honore caruissent. Iouius.

uictus, capite poenas dedit, sic ut nemo ei postea in magisterio succederet. Sab. supplem. lib. 6. ex Iouio.

IVS, PRIVILEGIUM CONCESSVM.

Ciuitatis.

C. MARIVS duas Camertii cohortes mira uirtute uim Cimbrorum sustinentes, in ipsa acie aduersus conditionem feceris ciuitate donauit. Quod quidem factum & uere & egregie exulauit, dicendo: Inter armorum strepitum, uerba felius ciuilia exaudire non potuisset. Et sane id tempus uerat, quo magis defendere, quam audire leges oportebat. Alex. lib. 4. cap. 2.

Vitium serendarum.

Quia GALLI, PANNONES, HISPANI & BRITANNI, Bonos & Procellos in Gallia rebellantibus, Probo Imp. sed seruant, auxilioque fuerant, fecit his Probus potestatem serenda uitis, & uini consuetudine. Ipse ad usum urbem multitudinis circa Syrnium Aluum montem militari opere fossam uite conseruit. Sabellius libro 7. Enneadis 7. ex Eutropio & Vopisco.

CONVICIA.

Moses Aegyptio pulsus, ad Madianitas cosugiens, ad puteum oppido propinquum animo & corpore aeger sedebat. Copulerant sub id tempus ad sorores septem, quae patio morte oies subebant, suos greges: idque aliquanto tempore uis fecerant, ut caeteros praeruenirent pastores a quationis copendio. Assuit nec multo post alia frequens pecuariorum manus, arcebatuque, infirmior sexus a canaliibus, suoque a quationis loco. Moses rem indignam ratus, factus in pastores impetu, loco deturbauit: atque ita cogit, ut suos illa per otium greges potui ad mouerit. Ea res MOSEN ETHERONI patri sub primum ad urbem accessum conciliauit. Excepit itaque ille Moses ueniens gratia hospitio: excepto filium Sopheram matris inuio locauit: mox in generum acito omne pascendi pecoris unum permisit negotium. Sabellius lib. 2. Enneadis 1.

SPOLIA.

ODETVS Lotrechius, Francisci Gallorum regis copiarum ductor, Ticinum cepit. Primum, qui audacter in arcem irruerit, Hostastum Rauennatem militem fuisse constat. Is a Lotrechio in praemium nauatae operae, aeneam equestrum statuam, quae Antonini Caesaris esse dicitur, impetrauit, quae ea antiquitas Rauennatum fuisset, sed post Gothica temporis a Longobardis Rauennam diripientibus trophaei modo in signum uictoriae abducta Ticinum fuerit & in foro constituta. Ticinenses multo cum lacrymis Lotrechium, necid faceret, rogauit, quando eius statuam iacturam in statum summe calamitatis atque miserie, supra direpta patriae aduersam sortem, existimaret. Itaque Lotrechius ad misericordiam uersus, Rauennate ex aduerso, promissum muralis coronae praemium ex diplomate repetentem, blandis uerbis admonuit, ut praemium potius nauatae fortiter operae ex sua liberalitate oblatum accipere uellet, quam tanta acerbitate direpte ciuitatis miseria lacerari, ardeoque demum inuidia, aliquantulum ei & Rauennatibus nocitura. Itaque uel indignabundus miles pro aenea statuam pecuniam a quaestoribus accepit, quantum

quantum satis est pro murali corona ex auro fabricanda, quae in fidem uirtutis suae, cum elogio, Rauennate in templo poneretur. Iouius.

CORONAS.

FRIDERICVS I. Imp. subactis Mediolanensibus, coronam auream a rege Anglorum dono missam in cathedrali templo Mediolanense Vladisao Boemorum principi dono obulit, quod uictoriae huius & caput & pes fuisset. Dubrau. lib. 12.

ENCOMIA.

Xenocrates Chalcedensis, non minus sanctitate uitae, quam doctina clarus, cum duceretur a publicanis, quod ad Athenis de gens uectigal inuoluntate non soluisset, liberatus est ex eorum manibus a LYCVRO oratore, qui indignitatem facti non tulit: & ut erat iustus in primis ac seuerus uir, uoluit etiam improbitatis suae poenas dare petulantem illos. Cum igitur postea philosophus ille incidisset in liberos sui liberatoris, ita ipsos allocutus est: Egregij patri uestro, pueri optimi gratiam refero: cum tamen mortales ipsum laudant ob ea officia, quibus fundus est aduersus me. Victorijs lib. 21. Var. lect. cap. 20.

ROMANIS ob eorum in Graecis merita (libertatem enim illis restituere per T. Quintium Flaminium) non ad laudes modo relata gratia a Graecis, sed ad fidem etiam apud omnes mortales & imperium est merito progressa. Neque enim accipiebantur modo impetatores eorum, sed & accersentes & euocantes illos, si de se committerebant eorum: neque populi solum & ciuitates, sed & reges quoque ab alijs uelati regi-

bus, decurrebant ad illorum praesidium: unde breui fortasse non sine diuina ope omnia sua paruere. Plut. in Flaminio.

NOMINIS MEMORIAM.

MENTOR Ithacensis Homerum ex oculis laborantem hospitio excepit, quoad conualuit. Eapropter Homerus gratias eum postea Odyssae suae inseruit, & Vlyssis socium finxit, cui abiens domum totam commendauerit. Herodotus in Homeri uita.

Solon in Cypro in summa gratia fuit apud quendam illius regis regem PHILOCYPRVM. Habebat oppidum hic exiguum, a Demophonte Thefei filio ad Clarium amnem conditum, munito quidem loco, sed aspero & sterili. Ei Solon, cum esset laetus campus subiectus, illuc suauit, ut urbem transferret, amoenioremque & ampliolem excitaret. Atque ipse praesens, ut frequentaretur oppidum cultoribus, curam egit, sociisque fuit regis in constituendo eo cum ad uitam, cum ad securitatem commo distimulanda. Unde frequenter incolae confluxerunt ad Philocyprum, amulati que hoc fuit caeteri reges. Quare Soloni honorem habuit, nomen in uita, quae dicta ante Aepaea fuerat, ab huius nomine Solis. Plutarchus in Solone.

Carites, Hetruriae populi, capta urbe Roma a Senonibus Gallis, sacra Romanorum a Vestalibus inuecta per benignitatem receperunt, usque eoque seruauerunt, dum patria a Camillo esset recuperata. Liuius libro 5. Eius beneficij ROM. memores, postea omnia, quae ad religionem colendam pertinere, caeremonias nuncuparunt.

GRATITVDINIS TEMPVS. GRATITVDO

EXPEDITA.

Exempla non pauca ex praecedentibus passim petantur.

SERA.

Propter hospitalitatem, quam praestiterat Aegyptij iam olim ISRAELITIS, cum in Aegypto peregrini essent, tertiam progeniem ab Aegyptiis descendentem in ciuitatem recipi post Dominum per Moysen affirmat: quoniam Ammonitarum & Moabiturum ne decimam quidem progeniem suscipere possent, eo quod hi egressis ex Aegypto nullum hospitalitatis munus exhibuissent. Vide Tit. Ciuitate non donati.

SAVLVS rex Samuehis prophetae iussu Amalechitis excisus, ut qui 400 ante annis Israelitas ex Aegypto egressos infestassent itinere, Cenaeos Sichemias, qui in medio Madianitarum habitabant, & sese humanas erga Israelitas praebuerant, praemonuit, ut ab Amalechitis funditus excidendis discederent, ne una cum illis perirent. Regum 15.

LACEDAEMONII Anticratidis nepotes, ob interfecitum ab eo ad Mantiniam Epamiagnam, immunitate honorarunt. Plut. in Agesilao.

IDEM cum Peloponnesis caeterorumque Sociorum praesidio secunda expeditione in Attica irrepentes, uillas ubique uastabant, incendijs edificia ceuertebat, ea tantummodo parte intacta, quae Terrapolis appellatur: ab huius uiolatione abstinerere, quia proanos suos eius loci habitaculis & hospitio exceptos olim, & Eurythaei inde bello adortos superasse audiverant. Acquum namque uidebatur his, qui maiores suos beneficijs affecerant, pares ab nepotibus eorum gratias referri. Diodorus lib. 12.

Cum Thebani exules, Pelopidas, Pherenicus, Melon, Damocides, qui Lacedaemoniorum tyrannidem ferre non poterant, Athenas confugissent: Lacedaemonij Atheniensibus imperauerunt, ne recipere exules, nec eos conditarerit, sed tanquam a socijs declaratos communes hostes exterminarent. Verum ATHENIENSES cum inueterata sua & genuina humanitate, cum ut gratias referrent Thebanis (qui Thrahybulum cum exulibus Atheniensibus in primis ad reditum in patriam adiuuerant, sciuerantque, si quis Atheniensium arma per Boeotiam aduersus XXX tyrannos ferret, heminem id audire aut uidere Thebanorum) omnem iniuriam ab his abstinerunt: futurum aliquando rati, ut sicut Thrahybulus ex Thebis erumpens obtriuerat Atheniensium tyrannos, ita ipsi quoque mouentes ex Athenis Thebas in libertatem affererent. Plut. in Pelopida.

MESSENI duce Aristomene, eiecit ex Era monte a Laceda-

monis, ab Arcadibus liberaliter & benigne suscepti fuerit. Extorres tamen, & uarijs casibus per 287 annos agitati, tandem post Leuctricam Lacedaemoniorum cladem ab Epaminonda sedibus suis restituti, cum Cleomenes Spartanus Megalopolin Arcadiae occupasset, quicumque cum Philopemene Craugidis F. effugere, eos Messenij gratitudinis erga liberaliter acceperunt. Sic nunquam perit gratia. Vicissim cum Nabis Lacedaemoniorum tyrannus Messenem noctu occupasset, PHILOPOEMEN & Megalopolitani tyrannum cedere coegerunt. Pausanias in Messenicis.

Vitis Pesis, Crotonatis in Italia praedam impertiuuit ALEXANDER Magnus, ad Phaylii athletae honorandum studium uirtutemque, qui bellis Medicis, cum Itali caeteri res Graecorum haberent pro deploratis, Salamini, nauis suis instructa, fuerat ad periculum societatem profectus. Plut. in Alexan.

ROMANOS memoria proditum est aduersum Acarnanes liberalitate non mediocri uisus, in referenda gratia, post multa etiam secula, quod illi Aeneam auctorem & urbis & gentis, extorrem patria, profugumque ad Acarnaniam oras diuertentem cum classe, portibus hospitioque benigne exceperunt. Itaque eam ob causam donati sunt Acarnanes Leuca de & Anactorio, quae oppida Romanus exercitus Corinthiis ademerat. Strabo lib. 10. ex Ephoro.

Cum POMPEIUS Columna, iuuenis adhuc in Volscorum syluis quotidia consuetudine uenaretur, ab Honorati Caietani equitibus ex insidijs captus, & Fundana in arce in imum turris carcerem detrusus fuerat. Quumque Honoratus cum uti iuuenem praefero cem, & Caietanae familiae infestum, ueneno tollere decreuisset: seruum suum Murconius Honorati frater, confido damnatum crimine, in eundem carcerem demitti iusserat, ut Pompeium moneret, ne alio uiteretur cibo, quam eo qui sibi sportula demissus foret, humaniter interposita salutari mora, donec Honorati consilia leniretur. Huius beneficij memoria, post uiginti annos, cum Murconius ob defectionem a Carolo V. ad Gallos, regnum Neapolitanum inuadentes, cum fratre Friderico securi percutiendus esset, a Pompeio Cardinali liberatus fuit. Iouius in Pompeio Columna.

DIVIDIBATA.

Euboeensi extincto Hipparcho casum grauius ferre praesenterebat PHILIPPVS Macedo, ac cum diceret quidam: At qui non fuit eius immaturus decessus: Ipsi quidem, inquit, at mihi immaturus. Praeuerit enim fato fungi, quam meritam gratiam a me amicitiae reciperet. Plut. in regum Apophi.



niam repudiavit, iniquis, Peccatum a me profecto in hoc est, quod maiore summa in Platonem liberalis non fuerim, quam reddere non possit. Pontan. de Liberalis c. 24.

Dion Syracusanus apud suos magna potentia, apud DIONYSIUM maximo in honore semper fuit propter eruditionem: à quo etiam magnis honoribus affectus primò est, antequam in suspitionem incidere affectati regni. Volaterranus libro 15. Anthropologie.

Agatho philosophus Pythagoricus disertissimus, maximo in precio apud ARCESIAM regem Macedoniam, à quo semper hospitio familiarissime susceptus est. Aelianus Var. hist. & Volaterranus lib. 13. Anthropol.

PHILIPPVS Macedo, non solum bellicis uirtutibus claruit, sed etiam doctos uitos in precio habuit. Aristotelem in primis filij sui pedagogum: deinde etiam Platonem & Theophrastum muneribus honoravit. Scribens ad Aristotelem, phrastum natum sibi Alexandrum tanti philosophi tempore, à quo doctrinam inibere cum uirite. Epist. extat apud Gellium lib. 9. Aelianus lib. 4. Var. hist.

ALEXANDER Macedo duxit secum non unum, aut paucos quosdam, sed quasi cohortes doctissimorum hominum, quos semper pro dignitate & summa liberalitate ornauit. Cum dispensatori mandasset, ut Anaxarcho philosopho da ret quantum poposcisset (petiisset autem centi talenta) ueritus dispensator tantam summam dare, nisi id ante regi significasset, respondit Alexander: Anaxarchum nosse eum se habere amicum, qui hanc summam, & longè etiam maiore dare & possit & uelit. Cum ex Gymnosophistis, qui Sabbæ defensionis auctores fuerant, & plurima mala Macedonibus parauerant, decem cepisset, qui arguti in respondendo succedebat, explicanda questione essent, questiones eis ambiguas proposuit, qui primus non rectè dissoluisset, quod interrogabatur, cum se & reliquos ita decem ordine interrogabatur, quid sit iudicium, quod ea re uni de natu maximis committens. Primus, pluresne uiuos esse an mortuos putaret, interrogatus: Viuos respondit: mortuos enim non amplius esse. Alter, marè an terra maiores aleret bestias? Terra, inquit: eius enim pars est mare. Tertius, quod animantium esset callidissimum? Id, ait, quod ab homine est cognitum. Quartus, qua ratione Sabbæ defectionem persuasisset? Ve, inquit, aut bene uineret, aut malè moretetur. Quintus, dicamne an noctem prius extitisset arbitrarer? Dies, ait, uno die prior fuit. & mirante responsum rege, addidit, necessario questionibus ambiguis propositis, obsecras etiam fieri responsiones. Sextus, qua ratione aliquis efficeret possit, ut maximè diligeretur? Si, inquit, optimus sit, neq; tamen terribilis. Septimus, quoniam pacto aliquis ex homine fieri possit deus? respondit: Si quid faciat, quod homo face re nequeat. Octauus, morsne an uita sit robustior? uita dixit: ut quæ tot mala perferat. Vltimi, cum percontaretur Alexander, quousq; homini uiuendum putaret? responsio fuit, Tantisper dum mortem non putaret uita potiorum. Conuersus inde rex ad iudicem, sententiam ferre iussit. Cumq; is unum alio detentus respondisse pronunciarer: Ergo, inquit, tibi primò moriendum est, ita iudicanti. Nequaquam, ait ille: si quidem, ò rex, tibi confites, qui cum te interfecitum primo loco dixeris, qui omnium pessimè respondisset. Omnes igitur muneribus donatos dimisit. Plutarchus in Alexandro.

PTOLEMÆVS Philadelphus Aegypti rex, bibliothecæ studio ad ludgorum pontificem literas dedit, petiitq; & libros sacros & uiros doctos, qui eos ex Hebræo in Græcum sermone fideliter transfunderent. Iudæi preciosissimis inuitati muneribus XXI libros genuinos, LX uero dnos apocryphos, aureis Hebraicis literis descriptos regi miserunt. Quos cum necipse rex, nec eius consiliarij legere possent, Andreæ cubiculo præfectum & Aristæum ad Eleazarum pontificem Iudæorum misit, qui LXXII seniores Interpretes Bibliorum futuros, sex de qualibet tribu delectos, comitarentur. Qui cum Alexandria uenissent, Rex potentissimorum regum, maximarumq; rerumpub. legatos (qui tum fortè grauissimis de causis aderant) ad quinque proximos dies, præter receptam consuetudinem cum omnium admiratione abire: seniores uero illos statim honorifice produci mandauit. Et præ nimio gaudio prorumpens in lacrymas, uenerandos uiros osculatus est: diemq; illi se singulis annis celebratum promisit, quod eo uictoriam ab Antigono rege & sacrosantas leges obtinisset. Rex splendido consilio instructo, uarias, incundas tamen & uiles questiones proponere cepit: ad quas illi tam dextè responderunt, ut omnes supra modum admiraretur, & rex incredibiliter delectatus in duo decimum diem conuiuui protraheret. Tandem multis muneribus honoratos, eo quod præter ceteras utilissimas res, regnandi quoq; rationem egregie ab eis dicerat, ut diuinum opus fideliter aggrederentur, hortatus est. Et Demetrio, ut omnia quæ ipsi necessaria essent, ubi et-

rimè suppeditaret, præcepit. Septem ab urbe stadiis in insula Pharo singulis peculiarem ædiculam extrui curauit, partim ne strepitus urbano impediretur, aut propter mutationem loci & diæta morbis, ut Philo & Iulianus significant: partim ne, si consilia in interpretatio communicare liceret, ueritatem scripturæ sacræ occultarent, sicut Iosephus lib. 1. Antiqu. Iud. c. 2. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum, Eusebius lib. 5. Eccl. hist. c. 8. Nicæphorus lib. 4. c. 14. testatur. Harum ædicularum ruinas, & uestigia quedam se uidisse, scribit Iulianus Martyr in Apologetico contra Gentes. Cui igitur adiutore Spiritu sancto LXXII diebus singuli translationem fideliter perfecissent, repertum est, quod non eadem sententia tantum, sed eisdem etiam uerbis essent usi, & ne una quidem dictione alter ab altero discreparet. Quare in insula Dei perfectam, ueramq; interpretationem esse fatabantur. Rex igitur libros maxima cum admiratione & incredibili gaudio recepit: Et antequam in bibliothecam reponeret, ut in perpetuum illæ leges durarent, decreuit ne quis addere quicquam uel detrudere auderet: Interpretes uero magnis muneribus honoribusque ornatos in Iudæam remisit.

DEMETRIVS Poliorcetes quum multa sui milites Megaræi sibus diripiissent, fama & scientia hominis adductus, Stiponem philosophum Megarensem ad se uocatum rogauit, an quicquam ei milites ademissent? Nihil quidem, respondit: nam eorum nemo sapientiam diripere potuit. Sabellius lib. 2. Enneadis 4.

HERONEM Syracusiorum aiunt Græcæ literaturæ fuisse per studiosum, & plurimi doctrinam fecisse, item ad largienda beneficia propensissimum fuisse: multo quoque promtorem in dandis, quam petentes in accipiendis. Familiariter cum Simonide uixit & Pindaro: nec Simonidem impediret fenectus profunda, quod minus ad eum ueniret. Erat enim Cæsar au didis, pecuniarum magis, ipsum comouit Hieronis munificencia, ut fama est. Aelianus lib. 9. Var. hist.

C. MARCVS Rusticus, licet ad studia tardior esset, literatos tamen homines amabat: præsertim poetas, L. Plotium, & A. Licinium Archiam, quorum speraret ingenio suarum rerum gestarum gloriam celebrari posse. Cicero pro Archia.

P. SCIPIO Africanus in medijs difficillimis belli apparibus bonarum artium studia non prætermisit, philosophorum scholas crepidatus frequentans, ac post uictorias, ne animi tantarum rerum conscium, sibiq; præfidentem inolefere pateretur, in eruditorum hominum familiaritatibus, multaq; librorum lectione uersatus est. Pontanus lib. j. c. 44. de Fortitudine heroica.

Tradunt ut Africanum Ennio, sic ANNEBÆLEM Soffilo Lacedæmonio familiarissimè usum. Sunt etiam qui Pœnum Iulium Græcarum non modo non ignarum fuisse scribunt, sed in hoc quoq; genere laudis tantum ei tribuunt, ut historiam de rebus gestis Manlij Vulsionis Græco sermone scripsisse uelint. Auctor uitæ.

L. VCVLLVS tanta fuit in omnes, eruditis præcipuè, liberalitate & beneuolentia, ut domus eius Græcorum Roman uenientium prætaneum diceretur. Plut. in Lucullo.

M. CATO non aere nec arte captus, unam solummodo Zenonis itatum Cypria in expeditione non uendidit, quoniam philosophi erat. Plin. lib. 34. c. 8.

CATO minor Trib. mil. in Macedonia Athenodorum cum intellexisset Cordylionem cognomine in Stoica disciplina excellentem, apud Pergamum agere ætate iam prouectam, qui pertinacissimè omnium imperatorum regumq; usum & amicitiam repulerat, nihil arbitrabatur se nunciis & literis apud eum effectu: uerum quod in duos menses ius haberet liberæ legationis, in Asiam est ad eum profectus, confidens uirtutibus suis non frustratum in se præda. Collocatus cum eo, expugnatum, & de proposito deiectum dedit: in castra, ouans & glonians, ut re præclarissima capta & splendidiore gentibus regnisq; quæ Pompeius tunc & Lucullus armis circumuolantes subiugabat. In comitatu sub philosophos semper habebat: quin & Vitiæ, qua nocte sibi ipsi manus intulit, in cœna cum Apollonio Stoico & Peripatetico Demetrio de uiri boni libertate disputauit. Philosophum in Sicilia philosophi honoris causa accepit in deambulando medium. Plut. in eius uita.

Marcus Varro eruditissimus inter scriptores reatus, aliquandiu occultè fuit in Caleni uilla, quam uoluptatis causa M. ANTONIVS Triumuir frequenterabat, iudicioq; ad Triumuirum delato, dixisset Antonius fertur. Vuat Varro uir doctissimus. Scripsit hic supra quingentos libros, quorum pars maxima ea temporum nouitate intercidit, ipsius bibliotheca cum cæteris bonis direpta. Sab. lib. 8. Ean. 6.

Ch. POMPEIVS Magnus, cum clarissimam à Mithridate uictoriam reportaret, Cratippum Athenis, omnes libérales artium profectores Rhodi audiuit, auditos amplius inuenticibus donauit. Possidonijs ædibus, Stoicæ disciplinæ uir, tum

fortè agrotantis, eos submisit facies, quibus se totus Oriës submisserat. Namq; domum ingressurus, fores percussit uenit. Illud enim apud Romanos obseruatum fuit, ut cum lectores iussu consulis aliquem de domo euocarent, fores ædium uirga percussent, quasi eo signo publicam adesse personam innoteret. Strabo lib. 11. & Plinius lib. 7. c. 30.

Non indignatus est C. IVL. Cæsar, Aristonis frequentare ianua: teste Aeliano lib. 7. Var. hist. Omnes medicinarum Romæ profectores, & liberalium artium doctores, quod libentius & ipsi urbem incolerent, & ceteri appetrent, ciuitate donauit. Suetonius.

AVGVSTVS Cæsar ingenia seculi sui omnibus modis fouis, Recitantes & benignè & patienter audiuit: nec tantum carmina & historias, sed & orationes & dialogos. Componi tamen aliquid de se, nisi & seridè, & à præstantissimis, offerebatur: admonebatq; Prætores, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolescere, Suetonius. Cum principum mos sit præcipuus, præsentia contempnere, uetusta mirari, iuste ueritas suæ ingenij fuit. Amavit itaq; M. Varronem, M. Ciceronem, Crispum Sallustium, T. Liuium, Annicum Seneccam, Agnium Pollionem, Vergil. Maronem, Horat. Flaccum, Ouidium Nasonem, aliosq; innumeros uno tempore. Alexandriam uictor ingressus, fassus est, Alexandrios licet hostes tribus de causis ab se conseruatos esse: ob Alexandri primùm memoriam, deinde ob urbis pulcritudinem, postremo propter Arium philosophum Alexandrinum. Plut. in uita Antonij, & Dion in Augusto. In Athenienses etiam propter grauisima delicta feruere in eos animaduersurus credebatur, tamen ob philosophiæ hospitium hortatus solummodo est, ut resisterent. Nicolaum Damascenum Platonici & historico tanto in honore habuit, ut placentas, & quæuis alia stauia, item palmarum fructus maximè, Nicolaos uocaret: ut est apud Suidam, & Volaterranus lib. 17. Anthropologie. Eiusdem amicitia usus est Xenarchus è Seleucia Cilicia, Peripateticus, usq; in senectutem. Strabo lib. 14. CMOECENAS; Ethrusco de sanguine regum, Augusti summus amicus, tanto literatos amore profectus est, ut ab eius etiam nomine omnes literarum patroni Mæcenates dicantur.

VEPASIANVS Imp. ingenia & artes uel maximè fouis: prius è sisco Latinis, Græcisq; rhetoribus annua centena constituit. Præstantes poetas, nec nò & artifices coemit. Suetonius.

ADRIANVS Imp. pecunias multas, frumentum annuum, & uniuersam Cephaleniæ Atheniensi scholæ largitus est, ut scribit Dion: eorumque studia uehementer auxit, sicut auctor est Sæ. Aurelius Victor. Heliodorum philosophum in summa dignatione habuit. Spartianus. Cum intellegeret quosdam, qui Romæ doctissimi, propter ingrauecentem ætatem munerum amplius facisacere non posse, ætatis & diurnæ professionis ratione habita, eos diuitibus honoribusq; honestauit, ac uacare uitæ reliquam iussit. Pontanus de Liberalitate, capite II.

M. ANTONIVS Pius, rhetoribus & philosophis nò solum salaria, uerum etiam honores ac prouincias decreuit, ita ut ei Iulius Rusticus philosophus Stoicus, familiarissimus M. Antonio, omnia consilia publica priuataq; communicare soleret. Quem etiam antea cum esset præfectus prætorij, osculatus est, consulens iterum designauit. Deniq; defuncto statu à Senatu impetravit. Capitolinus.

Sextus Boetius philosophus in magna apud M. ANTONIUM Philosophi Imp. dignatione fuit, eundemq; in Rhetoricis totaq; philosophia instituit. Dion Niceus.

ALEXANDER Seuerus, non modo literatorum genus omnè, uerum haruspices, architectos, & in quocunq; ingenij aliquid elucesceret, stipendijs profectus est. Literatos semper interesse consilij suis uolebat, plurimum timens ne quid de se asperum scriberent. Cuspin.

Licet Sæ. Aurelius tradat, TRIANVM Imp. simpliciora magis ingenia quam eruditissimos dilexisse, quod parca esset scientiæ, moderatèq; eloquens: tamen Dion scribit, muneribus eum poetas affectisse, & Cælo statuum publicè poni iussisse, & quendam philosophorum in curru triumphali à Traiano honoris causa positum: Plutarcho grauissimo historico ac philosopho usum: adeo ut rectè Satyricus scripsit sub eo, Et spes & ratio studiorum in Cæsare tantum, Solus enim tristes hac rempente Camæneas Respexit. Vnde & Cælius Plinius inquit: Quem honorem dicendi magistrum, quam dignitatem sapientie doctoribus habes? ut sub te spiritum, & sanguinem, & patriam receperint studia, que priorum temporum immanitas exilijs puniebat. Cuspin. Dion Præfens sophista apud Traianum magno in precio habitus est, & ab eodè curru triumphali Romæ uectus. Suidas.

PLINIUS nepos proconsul in Bithynia, cum citaret iudices, conuenit incoaturus, Flauius Archippus uacationem petere cepit ut philosophus. Sed fuerunt qui dicerent, nò modo liberandum cum iudicandi necessitate, uerum omnino

etiam tollendum de iudicum numero, pœnæq; suæ reddendum, quam fractis uinculis euasisset. Nam recitata est sententia Velij Pauli Proconsulis, qua probaretur Archippum damnatum esse in metallum, ob falsi crimen. Ille contra nihil proferebat, quo nominatum restitutum se doceret: sed pro restitutione allegabat, libellum à se DOMITIANO dati, cuius rei capax non fuisset, nisi sui status integer esset: ac uicissim epistolas Domitiani ad honorem suum perinentes proferebat: item & decretum Drusenium, quo statuae honor ei concessus esset. Addebat his etiam D. NERVA editam & epistolam, quibus confirmasset beneficia à Domitiano data: deniq; TRIANI Imp. literas ad se perscriptas honorifice. Hæc omnia certè statui suo subuenisse: neque se tantis honoribus affici unquam potuisse, qui ne maximis quidem ciuibus sæpè conceduntur, nisi pro restituto haberetur. Sed & rursus ex a duerso dicebatur, Domitianum ignorasse, Archippus quo in flauo esset: ideoq; quod aliàs non fecisset, tam multa ad honorem eius scripsisset: ergo obreptitia & subreptitia esse hæc omnia, quibus carere neq; frui debeat. Deniq; si dominus ad eum quem seruum suum esse dicit, ut ad Decurionem uel principalem scripsit, nò ideo seruum liberum esse. Quare igitur si Domitianus ad Archippum rescripsit, ideo restitutum eum intelligi oportet? Pro consul cum Traianum antea consuluisset, pronunciauit Archippum restitutum uideri: ideoq; immunem iudicandum. Aerodius ex lib. 10. Epist. Plinij.

CONSTANTINVS Magnus scholas ecclesiasticas diligenter conseruauit & adiuuit: nec eas solum, uerum & illas, in quibus bonarum artium literarumq; studia propagantur, quas ualde curæ fuisse Constantium, leges ipsius testantur: ut qui optimè iudicaret, etiam illarum scholarum beneficiis seu subfidij Ecclesiam carere non posse. Extat eius de immunitate artes docentium & mercede, humanissima lex, in hunc modum: Medicos, Grammaticos, & alios Professores literarum, & Doctores legum, cum iuxoribus & liberis, necnon & rebus quas in suis ciuitatibus possident, ab omni functione & ab omnibus muneribus ciuilibus uel publicis immunes esse precipimus: & neq; in prouincijs hospites recipere, nec ullo fungi munere, nec ad iudicium deduci, nec eximi, uel iniuriam pati: si quis eos uexauerit, pœna arbitrio iudicis plestetur. Mercedem autè eorum & salaria reddi iubemus, quod facilius liberalibus artibus multos instituant. Sozom. lib. j. cap. 8. & Eusebius lib. 4. de eius uita.

IDEM Ablabium Aegyptium philosophum prætorij sui præfectum, & unà cum Constantio filio Imperij rectorem constituit. Apud eundem Sopater philosopha, Iamblich discipulus, in magna fuit dignatione. Eunapius.

THEODOSIVS Imper. Symmachum senatorem Maiestatis reum, qui Maximi tyranni laudes decantauerat, ob singularè eius eloquentiam ac doctrinam absoluit. Cuspin. Felix, Flauianus pontificis patruus, uir tanta integritatis & doctrinæ fuit, ut CONDIPERTHVS, Arithmeti filius, Longobardorum rex, ei baculum argenteo & auro insignitum, uirtutis gratiâ, dono dederit. Platina.

ATHALARICVS Westgothorum rex, Romanos & uniuersam Italiam ad bonarum artium cultum esse exhortatus, & præceptoribus annua salaria constituit. Sab. Ean. 8. lib. 2.

MAVRICIVS Imp. dicitur eloquentiam maximè fecisse, & in optimis quibusq; disciplinis uersatos maximis honoribus fecisse. Fertur & trientè uectigali remisisse subditis. Suidas. CONSTANTINVS Ducas Imp. licet nullam literis nauasset operam, amabat tamen eas, studiososq; earum ueterabatur: solebatq; dicere, Malle se literarum gloria quam imperio illustrem esse. Cuspinianus.

CONSTANTINVS Leonis Philosophi F. scientias, Arithmeticam, Musicam, Astronomiam, Geometriam, & omnium principum Philosophiam, quæ iam longo tempore ob incuriam & incertiam Imperatorum perierant, sua industria instaurauit, conquisitis qui in quouis genere excelleret, ac cõstitutis doctoribus, studiosisq; receptis & cõductis. quo factum est, ut exigui temporis decursu, barbarie profligata, urbs literis floqueret. Sed entariæ etiam atq; opificum artes curæ habuit, magniq; iis incrementum attulit. Cedrenus.

ANDRONICVS Comnenus, post Alexium Porphyrogenitum interfectum Imperator, eruditus non procul à purpura, sed prope solum suum collocatus, & muneribus frequentibus fouis, & honores eis non minimos habendo, cœlestem sapientiam, diuinarumq; rerum Doctores, disertos & Iurisperitos, magnam rem, & summi precij se æstimare declarauit. Nicetas libro 2.

BARDA Theophili Imp. auunculus, Geometris & Mathematicis largè sumtus suppeditauit: ipse quoque scholam frequentauit, alacritate discendum suo exemplo cõstituit. Hoc pacto bonas literas, prorsus antè extinctas, breui temporis spacio ad magnam euexit amplitudinem. Cedrenus, & Zonaras.

Refert Mutius lib. 8. & constat ex vita CAROLI Magni, quod uiris doctis, & liberalium artium magistris, honesta stipendia dederit, eosq; in honore habuerit. Ingenia seculi sui omnibus modis fuit. Artium liberalium doctores præter ceteros egregie ueneratus est: magnisq; illos honoribus afficiebat, plurimis in eos beneficiis collatis. Cõstat, quosdam celebres à ludo literario in aulam receptos, sacerdotia locupletissima & pontificatus consequutos fuisse. O si mihi, aciebat, fata XII Hieronymus Augustinus concederent. Sub iunxit stomachabundus præceptor eius Albinus Anglus, suavis homo: Qui XII postules, cum supræma illa, atq; æterna Maiestas tantò temporis spacio duos dicitur habuerit? Auentinus lib. 4. Annal. Boiorum. P. Diac. ob eruditionem liberum dimisit. Vide Tit. Monachorum octauum Seculi.

Anno MLXXIX. Cal. Febr. HENRICVS Imp. Marianus Scotum, eiusq; socios, ea tempestate doctissimos mathematicos, poetas, historiographos diplomate immunitatis donauit. Auentinus lib. 5.

OTHON III. Imp. uiros doctos amauit plurimum, & excoluit: ingenius disciplinis condigna salaria largitus. Nec minus religioni intentus, antiqua templa diruta reformauit. Cuspinianus in Cæsaribus.

CAROLVS IV. Imp. Boemorum rex, Pragensem scholam instituit, artiumq; professoribus stipendia, libertates, domos insignes magnificè largitus est & liberaliter, ac per Innocentium Sextum corroborauit. Cuspin.

SIGISMUNDVS Imper. doctos homines in primis fuit, & amplis dignitatibus, honestauit: sapientis uocatus, doctos principes, qui literas odissent Latinas. A quibus aliquando reprehensus, quod doctos homines foueret, fuit humilis ortu: Ego (inquit) illos obseruo, quos natura aliis excellere uoluit. Cuspin. & Spiegelius in Aeneam Syl.

ANGELVS honorem etiam iis, qui legere literas norunt, tantum exhibent, ut cuiusuis rei capitalis, præter maiestatis crimen, damnatis, iura concedatur: eò quod per id orationis sacri, qui etiam iisdem priuilegijs donatus est, affines censentur. Polydorus lib. 26. Angl. hist.

NICOLAVS V. Pontifex doctos, doctos coluit, adeoq; munificè & indulgenter, ut per eum Romana lingua suum magna ex parte receperit cultum. Multi prætorum spe impulsu, Gregorum non pauca in Latinum uertere. Laurentius Valia uir Romani sanguinis, Herodotum & Thucydidem, Nicolaus Perotus Polybius, Petrus Candidus December Apianum, Poggius Diodorū, aliiq; alias ex Plutarcho uitas, fed omnium elegantissimè Theodorus Gaza Theophrastū & Aristotelis lib. de Animalium natura. Strabonem Guarinus Veronensis, & Georgius Tiphernas. Missi adhuc multi per omnem Europam, qui ueterum scriptorum opera, quæ pro neglectis in pedore & tenebris apud exteras gentes iacerent, studiosè conquirentesq; eiusmodi indagant Romanam lingua ex parte sibi aliqua restituta. Nam præter Fabium Quintilianum, qui Poggij opera uelut postliminò recepit est, Enoch Aesculanus Marcum Cælium Apitiū inuenit, & Pompeium Porphyriem in Flaccum Horatiū. Pari cura alij alia inuenere. Sab. lib. 6. Enn. 10. In Homeri poemate, quod Heroico carmine Latinum fieri magnoperè cupiebat, unū tantum inuentus est, qui acri eius iudicio satisfecerit, Horatius Romanus, qui scribatum Apostolicum ea de re confectus, magnisq; pollicitationibus illectus, illud aggressus, nonnullos ex ea libris Latinos fecit. Ioannes Tortellius Aretinus, libro de Orthographia cõscripto: Leo Bapt. Alberus Florentinus, conditis de Architectura egregijs uoluminibus, aliiq; penè innumerabiles eius gratiam merere. Illud nemo negauerit, tot ei à doctissimis uiris inscripta esse uolumina, quot neq; suorum prædecessorum, neq; Imperatorum cuiuspiam nomini dicata comperimus. Aeneas Syluius cap. 38. Europæ. Eius aula semper doctis uiris abundauit, quos non tantum cibo & potu aliisq; necessarijs ad uitæ sustentate uoluit, sed amplissimis quoque donis cumulauit. Pontanus c. 25. de Liberalitate. Itaq; eo mortuo, cum ei successisset CALLISTVS III. timeturq; ne à Iacobo Picinino bellum moueretur: atq; ad eum accessisset magnus quidam uir, nouo tamen quod immineret bello perterritus, Non esse, inquit, quod Picininum uere retur. Habere enim ecclesiam Christi tria millia & amplius literatorum hominum, quorum consilijs sapientiaq; omnes omnium simul Europæ ducum consilia facilè reprimi atq; contundi possent. Pontanus lib. de Principè.

EUGENIVS IV. Pont. liberalis in omnes, tum uel maximè in literatos fuit, quorum familiaritate delectatus est. Nã Leonardum Aretinum, Carolum, Poggium, Aurispam, Trapezuntium, Blondum, uiros doctissimos, secretis suis admisit. Gymnasia omnia q̄ diligentissimè fuit, maximè uerò Romanum, ad quod omne genus literature adhibuit. Platina, PIVS II. pontifex, bello regio parci Arpinatibus iussit, ob C. Marij & Marci Tullij memoriam: quod quæ multi oppida-

norum iis nominibus uocarentur. Campanus in eius uita.

ALFONSVS Aragonum & Siciliæ rex, nõ tantum doctos in omni scientiarum genere uiros amauit: sed ipse etiam tam impensè bonorum auctorum lectioni operâ dedit, ut à gra uilissimis etiam morbis, lectionis assiduitate se liberatum se penumerò pronunciarit. Hispanos etiam quingentis atque eo amplius annis à studijs humanitatis usque ad eò abhorrentes, ut qui literis operam impenderent, ignominia prope modum notarentur, ad literarum cultum se reuocauit, ut rudes propeq; efferatos homines, doctrina & eruditione reformauerit. Statim post prandium, uel Antonij Panormita (qui deinde de Dicitis & factis eius libros scripsit) uel de doctis aliquem audiebat, ut qui dignum iudicaret, animiq; quoq; cibo suo post passū corporis reficiendum esse. Quotidie poetas, philosophos, theologos, aut legentes, aut discipulantes, aut orantes, magna attentione audire solebat. Pã normita de gestis Alfonso, & Iouianus Pontanus.

FerdinandVS rex Siciliæ, grandem pecuniâ summam quorannis ex arario pendendam statuit, rhetoribus, medicis, philosophis, theologis, qui publice Neapoli docerent. Egregium sanè factum, ac perpetua cõmendatione dignū, ingenia proferit, uirtutes ornare, & ad excellos animos excitare inuenit. Pontanus de Liberal. cap. 29. Idem ius ad gloriam suam spectare, quod lo. Ant. Campanus uir doctiss. Caucellis obfuro Campanij pago obortus esset, quo potuit studio illius domum perpetua immunitate statu condecorare. Michael Fernus in uita Campani.

IACOBUS Cafariensis, v. dux Patavinorum, doctos mirificè amauit, cum ipse medicorū doctus esset: & Fr. Petrarcam Patavinum euocatum, canonicatū multisq; feudis sacerdotis. Cuius necem, ut ueri Meconatus, miserabiliter Petrarcha in quadam epistola dicit. Scardeonus lib. 3. Historiæ Patauinæ.

Eidem Petrarchè ROBERTVS Neapolis & Siciliæ rex, ingeniorum censor acerrius, v. dux Patavinorum, perfluas uoluit, ut poeticam Lauream Neapoli potius quàm Romæ assumeret. Egnatus.

ANDREAS Dandulus Venetorum dux, literatos omnes, qui tum in terra Italia non multi erant, maximo amore, & omnibus officijs prosecutus est. Francisco Petrarchè Venetis publicas dedit aedes, quos nunc in cœnobij S. Sepulchri abiēre: & si quando in publicum prodiret, honestissimo loco eū semper secum habere uoluit. Egnat. lib. 3. c. 1.

CAROLVS Zenus, uir in bellicis rebus clarissimus, & Venetæ libertatis contra Genueusis uindex, literatos homines semper amauit, domiq; familiarissimos habuit. Quorum uis fuit Petrus Paulus Vergerius Iustinopolitanus, ea ueritate celebris inter literatos, & Petrus Thomasius, Veneti sanguinis medicus, quem Blondus memorat eloquentissimū fuisse. Egnat. lib. 8. c. 15. & lib. 4. c. 7.

BORSIVS Ferrariensium princeps, ingenijs magnoperè fuit, quæ uidecunq; accessita domi alebat: & in his T. Struzam poetam Florentinum, Ioannem Aurispam, Hugonem medicum, & Petrum Bonum, Iyriftem egregium. Pontanus cap. 28. de Liberalitate.

Ioannes GALEACIVS Vicecomes, conduxit liberalibus stipendijs omnium disciplinarum professores, qui in Gymnasio Ticinensi à patre Galeacio II. condito iuuentutem docerent. Bibliothecam porò, erecto iuxta delubro, in quo diuorum & martyrum reliquiæ preciosis distinctæ loculis seruabantur, rarissimis codicibus referit. Ex ordinè profertur celeberrimi tum fuere, qui monumenta ingenij posteris reliquerunt: in iure Ciuili Baldus, & duo Raphaelcs, Fulgofus atq; Comensis, & Segnorolus Amadocus: in Philosophia Hugo Senensis, & Blasius Pelacanis à Parma, cuius etiam extant in Astronomicis, disciplinaq; optices subtilissimæ quæstiones. Tres quoq; medici, Marcellus à S. Sophia, Syllanus Niger, & Antonius Vacca, quorum commentarij in Scholis hodie præleguntur. In tradendis autem Græcæ linguæ præceptis eminebat Emmanuel Chrysolorus Byzantinus. Sed supra doctores omnium disciplinarum erat conspicuus Petrus Philargus Cretenfis, Sacrarum literarum interpretès, qui postea Põtifex euasit, & Alexander V. est appellatus. Ex hoc præsertim lectionis genere hominū, & ex his qui usū rerum & prudentia ualentes, cõsiliarios uerberrimis honestatos stipendijs adficiuerat, ut non planè mirum uide ri possit, postquam ipse illustri iudicio polleret, si in cõsilio exactissimè deliberata discussaq;, ex uoto plerunq; felix euenitus sequeretur. Iouius in Io. Galeacio.

GALEACIVS II. Vicecomes delectatus est in toto uitæ cursu, quum ex bellicis occupationibus subiecta otia furaretur, nobilioribus literis, historiisq; præsertim: habuitq; in honore præstantibus disciplinarum omnium, & nobilium artium studijs insignes, ex hisq; præcipuè Franciscū Petrarcam, amoena ingenij fertilitate florentē, cuius hortatu bibliothecam condecorat, cum munere beneficioq; Caroli Cæsaris

faris Ticini celebre gymnasiū instituisse. Iouius in eius uita.

FLORENTINI natura acuti, graues, bonarumq; artium studio, lucro intenti longinquas peregrinationes subierunt. Quorum tamen propria laus est, ac peculiare meritum, qd' Latinas literas penè ab interitu uindicarunt studio suo & liberalitate erga doctos. Pontanus lib. j. belli Neapol.

MEDICEORVM domus publicum omni doctrinæ liberali hospitium Florentiæ fuit: & COSMVS Medicus primus Reip. Florentinæ princeps, Magnus propterea cognominatus est. Hic enim Emmanuel Chrysolorus primus Græcas literas tota Europa Latina multis iam seculis intermotas excitauit: unde Lutetiam à Greg. Tifernatē Chrysoloræ discipulo protinus, indeq; in omnes Europæ regiones delatę sunt. Hic Ioannes Argyropylus Græcè Aristotelis philosophiam docuit, & de Græco in Latinum conuersam, Cosmo nuncupauit. Hic Marcellus Ficinus Platonē etiam Latine loquentem fecit, fructumq; Cosmianæ liberalitatis singulare uult, donatus elegante uilla Carreggio, Cosmi uicina, ubi libentis philosopharetur. Hic deniq; Græci philosophi omnes, relicta Græcia, in Italiam ad Cosmum hospitem profecti, interprete Ambrosio Latinis cogniti sunt. Et quidē quod libentis docti cuiusq; doctrinæ homines Florentinæ Cosmianæ academiæ frequentarent: cœnobium S. Marci magnificè cõ Cosmo edificatum est, in eoq; bibliotheca exornata libris omnium generum. Fuit sanè Cosmus Medicus, ut multis alijs in rebus, ita in hac una planè fortunatus, qui contigit, quod maxime eum optare æquum erat, qui ex hominum sermone famam nomenq; colligeret, iis ut temporibus, floretet, quibus reuiuiscere literæ & liberales disciplinae cœperunt: in eo est imprimis laudandus, atq; ad eò quicunq; illi quæstus existerit, cur hoc sibi agendum putaret, quod unus in Italia, studia literarum prouidere, literatos homines fouere, augere præmijs, omni genere honoris atq; officij honestate instituerit: id quod uix magni reges ausi & potentes essent. Adfuit quod prudentia, tantæ rei occasio, ubi illa tempora ostenderent, non uisit: occasione non deesse, magis animi susceptum ex ea institutum laudis retinere, constantie; felicitatis, suis relinquere æmulandum: eum ea esset contentio futura, ut e uincis suis optandis, & uincere eidē præclarum esset. LAURENTIVS Medicus Cosmi nepos, aum etiam magnificentia uicit. Scholas duas, alteram Florentiæ, alteram Pisis fundauit. Demetrium Chalcondylam, Pëpicium, Christophorum Landinum, Angelum Politianum, Baptistam Manuanū, Ianum Lascarium, Marullū Traehoniotam, Acciaiolū magnificentè suæ præcones habuit: Lascarium etiam per uniuersa Barbarorū imperia dimisit ad raros antiquorum auctorum libros exquirendū. Itaq; de Græcia, Aegypto, Syria, etiam uoluntate permiffa; Sultano, Laurentij studio fuentium, conquisitū undiq; magno sumptibus, & Florentiam comportatumq; fama fuit Gregos, imperio quidē à Turcis, sed bonis artibus atq; antiquis auctoribus à Laurentio spoliatos esse. Ergo Florentina bibliotheca illa à Cosmo instituta, à Laurentio non solum tabulis & signis excellentium artificum, sed tot tantisq; Latinorū Græcorumq; uirorum uigilijs & monumentis ornata, publicis studiosorum desiderijs, tam grandibus impensis dicata, omnes orbis bibliothecas longissimè superauit. Christiani principes Laurentij fama cõmoti sunt ad doctos homines impensis colendū, ad academijs omnium liberalium artium & scholas construendum, ad bibliothecas instituendum, ut dicitur dux Mediolanensium: sed & reges, Mathias Hungaria, Ferdinandus Aragoniæ: maximè uerò omnium Franciscus Franciæ, uel hoc uno bonarū ac literarū amore à Francis Magnis cognominatus, ut antea Cosmus à Florentinis. Ianus Lascaris Laurentio mortuo ad Franciscum uenit, ut Tifernas antea Lutetiā uenerat, regemq; suapte naturâ audiendi discendiq; cupidissimum, uchemētius inflammauit. Interea Budæū etiam erudiuit, unde bibliotheca Fontis bel laquæ, unde regij professores Lutetiæ instituti, id est, fontes laudandarij disciplinarū aperti. Ioannes Medicus, q̄ LEON. X. pontif. fuit, maiorū bibliothecā discordijs ciuilib. afflictā restituit, & amore excellentium ingeniorum nihilo inferior fuit. Sadoleus, Bembus, Longolius meconatis sui uirtutē testificatur. COSMVS Medicus Florentiæ & Senæ dux bibliotheca ad sanū D. Laurentij constituta, & publicatis Pandictis, & ingenijs artib. fouendis colendisq; domesticum autē laudis patrimonium uicetur. P. Ramus in Praefatione apemij mathematici, ad Catharinā Medicæ Gallie reginæ: & Michael Brutus lib. 1. Flor. hist. & Iouius lib. j. in Leone X. LAURENTIVS Medicus Petri E. Platonis statuam eructā summo labore ex rudibus, quâ sita olim Academia erat, atq; ad eò de Græcia allatam, ab Hieronymo Pistorienfi magno redemit. Brutus lib. 5. Flor. hist.

Cum ob regis Hungariæ MATHEI Cornuini iracundiam Ianus Pannonius, episcopus Quinquecelesis, qui cū Strigonicnsi archiepiscopo contra Mathiam coniurarat, quasi

hollis Reip. haberetur, & solennia uirō iusta nemo perfoluere auderet: Sacerdotes clam eius corpus in sacelli Quinquecelesensē retulerunt, idq; picato scrinio diu reconditū habuerunt. Cumq; multo post tempore Mathias fortè urbem illam & basilicā inuideret, sacerdotum collegium regi supplicauit, ut Ioanis potetæ corpus debito sepulture honore iam afficeret pateretur. In doluit rex tanti uiri casum, falsam eorum opinionem ac metū increpuit: & ne poeta insignis sepulchri honore fraudaretur, honestiss. mox exequias edixit. Bonfinius lib. 3. Decadis 4.

LEON. X. inito pontificatu ad prouehenda exornandaq; optimarum literarum studia longè omnium liberalissimè animū conuertit: qua una peculiari laude Cosmus proauus & pater Laurentius priuatis uiris potius, quâ principibus, fortuna similes, summā sibi & posteris claritatem peperissent. Ante omnia ab epistolis singulari iudicio sibi defumfit Petrum Bembum & Iacobum Sadoleum, qui ceteros omnes literatos Romanæ eloquentiæ laudibus antebant. Vaticanæ uerò bibliothecæ Beroaldum iuniorē præfecit, in scribendis Odid Horatiana iucunditate præcellentem. Gymnasium uerò accitis undiq; grauissimarum artium professoribus, ita instituta uel, ut neq; Bononiensē, neq; Patuino, uel doctorum præstantia, uel auditorū concursu concedere uideretur. Augustinus Suelanus Philosophiam, & Christophorus Aretinus Medicinam profitebantur. Hieronymus Bucigella Iuris scientiam docebat. In humaniorib. studijs eruditione, stylo & eloquentia Parthasius Cosentinus erat insignis. In Græcis literis eminebat Basilius Chalcondyles, eius Demetrius filius, qui ipse Pontificis in adolescentia fuerat præceptor. Singulos uerò uel mediocis etiâ nominis poetas, & exquisitis nobilioribusq; artibus instructos tanta benignitate suscipiebat, ut omnes iam excitatis animis ad excellenda literarū studia uehementer accenderent, quū ab tanto armore strepitu, quo neglectis literis Iulij aures magni operè gaudebant, tandem uirtuti locus patefactus esse uideretur. Quaspe felicissimè cõcepta, ab eruditiss. id carmen in arcu triumphali ad Hadriani pontē est inscriptū, quo superiorum Pontificum mores cum Leonis laude lepidissimè notabantur: Olim habuit Cyprius sua tempora, tempora Mauors Olim habuit, sua nunc tempora Pallas habet.

In eo quoq; arcu, qui erat ad biuium uix triumphalis, præclarissimo totius populi studio, & hoc eximie grauitatis & gratiæ carmen cubitalibus literis fuit inscriptum: Vota deum Leo ut absoluas, hominumq; secundes; Vixit piè, ut solitus, uiue diu, ut meritus.

Iouius in Leonis X. uita, lib. 3.

BESSARIONVS presbyteri Cardinalis (qui sub Eugenio IV floruit) domus fuit liberaliū artium officina, doctissimosq; uiros semper aluit atq; fuit. Nec minus ipse in libris uersabatur. Platonem in primis obseruabat, in cuius defensionē commentarios edidit contra Trapezuntium Peripateticū. Volateranus.

ALFONSVS Aretinus dux Ferrariensis lectissimos homines præcellentium studiorum atq; artium gloria florentes precipuo in honore semper habuit. Hercules enim patris exemplum, tanquam bellicarum rerum grauissimis agitationib. occupatus, literarū studia deseruisse potius quàm cõtemnisse existimari uolebat: sic ut nonnunquam & incitriæ nomine grauter offenderetur, & ore ingenio certa penitentia signa daret, q̄ pertinaci ualitudine tentatus, & ob id uariarum oblectationum leuamen querens, minus necessarijs, quamquam iucundis fabrilium rerum opificijs ingenij occupasset. Inter eos autē, quos reuereri & ferio diligere erat solitus, præclara tum nominis fama eminebant, præter Mathæum Castellum & Ludouicum Catum Iuris scientia claros, Nicolaus Leonicens, summæ eruditionis & innocentiæ senex philosophus, & secundum eum Io. Manardus, huius doctrinæ sectator: sed qui diuiti medico quàm algenti philosopho propior esse mallet: amœnioribus aut literis liberaliter instructus Pictophilus epistolarū magister, & Cælius Calcagninus multæ uigiliæ multaq; lectionis honestā famam uarijs scriptis adeptus: atq; item Andreas Maro e temporanea facultate, quū Latinos uersus effunderet, poeta incomparabilis. Ceterum hos omnes auctoritate Heruiscorum carminū & archetypa Principis familiaritate Ludouicus Ariostus antebat: cuius in satyris urbanam grauitatem, in comœdijs nouū lepōrē & salē, in heroicis uerò mirā granditatem, nõ inuisi homines admirant. Iouis in Alfonso.

MAXIMILIANVS I. Imp. ductu literę Hebraicę, Græcæ ac Latinæ, elegantiores quoq; disciplinæ, quasi in Germania primùm ortæ sunt, ac paulatim succreuerunt, & tandem ui ac impetu quodam eruperunt: quia bona studia fuit, literatos amauit, euectiq; ac præmia digna largitus est. Agnosces sese in pueritia malè à Petro inuito sophista institutū, pro uectiori ætate doctos libenter audiuit, cum iis commentatus libentius in secreto, multa ab iis perdidit. Cuspin.

GVLELMVS Vuaramus archiepiscopus Cantuariensis, uir nō tam ob tituli munerisq; dignitatem, quā ob egregias summoq; praeule dignas uirtutes reuerendus, Erasmi Roterodami studia fouis atq; promouit, in Anglia & Italia. Sic enim de seipso scribit Erasmi in prouerbio, Ne bos quidē percat. Meipso captus sum, hoc uno nomine felix, quōd hic Maccenas obrigit: sed longē felicissimus futurus, si maturius contigisset. An illum huius alumni poeniteat nescio, certē mutuis in illum officiis meo animo nondūm ipse factis feci, nec uideo unquam satisfacturus. Proinde mihi rogandi sunt omnes, qui bonarum literarum, qui religionis amore ducuntur, ut si quid fructus non poenitendi cōperūt ex meis lucubrationibus, huic sanctissimo praesuli pro me gratias agant, atq; adeo si possint, referat. Referent autē, si non patientur illius memoriam apud posteros intermori, cuius benignitati debent, quicquid ex libris meis hauserūt, si quid omnino frugiferum hauserunt.

HADRIANVS VI. Pont nemini unquam laetius atq; propen sius sacerdotia conferre erat solitus, quā his qui ab optimis studiis commendationem aliquam meruissent. Paulum Iouium quoq; dimidia parte equestris officij protinus exutum, quā Leo pontifex historiam nostrorum temporum ad eius genium nō iniuncte ad studiosē remuneratus est, ut Scaramuciae Triuitio Cardinali uehementer pro alio imperrare contententi responderet, Iouium omnino eo, quantum te-

nui, sacerdotio esse perornādum, quem audiisset optimis discipulis liberaliter eruditum, & scriptorē annalium ualde elegantem, nec tamen esse potam ut ceteri, qui cultiores literas sectarentur. Iouius in Hadriano VI. FRANCISCVS I. Gallorum rex, multa cōfuctudine uariā sibi cognitionem comparauit. nam prandens atq; cenans ferē loquebatur de literis, & audissimē quidē, usū ad eam rem per multos annos Iacobo Colino, homine docto, & in lingua populari mirabiliter facundo: post huic subit Petrus Castellanus. Ab iis, quicquid est in poetarū, historiarum, cosmographorum libris, hauserat. Circumsistebant mensam omnis ordinis uiri magnifici: & quoniam de uariis argumentis inferebatur sermo, uix erat, ut non ex iis aliquid semper in medium aliquid adducerent: & id quidē ut cuiq; licebat, qui modō esset paulō notior. Exemplum etiā istud studiumq; regis multos, ut cum laude coram eo discere possent, ad maiorem diligentiam exauit. In sua lingua semper habitus est inprimis eloquens atq; grauis. Per Italia atq; Graeciam habebat, qui ueterum auctorum scripta conquirent atq; describerent: & bibliothecā instituit amplissimā, quā libros aliquot insignes postea dedit. Qui in eius funere orationē habuit Petrus Castellanus, episcopus Maiſconensis, inter alia multa regē constituisse praedicat exardescere collegiū, in quo docerentur oēs artes atq; linguae, & ad studia literarū alerentur sexcenti, ad eamq; rē designasse dicit aureorū millia quinquaginta annua. Sleidanus lib. 19.

MECHANICI ARTIFICES IN PRECIO ET HONORE HABITI.

De amore & studio Mechanicarum artium suo loco singillatim agemus: quatenus amor iste natuam procliuatent ad hanc uel illam artem subindicat, & eatenus amantem quoq; Mechanicum uideri facit. Hoc uero loco habitus huiusmodi diu consideramus, quatenus Mechanicis artibus quem decet honorem, quod decet premium tribuit, nullo la meriti precedentis ratione habitū: istud enim ad locum Gratiitudinis pro opera mechanica pertinet.

HIPPODAMVS Milesius, in ea quam commentus est Republica, inter cetera etiam statuit premium ei, qui aliquid utile ciuitati inuenerit. Arist. lib. 2. Polit. c. 8. VESPASIANVS Imp. ingenia & artes etiā mechanicas maxime fuit. Suetonius. ALEXANDER Severus Imp. architectos, statuarios, omnes deniq; artifices, ampliss. profectus est stipendiis. Lamprid. Apud LA PONE S quā ad usum quippiam artis repererint, &

qui receptum ab aliis excoluerint, honorantur publice: uel delicti teste donantur, cui sit intertextum argumentum excoltae artis: atq; hoc insigne in familia manet ad posteritatem. Zieglerus in Scandia. CAIUS I urbis Aegypti incolae, si quis mechanicū aliquod opus nouum inueniret, uel aurea in pompae speciem productum, muneribus collegae honorant. Ioan. Leo lib. 8. de descriptionis Aethiæ.

VIRTVTIS PRACTICAE PRAEMIA ET HONORES. NIMIRVM

PRUDENTIAE IN CONSVLENDO IUDICANDOVE, IN DO-

INDI etati senum prerogatiua nullam tribuunt, nisi prudentia excellant. Strabo lib. 15. CYRVS Persarum rex, cum Croesum Lydorum regem regno exuisset, eum tamen ob prudentiam in consulendo, summo honore coluit, maximis etiam muneribus affectit. Herodotus lib. 1. Idem prudentiae muliebri premia dedit. Fugati enim antea fuerant quater Perse a Medis. Ast ubi liberos & coniuges aspexerunt, animo recepto conuersi, Medos sine ordine persequentes fugarunt, uictoria tanta, ut nullo in posterum de summa rerum prelio indigerēt. Polyæn. lib. 7. Ob id facinus lege cauit Cyrus, ut ubi primum Persarum rex ubi bem ingrederetur, mulieres quotquot adessent, singulos aut numeros a rege acciperent. Caelius lib. 13. c. 33. A. L. LA CEDÆMONE ex instituto Lycurgi, dux deposito imperio, qui astu uel blandē agendo, rem susceptam confecerat, immolabat bouem: gallum gallinaceū, qui acie. Qui quamquam essent bellicosissimi, excellentiorem tamen ac magis congruentem ducēbat homini rem dicendi facultate & solertia perperatam, quam ui & uirtute. Plut. in Marcello. Bello nauali ad Salamina uicto Xerxe, inter ciuitates palmam tulit, ut tradit Herodotus, ciuitas Aeginetarum: Themistocli uero quamuis inuiti obstant inuidia omnes tribuerunt palmam. Vt enim concesserunt omnes in Isthmum, & suffragia duces ab ara tulerūt: primum uirtute semetipsum quisq;, secundū a se renuauerunt Themistocle. LA CEDÆMONI uero deduxerit eum Spartam: ubi Eurybiadi uirtutis, sapientiae praemium illi tribuerunt oleagineam coronam, & curram, qui in ciuitate erant, primum ei donauerunt. Trecentos praeterea miserunt ex iuuentute sua, qui eum ad fines usq; prosequerentur. Fama est, proximis insequentibus Olympiis, cum in curriculo cōcessisset Themistocles, contentis certatoribus, spectatores totum diem oculos in illi defixisse: peregrinosque stupentes illum magno cum plausu monstrasse: ut ille laetitia perfuls non obscure tulerit apud amicos, satis se fructus suorum pro Graecia suscepto-

rum laborum percepisse. Plutarchus in Themistocle. Porus Indorum rex, ab ALEXANDRO Magno uictus, quam ab eo post pugnam rogaretur, dicente: Quomodo tetradia bo? Regaliter, ait. Rursus subiciēti Alexandro: Num quid etiam aliud? Omnia, inquit Porus, completitur hoc uerbo, Regaliter. Alexander & prudentiam & fortitudinē uiri admiratur, facientem ditionem illi addidit ea, quam prius obtinuerat. Supplicii, & ad pedes abiecto minus cōcessisset. Ad eō diligebat animosus iuuenis impaudos animos. Q. Curtius aliquanto fecus narrat. Interrogatus Porus, quid ipse uictorem statuere deberet censeret? Quo d hic, inquit, dies tibi suadet, quo expertus es quam esset caduca felicitas. Submonuit regē, ut modeste sua fortuna uteretur, memor idē sibi posse accidere. Plut. in Apoph. regum & Imp.

FORTITVDINI BELLICAE DATAPRAEMIA, HONORES.

In enumeratione honorum Fortuna, Honoris uaria genera, quae hinc Titulo inferuire queant, recensimus: quatenus externa bona sunt. At propter iustam dignitatem, quia scilicet digni tribuuntur, tanquam uirtutis testimonia, hinc pertinent. Honorum quaedam imperatoribus tantum comeniunt, ut Triumphus, Quatones, Trophaea: quaedam militibus, ut Dona militaria: quaedam uisus sunt Statuae, Coronae, & similia. Consule igitur Tit. Triumphorum, Apothoseon, Statuarum, Coronarum, Titulorum, Praecomorum, Anathematum, Munerum honorificorum fortitudinis concessorum, ut eadem sepius repetere sit opus.

VITA CONSERVATA.

Cum Saulus rex Ionathanem F. propter gustatum mel contra sacramentum, interfecturus esset: MILITES ceteri eum a morte uindicauere, eo quod uictoriae cōtra Palaestinos ade pra auctor fuisse, praesidio Palaestinarum obrucato: propter quod reliqui tanto terrore perturbati fuerant, ut ferri in seipso inuicem conuerterent. Neq; enim Ionathan sciebat, Saulum ab omni cibo militibus interdixisse: & tanta fame, & praesidiarum militib. cum solo armigero suo confectis, premebatur, ut oculis caligare inciperet. I. Reg. 14.

ARTABANVS Parthorum rex, Asiae & Anilae ludaeorum ducibus, quantumvis seditiois, cum satrapam Babyloniam, qui eos sabbato aggressus erat, prelio uicisset, uirtutis ergo pepercit. Iosephus lib. 18. c. ult. Antiq. Quam in India res gereret Alexander prope Baetrianam apud Sogdios, producti ad eum sunt SOGDI ad triginta ferē, nobilitate praestantes, & corporis robore haudquamquam inter postremos. Iussit eos ad ultimū adduci supplicij rex. Id ubi animaduersum ab eis est, maxima alacritate paena patrum, adhibito & modulatore corporis motu, more chorae ducentium, recinere adorti sunt. Renunciatur id Alexandro, qui mirandus ab eis sciscitatus est, Quenam laetitiam importung, tamq; inopinatio foret? At illi, Non alia, inquit, ratione gestimus, quod terrarū principis imperio fatalem destinātq; sibi essent futuri diē. Quacūq; alia occasione moreretur, cōfuerat ceteris perturbatione sorte oblatam fouellatur. Nunc, ut fortes addecat, mortē esse sibi in uotis proindeq; cantu laetitiae, lasciuire. Tāta animi magnitudine uersus in supero rex Cupio (inquit) nosse, an sit uobis optabilis uita citra ulla inimicitias meas. At illi, Nūquam inimicos egimus: uerum nos, quos hostiliter inuaderes, urens uastansq; omnia, hostiliter occurrimus, uim repressi. Quā si benignitate potius quā diuexatione certare nobiscū perrexeris, dabimus operā, ne officiorū uicitudine superemur. At rex, Verum quib. obfidib. pollicitationes obfirmatis? Vitā, inquit, quā contribuis beneficio tuo, fidei constantiaq; pignori obiciamus: reddituri, quando cumque flagitaris. Hic conditionibus illi emissi, fidem quam dederat obtinatis animis egregie praestiterunt, populares suos sinceriter Macedonibus conciliantes. Caelius lib. 18. cap. 33. A. L.

CARACTA CVS Scotorum rex, magno animo, sed dispare fortuna per nouenniū Romanas opes in Britania sustinuit. Tandē praelio uictus, cum uxore & filia & fratribus in potestate hostium uenit: Romanq; missus, magnitudine animi & uirtutis inuictae opinione, a Claudio Caesare uita donatus, datiq; obfidib. domū remissus est. H. Boethius lib. 3. ALFONSVS Neapolitanorū rex, & SFORCIA Magnus, licet hostes, in praelio quod Ludouicus III. Andegauensis ductu Magni Sforcie ad Seberthū amnem, contra Alfonso m gessit, à mutua caede, uirtutis mutua admiratione, temperarunt. Iouius in uita Sforcie.

Cim Maximilianus I. rex Rom. Rhetiā inuasisset, A. D. 1499. in prima uelicatione iuxta oppidū Vverdenbergam IOANNES Valius Glaronensis, solus xx. equitū cataphractorum loco oportuno impetu sustinuit, tres ipsorum equis deiecit, gladio & hasta fretus. Viri fortitudinē admirati hostes, promissa incolumitate Velcuriam deduxere, & diplomate eius uirtutem testati, ad suos dimiserunt. Stumpsius. Ferdinandus Daulus Piscarius, Caesaris Caroli V. peditem in Italia dux, Pilsconem oppidū munitū obfessurū, dum medius inter Buftum & Mercadū centuriones ponticulū trāstret, suaq; prudentia & agilitati confidit, ut qui pericula incerti euentus ingenti animo semper contemisset: hostium diligentia penē est interfectus. Tres enim sclopetarij defensorum longē peritissimi, ab oculo muri loco intenti obseruabant, an aliqui ex Hispanis apparerent, in quos certis ictibus tormenta minora conicerēt: atq; ita accidit, ut cum Buftus & Mercadus extemplo grauiter icti ceciderunt, iam tertius in Piscarium sedulo collineans, ignem immitteret: cum repente Ticinensis centurio, cognomē FRATERCVLVVS, iniecit manu accensum funiculum auertit, alta uoce inclamans: Nij prohibeant, ut hodie ducum fortissimus atq; idē militum parens, & qui nos uel hostes alit, nostra fauitia cōcidat: quin potius eū seruemus, ut superstit, qui bella ex belhis lerat, ne nobis, qui stipēdia sequimur, regni in pace fame sitperuendum. Erat enim ad eō propinquus arci, ut ab toto corporis habitu, & à rutila praesertim barba facile nosceretur. Iouius in Piscario lib. 3.

REGNA, TITVLI REGII CONCESSI.

OCHVS Persarum rex bellum Armeniis intulit. Erat in his castris Codomanus, homo manu promptus. Is ex prouocatione in pugnam magno cum fauore progressus, caelo hoste suis uictoriam atulit, Persarumque laudem senescerentem in pristinam gloriam restituit. Id praclarum facinus Ocho materiam praebuit Codomani Armeniq; praeficiendi. Eo deinceps extincto, magno omnium consensu, ex praesidio Persarum est rex declaratus, Darij; nomen, ne quid regis maiestati deesset, est ei datum. Hic Alexandri Magni armis uictus, regnum cum uita amisit. Sab. lib. 4. En. 4. Solthenes ob fortitudinem militarem, qua solus Gallos, qui caelo Ptolemæo Macedoniam subegerat, ceteris desperantibus, contra ista iuuentute non solum sustinuit, sed Macedoniam etiam finibus expulit, rex MAEDONVM creatus est. Sabellius lib. 8. En. 4.

AGRI, PRATA DATA.

Captis Veicis, senatus R. O. M. decreuit, ut agri Veicentani septēna iugera plebi diuiderentur & militibus, ob rem bene gestam. Blondus lib. 6. ROMANI, cum aduersus Campanos fortiter pugnaissent, Latinus Ager Priuernati additus, & Falernus, qui populi Campani fuerat, usq; ad Vulturum amnem plebi Romanae diuiditur: & bina in Latio iugera, terna uero in Falerno militi data sunt. Blond. lib. 6. Liuius lib. 8. Mutio Scaeuolae prata trans Tiberim, quae Mutia dicta sunt, ob uirtutem à R. O. M. data sunt. Similiter & Horatio Coeliti, & insuper unius diei publica alimenta. Liuius lib. 2. & Plinius de uitis illustribus.

LVVS AGRICVLTVRE.

PROBVS Imp. quia Galli, Hispani & Britanni contra Proculū & Bonosum tyrānos auxilio fuerat, fecit iis potestate concedenda uitis ac confiscandi uini. Ipse Almann montem in Illyrico circa Syrmium militari manu solum uitibus conseruit, & Romanis in uoluptates uinum dedit. Cuiusianus.

DOMVS DONATA.

M. Valerius Sabinus incursantes Romanum agrū duobus ingētib. praesiliis uicini quorū altero 13 millia hostium cum concidisset, ne unū quidē desideraret de suis. Cuius rei praemii praeter triumphos accepit à R. O. M. domū, quā publicē ciuitas ei adificauit in Palatio: & cum fores illius seculi aliq. intrō impellerentur in aperiendo, ita illarū aduū effecerunt solarum fores uestibulares, ut extrā reicerentur: id significātes ex hac prerogatiua semper eum de publico usupare. Graecas aiunt apud ueteres omnes fuisse ad eum modū factas, argumēto à comœdiis sumto: quōd qui in publicū sunt prodituri, ianuas suas intus pulsant, & strepitum edant: quōd foris, qui praegrediuntur, uel pro ostio stant, caueant ubi id audiunt, ne fores in uicium expulsa illidantur in ipsos. Plut. in Poplicola, & Plin lib. 36. c. 15.

CONVI GIA, VXORES.

In expugnatione terrae Sanctae Calebus adortus incolae Dabiris, Axam filiam suam promissit in matrimonium ei, qui ubi bem expugnasset. OTHONIEL itaq; Ceneci fratris Calebi. Oppidū cepit, & Axā in matrimoniu duxit. Quae gemebat inter eundē ex asino. Et à Calcho interrogata, quid haberet respondit, Hoc mihi concedē beneficiū, ut qui mihi gestuosam terrā dedit, etiā aequationē des. Itaq; ille ei & superiorem & inferiorem aequationem dedit. Iosua c. 15. Apud CARMANOS nemini licebat uxore ducere, nisi prius caput occisi hostis ad regem detulisset. Rex interfectoru caluaras in regia locabat. Linguas uero faucibus exeret, & minutatim concisas, panēq; permixtas illis porrigebat degustandas, qui atulissent. Raufius.

Apud SAVROMATAS nulla uirgo nubit, priusquam aliquē hostium interemerit. Ideo que nonnullae earum decedunt iam uetulae, antequam nubāt, quōd legi satisfacere aequant. Herodotus lib. 4.

Apud TAPYROS, qui habitant inter Derbiecas & Hyrcanos, qui fortiss. iudicatur, quam uult, ducit. Strabo lib. 11.

Sub ROBERTO II. Scotorum rege, Gulielmus, Archimbaldi Douglas à Gallouidia filius, cū duobus sodalibus in exurdis suburbanis Canlelli magnam militum stragem edidit, quosdam pontis transitum prohibentes cecidit, alios in flumen deturbauit: uotiq; compos factus, quum idem illud oppidum obfisione ab Anglis cinctum esset, eruptionē facta captus, & à quatuor ductus, duos eorū pugnis in terram percussos praecipites dedit, aliisq; fugientibus ipse ad suos saluus reuersus est. Ea iuuenis uirtute permotus Rex, filiam ei suam Aegidiam, forma ea aetate omnes mortales superantem, dedit uxorem. H. Boethius lib. 16.

CAPTIVI REMISSI.

Graeci sortiti captiuas Troianas, A GAMEMNONI Cassandram, Andromachen uero Hectoris uxore, NEOPTOLEMO Achilles filio munus honorarium dederunt: Polyxenā uero, filiam Hecubae, quam unicam malorum solamen adhuc habebat residuam, ad sepulcrum ACHILLIS mastrunt. Eurip. in Troadib.

PORSENA rex Hetruscorum, Cioelia Romanae indolem miratus, opinionem uirgini dedit, ut ex maribus, quos obfides acceperat, certū sibi deligeret numerū: forte, ut quos illa sibi dari poposisset, cum ea domū remitteret. Impubes adolescentens petiisse dicitur, & quōd aetās illā uirginali pudori conueniens esset, & alienae iniuriā magis obnoxia. Donata adhuc equo phaleris ornato. Quōd in causa esse potuit, ut equestris sit illi Romae statua constituta. In summa Via sacra, fuit uirgo infidens equo. Sab. lib. 7. En. 2.

PRADA CONCESSA.

Verus est & heroum quoque temporibus usurpatus mos, ut cum respub. aliqua rexq; uictoriam consecutus est, oppidūque aliquod diues expugnauit, ex omni acriuo praedae, quae coacta est, partem sumat, & illam quidem elegantiorē

praestantiorumque, atque ipsa ornent eos, qui magno per te utiles in bello fuerunt: forteque in eo facto operam suam praebuerunt: cum reliqua praeda, forte ducta, uniuersis copiis illis exercituique diuidatur. Sic Virgilius lib. 10. Aeneid. Alcantiam spe praedae flectere Nilsum animat. Idem apud Euripidem in Troadib. Troia capta Neptunus narrat e numero omni captiuarum nobiliores extra sorte assignatas esse principibus illius exercitus, Cassandram, Andromacham, Polyxenam. Idem apud Homerum repetitur, cum cecinit, Hecamedem, regis Aisinoi filiam, Achiuos in expugnatione Tenedi extra sortem Nestori dedisse: quia senex ille omnibus consilio sapientiaque praestaret. Victorius lib. 26. Variarum lect. c. 1.

MVNERA, DONA QVALIBET DATA.

INDI ueteres nulli in exercitu praedam impartiebantur, qui occisi hostis caput non retulisset. Fulgofus lib. 2. cap. 1. Mafcomes Megadofis F. a Xerxe rege Dorici praetor in Thracia constitutus, cum fugato Xerxe oppugnatis Graecis locum illi accerrime defendisset, meruit, ut quotannis a XERXEXE, & qui patri successit Artaxerxe dona acciperet. Herodotus libro 7.

Apud GRACIOS, duces in bello coeuntes, in concilio agitat, & sententias decernunt, quis primum, quis secundum depulfas hostium copias longius egerit, & quo praemio honore dignus sit: dignosque amplissimis uirtutum praemiis ornant. Alex. lib. 4. c. 8.

Apud ARGIVOS ex militia reuersi duces, cum militum agmine totoque exercitu in Charadro extra urbem concilium aduocabant: ibique de militariis donis, quae cuique deberentur, optimatum consensu decernebant. Alex. lib. 6. c. 6.

Tarquinij Prisci regis FERREVS, propter hostem manu fortiter occisum, praetexta & bulla aurea a patre donatus fuit. Macrobius lib. 1. Saturn. c. 6.

Catonem proauum dona militaria saepius refert M. Cato maior obtinuisse: ac cum bellatores equos quinque, amiffisset in confictibus, praemium ei aeternum ROM. uirtutis causa reddidit. Plut. in Catone Maiore.

ALIMENTA HONORIFICA, NECESSARIA.

Πολυκράτης μαθητής νικητῆς est, Polykrates matrem pascit. Narrat POLYCRATEM Samiorum tyrannum, matrem militum, qui in bello interissent, recensuisse, easque locupletioribus ciuibus nutriendas tradidisse, unamquamque his commendante uerbis, οὐκ ἀποστρέψωμαι ἄνδρα μὴ ἰδῆσθαι, Hanc tibi do matrem. Zenodotus & Erasmus.

SOLONI legibus apud Athenienses cauebatur, ut praeter ea dona, quae militibus duces impartiti fuerant, illorum filij, qui bello occubissent, publice alerentur, & bonis disciplinis instruerentur. Alexan. lib. 4. cap. 18. ex Arist. libro 2. Polit. cap. 8. Simile fuit Hippodami Milefij legislatoris institutum, eodem teste.

PISTRATVS legem scripsit: inter quas est illa, ut mutilati in bello ex aerario alantur. Caeterum id Heraclides ait, cum ante in Therippo membris truncato SOLON decreuisset, Pistratum imitatum. Plut. in Solone.

Gallia Capitolium obsidentibus, unius M. Manlij uirtute Capitolium seruari contigit. Ea res seruatori ipsi cognomen dedit, ut Capitolinus sit iam inde dictus. YNIVERSI, qui in Capitolio erant, singuli selibram farris, & quartarium uini, suo quisque se uictu fraudans, ad Manlij aedes confluxerunt, augmento caritatis memorabili, si rerum inopiam, quae tum fuit, consideret aliquis. Sab. lib. 1. En. 4.

PENNO provinciae Foro iulij praefectus omnes pupillos, quorum patres in bello Sclauonico, in quo Ferdolphus antecessor eius belli auctor, cum uniuersis copiis ad internecionem caesus erat, occubuerant, collegit, & unam cum suis liberis patri caritate & studio educavit. Bonfinius lib. 8. Dec. 1.

VECTIGALIA, TRIBVTA.

Hispaniae rex FERDINANDVS, rebus Granatae compositis, Consaluum Magnum, felicitis industriae merito, amplissimo & certo reddito, qui ex exercituum bombicis uetigalibus exigitur, liberalissimè donauit. Iouius in Consaluo.

Lo bello, quo Ioannes Boemiae rex in Gallia ab Anglis caesus est, fecerant eum duabus catenis aureis, quas collo gerebat, ab Henrico Ferreo Holstiae comite captum extraxit, quae acie fuisse: sed inuidentes Anglos glorie fortis uiri, in manibus Henrici regem extinxisse. Hoc certum est, Henricum eam in praesidio nauasse cum suis militibus operam, ut REGIO Angli in reliquum perceras esset, acceptis ab eo literis, ut cum omnino posteritate annuos acciperet a rege quadringentos aureos maiores (Nabulos uocant) si modo per singulos annos ille suisque regi sua praesentarent obsequia. Cranzius libro 9. Saxoniae, cap. 23.

TITVLI MAGNIFICI.

Clodoucum Francorum regem, uictis Alcemannis idololatriis,

& Visigothis Arianis, ANASTASIVS Imp. Graecus Consullem & Patricium creauit: qua tituli maiestate secundum Caesarum decus nullum maius excellit: uel fastidium excogitari potest. Misit Consulatus insignia, sellam curulem cum fascibus: aureamque coronam gemmis distinctam, quam Clodoucum Romanam ad templum Lateranense misit. Aemilius lib. 1.

Friedericus I. Imp. LADISLAVM Boemiae ducem, quod fidellem sibi in bello Italico nauasset operam, regem designauit, ea tamen lege, ut Auentinus ex diplomate Imperatoris referret, ne ea dignitas ad posterum transiret, sed ei honori successor exhaeres foret.

Corbredus II. Galdus cognomine, Scotorum rex, patriam Romanorum iugo liberauit. Eius proinde memorie SCOTI dedere, ut Brigantia regio mutato nomine, Galdia deinceps a principe appellaretur, quod illic Romano bello per quinque quadraginta annos continuato finem imposuisset. Ma net nostra aetate regioni nomen Gallouidia, paulum uocabulo mutato. H. Boethius lib. 4.

VACATIO MVNERIS.

LACEDAEMONII ciues habebant ἀποψηγοῦσθε δικῶν, quasi tu dicas Bene meritis: qui cum equestri militia perfuncti essent, tandem quini quotannis uacationem muneris consequentur. Plut.

LIBERTAS DATA.

HANNIBAL in Iberia magnam ciuitatem Salmatidem oppugnabat. Rogabant Barbari, ut sibi liceret amicitia una uelut cum uxoriue exire arma, pecunias & mancipia se relictos, uxores in sinibus gladiis occultantes, cum uiris exierunt. Hannibal milites urbes diripiunt. Mulieres egressae, maritis enses tradiderunt: quaedam etiam ipsae striditibus gladiis cum uiris simul in eos, qui ciuitatem uastabant, impetum fecerunt. Itaque alios ceperunt, alios in fugam coniecerunt, & conseruati ex urbe excurrerunt. Hannibal mulierum fortitudinem admiratus, non solum illas suis maritis reddidit: uerum etiam patriam & pecunias eis restituit. Polyanus lib. 7.

CVLPA CONDONATA.

Tartias, cum es alienum susciperet ALEXANDER Macedonum, dissolueretque pro omnibus, obaratum mentibus se, producto apud mensam, qui se afferret eius creditorum: mox deprehensus, tantum non manus sibi ipse attulit: nisi recognita Alexander exemisset eum noxae, & argentum ei condonasset recordatus, oppugnante Perinthum Philippo, sagitta in oculo istum, non ante eximi telum praebuisse uelut si uisus, quam hostes profugisset. Plutarchus Oratoriae de Alex. fortuna.

LAVDES, ENCOMIA.

Apud LACEDAEMONIOS, qui se in bello strenuos praebuissent, & occubissent, oliua & aliis ramis redimiti, laudibus uehebantur: qui uero perfectam & absolutam uirtute praestitissent, iij etiam amici purpura, gloriose sepulchris mandabantur. Aelianus lib. 6. de Var. hist.

STATVÆ ERRECTÆ FOR-TIBVS.

Consule Titulum, Statuarum. ARGIVI Telefillam poerriam, ob liberatam patriam a Cleomenis obsidione, statua honorarunt. Pausanias in Corinth.

CORONÆ.

Haec cui datus consideramus. Poluimine III. id quod datur consideramus. APOSTHYMVS Dictator apud lacum Regillum castris Latinoorum expugnatis, ei cuius maximè opera capta essent, (nomen non tradit) lauream coronam primum ex praeda dedit. Itē LENTVLVS Cos. Serg. Cornelio Merenda Samnitum oppido capto. Plin. lib. 33. c. 2.

T. Manlius ob fortitudinem, qua Gallum quendam ingentis stature, Romanos prouocantē ad singulare certamen, duello prostrauerat, aurea corona & torque aureo hostis a DICTATORE donatus fuit. Vnde etiam Torquatus dictus est. Sabellicus lib. 3. Enn. 4. & Gellius lib. 9. cap. 13. ex Q. Claudij Quadrigarij lib. 1. Annalium.

PERVS Aragonie rex, in ulteriorem Hispaniam contra Mauros auxilium Regi Castellae Alfonso IX. tulit: & de uictis Saracenis uictoriam insignem reportauit. Hinc Romam profectus, corona panis azymi ab Innocentio Papa tertio in ecclesia S. Pancratij coronatus est. Postea uero Roma instructo exercitu discedens, contra Simonem dominum Montisfortis & Tolosanum Comitem progressus, habito confidit eos deuicit: in quo dum Gallos fugientes a suis longinquo insequitur, ab hostibus interceptus, & occisus est anno 1217 & regni sui 17. Tarapha de Regibus.

PRIMÆ SEDES CON-CESSA.

De his item Poluimine Tertio. LACEDAEMONE uictores sacris certaminibus praecipuum locum in acie habebant, ut ante regē locati pugnarēt, atque exani-

exanimantibus unus equus in confortium uenit coronae & certaminis: quod comparatus solus sit & exercitatus ad confingentibus afflētum, & unā cum iis pugnam capeffendā. Plut. lib. 2. Quae conuiuij.

CONVIVII HONOS.

SCYTHIS mos erat, his, qui hostem superaffent, semel annis singulis crateres regio uinum bibere, quod uictoribus distribueretur: qui uero pluribus caesis uictor fuisset, duobus calicibus potare. Herod. lib. 4.

Ubi T. SEMPRONIVS Gracchus Volonum opera Hanthonē ad Beneuētum superauit, eosque libertate donauit: Beneuentum reuerf, per iocum & epulas, cum multa lacticia, à Beneuentanis in publicum prolatis, festum diem egerunt. Omnes in pparulo, Gracchi permisso, epulati sunt, Volonesque hilarius conuiuuiū reddidēre, qui capitibus alba lana uelutis accubantes, quibusdā (ut iussi erant ob ignauiam) stantibus conuiuati sunt. Hac celebris dicei species Gracchus, postquam Romam rediit, figurari iussit in aede Libertatis, quā pater eius in Auentino ex multatitia pecunia faciendam curauit, dedicauitque. Sab. lib. 3. En. 5.

GOTHIS in more erat, ut regum filij cum patre non prius cibum sumerent, quam fortitudinis suae bellicae testimonium ab externo aliquo principe tulissent. Itaque dum Longobardi Odauinum regem suum monebāt, uti Alboino F. qui Thorsmundi Gepidarum regis filium acie uictum interemerat, conuiuuij honore dignaretur: non prius acquiescere uoluit, quam regis alicuius externi iudicio filium armoris iure donatum uideret. Ergo Alboinus magna confidentia ad Thorsmundum profectus, in genij & uirtutis suae commendatione hostem ita mouit, ut cum mensae suae adhiberit, & ad dexteram suam, eo loco, quo filius suus ab Alboino interfectus sedere consueuerat, collo carit: magna quidem uirtutis ipsius testificatione, sed non minore doloris sui ob filij necem significatione. Proceres certe cum altero filio Alboinū è medio sustulissent, nisi Thorsmundus plus hospitali fidei, quam priuato, uel etiam publico dolori dandum parasset. Ergo incolomis ad patrem remissus, cum ab hoste uirtutis suae testimonium afferret, a patre porro publicis epulis adhibitus fuit. Paulus Diac. lib. 1. c. 23.

THIBICINIS HONOR. Cn. Teio (alij Petreum uocant) primipilo Atinati, quod in bello Cimbrico cunctantem primipilum interfecerat, ipseque arrepto uexillo, per castra hostium eruperat, exercitumque in locum duxerat, propter gramini eam, ut praetextatus ad tibicinem immolare, foculo accenso, à ROM. concessum fuit. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 18.

CDuello, quon nauali praelio Carthagenensium classem fudit, praeter curulem sellam, ut quoties à caena rediret, funale praeferebat, & tibicen praecineret, concessum à ROM. fuit. Alex. lib. 4. c. 11.

FORTITVDINI POLITICAE DATA PRÆMIA.

Septem Persis, qui Magos interemerant, eorumque posteritati, concesserunt PERSAE tiam antea parte gestare. Quo quidem signo, quando factus illud aggrediebantur, sunt uisi. Plut. in Praeceptis politicis.

VIRGINITATI HONOS HABITVS.

Cum Madianitarum omnes mares in bello cecidissent, & praedam maximam feminarum atque puerarum Israelitae in castra duxissent. MOSES feminas omnes uenerè expertas, quod illae Israelitas ad sortandum pellexissent, unam cum filiis impuberibus occidi iussit, solis uirginibus pepercit. Numeri 31.

Iabentes, quod non interfuissent praelio cum reliquis Israelitis aduersus Beniamitas, cum suis feminis & paruulis ad interuentionem caesi sunt ab ISRAELITIS: quadringentae tantum uirgines conseruatae fuerunt, ad tribus Beniamiticae reparationem. Iud. 21.

Apud ELEOS uirginibus ludos Olympios spectare licebat: matronis non item. Pausanias lib. 6.

Legimus raptas plerunq; feminas, dimissas esse ab insolentissimis MILITIBVS, tantum respectu uirginalis nominis, & uidelicet uirgines se esse affirmassent. nefas enim existimabant, propter breuissimam & momentaneam delectationis umbram, tantum bonum imminuerem: malebatque uniusquisque tibi facinoris auctorem quemuis potius esse, quam se. Iud. Viues de Christiana femina, lib. 1.

Cum OTHO IV. Imperator Florentiae esset, & inter multas forma atque aetatis flore insignes feminas Gualdratam Bertham plurimum laudaret: puellae pater, qui aderat, Bellincionus nomine, obtulit, facturum se, si ita eius ferret animus, ut deosculandae puellae copiam haberet. Quod cum puella audisset, responsum dedit, Nullus inquam, nisi eius, qui uisus foret, statuam accepturam: ad deo modo deo principi ea

res placuit, ut eam in matrimonium Guidoni Germano locaret, uirtute & generis nobilitate insigni: & totam eam uallem, quae sub Castentini nomine in Arcetino agro censetur, cum Comitatus honore domo utrisque dederit. A quibus postea familia manauit, quae Comitum Guidonum nuncupata est. Fulg. lib. 6. c. 1.

CASITATI.

Olitoris Aegyptij uxor propter pudicitiam, quod inter Aegyptias mulieres sola casta fuerat inuenta, à Pherone Sefoftris F. Aegyptiorum rege REGIO thalamo digna iudicata fuit. Herod. lib. 2.

Aspasia Hermotimi filia Phocensis, propter pudicitiam à CYRO minore pro uxore habita fuit. Introducta enim cum aliis quibusdam mulieribus ad Cyri cenam, cum caeterae accumbentes, alludente illo & contrectante ipsas, salesque iacere, comitatem eius laetate exciperent illa lecto asstitit tacita, ac cessitque, non paruit Cyro. Parantibus adducere ipsam cubicularis: Vae ei, inquit, mihi qui ad moueri manus. Eo facto Cyrus cepit propensus in eam esse, amauitque eam supra omnes, ac sapientem appellauit. Plut. in Artaxerxe, & Aelianus lib. 12. Var. hist.

Eubatae Cyrenensis, Vxor maximam statuam Cyrenae erexit, quia Laidis meretricis commercium euertasset. Aelianus de Var. hist. lib. 10.

Apud ROM. quae uno uiro contentae erant, quaeque matronale decus seruassent in columae, haud aliter quam pudicae corona donabantur. Alex. lib. 4. c. 8.

FRVGALITATI.

Rutha Moabiticae spicas legens, post messorum in agro Boozij, cum tenui uictu inter messorum contenta esset: eius frugalitate uictus BOOZVS, eam in uxorem duxit. Non dubitabat enim uir de eius frugalitate, cuius frugalitatem & sobrietatem expertus fuerat. Vide historiam Ruth.

LIBERALITATIS praemia.

Persico bello, cum in Attico agro cum Mardonio confingendū esse, Delphicum oraculum monuisset, neque tamen loci ea uideretur oportunitas, ut feliciter contra Persas pugnare possent, sed Plataeensis ager commodior esset: Plataenses ut publicae totius Graeciae salutis suo etiam damno consulerent, agrum suum Eleusinae Cereri dono concesserunt, ut hac donatione Atricus educeretur, & oraculi auctoritati nihil derogaretur. Victores GRACI, palmam uictoriae Plataensibus tribuerunt, & praecipua LXXX. talenta dederunt, ex quibus templum Iunonis extruerent. Delecto item habito ad bellum cum Persis gerendum, Plataenses sacrosanctos esse, & ad sacra Deo pro Graecia faciendā relinqui uoluerunt. Plut. in Aristide. Idem factum multis post annis ita laudauit ALEXANDER Magnus, ut praeter multa Plataensibus collata beneficia, etiam muros eorum dirutos suis sumptibus reficere curaret, & per praetorem Olympiis pronunciarit, hanc se gratiam uirtutis & magnanimitatis ergo referre Plataensibus, quod Graecis bello Medico essent agrum suum largiti, promptissimamque operam nauassent. Plutarchus in Aristide & Alexandro.

Licinio Surae, qui populo Romano gymnasium suis sumptibus aedificauerat, TRAINVS Romanorum Imp. statuam collocari iussit. Dion Nicæus.

Martinus V. Pont. max. è Columnensium familia natus, eo quod ex operibus publicis aerarium basilicae Petri restituerit, pauperumque basilicae Lateranensis extruxerit, defunctus in medio templo sepultus est à ROM. cum aenea statua. Volater. lib. 12. Anthrôp.

CLEMENTIAE praemia.

El. Iosephus historicus in bello Iudaico captus & conseruatus, VESPASIANIS primum, deinde Domitiano Imp. gratissimus exitit: ea de causa potissimum (ut ipsemet in uita sua restatur) quoniam humanissimus semper & in uindicta exigenda clementissimus fuerit.

Casimirus II. Poloniae princeps, priuatus adhuc, cum sulco quodam suo equite, Ioanne Conario, alca iudebat, animi oblectandi gratia. Incensus uterque, uincendi studio, in profundam noctem ludum produxit. Peractis deinde ludis & uigiliarum, uno iactu summam reliqui iufere. Vincentem Casimirum, & quod lucratus erat argentum non modicum aufferentem, palma manibus in faciem Conarius uerberauit. Casimirus eam iniuriam aequo tulit animo, & argentum omnne, quod ludu quaeserat, reddidit. Haec animi moderatio Casimiro ad Poloniae regnum uiam strauit: quando Micislai fratris tyrannidem proceres POLONI perosi, hoc aequanimitatis exemplo summam rerum ei tuto committi posse non male sunt arbitrati. Cromerus libro sexto Polonorum historiae.

DE VERITATIS ET LIBERTATIS IN ACCVSANDO, DEFENDENDO, CONFITENDO, PRÆMIA.

Solebat AMASIS, antequam ad regem euectus erat, quotiescunq; potantem ac oblectantē se necessaria defecissent, circumuendo furari. At cum repesceretur ab his, qui dicerent eum ipsorum habere pecuniā, ac negaret adducebatur ad oraculū quocunq; eo in loco esset: & frequēter ab oraculis conuictus, frequēter absolutus fuit. Postea quā uerō regnū assecutus est, quicunq; diu eum furū absoluerant, illorū rem pla neq; curā habuit, neq; ulla re donauit: tanquam nil mererentur, quōd redderent falsa responsa. Qui autem pronunciauerant furem, hos tanquam uerē deos, nec mēdacia reddentes oracula, maximē coluit. Herod. lib. 2.

Apud ATHENIENSES lege olim sancitum fuit, ut qui maximi criminis reus ageretur, si fateretur admisisum, impunitate donaretur. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 5.

Macedonū rex PHILIPPVS, cum subhaftationis quorundā captiuorū spectator esset, ueste supra genua collecta sedebat. Cum aut captiuorum unus rogaret, ut eū liberare Philippus uellet, quia amici eius fuerat filius: petiit Philippus, ut nomen exprimeret. Cui cum captiuus ipsi soli id se dicturū respondisset, uicinior factus hoc unū dixit: Veste rex, quā supra genua collegisti, demitte: neq; enim ita sedēdo de corē seruas. Quo uerbo audito, Philippus statim uestem demisit, & captiuū statim liberauit. Fulg. lib. 5. c. 2.

EVNDEM, cum anus accessisset, ut causam ipsius cognosceret: respondit, sibi nequaquā esse otium. Cumq; anus inelamasset, Proinde nec rex quidē esse uelis. Philippus admiratus ancilā liberā uocem, non illi solum præbuit aures, uerū & aliis quoq;. Plut. in Regum & Imp. apoph.

IDEM Diogenem captiuum ad se in castra deducit, cum interrogaret, Quisnam esset: respondissetq; illi, Exploratores se esse ad ipsum profectum, ut in faciliabiliem eius rapacitatē uideret: eius libertate dicendū uisus, statim dimisit iussit. Fulg. lib. 6. c. 2.

ALEXANDER Magnus eueris Thebis, Timocleam Thebanam feminam, quæ præfectum Alexandri ob intentatam sibi stuprum in puteo lapidibus obruerat, ob fornicatē & libertatem dicēdi liberam abire iussit. Interrogata enim à rege, Quæ nam mulier esset: fororē se esse Theagenis eius, qui dimicasset acie pro libertate Græcorum cōtra Philippum, respondit. Plut. in Alexandro.

Theste, Dionysij maioris foror, requisita à Dionysio fratre, Cur consilia fugæ uiri id sibi non denunciafferis: in tepidē respondit: Ad eonē tibi uideor, Dionysij, improba fuisse uxor & ignaua, ut fugæ uiri præcia eum non esset comitata, atq; in societatem uenisset eiusdem fortunæ? Verūm haud præsciui. Nam equidem malim, me Polyxenī exulis uxorē, quā tuā tyranni fororem appellari. Hanc dicendū libertatem admiratō SYRACVSANI, reliquerūt: ei post euerfam tyrannidē dignationem & cultum regium: ac defunctam eius publico funere extulere. Plut. in Dione.

HERODES, Antipatri Iudæ præfeci F. cum multa insolēter ageret, accusatur apud Hircanum regem Iudæorum. Is eum ad dicendam causam uocat, accusantibus eum latronum, quos in dicta causa occiderat, matrib. Herodes armata manu ad iudicium uenit. Ibi omnibus metu silentibus, Sameus Phariseus, uir pius & iustus exurgēs, Herodem in primis reprehendit, qui armatus in iudicium uenisset, non tam rationibus, quā armis sese defensurus. Deinde uerō regē ipsum Hircanum & Iudæorum senatores, qui tantam licentiā Antipatro eiusq; filiis permisissent, & non obscurā ad regnū occupandum uiam dedissent. Prædixit item fore, ut ab hoc ipso reo, quem nunc absoluerat, miseris modis torqueretur. Id quod non multo post accidit. Herodes enim iudicij huius inuidia contra Hircanum arma mouit, & à Senatu Rom. rex appellatus, omnes eos, qui ei iudicio interfuerant, trucidauit: soli Semee propter libertatem dicendū pepercit. Iosephus lib. 74. c. 18.

CN. Pompeius, cum in Sicilia iussu Syllæ in ciuitatem quandā animaduersurus confedisset, rogatus à sene quodā, ut reos prius audiret, ne iuxta nocentes innociq; plederentur: eum Pompeius in quæstionē arripuit. Tum ille se ipsum ultrō esse defectionis auctorem fassus, quādo id flagitium ciuib. persuasisset suis. Ergo dignus à Pompeio iudicatur, qui ob eam fiduciam non sibi solum, sed uniueris etiam ciuitati ueniā impetraret. Sab. lib. 3. En. 5.

MITHRIDATES rex, Pomponium Rom. Luculli equitū magistrum, ad se saucium perductum, interrogabat: An gratiā sibi, si saluus esset, uellet reddere? Ille, si quidam Luculli amici fueris, perdignam: si hostis, nullam. Quo dato responso, regi suadebant Barbari, ut illū interficeret. At is: Non æquū est (inquit) uirtutem à felicitate destitutam despicere. Cælius lib. 29. c. 17. A. L.

Rufisciana, Symmachi Romani à Theoderico Gothorum rege interfecti filia, post regis interitum suis ciuibus auctor fuit, ut ad abolendam Barbari memoriā eius statūe tollerentur. Id medio. Cuius facinoris accusata apud TOTILAM eiusdem regis regem, non solum non inficiata est, sed tam constanter etiā confessā, ut nihil æquū illi profuerit ad salutem, ac constantia: quam miratus Barbarus, etsi causam improbare, tantam tamen indolem ueniā dignam censuit. Sab. lib. 2. c. 6.

Adolfus Comes Nassauensis antequam eligeretur in Rom. regem, uno confictu quinque excellētissimos DVCS Brabantie satrapas prostrauit. Captus ipse, & à Duce rogatus, Quis esset? Comes sum, inquit, Nassouiæ, rerum dominus non magnarum. At tu quis es? Sum, respondit, Dux Brabantie, quæ bello persequitur es assiduo, ac cui quinque duces strenuissimos occidisti. Tum Adolfus: Miror, inquit, quomodo tuem meum ualueris, quem in te acui, quemque præ omnibus occidere gestiebam. Dux Brabantie audiens liberam hominis uocem, liberum dimisit: muneribusq; honoratum, in familiaritatem suam accepit, promittens sese ei stipendiarium futurum. Cuspinianus.

DE HYMILITATI, SUPPLICATIONI, DATA PRÆMIA. PIETAS erga SUPPLICES sese ex-erit

DE AVXTILIANDO.

IO LAVS, filius Iphicli, ex sorore Herculis natus, in iuuentute Herculi militanti & pugnantī contra uaria monstra indiduos comes affuit: & post obitum etiam eiusdē liberos uiam quam deseruit. Cū enim Eurystheus rex Græciæ, qui ex insidiatu Iunonis Herculem uariis certaminibus obiecerat, sine, ut aliquando periret, liberos quoq; Hercules iam mortui persequeretur: cum iis Athenas profectus, atq; ibi ad arā confugiens, Atheniensibus supplicem factus est. Demophon filius Thesei, cum præco Copreus ab Eurystheo missus, per uiam ab ara supplices abstrahere, & interficiendos ad Eurystheum perducere uellet: Heraclidarum defensionem suscepit. Consulit uatibus responsum accepit: Tunc uictoriā penes se futuram, si puellam aliquam de familia nobili mada ret. Cū dantibus cunctis, Macaria filia Herculis, ut ciuitati deinde & fororibus & fratribus suis bene esset, mortē spontē sua obtulit. Athenienses igitur uictoria potiti sunt: capto à sene Iolaō, ipso Eurystheo: qui uiniis ad Alceam matrem Herculis iam sēnio & dolore confectam adducens est. Euidipides in Heraclidis.

Plataenses cum à Thebanis premerentur, primū Cleomeni Anaxandridæ, regi Spartano, se dederunt. Sed Spartans renuentibus, Atheniensium auxilium implorant. Quj causā Plataensium suscepta, Thebanos uicerunt. Hanc ob causam Plataenses quoque, ut qui ATHENIENSES iam essent, in pugna ad Marathonem soli ex omnibus Græcis Atheniensibus suppetias tulere. Et hinc factū, ut ab ea pugna, quoties Athenienses hostias in panegyriis, quæ quinto quoque anno fiunt, immolant, præco Atheniensis conceptis ut bis præceat bona Atheniensibus pariter & Plataensibus. Herodotus lib. 6.

Conspirantibus cum Thebanis uicinis contra Spartanos, Lacedæmonij, cum multis in Leuctica clade amisissent, non paucos etiam ex aliis pugnis desiderarent, quōd se uerterēt, non habebant. Quam obrem coacti sunt ad ATHENIENSIVM opem confugere: quibus triginta Tyrannos præteritis annis obtruserant, urbis mœnia ædificare prohibuerat: quorumq; urbem à fundo subuertere, & Atticam uastatione deperdere uoluerant. Nam necessitate atq; fortuna nihil est ualentius: quæ docuerūt Lacedæmonios, etiam infestissimis hostibus se supplices abire. Neq; uerō hæc eos spes frustrata est. Nam populus Atheniensis, cum esset maganimus iuxta & faciliis, Thebanorum uires non reformidauit, & Lacedæmonios de libertate periclitantibus, cum uniueris ciuibus suppetas tulere: duce electo Iphicrate. Miserunt postea legatos, ex omnibus Spartanis nobilissimos uiros, & de imperio transfugerunt, ut Athenienses maris, ipsi uerō terre dominatum possiderent. Post hæc in utraq; urbe commune imperium constituerunt. Diod. lib. 15.

Artabanus Parthorum rex, satraparum conspiratione regno pulsus, cum cognatis & familiaribus circiter mille numero, incidit in IZATEM Adiabenenorum regē in itinere. Ad quē propius accedēs, primū adorauit more patrio, deinde in hæc uerba erupit: Ne despicias me, rex, tuum supplicem, ac uocem contemnās opis indigum. Deiectus enim in priuā fortunam ad regiō fastigium, ad tuum auxilium confugit. Quam obrem ad instabilitatem humanæ felicitatis respiciens, uis quoq; rebus prospice, cum intelligas, quibus omnes sumus obnoxij casibus. Izatas autem audito eius nomine, uidēsq; affare

affare supplicem Artabanum, ab equo desiliit: & Bono, inquit, animo esto, rex, inuenisti amicū & sociū: aut enim te in Parthorum regnum restitutum, aut meum tibi cedam. Hæc loquutus, imposito in equum Artabanō, ipse cum comitibus pedibus, ut maior regi hūc honorem exhibens. Id Parthus rex tulit permolestē, quoad etiā Izatas in equū insiliit, & perducto in suam regiā, omnem honorem habuit. Scribit etiam ad Parthos, suadēs ut suum regem reciperent, fidem suam interponens, non fore eum iniuriarum memorem. Parthi uerō nō recusabant eū recipere, sed posse se negabant, quōd iam principatum dedissent alteri, nomine Cinnamo: periculum enim esse, ne Artabano reuocato, omnia flagrarent bellis ciuilibus. Cinnamus autem uoluntate procerum cognita, cum esset alumnus Artabani, scribit ei, ut accepta à se fide recueretur, recepturus amicum dignitatis fastigium. à quo ille persuasus rediit. Cinnamus autem obuiam profectus, adorato & regis appellatōnem salutato, diadema suo capiti detractū imposuit. Sic Artabanus Izatæ opera in regnū suū restitutus, affectū Izatæ maximis qui apud ipsos habentur honoribus. Nam & tiamam redam ei gestare permisit, & in aureo lecto cubare, quæ honoris insignia cōcessa sunt solis Parthorum regibus: donatus; ei regione magnam ac bonam, ademptam diuioni regum Armeniæ, cui nomen est Nisibus. Iosephus lib. 20. cap. 2. Antiqui.

NON TRADENDO. ARISTODICVS Cumæus Paçyam supplicem Persis tradere recusat. Herodotus.

Apud Sybaritas Telys quidam populi dux, cum in magna plebis esset gratia, potentissimum quenque calumniari apud populum cepit, donec tandem Sybaritis peruasit, ut quinque gentes ex ditissimis ciuibus urbe eijcerent, opibus eorum in publicum redactis. Hi Crotona perunt: ibique ad aras in foro erectas supplicum more confugiunt. Telys legatos ad CROTONIATA S mittit, ut exules dedant. At illi cum exules dare nollēt, bello ab illis petiti sunt, quōd ex cisa est Sybaris. Diodorus libro duodecimo.

Rebellauerat Thrasyfundus, dux Spoletanus, contra Luitprandum Longobardorum regem. Luitprandus coactō ingenitū exercitū, paucis diebus omnia Thrasyfundum ademit. Is cum iam in ultimū discrimen se deducum uidisset, fide à Gregorio pontifice ac Stephano patricio Romano accepta, fore ipsum apud eos incolentē: Galefi arcem, que iuxta Tiberim posita est, populo tradidit. Luitprandus Thrasyfundum dari sibi deprecatur. ROMANI obstat Thrasyfundum datam fidē aiebant. Indignatus igitur Luitprandus, uastato agro urbem obsedit, diripuitq; oppida quæ dā agri Romani, quæ ademerat: omnia tamen ferre Romani, quam datā uiolare fidē maluerunt. Tandē pace facta, Thrasyfundus in integrū restitutus est. Fulg. lib. 6. ca. 5. & Egnat. eodē.

Othauis Tegenus, Britannicæ tyrannus, à Trahero Constantini Imp. legatus uictus, ad FINCORMAM Scotorum regem ueteris hospitij iure cōsugerat. Traherus Finormaco hospitium tradere recusant bellū indixit. Pugnam magnis animis uiribusq; sedē in exercitu supra LX M. habebat. Cecidit ex Scotis XV, ex Romanis XVI M. Traherus in Gallia fugit. Othauis regnū occupauit. H. Boethius li. 6. Cū Guilhelmus Notus Normannus, cæso Heraldo, regnum Angliæ occupasset, Edgarus, Eduardi regis nepos, in Hungariam ad auum nauigans, cum matre & fororibus in Scotia electus est. MALCOLMVS Scotorū rex eos hospitaliter excepit, & Margaritam eius fororem in uxorē accepit. Guilhelmus interea amicos Edgarum omnes profcribit, & à Malcolm Edgarum ad se mitti petit. Malcolm uerō fidē hospitij & affini constanter seruante, bellū atrox exortum. Tandem pax facta his legibus, ut eam Northumbriæ partē, quæ campum petrofulm (Stainmoir uulgo nominant) & Tuendam interiacet, Cumbriamq; Malcolm haberet, & pro illis in uerba Anglorum regis iuraret. Crux uerō lapideā medio erigeretur campo Stainmoir, cum duorum à lateribus regum statuis: quarum altera sinem Angliæ ditionis, altera Scotiæ terminum significaret. Ea Recrois, hoc est regum crux appellata. H. Boethius lib. 12.

Borichus, Colomanni Vngariæ regis nothus, in LVDOVICI Gallorum regis, Hierosolymam cū exercitu per Vngariam petentis, castra clam ingressus, regni occupandi occasionem quærebatur. Id ubi Geysa II. Vngariæ rex intellexit, dedi sibi hominē postulat. Borichus se deprehensum sentiens, ad Ludouici pedes se abiecit, eiusq; fidē implorauit. Quam Ludouicus tā sanctē prestauit, ut Geysæ legatis, Borichi improbitatem exaggerantibus, responderit, Tabernaculum regium aram, pedes regio aylum miser esse. nec salua pietate quemquam inde abstrahi posse uel debere. Borichus tamen Geysæ potentiam ueritus, subtrahit Ludouici regis equo, au fugit. Eū hipparchus pari pernicitate subsequutus, & assequutus, in primo congressu statim ab eo in-

terfectus est. Bonfin. lib. 6. Dec. 2. & Aemilius. Despotæ Georgius Mysia à Turcis exactus, post Sigismundi Imp. & Vngariæ regis mortem, ob grauissimas Pannoniæ discordias, cū Lazaro filio ac fortunis omnibus Ragusium se receperat: ratus in libera se ciuitate, liberē uicturū. Multum secum auri gemmarumq; portarat, quando opulentissimo auriferog, per dno diu quietē potitus erat. Quinquies centena aureū millia in RA GVSINO RVM arario, quō tutius asseruarentur, recondidisse ferunt. Dum in hac tranquillitate uersatur, ecce ad senatum Amurathis literæ nuntantur, quibus Ragusinos hortatur, oratq; ut Georgij sibi tradant, eius opes fortunāsque retineant: nil præter hominē aliud exoptent: ut cum filiis & regno, patre quoq; potiantur. Pro beneficio perpetuum se cum Ragusinis ocium fœdusq; continuū inuiturū pollicetur. Recitatis in senatu literis, quō patres dicere sententias iuberentur, unico omnes consilio Barbari facinus abominantes, nullo auaricie scelere Ragusina Reipub. dignitatem inestandam esse censent, neq; spitiū fidem cuiquam uiolandā. Georgium extempd in senatum acciti iubent. Qui quū ocysū adfussit, auditis Amurathis insidijs, confestim expalluit. Quod quum senatores intellexissent, eum bono animo esse iubēt, omni principem suspicione liberant. Quum se aliquantisper ille collegisset, ne cuius cum profana gente belli author esset, propediem se abiturum esse recepit: dimissus à senatu, ad Vngaros, regnante Vladislao, cōfugit, quorum auxilijs amissum regnū recuperauit. Bonfinius lib. 5. Dec. 3.

Hippolytum & Alexandrum MEDICES, patria à Florentinis eiectos, Lucenses ex decreto publico amicissimē & laudissimē de more ciuitatis susceperunt, & Florentinis per publicas literas sibi eos dedi deprecantibus, integro fide illos conseruaturus responderunt. Iouius lib. 25. Hist.

NON LADENDO. Ducetius Siculorum dux, cum SYRACVSANOS uarijs cladibus affecisset, postea quam Thrasybuli tyrannidem excusserrant, ad extremum mutata fortuna à suis partim desertus, partim proditus, noctu in forū Syracusanum uenit, & aras amplexus, toti ciuitati supplex factus, se simul & regionem suam illorū fidei commisit. Quibusdam eum pro hoste habendū censentibus, religionis respectu ceteri manus ab eo abstinere iusserunt, neq; eius mœrita, sed Syracusiorum fidē sanctē seruandam. Ita; à populo uniuerso acclamatus est, supplicem saluum esse oportere. Ducetium igitur supplicio liberatum, Cornthum relegarunt, ut illic reliquum ætatis ageret, quæq; ad uitam necessaria requiri uidebantur, ei liberaliter suppeditarunt. Dio. d. lib. 11.

Cū Sanctus II. Castellonensis Nauarrensīq; rex, fratres suū Alphonsum, Legionis Lusitanicæq; regē cepisset, & inuitum monasticam religionem profiteri coegisset: clam prius fide accepta, ad ALMENOEM Arabem, Toletanum regem, Alphosus à monasterio profugit. Ab eo benignē exceptus, cum ceu filius haberetur, Magi quibusdam notis Almenoni ostenderunt, se deprehendere, hunc Alphonsum aliquando Maurorum imperij euerforem fore: & ob eam rem, ut eum interimeret, hortabantur. Assentiri illa sua dentibus Maurus nunquam uoluit: sed iustitiam modō ab Alphonso cepit, dum uiuere, uim Toletō nōn illatum. Cū haud multo post, defuncto Sanctio, ad Alphonsum ipsū, nō regnā modō, quæ antē habebat, occupatore mortuo, ueruerit, quæ fratris erat, hæreditario iure perueniret: Almenoni denuō suatum est, ut Alphonsum recineret: quia tantorum regnōrū Dominus, maximi auri pōdere redimi poterat. Sed Maurus in fide persistit, dimissumq; in Castellonensē regnū, committatū ingenti ac muneribus profectus est: quia norat, Alphonsum à suis clam de fratris morte monitum (est nō decerant qui contra sua derent) abire ipso inconsulto noluisse. Qui igitur quatuor ingētia regna secū considerauerit cum magnis thesauris ad Alphonsum puenisse, & præterea à natura insitū Mauris aduersus Hispanos odium (quæ duo, nō Maurum modō hostem, sed quemuis aliū ab officio deducere potuissent) Almenonem fidei maximum cultorē fuisse iudicabit: nec minus Alphonsum, quōd ob eandem causam nō modō clam profugere nō tentasset, sed datam fidē præsterit: atq; ut Almenonē aduersus Cordubensem regē iuuaret, Toletum se in eius potestate conuulserit. Sed nec cessit Almenon, cū Alphonū fidē securus, postea in eius castra profectus est. Fulgofus lib. 6. cap. 6. & Egnat. lib. 6. cap. 6.

Alfonfus Arethinus Ferrarientis dux, diuturno bello à Pontifice Julio II. auxilijs Venetorum instructo, uentus, à uictoria ad Rauennam anno 1572. XI. Aprilis insigni prudentia, æquo sibi tempore & aduersarijs perinquo pacem ab irato Pontifice petendam iudicauit, ratus eam honestis conditionibus, & dari, & accipi posse, quōd molliorē prioriorēq; ad id iulium se inuicturum speraret: uel ob id maxime, quōd supra amissi exercitus detrimentū, multo metu grauius, periculo circumuētus esse uideretur. Ita; per Fabricium Co-

lumnam, quae Pontificij exercitus ducem in pugna Rauennesi captiuu factu in libera custodia Ferrariæ habebat, solenter egit, ut non iniqua conditione sibi parceretur...

LIBERTATI RESTITVENDO. Post Perfarum stragem ad Plateas editam, transfugit ad Graecos mulier quaedam, quae erat pellex Pharanandis filij Thea-

ROMANITATEM ORATORES IN NAUI LONGA DELPHOS MISERE, qui ciuitem aureu loco decimæ de Veiorum præda collatae Apollini offerrent. Liparentium naues eos ad Acoli insulas uen-

POPVLARITATI DATA PRAEMIA.

GELON cum in Himerensi pugna deuicisset Carthaginenses, uniuersam Siciliam sub suum imperiu redegit. Post nudus in forum progressus, affirmavit se ciuib. imperium restitue-

DAMOPHILI & MEGACLIDIS APUD ENNENSES FILIAM, SERVI FEDITIONI, INTERFECTIS PRIUS PARENTIB. ob humanitate colam et tota familia seruarunt. Diod. Sic. lib. 34.

Romanis profecti erant ciuitatiu Grciae legati, ut iniurias querebantur, quas Philippus Macedonum rex infererat. Et cum in Senatu de ea re ageretur inter Philippi filiu Demetrium,

VRBANITATIS.

Cum principes Syriae & Phoeniciae urbium, Alexandriae conuenissent, uti auctiori uedigitalium interesset: patrum dies aetionis uenisset, licitabat nobiles suae quisq; patrie uedi-

IVSTITIAE PRAEMIA in genere.

Salphaadi Manasseæ in deserto mortui filiaru, propter parentis probitatem, in terræ sanctæ diuisione ratio habita fuit.

Principio rerum, GENTIVM nationumq; imperiu penes reges erat, quos ad fastigium huius maiestatis, non ambigua popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouide-

Apud SYNTIAS quottantis & adolescentes & uirgines publicè iudicantur: & qui optimis meritis fuerit, uirginem quam uoluerit, ducit: deinde post eum secundus, & sic deinceps.

At facies latro, propter iustitiam in partienda præda in regem PARTHORVM electus fuit Fulg. lib. 3. cap. 4.

ALITEMI Libyes celeritimum inter se, regem eligunt: exteliquis honorem deseruit iustissimo. Nicol. de Moribus gent. Stobæus serm. 42.

ALISTIDIS IUSTI FILIAS EX PRYTANO scribunt sponsas ab ATHENIENSIBVS elocatas, populum spoliata publicè fecisse, actria millia drachmarum dotis utriq; sciuisse.

TRAIANI IMP. iustitiam quanti fecerint ROM. inde patet, quod eius bonitas, inter felices acclamationes, quæ a senatu Romano successoribus habebat, commemorabatur: Traiani bonitate in alijs æquæ atque Augusti felicitate delecterant.

Fulg. lib. 8. cap. 16.

HERMANNVS Biling (sic enim lib. 8. Metropoles, c. 8. foret à iustitia dicitur) obscuro loco natus, sed procerco corpore, ingenio acri, morib. optimis, Othoni I. Caesari ob fidem

FIDEI PRAEMIA ERGA PATRIAM, REM PVB.

Plateenses, quicquid agri inter urbem suam & Athenas possidebant, Ceteri cõsecratu, Atheniensib. donarunt, ut ex oculi præscripto in sacris Eleusini campis contra Mardonium

M. Cornuto prætoris funus Hircij & Pansæ consulum iussu Senatus locante, QVI tunc libitum exercebant, tum rerum

CUM Q FABIVS MAXIMVS quinq; consulatibus salubriter Republicæ administratis decessisset, Pop. ROM. certatim es-

ALEXANDER Macedo Plateensium ciuitatem sua pecunia meubis cinxit, quod bello Persico agros Atheniensibus adiecisset, paratissimisq; ad mortem animis corpora sua

ALEXANDER Seuerus, ubi quem de Repub. benè meritum profecturus esset; ante illi gratias agebat & suo & Reipublicæ nomine, quod ita quidem Rempub. gessisset, ut bene de ea meritis iudicaretur.

AVGVSTVS Caesar proximum à dijs immortalibus honore memorie ducum præstitit, qui imperium populi Rom. ex merito maximum reddidisset. Itaq; & opera cuiusq; ma-

FRANCISCVS Sforcia, Eugenij IIII. pontificis copiarum dux, in insidijs, quas Sigismundo Malatesta Foroliuenses retenderant, incautus inciderat.

ACHAIV cum lium prodicione iam in potestatem Graecorum esset, uenit in insidias, quas Sigismundo Malatesta Foroliuenses retenderant, incautus inciderat.

ACHAIV cum lium prodicione iam in potestatem Graecorum esset, uenit in insidias, quas Sigismundo Malatesta Foroliuenses retenderant, incautus inciderat.

rum accepissent, miserati tamen captiuorum æumnas, per præconem edixerunt, ut singuli ex liberis civibus, quod uelent, unum aliquod secum aufererent. Aeneas igitur cum post deos penates patre etiam senio confectum sublatum in humeros exportasset, obstupescens hoc pio facto Græci, uniuersas etiam possessiones ei reliquerunt: cōstantes, eos qui tantam in deos & patrias pietatem exercebant, etiam natura inimicos, humaniter tamen & dignis modis tractandos esse. Aelianus lib.3. de Varia historia: & Sab. lib.3. cap.6. ex Dichty Cretenis.

Lex erat, ut qui ciuui Atheniensium Megara se ad exules conuulissent, quibus nullum eum ciuibus commercium esse placuerat, ijs capitalis esset. Eo Polyuctus Cythantides factus se profectum, ut Nicoclem, cui mater sua nupta esset, uiferet, consolaretur. quare à Senatu Aropagotico iudicatus erat. Sed POPVLVS Atheniensis æqui & boni, humaniorisq; iuris rationem habuit, eumq; absoluit, quæ iudicabat mife ratione ducti ac pietate potius Megara uenisse, quam dolo malo, cõsilijsq; alicuius eum exulibus aduersus Rempublicam capiendi causa. Aerodius ex Dinarcho cõtra Demosthenem.

L. Manlio Imperioso Difatori, ob acerbe habitum delectum belli Hernici causa, M. Pomponius Trib. plebis diem dixit. Eius filius T. Manlius, quem ob ingenij tarditatem pater rus ablegauerat, egeret ferens patrie etiã sua causa à Tribuno plebis uexari, cultro succinctus, omnib. incisijs sub lucem Romam abiit, & rectã Pomponij domũ petijt, nũciariq; per ianitorẽ tribuno iussit, T. Manliũ, Lucij F. ad ianuã stare, qui eius colloquium peteret. Admissus, secretum à Tribuno petijt: uelle enim se remotis arbitris cum eo agere. Omnib. abire iussis, incautum ille Tribunum stricto cultro inuadit, atq; iacenti incubans, Nisi, inquit, in ea uerba quæ uolueri iuraueris, te à patris accusatione deliturum, ego te hic Pomponi iacentem transigã. Ad ea pauidus Tribunus periculo adactus in Manlij iuuenis uerba iurauit: dimissiq; præsilit fidem, quã coactus dederat. ROMANI T. Manlium ob eam pietatem Tribunum eius anni creauit. Val. Max. lib.5. c.4. & Sab. lib.3. En. 4. & Cicerò lib.3. Officiorum.

Opius ciuis Rom. à Triumuiris proscriptus, cum nimio senio debilitatus esset, & filium haberet, qui domi manere poterat: maluit tamẽ filium cum uitæ suæ periculo patrem debilitatum morti domi paratæ eripere. Sublatum igitur in colum magno labore, ab urbe tulit, sub mendicij specie latentẽ, atq; cum eo in Siciliam peruenit, ubi Sex. Pompeius proscriptos omnes recipiebat. Tandem hac singulatim in parente caritate à populo ROM. patriæ restitutus, ædilis quoq; factus est. Fulg. lib.5. cap.4.

C. Quintio, M. Acilio Consulibus, ROM. cum mulier quædam supplicij causa carere includeret, filia eius puerpera humili & ignobilis aditũ impetrauerat, modò ne quid cibi attulisset. itaq; à ianitore diligenter excussa, nihilominus quòd dãnata diuicius uiueret, Magistratus admirari coepit & arguebatur commentariensis culpa atq; negligẽtia: donec filia tandem ipsa deprehensa est matrem suis uberibus alere. Hanc custos ad Quæstorem adducit, factum accusat. Verum tanto miraculo fuit hæc diuina pietas, qua puerpera facinus suum excusabat, ut pietati matris salus condonata, ambob; perpetuis alimentis donatæ sint: locus ipse deæ Pietati cõsecratus. Aerodius ex Plin. lib.7. cap.36. Sabel. lib.4. cap.6. Val. Max. lib.5. cap.4.

Capta à TOTILA Gothoru rege Roma, Rusticana, siue Iustiniana mulier nobilis, arrepta in iudicium est, quæ Theoderici Regis status frangi deleritq; fecisset, in patris Symmachi & Boetij coniugis ultione, qui Theoderici iussu fuerant intercepti. Factum ad eò notum omnibus erat, ut nulla posset excusatio negari. Cæterum mulieris pietas & amor in defunctos, plus ualuit apud clementem Totilam, quam Regia maiestas: estq; à Rege absoluta non minore benigntate, quam antea Amalafuentia regina, Theoderici filia, liberis Boetij & Symmachi patrimoniũ paternam seueritate adëptum restituerat. Procopius.

SO CRYS.

BO O ZVS Bethlehemitã, uir militaris & iocules, cum pietatem Ruthæ Moabitidis erga Noemim soctum intellexisset, eam in agro suo spicas legentem humanissimè tractauit, & postea quoq; in uxorem duxit. Ruth cap.2. & seq. Admetus rex fuit Theffalorum. eius armenta nouem annis pauisse fertur Apollo, quãdo ob interceptos à se Cyclopa, qui fulmina fecerant, quibus filius Phaethon erat necatus, Olympo depulsus, humana specie apud mortales in poenã exulare fuit coactus. Cum autẽ perhumaniter ab ipso Admeto, apud quem seruebat, tractaretur ad referendum tam benigno patrono & domino beneficium, à Parcis impetravit, ut si eius fatalis dies adesset, hæc lege mortem effugeret, si quis reperiretur, qui illius uice mortẽ oppetere uellet. Recusantibus autem eam conditionẽ omnibus amicis, parentib. etiã, quamuis essent decrepiti, uiciniq; morti & capula-

res: una Alcestis uxor morte sua uitam mariti redimere sustinuit. Cuius beneficij Admetus memor, perpetuos defunetq; uxoris fletus, iustus & miræ cõfecrauit. Nò multo post HERCVLES, qui tum circea domanda ubiq; terrarũ monstra occupabatur, ad Alcestidis sepulcrũ proficiscitur: & commissio ibi cum Morte prælio, tamẽ captam, & in suã potestatem redactã adiget, ut mortuam iam uitã restitueret. Quod ubi accidisset, eam quasi nouam quandã, & iuuentili forma indutam, ad Admetum adducit: rogatq; ut eã puelam, quæ in quodã certamine præmium uictoriae sibi obigisset, apud se custoditam seruet, donec redeat. Cum autem Admetus minimè decere pronunciarer, ut puella uenusta apud se tristitem uineret, & lugente demortuum coniugem, idq; officij seruandæ puellæ detreteret, cum tandem Alcestim esse agnouisset, lætus in dixit choros & festos dies suis ciuibus. Euripides in Alceftide.

Agricola Lentiscolenis in Neapolitano regno, cum iuxta mare agrum coleret, uxorq; ab eo aliquantisper disiuncta, à piratis Mauris capta esset: statim ut uxorem non apperere, irremig; piraticam haud longè anchoras icessit confepit, ad tritremem statim adnatauit. atq; eius gubernatore uocato, dixit: Se idcirco uenisse, quòd se qui uxorẽ statuerit. Quã rẽ cum Mauri nõ sine ingenti admiratione audiuisset: atq; eã postea per ordinẽ Tuncensis REGI narraisset, tanta hominis caritate rex motus, & uirum & uxorẽ liberos esse iussit, atq; inter regie custodia: milites uirũ adortauit. Fulg. lib.4. c.6. Craterem Thebanum Cynicum ab amorẽ uxoris Hipparchiæ OMNES honoribus affecterit. Lud. Viues de officio Mariti.

DOMINOS.

ATHENIENSES seruos, qui bello Aeginetico fideles se dominis suis prestiterant, publico sepulturæ honore affecterunt. Vide Tit. Sepulturæ locus uirtutis ergo concessus.

POP. Rom. iustitia causa motus à Triumuiris petijt, ut is feruus libertate donatus præmiũ acciperet, qui in spelunca, in qua eius latebat dominus, ipsius loco se cõstituit, ut ipso moreretur. Et mortuus esset, seruatò domino, nisi à cõsuetudine detecta non fuisset. Qui ob eã rẽ munus loco, quod ei iurairali decreto debebatur, cruci affixus fuit. Fulg. lib.6. ca.5.

OBIEDIENTIAE PRAEMIA.

CYRVS Persarum rex militem (qui cum hostem interfecisset, gladium eduxisset, & classico audito, iectus cohibuisset, hostemq; dimississet) laudasse dicitur, eo qd militarẽ legẽ plurius quam hostẽ fecisset. Alex. ab Ale. li. i. ca. 20. ex Pedia Xenoph.

CAROLVS rex Gallorum cõsueuerat à cibo pomum decoratum, & in partes cõsistum comedere. Assistentibus ergo tribus filijs, ingenij & obedientiæ illorum periculum facturus, maximo natu Gobando particulam pomi cultello porrigens: Accede, inquit, & de manu patris bolum fume. Ille uerò aulico more id recusare, seseq; indignũ cui rex ministraret dicere. Tũ Carolus medium similiter allocutus, cum is omnia paternæ pietati & prudentiæ sese debere fatecerit, & pomum aperto ore suscepere, pro eã obedientiã Regẽ Galliæ declarauit. Inde natu minimũ Lotharium fratris exemplo cautiorem factum, & uocatum accedẽtem, Regem Lotharingiæ fecit. Gobando aulicĩ pœnitens, parẽ reconciliatus accedit, & Quãdo ita uis, o pater, mihi quoq; pomi partem largire. Cui Carolus, Tibi uerò nec pomum nec regnũ supere, respõdit. Hinc pro uerbium apud Gallos ortum, Gobande, serò os aperuisti. Io. Paulus in Spudopædia hanc fabulã recitat, ut rẽ sit nulla, inuentione tamẽ aliqua.

TACITURNITATIS præmia.

Leæna meretricula, cum nullis tormentis adduci potuisset, ut cõsilia Harmodij & Aristogitonis tyrannicidarum detegeret: statutum apud ATHENIENSES æneã meruit, Iphicratis opus, lænam fecisset, cui ob taciturnitatẽ lingua adempta esset. Alex. ab Alex. lib.1. cap.30. ex Plin. lib.34. cap.8.

Pappyrus ob taciturnitatem corũ quæ in Senatu consultiabantur, puer etiamnum, prætexta à ROM. Senatu donatus est. Macrob. lib.1. Saturn. c.6. & Gellius lib.1. c.23.

CAIVS Cæsar libertinæ mulieri, quòd tormentorum nullo cruciatu adigi potuisset, ut patroni crimen proderet occingenta donauit. Suetonius.

VIGILANTIAE PRAEMIA.

LEO V. Constantinopolitanus Imp. uigilantiam & fidẽ suorũ custodiã exploraturus, per medias eorũ stationes noctu mutato habitu solus periripit. Ibi à primis custodiã deprensus, uiginti se liberauit aureis. At cum in tertã incidisset, pugnis flagrisq; cæsus carceri traditur. Posteaquam uerò custodiarum magnifico multis signis confirmasset se Imperatorem esse, duab. auri libris illum donatum iussit dicere custodibus, Quem noctu cepissent, carere effectũ fugisse. Manẽ Imperator uocatis custodiã, eos, qui pecunia corrupti erant, bonis multatos urbe expulit: qui uerò eum cæsum custodiã mancipaauerãt, dorsum eis ex flagris linidum ostendit, eosq; magnis muneribus locupletauit. Cuspini- anus ex Zonara.

ANTIOCVNVS rex, milites nonnullos intutis thoracatos & galeatos pila ludentes, gestiuit, acciuitq; eorum præfectos, ut eos laudaret. Quos ut accepit portare, illorũ præfecturas attribuit militibus. Plut. in Regum apoph.

ANIMADVERSIONIS IVSTAE præmia. Erga

IMPROBOS IN GENERE.

ARTAXERXES Rhaconem Persam, propter iustitiam in filio corrigendo, in iudicium numerum legit. Is enim Carto- mem minimũ natu filium, paternas moitiones & castigationes aspernante, ad iudices adductum, cõmemoratis or- dine eius scelere. obnixè postulauit ad iudicibus, ut ad mortem raperent. Aelianus.

M. Cato nis Censuram, quamuis renitente nobilitate, ROM. populus Mauritẽ comprobauit. Siquidem cum poneret ei statum in eã Salutis: non imperia incipiscit, nec triumphũ Catonis, sed quòd rempubl. Romanam ad prauos mores declinantem ac uergentem, bona disciplina sanisque institutis & præceptis censor correxisset. Et quidem antè derelictos eos, quos ea res delectabat: dicebatque non intelligere eos, quòd ob fluctuariorum & piciorum opera sibi placerent, cum imagines pulcherrimas suas in animis suis circumferrent: dices. Ad eos, qui mirabantur, cum status multo- mines obscuro haberent, ipsum non habere: Malo, inquit, quari, quare nulla mea statua extet, quam quare extet. Plut. in Catone.

TYRANNOS.

ROMANÆ mulieres Iunium Brutum, ob læsam Lucretiẽ pu- ditiam, Tarquiniorum infestatione insigniter uindicatã, annum integrum luxere. Sab. lib.7. c.1.

EBRIOS.

Apud INDOSSi qua mulier regem ebrium occiderit, munus habet, ut eum illius successore iungatur, succedat autem filij. Strabo lib.15.

CORPORIS BONIS PRAEMIA DATA, HONORIB; DELATI. VTPVTA

ROBORI

Ex Titulo, Athletarum, non pauca huc quadrabunt, illi Roboris, hoc Præmiũ iussit dari habetur ratio.

Iero boamus Ephratæus, Solomonis seruus, cum in diruendis munit Hierosolymorum robur suum ostendisset, à SOLOMONIS tributo Iosephorum contribulium suorum præpositus fuit. 3. Reg. 11.

INMEROE apud MEDOS & Aethiopes robustissimus in rege- nem eligebatur. Alex. lib.4. c.23.

Diobon, inquit Pausanias, taurum humeris gestabat: qua admi- ratione, statua quoq; apud ARGOS dignus est habitus. Cq- lus lib. u. c. 13. A. L.

Cum Alexander Callisthenem philosophum, quòd Persicã sal- uationis pompam indignanter ferret, truncatis membris, abscessisq; auribus, ac nato, labijsq;, cum canè in cauea indusum ad merum cæterorum circumferret: Lysimachus Ma- cedo miseratus præceptoris sui, nõ culpã sed libertatis pœ- nas pendentes, uenenum ei in remedium calamitatum, de- dit. Quod ad eò ægrè ALEXANDER tulit, ut eum obiici se- rocissimo leoni iuberet. Sed eum ad conspectum eius con- citus leo impetum fecisset, manum amiculo inuolutam Ly- simachus in os leonis iniicit, arreptaq; lingua feram exani- mauit. Quod eum nunciatum Regi esset, admiratio in satisfac- tionem cessit, cariorẽq; eum propter constantiam tantæ uirtutis habuit. Pausanias in Atticis.

CLAZOMENII Herodoto, qd primus ex ea ciuitate Olympi- corum ludorum uictor est declaratus, uictis in stadio pue- ris, statuam in Altu posuerunt. Pausanias lib.6.

CELERITATI

Consule Titulum, Cursorum.

ALITHEMI Libyces celerissimum inter se regem eligunt. Sto- beus fern. 42.

Ladas, mortales cingulos pedum celeritate est supergressus: un- de & apud ARGIVOS statua est ornatus in Venenis tẽplo, quam in 107. lego dicitur. Cælius lib. 11. c. 13. A. L.

Leleo I. Polonorum rege sine liberis defuncto, placuit in dicto ad certam diem maculo forum equorum cursu, qui primus ad metam peruenisset, eius dominus, ut princeps esset cun- ctis Poloniæ. Ibi cum Lelesus quidam iuuenis studium ua- lto consilio, fratris tãm in fabulo ferreis hexagonis, siue tÿ

PVDICITIAE INSIDIA- TORES.

Captis ab Alexandro Thebis, atque eius urbis præda exerci- tui concessa: quidam eius milites Thraces, Timocleã nobi- lis femine domum ingressi, bona omnia diripuerunt. Ipsi- rum autem militum præfectus, ea nocte mulierem, ad au- gendum maiore iniuria eius cladem, ut secum miferetur, coegit Arbitratu autem ea rẽ factã amicam, petijt, An cõ- ditum domi aurum haberet? Ad quam rem illa, tantã iniu- riaz minimè obliterata memoria, respondit: In sicco puteo auri uim magnam deposuisse. In eum auarus hostis dum di- ligerent intueretur, sine ullo arbitro, ne alius in lucri par- tem ueniret: Timoclea pedibus sublatum, in caput ad fun- dum putei deiecit, atque saxis illum obruit. Cum rem comi- tes rescuissent, ac Timocleam ad ALEXANDRYM Mag- num deduxissent: Alexander ut rem intellexit, non modò pro homicidio in mulierem non animaduertit: sed restitutus etiam bonis, unã cum liberis immunitate donauit. Fulgo- sius lib.6. c.1.

Lulius, C. Marij ex sorore nepos, quum Marius iterum consul esset, uim admouit militi cuidam adolescenti, nomine Tre- bonio: at is Lulium interfecit. Id factũ multis incusantibus, non inficitus est adolescent, se ducentem suum interfecisse: sed causam addidit, ac probauit. MARIVS itaq; quum iussisset adferri coronam, pro facinore in bello præclarè gesto dari solitam, Trebonio imposuit: graui exemplo monens cæte- ros, ne simili modo tentarent adolescentium pudicitiam: quando non solum absoluit, uerũ etiam coronauit eum, quã & imperatoris cognatum & ducentem suum ferro necasset. Plu- tarchus in Rom. apoph.

Barangus quidam (sic autem uocabantur satellites Imp. Mi- chaelis Paphlagonis) Thracensem MVLIÈREM de stupro appellauit, ac recusanti uim inferre aggressus est. Ea barba- rã, correpto uirj acinace, in cor ferit, ac statim necauit. Quã factum cum per uiciniam innotuisset, coiuere ceteri Baran- gi, & mulierem coronauerunt, omnibus etiam bonis eius, qui ipsam uoluerat uiolare, donatam: ipsum autem in sepultum abiecerunt, ut lex iubet eos, qui sibi mortem conscie- runt. Cedrenus.

lis cæcis, quibus currentium equorum pedes legerentur, im- pediuit, & ipse obliquo & minimè impedito tramite pri- mus ad metam peruenisset: POLONORVM rex quidem creatus est. Ad dolo comprehensò, protrahitur in medium, conuincitur, damnatur, discerpitur. Cramerus lib.2.

Id est in ostio formosus. De is, qui adamantur, uulgoq; gratiosi habentur. Sumtum à VETERYM consue- tudine, qui formosorum, aut amafiorum nomina, arbori- bus, folijs ac parietibus inscribantur, a Sæpe uis. Erasmus in Adagijs.

PULCRITVDINI, FORMAE.

Id est Titulum, Certamina forma.

Hestera Iudæa propter formã à rege ARTAXERXE in ma- trimonium ducta fuit. Hesteræ 2. cap. & Iosephus lib. unde- cimo, cap.6.

Pulcritudinem tanti fecere BARBARORVM pleriq;, uti ma- gnorum operum non alios capaciores putent, quam quos eximia specie donare amplius naturæ potentia inenarrabi- lis dignata sit. Aristot. lib.1. Polit. cap.5. Quin & formosiori occurrisset cuipiam, omen censebatur præstantissimum: at deformi, inauspiciatissimum. Nam & Imperator Adrianus ex Mauri occurru, ingruere sibi extrema concepit. Ad quod spectare uidetur Iuuenalis illud Satyricum, Et cui per me- diam nolis occurrere noctem. Cælius libro uigesimo quart- to, cap.9. A. L.

Viros pulcherrimos in reges accipiunt ÆTHIOPES, qui Im- mortales appellantur, ut affirmat Bion in rebus Aethiopi- cis. Athen. lib. 13. c.7.

IN CATHENA India regione pulcritudinem plurimũ excoli dicunt, ut equorum & canum. Et Onesicritus auctor est, apud eos regem pulcherrimum eligi. Puerum uerò post duos menses, quam natus fuerit, publicè iudicari, utrum legitimã formam habeat & uita dignam, necne. Eumq; cum ab eo iudicatus fuerit, qui rei præest, uel uiuere uel interimi. Tingi etiam mentum eius multis iuariisq; coloribus ornatus gra- tia. Et multos ex Indis id studiosius facere. regionem enim colores admirabiles & capillis & uestibus tingendis ferre. Homines cæteris in rebus frugales esse, circa ornatum autẽ curiosos. Strabo lib. 15.

Apud SOPITHAS Indos corporis pulcritudo præ omni- bus in magna erat æstimatione: atq; in ipsa statim infantia pue- rorũ dũcrimen faciebant, qui membra ac naturã ad bonum corpo-

corporis statum & robur idoneam habere uiderentur, eos educarent. Quibus corpora essent infirmiora, iis alendi curam impendere superuacaneam existimarent, ac morte inferrent. Pariter & in matrimoniis contrahendis, neq; dotis, neque magni apparatus, sed forma duntaxat & proceritas corporum ratio habebatur. Propterea earum ciuitatum indigentia, ceteris hominibus specie honesta longe praestant. Rex Sophites & insigni forma, & corporis magnitudine cubitis quatuor eminentiori spectabilis, Alexander Magni obuiam e regia sua progressus, se & totum regnum in eius potestate dedit, atq; illud a benigno uicore rursus obtulit. Diodorus lib. 17.

LYCVRGII lege sanctu erat apud Spartanos, ut infantes forma liberali publice liberaliter educarentur: mancus uero & deformis, in loca uasta & praecepta exponeretur. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 25. Admiratione dignus putatur Sparta uir pulcherrimus pulcherrimaq; mulier, cum Sparta mulieres ferat pulcherrimas. Quamobrem de Archidamo rege narrat, quod cum muliere formosa neglecta, diuitem & deformem duxisset, Ephori eum multarunt, quoniam pro regibus regulos eis gignere elegisset. Athen. lib. 13. c. 7.

DE FOECUNDITATE

Consule Tullium, Certaminum fecunditatis.

Apud PERSAS secundum bellicam fortitudinem praecipue digna censetur uiro, numerosa sobolis procreatio ex uxoribus, iustis & pellicibus: & qui plurimos ediderit liberos, ei rex quotannis munera mittit. Herod. lib. 1. & Strabo lib. 15.

REGES eorum si quando urbem adirent, singulis mulieribus ad sobolis inuitamenta singulos aureos dare consuere, praegnantibus etiam duplices. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 8.

Apud SPARTANOS lex erat, ut qui tres filios suppeditaret reipub. is ab excubiis liber esset: qui uero quinque, ab omnibus publicis immunitatem haberet. Aelianus libro 6. de Varia historia.

ROMVLII lege, mulieribus, quatuor liberorum matres forent, etiam uiro patre testari, & sine curatore de bonis disponere, negotiaq; alia gerere permittuntur: uiroq; decedente sine libris, omnium bonorum haeres uxor erat. Si uero cum liberis, aequalem bonorum partem cum liberis ferebat. Utq; non seuera & tristis, sed laeta atq; hilaris illorum pudicitia foret, uxoribus nec molere, nec coquere, aut alio serui li munere fungi permiserit: nuptiasq; pecuniarum & fortunarum uiri, sacrorumq; focias esse iussit. Romani. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 8.

ROMANI ueteres, Praeturas, Quaesturas, Consulatus, aliosq; honores in comitiis iis tantum dedere, qui matrimonij uinculo ligati, plurimorum filiorum parentes essent. Quare exemplis palam factum nouimus plures candidatos, cum ad comitia & campum descenderent fides adoptionibus, liberos sibi pessimo more emritos fuisse. In magistratibus obcundis plurimum liberorum pater pauciores liberos habenti aut sine uxorē degenti praeferebatur. Idem.

Apud TARTAROS, a uiro nulla pro uxorē habetur, donec pepererit, & tunc dotem a parentibus accipit. Stenlis pro uiri arbitrato retineri aut expelli potest. Bonfinius libro octauo Dec.

DE SEXVLI

Apud AEGYPTIOS uiri deorum omnium & dearum sacerdotēs sunt. Feminā nullā. Herod. lib. 2.

LYCII legibus utuntur partim Cretensium, partim Carū. Hoc unum praeter ceteros homines pro lege habent peculiare, quod a matribus nomina sibi ipsi induunt. Et si quis obiū percontetur, quānam sit, quāue familia ortus, a matribus auiisq; protinus genus suum repetit. Si qua ingenua seruo nupsit, liberi, qui ex his suscipiuntur, ingenui atq; nobiles existimantur. Sin autem uir, uel inter ciues primarius uxorē duxerit externam, aut pellicem suscepti ex his liberi reputantur minime ingenui. Herod. lib. 7.

LACEDAMONIIS mulieres adhibere publicis conciliis illasque frequenti curia in exequendis negotiis focias assumere, usus erat: apud quos seminarum arbitrio decemuntur multa. Idem apud GERMANOS, ut ubi plurimum negotij sit, seminarum consiliis regantur: quarum plerumq; uideas colunt. Alex. lib. 4. c. 11.

TROGLODYTIS tantu exempli fuere mulieres, ut in confinia bellorum, matronarum intercursum infestas acies dirimant, adeo ut ipsis intercedentibus, praeteri ducerent nefas. Quod etiam apud GERMANOS frequens fuit, ut illarum seminarum, quas plurimas in castris habebant, labentem saepe aciem restituant, aut infestissimos animos concilient. Idem.

CELTA & GALLI, non solum mulieres conciliis admittunt, sed quicquid est contentiois, seminarum iudicio decer-

nunt: ita ut intestina saepe odia illarum interuentu sedassentur. Idem. ROMVLVS multa constituit in honorem seminarum, ex quibus hec sunt: decedere illis uia, ab omni obsceno dicto praesente muliere abstinere, non conspici nudum, aut apud iudices rerum capitalium illas causam dicere, earum liberos gestare bullam ex figura & similitudine colli ornamentum, & praetextam. Plut. in Romulo.

In uis uocanti MATRONAM, eius corpus tagere, aut a magistratibus summoueri non permittitur, ut a tactu alienae manus iniuiolata maneant. Matronae in feniis uiros de uia decedere iustum est: quod & senatusconsulto cauebatur: neque doctale praedium, quod uic dotis causa exhibitum esset, uiro, in uita uxore, alienare (quod lege Julia uetatur) ne uxor indotata maneat. Expedi enim reipublicae dotatas esse uxores. Alex. lib. 4. c. 8.

DE AETATE

DE MINORI PVERITIA, ADOLESCENTIA.

Canuus Danorum rex, post mortem Edmundi Angliae regis, duobus illius filiis Eduardo & Eduino in tutelam acceptis, toto regno potius eis. Eos post, ut regnum sibi ac posteritati stabiliret, ad VALGARVM Suetiae praesidem misit cum literis, quibus illos praecipiebat interfici. Praeses nobilitate & innocentia pueros motus, eos clam ad Salomonem Hungariae regem ablegauit. H. Boethius lib. 12.

DE MAIORI, GRANDIORI, SENECTUTIS HONORE.

PHARISEI maiores natu uenerantur, nec audent eis respondere monetibus, aut obloqui. Iosephus libro 18. capite 2. Antiq.

Apud Homerum AGAMEMNON conuiuiū excepturus praestantissimos Graecorum, primum omnium inuitat Nestora, qui senio & prudentia reliquos omnes anteibat. Iliad. 8.

AEGYPTII cum solis Graecorum Lacedaemonis in hoc conueniunt, quod minores maioribus natu obuij de uia cedunt, aduenientibusq; affurgunt. Herod. lib. 2.

Apud TARTESIOS, minori contra maiorem testimonium dicere non fas est. Nicolaus de Moribus gentium. Stobaeus Sermone 42.

Apud ARABES fratres filios honore anteunt, quia maiore natu. Consequenti omnia habent comunia. Maximus tamen aetate in omni te praecedit ceteros.

Apud CHALCIDENSES lex erat, ne qui annos natus esset infra quinquaginta, uel magistratum gereret, uel legatione obiret. Heraclides in Politia.

ALBANII Caspji maris accola praecipue senectutem uenerantur, non parentum modo, sed etiam ceterorum. Strabo libro 11.

Adolescentes LACONES reuerentur de more non suos tantum genitores, atque his obsequantur: uerum omnes etiam aetate maiores obseruabant, quibus uia decedebant, ex sella assurgunt, praetereuntibus condecabant. Quo circa imperabat etiam quilibet, non quomodo aliis in ciuitatibus liberis, seruis & mancipiis suis tantum, uerum etiam uicini ut suis: quod eorum quam maxime curam agerent, ut fiorum communem. Plut. in istit. Laconicis. Xenophon in Rip. Laconum. & Iustinus lib. 3. & Gell. lib. 2. c. 14.

TELECVS interrogatus, Cur apud ipsos moris esset, ut iuniores maioribus natu assurgenti? Quod, inquit, habendo ei honore alienis, magis honorem patres. Plut. in Apoph.

Panathenaeis Attici senem ludificabant, accerentes cum tantum recepturi: quem, ubi accessit, receperunt. Ut praeteregressus omnes peruenit ad LACEDAMONIORVM theros, cuncti ex subsellii assurgentes dabant illi locu. Eo facto turba ducta ingenti assensu plausum dedit: Ibi quispian Spartiacis: Per Caestores, inquit, norunt Athenienfes, quid rectum sit, no faciunt tamen. Plut. in apophth. Laconicis, & Val. Max. lib. 4. c. 5.

Senex Olympiae ludos, qui edebantur, affectans spectare, sed illi desidebatur: cuq; se ad copula loca cotulisset, contumelia ac disteris iactatus fuit, excipiente cu nemo. Postquam ad LACEDAMONIOS uenit, eos surrexerunt oes pueri uirique: frequetes, qui loco ei cedebat. Ibi cu totus Graecoru res illud instituitu coprobaret, atq; in coeli laudib. effereit: senex moues tu canu mentu, cum tepora cana, lacrymansq; O mores prauos, inquit: qua scilicet cuncti Graeci recta, sed sola ea usurpant Lacedaemonij. Plut. in apoph. Laconicis.

LACON quidam sellis curulibus collocatos mortuos, pro more, uident: per iocum, Absit, inquit, hic ut confideat, unde assurgere nequeam seni. Plut. in Lycurgo.

AGIS Lacedaemoniorum rex auxilio missus Achaeis, conjunctus apud Corinthum Arato, deliberanti etiam tum de pugna & signis cum hostibus conferendis, praese tulit insigni alac-

alacritatem & audaciam, non uacordem uel stolidam. de clara uis uideri sibi praedio decernendu, neq; intra Pellenonnes portas ad tretim dem bellum: facturum tamen se: quod usum esset Arato. Quippe grandiore eum & praetore esse Achaeori: quibus non imperator, non dux, sed auxilio uenisset ut belli socius. Plutarchus in Agide.

Apud ROM. senectuti iuuentus ita cumulat & circumspertu honorem reddebat, tanquam maiores natu adolescentium communes patres essent. Quo circa iuuenes, Senatus die, utiq; alique ex Patribus Con. aut propinquum, aut paternu amicum ad curiam deducebant, affixiq; ualuis expectabant, donec redirent officio etiam fungerentur. Qua quidem uoluntaria statione, & corpora & animos ad publica officia sustinenda impigre roborabat: breuiq; processu morarum, claram in lucem uirtutum suarum uerecunda laboris meditatione ipsi doctores erant. Val. Max. lib. 2. cap. 1. & Blondus lib. 8. Romae triumph. In conuiuiis primus illis & honoratior discubitus in summa mensa dabatur: conuiuium quoque seniora a maioribus domum reduebantur: eumq; morem a Lacedaemonijs accepisse Romanos traditum est. Gellius lib. 3. cap. 25. Non Attic. Inuitati ad cenam diligenter quaerebat, quoniam ei conuiuium essent interuenturi, ne senioris aduentum discubitus praeruerent: sublati quae mensa, priores confulgere & abire patiebantur. E quibus appareret: cetera quoque tempore quam parco & quam modesto sermone his praesentibus soliti sint uti. Val. Max. lib. 2. cap. 1.

In augurum ROM. collegio illud praecipue seruatur, ut sicut quisq; aetate praecedat, ita maxime primatum teneat: qui ppe inter augures maiores natu etiam his, qui cum imperio sunt, praesent solent. Alex. lib. 5. cap. 19.

De ueterum ROM. moribus Ituenalis Satyra 13. sic scribit: Improbitas illo fuit admirabilis aeo: Credebant hoc grande nefas, & morte piandum, Si iuuenis uetulo non assuxerant, & si Barbato cuiquam; puer licet ipse uideret Plura domi farrā, & maiores glandis aceros. Tam uenerabile erat praecedere quatuor annis, Primaq; par aded facere lanugō senectae.

VAL. Poplicola L. Bruto in acie caso collegam subrogauit Lucretia patrem Lucretium: cui maiori conatu priorem locum concedens tradidit fauces. Inde haec praerogatiua huc usq; grandioribus aetate est conseruata. Quo intra paucos dies defuncto, comitiis iterum habitis successit est M. Hora-

FORTVITVS IVSTE TRIBVTA. VIDELICET

DE BONIS NEMPE

DE DIVITIIS.

CARTHAGINENSES, non optimos solum, sed & ditissimos censebant magistratibus ad mouendos: ueluti arbitrantur impossibile, eum qui egestate praeretur, recte finiretq; magistratus gerere, aut quietem optare. Caelius lib. 2. c. 24. A. L. ex lib. 3. Polit. Arist. Eaq; ratione Rempublicam illoru respectu quide uirtutis Aristocraticae, respectu opulentiae Oligarchicae fuisse constat: ita quide ut uirtuti prima daret, recte facere docti: secundas opulentiae, male faciendi propter lucrum occasionee praesentis.

DE DIGNITATE TVM

Principali Magistratu.

Eius erga Magistratum suum proprii: Officij erga Magistratum alienum. Illi Societatis politica uinculo obstringuntur: haec sola Magistratus ueruentia inuitatur.

Senatorie dignitati data.

Apud ROMANOS, si qui senatores LXV annum aetatis excessissent, eos cogi inuitos, aut contumaces pignore uel pecunia lecti, non debebat. Senatori enim sexagenario, ad eam aetatem in senatum non uenisse, nulli fraudi fuit. Semper tamen in senatum frequenter uenisse, & forte sententiam dixisse, boni senatoris est habitum. Alex. lib. 4. c. 11.

OCTAVIUS Augustus tanti senatoris fecit, ut singulos nominatim sedentes in curia salutaret: & discenderis, nullo se mouente, Vale diceret. TIBERIVS Caesar illis quandoq; assurgens, & de uia decedebat. Censum insuper senatoriu iuuuit, & honestam pauperatam innocentiū subleuauit: prodigos tamen & egentissimos uel senatum mouit, aut loco cedere coegit. Alex. lib. 4. c. 11.

CLAUDIUS Imp. tanti senatoris fecit, ut de maiore negotio acturus in senatu, medius inter consulum sellas tribunicio subsellio sederet. VESPA SIANVS, non oportere maledici senatori, remaledici autem ius esse, respondit. Suetonius.

ALEXANDER Seuerus Imperator nullum in senatum admittit, neque laticlauum admittit, aut pena affici passus fuit, nisi de consilio senatoris.

tus, atque hic reliquum anni collega Poplicolae fuit. Plutarchus in Valerio.

CN. Pompeius X. IV. annorum, cum a L. Sylla mitteretur in Galliam, quam obtinens Metellus nihil uidebatur dignum uiribus iis, quae ibi erant, efficere: Non recte neq; ordine, dixit. maioru natu & dignitate praecellentem extorqueri abs se prouinciam. Sin peteret & uellet Metellus, ut auxiliu & opem ei ferret, paratum se esse. Approbante id Metello, & per litteras, ut ueniret, contedente, irruptionem in Galliam fecit. Vbi cum ipse per se edidit facta mirifica, tum bellicum Metelli uigorem ardoremq; a senio marcescentem denud exciitavit & inflammauit: quomodo fufum & candens aes, si creto & gelido circumfufum sit, magis quam ignis dicitur id dissoluere & colliquefacere. Plutarchus in Pompeio.

Si quis VENETIAS adeat, facile animaduertet, in aliis ciuitatibus legibus praecipu, genus hoc honorandae senectutis fuisse: hic uero ab ipsius urbis natalibus morem hunc natum, adultumq; cum ea in hunc usq; diem, per mille & amplius annos perseverare: quandoquidem summi magistratus non nisi senibus demandantur. Dignum memoratu, loanni Molino centum & quinque annos nato, non alia ob causam Consiliariū dignitatem demandata maioribus comitiis fuisse, quam ut uniuersae ciuitatis iudicio testatum perpetuū foret, quantum honoris huic aetati impenfum esse uellet. In ceteris atq; conuiuiis, priuatum publicaq; suis senibus semper est locus: in ingressu similiter priuato, in publico confesio, in ludis spectandis. Egnatius lib. 2. cap. 1.

Apud SEPTENTRIONALES populos summi senibus honores & publice in uis a iuuetute, & priuatum domi a filiis exhibetur. Olaus lib. 4. c. 16. Praeclare certe consuluit mater Gambarucha filius, ante exitu Longobardoru a Septentrione (uti Saxo lib. 8. meminit) ut seruata erga parentes ac liberos pietate, patria excessuri forte deligeretur: quae si senes in uidos obtulisset, robustiores se eorū loco exilio offerrent: eiusq; pondus pro debilib. perferendu sua sponte susciperet.

BRASILENSES bella non per senibus, sed pro dignitate suscipiunt, quoties opinantur, se fuisse a uicinis, aut ab aliqua longinqua natione contentos. Tum uero homines senes, qui magnu in rebus bellicis nomen, cum essent iuuenes, habuerunt, in consilium adhibent. Ante deliberationem, quantum quisq; uult, tantu portiois exhaurit. Quiddam senes de bello aut pace decernunt, sine ulla recusatione pro uiribus exequantur. Orosius lib. 2. rerum Em.

IDEM, ut dignitas conspedit fieret, argentatis rhexis carrucisq; senatori uti permittit: utque sanctior reuerentioq; ordo putaretur, ex senatoribus illos, qui principali dignitate insignes forent, in ordine patritiatus, quae maior amplioq; dignitas habetur, multos adsciuat & prouexit. Alexander libro 4. cap. 11.

IDEM, ut senatores ingrauescente aetate frigidis causa penulis uti possent, priuilegio indulget. Ibid.

NERVA Imp. iurauit, se nunquam senatorem, nisi ex consulti senatus, puniturum. Ibidem.

Iustu Senatus occisi sunt uiri consulares, Nigrinus, Palma, Celsus, Lusius, quod indidias Adriano Imperatori sacrificanti parauerant: uel, ut Dion scribit, uenanti. ADRIANVS Romani ueniens se se excusauit, iurauitque, nunquam senatoris nifi ex Senatus sententia puniturum. Colaphum libertate suo infligi iussit, cum ipsum inter duos senatores ambulante conspexisset, cum hac additione: Ne tam impudenter inter eos ambularet medius, quorum adhuc seruus esse posset. Optimos quoque de Senatu in contubernium suum asciiuit. Senatu legitimum, cum in urbe uel extra urbem esset, semper interfuit: fastigium Senatus extulit quantum potuit. Cuspinianus.

Legatorum.

ERAT VETERIBVS ius legatorum sanctum & inuiolabile, cum hominum praedio munitum, tum diuino iure defensum, quod etiam inter bella & hostium tela incolume seruabatur. Alexander ab Alexandro libro quinto, capite tertio.

CHORVS apud Eurip. Heraclides Demophontem, mala mitantem Copreo praconi, sic alloquitur:

Μη σπεις, θεῶν κρηνην, τοῦ μύθοιο θείου. Ne per deos praecocem ausu uerberare. At ille respondet:

Ἄ μὴ τὸ κρηνὴν τερπεινὴν κρηνηντα. Nisi praeco recte agere discat.

L. Valerius, A. Manlius, & L. Sergius aureum craterē Delphos deferbant e praeda Veientana a Camillo uotum. Hi a Liparensium piratis, circa Siculum fretu intercepti, Liparas perducti sunt. Gerebat tum TIMASTHEVS summum in ea insula magistratum. Is quum aurum (erat enim octo talentis

rum crater) uelut publico latrocinio quaesitum, ex quo Li-
parensibus de more diuidi oporteret, uir Romanis quam
fuis similior, multo religionis metu multitudini prius inie-

NOBILITATI GENERIS.
Cum Alexander Amyntae Macedonum regis F. certandi gra-
tia ad Olympia descendisset, ab AGONOTHEtis prohibe-

PRIMOGENITURAE.
ARTABAZANES natu maximus filiorum Darij, in regno se-
succedere aequum putat. Vide Tit. Consiliarii priuati.

LA CED AEMONIOS primigenius regnum debebatur
per successione. Vnde cum Aristodemi uxor Aegine gemel-
los peperisset, nec sciri posset, uter eorum primus exiisset,

ANAXANDRIDES Leontis filius, unus ex omnibus Lacedaem-
oniis uxores duas eodem tempore habuit. Vnde illi soboles
duplex. Nam cum priorem, probam illam quidem, sed ste-

MATRIMONIO.
Consulte Tit. Scortatio in se punita. Illic exempla infamiae
in spuris redundantis ob parentum impudicitiam reperies. Item
Tit. Praemia secunditatu. quatenus haec matri-

LYCVRGVS gymnasia uirginum instituit, non tantum sani-
tatis causa, sed & nuptiarum: pompas dico uirginu, uelut
detractioem, certamina quae inspiciantibus adolescenti-

Generosus & recte educatus populus ATHENIENSIS, bel-
lum cum Philippo Macedoniae rege gerens, deprehensas il-
lius ad Olympiadem uxorem literas resignare & legere non

Apud ROM. senectuti summus semper habitus fuit honos.
Sed postquam soboles ciuitati necessaria uisa est, & ad pro-
blem populi frequentandam praemissis atque inuitamentis usus

FLAMEN Dialis apud Rom. si uxorem amisset, Flaminio
decedere cogebatur. Gell. lib. 10. cap. 15.
MEMORIA CIVIVM, PARENTVM,
Con sanguinorum clarorum.
In uia quae Olympiam ducit cis Alpheum, Scillunte uenienti,

rint, uel quae omnino Alpheum transierint, quibus est
interdictum diebus: non tamen deprehensam esse ul-
lam perhibent, praeter unam Callipateram, quam alij Phe-

Victis Peris, Crotoniatis in Italia praedam imperituit ALEXAN-
DER Magnus, ad Phaylii athletae honoratum studium ut-
tuteq, qui bellis Medicis, cum Itali caeteri res Graecorum habe-

ALEXANDER Magnus Lampfacenis ob Anaximenem phi-
losophum, Stagiritarum urbem in gratiam Aristotelis praec-
ptoris restaurauit. Plut.

AVGVSTVS Caesar Alexandrinis pepercit ob Arium phi-
losophum.

CAESAR, uisito Pompeio, cum Asiam attigisset, Gnidii Theo-
pompi gratia eius, qui fabulas contraxit, uacationem mu-
netum dedit. Plut. in Caesar.

MANTONINVS Imp. Pallantienfes Arcadas libertate dona-
uit, propterea quod Euander ex eo loco profectus, colonia
in Italiam deducta, urbis Romae fundamenta iecisset. Vide

30. MALIS. Huc spectat PIETAS
& OFFICIUM
erga

PAPPERES.
Huc Profana Eleemosyna exempli. Religiosa, ad Iusti-
tiam religiosam pertinet.

LVCHINVS Vivaldus Genueusis, iuuenis opulentus, Genue-
sem matronam frustra deperibat. Ea cum non haberet unde
sibi filiusq, alimenta pararet, misit, qui Luchinum ad collo-

PEREGRINOS.
Ne peregrini aut pupilli iudicium corrumpan, Dominus IS-
RAELITIS praecipit sed recordarentur, se quoq, in Aegy-
pto peregrinos fuisse, atq, inde ad Ioua uindicatos. Deut. 24.

EXVLES.
ACHIS Gethaeorum rex Palistinus, Dauidem exulem cum 600
comitibus suscepit, eiq, ciuitatem in habitandam dedi-
dit, quae postmodum ciuitas Dauidis appellata est. Eum quin-
tiam in expeditione contra Iudaeos comitem habuit cum

HERACLIDAS, Hercules filius, ob regis Mycenarum Eurysthei-
odum rota exulantes Graecia, ad Misericordiae aram consu-
gientes, soli ATHENIENSIS suscipere, & armis etia con-
tra infensissimum hostem defendere, Tricrintho urbe illis

Themistocles Lacedaemoniorum accusatione & insidias me-
ruens, Argis profugit ad ADMETVM Molossorum regem,
& ad aras Vestae confidens, supplicem se praebuit. Rex illum

stem Graecia: nisi dederet recufaret, bellum ab uniuersa Grae-
cia expectaret. Rex hinc minis perterritus, illinc misericor-
dia & religione supplicis tactus, ignominiamq, proditionis

Themistocles interea linguam. Perficam didicit: a sermone
Persico sese de obiectis criminibus purgans, pro infante ha-
bitus poena liberatur. Rex uiri salutem gratiam habens, pre-
datis eum donis ornatum uxorem ei tradit ex moribus ge-
nere honesto ortam, formaque praestantem, tum forsibus

LA CED AEMONII Minyas, Argonautarum progenie, quod
Atheniensium feminas ex Braurone praedati essent, & Pelas-
gicis cedeo, ciuitate donarunt. Valerius Maximus lib. 4. c. 6.
& Herodotus.

Lacedaemonij captis per Lyfandrum Athenis, murisque diru-
tis, ad XXX tyrannos uiribus & terrore armandos, decreue-
rant, exules Atheniensium undiq, ducenti ius esse: pro ho-

Apud Sybaritas Telys quida populi dux, cum in magna plebis
esset gratia, auctoritateq, praestaret, potentissimū quencq, ca-
lumniam apud populum cepit, donec tandem Sybaritis per-
suasit, ut quingentos ex diuissimis ciuibus eiceret urbe, for-
tunasq, & opes eorum in publicū redigerent. Exules Cro-

tona petunt: ibique ad aras in foro erectas supplicum more
confugiunt. Telys legatos ad CROTONIATA S mittit, ut
exules dedant. Dubiis animi Crotoniatis, nū dedit Sybaritis
exules praestaret, an bellū contra potentiores suscipere: Py-


Rex Aegypti Ptolemæus ex certa offensione & diffensione cū
ciuibus suis Alexandria relicta Romam nauigauit, ut Pom-
peius & Caesar se cum exercitu reducerent. Cuius autem
conuenire CATONEM, misit ad eum, sperans illum ad se

Bellis ciuilibus, Cinnæ & Marij crudelitate cum M. Crassus pa-
trem & fratrem interfectos audiret: tres amicos & seruos de-
cem secum trahens profugit incredibili celeritate in Hispa-
niam: quod pridem illic in parentis praetura fuisset, amicos

LA CED AEMONII Minyas, Argonautarum progenie, quod
Atheniensium feminas ex Braurone praedati essent, & Pelas-
gicis cedeo, ciuitate donarunt. Valerius Maximus lib. 4. c. 6.
& Herodotus.


Lacedaemonij captis per Lyfandrum Athenis, murisque diru-
tis, ad XXX tyrannos uiribus & terrore armandos, decreue-
rant, exules Atheniensium undiq, ducenti ius esse: pro ho-

Apud Sybaritas Telys quida populi dux, cum in magna plebis
esset gratia, auctoritateq, praestaret, potentissimū quencq, ca-
lumniam apud populum cepit, donec tandem Sybaritis per-
suasit, ut quingentos ex diuissimis ciuibus eiceret urbe, for-
tunasq, & opes eorum in publicū redigerent. Exules Cro-








LIBRI QVINTI
TITVLORVM
DISPOSITIO.



I. Huc



Ccc a II. INVS





Voluminis Decimioctauī

Liber V.

DE IVSTITIA Correctiua.

ΔΙΟΡΘΩΤΙΚΗ uersatur circa eadem, circa quæ & *διανεμητινῆ*, diuerso tamen respectu: quoniam hīc Inæqualitatis corrigendæ ratio habetur, illic uerò Fidei seruandæ, cuiq; pro dignitate id quod suum est tribuendo. Aequale medium est: Inæquale utrinq; ad latera abscedit, per magis & minus. Et quoniam hīc personæ plures sunt inter se contrahentes, ad minimum duæ, si æquales inæqualia obtineant, uel inæquales æqualia, iustitiam peruertunt. Itaq; in una eademq; actione, respectu eius qui plus habet, iniustitia Actiua in excessu æqualitatis dici poterit: at respectu eius qui minus habet, iniustitia Passiua erit in defectu æqualitatis. Hæc causa est, cur Iniustitia unica Iustitiæ opponatur, cū cæteris uirtutib. duo semper uitia opponi consueuerint. Hanc inæqualitatem corrigere, *διορθωτικῆς* munus est. Corriget autem, si ἢ *αἰσῶν*, quod diuersarum personarum respectu & *πλέον*, & *ἐλάττω* est, ad *μέσον* atque *ἴσον* reducat, in contractibus tum uoluntariis, in quibus uterq;, & agens & patiens, consentit (uerbi gratia, in emtione & uenditione, in opera locata, & consimilibus) tum non uoluntariis, in quibus patiens non consentit. In uoluntariis quidem ille qui emit, accipit ab alio rem emtam: qui uendit, dat alteri rem emtam: hīc iam inæqualitas adest, *πλέον* habet emēs, *ἐλάττω* habet uendens. Tollenda est igitur per rem æquiualentem, nimirum per pecuniam (quæ ueluti mensura est omnium rerum ipsa æstimatione) aut certè per commutationem. Emens itaque uendenti premium repēdit, & sic id quod inæquale erat corrigitur. Voluntarius erat contractus, & propterea correctio quoq; est uoluntaria. Nam si qua oriatur fraus dolusue malus in hac conuentione, non amplius erit uoluntarius cōtractus, sed inuoluntarius: & propterea non correctione commutatiua, sed per pœnam aut multam æqualitas erit restituenda. Iam uerò inuoluntarij contractus, quia altero uolente, altero nolente contrahuntur (generali enim uocabulo Arist. conuentiones istas siue actiones quotidianas in mutua hominum cōuersatione *συναλλαγματα* uocat, quam uis Latini uocabulo Contractus in solis uoluntariis utatur) idcirco etiam correctionem non uoluntariam habent: quia alter uult corrigi, alter non uult. Nam sicuti iniuste agens in agendo uolens, in correctione iusta nolens euadit: sic iniuste patiens, in patiendō nolens erat, at in correctione iusta uolēs efficitur. Res autem, per quas inæqualitas ista è medio tollitur, Aristoteles generali nomine *ζημίαν* & *κέρδος* uocat, Lucrum & Damnum, metaphora ducta à uoluntariis contractibus, in quibus pecuniaria æstimatione lucrum

lucrum uel damnum facere dicuntur. Hæc duo ita inter se sunt contraria, ut etiam contrahentium uoluntates. Qui iniuria uolens afficit, *πλέον* acquirit, & propterea *κέρδος* habere uidetur, modò pecuniarium, ut si quis iniusto scœnore alium opprimit, aut æs alienum dolosè suppressit: modò quoduis aliud, uerbi gratia honorem, uitā, & similia. Adulter pudicitiam eripit, homicida uitam, & sic de cæteris. Quapropter lucrum istud interdum est corporeum, ut pecunia, ut quæuis alia res quæ ui alicui aufertur, liberi, iumenta, serui: interdum est incorporeum, ut honor, existimatio, pudor, & consimilia. Iam uerò is, qui iniuria nolens afficitur, *ἐλάττω* acquirit, & propterea *ζημίαν* pati uidetur: hoc est, damnum uel in corporeis, uel in incorporeis. Correctio igitur in eo iam consistet, ut ἢ *πλέον* ἢ *ἐλάττω* unius cuiusque reducatur ad æqualitatem: uidelicet ut is qui iniustum *κέρδος* agendo iniuste obtinuit, iustam *ζημίαν* patiendō luat, quæ pœna & multa propriè dicitur: & uicissim is, qui iniustam *ζημίαν* siue damnum passus est, iustum *κέρδος* per restitutionem adipiscatur. Ex quibus patet, lucrum & damnum non tantum in pecunia & opibus, sed in omnibus externis bonis consistere: quamuis usu loquendi ad opes propriè transferantur. Proinde Correctio in non uoluntariis modò per easdem res numero uel specie fit, per quas iniusta actio (uerbi gratia, per restitutionē eius quod ablatum est furto, sacrilegio, scœnore, rapina) modò per res specie diuersas, & numero, æquiuales tamen: ut quando pro pudicitia uiolata reponitur pecunia, aut homicidium exilio multatur. Et hæc ratio est contractus non uoluntarios corrigendi, in quibus patiens iniusta non consentit. Non consentit autem, quia nemo uolens iniuria afficitur. Patitur autem uel dolo circumuentus ab alio, ut furto, peculatu, falso testimonio, infidiis, adulterio, clandestina cæde (quod ab Arist. *συνάλλαγμα ἀκρίστον λαθροῦ* dicitur) uel per uim coactus à potentiore: cuius generis sunt tormēta, carceres, exilia, mortes, atq; cædes apertæ: in quibus omnibus agens scit, & uolens facit: patiens scit quidem, sed nolens pati cogitur propter inopiam defensionis. Itaque *συνάλλαγμα ἀκρίστον μη λαθροῦ, βίαιον* tamen, appellatur. Licet ergo ratione patientis non uoluntarius contractus duplex sit apud Arist.

par est tamen correctionis ratio.



CORRECTIO IVSTA RESPECTV PERSONARVM, ERGA QVAS EXERCETVR. ERGA

DE PHILOSOPHOS.
Ex Tit. Philosophorum odium, contentus, hæc quedam.
 profecutus esset, fame ab iisdem fuit necatus.
CHŒRILVS poeta propter ignorantiam ab Alexandro Magno inedia necatus dicitur.
LSYLLA poetæ indocto interdixit, ne quid amplius scribat: Cicero pro Archia.
DE RHETORES.
Consule Tit. Rhetorices contentus.
INCONSIDERANTIAM.
 Phrynichus poeta post Mileti oppidi expugnationē Atheniensibus, hinc sumto argumento, fabulam exhibuit. Cū scilicet uisset populus mirum in modum facti recordatione, dies dicta est Phrynicho poetæ. Huic **IVDICES**, quod insolenter præteritas miseras ac calamitates scenicis fabulis annu merasset, lucrumq; publicum in animos audientium memoriamq; reuocasset tum, cū etiam hilarioribus rebus potius occupandi essent: frustra scenæ libertatem & antiquam licentiam proponenti, nihilq; à se dolo malo factum: licet nihilominus mille drachmis æstimarunt: censuramq; ne eam unquam denuò populo daretur spectanda fabula: P. Acro-
DE OBSERVITATEM.
 Si quis perplexum aliquid in canticis adhiberet, *δυσκολοκάμητις* *πέπλος*, cuiusmodi sunt Phrynidis intricatæ ambages, multis uerbis afficiebatur, ut qui Musas aboleret. Suidas.
DE IGNORANTIAM.
 ARISTO poeta, quò Atheniensium laudes inepto carmine

dus ex Herodoto lib. 6. & ex Plutarcho in Politicis, & Amiano Marcellino, lib. 28.

DE MEDICIS

Manes haereticus (qui diuinam solam in Christo naturam ponebat) à REGE Perfarum cute direpta necatus est, quod eius filium morbo laborantem interfecisset, quem tamen sanatum se promiserat. Vide Tit. Haereticorum.

Austrigildis regi GVNTRANNO nupta, dysenteriae morbo, qui per uniuersam Galliam populariter grassabatur, correpta, apud maritum conuicta est, quasi medicorum negligentia morbus inualuisset. Iussu igitur regis grauibus affecti supplicis medici fuerunt. Quibus tamen regina sua quoque morte parentauit. Aimo inus lib. 3. de gestis Francor. cap. 33.

DE VATES, PROPTER

IGNORANTIAM. NABVCODONOSOR Babiloniorum rex omnes ariolos & Chaldaeos interfecit iussu, eo quod somnium, quod ipsi exciderat, in memoriam ei reuocare non possent. Daniel autem iudaeus spado cum sociis precibus ad Deum conuersus, somnij reuelationem obtinuit, & regi enarrauit. Qua re non se tantum & socios, uerum etiam omnes reliquos sapientes & Chaldaeos à morte seruauit. Danielis 2.

Apud INDO S si quem praesagia ter frustrentur, silentij perpetua multa irrogatur. Caesius lib. 18. cap. 31. A. L.

IMPROBITATEM. Vates quoscuque, qui uera praedicerent, & tamē ad deorum alienorum cultum hortarentur, Dominus morte plecti ISRAELITIS iussit. Deuteron. 19.

MASILIENSIS, uates sacrificulos, qui quaestus causa sacra circumferebant, suis oppidis exegere, ne religionis praetextu otium sectarentur & luxum. Alex. lib. 3. cap. 13.

Spartani cum Delphos profecti essent, consulenti oraculum, an esset Demaratus Aristonis filius, necne: Cleomenes subornauit Cobonem Aristophanti F. maxima apud Delphos auctoritate, ut persuaderet Perialla, mulierum uaticinantium antilitem, dicere ea quae Cleomenes uolebat dici. Ita Pythia sciscitantibus iis, qui ad oraculum erant missi, negauit Aristonis filium esse Demaratum. Quae tamē res sequenti tempore palam facta est, & Cobonē DELPHIS profugit, & Perialla honore abdicata est. Herod. lib. 6.

Bello Samnitico cum iam conuersurae essent utriusque acies, ad L. PAPYRIUM Curforem consulem deferretur, ortam esse inter pullarios de auspiciis contentionem. Ipsi, inquit, iurat, si quid fraudis inest: mihi solistimum tripodum nunciatum est. Haec ille, atque una madauit pullarios in prima aede constituit. Mirum hic accidisse aiunt, ut priusquam pugna orta sit, pullarius ante aciem stans telo faucibus conciderit. Id ubi consuli renuntiatum est: Di, inquit, in praesidio sunt. Iuit mendacij poenam noxiu caput. Cui haec dicenti coruus, uel malus daemone potius, superne occinuit. Quo leuē augurio consul, signa canere, clamoremque tolli iussit. Collatis signis non sine multo labore & sanguine, cum sepe P. Decius collega deuouisset, uictor euasit. Sabel. lib. 7. Ennead. 4. ex Liuij lib. 10. Dec. 1. & Val. Max. lib. 7.

ROMANI, Lucio Posthumio consule, Alcium & Philiscum Epicureos extra ciuitatem eiecerunt, propter uoluptates, quas introducebant. Eodem pacto MENNII etiam suffragijs deiecerunt, ut Epicurici extra ciuitatem eiecerentur. Athenaeus lib. 12. cap. 24.

Cum statua Horatij Coclitis, Romae in Comitio posita, fulmine de caelo tacta esset, & ob id piculis luendum ARVSVI CES ex Hetruria acciti essent: hostili in populum Rom. animo instituerunt eam rem contrariis regionibus procurare: suaferuntque illam statuam in inferiorem locum perperam transponi, quae sol oppositu circumdique aliarum aedium nunquam illustraret. Quod cum ita fieri persuasissent, delatari ad populum, proditiique sunt: cumque de perfidia confessi essent, omnes sunt interfecit. Gellius lib. 4. cap. 5.

VALENS Imperator Arianus cum ex magicis uanitatibus intellexisset, post se regnaturum, cuius nomen à litera Θ incideret: multis, quorum nomina ab hac litera incipiebant, Interfectis, iussit tandem diuinationis huius auctores inquiri, de illis poenam sumpturus. Iamblichus metu mortis ueneno seipsum necauit. Zonaras.

DE MENDACIUM.

Veteres SCYTHAE astronomos sagosque, qui falsa apud eos praedixissent, accenso carro impositos occidebant. Herodotus libro 4.

AMASIS rex Aegypti, oracula mendacia nullo honore affecta. Herodotus lib. 2.

DE MAGISTRATVS.

Con. Corn. Scipio, Haspali filius, priusquam mereri posset, cum

ci Hispania provincia forte obuenerit, ne illuc iret, deere uita: dieca causa, quod reddere facere nesciret. Itaque à ROM. propter uitae inhonestum actum sine ullo provinciali ministerio, tamen reperundarum lege damnatus est. Valerius Maximus lib. 6. cap. 3.

Peroze rege Perfarum à Nephthalitis egro, Cabadae minorie filio regni tradiderunt Perfae. Quod cum illi suscepisset, legem publicam impudentissimè ferre ausus est, ut communes omnibus uxores essent. Quam quidē ob causam à PER SISIS regno exutus, in carcerem coniectus, & electus alter Perozis filius Blasus. Cedrenus.

DE DVCE S.

ROMANI duces, qui temeritate uel inficitia exercitus amississent, aut fugae aut pauoris insimulati essent, pecunia & exilio saepe multati sunt. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 6.

CARTHAGINENSES, duces suos prauo consilio cum hostibus pugnantem, etiam si prospera fortuna subsecuta esset, cruci tamen affigebant: quod bene gessissent, deorum immortalium beneficio ascribent: quod male, ipsorum culpa. Valerius Maximus lib. 2. cap. 2. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 7. Genial. dierum.

DE LEGATOS.

Apud GRAECOS ei, qui oraculum Delphicum adierat, & oracula ob signata accipiebat, denunciatum erat supplicium, si tabellas soluisset, unum de tribus: aut enim oportebat eum priuari oculis, aut manu, aut lingua. Suidas.

ARCHEPTOLEMVS & ANTIPTON orator legati Lacedaemonem missi, proditiōnis & perfidiae domum reuerti conuicti, undecim uisus dediti fuerunt, pecunia eorum in publicum redacta, Mineruae decima pars sacra, recta eorum dissipata, arca terminata, eiusque inscriptum, Archeptolemi & Antiptonis perduellionum: cautumque ne liceret eos Athenis humare, neque in sinibus, qui iuris sunt Atheniensibus infames sine Archeptolemus & Antipton, eorumque progenies tam notha quam iusta: si quis quem ex Archeptolemi & Antiptonis familia adoptauerit, infamis sit qui adoptauerit. Haec in pila aerea incisa fuit. Plut. in uita Antiptonis.

Metrodorus Scepsius MITRIDATI regi (qui à Lucullo & Pompeio Magno deuictus est) adeo carus & familiaris fuit, ut regis parentem eum appellarent. Hunc Mithridates ad Tigranem regem Armeniae delegauerat, in bello quod aduersus Romanos suscipiebat, cum eo foedus acoctatē in eundem causa. Tigrani periculosum uidebatur, tam potentes hostes praelio lacefferet: imò uerò tutius atque utilius esse, his amicis quam inimicis uti, frui: & ea de re consulebat ipsum Metrodorum. At ille respondit, se, ut legatum, suadere: ut Metrodorum, dissuadere. Huius rei nominem longo post tempore delatus ab ipso Tigrane rege, capite poenas luit: quamquam id fecisset diceret, non odio Mithridatis, sed quod Tigranis auxilio destitutus, bellum illud omittet, quod uel iudicis iis foetisq; graue, periculosum, ac potestrem exitio futurum esse prauiderebat. Plut. in Lucul.

Anno 1323. cum res toties male gestae cum Scoto, iam EDUARDO II. Anglorum regi documento essent, ut fortunam belli timeret, ac pacem demum quaereret, negotium dedit Andreae Carliolensi comiti, ut cum Scoto de concordia ageret. Is in Scotiam profectus, cum Roberto rege nihil de pace, sed de bello egit: nam siue quod desperaret de rebus Edouardi, cui tam domi quam foris omnia infesta erant, idque mali in primis eius incuriae assignabatur, siue quod struente natura, praefraudibus & dolis, nulla re alia delectaretur, cum Scoto pacificus, quando, quod loco insidiae Edouardo intendere: & ut fides data ac accepta firmior esset, Roberti sororem in matrimonium accepit. Post paulum de ea perfidia rex certior factus est. Adeo difficile est, proditiōnem celare, quae mille graditur pedibus, & quocumque pergit, mille post se uestigia relinquit, quibus facile deprehendi possit. Vbi igitur Andreas Carliolus reuertit, à militibus regis, qui illic hybernabant, ipsius regis iussu capus, atque facinoris statim conuictus, morte multatus est. Polydorus lib. 18.

Conuenerant Electores Principes Fracosuri, ut regem Romeligerent: Friderico Pulcro Austriae, & Ludouico Bauariae competitoribus. Valdemarus Marchio Brandeburgensis cum praesens esse non posset, misit Nicolaum de Boock, equitem, cum multis literis diplomate munitis ac corroboratis, Fridericum regem suo suffragio constituens. Equitis quod nihil se speraret à Friderico consequatur, simul etiam quod plurimum animos in Ludouicum cereret inclinare, abrafa membrana, expunctoque nomine Friderici, Ludouicum substituit, contra domini sui uoluntatem. Ob quod scelus VALDEMARVS Marchio, postquam intellexit electionem in aliam partem inclinatē proditiōne legati subequitem in uinculis inedia confecit. Quotidie enim delicatissimi

simos cibos ei apponi curabat, & statim appositos à cubilibus deuorari, ut ciborum praesentia famem acue retur. Alij scribunt binas literas militem à Marchione parissigillo munitas accepisse: quarum altera rase erant, ut illis ueretur pro occasione. Is uerò fracta fide, cum Ludouicum delegisset per literas contra domini uoluntatem, animumque domini prodidisset, has tadem proditiōnis poenas luit. Culpinianus.

DE MILITES.

SCYTHIS, qui nullum hostem interfecissent in acie, in solenibus libare non poterat: reliqui initiati adesse non uentantur. Herodotus lib. 4.

Apud AEGYPTIOS, qui milites ordines reliquissent, aut dicto non parerent, uel iniussu in castra rediissent, de gradu deieci, ad inferiorem redibant statum. Si uerò ducis consilium hostibus palam fecissent, lingua multabantur. Ibidem.

ROMANI manipulos aut cohortes, quae timore uel negligentia ordines reliquissent, aut in exercitu seditione fuissent, forte ex eis delecto decimo quoque, capitali poena multabant. Sic omnium timore, quibus illud imminerebat supplicium, & paucorum morte militarem disciplinam seruabant. Fulg. lib. 2. c. 1. & Alex. ab Alex. lib. 2. c. 13.

Apud EODEM illa inter militares animaduersiones minima habebatur, cum ex ignauorum brachio sanguis hauriebatur. Nam per hunc modum sparso sanguine, quae pugnant ob effundere metuerant, manifesta fieri eorum ignauia putabant. Videtur autem primitus in militibus stupentis animi phlebotomia remedij loco adhibita, mox etiā in poenae speciem degenerasse, quasi minus sani uiderentur omnes, qui delinquerent. Gellius lib. 10. c. 8. Ibidem ignauos & desultores in primam saepe ducebat aciem, & districis gladiis discindos destituebant, uariisq; ignominias afficeret solebant. Eos, qui pugnam detrectassent, aut secessionem fecissent, qui erant fugae & pauoris insimulati, iureiurando adigebant, ut non aliter, quam stantes ad perpetuam ignominiam facti, cibum potumque caperent. Saepē etiam ignauos futurario plexerat, aut in exilium miserunt, & relegauerunt, ut procul à lare secederent. Saepē etiam eos circumuictos transfecit. Qui captiui in hostium potestate sua delidia uenissent, his arma & ordo militandi mutatus fuit, ut equites in pedum, pedites in funditorum alas transfererent: utque loco extra castra assignatum, uallo & fossa non communicarent. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 13.

AVGVSTVS ignauos milites fossam fodere distinctos iussit, ut eo habitu & specie de formi in omnium conspectu praeserent insignem ignominiae & flagitij memoriam. Pecunia saepe multabatur. Interdū etiam eos, qui in exercitu deliquissent, iussit ante duces flexis genibus stare: nonnunquam lateres totum diem ferre. Polyen. lib. 8.

DE CONSVLTORES.

MOSYNI populi, si quis male consuluisse aliquando uideatur, fame necant, ut male dati consilij ea ratione poenas luit. Stobaeus Serm. 42. ex Nicolai de Moribus gentium Hist.

DE INTERPRETES.

Cum legatos Xerxes ad Graeciae ciuitates misisset, eas ad imperata faciendā hortantes, contigit, ut unā cum eis esset Graecus interpret. THEMISTOCLES ergo, qui eo tempore Athenis praetura gerebat, interim cum curauit indignam rem arbitrat, quod ad Barbarorum arbitrium in Graeciae detrimentum Graeca ueretur lingua. Plut. in Themist. Aaron cum Occidentalium gentium legationes exponeret, & MANVELIS Comneni Imp. uoluntati eas non refragari uideret: legatos obiurgauit, ut nimium ad iussa exequenda paratos monuitque, ut aduersaretur, neque tam facile adfentirentur, Imperatore ob Latini sermonis imperitiam, quid dictum esset, ignorante. Ceterum imperatrix Maria, Raymū di Antiocheni F. sermone Latini peritissima, Imperatori exposuit omnia: qui ira commotus, Aaroni & uisum & omnes facultates eripuit. Nicetas lib. 4.

DE PARENTES. LIBEROS.

Ex Triptole, Suppliciorum iniuriam erga Parentes, Liberorum, huc quadam.

DE ATHLETAS.

Cum Eupolus Thefalus, athleta, Olymp. 98. ex iis, qui ad pugnam certamen Olympiae conuenerant, Agetorem Arcadae, & Cyzicenum Prytanin pecunia corrupisset, & praeter eos Rhomionem etiam Halicarnasensem, qui in Olympiade superiore de pugilatu uictoriam adeptus fuerat: cum ipsum Eupolum, tum eos, qui pecuniam cepissent, quod primi corruptela ludorum religionem polluiscent, ELEI in ara

rios reuerunt, & aenea Iouis simulacra sex conflant, quae Zenes dicuntur. Pausanias.

Post Eupolum memoriae proditum est, Atheniensem Callipum ab aduersariis quinquertij coronam precio auertisse, Olympiade CXII. Et multam quidem cum à Calippo & iis, qui cum eo colluserant, petissent ELEI, miserunt Athenienses Hyperidem eam multam deprecatum. Verum cum exorari non potuissent Elei, eam Athenienses animi elationem praesertulerunt, ut ne Olympicorum quidem celebritate prohibiti, iudicatum soluere prius uoluerint, quā Delphicus Apollo percontantibus responsum dedisset, nō responsum se ante, quā satus Eleis fecissent. De eius multa pecunia signa Ioui creta sunt. Idem.

DE CAVSIDICOS.

Causidicus quidā Mediolanensis ita uastro erat ingenio, ut causas in quātūcūq; uellet tempus differre posset. GALEACTVS dux re cognita hominem accersit, centum se aureos pistori debere asserens, sed dilationem solutionis gratam sibi fore. Pollicente causidico operam, eamque re ipsa confirmante, grauius prius increpitum impostorem, suspensio necari iussit. Aegid. Corrozetus de Dictis & factis memor.

DE MENSARIOS, TRAPEZITAS.

M. Porcius CATO, praetor in Sardinia, foeneratores omnes ex ea insula exegit, & sumtus, qui in praetorium cultum fieri solebant à sociis circumditi. Ipse ad eō frugi circumspicienda quae moderatone egit, ut non duntaxat comite, qui salinum ad usum sacrorum ferret, socias urbes circumiret. Sabellicus lib. 6. Enn. 5.

GALBA, qui postea imperauit, cum in Hispania pro consul esset, quibusdam mensariis praedicti manus iussit, & mensariorum affigi, quia fraudulenter pecuniam tractare compererat. Suetonius.

CASTRIVS Castracanis Lucensium dominus, cum seiret mensarium praedictum solum uertisse, nec multo post, parua pecunia cum creditoribus, mensam repetiisse, atque magnificas aedes edificare cepisse, in uincula coniecit: atque uocatis edicto creditoribus, pro tota summa satisfieri iussit: & quod ultra mensario superfluit, in publicum redegit. Appen sium autem mensario iuxta mensam, in qua aduersus eos, qui eius fidem secuti erant, fraus commissa erat, ceruices fregit. Neque enim minus supplicio dignum esse arbitratus est, quā illos, qui in uitiores grassantur: Siquidem fallaces mensarij fraude eos circumueniunt, qui eorum fide ducti, pecuniam suam mensae crediderunt: at grassatores non sine uitae suae discrimine, dispoliare eos nituntur, qui nullam eis fidem habent. Fulgosi lib. 6. c. 3.

Anno Salutis MCCCXLVII. mense Decembri trapezitarum Longobardi & Itali capti, pulsi ac proscripti ex Francia ob immanes uisuras praeter leges exercitae. Rex PHILIPPVS Valens sortem accepit, interuorsio relicto. Auctor Chronici Francorum.

PAVLVS IV. Pp. ad Iudaeorum auaritiam coercendam salubria multa instituit, abrogatis semel cunctis priuilegijs, quibus à superioribus Pontificibus, & maxime à Paulo III. donati, immanes & intolerabiles diuitias, per fas & nefas congregant. Ipse igitur Iudaeorum insolentiae obuiam iturus, uisuras omnibus interdixit, inditisque nouis tributis, singulos ferē pecunias omnibus multauit. Sparfos deinde & nullis à Christianis distinctos signis, in septa conclusos per singulas urbes in unum coegit, croceique coloris pileo insigniuit. Panuinius.

DE BRUTA.

Apud ROM. annuo supplicio canes afficiebantur inter eodem Iuuentutis & Sumari, uiui in furca sambucca arbore fixi, quos Gallis Capitolij obsidentibus ignauia sua & sterore Gallos ascendentes non prodidissent. Plin. lib. 29. cap. 4.

DE INANIMATA, TVM IN GENERE.

Esi Negraueq; Prytanem praetorium, cum telum, siue lapis, siue quid eiusmodi in conspectu erat, ignotus auctore caedis. Moris enim antiqui ATHENIENSIVM fuit, etiam in animas in iudicium adducere, & iudicare, an exterminandae essent. Suidas.

DE IN SPECIE, Erga Statuas.

Corcyraei bouem aeneam in Olympia dedicant. Puer parutulus sub ea sedens, cum pronus iuderet, sublatum temere caput tam uehementer ueri impigit, ut ex eo uulnere obierit. ELEI bouem caedis damnatam extra Altin exportare in animo habebant. Verum consulto Apolline Delphico, bouem in con-

inconsulte cædis crimine expiunt, more Græco. Pau-
fianus libro quisto.

Libros.

Libri Protagoræ sophistæ, eod quod in cuiusdam principio po-
suisset, De diis neq; ut sint, neq; ut non sint, habeo dicere: ab
ATHENIENSIBVS exusti fuerunt: auctor urbe atq; agro
exterminatus. Cælius lib. 22. cap. 1. A. L. ex Cicerone de Na-
tura deorum.
ROMANI libros Numæ Græcos, de disciplina sapiëntiæ, quia

aliqua ex parte ad solvendam religionem pertinere existi-
mabantur, ex auctoritate Senatus per victimarios, facto-
gæ, in conspectu populi cremarunt. Val. lib. 1. cap. 1. & Pla-
tarchus in Numa.

AVGVSTVS Imp. & Pont. max. quicquid fatidicorum libro-
rum Græci Latiniq; generis, nullis uel parum idoneis au-
thoribus uulgò ferebatur, supra duo millia contracta audi-
que, combussit: ac solos retinuit Sibyllinos: hos quoq; dele-
ctu habito. Suetonius.

IMPROBITATIS IN GENERE POENA

I V S T A.

Ad iustam penam concurrunt personæ duæ, Agens & Patiens iusta. Considerant ut similitur res duæ, Iniuria scilicet
sive sive Malum ipsum, à patiente admissum, & Multa ab agente iniusta, per quam reducitur ad equalitatem. Ceterum
quia malum admissum, subiectum est correctionis: capropter ex eius uarietate tituli Correctionis Iustitiæ distinguuntur,
qualiscunq; fuerit multa sive pena. Hæc enim respectu iræ tanquam organi, ad locum Severitatis in uindicando pro-
prie pertinet, eademq; exempla Iustitiæ inferuire possunt: respectu uero equalitatis, ad quam per multam tanquam men-
suram quandam fit reductio, Iustitiæ propria est: quandoquidem Aequalitas seu scopus est propostus, qui Iustitiæ dat
nomen & esse. Iam uero si qualitatem personarum respicias, supplicia alia publica dici possunt, quæ à magistratu sunt:
alia priuata, quæ à priuatis: utraque tamen ab homine iustam uolentem uindicant. At quæ à Deo sunt, uel certè ab ho-
mine iustitiam in corrigendo delicto non collineante, non obseruante, huius non sunt loci, sed ad locum potiùs Fortuiti-
rum malorum pertinent. Iusta patitur à Cleopatra interfectus Agamemnon, Troianæ urbis euerfor: at non iuste, ab uxo-
re scilicet, non iustitiæ, sed adulterij studio. Necat Orestes matrem Clytemnestram ob necatum Agamemnonem: quam-
pius erga patrem, tam impius erga matrem. Eapropter & Agamemnonis & Clytemnestræ supplicium non inter iusta
supplicia commemorari debent, propterea quod personarum agentium conditio repugnat, sed inter Frustrum improbitatis. Ipsa uero
Clytemnestræ perfidia, ipsum Orestis patricidium, ad iniustitiæ locum pertinent. Porro si Supplicium sive Penam in-
sta per accidens consideretur, fines quosdam particulares habebit, ex quibus distinguetur. Præ enim consistit ei qui casti-
gatur ad uitæ correctionem, sicut dicitur. Præ uero ei qui castigat, suam dignitatem & auctoritatem hoc ultionis gene-
re conseruare uolenti, ut in iustitiâ. Præ alijs, qui sceleratorum pena ab improbitate deterrentur, neq; ad uic-
& Latinis Exemplum: id quod ex Platoni Gorgia Gellius lib.
6. cap. 14. annotauit.

Si quis apud ATHENIENSES in iis rebus, de quibus nullæ
extrant leges, deliquerit, aut magistratus, aut orator, apud
senatum *επιμαρτυρία* aduersus eum conceditur: qui si uehe-
menter peccasse uideatur, à senatu ipso, multatur: si uchemen-
tius, æstimata multa, quam ei soluere aut pati oportet, tra-
dit eum iudicibus, inquit Pollux. Scribit enim Harpocratio,
επιμαρτυρία publicorum fuisse delictorum, quæ propter ma-
gnitudinem procastinationem non paterentur, Lytae,
neque neque magistratus, neque leges magistratibus latæ ef-

sent, quibus adduci in iudiciu possent, sed ad senatum, aut
populum primùm deferrentur: apud quos si reus conuictus
esset, grauissima pœna multaretur: accusator uero, etiam si
non damnetur, nullo detrimento afficeretur, nisi, si quintam
partem suffragiorum non ferret, multa mille drachmarum,
cùm antiquitus pœna acerbior afficeretur. Has uero dela-
tiones senatum recepisse in summis tantum ætarij angustis
constitutum, scribit in oratione contra Nicomachum Lytae.
Sigonius lib. 2. de Repub. Athen.

TEMERITATIS POENA IVSTA.

Consule Titulum, Severitatis parentum erga liberos. Item, Ducum erga milites. quatenus
Temeritas bellica punitur.

Apud ROM. ignominia causa militibus audacioribus, qui
nec animi nec consilij satis haberent, uena soluebat. Quæ
non tam pœna quam medicina fuit, ut superflua sanguinis
parte deflata, se magis intra gyrum rationis continerent.
Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 13.

SEPTIMIUS Cæpio consul cum Cn. Manlio, quæ contra Cim-
bros, in Italiâ ruites, temerariè pugnas, de exercitu XXCM.
hominu amississet: ex iussu populi Romani abrogatum, ipse
cata, eiq; imperiū primo post Tarquinium abrogatum, ipse
in publicis uinculis extinctus, inde tractus & discerptus est
ad scalas Gemonias. Lilius lib. 67.

Dum Neocæsareâ obsidet IOANNES Comnenus Imp. Alexij
F. iunior eius F. Manuel, patre incio longè progressus, im-
pressionem in hostes fecit: idque adolescentis facinus scie-
totum exercitum ad dimicandum impulit, alijs emulatio-
nem incitatis, alijs adolescentis metuentibus, & ab Imperato-
re se maximam gratiam inuituros ratis, si sua opera ab omni
hostium insultu defenderetur. Ac tum pater filium palam
laudibus profectus est: mox tabernaculum ingressus, pro-
num iacentem uerberauit, ut audaciùs quam fortis inuisu
suo hostes adortum. Nicetas Choniates de im-
perio Ioannis Comment.

TIMIDITATIS POENA IVSTA.

DE DVCVM.

ALEXANDER Macedo quendam castelli custodiæ præposi-
tum, ob desertam stationem, nece multauit: & alterum de-
sciscitentem sagitta confixit.

HANNIBAL Carthaginensium dux, bello Punico primo in
Sicilia & Sardinia re malè gesta, ubi classem ferè omnem a-
missit, trepidatione elapsus, ubi primùm Carthaginem uenit,
cruci affixus est Sabellicus lib. 9. Ennead. 4.

L. VINCIUS Cincinnatus Dictator, in eo bello, quo Equi-
culos sub iugum misit, Lucium Minutium consulatum nul-
lam aliam ob causam deponere iussit, quam quod castra e-
ius hostes iidem obsiderent. Valerius Max. lib. 2. c. 2. & Li-
uius lib. 3. ab Vrbe condita.

M. Claudium SENATVS Coisus, quia turpem cum his pacem
fecerat, dedit, quem ab hostibus non acceptum, in publi-
ca custodia necari iussit. Semel læsa maiestate imperij, quot
modis iræ pertinax uindictam eius rescidia, libertatem
ademit, spiritum extinxit, corpus contumelia carceris & de
testanda Gemoniarum scalaru nota foedauit. Valerius Ma-
ximus lib. 6. c. 3.

L. CALPHURNIUS Piso consul, cùm in Sicilia bellum aduer-
sus fugitios gereret, & Titius equitum præfectus fugitio-
rum multitudine hostium circumuentus atma his tradidit.

set, his ignominia notis affici iussit: eù toga laciniis abscis-
sis amictum, discinctaq; tunica indutum, nudis pedib. à ma-
ne noctem usque ad principia per omne tempus militia
adesse coegit. Interdixit etiam ei conuictum hominum, u-
sumq; balnearum: turmasq; equitum, quibus præfuerat,
ademptis equis in funditorum alas transferat. Valerius Ma-
ximus lib. 2. c. 2.

DOMITIUS Corbulo in Armeniam missus à Nerone, Aemi-
lio Ruso præfecto equitum, quia hostibus cesserat, & pa-
rum instructam tuam armis habebat, uectimenta perli-
ctorem scidit: eidemq; ut erat foedato habitu, perire in
principijs, donec mitterentur, imperauit. Frontinus libro 4.
capite primo.

BOLESLAUIS III. Polonorum rex, quadragies septies aper-
to Marte dimicauit, semper uictor. Extremo prælio contra
Ruffos ad Halicium, hostium multitudine & Palatinis cuius-
dam fuga uictus est. Equus cui insidebat, multis uulneribus
debilitatus concidit. Ibi miles quidam gregarius, subleua-
tum equo suo imposuit: & ut patriæ magis quam gloriæ
suae ratione duceret, fugaque melioribus se rebus seruaret,
orauit Reucisus in Poloniam, Palatino leporis pellem, co-
lum & fufum dono misit, muliebri eius animu notans: que
ignominia ille ad uoluntarium suspendium adactus est. Mi-
litum

DE MILITVM.

Consule Titulum, Severitas ducum erga milites
res ignauos.

Item uero salutis suæ auctorem insignibus nobilitatis, pec-
cunia & possessionibus remuneratus, ad honores amplos
euect. Pudore autem ac dolore stimulantibus, confectum
hominum & colloquia uitans, ex mœnore tandem periit.
Cromerus lib. 6.

VENETI, cùm Mahumetus Eubœa insulam oppugnaret, Ni-
colam Canalem Venetæ classis ducem, quod præ ignauiam
obfessis opem non tulisset, perpetuo exilio damnarunt: in-
utilem cum citem ducentes, qui pluris uitam, quam Chri-
sti religionem, patriæ honorem, & tam multorum ciuili sa-
lutem fecisset. Fulg. lib. 2. c. 2.

PISAURIUS Venetæ classis præfectus, Gabrieli Ripæo Vero
nensi ad Obratium Dalmatiæ oppidulum oppugnandum
missus, quod confectis paucis Turcis equitibus, auxilio oppi-
dulo uenientibus, turpiter in fugam se coniecisset, anno Sa-
lutis M D X X V I I. in ipsa prætoris prora ceruices abscidit.
Iouius lib. 36.

Dum classem Gallicâ, quæ ad Maleam pulserat, PISAURIUS
Venetæ classis præfectus, consequi cuperet, Paulus Nanus,
Georgius Triuifanus, Marcus Antonius Decanalis, Nicola-
us Barbadiæus de colonia Cretensi, Petrus Capitellus Apu-
lus, eius missi ad Maleâ profecti, quod Galli esse illis in lo-
cis dicebantur, in biremes Thracias septem inciderunt, quæ
nauem onerariam hominum Cretensium à se captâ remul-
co trahabant. Eæ re animaduertita, biremes aggredi commu-
ni consilio statuerunt: itaq; incitatis remigibus ad illas con-
tenderunt. Sed cù eis appropinquasset, timore impetiti re-
miges inhibuerunt, seseq; turpiter à cõgressu dimicationeq;
continuerunt. Accidit autè paulo post, ut naues triremes ali-
quot à classe Gallicâ, quæ non longè aberat, idem conspicia-
re, biremes Thracias magno animo aggredirentur: quæ
quid res auxit illorū dedecus, quod eos reip. hostes, quos
propter formidinet ipsi dimiserant, Galli, quorum minus in-
tererat, uirtute essent atq; animi præsentia cõsequuti. Ob eâ
imbecillitatem atq; formidinem Pisaurus annos quinque; à
præfecturis omnibus illos remouit, stipendiaq; ab iis eme-
rita sisco addixit. Bembus lib. 6. hist. Ven.

Benedicti patris imitator HIERONYMVS F. præfectu pediferi
inter suos Veronenses nobilem laderenti agro auctorem
turpissimè fugæ, supremo supplicio affecit. Egnatius libro
secundo, cap. 2.

BENEDICTVS Pisaurus classis Venetæ præfectus, Carolum
Contarenum, qui magistratus reip. Pylo præfuerat, oppidū-
que situ & natura cõmunit, hostibus nulla coactus uis obli-
dioneq; tradiderat, in suæ nauis prora supplicio affecit. Bē-
bus lib. 3. hist. Ven.

Thomas Viardus, patricij uir sanguinis, ducentessimum & am-
plius ab hinc annum, quem ad sinum Dalmatiæ tuendum
præfectus cum decem triribus missus esset, nec ex Reip.
dignitate rem administrasset: quippe, qui sex triremes à Ge-
nuenibus capi passus, per summâ ignominia fugerat, AD-
VOCATO RVM Venetorum intercessionem de consilij sen-
tentia in carcerem primùm coniecit, mox maximi consi-
lij sententia cõdemnatus est, ut per annu in carcere ageret:
quo peracto, in exilio uitâ duceret, extra Veneti imperij fi-
nes id quod si quâdoq; uiolasset, deprehensus, in carcere pu-
blice uitam finiret. Egnat. lib. 2. c. 4.

Michael Attendulus præerat Gallico bello, quod Venetis cum
Mediolanensibus gerebatur, uniuersis copiis imperatorio
nomine. Qui cum exercitu toto profectus, ut Caruagium
Sforciæ obsidione solueret, infelicissimo ad eam diè rerum
euentu rem gessit. Nam susus fugatusq; à Sforciâ ipse, & siue
dolo, siue fortuna semel inclinante, rem nullo modo sibi ser-
uariq; posse ratus, Brixiaë mœnibus fugiēs cum paucis sese
includit. Quæ tanta clade VENETVS Senatus penè cõster-
natus, illi imperium abrogauit, Taruissiumq; in exilium
misit: suspicatus non immeritò Attendulum Sforciæ fauif-
se rebus, quod utriq; eadem foret patria, etiam quod ip-
se Attendulus Sforciæ factiōnis esset, que tota res per Ad-
uocatorum censuram in decemuirali consilio planè pera-
ta fuit. Idem.

GENVESIS Lanfrancum Barbarinum maritimarū copia-
rum ducem (qui Admiralus uulgò dicitur) cū septem uiginti
tririum præfectus antè domibus, magno auri pondere, ac
præterea exilio multarēt, quod in Sicilia à Venetis quatuor
acugiunt triribus, cùm ipse septem & uiginti haberet,
nullo antè tentato prælio in terram descendens, fuerit super-
ratus. Fulg. lib. 2. c. 2.

Anno Sal. 1290. cùm è duabus turribus, quibus Labronensem
portum Pisani tuebantur, Genueses alteram à fundamentis
euerant in mare præcipitantes, alteram euertere aggre-
derentur: milites, qui in præsidio erant, similem casum uer-
ti, Genuensibus se dederunt. Quod simulacris ANI rescit
uerunt, bona eorum in silem redegerunt, uxores atq; libe-
ros carceri manciparunt, quosdam etiam ipsorum domum
reuerfos suspendio necarunt. Idem.

GERMANIS olim scutum in pugna amissis præcipuum fla-
gitium fuit, ut sacris & publico concilio excluderentur eius-
modi clade affecti. Multi tali infamiae superstitēs uitam la-
queo finierunt. Sab. lib. 2. En. 6.

Daci, cū ORODIS regis ductu aduersus Basternas malè pu-
gnassent, ob ultionem segnitiei, capturi somnum, capita lo-
co pedum ponere iussu regis cogebantur, ministeriaq; uxo-
ribus, quæ ipsi fieri solebant, facere. Neq; hæc antè mutata
sunt, quam hanc ignominiam bello acceptam uirtute dele-
uerunt. Iustinus lib. 32.

SPARTANI illos, qui ex acie fugiunt, Trefantes, id est, trepi-
dantes dicti, omnibus arcent honoribus: sed & uxorem il-
lorum alicui collocare aut accipere probrosum est. Pulfan-
di eos quiuis, qui in eos incidit, ius habet. Illi tolerant,
squalidi & demissi circummeantes in lænis pannofis colo-
re infectis. Barbam partim radunt, partim promittunt. Pla-
tarchus in Agesilao.

Cuidam percontati, Quam ob causam apud SPARTANOS,
qui scutum abiecerint, notarentur ignominia, & infami uo-
cabulo Rhipaspides appellarentur: qui galeas aut thoraces,
non item? Quoniam, inquit Demaratus, hæc sua ipsorū cau-
sa gerunt: scutum uero cõmunis exercitus gratia, significas,
unicuiq; pluris esse faciendâ cõmunè utilitatem, quam pro-
pria. Qui galeam aut thoracem abiecit, seipsum prodit tan-
tū, & exarmat: qui scutum abiecit, prodit uniuersam phalan-
gem. Nam obtentu clypeorum tota acies tuta est aduersus
hostium iacula. Plat. in Laconicis.

Viq; ad eod probrosum habebatur antiquitus clypeum abiice-
re, ut LAEDEMIONI Archilochum è sinibus suis iussit
rinc excedere, quod d scripissit, Satius esse clypeum abicere,
quam interire, teste Plutarcho in Apophthegmatis Laconicis.
Id Archilochi distichon refertur ab Aristophane in fabu-
la, cui titulus, *ἀγέλας*, estq; huiusmodi:

*ἄριστος μὴν Σαίων τις ἀπέβηκεν, ὡς παρὰ Σάμῳ
ὄντας ἀμώπητον κἀδύστην σὺν ἰβήλων. id est:*

Scuto aliquis gaudet Saionū, ego quod bene pulcrum
Deferui nolens inter opaca tubi.

Interpres admonet, Saio esse Thraciæ populos, aduersus
quos bellans Archilochus, fugerit abiecto clypeo. Cuius e-
xemplū postea fecutus est Demosthenes, ad dicendū quam
pugnandū instructior. Notatur apud Aristophanē & Cleo-
nymus hoc nomine, ut in Vespis,
ἀριστὸς τῶν ἰσθμῶν. id est:

Abiecit clypeum. Quin & Socrates in oratione, quâ
scripsit de Pace, declarat infames olim habitos, qui uel ordi-
nem deseruissent, uel clypeum abiecerint. Idem indicat Ae-
schines aduersus Timarchum, quod d qui non fuisset in be-
lo, aut qui hastam abiecerit, et non licebat in cõsione quic-
quam agere. Erasmus in proterbio, *ἰσθμῶν*.

Aristodemus Spartanus ex CCC illis ad Thermopylas solus
seruatus est, cùm à Leonida dimissus esset: uerū SPARTÆ
& probro & ignominia notatus. Aiunt etiam Pantiten quẽ-
dam in Thessaliam pro nuncio à Leonida dimissum, cùm
posset pugna in tempore interesse, præ ignauiam & metu in
itinerè dedita opera moratum, & post pugnam reuerfium
Spartam, cùm ludibrio omnibus esset, semetipsum strangu-
lasse. Herodotus lib. 7.

Apud SYRACVSANOS moris fuit, ut Hipparchi, hoc est e-
quitum præfecti, militum nomina in tabulis scriberent, ut
qui in acie ordines deseruissent, post prælium pœna nota-
rentur. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 13.

Eorum, qui in præliis signa ordinesq; destituisent, qui ue-
prosus armâ pro patriâ capere recussissent, ignauiam, cæ-
teri legum conditores, mortis supplicio coerendam cen-
suere. CHARONDÆ uerò placuit, huiusmodi uiros uesti-
bus muliebribus indutos, medio in foro sisti, terque eodem
singulis diebus ante omnium ora suggesto, eodemq; orna-
tu consistere. Quæ lege simul clementiæ & humanitati satis-
factum uideatur, simul probri adiectione prudētissimè exco-
gitatum, ut expiarentur & emendarentur. Longè nãq; mor-
tem præstat oppetere, quam tantam ignominia calamitatē
diutius in media patria experiri: tamq; abiecto ludibrio ci-
uibus suis, uulgòq; uitam perpetuò obnoxiam trahere. Dio-
dorus lib. 12.

Fugatis ad Canusium Rom. ab Hannibale, M. MARCELLVS
milite pro concione grauitur increpito, cohortibus à qui-
bus fuga inciperat, hordem dari iussit. Centuriones ma-
nipulorum, quorum signa amissa fuerant, distictis gladiis
discinctos destituit. Ex Plutarchi Marcello, Sabellicus libro
4. Ennead. 5. Sequenti pugna eosdem inter primas acies fre-
quentes induxit, ut quod ignominia acceperant, in alijs
præliis periculo suo expiarent. Alexander ab Alexandro li-
bro 2. capite 19.

P. VALERIO consuli Senatus præcepit exercitum ad Sirim uisum ducere Serinum, ibiq; castra munire, & hyemē sub tētois exigere. Frontinus lib. 4. c. 1.

APPITIUS Claudius, ex his quos loco cessisse nouerat, decimū quemq; in conspectu exercitus fuisse percussit. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 13.

ACQUIRIVS ternos ex centuriis, quorum statio ab hoste perupta erat, securi percussit. Frontinus lib. 4. c. 1.

FADIVS Rullus consul, ex duabus legionibus, quæ loco cessant, forte ductos, in conspectu militum securi percussit. Idem.

PAVLVS Aemilius, eos, qui non fortiter pugnando hostibus se opposuissent, aut turpiter fugam adormassent, elephātis dilaniandos obiecit. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 13. & Valerius Maximus lib. 2. c. 2.

SENATVS Romanus, cum illos, qui apud Cannas Remp. deseruerant, Q. Fulvio & Appio Claudio Coff. ultra mortaliū conditionem in Siciliam relegasset: acceptis à M. Marcello Coff. literis, ut eorum sibi opera ad expugnationem Syracusanorum uti liceret: rescripsit, indignos esse, qui in castra reciperentur. Cæterum se ei permittere, ut faceret, quod expedire Reip. iudicaret, dum ne quis ex eis munere uacaret, aut dono militia donaretur, aut in Italiam, donec hostes in ea essent, accederet. Val. Max. lib. 2. cap. 2. & Plutarchus in Marcello. Consimili animo, cum Senatus Hannibal sex milliū Romanorum, quæ capta in castris habebat, redimendū potestatem fecisset, conditionē spreuit: memor, tantam multitudinem amatorum iuuenum, si honeste mori uoluissent, turpiter capere non potuisse. Quorum nescio utrum maius dedecus fuerit, quod patria spei, an quod hostis metus nihil in his repositum: hæc pro se, ille ne aduersus se dimicarent, parui ducendo. Val. Max. lib. 2. c. 2.

Bello Tarantino, cum attrita ferē Respublica esset diutino bello, ex Appij Claudij sententia decreuerunt ROMANI, post receptos à Pyrrho captiuos, ut ex iis, qui equo meruerant, peditem posthac numero militarent: qui uerō pedites, in funditorum auxilia transfererentur: neque eorum intra castra tenderet, neque locum extrā assignatum uallo aut fossa cingeret, neque tentorium ex pellibus haberet: recursum autem iis ad pristinum militiæ ordinem proposuerunt, si quis bina spolia ex hostibus tulisset. Quibus supplicii compessit milites, ex deformib. Pyrrhi manusculis, acerrimi hostes extiterunt. Valerius Maximus lib. 2. cap. 2. & Frontinus lib. 4. cap. 1.

YBA rex feruētissimus in delinquentes milites, desertores, qui loco amisso in castra aufugerant, cruce affixit. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 13.

OMITIUS Corbulo contra Armenos missus, duas alas & tres cohortes, quæ ad castellum incho hostibus cesserant, extra uallum iussit tendere, donec assiduo labore & prosperis excursionibus redimerent ignominiam. Frontinus libro quarto, capite primo: & Alexander ab Alexandro libro secundo, cap. 13.

OTACILIUS Crassus consul, eos, qui ab Hannibale sub iugum missi redierant, tendere extra uallum iussit, ut imminu-

ti adfuerent periculis, & aduersus hostem audentiores fierent. Frontinus lib. 4. c. 1.

LSYLLA cohortem & centuriones, quorum stationē hostis peruperat, galeatos & discinctos perfrangere in principis iussit. Idem.

M. C. RASSVS, cum Mommium legatum suum Spartacus fuisse, quingentos primos, à quibus initium fugæ ortum fuerat, decimauit: quod uetus supplicij genus longo intervallo reduxit in exercitu. Huic enim generi poenæ adiuncta infamia est, inspectantibusque omnibus horrendum & triste spectaculum editur. Ita correctis militibus duxit in hostem, & quaquam occisorum in ea animaduersione numerus ad quatuor millia consenderet: tamen cum postea hostē semper uinceret, docuit plus uirum ea animaduersione exercitui additum, quam occiso tanto numero esse detractum. Plut. in Crasso.

MANTONIUS Iulius, cum Phraata urbem Parthorum obsideret, & excursionem Medi in aggerem fecissent, & propugnatores confestim terrore animaduertit in eos, quos loco cessant, decimatione. Diuisi enim per denos legionibus, decimum quæq; sorte ducta interfecit: cæteris pro tritico admensus est hædem. Plutarchus in Antonio, & Frontinus lib. 4. c. 1.

Iudæi in censo templo à Titii militibus, per medios hostes elapsi, uiuos duos milites Romanos cepere, unum equitem, alterum peditem: & peditem quidem interfectum per omnes traxere ciuitatem, uelut uno corpore omnes Romanos ulciscerentur: eques uerō quiddam his quod saluti foret, sustinere pollicitus, deducitur ad Simonem ducem. Cum quibus quæ diceret non haberet, Ardala cuidam ex numero ducti traditur puniendus. Is autem cum reuictis post terga manibus, oculisq; fascia obstrictis, in conspectum Romanorum ueluti capite cæsurus pro duxit. Verum ille, dum gladium laeues educeret, ad Romanos refugit. Hunc **TITVS**, quoniam ad hostibus esset elapsus, non est passus quidem occidendi gnū uerō esse Romanorum militem iudicauit, quia uirum fuerat captus: & armis ablatis eū agmine pepulit. Iosephus lib. 7. c. 14. belli Iudæici.

VLIANVS Augustus, cum bellum aduersus Persas gereret, & tres cohortes à paruo hostium numero in fugam compulsa essent: decem, à quibus primò fuga cepta erat, militia exauctoratos capite multauit. Fulgostus libro 2. capite 2. ex Ammiano.

INTEMPERANTIAE ALIMENTARIS POENAS

IN GENERE.

LYCANI, ut aliorum criminum, sic etiam luxuriæ causas agunt. Et si quis homini luxurioso mutasse aliquid conuincatur, punitur mutuo dato. Stobæus Sermon. 42. ex Nicolai de Moribus gentium historia.

FABRICIVS Lucinus, Qu. Aemilius Pappus censores, Pub. Cornelium Rufinum, qui bis consul & dictator fuerat, senatu mouerunt: nullam aliam ob causam, quam quod cõperissent eum cœnæ gratia decem pondo argenti habuisse. Cuius, & Brufonius lib. 1.

IN SPECIE. Nitirum.

CIBORVM.

Scipio Africanus iunior **ADOLESCENTEM** nota censoriâ dignum iudicauit, qui in Carthaginis oppugnatione quum sumtuosorem instruxisset cœnam, simul ex melle apposuerat libum in Carthaginis formam concinaatum: iusseratq; per lusum, ut factio impetu, perinde ac in præliis fieri assuevit, *μολογικον* disperent: sic enim placentiam uocabat, tanquam ex melle concretam fermentatamq;. Querente autē eo, quòdnam ob suum peccatum equus adimeretur? Quoniam, inquit Scipio, me prior urbem hostium diripuisi. Cælius lib. 9. c. 13. A. L.

Quum ad **AVGVSTVM** delatum esset, Erotem, siue Erotheū Aegypti procuratorem emisse cocurnicem, in pugna superantem omnes, ac prorsus inuictam, eamque assam deuor-

asse: iussit acciri hominem, & discussa causa, confessum malo nauis affigi iussit: uita iudicans in dignum, qui ob tantillâ gulæ uoluptatem uon pepercessit aui, quæ pugnando diu multusq; potuisset esse uoluptati: præterea, quæ læto quodâ omine, Cæsari perpetuam in bellis prosperitatem portendat. Plut. in Rom. apoph.

Quidam pueruli sui nimio amore corruptus, rogatus ab eo ruri, ut omasum in cœnam fieri iuberet, cum bubulæ carnis in propinquo emendæ nulla facultas esset: domi boue occiso, desiderium eius expleuit, eoq; nomine publica quæstione **ROMÆ** afflictus est, *μυτις*; in exiliū, tanquam colono suo intererit. Val. lib. 8. c. 1. & Plin. lib. 8. c. 45.

POTVS, POTATIONIS, EBRIETATIS.

Quorum. Videlicet

In genere.

PITTACVS Mitylenæus temulentos, si quid deliquissent, duplii poenâ puniri curauit: ut formidine supplicij à uino præuocati abstinerent. Alexander ab Alexandro lib. 3. c. 11. & Læcius lib. 1. cap. 5.

Apud **HISPANOS** hodie ebrietas tanto habetur odio, ut nescimonij qui dem dicto ei, qui huic uitio obnoxius uel semel fuerit, permittatur.

Regum.

INDI, nisi sacrorum causa, unum non bibebant: apud quos constitutum erat, ut si qua mulier regem temulentum occidisset,

diffet, hoc donaretur munere, ut succedenti nuberet. Alexander ab Alexandro lib. 3. cap. 11.

ATHENIENSES cum ebrietatis uitium in omnibus improbarent, ex Solonis instituto ebrium principem morte multabant. Læcius in Solone.

Mulierum.

Non licebat uinum feminis Romæ bibere. Inuenimus inter exempla, **EGNATIUM** Mecennij (Val. lib. 6. cap. 3. Metellum uocat) uxorem, quòd uinum bibisset è dolio, interfectam fuisse à marito: eumq; cædis à Romulo absolutum. Fabius Pictor in Annalibus suis scripsit, Matronam quòd loculos in quibus erant clauis uinariæ cellæ, resignauisset, à **SVIS** inedia mori coactam. Cato, ideo propinquo feminis osculum dare, ut scirent an temetum olerent. Hoc tum nomen uino erat, unde & Temulentia appellata. Plin. lib. 14. cap. 13. Cn. Domitius iudex pronunciauit, in causa eius **MVLIERIS**, quæ quòd uinum bibisset, morbo excusabat: uideri plus uini bibisse, quam ualeat uinum causa, uino inscietie: & ideo dote multauit. Ideoq; & Pompilium Faunum fatuum Faunam uirgis ad mortem usq; cæcidisse, quòd contra morem decursq; regium, clam uini ollam ebibisset, & ebria facta esset. Aerodius ex Plin. lib. 14. c. 13. & Lactan. lib. 1. c. 22.

Aegrorum.

Apud eos **LOCROS** qui magis uergunt ad Zephyrum, si quis

AMATORVM VIOLENTIAE ET INSIDIARVM INTENTATARVM CORRECTIO INIUSTA:

IN IURIA SCILICET ILLATA.

DE VIRGINIBVS.

ARISTOMENES Messenij, Spartani uirginibus, raptis à se, uim inferre uolentes milites, occidit: calq;, magna accepta pecunia, iniuolatas parētibus restituit. Pausan. in Messen.

DE MATRONIS.

Duo senes Susannam fortè intuiti se lauantes (erat hæc *μυτις*) conuix, mulier præstanti forma, sed pudicitia adhuc præstantiore) subit utrunq; mala libido mulieris uitandæ. Hi ubi omnia turpitudini obsepta uiderunt, calumniâ mulierem intendit, ceu ad ulterij contemptam ad populum ream producunt. Sed dedecus & supplicium quod infanti parabatur, in accusatorum perniciem uertit per **DANIELEM** puerum cœli providentiâ. Sabellicus lib. 4. cap. 11.

Tradunt Oronem munus à parte Neptuno impertrasse, ut tam super undas, quam super terram posset incedere. Qui cum in Chium ad **OENOPIONEM** uenisset, Aeropem illius uxorem uitare conatus est. Id grauitè ferens Oenopion, Orioni oculos effudit. In Lemnum profectus, à Vulcano perbenigne excipitur: qui eius miserum, Cædalionē unum & famulus Orioni ducem uiarum dedit, qui in Orientem ad Solem profectus, ab eo sanitati restitutus est, ac lumen recuperauit. Deinde contra Oenopionem arma suscepit, quem in eius auditum aduentum ciues sub terra occultant: hinc ubi non spectaret se amplius posse inuenire Orion, in Cretam contendit uenationis causâ. Natalis Comes Mythol. lib. 8. capite 13.

METELLYS Celer Cn. Sergio Silo promissorum matrifamilie numerum gratia, diem ad populum dixit, eumq; hoc uino crimine damnauit. Non factū tunc, sed animus in quæstionem deductus est: plusq; uoluisse peccare no cuit, quam non peccasse profuit. Val. lib. 6. cap. 1.

merum sine medici imperio medicamento gratia biberit, capitis damnatur, quam legem tulit Zalcucus. Athenæus libro decimo, capite 9.

Quo tempore.

ANTIGONVS rex milites quosdam uidens thoracibus & galeis indutos sphaera ludere, delectatus est hoc spectaculo, ac duces illos accessit iuber, ut eos coram illis laudaret: uerum ubi nunciatum esset, duces bibere, præfecturas illorum militibus dedit, qui sphaera luserant armati: simul & dum cum ignauiam puniens, & militum strenuitatem honorans. Plutarchus in Apophtheg.

C. Marius magno labore præturam assecutus, cum accusaretur, largitione eam obtinuisse: atque inter coniecturas illud adduceretur, quòd Sabaconus minister Cassium intra sedilia consilij adire uisus erat: Sabaconus de eo interrogatus, excusauit à se Cassium accessitum, ut ex catarulo, quem secum habebat, biberet, quæ ei postea remisit. Is igitur à **CENSO** **RIBVS** fuit notatus. Nam siue largitione usus id negaret ob prætorum, siue uerum esse eum ob id solum ut biberet Cassium uocasse, ob intemperantiam nota dignum censuerunt: quòd publico in loco, ubi uini ollam ebibisset, & ebria recur, bibere non erubisset. Fulgostus libro secundo, cap. 4. & Sabellic. lib. 2. Ennead. 6.

DE REGINIS.

ALTHEUS Burgundionum nobilissimus, magnis apud Transiuranos opibus, quòd auctor extitisset Herponis Magistrum equitum à **CLOTHARIO** II. rege Francorum instituti occidendi, poenas metuens, audendumq; aliquid maioris rei ratus, per Leudemundum Sedunorum episcopum Bertrudem reginam sollicitat, ut relicto Clothario uiro rege, quem eo anno periturum mathematicis auctoribus fortibusq; facorum scire se diceret, ad se cum regia gaza transiret, eam se in matrimonio habiturū. Illa agrè tulit se à Leudemundo his moribus existimari, ut tentata pugnari posse uideretur: & rex episcopum sanctitate templorum se regentem, deprecantibus sanctis uis uenia uenit, donauit, iussim dicecchi sua pedem non effere: in Transiuranosq; profectus, quæstionem acriter habuit. Procerum iudicio Altheus condemnatus, cum cæteris qui in noxa erant, capite scelus luit. Aemilius lib. 1.

DE MERETRICIBVS.

Hostilius Mancinus Aedilis Curulis fuit. Is Manulix meretrici diem ad Populum dixit, quòd de ambulo eius noctu lapide iectus esset: uulnusq; ex eo identidem ostendebat, & re & persona atro cem esse iniuriâ, quæ Magistratui populi Romani facta sit, nec se læsum modo, sed & minutam Populi

DE VIRGINIBVS.

auctoritatem: deniq; ex facientis uilitate & indignitate, iniuriam & contumeliam crescere. Manulia Tribunos plebis appellauit: apud eos dixit, comestororem Mancinum ad ades suas uenisse: eum sibi apud se recipere non placuisse: sed cum ui irrumperet, lapidibus sanè depulsum. **TRIBUNI** decreuerunt, Aedilem ex eo loco iure deiecitum, quòd eum uenire cum coronario non decuisset: propterea ne cum Populo Aedilis ageret, intercesserunt. Nam ut quæ meretricia ueste, non matronali habitu uestita fuerit, agrè si quis eam appellauerit, aut ab ea comitem obduxerit, iniuriarum actione habet: ita Magistratus qui cum imperio & potestate est, si pro fascibus, cum fertis & coronis in eo loco reperitur, quòd etiam alios accedere, prohibere debuisset: ei si iniuria fiat, de se magis quam de alio queri oportet. Postremò uim etiam in meretricem cadere: ergo uim ui repellere iure licuisse. Nam & si quis palam corpore pecuniam quæreret, aut se lenoni locauisset, est famosus & suspiciosus sit: uim in corpus liberum adferri non æquum esse, ueteres censuerunt, ut ex M. Catone scriptis Nonius Marcellus. P. Aerodius ex Gellius lib. 4. cap. 14.

DE PVERIS.

V. Veturius, filius eius Veturij, qui in consulatu suo Samnitibus ob turpiter ictum fœdus deditus fuerat, cum propter domesticam ruinam, & graue æs alienum Cælio Plotio nexum se dare adolecentulus admodum coactus esset: seruilibus ab eo uerberibus, quia stuprum ab eo pari noluerat, affectus querelam ad consules detulit: à quibus hac de re certior factus **SENATVS**, Plotium in carcerem duci iussit. In quacumq; enim statu positam Romano sanguini pudicitiam tutam esse uoluit. Val. lib. 6. cap. 1. & Suidas.

M. CLAUDIUS Marcellus Aedilis Curulis, C. Scantio Capitolino Tribuno plebis diem dixit ad Populum, quòd filium uix puberem de stupro appellasset. Is prius asseuerauit, se cogi non posse ut adesset, quia sacrosanctam potestatem habebat: ob idq; Tribunicium auxilium appellauit. Sed totum collegium Tribunorum negauit se intercedere, quòd minis pudicitia quæstio perageretur. Rem populus ad Senatum reiecit. Itaq; cum nihil amplius haberet quo reus iudicium moraretur, cuius rei nullum testem esse certò sciret, præter ipsum adolecentem, audacter de crimine pernegauit. At postquam iuuentem interrogari placuit, uisusque est in Rostra productus, ob præsentia Capitolini defixo uultu suffusus lacrymis, non contumacia, sed pudore tacuisse, ualuit in suam ultionē uerecundū filientū: ideoq; citatus Capitolinus, uno hoc teste, qui têtatus erat, pecunia multatus est. P. Aerodius ex Plinio, lib. 6. cap. 1. & ex Plut. in Marcello.

M. Lætorio Mergo, tribuno militum, **COMINIUS** trib. pleb. diem ad Populum dixit, quòd Cornicularium suum stupri causa appellasset. Nec sustinuit eius rei sententiâ Lætorius, sed ipse ante iudicij tempus se fuga prius subtraxit, deinde etiam morte puniuit. Naturæ modum expleuerat: fato tamen sanctus uniuersæ plebis sententiâ crimine impudicitia damnatus est. Signa illum militaria, sacrate aquilæ, & certissima Romani imperij custos seuera castrorum disciplina, usque ad inferos profecta est. Quoniam cuius uirtutis ma-

gitter esse debuerat, sanctitatis corruptor tentabat existere. Val. lib. 6. cap. 1. & Suidas.

C. MARIVS Imp. Clusum fororis suae filium, tribunum militum a Caesio Plotio manipulario milite iure caesum pronunciat, quia cum de stupro compellere ausus fuerat. Valerius libro 6. cap. 1.

DAMON Peripolita, insigni forma adolescens, a Romano, qui Charonae praeerat, ardentem amabat: quia cum persepere in uenerem inuitatus, minime assentiri uoluisset, certior factus praestitum uelle, quia blandiendo non proficif-

fer, uim inferre: adhibitis secum aliquot adolescentibus, ueris pudicitiam tuentur, ora fuligine tincti, ne facile agnoferentur, praefectum in foro sacrificantem obruntur, atque peracta caede urbe excesserunt. Charonci eius, Romanorum iram ueriti, a adolescentibus illos morti damnarunt. Cum postea sub id tempus consul Lucullus in Asia tenderet, Charonae eius rei gratia sublitit: reque, ut eratin tellecta, adolescentem iudicauit, iussit ob turpem inuentionem mortis praestitum occidisse. Fulgofus libro sexto, capite primo, ex Plutarchi Lucullo.

STVPRI, ADVLTERII, SCORTATIONIS

POENA

QVAE, QVALIS

Parentum libidinem in filio spuris castigari, ex Tir. Ille. giteri ortus poena, colliges.

Stuprum olim igni puniri solitum ex historia Thamaris colligi potest: quam IV D A S focer grauidam, quia cre maffet, nisi ex ipso se concepisse, manifestis ostendisset indiciis. Genes. 38.

Si quis ISRAELITARVM puellam uirginem alteri pactam in oppido compressisset, ambo ad oppidi portam educti lapidabatur: haec quia in oppido non clamasset, ille quia alteri uxorem uitiaffer. Sin autem ruri eam compressisset, uir tantum lapidibus obruebatur, quod ueris simile erat, quamuis clamanti puellae neminem opem ferre potuisset. Quod si uirginem quis non desponsam uitiaffer, patri puellae 30 argenteos numerare, eamque uxorem habere cogebatur, neque unquam repudiare licebat. Deut. 22.

Apud AEGYPTIOS si quis sine ui adulterauerat, uirgis caedebatur ad mille plagas, mulier naso mutilabatur. Existima bant enim mulierem sese ad illicitam in continentiam exor nate oportere ea parte mutilari, qua maxime facies exornatur. Dio d. lib. 1. cap. 6.

Apud ARABES aliaque nationes adulteris semper capitis poena fuit: quod plerique philosophi prodidere, qui adulteriu perituro grauius crimē censuerunt. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 1.

PARTHI nullum delictum adulterio grauius uindicant. Alex. lib. 4. capite 1.

GNIDANI, qui iuxta Lotophagos sunt, pelliceas simbrias ferre cogebant adulteras. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 18.

Apud PISIDAS adulterij conuictus per urbem unā cum muliere circumducebatur super asino, ad dies aliquot. Stobaeus serm. 42. ex Nicolai de Genitum moribus historia.

Apud CYMANOS mulier in adulterio deprehensa ducebatur in forum, ut illic lapidi insiliens omnibus esset conspicua. Deinde impositam asino, atque ita per totam ciuitatem circumductam reducebant ad lapidem, ut ibi rursus esset omnibus spectaculo. His actis, habebatur infamis per omnem uitam, & ignominie gratia uobis dicebatur, quod asinum equitasset. Lapis autem nefastus ac detestabilis habebatur, in quo steterat mulier. Ex Plut. Problem. Erasmus in Adag.

LEPREI, quos in adulterio deprehendunt, per triduum uitatos per ciuitatem ducunt: mox toto uitae tempore contemribiles habentur. Quod mulieribus itidem fit, nisi quod haec diebus undecim in foro stare coguntur distinctae, & tunica xircumuestita pellucida. Caes. Rhod. lib. 2. cap. 48. ex Heraclidis politis: & Alex. lib. 4. cap. 1.

THACIBVS in usu est, non asseruare uirgines: sed cum quibus libitum est, commiseri licet. In nuptas autem si qui d' effer offensum, grauissimae animaduersionis poena constituta est. Ibidem.

Apud GERMANOS adultera abscissis crinibus maritus expellit domo, & per omnem pagum nuda uerbera afficit. Ibid.

Adulter GORTYNÆ in ciuitate Cretae deprehensus, & in iudicium adductus, criminisq; conuictus, lana coronabatur. Ipsa uero coronatio redarguebat eius mollietatem, timiditatem, mulierositatem: & aestimata est ei publice quinquaingenta staterum summa: atque ad turpissimam infamiam redacto, omnes ad gerendam in repub. dignitatem uitae sunt interclusae. Aelianus lib. 12. de Varia historia.

TENEDVS quidam rex legem tulit in adulteros, ut utriusque corpus securi concideretur: eiusque legis exemplum etiam in filium adidit. Proinde in nominis iussit in sculpi, altera ex parte securim, altera duos uultus ex eadem ceruicē prominentes. Cuius rei meminit & Stephanus in urbium catalogo. Plutarchus in commentario de Pythii oraculis, ostendit securim typum atque insigne fuisse Tenediorum, idque propter caneros qui sunt apud illos in loco qui dicitur Asterium. Erasmus in Adagiis.

Memoratur dictum Geradae cuiusdam Spartiarum ex antiquis, qui hospiti seiscitanti, Quae esset poena apud ipsos in adulteros constituta? respondit: Adulter, hospes, non inuenitur apud nos, quod subiacente: Quid si inuentus sit? Taurum, inquit, luitingentem, qui capite traiceto Taygetum bibat

ex Eurota. Obstupescere illo ac dicente: Qui existat bos tantus? respondens Geradas: Qui, inquit, adulter existat Lacedaemone? Plutarchus in Lycurgo.

ATHENSIS adulteri mugile plebscebantur. Cestres est pisis, quem Latini mugilem uocant: ita nūcupatus, quia tellecta publica Atheniensium poena intrat adulteros. Caesius Rhod. lib. 27. cap. 4. Puniebantur etiam Paratimo, euiusmodi ne pilorum podicis, quod *παρτιμο* uocant. Diuites uero pecunia numerata dimittebantur. Aristophanes in Pluto: ille in adulterio deprehensus, propter te non uellitur. Suidas.

PLATON de Legibus nono, non modo eum qui cum puero, sed etiam qui cum muliere inuupta se miscuerit, mortis supplicio condemnat. Adulterum impune a uiro occidi posse asserit. Alexander lib. 4. cap. 1.

Vicus est quidam Atticae regionis, cuius incolae LACIADAE, uel Placiadae uocantur. Apud hos moris erat, ut qui fuisset in adulterio deprehensus, ignominiosas poenas daret, impositis in pudendam corporis partem raphanis, qui apud illos mirae magnitudinis esse dicuntur. Quod si raphani forte non fuissent ad manum, scilicet utebantur: id est, ligonis uel seu ris capulo. Plut. & Erasmus in Proverb. Laciadae: & Suidas.

SOLON lege sanxit, uti ne ad alendos parentes astringeretur, ut auctor Ponticus est Heraclides, ex meretricibus procreati. Quippe nuptiarum decus qui praetereat, profuit se non liberorum gratia, sed uoluptatis assicere mulierem: habetque mercedem suam, neque locum sibi quaerendi reliquit de genitis, quibus ipsam reddidit probrosum matuitatem. Adulterum interficere deprehendenti permisit. Et qui liberam feminam rapuerit, uimque intulerit, centum drachmarum praestituit multam. Idem, filias uenere aut forores interdicit, extra quam uirginem in stupro ab ipso deprehensam. Plutarchus in Solone.

Post Argium Hyetrum, qui primus in adulteros legem sanxit, diuus IULIVS, mox AVGVSTVS, graui coerectione & multiplici poena adulteria coerecere. & TIBERIVS poenam grauiorem adulteris sanxit, ut ad amicitiae foedus ab his corrupti putaret, ad eum etiam propinquos adultera ultra ducentisum lapidem exilium in dixerit. DOMITIANVS quoque, & post illum multi Caesares, Iuliam legem, non uis editionibus innouarunt: ita ut diuus Severus non solum poena teneri illum, qui in nuptam adulterium admittit, editio cauerit, sed qui in sponsam, quia nec qualemcunque speciem matrimonij uiolare fas est. Sicut incestum admittit relex putauit illum, qui supra uirginum matronarumque attentasset, etiam sine stupro. Lege Iulia de adulteriis cautum fuit, ut si qua mulier cum aliquo moecharetur, eumque postea coniugali copula uirum duxisset, siue ueteris consuetudinis inhonestae, siue criminis peracta, non propterea adulterij crimen, aut si quid esset offensum, dilui uel extingui, siue palam, siue clam moechata fuisset: imò tanquam in confessam, adulterij poena lege exerceatur, & hoc iure consulti censuerunt, legem Iuliam interpretati: nam commissum antea adulterium, cum quo se mulier postea matrimonio deuinxit, uelamento matrimonij non exingui dixerunt. Quo sensu Martialis scribit:

Quod nabis Proculina concubino,
Et moechum modo, nunc facis maritum,
Ne lex Iulia te notare possit:

Non nabis Proculina, sed fateris. Alex. lib. 4. cap. 1.

Ab AVRELIANO Imperatore id excogitatum in adulterum est, uti arborum duarum inflexis capitibus, ac ad pedes religatis, moxque dimissis, interualsus utriusque propenderet. Celsus lib. 10. cap. 6. Antiq. Lect.

OPILIVS Macrinus adulteros ignibus cremabat. Alexander ab Alexandro lib. 4. cap. 1.

De matrimonio SAXONVM haec Bonifacius (teste Gulielmo Malmesburicensi lib. 1. cap. 64. de Anglis) scribit, in epistola ad Ethibaldum regem: Pagani uerum Deum ignorantes, naturaliter quae legis sunt, & quod ab initio Deus constituit, custodiunt: quia propriis uxoribus matrimonij foedera seruant, fornicatores & adulteros puniunt. Nam in qua Saxonia, si uirgo paternam domum adulterio macula-

uerit,

uerit, uel si mulier maritata adulterium perpetrauerit, aliquando cogunt eam, propria manu per laqueum suspensam, uirum finire, & super bustum illius incense & con crematae corruptorem eius suspendunt. Aliquando coniecto cœtu femineo, flagellatam eam mulieres per pagos circumquaque ducunt, uirgis cadentes: & uestimenta eius abscindentes iuxta cingulum, & cullellis totum corpus eius secantes, & pungentes minutis uulncribus, cruentam & lacera tam de uilla ad uillam mittunt: & occurrunt semper nouae flagellatrices, zelo pudicitiae adductae: usque quod eam aut mortuam, aut uix uiuam derelinquant, ut carere timorem adulterandi & luxuriandi habeant.

In urbe Ostrogothorum SCHENNIGIA Thuronis Longi statua fuit olim, clauam humero gestantis, saxi duobus caena colligatis è claua dependentibus. Fuit is athleta fortissimus, & pudicitiae mulieribus defensor acerrimus. Mox igitur fuit olim, ut deprehensa in adulterio mulier dotē amitteret, & hereditatem omnem, essetque in potestate mariti de ea & adultero pro libito statuedi. Quod si adulter multam à legibus praescriptam persolvere nequiret, tunc duo saxa Thuronia mulieris humero tenus imponuntur, & ipsa, uirilibus adulteri funiculo ligatis, ipsum per plateas ciuitatis aspicientibus cunctis pererrare, ac demum perpetuo exilio solum uertere cogebatur. Olaus libro 14. capite 16. Septentrionalium regionum.

In ANGLIA, quae quondam Britannia dicta est, qui extra matrimonium mulieribus commiscetur, deprehensus sacerdotis imperio, die festo in processu cleri ac populi ad esse iubentur: & retentis fœmoralibus, uel ecclesiam circumcūct, ardentem ceram manu gestantis. Si quem poena pudet, eis auro noxam redimit. An. Syl. libro 1. de dictis & factis Alphonfi. Consule Tit. Confessionis suorū malorum urbanae.

MAHOMETVS impius de adulterio sic edixit: Omnis adulterans centum istus suscipiat, in multorum praesentia ut sic uim correptus, tum uerecundatus, ueteris ab illo peccato omnibus bonis illicito cesset. Nec quis Deum, legemque diuinam timens, aliqua super hoc pietate moueat. Azora VII. inquit: Mulier adulterij quatuor feminis testibus conuicta, in domo, usque dum illi uiam deus aperiat, uel ipsa moriatur, sit detentata: & accedentibus ad illam malum ingeratur, nisi malo relicto benefecerit.

Apud BRASILIENSES neque filias parentibus, neque forores fratribus collocari licet: reliquas mulieres sine ullo discrimine sibi matrimonio coniungunt: quas offensionem interposita deserunt. In adulterio autem deprehensas uel occidunt, uel tanquam seruas uendunt. Oforius lib. 2. rerum Em.

DE CIVIS INIURIAE OB LIBIDINIS VSVM CVM

TERGINIBVS.

Vlyssis sociorum unius a VEMESSEIBVS ob stuprum uirgini indigenae illatum lapidibus obrutus. Erasmus in Chiliaad. Darius SOROR, Sarsapem Carthaginensem Rupratorem filiae Zopyri cogit Africam omnem per nauigare usque: ad Arabi cum sinum. Herod. lib. 4.

Comes quidam in uenatione rusticam puellam ui compresserat. Pater CAROLO Burgundo duci facinus indicat, neque tamen auctorem nominare potest. Dux mane fitos omnes eodem quo pridie habitu indutos adesse iubet. Parent illi. Puella ex uestitu & equo corruptorem agnoscit. Dux se ueris obiurgatum uerbis, rusticam splendide uestitam in uxorem ducere cogit. Mox in ius raptum, ob uim ingetue illatam capitali supplicio afficit, patrimonio Comitum in alimenta quo ad uiueret puellae concesso. Seueritatem tantam non obturē plerique, aulicorum reprehendebant, quod matrimonij disparitas per se satis supplicij uideretur esse. Quibus illi: Priuata iniuria priuato, inquit, at publica supplicio fuit eluctanda publico. Cyriacus Spangenbergius de recto uenationis usi, ex Georgij Luterbeci lib. 2. de Magistratib. c. 15.

DE MATRONIS.

ATHENIENSES maiore poena soliti sunt afficere illos, qui alienam uxorem precio au illecebris corrupissent, quā qui eadem ui adhibita uiolassent. Illos enim morte multabant: hos uero dupli poena afficiebat, damnū quod illatum esset aestimantes. Ita autē Lyffas subtilis orator consilium eorum interpretatur, putatque eos hoc fecuros fuisse: qui enim uim mulieri adhibuerunt, odio habentur ab illis, quas uiolarū contra autem qui ad stuprum pellexerunt, animos etiā corumpunt eorum, quas sibi conciliarunt: atque ita quidem corumpunt, ut sibi ipsas magis beneuolas quam uiris redant, unde omnis uiri domus in manu & potestate adulteri statim fit. Victorius lib. 32. c. 15. Var. Lect. ex Lyffae oratione. Gracchus, cum adulteraretur cum uxore Mumij, deprehensus per MVMIVM, fuit intercentus. SEMPRONIVS Musca, C. Gallium deprehensum in adulterio, flagellis tantum ca-

cidit. C. MAVIVS, L. Octauium neruis tantum contudit. BIBIENVS Carbonem Aeticum, sicuti P. Seruius (Val. Cernium uocat) Pontium castravit. Sallustius deprehensus in adulterio Faustae, Syllae Felicis uxoris, ab ANNIO Milone (ut scribit M. Varro) loris caesus est: & cum dedisset pecuniam, dimissus: quod Alconius etiam Pedianus in eius uita significat, & Horatius primo Sermonum.

C. IVL. Caesar libertum gratissimum ob adulteratam equitis Romani uxorem (quamuis nullo querente) capitali poena affecit. Suetonius.

Iulius Antonius eo quod in nocturnis computationibus rem multoties habuisset cum Iulia Octauij filia, cum quibusdam aliis uiris illustribus, qui propter id suspecti AVGVSTO erant, occisus est. Dion in Augusto.

AVGVSTVS Caesar Proculum ex acceptissimis libertis mori cogit, compertim adulterare matronas. Suetonius.

OTHONE I. Imp. in Italiam cum exercitu profecto, procidit ad pedes eius mulier, querens quod per uim passa esset stuprum, ac rogans iustam legum uindictam. Imperator uero ob festinationem, ad reditum suum reuertebat legis executionem. At mulier uicissim: Quis tum, inquit, tibi, Rex, hanc tam atrocem mihi illatam iniuriam in mentem reuocabit? Tum ille suspiciens in proximam ecclesiam: Haec, inquit, erit testis inter me & te, & in signum iustae ultionis. Sicque illam dimisit, ipse uero cum suo comitatu progressus est. At cum pedem rebus in Italia pacatis referret, ac uideret ecclesiam, recordatur simul delatae querimoniae. Iussit itaque aduocari mulierem. Quae cum statim aduolasset ad regem, sic eum alloquitur: Serenissime rex, uir, de quo sum olim quæstā, nunc meus est maritus: pæperique ex eo, & iniuriam aboleui. Non sic, inquit rex, per Othonis barbam sentiet dolabrum. nam inter uos facta collusio, sacris legibus non imperat. iussitque uirum securi percuti. Cranzius libro 3. Metropol. capite 12.

IOANNES Carongius, eques Francus, peregrinandi causa domo profectus erat. Iacobus Grifus ad eius uxorem formosissimam, sub praetextu arcis Argentolij iustendae causa ueniens, cum nihil sinistri de eo mulier conciperet, per uim stuprum intulit. Vxor marito reuerfo facinus indicat. Ille, cum Grifus facinus negaret, duellum offert, Petro Alenconio duce, in cuius aula uiuebant, refragante. Senatus Parisiensis concessit, diemque certamini edixit. Rex ipse Carolus VI. spectator aderat. Carongius uxori, presentia sua maritum animante, & adulterum terrenti, dato osculo, admittis equis, in femore uulneratus, in pedes deliit, Grifum perstravit & occidit. Grifus carnificis unco tractus in crucent sublatu: Carongius mille Francis donatus, annuo in super c. c. Francorum stipendio à rege ornatus est. Gaguinus.

DE REGNIS.

Anno 1313. sub PHILIPPO Pulcro Francorum rege, natus regiae, Margarita Ludouici Hutini regis Nauarreg. Blanca Caroli, apud Malirubi monachatum cœnobium deprehensa sunt in adulterio, & conuictae die Martis à resurrectione Christi grauitur supplicij de Philippo & Gualtero Danoyffis Ant degautensibus eorum amatoribus sumtum excoctis primum, inde suspensis. Ioanna Philippo absoluitur. Ludouicus, Margarita miserè defuncta, è qua Ioannam filiam suscepserat, Clementiam regis Hungariae filiam ducit. Carbulus suae Blanchae libellum dat repudij, Papa auctore, & Ioannam filiam comitis Ebtrouicum uxorem accipit. Chronicon Francorum, & Fulg. lib. 6. cap. 1.

Pandulphum Alopū (cui Ioanna regina Neapolitana, LA DIS LA I foror, eius amore perditā, ararij praefecturam, ingentes opes, & totius regni procuracionem detulerat: adeoque ei profligato pudore erat obnoxia, ut ab imbelli impudicoque iuene, ipsum Sforciam uirū fortissimum, infontemque, carcere includi pateretur) securi percussum, triduoque in sepulchrum Neapolitani in foro spectarunt: quum IACOBUS è Narbonensi Gallia regia stirpe natus, & ab Ioanita in matrimonium acceptus, qui tum & Sforcia in custodia seruabatur, ipsum Alopū in regine stratis occultatum deprehensumque cepisset. Iouius in uita Sforciae.

Pincerna PHILIPPI Vicecomitis, ob stuprum Beatrixis Philippi uxoris, securi percussus fuit. Sabellicus lib. 9. Ean. ead. 9. & lib. 1. Ennead. 10.

DE LIBERIS CORPORIBVS.

Apud AEGYPTIOS ei, qui mulierem liberam uiolasset, uirilia excabantur: quoniam uno crimine tria haud parua scelerata complexus esset, iniuriam, corruptelam, & liberorum confusionem. Dio d. lib. 1. capite 8.

DE QUIBUS INFLICTA POENA, & a quibus. Puta

DE PRINCIPIBUS, MAGISTRATV.

Vide Titulum, Tyrannorum & Tyrannicidarum, Grauiissima haec SENATVS Populij, Romani sententia fuit, D d d d 2 quæ

quæ propter Lucretiæ stuprum, aliâque infinita ac tyrannica facinora, de imperio abrogando Tarquinius Superbo regi pronuntiata est: uxor ac liberis Tarquinisq; omnibus ciccendis urbe, Italia, finibus: hac cum maxima sanctione, ut si quis unquam de reducendo rege cum populo ageret, ei capitale esset. P. Aerodius ex Dionysio Halicarnasso, lib. 3. Tito Livio, lib. 1. Decad. 1.

Childericus Merouci F. Francorum rex, ob attentatâ illustrium feminarum pudicitiam cõiuratione PRO CERVM in Thuringiam profugere coactus fuit. Acmilus.

NO RVE GIENS ES femina armata, ope Regneri Danorum regis, Siuardum Sueonum regem ob supra frequentia bello uictum trucidauit. Io. Magnus lib. 17. cap. 4.

Vrbini dux Oddo, matre Columæni nobilissima natus, cum per libidinem in matronas nobiles debaccharetur, nec modum licentiæ faceret: à PO PULO interfectus est, cum Protonotario Carpenfi, adolescentiæ suæ corruptore & libidinum magistro. Cadaver eius in forum delatum, exedra uiri- lia ori immilla. Aeneas Syl. cap. 61. Europæ.

MILITIBVS, DVCI BVS.

ARISTOMENES Messeniis, milites quosdam, qui Spartanas captiuas stuprare uolebant, sua manu interfecit. Pausanias in Messeniis.

PHILIPPVS cum Thebanis bellum gerebat. Aeropus & Damaspus duces è lupanari conductam mercede psalteriam in castra duxerunt. Philippus re cogita, duces ambos è sui regni finibus exterminauit. Polyæn. lib. 4.

Cum ad ALEXANDRVM Magnum delatum esset, mercenariorum quorundam militum uxores, à Damone & Timotheo Macedonibus, qui sub Parmenione merebant, constituturas: Parmenioni per litteras mandauit, si manifesti criminis forent, ut eos itaquam natas ad hominum corruptelam belluas puniret atque interficeret. Ac de semetipso in hac epistola ad uerbum scripsit: Ego enim non solum non uidisse inueniar Darij uxorem, aut uidere cogitasse: uerum nec uerba facientes de eius decore, sustinuisse audire. Plutarchus in Alexandro. Idem in Asiam proficiscens, ignauos & profrosos milites in sinu Cæramico reliquit, in insula parum à continente distante, quæ Cinædopolis inde dicta fuit. Plinius libro quinto, capite 31.

Q. SERTORIVS qui bellis ciuilib. unus Marianarû partium erat, cum in castris tabernaculum suum satis propinquum feruis haberet, qui à Mario liberati militabant: quia nimis licenter opibus, Romanisq; mulieribus abutebantur, imparatos eos, ut poete qui uim non uerentur, adortus, quatuor ex eis millia occidit: affirmans, male se illis militibus, est magnopere necessarii erant, carere, quam Romanis illatas iniurias non uelcisi Fulgof. lib. 6. cap. 3. Idem ob unius militis lasciuiam luxuriamq; nimis infamem atq; importunam erga inimicâ mulierem, uniuersam cohortem, quia istius argumento necesse esset & deteriores alios conseruare, ultore gladio desecuit. Appianus lib. 1. Bellorum ciuiliu.

ALEXANDER Seuerus militarem disciplinam tam seuerè rexit, ut ad Persicum bellum profecturus, totam legionem ademptis armis exauctorauit: quia apud Daphnem in Syria milites scortari, intempèstiusque potationi indulgere dicebantur. Nec prius recessit, quam in tribunos, qui omnium fuerant malorum causa, sit publicè animaduertum. Sabellicus lib. 6. Ennead. 7.

AVRELIANVS Imperator, in uindicando militis sui cuiusdam cum hospitis uxore adulterio, duarum arborum capita prius inflexit, postea ad pedes militis alligauit: postremo ferri suo imperu dimisit, ut scissus ac distractus à se, ille utrinque pendens, reliquis disciplinæ publicæ pulcherrimum exemplum ederet. Vopiscus.

SPORCIA Magnus equitem è Ferrariâ nobilem, qui contra editum uel sepe admonitus, scortum adolescentis armigeri habitu, circumtonsa cæsarie habebat in castris, pudenda Iudibrij pœna affecti: quum muliebri ueste in durum, per castra armato in equo circumduci, ostentariq; iussisset. Iouius in uita Magni Sporciiæ.

EPISCOPIS.

Othomarus primus abbas S. Galli, anno Domini 720. à Sidonio episcopo Constantiense in SYNODO adulterij crimine damnatus, in exilium ciecus est, cum 38 annis monasterio præfuisset. Eum A. D. 864. Salomon Constantiensis episcopus in diuorum ordinem retulit. Stumpsius.

SENATORIBVS.

Cethegus Senator sub VALENTINIANO, cum adulterij reus delatus esset, ei caput amputatum est. Ammianus Marcellinus libro 23.

LEO Armenius Imp. oratus à quodam, qui uxorem à senatore quodam sibi raptam esse querebatur, & addebat, se frustra præsidis opem implorasse: crimine probato statim præsidii potestatem abrogauit, ipseque causa cognita, raptorem regibus puniendum tradidit. Zonaras.

MATRONIS.

SEOSTRES rex Aegyptiorum luminibus orbatas, consulto oraculo responsu accepit, fore ut ei tum uisus restitueretur, cum in eam mulierem faciem intendisset, quæ pudicè cum marito suo uiueret. Id expertus in uxore, alitque plurimis, nihil profuit: donec ad infamam & abiectam hortulani uxorem peruenisset: nam tum cerè sanatus est. Itaque citra ullam aliam inquisitionem, ut sui nominis erga populum religionem confirmaret, quam aut casu, aut illicitis artibus, aut sanè diuinitus in se expertus esset: placuit ei uxore repudiata, in eâ alitque; omnes impudicas & corruptas mulieres animaduertere, hoc modo: iussit eas in uillam conuere, ibiq; simul cum uilla conflagrari. Cæterum quam pudicam nactus erat, duxit in uxorem. Aegyptij deinceps locum illum, Sacram glebam appellarunt. Dio. Sic. lib. 1.

Quo anno uicti ad Clusium sunt Galli & Samnites, fuit annus rebus bellicis felix, sed ciuitati pestilens, uariisq; prodigijs sollicitus: nam & terram multifariam pluuisse ferit, & in Aprij Claudij exercitu pleriq; fulmine icti sunt. Ob quæ prodigia sunt libri Sibyllini aditi, & Q. Fabius GVRGES, Fabij Max. consulis eius anni filius, aliquot matronis stupri damnatis, ex multato ære Veneris ædem ad circum maximum statuendam curauit. Sabel. lib. 7. En. 4.

ROMÆ in publicum egredi togatæ cogebantur mœche. Hinc Martialis illud:

Thelim uiderat in toga spadonem,
Damatam Numa dixit esse mœcham.

Cælius libro 21. capite 48. A. L.

C. MARIVS cõsul, Fanniam impudicam, adulterij ream quatuor assibus damnat. Plut. in Mario.

TIBERIVS Cæsar matronas prostitutas pudicitia, quibus accusator publicus decesserit, ut propinqui maiorum more de communi sententia coerceret, auctor fuit. Suetonius. Gallica nupta Tribuno militi, & suam mariti dignitatem Cæsurionis amore maculauerat: maritus Legato Cõsulari, ille Cæsari scripserat. TRIANVS excussis probationibus, Centurionem exauctorauit, & relegauit. Maritus admonitus ut perageret accusationem, peregit inuitus, nempe uitandæ ignominie causa. Itaque uxor damnata, uenustisq; lulie relicta est. Sed ne Imperator omnes ciuimodo causas reuocare ad se uelle uideretur: nomen Centurionis, & commemorationem disciplinæ militaris, sententiæ aditi uoluit. Plin. Nepos lib. 6. Epist.

MERETRICIBVS.

DOMITIANVS impudicas palam mulieres succedendi it legatis iure atque in publicum lecticæ usû priuauit. Arbitratus, eas quæ gentis ipsius unde essent ortæ, ac priuati suum publicumque honorem contempserant, non debere ullius publici honoris aut priuati commodi partem habere. Fulgofus lib. 2. cap. 4. ex Suetonia.

AEQUALIBVS.

In Hispania Tarraconensi, me puero, tres VIRGINES, sodalem puellam, quam in obsceno facinore deprehenderant, prælargo linteo præfocarunt, inquit Viues de Christiana femina libro 1.

LIBERIS A PARENTIBVS.

Philonæ ab Hecule cõstuprata, à PATRE feris exposita fuit. TENNES Tenediorum rex, ob falsam de adulterio commissio suspitionem in mare proiectus, ac deorum benignitate seruat, cum Tenediorum imperio præficeretur, statim legem tulit, ut si quis adulterum deprehendisset, eum secuti trucidaret. Deprehenso uerò filio ipsius, cum is, qui deprehenderat, regem quid faciendum rogasset, respondit, Lege uideretur. Ob hanc causam in altera parte nominatum scorum securim insculpsit, in altera uiri atq; mulieris faciem ex uno collo dependentem. Heraclides in Polit.

HIPOMENES Atheniensis, dum unus ex Codridis esset, ac filiam Limonem in adulterio deprehendisset: hunc quidem ad currum alligatum interfecit: illam uerò cum equo sub iugum constrinxit, donec mortem obiret. Heraclides in Politis.

ZALEVCVS legislator Eoërensis, uir iustissimus, cum filius adulterij crimine damnatus, secundum ius ab eo constitutum utroque oculo carere deberet: ac tota ciuitas uirtuti ac meritis patris crimem cõdonaret: ipse sibi non pepercit, sed suo prius, dein de filij oculo eruto, uisum utriq; reliquit. Valer. Max. lib. 6. cap. 3.

PONTIVS Aufidianus, eques Romanus, postquam cõperit filia suæ uirginitatem à prædago proditam Fannio Saturnio: non contentus sceleratum seruum affecisse supplicio, etiam ipsam puellam necauit. Ita ne turpes eius nuptias celebraret, acerbas exequias duxit. Val. lib. 6. cap. 1.

PATTLIVS Philificus, in pueritia corpore quæstum à domo facere coactus, seuerus postea pater fuit. Filij enim suæ, cõ quod à stupris cõtinuè coinquinauerat, interemit. Quam san-

sanctam igitur in ciuitate Rom. pudicitiam fuisse existimare debemus, in qua etiam infitrosos libidinis, tam seueros eius iudices euasisse animaduertimus? Valer. lib. 6. cap. 1. AVGVSTVS nulla tanta cura filiam luliam, nepticq; obseruare potuit, ut eas ab adulterio compelleret: & quamquam ab earum uiris rogaretur, ut crimem condonaret: in insula Pandateria eas in cluſit, mox in oppido Rheginorum: nullo eos unquam alio dignatus nomine, quam ut uomicas & carcinomata appellaret: mortisq; testamento prohibuit, eas sepulcro suo inferri, tanquam illarum ossa piaculum corpori suo illatura essent. Fulgofus lib. 6. capite 1. ex Corn. Tacito & Dione.

NVRIBVS.

PHILIPPVS Gallorum rex, cognomento Pulcer, se in nurus suas seuerum ualde gessit. Huic tres filij erant, Ludouicus Nauarrens rex, Carolus Marchiæ, & Philippus Pictonum Comes. Maioris natu uxor fuit Margarita Borbonij ducis sua: secundi Blanca, Burgundicæ comite patre orta: cuius etiam filia fuit Ioanna, quæ postremo filiorum nuperat. Cum igitur Philippus has minùs pudicè agere, quam regias, id est, pudicas nurus æquum erat, in custodia obseruari iussit, ac criminum disquisitione habita, Pictonumq; comitis uxore, crimine, quia inno cens erat, factò in iudicio liberata, alias duas perpetuo carceri addidit, ut in eo miserè uitam ageret. Philippum autem atq; Gualterum Andegauenses fratres, qui adulteri erant, adempto ab eorum tergo corio, suspensit. Fulgof. lib. 6. cap. 1. & Chronicon Francorum.

SORORIBVS.

Patrum memoria in Hispania Tarraconensi duo FRATRES, quod sororem, quæ uirginè credebant, ferre uterum deprehendissent: dolore quousq; enixa esset dissimulato, & cohibito, simul foeti utero emisit, inspectante obſetrice, gladiis in neutrum adactis conferunt. Viues lib. 1. Christ. scem.

CONIUGIBVS.

HYETTYS Argiuorum rex, cum Molurum Arisbantis F. cum uxore sua deprehendisset, eum interfecit, & prius ad eum adulterio pœnas sumit. Argis profugus ab Orchemo rege Orchemoniorum agri magni parte donatus fuit. Pausanias lib. 9. in Bœoticiis.

ueteri scito apud ROMANOS cauebatur, ut maritus uxorè

LIBIDINIS PRÆPOSTERÆ POENÆ. NIMIRVM ERGA

PAEDERASTAS.

Auctor Plato est, Thebari regè LAIVM atrociter, id est, ignis supplicio, in emascultores ac naturæ procreantes placita animaduertendum censuisse. Cælius lib. 15. cap. 16. A. L.

C. FES CENNIVS Triumuir, C. Corneliu fortissimè militig stipendia emeritum, uirtutisq; nomine quater honore Principii ab Imperatoribus donatum, quod cõ ingenuo adolescentulo stupri commercium habuisset, publicis uinculis oneratus: quo appellati Tribuni, cum de stupro nihil negaret, sed ipsionem se facere paratum esse diceret, Si non adolescentens ille palam & aperte corpore quæstum fastidisset: intercessionem suam interponere noluerunt. Itaq; Cornelius in carcere mori coactus est. Rectissimè placuit, nulla ex causa hoc masculosum nefas excusari posse: quia quod natura, legibus & moribus sit prohibitum, neq; dum in uolentem committi oporteat. Val. Max. lib. 6. cap. 1.

IVSTINIANVS Magnus Imp. penam facinorosissimæ, & maximè pæderastis, execrando uirilia, grauissimam & sine mora irrogauit. Interrogatus, Quare id scelus hoc supplicij genere uindicaret? An non, inquit, si sacrilegium commississent, manus illis amputandæ fuissent? Zonaras Tomo 3. Paul. Diac. lib. 16. Eiusdem anno secundo Eſaias Rhodi, & Alexander Diospolis Thraciæ episcopi, aliq; multi deprehensi sunt mascululorum corruptores. Horum alii ueretur amputari iussit Imperator, alii calamitas acutos in meatus genitaliū inferi, eosq; nudos in forum quasi in triumpho produci. Fuenat & ciuim ac senatorum multi, in eadem culpa: qui castrati, & suorum exemplum in forum producti miserabiliter perierunt, suorumq; exemplo reliquos pudicitiam colere docuerunt. Cedrenus.

ROMPEVS Columna Cardinalis Aniballem militem Forumianum ignis pœna seuerè admodum affecit, quum impotenter & graui quidem cum iniuria adolescentuli pudicitie uim intulisset. Quamquam in huiusmodi flagitio, si uis abesse, spiritissimè conuincendum existimaret, & tum non ariato-

in adulterio deprehensam impune necaret: illa tamen, si uir adulteraret, iudicio agere non posset. Alex. lib. 4. cap. 1. Messalina uxor CLAUDII Imp. cõ ed luxuriæ prorupisset, ut sese nunc in Palatio, nunc in lupanari prostitueret, multis etiam maritis, quasi legitime nubere: tandè inquisitione facta, ob id à marito ultimo supplicio dānata est. Dion. l. 60.

LYDOLIVS Bresci F. Normaniæ Seneschallus, Carlottam Agnetis Bellæ ex Carolo VII. F. uxore suam, à qua lassus ex uenatione reuerſus secubabat, cõ Ioāne Lauerno Pistauier se, in dicio Ioannis pharmacopœi deprehensam, cum adulterio singillatim confodit. Gaguinus, & Fulg. lib. 6. cap. 1.

RODOLPHVS Gonzaga, Friderici Mātiani Marchionis frater, cum esset in castris, uxorem parum pudicè agere certior factus, deprehensam in facinore uxoris faciem adulteri sanguine respexit, & demum occidit. Fulg. ibidem.

FRANCISCVS Gonzaga coniugi Agneti, Bernabouis Vice comitis filia, qui Mediolani rerum potiebatur, caput adimi iussit, quia eam manifestè in adulterio deprehenderat. Fulgof. lib. 6. cap. 1. & Egnat. eodem.

Anna Bolenia ob adulterium ab HENRICO VIII. rege Anglorum securi percussa. Iouius lib. 35. Hist.

TORDÆ Transyluanicæ deprehensus in adulterio coniux accusatus coram magistratu, manu cõiugis in foro obruturatur. Anno Sal. 1552. Paulus Vardienſis tartor uxorem mœcham deprehensam, damnatâ, maculaturus erat: sed precibus & pollicitis illius persuasus, in columnam abire permisit. Non multo post deprehensus ab uxore Paulus, & in iudicium uocatus, consumtus in castrum obstationibus, ab ingratiſſima muliere, spectante populo, securi percussus est. Aſcanius Centorius lib. 4. bellorum Transyluanicæ.

CONCUBINIS.

Rex DAVID post Absolonè filium suum deuitum, eas concubinas suas, quas Absolon ex cõſilio Achitophelis in castru polluerat, in perpetuam custodia à sese posuit, unde nunquā postea educæ sunt. Lud. Viues de Christiana fem. lib. 2.

SERVIS, ANCILLIS.

Homerus sapientem VLYSEM scribit, cum domum redisset, eas occidisse ancillas, quæ cum proci concubuerant, quæ hæ non solum probu domo, sed periculu quoq; pudicitia Penelopes atulissent. Lud. Viues de Christiana fem. lib. 2.

rem, sed uiolatorem ingenui corporis se punire profiteretur. Hæc Iouius in eius uita.

Agathonis uirum Zeus dicitur uirum.

PATHICOS, CINÆDOS.

Si quis pudicitiam prostituisset, patriaq; bona luxu amisset, huic legibus ATHENENSIVM interdiceretur ius apud populum concionandi. Nam qui rem suam priuatam malè administrauerit, fieri non posse, ut publicam bene administraret: utq; idem priuatim sit improbus, ac publicè optimus. Sed & inhonestum esse, hunc cum populo agere, qui orationis habendæ prius, quam degendæ uitæ rationem duxerit. Deniq; uiri boni orationem quamuis nudam ac simplicem, multum persuadere: contra, hominis improbi atq; luxuriosissimi, licet ornatam, contemni ac negligi. Itaq; ab Aeschine Timarchus impudicitia & prodigalitate accusatus est, ne deinceps contra leges apud populum concionaretur. Citabathuius criminis testem uniuersum populum Athenicensem. Demosthenes contra pro Timarcho, in eo erat maxime, ut diceret, pudicitia damnum in ea ciuitate uitio uerti non debere, in qua meretricium esset uetigal institutum huiusmodi, ut à Senatu ipso singulis annis locaretur: quare si quid in eo genere sit admissum, id magis Publicani esse ut inuestiget, quam accusatoris, ut in iudicio reprehendat: aut sanè si nihilominus hoc nomine Timarchum accessit placet, adducendum esse redemptorem, qui illud uetigal à Timarcho exegisse se ac collegisse interrogatus respondeat. Iudices reum condemnarunt: itaq; in exilium abiit. P. Aerodius, ex Aeschine in Timarchum.

Q. FABIVS Max. Seruillianus, honoribus quos splendidissimè gesserat, censura grauitate consummatis, exegit pœnas à filio dubiæ castitatis, & punio pependit, uoluntario secessu conspectum patriæ uitando. Val. Max. lib. 6. cap. 1.

INCESTVS POENÆ IVSTÆ.

Ruben primogenitus cum IACOBI patris lectum incestu polluerat: prætorigina ab eo ablata, & Iosephi filius data fuit. 1. Paralip. 5. Benedictione à patre Iacobo moniēte na-

lū tulit, cum diceret Iacobus, Ruben tu primogenitus metis es, meæ uires, & meæ uirilitatis initium: quanto dignior, tanto impotētor: fluidus ut aqua, non excelles, quia patris

tui cubile confendisti, quo confendendo meum lectum poluisti. Genes. capite 49.
CYANE, Syracusani Cyanippi filia, cum in tenebris a patre nescio violata esset per uim, pectus in facti ultionem urbi a diis immortalibus immissa est. Verum cum desitum tabem ex oraculo intellexisset, si patrem uirginitatis infidiatorem mactaret: patrem traheum capillis ad aram mactauit, & se quoque, cum qua congressus erat, per uim licet, super eandem aram cum patre necandam iniicit. Ex Dositheo lib. 3. rerum Sicularum Plutarchus.

MEDULLINA uirgo Romana, in Bacchanalib. ab ebrio patre, obscuro in loco uim passa, ut stupri auctorem agnosceret, digito eius anulum detraxit. Quem aliquandiu seruauit, quod maiusculum facta, ex anuli signo patrem iniuriae auctorem cognouit. Itaque tunc denuo deprehensum ebrium, capite fertis, ut erat, redimito, ad louis fulgurantis aram traxit: atque illic multis confersum lacrymis, tanquam pudicitiae sua uiolatorum sacrificauit. Fulg. lib. 6. cap. 1. ex Plutarcho.

PAPRIUS Volucer, cum filiam Camillam, a Romano fratre grauidam esse factam inuenisset: missa ad filiam gladio, quo se perimeret, filio alterum, ut idem faceret, tradidit. Fulgofus libro sexto, capite primo.

TIBERIVS Caesar equiti Rom. iurifurandi gratiam fecit, ut uxorem in stupro generi compertam dimitteret, qua se nunquam repudiatum ante iurauerat. Suetonius.

CONSANTINVS Maximus Imperator, filium Crispum spurium, iam uirum, ac militari uirtute multis experimentis insignem, a nouerca Fausta accusatum, tanquam eam stupri compellasset: statim fide accusationi habita, Polae (quae in Histria est) capite multari iussit. Ceterum post aliquod tempus, cum re detecta cognouisset, non a Crispo nouercam compellatam, sed a nouerca Crispum: & ab ea, non praestiti assensus dolore, accusatum, Faustam quoque capite multauit. Fulgofus libro 6. capite 1.

Quidam in paribus Turingiae, germani sui uxorem, ipsa nesciente, noctu oppressit. Ea de re **RABANVS** Fuldenfis Abbas iudicat: Quod si mulier queat probare, se delusam & inuitam tale peccatum patrasse, debeat, poenitentia legitime peracta, ad mariti suorum redire: moechum uero iure matrimonij priuat, & perpetuae subicit poenitentiae, in epistola ad Reginarium coepiscopum.

Sigeberto Mediomatricum rege a scariis interfecto, immixtis a Fredegunde Chilperici uxore, **CHILPERICVS** Lutetia portus, Brunehildem Sigeberti fratris uxorem Romanagum in exilium misit: utque Parisiensis regni urbes si diuulgaret, ad eas recipendas misit Meroungum filium. Iuuenis in nouarum rerum statu a patre descendentis, Rotomagum profectus, Brunehildem sibi matrimonio iungit. Id conubium iustum arbitratum, quod auspice Praetextato eius provinciae archiepiscopo pro palam ac publica gratulatione iniretur. Continuo iuuenis celeritate aduenien-

tis patris oppressus, cum noua nupta in tutelam locorum factorum confugit: nec inde auelli potuit, nisi patre fidem dante, matrimonij per dedecus incestumque contractationem aliquam inuenturum se, ut iure pieque contrahi posset: interea diuersi inter se degerant. Ipse Sueffiones (qua urbem hostes adhuc tenebant) profectus, secum filium duxit. Urbe ea recepta, oratoribus Austrasianis Brunehildem regis sui matrem repetebus, reddi Rotomago accepit: iussit: conatusque hostium consilii clandestinis filij regi suscipatus, eum totondit, ac cenobio Cenomacorum clausit: unde iuuenis ad eadem diui Martini Turones transfugit, uelut maiore sanitate templi se tetentur. Verum in uero regio more uiuere assuetus, tadio tutelae templi, qui teter ei carcer uidebatur, suauitate eorum quos Fredegundis regina nouerca (nam ipse ex Audouera susceperat) submiserat, nimis etiam memor Brunehildis, relinquentis, diuinae consilium cepit. Cum in Rheorum fines iam peruenisset: certior factus Rex ab his, qui iuueni se per fraudem, quasi ad eum a patre defecturi aggregarent, cum copiis profectus, eum oppressit. A quodam Gaileo fugae comite uulgo creditur interemptus, cum exorasset, ut se a reliqua patria superbia, nouercaeque cruciatibus praesenti nece uindicaret. Grauiore auctores sunt, patrem, ut iussu suo interemti filij inuidiam ad se auerteret, fabulam illam confinxisse. Amilius libro 1.

PIVS II. Pp. Gallum Armeniaci tyrannum cum forte constrictum stupri per speciem coniugij habentem, in iudicium tractum multauit: coniectus in carcerem, qui falsis decretum Calixti corruptis tabulis adhibuisset, a quo res est magna contentione propter familiae nobilitatem, Campanus in eius uita.

NICOLAUS Estensis, Ferrariensis Marchio, cum accepisset Hugonem filium suum, iuuenem forma uirtuteque, eximium parum pudice Parisinae nouercae, quae gente Malatesta erat, consuecere, ne temere in rata re fidem habuisse uideretur: noua arte operam dedit, ut rem ipse inspiceret. Itaque postea, quam ita certior factus est, ut iam non falli se credendo sciret, abiectio uiri patrique, affectu, coactos in uincula ambos, capite cum omnibus conficiis multauit. Fulgof. lib. 6. cap. 10. **ANNE S** Malatesta, Franciscam Polentam uxorem in complexu Pauli Malatestae fratris sui, reprehensam, gladio una cum adultero transfixit. Ibidem.

Anno 1513. Fossae Clodice ciuis, qui tres suas filias uirgines uitauerat, a **PETRORE** coerebatur, dignam commissi poenam perfoluit. Bembus lib. 12. Hist. Ven.

PETRVS Balbus Patuij magistratus a Senatu Ven. lectus, anno 1510. antequam Patauio decederet, hominem ex plebe, qui filia pro concubina utebatur, ipsamque filiam, scelere per iudicium delato, comprehendit iussit, falsosque secuti ambos percussit, igne patris cadaueri etiam supposito. Bembus libro nono Historiae Venetae.

LVXVS CORRECTIO IVSTA.

CVIVS, QVALIS: LVXVS scilicet in

FVCO CORPORIS.
 Ex Antipatriamicis quendam **PHILIPPVS** Macedoniae rex in iudicium numerum adseripserat. Verum post, ubi cognouit illum tingere barbam & capillum, submouit eum, dicens: Qui in capillis fidus non esset, cum muneribus geredis non uideri dignum cui fideretur. Fucco utebatur in tingendis capillis, ubi non multum erat lucri: multo magis uirum erat fucco in publicis negotiis, ubi dolus interdum ingens adfert remolumentum. Plut. in Regum & Imperatorum Apoph.

BALNEIS.
PHILIPPVS Macedo in exercitu nobilem quendam Tarentinum, quod calidis balneis fuisset usus, imperatorio munere ac dignitate priuauit, iniquis: Nescire mihi uideris Macedoniae consuetudinem ac mores, apud quos ne mulierem quidem puerperam aqua calida lauari uideas. Polyzenus libro quarto.

VNGVENTIS.
VESPAIANVS Imp. factus, ne quam occasionem corrigendi disciplinam praetermitteret, adolescentulum fragrantem unguento, cum sibi pro impetrata praefectura gratias ageret, nauas pernarat: uoce etiam grauissima increpuit, Maluisse illum oboluisse: literasque reuocauit. Suetonius.

CORONIS.
ANTIQUAE parsimoniae ac continentiae apud Romanos ueteres, hoc etiam graue & nobile est exemplum. Cum superbius atque luxuriosius, quae uirtutis eximia causa fuerat, ab initio ciuibus a Republica concedebantur, magisque ut post mortem in status auctu maginibus suis, & ad pompam exequiarum, quam ut uiui (quod perpetuo accidit) ad inuidiam

uterentur: Lucius Fuluius argentarius bello Punico secundo, cum interdum de pergula sua cum corona rosacea in forum prospexisset diceretur: ex auctoritate Senatus in carcerem adductus, non antequam bella finiretur, emissus est. P. Acrius ex Plin. Secundo lib. 21. cap. 3.

VESTITV.
 Pub. Munatius, cum demtam Maritiae coronam esse floribus capiti suo imposuisset, atque ob id duci in uincula **TRIVMPVRI** iussissent: etsi Tribunus plebis appellauit, tamen non intercessit. Ibidem.

ARMIS.
AGESILAVS rex, cum in bello Peloponnesiaco quosdam Asiaticos in ueste munda & nitida, corpore uero desides uideret, & ignauos: ea affectu ignominia, ut uestibus nudatos per castra incedere cogeret: illorumque amicta fortibus uiris, quorum in bello uirtus enituit, dono daret. Alexander in extenuo libro 2. cap. 13.

SVPELLECTILE.
LACONE Scutiferum militem interemere, quod scuto non nihil purpurei panni intexuisset. In tantum horrebant exemplum peregrinae luxuriae: non ignari, ex minimis initiis immedicabilem uitiorum colluuiem inundare: eoque turissimum esse iudicantes, principis obitare. Ob id in primos auctores seu crissimae animaduerebant. Plurimum non uicit reipublicae, quibus fenestram uitis aperuit. Plut. in Laconicis.

AEDII.
 P. Corn. Rufinus, qui II. Consul & Dictator fuit, Senatu motus est a **C. FABRICIO** Lucino, & **Aemilio Pappo** censoribus, quod argenti facti gratia decem pondo haberet. Gel. lib. 7. cap. 21. Val. lib. 8. cap. 21.
Popeius Paulinus, Arelatensis equitis Rom. filius, paterna quoque genere pulvis, quod XII. pondo argenti habuisset apud exercitum, ferro cillimis genibus oppolitus est. Plin. lib. 33. c. 11.

AEDIFICIIS.
M. Aemilius Porcina a L. Cassio accusatus crimine nimis sublimi exstructae uillae in Alliensis agro, graui multa **POPVLVS** Ro. affecit. Videlicet his antiquae probitatis ac frugalitatis hominibus placebat, unumquemque non solum publice, sed etiam priuatum, continenter frugi, parcum: ac non modico ciuem bonum, sed & patremfamilias optimum esse oportere. Ex priuata luxuria, abundantia atque nimio splendore, aestimari quae publica esset cuiusque; de caeterorum ciuim uita, bonis ac fortibus administratio: quia uita nimium splendida & copiosa, nunquam a bonis alienis abstinet, sed & perpetuo tyrannicum aliquid praese gerit. Etenim in ea ciuitate maxime, quae populi suffragiis aut paucorum arbitrio regitur, alium alio ciuem, fortunis & opibus magis quam uirtute antecellere, nunquam suspicionem caruisset: ideoque **Valerius Poplicola** domum in Palatio constructam, crimen affectatae tyrannidis atulisset: & apud Graecos populos, exilium id, quod Ostracismum appellabatur, idcirco institutum. Denique Reip. interesse, neminem re sua male uti, non ad superbiam & prodigalitatem. Itaque **Rutilium Rufum**, modum aedificii atulisset: **Lycurgum Lacedaemoneum**, ut recta domus, non alio inuicem quam securitibus abulata, quam dentato perfereretur. Hinc & leges **Oppias**, sumtuarias, uestiarum, de minuendis dotibus, de sumptibus funerum, aliaque, innumera huiusmodi: quae hominum libido potentiorum atque primariorum exemplum in omni Rep. semper abrogauit. Verum ut ad illud **Populi Ro.** iudicium reuertamur, hic similis fuit **Fabrij Lucini** nota censoria. Nam ideo Senatus mouit **Cornelium Rufinum**, iam duobus Consulibus & Dictatura speciosissime functum, quod decem pondo uasa argentea compa-

raffet. Similis item **M. Antonini & Lucij & Flacci** nota censoria aduersus **Duronium**, quod legem latam de coelectedis coiuuioiurum sumptibus, **Tribunus plebis** abrogasset. Quidam etiam inter eos, die dicta, relatus & damnatus est a **Populo Romano**, quod pueruli & concubini sui nimis amore corruptus, rogatus ab eo rui ut omnia in cenam ferri praeci peret, cum bubulq carnis in propinquo emenda nulla facultas esset, domito boue occiso, desiderium eius impluisset: itaque in exilium actus est, tanquam colono suo interempto. P. Acrius ex Val. Max. lib. 8. cap. 1. Suetonio in Augusto, Plutarcho in Sylla, Plinio Secundo lib. 8. cap. 45.

TRIVMPHO.

In libera ciuitate nihil unquam committendum est, quod preter morem esse uideatur: minimeque sunt praeter alios omnibus captandi honores insoliti, ac praeter modum, quia caeca haec gloriae cupiditas, aliquid de se, plusquam de ciue sentientis, coniecturae atque suspicionis habet: quod in **Furio Camillo** est animaduertum. Is non tam adeo quod praedicta **Veis domitiis** inique diuulisse uideretur, quam quod albis equis praeter morem in triumpho usus esset: a **L. Apuleio** **Tribuno plebis** accusatus, **POPVLVS** suffragiis in exilium actus est. Ardeam concessit. Verum aliquid tantis in **Temp. Furij Camilli** beneficiis concedi poterat. Itaque **Populus Ro.** hac damnatione cum nimium iura tueretur, ingrati crimen non euitauit. P. Acrius ex **Valerio Maximo**, lib. 5. cap. 1. **Dione Nicæo**, lib. 62. **Plinio**, de **Viris illustribus**.

QVORVM.

Eadem exempla, quae iam attulimus, diuerso tantum respectu considerata.

AVARITIAE POENA IVSTA.

ENKTHEI.

De fenore, de furo, rapina, raptu, consule Titulos proprios. Hic Avaritia in genere ratio habetur: illic uero Poenitentia in contraeibus non uoluntariis.

PRINCIPVM, MAGISTRATVVM.
Leucythes rex **SPARTANORVM**, in expeditione Pharfalica muneribus corruptus, de Sparta cecidit fuit, & domus illius ex cisa **Herod.** lib. 6.

Ematioribus **L. Sylla** **Rufinus** ad consulatum peruenit. Conuictus postea supra decem argenti caelati libras contra legem possidit, senatu motus est a **CENSORIBVS**. **Plutarchus** in **Sylla**.

Dolabella duo eodem tempore exiterunt, praeter illum, in quem sunt **Ciceronis** orationes. Horum alterum **Caesar** repetundarum accusauit, nec damnauit: alterum **M. SCAVRVS** accusauit, & damnauit. **Pedanius**.

Legem cautum erat, ne quis Proconsul aut Praeses extra Prouinciae fines proficeretur: deinde, ne quod suo arbitrio bellum susciperet. Cum itaque **Populus Romanus** consulis **libris** **Sibyllinis** prohibuisset, ne **Ptolemaeus** rex **Aegypti** rederetur: attamē **Gabinus** pecuniae cupiditate, **Syria** prouincia relicta, praedonumque iniuriis exposita, cui tum praerant, **Ptolemaeum** in regnum suum restituit. Qui de se defertibus **Syriis**, a **CICERONE** ad populum accusatus est. Contentam religionem esse: spretam **Populi Romani** auctoritatem. Sed cum tantis pecuniis ac foribus damnationem euitasset, ut **Populus** in iudices facti ignominia irrueret conatus sit: de repetundis lege persequi, licet tum **Cicerone** defendente, quod ex Prouincia quater millies festertium, eoque amplius compilasset, exilio multatus est. **P. Acrius** ex **Dione Nicæo**, lib. 39. & **Appiano**, in **Syriaco**.

Manius **Priscus**, accusantibus **Afris** lege **Iulia** repetundarum, quibus pro Consule praefuit, cum pecunias cepisset se negare non posset: omnia defensione, utendo **clementiae** legis, **Iudices** petiit, qui pecuniam item aestimaret, quae uis redenda ad quos pertineret, de suis bonis exigeretur. **C. Plinius** & **Cornelius Tacitus** a Senatu adesse Prouincialibus iussi, dixerunt **Priscum** immanitate & saeuitia legis seueritatem excessisse, ut eius criminibus dari iudices possint, quorum si lege & formula conclusa cognitio (non erat enim poena persequutio in arbitrio iudicantis, sed legis auctoritate reseruabatur) cum ob innoentes condemnandos atque etiam interficiendos, pecunias reus accepisset diceretur. Verum quia non dum ad erant, a quibus ob hominem necandum pecuniam reus accepisset dicebatur, placuit, **Nerio** qui dem interim ex antiqua formula iudices dari: ceterum euo cados, quibus argueretur innocentium poenas uendidisset. **Venerunt** qui adesse iussi erant, **Vitellius** **Honoratus**, & **Flauius** **Martianus**: ex quibus **Honoratus**, trecentis millibus exilium equitis **Romani**, septemque amicos eius ultimam poenam: **Martianus**, unius equitis **Romani** septingentis millibus plura supplicia emisse accusabatur: erat enim sustulibus caesus, damnatus in metallum, strangulatus in carcere.

Honoratum cognitioni Senatus mors subtraxit. **Martianum** in **SENATVM** induci placuit, & **Mario** quidem praesente, quod aequissimum uideretur, commune crimen ab utroque defendi: & si dilui non posset, in utroque puniri. Re a pluribus patronis coram **Caesare** acta, & saepius dilata ac reiecta in proximum, alium & item alium **Senatum**, uisum est, non iam **Marium** repetundarum poenam relinquendum: itaque censuit **Senatus** septingenta millia, quae acceperat **Marius**, aerario inferenda, **Mario** urbe Italiae interdicendum: **Martiano** hoc amplius, **Africa**. **Hofilius** etiam **Firminus**, legatus **Marij** praefici **Proconsulis**, quod ei ad turpissima ministeria operam suam accommodasset, stipulatusque de **Martiano** quinquaginta millia denariorum probatus est, ac ipse praeterea **sestertia** decem millia accepisse: placuit in sortitione **Prouinciae**, ne ratio eius haberetur. **Denique** (quod perlaudabile fuit institutum) **Senatus** **consulto** adiectum est, arbitrari **Senatum**, **Plinium** & **Tacitum** iniuncta aduocatione diligenter fortiterque fundos esse: ideoque placere erga patronos laudatione & commendatione uti. **P. Acrius** ex **Plin. Nep.** lib. 2. **Epist.**

Quidam praefectus Prouinciae, contra quam mandatis continetur, ne donum uel munus ipse aliiue, qui in officio erit, accipiat ematue quid, nisi uictus quotidiani causa: a **Prouincialibus** muneribus acceperat. Is eo nomine apud **CLAVDIVM** Imperatorem accusatus, exilio multatus est, amplius etiam bona omnia, quae is praefecturae tempore acquiuisisset, in publicum redacta sunt. Et quod antea constitutum erat, ne ulli statim unum post alterum imperium mandaretur, **Claudius** edicto renouauit: ideo certe, ne delicta potestatis imperijque aut profectioibus continuis impunita remaneret. **Dion** lib. 60.

Iulius **Bassus** accusante **Pomponio** **Rufo** & **Theophane** causam dixit in **SENATV**, quod in **Bithynia** **Quaestor** a **Prouincialibus**, licet ab amicis, quaedam accepisset. Accusatores haec surta ac rapinas, ipse muneribus uocabat. Sed **lex** muneris quoque accipietur: itaque praclusa reo illiusque aduo caris **C. Plinio** ac **L. Albino** defenso uidebatur, quia **Bassus** multis non celasset, neque ipsi a deo **Principi** **Tiberio**, se munuscula natali suo & **Sarumalibus** accepisset, ac uicissim plerisque misisset. **Causa** tamen per quatuor dies acta est, quorum ultimum probationes occuparunt. **Censuit** **Babius** **Macer**, **Consul** designatus, lege repetundarum **Bassum** teneri: ita enim lege, et muneribus, comprehendendi. **Cappio** **Hippo**, salua dignitate iudices dandos: putabat enim licere **Senatum**, sicut licet, & mutigare leges, & intendere: quare non sine ratione ueniam dari tunc oportere facta uictio quidem, non tamen inuitato: & quia reus ut imprudens & incautus, ita minimè malus uideretur. Praualuit **sententia** **Cepionis**. **P. Acrius** ex libro tertio **Epist. Plinij**.

Caelius **Classicus** in **Betica** **Proconsulatum** non minus uinulenter, quam sordide gesserat. Is a **Prouincialibus** sic accusatus est, ut uerè in eum tota Prouincia intumbere uideretur. Sed siue foruita, siue uoluntaria morte accusationem ante-

uerit. Nihilominus, ut erat prouisum quid ante legibus, intermissum tamen, & post longam intercapedinem tunc reditum, Bactica in defuncti accusatione perseverauit: socios ministrofque deulit, & nominatim in eos inquisitionem postulat. C. Plinius & L. Albinus, qui Bactica aderat, classicum prius peregerunt: quia socij ministrofque probari, nisi illo nocente, non poterant. Is sua manu scriptum reliquerat, quid ex quaque re, quid ex quacunque causa accessisset. Quare commissi aduersus legem Iuliam reperundarum facilis probatio & executio fuit. Circa socios ministrofque, Fabium Hispanum, Bæbium Probum, & Stillonium Priscum Prouinciales, elaboratum est, quia dicebatur, ministerium non esse crimen, aut certe necessitati ueniam dari oportere. Eos enim esse Prouinciales, & ad omne Procösum imperium metu cogi. Sed cum nec domini potestas, nec patris auctoritas à grauioribus delictis scilicet filiumque familiaris excuset: placuit SENATUI, bona Classici, quæ habuissent ante Prouinciam, à reliquis separari: illa scilicet, hæc spoliatis relinquenda: additumque est, ut pecunie, quas in Procösum creditoribus soluerat, reuocarentur. Non enim eandem rationem esse in Præfide, quæ in tutore: quia priuatis neque industria, neque augmentum patrimonij, quod laboribus & multis casibus acquirunt, interdicitum est: Præfidius omnis ferè contractus in Prouincia prohibetur. Hispanum & Probum (ad eodè graue usum est, quod dubitabatur an omnino crimen esset) in quinquennium delegari placuit: Prisco in biennium Italia interdici. Cæterum ad uocatorum industriam, fidem, constantiam à Senatu comprobari. P. Aerodius ex Plia. lib. 3. Epist.

THEOPHILVS Imp. onerariam nauem, quæ ex Syria Auguflæ Theodoræ nefcio quas merces adueherat, mergi iussit, non sine iniuria & iactura reginæ: quod regibus non liceret uictum quæstumque plebeis præcipere. Cyprianus. **LVDOVICVS** Germaniæ rex, captatores munerum, auaritiæ horatos, ambitus aut reperundarum condemnatos, siue ob aliud quoduis crimen, semel magistratu abdicatos nunquam posthac restituerat: uulpe pilos, nunquam animam mutare: & magis illos periculum quam beneficij memores, nunquam fidos fore. Auctinum lib. 4. Annal. Boiorum.

ALEXANDER Seuerus Imp. si unquam furem uidisset iudicem, paratū habebat digitum, ut illi oculū crueret. Lamprius. **IVDICVM.** **CIVIVM.** Apud **ÆGYPTIOS** ex suo metuens, deditiois maturandæ auctor fuit. At opinione sua homo tam perditus quam aut rus frustratus. Haly Turcorum duci aureum torquem, quod auares, quam insolenter Perenū Hungarum, quæ iussu Ferdinandi comprehendere iussus, spoliata, dono dare cogitur: quæ illi **HALLIS**, alio qui per uim erepturus, militari comitate, tanquam nouum apud Turcas certicis ornamentum, expetisset. Eo munere Hispanus reliquæ suæ prædæ periculum redimi posse cogitabat: sed auaro imbelli, fortuna nihil indulfit. Nam quæ insignes equos aleret, ut his arce excedens in pacatum eueheretur, signatumque aurū in ephippiis subter puluinos accuratè cõdidisset: ei postremò Barbarus, equos iam ephippiatos, conditumque simul intus aurum intendendo ademit, quod nauigaturo nihil equis opus esse dicebat. Vbi Pateronum uenit, cū Salamancæ pro ditionis reus factus, in carcerem coniectus est. Sab. suppl. lib. 26. ex Iouio.

IVDAS Machabæus, deuictò Gorgia, hostes in duobus castris obsedit, & ad eam expugnanda relicto Simone fratre, ipse cum parte exercitus abiit. At **SIMONIANI** auaritia ducti, acceptis 70 drachmarum millibus, nonnullos hostium dimiserunt. Ea re Machabæus cognita, proditores interfecit, & castris expugnatis, ad XX millia hostium occidit. Machabæorum 10. **EPAMINONDAS** Thebanus scutatum militem senferatà captiuo quodam magnâ pecuniarum uim accepisset. Huic Epaminondas, Mibi, inquit, redde clypeum: tibi uerò caupo nam emito, in qua uitam degas. Posthac enim uoles eodè modo subire periculum, quippe iam unus de numero diuitibus ac beatorū. Redde iudicauit, timi dum (ut est in proverbijs) esse Plurum. Magis enim metuit mortem, qui domi habet unde possit suauiter uiuere. Plut. in Græcorum Apoph.

GALEA B. A. Africę præconsul, militi, qui per expeditionem annonæ arctissima residuum cibariorum tritici modium centum denarijs uendidisset arguebatur, ueruit, simulatque indigere cibo cepisset, à quo quam opem ferri. & is fame extenuatus. **Boemi** ad tutandòs inferioris Hungariæ fines cõtra Turcarū irruptiones, cõscripti à **PAULO** Kiniso præfido, Sigidunum oppulchum oppidum in æstiuā dimissi sunt. Vbi cum hæc forūnis, nec pudori, nec uitæ prouincialium parceret fama est, matronā quandam nudato corpore, sed pudendis manipulo herbæ contextis, lacrymarum plenam ad Pauli pedes

pedes prouolutam, insignem in se Boemorum militum iniuriā exposuisse, per quos omnibus fortunis cœrta, etiam proprijs uelibus ad uelandum corporis pudenda dispolia ta fuisset. Neque ita multo post pagi cuiusdam sacerdotē moestum accessisset, de auidacia peculantiaque cuiusdam militis acrius conuenientem, qui loculum argenteum, in quo facrum corpus esset inclusum, è templo abripuisset, ipsum corpus in terram abiecerat. Paulus iustus querelis auditis, libenter mercurio de fontib. supplicium sumisset, sed infestè Turcarum excursions impediabant. Post autem cum literas, quas assiduis agricolarum querelis fatigatus ad eos super ea remiserat, manibus ab iis discerptas, & pedibus in sui cõtumeliam conculcatis audisset: eos agreffum, qui falcibus equorum poplites succideret, turba circumuentos trucida uit, reliquos impetata facere coegit. Bonfanius lib. 3. Dec. 5.

MASSILIENSES, uates & sacrificales, qui quæstus causa facra circumferebant, suis oppidii exegere, ne religionis prætextu orium scelerentur & luxum. **GALEACIVS** Sforcia, Dux Mediolanensis, cum plebeie uindictæ lamenta audiisset, defuncti mariti cadauer iam per triduum domi asseruauit, quod sepulcri ab auaro parochore redimendi facultatem, egestatis causa, non haberet: præfens statim locum redimi, terram egeri, impio parochore cadauer iticū, unaque contumulari uoluit, curauit, imperauit. Augustinus Gallus com. de Agricultura, Dialogo 19.

LEGATORVM. Timagoras, qui legatus fuerat ad Artaxerxem contra Thebanos, populū **ATHENIENSIS** damnauit necauitque. Neque enim aurum modò & argentum acceperat, uerum etiam prædolum lectum & seruos Strotas, id est, ut Plautus uocat, lediffernatores, tanquam iudibus ad ista Græcis: insuper LXXX uaccas cum bubulcis, tanquam lacte bubulo ad ualeudinem opus haberet: denique fuit lectica ad mare delatus, ac quatuor talenta lecticariis mercedis præbita à rege. Atqui non uidentur ob sordes illas præcipuè exarsisse in eum Athenienses: quando Epicrate lixa olim, nec dissimulante dona se ab rege accepisset, & proficente rogationem se latum, ut nouem archonum loco, nouem quotonnis legatos ad regem ex popularibus & tenuioribus designaret, quod muneribus auctiores forent, arripit populū. Cæterum quod à rege omnia tributa Thebanis fuissent, id eos momordit: non reputantes Pelopidæ Thebani legati gloria quam multis splendidis ditionibus & orationibus apud regem, qui semper coleret bellica laude præstantes, præcellerent. Plutarchus in Pelopida.

VICTORINVS cum Germaniæ præfesset, conatus est domi, semotis arbitri, legato suo persuadere, ne se pecunia corripueret. Cumque ille non impetraret, ad tribunal uenit, iuratae nunquam ulla munera accepisset, neque, quando uiuere, accepturum, mox item præcipit legato, ut simili sacramento se obstringeret. Conditionem recusaui. Eum itaque officio iussit abdicari. Xiphilinus in Commodo.

ORATORVM, RHETORVM. Harpalus homo luxuriosus, ob conscientiam scelerrum, ideoque metu regis Alexandri ex Asia cum ingenti pecunia supplex Athenas aufugerat, paratus se suaque populū Atheniensium dederat. At cum Orator Demosthenes primū in conuisione, uindictæ belli causa, ne recipere, populū suauisset: postea uerò calice ac XX talentis ab Harpalo delinitus, iussus ad populū iterum sententiam suam dicere, anginam & faucium dolorem simulasset: imò dictus est, pati argentantiam. Itaque huius pecunie nomine à Stracole in simularum, ipso Demosthene auctore, neque conditionem recusante, ut quos Senatus deliquisse demonstrasset, ij punirentur: populū SENATVM Areopagiticum de pecuniis quas Harpalus in urbem aduexisset, iussit inquirere. Nam Harpalum eici placuerat, & de pecuniis quæ: ut si ab Atheniensibus earum Alexander rationem posceret, eam redderent. Senatus re inquisita, retulit in primis, esse apud Demosthenem argenti uiginti talenta. Igitur populo placuit iudicium agi, accusandi; partes tribui Dinarcho. Itaque populū reū quinquaginta talentis multauit, atque in carcerem duci iussit. Sed hinc elapsus, in exilium abiit. P. Aerodius ex Dinarcho, cõtra Demosthenem: Plutarcho in uita Demosthenis: Athenæo lib. 6. cap. 5. Iustino lib. 13.

ALPHONSVS Aragonum rex, cum accepisset Gallum medicum, acutissimi quidem, sed auarissimi ingenij sophistam, relicta medicina ad causas agendas se conuertisse, forūmque omne sophistatibus inuoluere, illum foro prohibuit: decreto edicto, ut omnis lis, quam Gallus patronus suscipere, ipso iure haberetur iniqua & iniusta. Panorm. lib. 4.

AVLICORVM. **ALEXANDER** Seuerus Imp. Veroniam Thurinum familiarem, quod huius, qui petebat aliquid à Cæsare, uendidisset suum patrociniū, mentiens interim multa, uincendum

curauit: & conuictum damnatumque, in stipite alligari iussit: supposito igni ex humida materia, præcone clamante: Fumo punitur, qui fumos uendidit. Idem in ipsa uia, qua eius serui à Palatio in uillam migrare solebant, unum ex ipsis cruci iussit affigi, quia centum aureos numos, propter nauatam cuidam in aula sua operam, acceperat. Fulg. lib. 6. cap. 3. ex Lampridio.

PUBLICANORVM. Bello Punico secundo, Posthumius Pirgenis publicanus muli nominis, fraude & auaritia insigni, quia Rempub. in iis fraudasse dicebatur, quæ in Hispaniam ad exercitum mittebantur, nauibus uilissima mercede onustis, atque de industria, quia ui tempelstatis ei cautum erat, in alto depressis, quam à TRIB. pleb. accersitus, magnaque publicanorum manu cinctus, cõcilium plebis disturbasset: maiestatis reus, quoniam ad diem non affuit, absens damnatus est. Eius bona publicata, ipsi aqua & igni interdicitum. Plerique etiam eius ordinis, qui noui motus auctores fuerant, aut in carcerem coniecti sunt, aut solum uoluntario exilio uerterunt. Sabellicus lib. 3. Enn. 5.

MARITORVM. Apud **SPARTANOS** ij qui dotis & rei quærendæ causa locupletum affinitates quærentes, pœna grauissima multabantur. Alexand. ab Alexand. lib. 4. cap. 8. ex Aelianis lib. 6. de Varia historia.

AMASTORVM. Galatarum rex Brennus, quum depouleretur Asiam, Ephesum cū exercitu uenit, ac in Ephesiæ PVLLÆ amatoris incidit laqueos. Ea uerò congressuram se sollicita est, insuper & Ephesum prodituram, si pœllia (ca sua manuum ornamenta) sibi & mundus contribueretur muliebris. Adnuuit Barbarus, militibus imperauit, in eam conicerent quod haberent aurum. Eo auara puella adobruta perit, sicuti prodidit Rerum Galaticarum primo Clitophon. Cælius lib. 8. cap. 13. A. L.

ALEATORVM. TVRCI lufores pecuniæ causa quocunq; genere ludi, ignominia afficiunt, ac deinceps grauiori supplicio puniunt. Cusp.

ENXPHCEI PVNIRE
EOS QUI

NON DISTRIBVNT. Apud Athenienses quaesturam cum gereret Periander, grauissimam contraxit offensam, quod parciū frumentum populo impartiret: proptereaque accusatus, & à PLEBE pro concione lapidibus obrutus est. Alexan. lib. 2. cap. 2.

NON CREDVNT, MVTVVM
DENEANT.

CROESVS Lydorum rex, Halyattis F. cum ei à patre denunciaretur, ut copias suas Sardes adduceret, idque ille prælixu facere non posset: crimen illud diluere uolens, Halyatten creatorem Lydorum ditissimum adit, pro pecunia sollicitat. Is uerò primū ante fores eum expectare iubet, dū lauisset. Deinde respondet, multos esse liberos Halyattis: quibus pecunia si danda esset, non sufficerent. Se igitur petenti illi nihil dare. Croesus hoc audito Ephesum faciendæ pecuniæ causa ueniens, uotū Dianæ fecit, se regem factum, ei totam domum mercatoris illius cõsecraturum. Id quod etiam post præstitit. Suidas.

NON DONANT. Cum Tigranem Armeniæ regem CN. POMPEIVS denicisset, & is ab eodem Pompeio in regnis, quæ antè possidebat, restitutus, in Romana castra ad salutandum Pompeium uenisset, maiore natu filio cum prosequente: à toto exercitu amanter exceptus, & à Pompeio cœnæ honore dignatus, post epulas Pompeio toti que exercitui ingentia munera contulit. Cum postea filius quoque inuitatus esset: respondente eo, tanti se cœnam emere nolle: indignatus Pompeius, custodiri eum iussit, ac Romam in triumphum duxit. Patre ob liberalitatē in regnis relicto, auarum filium cum regno libertate quoque priuauit. Fulgofus lib. 9. cap. 4.

NON SATIS FACIUNT.

Anno 4. **MICHAELIS** Paphlagonis Imp. fame laboratum est per Thraciam, Macedoniam, Strymonem, Thessalonicā, & usque Thessaliam. Conquirentibus autem Thessalonicæ clericis de Theophae metropoli, quod frumentum iis, quod debebat, non persolueret: Imperator tum Thessalonicæ commorans, hortatus episcopum est, ne clericos iis quæ eis legitime debebantur, defraudaret. Cumque is obstreperet, neque obtemperare uellet: statuit Imperator cum fraude circumuenire, & auaritiā eius compescere. Mittit igitur quendam suorum ministrorum, mureū sibi dari petens unum centenarium, donec sibi aurum Byzantio afferretur. Interposito iureiurando, negauit episcopus habere se ultra triginta libras. Eo submoto Imperator thesaurus ipsius excussit, inuonitque auri centenarios XXXII. de

de his perfoluit clericis, quæ à primo Theophanis archiepi- scopatus anno in eum usque diem debebantur omnia, reli- qua inter pauperes diuisit, & Theophanem ecclesia abactu in quoddam prædium deportauit. Cedrenus.

PRODIGALITATIS

GRÆCIS lege cautum erat, ut qui patrimonium prodege- rat, sepulcro patrio non humaretur, sed externo. Alexander libro sexto, capite 14.

Legè XII. Tabularum prodigis bonorum suorum administra- tio interdicta est. Tandem iis quoque ceptum est à Prætoribus uel Præsidibus curator dari exemplo furio si ista que iis formula bonis interdicti: Quando tua bona paterna auita q; nequitia disperdis, liberos que tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercioque interdicto. Valerius Maximus lib. 3. cap. 5.

FLORENTINI olim in decoctores ac turpi iudicio conuictos, eosq; qui Reip. debitam pecuniam ex magistratus præ- scripto ad diem non soluissent, inter ærarios referebant, sic ut ius ferendi suffragij ciuitatisq; amitterent. Is autem, cui ea multa erat interrogata, adigi ad speculum dicebatur: quod in ea nota, tanquam in speculo, & censum & fortunas ci- uium licebat intueri. Brutus lib. 1. hist. Florentinæ.

ALPHONSVS Aragonum rex, cum equitem decoctore pu- nire uellet, quibusdam à rege magnopere petentibus, ne in corpus luere debita, quæ ille plurima per luxu libidinemq;

AMBITIONIS POENA IVSTA.

Pertinet hic locus aliquo modo ad Magnanimitatem. Et enim iusti est iusta facere, & iniuste agentes coercere: ita etiam Magnanimi uel honores negligere, uel moderatè appetere, uel ambitionem aliorum refrenare. Verum quia corrigi aliena uitia pœnis & suppliciis, ideo ad Magnanimitatem iustitiam pertinet. Ad hunc ergo locum exempla quedam ex Tit. Ambitionis reprobatores, pertinebunt.

ENAHÆL POENA Scilicet

TYRANNIDIS AFFECTATA.

SOLOMO rex mortuo patre, Adoniam fratrem, qui regnum affectat iam pridè, & noua arte Abisagum Sunamitidem uirginem, quæ Dauidem iam senem suis amplexibus foue- rat, in matrimonium postulabat, interfici à Banaia Ioiadæ E. corporis sui custode iussit. Præterea Abiatharem pontifi- cem, qui cum Adonia senserat, sacerdotio priuauit, non tam- en interfecit (propterea quod Dauidi arcam prætulisset, & omnium eius errorum focus fuisset) sed in prædij suum relegauit: Ioabum deniq; polemarchum, partim propter defectionem à Dauide ad Adoniam partim propter Abne- nis & Amaz; uirorum fortissimorum cædem, ad aram à Ba- naia trucidari curauit. Regum 2.

Cylon cum Theagenis foci sui potentia & opibus, ciuiumq; nonnullorum consilio, ad tyrannidem aspiraret, arcem mu- nitissimam Atheniensem occupauerat. Sed diurna ciuium obfisione & cibarium inopia coactus, cum fuga sibi no- ctu consulisset: arce potius ATHENIENSES, inuenere cõ- scios, qui ad aram prostrati supplices ueniunt postulerent. Attamè is militum furor atq; indignatio fuit, ut supplicum alios in ipso ueluti deorum conspectu, alios ab aris uel extra eos interfecerint, quosdam certè in iudicium adduxerint. Populus Atheniensis utrumq; iniquissimo animo tulit: uis- se & qui de tyrannide cogitarent, & quibus etiam patria quam ipsa religio esset antiquior. Hos itaq; pro sacrilegis habuit: & eos tamen quos in iudicium adduxerant, quia femel uiolata religio, satis illis iudicandis expiata uideretur, capite condempnauit. De iis qui adhuc ad aras consisterent, quia Megaclis consilium secuti, solum ad statuum Mineruæ alligatum manibus tenentes, quasi non ab asylo cessisse uiderentur, in iudicium uenire ausi sunt: & accidisset, ut solum sua sponte solueretur, placuit ex uersimili deorum uoluntate, in eos sine fraude posse animaduerti. Cæterum id om- nibus commune fuit, ut Cylonis memoria atq; uniuersa põ- sleritas, item eorum qui cum eo conspirauerant, & deorum iura uiolassent, damnarentur, nec uis unquam esset in Atti- ca, ut impiis, impuris & abominandis, ulla commorandi fa- cultas. Hi cum sc à Lacedæmones cõtulissent, admissi non sunt. Postremò Solonis temporibus, cum longo interuallo plurimi ex polluta & contagiosa illa Cylonis familia se A- thenas recepissent, & iam eorum antea multi ibi sepulci, alij tum etiam in summa auctoritate essent: ex indignatione & odio tandem graui seditione orta, factum est à Solone, ut accensum Myronem Phlasiæ, res, trecentorum hominũ, quos sortiti essent ex omnibus optimis, iudicio committeretur. Apud tam graues iudices nihil ualuit diuturnissimum spa- cium, nihil penè infinita multitudinis commiseratio, nihil iura defunctorum, nihil inter puros & impuros inita con- sortia. Itaq; pronunciarunt, uideri omnem Cyloniam gentè

TIBERIVS Cæsar Senatori larum clauum ademit, cum co- gnouisset, sub Calèd. Julij demigrasse in hortos, quò uilius pòt ædes in urbe conduceret. Suctonius.

POENA IVSTA

contraxerat, respondit. Equitem hunc, neq; sui regis gratia neq; patria commodo, neq; propinquorum & amicorum ære alieno suscepto, tam grande patrimonium profudisse, sed omnem suam substantiam corpori indulsisse. In corpore igitur luere æquius esse, ut pœna malefactis ex æquo respo- deat. Panormita lib. 1. de rebus ab Alphonsò rege gestis.

QVIBVS INFLICTA. Puta

TIBERIVS Imp. Senatori cuida luxuriosè uiuenti, tutorem, quasi si pupillus esset, dedit. Dion lib. 57.

Q. Fabio Maximo filio Q. Fabij Maximi Allobrogij Q. PO- PEIVS, Prætor Vrbanus, paternis bonis interdixit: cum dolenter homines ferent, pecuniam, quæ Fabij genti splen- dori feruire deberet, flagitiis & luxuria distici. Valerius Ma- ximus libro 3. cap. 5.

MARITIS.

Legè IVLIA damnantur non tantum ii, qui neq; modo, neq; iure legibus tradito, ab uxore diuertunt, sed qui docem no- lente uxore turpiter amittunt. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 8.

migrare oportere, & qui in Attica sepulti essent, horu offe- ruta, extra patriam eici, proici. Thucyd. 1. & Plur. in Solone. Calippus Atheniensis philosophus, Platonis auditor, à SYRA CVSA NIS interfectus est, quòd tyrannidem post Diony- sium aggrederetur. Plutarchus in Dionè.

Tyndarides inter Syracusios nobilissimos ac potentissimos, uiam munici ad usurpandam tyrannidem, pauperes ac obrutos, atq; infimos quosq; specie miser cordiæ alebat, si stentabat, sed eo certò animo, ut eorum opera ad regnum occupandum fideliter uteretur. Re indrcta, & cognita, quia regnum successisse probaretur, capite damnatus est. At eum à iudicio in uincula duceretur, qui ab eo aliæ nutriti con- suerant, postquam stipato agmine eos adorti sunt, qui reum ducerent: cõuenere primores ciuitatis, istosq; omnes seditiosos, ac rerum nouarum cupidos, simul cum Tyndari- de ad supplicium rapuerunt. Cæterum quia SYRA CVSA- NI sapienter iam in ea pericula incidissent, multosq; stimula- re indies ambitio ac libidines occupandæ tyrannidis, qualem Atheniensis legem de Ostracismo tulerant, & ipsi de Pæ- lissimo tulerunt. P. Aerodius ex Diodori lib. 11.

Bomilcar Carthaginensis, obfidente urbem Agathocle, tem- pus uenisse ratus occupandæ tyrannidis, cum exercitum præ- fectus esset, recensitis militibus, nè procul ab antiqua Car- thagine sita, alios dimisit: solos incepti confectos retinuit, et ciuium numerò D. ex mercenariis M. scipsumq; tyrannum declarauit: militibusq; in quin; partes diuisis, progreditur, omnes in uis occurrentes occidendo. Facta per urbem fu- ga, ortoq; grauissimo tumultu, primùm quidè CARTHAGINENSES arbitrari sunt hostes in urbem irrupisse. Sed rei ueritate cognita, iuuentus concurrens instructa acie ad- uersus tyrannum contendit. Bomilcar occidens eos, qui in uicis erant, in forum properat, multosq; ibi inermes ciues trucidat. Carthaginenses occupatis quæ circa forum erant altis domibus, coniuatos expellit. Mox cum ciues omnes armati concurrissent, contra eos, qui defecerant, castra faciunt. Tandem missis legatis, & impunitate concessa, utri- que desisterunt, & in reliquos iniuriarum memores non fuerunt, propter impendia urbi pericula, sed Bomilca- rem grauius cruciatum, uita priuarunt, iurifurandi nulla ratione habita. Dio dorus lib. 20.

P. VAL. Poplicola tulit legem de interficiendo, indicta causa, eo, qui regni occupandi inisset consilia. Percussori impu- nitatem dedit, si indicia sceleris demonstret. Quia enim, qui res molitur tantas, facere non possit, ut omnes fallati fieri autem possit, ut qui nō fecerit, iudicia antequam pot- tentia opprimere: cognitionis, quam eripit scelus, antici- pandæ ei, cui facultas esset, ius fecit aduersus sceleratos. Plutarchus in Valerio.

M. Manlius patricio genere ortus, qui Gallos ex Capitolio de- pulerat, eius præclari facinoris laude tumidus, & gestarum rerum gloriam Camillo inuidens, primò uictorias compa- rando,

rando, patriam à Camillo nunquam recuperari potuisse di- citabat, si non se Capitolium defensum esset. Gallos præ- terea inter aurum accipiendum, & spem pacis incautos ue- lut infidiis ab eo oppressos, se ex Capitolio ex arce iam ca- pra deiecit. Iam enim merum suum omnium animis ex- cidisse, solum Camillū in urbe gratia & auctoritate florere, solum exercitum ducere, cui nō satis esset Romanas legio- nes subici, nisi & collegæ, qui patib. auspiciis & eodè suffra- gio creati essent, pro ministris ab eo haberentur. Nec inte- rim Senatori parcere, qui Camillum cõplexus, ceteros uiros fortissimos inhonoratos uellet. Quibus ille non cõtentus, primus patriciorum popularis factus, cum Tribunis plebis consilia conferre ad agrarias leges, & ad æs alienum, quan- do supra modum inualuisset, discutendum conitaret, seq; auctorem ad omnia audenda pollicebatur. His motib. per- cussis patres: enimerò Manlius homo uehementi ingenio, summoq; loco natus, multum per hæc seditionis concitatu- rus putabatur. Præterea quia graue bellū ab Hetruscis & La- tinis impendebat, Dictatorè dicendū cõsueit. Aul. CORN. Collis est dictus, qui magistrum equitū, T. Quintium Capi- tolinum dixit. Super alia multa Manlij atrocità dicta factaq; cum centurionem pecuniam addidit in foro abduci uidil- set: cum suorum cetera impetu factū, creditoribus manu- intecit. Inde in patrum auaritiā & superbiā inuictus, stu- ffit à se Capitolium seruatum prædicabat, si ciuem suum in neruo & in uincula, uelut bello captum impunè trahi pate- retur. Hæc illi & alia acerba, in totius ordinis inuidiam lo- cutus, rem simul palam creditori perfoluit, solumq; alie- no are domum dimisit. Precari ille forense turbè immixtus, deosq; & homines obtectari, ut M. Manlio, sua libertatis af- fecti, gratiam pro tanta in se liberalitate, uel cumulati- mam relatum uellent, ipse præcepit in popularem aurā, fun- dum, quem in uicenti postfederat, præconi subiecit: restatus quandiu ex priuatis fortunis superesset aliquid, haud passu- rum se suorum ciuium quempiam in neruo & uincula in- creditoribus abduci. His crepta uocibus plebs, per æqua & iniqua securura uidebatur suorum commodorum auctore. Dictator euocato in curiam Senatu, patrum multitudine sti- patus, in forum descendit: inde sella in comitio posita uia- torem ad Manlium misit, qui testatus certam ingens ad- fect, cum multitudine suorum ad tribunal uenit. Hinc patres, inde plebs suum ducem intuentes, uelut in acie diuersi con- siliere. Tum iustus omnibus ambagibus missis in iudicium au- ri, Gallici, quod patres occultarent, peragere, aut fateri sce- lus insinualit falsò criminis Senatus: quum negaret se arbi- trario inimicorum locuturum, in uincula Dictatoris iussu est ductus, Ionem & ceteros deos testatus, rem indignam fie- ri seruatore patriæ, quia Romana plebi gratificaretur, in catenas & uincula abduci, neq; oculi multitudinis, neq; au- res cum indignitatem ferre poterunt. Cæterum Dictato- ria maiestas effecit, ut neq; Tribunis plebis, neq; plebs ip- sa, attollere sit aua frontem, aut hifcere. Satis constat Ma- nlio in carcerem coniecto, magnam partem plebis uelut uis- taussit, multos etiam barbaram & capillum, ut in domestico lectu promissit. Interea multitudine accensa, aperte se carce- rem refracturam minuit, nisi Manlius uincula eximeretur. Quod ne fieret ueriti patres, Senatus cõsulto eū liberauerunt. Tum uero non modò non seditio suppressa est, sed dux se- ditionis restitutus, ita ut regnū quoq; iâ affectare uideretur. Iussit itaq; Tribuni militum diligenter aduertere, ne ex tam nefario scelere maius aliquod Respub. caperet detrimentū. Ergo Patribus id probantibus, diem Tribuni Manlio dicit. Mirum primò fuit populo, quòd nemo cum eo, ne fratres quidè uellem mutarint. Apparuitq; magno consensu totius ordinis iudicium constitutum. Vbi uerò dies affuit, qui d præcipue illi sit obiectū, Lulius haud discretè posuit. Cæte- rum atrocissimum eius accusationis caput fuisse, uel ex eo credere par est, quòd non tam tempus quam locus impedi- mento fuerit, quòd minùs statim damnaretur. Quadringen- tos circiter ciues produxit in medium, quos creditoribus addictos gratuita pecunia nexu liberauerat. Procul & tri- ginta spolia cætorum hostium, militaria dona quadraginta ab imperatoribus accepta: in quibus duæ fuerunt Murales coronæ, octo Ciuicæ. Pro ducti sunt & ciues ab hoste serua- ti, & in his C. Seruilius absens, quòd magister equitum fungeretur, quæ belli decora cum magnifica Manlius ora- tione dicendo exaequasset, pectus nudauit, multos cicatricibus bello acceptis insigne, inde Capitolium intravit. Iouem aliosq; deos, qui loco præsidebant, in fortunarum suarum auxilium denocant: precatus, ut quam sibi mentem, quò ho- stes ex arce depulsi, dedissent, ad salutem populi Romani, eandem ipsi ciuitati in suo discrimine darent. Postremò sin- gulos obtectari, ut suffragium de se latari, Capitolium & ar- cem spectarent. Prioris uitæ merita, & oratio ad eū compo- sita in causa fuerunt, ut Tribuni non ausi sint Romanas tri- bus in campum Martium ad suffragium uocare, unde Capi-

tolum & arcem in conspectu haberent: ueritè ne tam recentis meriti memoria presentis iudicio obfaret: sed producta die populum in Petelinum lucum extra frumentariam por- tam ad uocauerè, ibi ciuium oculis locorum facie libera- tis plus crimen ualuit quam meritum. Damnatus Manlius POPULI suffragio, ex Capitolina rupe præcipitatus est: at- que sic accidit, ut idem locus in uno homine gloriæ eximia fuerit, & extremi supplicij monumentum, una que fœda re- gnandi cupiditas, quòd ceteris mortalibus documento ef- fo possit, tanti fuit, ut multa præclara alioqui eiusdem ge- sta, non ingrata solum, sed inuisa etiam ad populum extire- rint. Sunt notæ mortuo adiectæ. Cautum, ne patricius in Capitolio aut in arce habitaret amplius, ne in Manlia gen- te quisquam Marci prænomen ferret. Sabellicus lib. 1. Enn. 4. Lulius & Plutarchus in Camillo.

Viguit in ROM. ciuitate Tibertij & Caij Gracchorum summa nobilitas, ac spes amplissima. Sed quia statum ciuitatis con- nati erant conuellere, insepulta cadavera iacuerunt, supre- musq; humanæ conditionis honos filijs Gracchi & nepoti- bus Africanis defuit. Quinetiam familiares eorum, ne quis Reipub. inimicis amicus esse uellet, de robore præcipitati sunt. Valerius Maximus lib. 6. cap. 3. & Plur.

P. MVTIVS Tribunus plebis omnes collegas suos, qui dūce Spurio Cassio id egerant, ut magistratibus non subrogatis communis libertas in dubium uocaretur, uiuos cremauit. Vnus tribunus eam pœnam nouem collegis inferre ausus est, quam nouem tribuni ab uno collega exigere exhorruif- sent. Ibidem.

Sp. Cassio Coss. diem dixere perduellionis, & affectata tyran- nidis ad populum: Cæso FABIVS, & L. VALE RVVS Quæ- stores. Eum haud satis habuisse, ius ciuium Romanorū La- tinis concedere, ni hoc amplius, agri ab Hænicis ademi, partem dimidiam Latinis, alteram Populo Rom. diuideret: item legem Agrariam proposuisse in cõsulto Senatu, & col- lega suo Proculo Verginio non approbante, nedum maiori parte plebis. Ut commoda utiliq; lex ea fuerit: tentasse nihilominus suam hanc unius facere munificentiam atq; li- beralitatem, quæ totius Senatus omniumq; magistratum esse deberet. Iussisse, multitudinis sibi conciliandæ causa, ut pro Siculo frumento pecunia accepta populo diuideret- tur. Pestilentibus istis muneribus uiam regno fieri, largitio- ne periculosas libertatis opes ab eo strui, deniq; ne iam cõi- iecturis agatur, ei pecuniam Hænicis Latinoq; contulisse: pro Coridano duce, Cassiū parari. Hac probè instructa ac- cusatione, populi iudicio damnatus, de saxo Tarpeio deie- ctus est: ædes eius publicè dirutæ: bona publicata sunt. Sed cum de liberis eius interficiendis ageretur, durior & imma- nior ista sententia uisa est, parentum noxa innoxios premi- hos itaq; liberari Senatus censuit. P. Aerodius ex Dionysio Halicarnasseo, lib. 8. & Tito Livio, Dec. 1. lib. 2.

Orgetorix apud Heluetios nobilissimus atq; ditissimus fuit. Is regni cupiditate adductus, cõiurationem nobilitatis fecit, ut regno occupato, totius Gallie imperio potiretur. Ea res ut HELVETII S per in iudicium enunciatæ est, moribus suis Orgetorigem ex uinculis causam dicere coegerunt. Damna- tum pœnam hanc sequi oportebat, ut igni cremaretur. Sed cum dies constituta causæ ditionis aduenisset, hominibus armatis, ne causam diceret, se eripuit. Itaque ciuitas cum ob- eam rem incitata, armis ius suum exequi conaretur, multi- tudinemq; hominum ex agris Magistratus egeret, sibi ipsi mortem consciiuit. P. Aerodius ex Lulio Cæsare, libro primò de bello Gallico.

Seianus homo potens apud TIBERIVM Cæsarem, & super- bus, cum Druso aliquando alapam dedisset, eaq; de causa, & Drusum & ipsum Tiberium metueret, simul que spera- ret, Druso sublato, Tiberium sibi magis oportunitate fore: per quosdam ministros & uxorem Iuliam stupro sibi cogni- tam, uenenum ei propinauit. Eum uerò tandem Tiberius, ad magnam auctoritatem euectum, desponsaq; Iulia Drusi filia, curauit à Senatu capitis condemnandum: eiusq; cada- ueri per triduum proiecto uulgus insultauit, deinde in Ti- berrim proiecit. Zonaræ.

Cleander Phryx genere, ex ea hominum nota, qui publicè per- pœconem antea ueniebant, cum in domum Imperatoriam seruitio traditus, eò scilicet honoris atq; auctoritatis prou- ctus esset, ut & corporis custodiam & cubiculi curam, præ- terea militum præfecturâ solus obtineret, diuitiæ ac luxus etiam illum ad Imperij spem pepulerunt: ideoq; grandi pec- unia coacta, plurimum frumenti comparauerat, quòd hac industria diu latens in hotreo tenuit, ut Populum Romanū atq; exercitus antea rerum penuria laborantes, mox sibi ma- gnis largitionib. demereret. Sed & gymnasium utq; ma- ximum ædificauerat, publicatis etiam balneis, ut iis artibus populum inescaret. At id profectò accidit, ut nihilo minus infensiore uteretur. Cum itaque totius pestilentie cau- sam in eum uniuersè conlicerent, dum interea Commodus

in suburbani agit, subito magnis clamoribus adeunt, Cleandrum ad necem postulant. COMMODOVS in alto secessu uoluptatibus indulgebat, quamobrem eorum omnium inficio quae gerebantur, Cleander immitit equites, qui obuium quemq; summouerent, uulnerarent, occiderent. Re ad seditionem prolapsa, cum Cleandri potentia metu nemo inueniretur qui quid Commodus nunciare uellet: tandem exitit maxima nati soror Commodi Fadilla, quae Imperatorem otium agentem & oscitantem impellit, excitat, & de omnibus certiorum facit. Itaq; ad se Cleandrum nihil dum male suspicantem acciri iubet. Huic protinus caput amputatur, & conto praefixum, per urbem circumferunt. Sed & liberi Cleandri, & quorquot illius amici sociiq; fuerant, omnes ad unum trucidati, & tracta per urbem eorum cadauera, ac contumeliosae habita, postremo etiam in cloacas abiecta sunt. Ita seditio sopita est. Aerodius ex Herodiano libro primo.

Plautianus, cuius apud SEVERVM Romanorum Imp. maxima erat auctoritas, posteaquam morte affecisset magnum numerum Romanorum, nullam ciuitatem reliquisset, quam non praedaretur, proq; suo arbitrio in quoscunq; sine discretionis fauere, expularet omnes: tyrannidis affectata reus, turpiter occisus est, atq; statuae eius in perpetuam hominis ignominiam deiecta sunt. Dion & Xiphilinus in Seucro.

In illo praelio, quod apud Lugdunum, inter Seuerum & Albinum summa contentione pugnatum est: Laetus dux exercitus Seueriani fuit. Is euentum pugnae expectasse dicitur, cum de industria, ac retento milite, ut sibi imperium iudicaret: itaque non prius in praelium pedem protulisse, quam ei Seuerum cecidisse falso allatum esset. Hoc merito nomine, rebus omnibus ex sententia compositis, SEVERVS Laetum ut proditorem ac perfidum, capite condemnauit. Herodianus lib. 3.

DI OCLETIANVS Imp. factus, concionantem Aprum, inter festo Numeriano genero, ob regnandi libidinem manu sua confodit, in quens: Hic est auctor necis Numeriani. Gloriae Aper, magni Aeneae dextra cadis, quasi Aprum fatalem occideret, ut imperium assequeretur: quem admodum sibi olim Gallicana Dryas uaticinata fuerat. Tum imperio potiturum, cum Aprum occidisset. Cuspinianus.

Attalus Romani sanguinis uir haud ignobilis, inane imperij simulacrum accipiens, cum Gothis ex Africa usq; ad Hispanias portatus est, missis aliquot in Africam qui uis dicerent: ipse nauis subsequutus, incerta molens, in mari captus est, & ad Constantium deductus, deinde Imp. HONORIO exhibitus, truncata manu uitae relictus est, deportatus in Li param. Cum autem Tertullus consul iterum reuocasset Attalum: captus iterum Attalus Romae, ad Rauennam Constantio missus ad supplicium, laeta manu, quae sola illi reliqua erat, trucidatus, ad ludibrium est Constantinopolim missus. Idem.

Procopius tyrannus Orientis, amisso exercitu praeter spem, per nemora paucis comitantibus per noctem uagatus, mane a suis captus, Imperatori est traditus VALENTI: qui abscissa ei ceruice, discordiam ciuilem sedauit. Alij tradunt, Procopium duabus arboribus inflexis, pedibus colligatum fuisse, quae dimissae in aeternum, locum suum repetentes, Procopium differunt per medium. Qui etiam Procopium Imperatori traiderunt, contra iustitiam quod eis praebuit, ferris crudeliter diuisi perempti sunt. Hunc cism uita fortis est Procopius, anno quadagesimo primo. Idem.

Theodosius Honorium & Arcadium, quos ex Flacila filios suscepit, consortes antea quidem Imperij fecerat. Sed moriens, quia nondum aetas matura Imperio esset, testamento Rufinum Arcadio, Honorio Stiliconem Vandalum adiunxit, quorum consilio Arcadius Constantinopoli, Honorius Romae res gereret. At cum Rufinus primum aduersus ARCADIVM, Alaricum Gothorum regem sollicitasset, hoc animo, ut sub eo metu & rebus turbatis, diadema Orientis non ambitu, sed quasi necessitate capiti suo imponeret, atque etiam Stilico quantumuis sacer Honorij alia & secreta uia filio suo Eucherio tyrannidem pararet, itaq; & postremo Sueuos, Vandalosq; & Alemannos ad inferendum bellum HONORIO malitiosae attraxisset, ambo perniciosi sutores detestis insidiis ac dolis damnati sunt: Stilico Romae cum filio in foro pacis occisus est: Rufini caput cum dextra manu ante portas Constantinopolis appesum, affixum est. P. Aerodius ex Orofio lib. 7. cap. 37. & 38. Pomponio Laeto, in Theodosio, & Paulo Diacono.

In Africa Gildo Comes, parum sibi ab Imperatoribus Arcadio & Honorio tranquillitati de ditis metuens, sperauit sumis armis imperio Africae se citra magnam laborem potiturum. Caeterum frater eius Mafcezel, uel (ut Paulus Diaconus habet) Macezil, de euentu paulo accuratius cogitans, HONORIO Imp. facinus indicat. Gildo fratris tanquam proditoris filios crudeliter necat. Adest interea Mafcezel cum quinque millibus armatorum: cui Gildo cum octoginta, uel (ut

Paulus ait) septuaginta millibus occurrit. Commissa acti pugna, Gildo in fuga uentus, & nauis conscensa, miranda delutione, ut pestis demum in litus eiecitur. Comprhenfus ergo fratris iussu, uelo strangulatus est. Hac uictoria clatus Mafcezel animus & ipse adiecit ad Africam occupandam, sed a militibus suis occisus est, iustas seditionis penas luens. Circa Annum Domini 402. Cuspinianus.

Cum Gratianus Romanos negligit milites, & paucos ex Alanis amplis stipendiis aleret, & Barbarorum amicitia, comitatu & habitu ureretur: exercitus Romanus id agrere, in eius odium Maximum quandam, uirum strenuum, Imperatorem in Britannia creat. At is contra sacramentum fidem in Galliam transiens, Romanos sibi adiunxit legiones: & Gratianum Merobaudis magistri militum prodicione uicit, & fugientem Lugduni dolo Andragathij cepit, & occidit, & Valentianum iuniorer cogit suum imperium approbare: eumq; una cum suo administratore, Probo Italia expulit, filiumq; suum Victorem consortem regni creauit. Cum autem Maximus legatione ad THEODOSIVM mississet, & Occidentis partes sibi cedi postulasset, Imperator eam neq; reprobaui, neq; recepit: sed collectis copiis Mediolanum uenit, & cum contra Maximum aciem instrueret, milites apparatu Theodosij absteriti, Maximus, quem creauerat Imperatorem, ceperunt, & uinctum Theodosio tradiderunt. Andragathius, qui Gratianum occiderat, de sua salute desperans, in flumen de nauis prostratus, & submersus est. Maximus autem tertio ab Aquileia lapide spoliatus insignibus imperatoris, capite multatus: & filius eius Victor ab Arbogaste in Galliis interfecit. Soc. lib. 5. cap. 11. Prosper in Chronico, Paulus Diaconus lib. 11.

Amantius quidam cubicularius VS TINI, regnum affectas, & multa pecunia sibi populi fauorem concilians, amicum suum Theocritum clam ad regia seceptra euehere tentauit, Iustinus re cognita, urrumq; medio sustulit. Euagrius lib. 4. capite secundo. Vitalianum quoq; qui antea Anastasium imperio pellere uoluerat, blanditijs ad se pertractum, dolo occidi mandauit. Idem.

Arthemius, qui ab imperio deturbatus a Theodosio monasticam uitam elegit, & quieti studuit, dum ambitionis stimulo correptus sub LEONE III. sua sua Niceae militum magistri denuo se fluctibus ac procellis imperij immergere meditatur: Bulgorum prodicione perit imperator, cum multo diutius uitam suam potuisset extendere. Cuspinianus.

Thomas dux legionis foederatorum, sub Leone Armenio regnum affectauit. Eo caeso, MICHAEL Balbus Thomam Adrianopolim obsedit. Ciues inopia annoz uicti, tyrannum Imperatori tradunt: qui eum manibus & pedibus truncatum, in asino circumduxit. Zonaras.

Felicianus Zaachus, CAROLO I. Hungarorum regi familiaris, cum opibus & dignitate creuisset, tyrannidem inuadere decreuerat. Itaque regem de more solus adiens, stricte ensc ferit. Rex istu euitato profugit: ac reginae quatuor digitos abscidit. Pueros regios paedagogi suorum obiectu corporum uix protegere. Tumultu excitati satellites, paritudo membratim disceperere. Feliciani Fbigis distractus, canibus & porcis cum patre praeda fuit. E filibus Clara, quae reginae famulabatur, labijs, naribus, octoque digitis mutilata, per compita circumducta, in truius alta uoce proclamare fuit coacta. En digna prodicione praemia. Altera Sebe, capite multata est, marito per inedia in carcere necato, filiis Rhodon relegatis, amicis extremo affectis supplicio. Bonifinus lib. 9. Decad. 2.

Baiamidus Teupolus Venetus patricius, duceq; patre ortus, animus adiecit, ut libertatem patriae opprimeret, caeso duce, caesiq; Senatorij ordinis uiris ferens omnibus, qui sibi obistere audent: meritis hunc alterum Catilinam dixeris, qui tam claris maioribus editus, ab eorum nobilitate degere rarit. Neq; uero desierunt multi patricij ordinis, qui Baiamundum auctorem tanti sceleris secuti sunt. Certa die aream Marcianam magna manu ingressus, principem ipsum & reliquos patres VENETOS obuiam habuit, qui rem tota antea resisterant. Qui constantissimè illi occurrentes, adiuturiam Vgolini Iustiniani Clodiae praetoris opera, qui cum militibus Venetias aduolarat, fortissimè pugnarunt. Eo fuso fugatoq; caesiq; non paucis nobilibus, libertas in suo gradu constitit. Qui postea supplex, facti tam nefarij peccata uenia, reliquiq; omnes qui consij fuerant, partim securi subiecti, partim perpetuo exilio damnati sunt. Egnatius lib. 3. cap. 5.

Marinus Falerius VENETORVM dux, quum iam nouem menses Rempub. administrasset, animus ad regnum adiecit. Statuerat optima rebus casis Rempub. inuadere. Quod ipsum ut commo dius cosequi posset, multos ex eo ordine, quem Populare uocant, ad infandam eedem praeparauerat, & aliquot etiam ex ipsa nobilitate. Negotium patrad caedis sexdecim facinorosis hominibus, principib. coniurationis, datum, quorum singuli cum sexaginta armatis in eu-

riam statuto tempore erant impetum facturi. Conuenerat inter eos, ut postididit idus Aprilis repente uanos per urbem rumores dissiparent, hostem adesse, eius timentes ante portum cum tumultu ad nauigare. Principes confestim ad arma conclamati, campanamq; ex summa turri pulsari iuberent. Quo signo coniuati suis sedibus ceciti, diuersis itinibus armati (quasi Principis patrumq; imperium facturi) in curiam uenirent. Ibi tum liminibus infessis in PATRES, qui aut consulaturi de Republica: aut ad alia obuenda munera ead uenissent, atq; in caeteram nobilitatem ferum frangerent, ad uentum trucidarent: ac tum demum Falerius non princeps amplius, sed dominus salutarerunt. Sunt qui tradant, statuisse eos patricio nomine extincto, ciuitatis administratione populo permittente. Erat Beltrandus quidam, homo plebeius, ex principibus coniurationis unus: is pridie illius diei, qui caedi destinatus erat, poenitentia tanti sceleris ductus, prius tenebris clandestinè subijt, remq; illi summotis arbitris omnem aperit. Is patribus ordine narrat. Sexdecim ergo coniurationum principes ea nocte ferè omnes in potestate parum redacti, ac felicitis cuncti, una cum ipso Falerio, ad unum suspensio necati sunt, reite ex ipsi columnis superiore parte curiae demissi. Inde iis, quibus illi negotium datum fuerat, acerbillimam de coniuratis quaestione habebitibus, ad quadringentos intra octo dies sceleris conuictos fuisse ferunt: multos quidem, sed non uno supplicij genere necatos: ita ut alij suspensio multati sint, alij securi percussu, quidam etiam alto mari depressi. Multis, qui se coniuratis affuturos dixerant, non tamè sceleris participes facti, uenia data est: sed tam ignominiosa suspicione notati, ut pudore alij qui plures uero metu, cum uxoribus & liberis urbe omnino excesserint: hi numero quingenti fuisse tradunt. Indici coniurationis non solum uenia data est: sed annuum stipendium mille aureorum numum decretum: priuatae Falerij aedes ad Apostoli fanum datae: & quod omnino plus fuit, ad patricium est ordinem traductus. Verum ille, quasi parua praetantia fide accepisset, ingratiudinis Patres palam inculare: eorum faciem nullo loco, nullo tempore parere. Tum illi impudentia hominis commoti, parum abfuit quin capitali iudicio damnarent: sed recentis meriti memoria obstitit, quod minus extremo sit in eum supplicio seuitum. Adempto itaq; illi publico beneficio, Ragunum in decem annos est relegatus: unde postea contra praescriptum profectus, quum in Fannoniam iter intenderet, periisse dicitur. Sabellius lib. 3. Decadis primae.

Franctus Balduinus, patricius Venetus, ciuium opulentissimus, iuris uim, aequiq; in tanta ciuitate ferre non ualens, animus adiecit ad libertatem, si fieri posset, opprimendam. Re igitur uariis artibus & consilijs saepe ab illo frustra tentata, quum DVX ac Patres id rescessit, captus in Minoritana aede, tanta audacia poenas luit. Bona eius omnia publicata sunt: & illud additum, ne quis de Balduina familia nobilitatis munere perfungi possent: nauaq; domus illius perpetuo die, noctuq; pateret, ac diui Simeonis cognomeno Paris, diuicq; Marci effigis supra ianuan semper altaret. Egnatius lib. 6. cap. 5.

50 TYRANNIDIS OCCVPAT.

Consule Tit. Tyranidici larum, quatenus iuste tyrannos persequuntur.

HERACLIVS Phocam tyrannum imperio deiecit, cum magna classe Constantinopolim appulit, secum ferens etiam Scauotus nostri imaginem, nullo manus ministerio facta. In portu Sophiae nauali praelio commisso inter Heraclium & Phocam, flagitiosus Phocas superatus in regiam confugit. Tum Photinus quidam, cuius uxor Phocas stuprum intulerat, in regiam eum militibus irumpit, Phocam ignominiosè folio deiecit, imperatoria ueste spoliata, nigraq; circumdatus ueste & numellis in clusum contentum ad Heraclium deducit. Qui ut primum conspexit Phocam: Miser, inquit, i-tuum Rempub. gubernasti? At deploratus Phocas respodit: Tuum est, rectius eam gerere. Illic autem Heraclius iussit manus & pedes, mox humeros & pudenda amputari, tandemq; caput. Cedrenus.

Romanus Lacapens dux classis, interfecto Leone Imp. CONSTANTIANO VI. eius filio filiam suam despondit, imperium usurpauit per XXVI annos. A Stephano filio captus, attonsus, relegatur. Constantinus Stephanum cum fratre capiti, & in exilium mittit, regnumque recuperat. Zonaras, & Sigebertus.

ZENO Imp. imperio pulsus a Basilisco, fratre Berinae Augustae focus suae, & reuocatus a populo ex Isauria, Basiliscum post acceptam eadem in templum fugientem, & ab Acacio praefule Constantinopolitano ciectum cepit, & cum filio Marco in Cappadociam relegauit una cum matre Zenorida, qui Lemnis (quod nomen oppidi est Cappadociae) fame

consumi sunt, & frigore. Nam una inter se complexi corporibus collacrymantes miserè perierunt, cum iussisset illos hyemis tempore neq; ueste neq; cibarijs iuari, uitamq; cum regno amiserunt, cum tyrannidem exercuisset octo menses supra annum. Zonaras tradit eum duobus annis tyrannidè occupasse, ac in turri conclusum cum filiis fame extinctum, socrum autem Berinam in exilium missam. Cuspinus.

Emmanuel Imperator uita functo, Alexius filius adhuc puer ei successit, cui Philippus rex Galliae Agnetem filiam despondit. Suscepit pupilli curam cum imperij administratione Alexius quidam pueri perneccarius. Is quum nimis seuerè imperaret, Andronicus est ex Ponto accersitus, uir facinorosus, imperatorum stirpe prognatus. Hic, Byzantiu reuerfus, Alexium tutore interfecit: mox imperandi cupidus, Alexium adhuc pupillum clam interfecit, sacroq; inuolutum in mare deiecit. Sic Andronicus duplici parricidio imperio potitus est. GVLELMVS Siciliae rex Alexij pueri mortem ulturus, Andronico bellum intulit, & multas urbes cepit. Andronicus a GRACIS, substituto Isaacio, in ordinem redactus, altero lumine priuatus, asinae impositus, per totam aet urbem circuectus, praeposterè sedens asinae cauda manibus pro seceptro alligata, capite aliorum recte praecincto diadematis loco, promiscuè uiris mulieribusq; in praerentem multa probra iacentibus, congerentibusq; in eius faciem lutum, & alia dicta foediora. Demu de processit ira, ut pendens laqueo, uncis & harpagonibus a mulieribus petitus, multaque particulam corporis exlanatu adpecte mandere sint aufa. Sab. lib. 5. En. 9. Inuenio in quibusdā Annalibus, hunc stipiti alligatum quasi metam sagittariis propositum, in quem passim omnes tela ac sagittas obmensa sua flagitia iaculati sunt. Cuspinianus.

Murziphus homo obscurissimus, tutor Alexij iunioris, cum eo per fraudem necato tyrannidem arripuisset, VENETIS & FRANCIS se frustra opponens, amissa urbe Constantinopoli, nocte media cum uxore & pellicib. ac thesauro clā aufugit. Sed non multo post in Peloponeso captus, & Constantinopolim retractus, per summam ignominiam & cruciatu moritur. Excacatus enim de eminentissimo loco precipitatur, ac per urbem tractus frustatim discerptur. Idem.

Maslaus pocillator regis Polonorum Miecislai, eo mortuo tyrannidè inter suos in tractu Plocensi arripuit, eumq; de suo nomine Masouiam appellauit. Victus tandem a CASIMIRO Miecislai F. ex fuga perpetuo cursu in Prussiam contentus. Ibi a Barbaris cognito euentu praelij excarnificatus, in cruce actus est: insulantibus, ut alta teneret, qui alta petiuisset. Cromerus lib. 4. de gestis Polonorum.

Mortuo Ioanne Mediolanensi duce, Cauacabou Cremonenses ciues id egerunt, quod a permultis alijs ciuitibus, in Tractupadana regione, ob eandem mortem, in urbibus suis actū fuit. Verbis enim Cremonae imperium inuasunt: & cum Gabrinum Fundulum, uirum postea perfidia insigni notū, conduxissent, inter militares uiros clarum, praecipua in se eum fide esse arbitrabantur. Is autem cum eos ad Machasturmā oppidū inuitasset, discumbentes decem ex eis occidit, fraudeq; munitis in potestatem suam redactis locis urbis Cremonae, imperium inuasit. Sed postea dux PHILIPPVS VI eecomes Ioanis frater eam urbem recepit. Nam Gabrinus, ab Oldrato Lampugnano, quo cum sacra baptismatis necessitudine coniunctus erat, per insidias captus, ac Mediolani capite multatus, disceptusq; mercedem quae tantè perfidiae debebatur tulit. Fulg. lib. 9. c. 6.

Mortuo Honorio Imp. Ioannes tyrannus Rauennae praesidio Castini imperium ui arripit: & mox Constantinopolim legatos ad Theodosium mittit, qui eum approbet. Cui infensus Augustus, otiores in carcerem coniecit. Magistro autè militum Ardaburio Salonis agenti, uirio strenuo & consulari praecipit, ut in tyrannum exercitum educat. Qui ab Aquileia Rauennam nauigans, uentis aduersis in manus tyranni incidit. Cuius laetatus captiuitate tyrannus, sperabat THEODOSSII iram facile placari posse. Aspat Ardaburij filius, patris captiuitatem agro ferens animo, collectis undique militibus, per inuiam paludem circa Rauennam, duce Pasteo quodam, urbem apertam ingressus, satis populationibus euasit ac incendit: tandem arreptus tyrannus, ubi improvidè militibus occurrit armatis, alteraq; dextra priuatus, in Hippodromo coniectus, & asino impositus, pcontumeliam circumductus, & tandem iugularis est, cum annis quinque praefuisset. Vir aliquo ingenio mitis, ac uirtute praeditus, minime delatoribus aures adhibens, neque pecuniae gratia iniquum aliquo flagitium faciens, ut Procopius scribit, illius morte audita, Theodosius Valentianum confobrinum suum Caesarem fecit, & cum matre Placidia Romam misit. Cuspinianus.

51 IMPERII OCCVPATI.

Occiso Pertinace Imperatore, dum Ignarus, alioqui multarum rerum peritissimus, multa simul turo corrigi non posse, omnia

nia breui spacio emendare conaretur, Didius Iulianus extitit homo pecuniiosissimus, qui imperium à militibus licitatione, auctione, pecunia compararet. quod SENATVS Populusq; Rom. ad eò indignè tulit, ut Seuerum qui in armis esset, Imperatorem appellauerint, & Iulianum capite damnauerint. Xiphilinus in Iuliano.

MAGISTRATVS SVSCEPTI.

CATO minor Trib. pl. creatus, ubi aduerit comitià consularia uenalia esse, populum castigauit: ac finita oratione iurauit, qui dedisset numos, qui ille cunq; foret, eius se nomen delaturum, uno ob propinquitatē excepto Syllano, qui sortorem eius Scruiliam habebat in matrimonio: quapropter hunc prætermisit. At L. Muretam, quod per largitionem obtinuerat, ut consul fieret cum Syllano, accusauit: qui Cicero defendente absolutus fuit. Plut. in Catone.

Coponius uini amphoram ei dono dederat, cuius suffragij latio erat. Certè scdilla uasa tum in magno precio habebantur. Sed ideo ambitus damnatum esse à POP. Rom. Coponium, antiquæ notæ atq; feruoris est. Plin. lib. 33. c. 41.

Marius prætura candidatus, ambitus est postulatus. Suspicionem multo potissimum Cassij Sabaconis seruus, intra tabulata conspectus inter eos, qui suffragia ferébant: quippe erat inprimis necessarius Sabaco Marij. Hic à IVDICIBVS interrogatus respondit, quod ex æstu stisset, frigidam se potulauisse, & seruum cum poculo ad se ingressum, simul atque bibisset, abscessisse. Atq; hic quidem senatu à proximis censoribus motus est: uisusq; uel ob falsum testimonium, uel ob intemperantiam meritis notatus. C. Herennius quoque citatus testis ait, patronis ex lege non esse testimonij in elictem dictionem, sed esse ab eo onere patronos solutos. Herennij autem familie semper parentes Marij, atq; Marij ipsum clientes fuisse. Cum reciperent testimonij recusationem iudices, Herennio ipse reclamauit Marius, quod simul ut fuit primum magistratum nactus, clientelam excessisset. Id non erat undequaq; uerum. Neq; enim liberat quilibet magistratus obseruantia patroni clientes eorumq; posteritatem, sed curulis tantum. Veruntamen quamquam primis diebus multum fuisset in iudicio Marius iactatus, atq; infestis usus iudicibus, postremò tamen præter expectationem æquantibus sententiis est absolutus. Plut. in Mario.

FAMÆ NOMINIS AFFECTATA.

Herostatus spe immortalis famæ Dianæ Ephesæ templū incendit. In eo facinore deprehensus, cum causam criminis factus esset, EPHESI publico edicto cauerunt, ne quis nomen illius in historia referret. Et extincta planè memoria nominis illius fuisse, nisi Theopompus id uulgasset: aut certè nouitate rei allectus, ut plus cæteris sapere uideretur, nomen tale finxisset. Val. lib. 8. c. 13. ex Strabonis lib. 14.

MVNERYM HONORIFICORVM SVSCEPTORVM.

Póstrem apud Salaminem bello nauali strenuissimè gestam,

CRVDELITATIS POENA IVSTA RESPECTV

PERSONARVM. QVI AVQVI BVSPVNITI OB CRVDELITATEM.

TYRANNI.

PHALARIS, Acragantinorum truculentus tyrannus, commēantes eò hospites tormentis lacerabat. Huic Perillus statuarias uaccam greem formauit, ut hospites in ea spirantes cremaret. Phalaris hac tantum in re iustum se præbens, illum in uaccam coniecit. Videbatur autem reddere bucula mugitum. Hoc proditum est lib. 2. Causarum. Plut. in Græcorū & Rom. comparatione.

Oppidum est Siciliae Aegesta, ubi tyrannus fuit atrox AEMILIYS Censorinus. Hic nouorum quæstionis generum artifices muneribus prosequēbatur. Quidam autem Aruntius Paterculus, greem equum molitus, eum huic tyranno dono dedit, quò in eum impingeret exercuciandos. Ille tunc deum ad æquitatem conuertens se, artificem in eum ante alios ingessit: ut quam aliis commentus fuerat quæstionē, eam ipse experiretur primus. Hinc eum ex monte Tarpeio præcipitem dedit. Ab illo apparet eos, qui in regno sui extiterant, esse Aemilios nuncupatos. Auctori Aristides lib. 4. dē rebus Italicis. Plut. in Græc. & Rom. comparat.

FILII.

Simoneon & Leui propter egedem Sichemitarum IACOBYSPATER præ cæteris fratribus minùs benedixit, inquiens: Simoneon & Leui fratrum gladij, tela sunt crudelitatis: eorū nollim aut in fidem uita mea ueniat, aut in societate honos committatur, qui iracundia cædem fecerint, & libidine murum subruerint. Detestanda est eorum tam impotens ira, & tam effrenatus furor. Eos inter Iacobosq; distribuam, & inter Israelitas dissipabo. Gen. 49.

cum iudicium fieret tota Græcia de iis, qui cæteris fortib; ac præclaris operam nauassent: inuidia Lacedæmoniorū factum est, qui suffragijs plurimum poterant, ut primæ uictoriae partes non Atheniensibus, sed Aeginetis decernerentur. At simul etiam dum metuerent, ne facti commotus indignatione Themistocles, consilium aliquod in se ac reliquos Græcos machinaretur: congeminitis cum donis præ omnibus, qui sortiter fecissent, sibi conciliandum esse cõstitauerunt. Itaque cum ea dona Themistocles non recusasset, eum POPVLVS magistratu abdicauit. Nam istud patet ac ferre, uel delictum in se non publico, sed solo suo nomine tā multos honores atq; præmia conici, & ab aliis præferri, quam à suis ciuib; ut id maxime nihil infidelis animi habeat: esse tamen ambitiosū, & eius qui laudem ac gloriam uniuersæ ciuitati non alia quasi ratione præteritum uideri uelit, quam ut in se uno sit æmulationis. Aerodius ex Diodoro Siculo lib. 11.

ENPHYAKH.

Apud THEBANO S, qui ambitiosè ultra scripturam honores gesserat, tanquã cõpirationis reus capite luebat. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 6.

Apud ROMANO S, si qui finito magistratu prouinciam successori, ob ambitionem uel proprii lucri studiū traderent: garer, uel ultra iustum tempus falces retineret, is uelut in iustitiam reus in principem & Rempublicam agebatur. Alex. ibidem.

ENXPHEI.

Silas, AGRIPPÆ regis Iudæorum inuidiosus omnium potestatorum focus, & ab eo tandem omni militia præfectus, cum etiam regij honoris particeps esse uellet, & regij in omnibus obloqueretur, sua que beneficia subinde commemoraret: offensus rex inmodicè libertate, præfecturam ei ademit, & unctum in patria asseruadum misit. Anno post lapso, natalem suum celebrans rex, pietate motus eum accessit curauit. At ille stomachabundus è uinculis exire noluit. Iosephus libro decimonono, cap. 6. Antiquitatum Iudæicarum.

Cornelius Gallus, in his honoribus qui ei ab AVGVSTO deferrebantur, secus ac faceret Agrippa, insolentius se gerebat. Hoc nomine multa celeratè atque flagitiosè perpetrabat: statuas in Aegypti prouincia sibi collocari, pyramides, quibus acta sua continerentur, erigi patiebatur. His de causis accusatus à Valerio Largo, cum Augustus ipse cognosceret, ignominia notatus est, prohibuitq; Cæsar ne deinde prouinciam obtineret. Dion lib. 53.

HADRIVANVS Imp. quodam tempore, quum seruum suum uideret inter duos senatores ambulatē, misit qui illi colaphum impingeret, diceretque: Noli inter eos ambulare, quorum adhuc potes esse seruus. simul senatoriæ dignitatē consulens, & serui castigans insolentiam, quam ob Cæsarē herum seruiferat. Dion Cassius.

CEOT HARIVS II. rex Francorum, Dagobertum filium grauisimè puniturus erat, nisi sibi fuga consulisset, ob petulantiam in Sauregillum paratam, Aquitaniae præfectum, quem is detracta ueste loris egcederet, barbam abraferat, solū ob id, quòd ille in conuiuium contra se accubens locum elegisset, poculosq; ex eius manu, oblitus per unā maiestatis, ultrò sumto, bibisset. Aemilius lib. 3.

MVLIERES.

ATHENIENSIS in mulierum crudelitatem (quæ unicuique illum, ex Aegina de Atheniensium exercitu domum reuersum, fibulis uestimentorum interemerant) iuratione uestis animaduertit. Vestem enim illarum in idem & lineam abscisq; fibulis mutauerunt. Nam antea Doridem uestem gerebant Atticæ feminæ. Herod. lib. 5.

MILITES.

Nulla suorum temporū nouitate Romana ciuitas maiora tulit scelera monstrata, quam cum inter Syllam & Marium ea de summa rei in urbe & foris dimicatum. Nec in tantis malis uiderunt indignius quicquam miseri ciues, quam quòd Marij permissu seruitia (ad eò crenerat eorum licentia, quibus ille septus in urbem ab exilio redierat) inprimis uerbis Bardiae satellites Marij ad libitum grassarentur in ingenua Romanorum corpora. Quam QVARTORIVS iniuriam haud ferendam ratus, est unus Marianarum partium, factò in seruis impetu, ad quatuor millia eius generis in campo trucidauit. Plut. lib. 8. c. 4.

Scribit Pollio Trebellius, Byzantium GALIENO imperatè à militibus ita deuastatum, ut prorsus nemo superesset, uultus etiam familiaris funditus cecidit. Id quum egregiè uultus foret Galienus, militibus ferè omnibus contrucidatis, Romam conuolans Encenia celebrauit, nono ludorum genere,

nerc, noua pomparum specie, uelut magnum quippiã gestisset. Encenia, Suida interpretè, dicebatur celebritas, cum noui quippiam foret gestum. Cælius lib. 22. c. 14. A. L.

GVLELMVS Normannia dux, qui Normannorum primus Britannia regnum adeptus est, cum in eam insulam aduersus Heraldum traicisset, conspicatus Normannum militè in Heraldum adhuc seuire, postquam sagitta ictus ad terram conciderat, eum ignominia nota exauictorauit: uir enim bello clarus, atq; uirtute insignis, æquè in decorum existimauit, uiceni hosti terga dare, & iam mortuū aut ad terram delapsū ferire. Fulg. lib. 6. c. 3.

HOSTES.

Iudei ADONIBEZE CVM, regem Bezece, Chananeum, occisis X millibus ceperrunt, eiq; manuum atq; pedum pollices amputarunt: cum ille diceret, LXX sese regulos habuisse, quorum manuum pedumq; pollicibus, mutilati, micæ sub mensa sua colligerent: & nunc sibi talionem iuste rependi. Iudic. 1. Adducto Agago rege Amalech coram Samuele, ait ei SAMUEL iudex Israelitarum. Sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus, sic absq; liberis erit inter mulieres mater tua. Ex 1. Regum 15.

RERVM PVNITI IVSTE OB DISCORDIAM.

CLAVDIVS Cæsar Lyciis ob exitabiles inter se discordias libertatem ademit. Suetonius.

MVLTATIONEM.

Apud INDO S qui membro aliquo quempiam orbauerit, nõ modò talionis poenam subit, sed etiam manu truncatur. Quòd si quis artificij manum oculumue ademerit, capitale est. Strabo lib. 15.

Intaphernes statim post oppressos Magos regia ingressus, uolebat admitti ad colloquium regis. Etenim hac lege cõuenientum erat inter Magi oppressores, ut eis ad regem foret aditus sine internuntio, nisi cubaret cum uxore. Intaphernes, qua foret unus è septem, introire uicq; uolebat. Sed cum ianitor & qui à responsis erat, introire non sinerent, quòd regem dicerent uxorē dare operam: eos mentiri ratus, e ducto acinace, aures utriq; naresq; præcidit, ac loro freni e quinque ad ceruices ipsorū alligauit, hominesq; dimisit. Qui cum sese regi exhibuissent, & cur id passi fuerant exposuissent,

MENDACII POENA.

RERVM HVCPERTINET IN GENERE.

Apud PERSAS & INDO S, qui mendacio abusus fuisset, illi per omnem uitam silentium imponebatur, nullusq; magistratu aut honore dignus habebatur. Alex. lib. 6. c. 10. Lege Kennethi SCOTORVM regis, mendacij in proximi perniciem conuictus, gladio priuatur, à congressibus publicis arcetur. H. Boethius lib. 10.

DOLI IN FOEDERE POENA.

Mendacium Gabaoonitis attulit salutem, sed abstulit libertatē. Dederat illis IOSEPH Israelitarū dux in castris Galgalæ iuramentum, quòd uitæ illorum parcereratur eos (quemadmodum ipsi refererant) geatem magis longinquam esse, quæ terra promissionis finibus concluderetur. Mox falsos fuisse deprehensos, uiuere quidem permisit: sed calones lixasq; cõstituit, redactos in seruitutem. Quòd si seruari promissum debuit, ne illi cum aliis perderentur, nõ frustra composito pellaciq; sermone usi sunt. Quòd autem seruari debuerit, ex secundo Regum uolumine apparet, ubi dicitur: Ideo iam trium annorum fame laborare populum Israel, quia rex Saul Gabaoonitas contra fidem, quam à Ioseph accepit, interfecisset. Sed si præceperat iam pridè Dominus, omnes gètes illas internecione deleri, cur solis deinde mendacibus parci uoluit? Quòd scilicet nulli obesse, sed tantum sibi prodesse mendacio quæserant: ac ne omnino impunè mentitos crederes, mancipiorum more seruirent. Marulus lib. 4. cap. 4. ex cap. 9. Iosue.

IVDICII FALSI POENA.

Apud AEGYPTIOS cum moris esset, ut singulis annis omnes iscolæ ad regionis præsidis nomina sua deferrent, & simul indicarent unde uiuerent, uel qua arte uel disciplina se familiamq; suam alerent: qui ea in re mentiebatur, mortis poenam subibat. Idem. ARTOXERXES euidam, qui præter transitionem mentitus fuerat duos hostes se obruncasse, iussit tribus acubus trucidari. Plut. in Artorxere.

ACCVSATIONIS, DELATIONIS FALSÆ POENA.

Præcepto regis ASSVÈRI, si quis liberos & iniquus Aman suspensus est in eodem patibulo, quòd parauerat Mardochoo: & hostes Iudæorum eodem die ab ipsi Iudæis occisi sunt,

sent, DARIVS sigillatim quinque Persas accessit, uerius neid communi sex Persarum consilio factum esset, explorauitq; nunquid id quod actum foret cõprobarent. Vbi comperit sine horum consensu Intaphernem hæc fecisse, hominem comprehendit, eiusq; liberos atq; omnem familiam, multis de causis credens illos cum suis cognatis rebellionē fuisse molituros, ad necē uinciri iussit. Tunc uxor Intaphernis ad regis fores accedens, plorabat atq; lamentabatur. Id assidue faciendo, ad sui misericordiam Dariū cum adduxisset, missò ad eam nuncio, rex inquit: Mulier, offert tibi Dariū unius electionem, ex inuisis domesticis tuis, quem uelis liberari. Illa postquam secum deliberauit, ita respondit: Si omnino unius animam rex mihi gratificatur, eligo ex omnibus fratrem. Hæc audiens rex, miratus huius orationē, missò nuncio, inquit: Percontatur te rex, qua de causa uiro filiusq; prætermisisti, fratrem delegisti ut superesset, qui & re motiori abs te est gradu quam filij, & minus iucundus quàm maritus. Cui illa respondens: Rex, inquit, maritus mihi alius, si demon uoluerit, atq; alij liberi, si hos amiserit, esse possunt: alius frater, parentibus meis iam uita defunctis, nulla ratione potest esse. Hæc secuta causam, ita locuta est, uisq; est Dariò probè dixisse. Itaque ea re delectatus rex, & cum quem mulier optauerat missum fecit, & filiorum natu maximum, cæteris omnibus interfici iussit. Herod. lib. 2.

CAROLVS IV. Imp. in Boemia pro tribunali sedebat. Sacros quispian utroq; oculo à Zahora uiro nobili patrono suo priuatus, propterea quòd illum erroris in religione arguisset, de iniuria querebatur. Zahora per animi impetum, facinus admissum excusabat, offerebatq; pecuniam pro satisfactione, arbitrio iudicū æstimandam. Interpellauit dicentem Carolus, atq; hanc tulit sententiam: Quando caeco in integrum restitui oculi nequeant, oportere quoq; Zahoram perdere oculos. Dubrauius lib. 22.

VOTVM CRVDELE.

Victis ad Methonem Genuensibus & Gallis, Quidam è numero Gallorum, qui capti in custodia habebantur, rædidi loci ira accensus dixisse fertur: Sperare se quandoq; fore, ut Veneto sibi sanguine manus ablueret. Diuum Barbari omē ad VENETOS delatum, ita omnium aures offendit, ut uno ordine ad geminas columnas suspensio necandū censuerint. Sabel. lib. 8. Decad. 2.

IVSTA RESPECTV.

quos Iudæos illi occidere uoluerunt. Estheræ cap. 7. & 8. Seniores duo, qui Susannam suæ libidini obsequi nolentem adulterij falsò ream egerat, DANIELIS pueri prudentia conuicti scelus, lapidibus obruti sunt. Danielis 13. Iubente DARIO rege, uiri qui accusauerunt Danielem, missi sunt in lacum leonum: & non peruenierunt usq; ad patium, cum arripent eos leones, & omnia ossa eorum comminuerent. Danielis 6. & 14.

Falsò quempiam accusans apud AEGYPTIOS, si postmodum ad iudicium delatus foret, poenam calumniatorib; statutam subibat. Diòd. lib. 1. c. 6.

In pugna nauali ad Salaminem quidam Phœnices, quorū naues corruptæ fuerant, regem Xerxem aduenientes, insimularunt Ionès tanquam proditores, eo consilio, ut ipsi acciperent mæcedem. At illis adhuc loquentibus, Samothracia nauis Atticæ impacta, eam demersit, & in hanc Aeginetica impulsa, ipsam depressit. Verum Samothrace, ut qui aculatorum essent, epibatas nauis, quæ suam depressebat, iaculorum ictibus expulerunt: eorumq; consensu nauis potiri sunt. Quòd factum Ionès liberauit. Nam XERXES ubi id egregium facinus Ionum aspexit, conuersus ad Phœnices, ut erat supra modum mœstus, & omnes arguens, iussit eorum capita præcidi, ne eū ipsi imbelles essent, meliores criminarentur. Herod. lib. 8.

CHARONDAS Thurijs lege statuit, si qui illatè à se calumnie crimine doloq; conuicti in manus uenissent, per urbem myrica circumuectari coronatos, & cunctis sic circum passim ciuib; palam ostentatos innotescere, & peruiulgato supplicij probro, uelut perniciosissimo flagitij genere cõtaminatos mores gererent, exagitari. Fuisseq; nonnullos aiunt hac culpa tum iudicatos, quibus manus sibi ipse sponte afferre, uitamq; rumpere, quàm in tanta probri ignominia usquam conspici, iucundius usum est. Cuius legis seueritate calumniatores omnes perniciosissimum societati humanae genus hominum, cum urbe fugati excessissent, Respubl. tali peste purgata, felici aequilibiq; administratione educta coaruit. Diòd. lib. 12.

AESCHINES orator Atheniensis ob calumniam erga Demosthenem & Ctesiphontem, in exilium pulsus. Vide Tit. Gloriarie conseruanda certamina.

Socrates philosophiæ pater, ac ueræ sapientiæ fons saluberrimus, cum publicè à iudicibus, accusatus, & ueneno è medio Ecce 2 subla-

sublati iam effect: tum demum supplicij (nimis tamen se- ra) poenitentia secuta est. Verum ut interim ATHE N I E N S E S uiderentur eius morte moueri, supplicium ab accusa- toribus sumtum, & statua Socrati publice decreta est. Sabel- licus lib. j. cap. 5.

ATHE N I E N S E S accusatorē Phocionis capitis damnarunt. Plut. in Phocione.

Apostrophia, cum accusator & reus, furti aliquos criminantes, iu- rant. Quod cum saepe frustra fieri animaduersum esset, legē tulerunt ATHE N I E N S E S in eos, qui aliquos in carcerem ob furti crimen conuicerent, ut conuicti M drachmas solue- rent. Sed & ij, qui bona ciuium tanquam publicata profcri- pissent, calumniæ conuicti, tantidem & ipsi multabantur. Suidas.

SYRACVSANI Sordide uersutissimum, ob calumnias in Dionem confusas, quasi pellendo Dionysium ipse tyranni- dem affectaret, trucidarunt. Plut. in Dionem.

Ad Placentiam, duce Iulio Cæsare, cum seditio mota esset in exercitu, iussit ad se duodecim ex auctoribus adduci, ut mo- re militari in eos animaduere. Inter eos cum aliquis per calumniam nominatus, de innocentia sua docuisset: fallum delatorem IV L I V S Cæsar numero auctorum imponi ius- sit: quod is uere seditiosus est, qui iniquo iure aduersus ali- um uti uelit. P. Acrodus ex Appiano lib. 2. Bell. ciuiliū.

Delatores, assidue in foro flagellis ac fustibus caesos, ac nouis- sime traductos per amphitheatrum arenam, partim subitici in seruis, ac uigine T I T V S Vespasianus imperauit: partim in austerissimas insularum auchi. Vtq; etiam scilia quandoq; auroso perpetuo coerceret, uenit inter cætera, de eadem re pluribus legibus agi, quæ uide de cuiusquam defuncto- rum statu, ultra certos annos. Suetonius.

DOMITIANVS Imp. fiscales calumnias magna calumnia- nium poena repressit: ferebaturq; uox eius, Princeps qui de- latores nō castigat, irritat, P I V S uero Antonin⁹ delatores, si non probarent, capitali poena affecti: si probarent, obla- to premio, dimisit infames. Idem factū memoratur de O P E L I O Macrino imperatore, ut delatores minime admitte- ret, sed undiq; cōquiritos, poenis & damno multaret. Fuitq; ueteri sanctione constitutum, ut neq; mulieri, neq; damna- ro criminis, neq; militi, aut ueteranis, neq; uiris clarissimis ob dignitatem, criminofum deferendi licerim esset. Alex. lib. 4. cap. 22.

Paulus quidam nomine, in complicandis calumniarum nexi- bus insignis adeo, atq; (si ita loqui liceat) indissolubilis fuit, ut ei sub Constantio Augusto, & Iuliano Cæsare, Catenæ cognomen sit impostum. At is postremò, IV L I A N O Augusto, sententia Secundi Sabitij Præfcti prætoris, & as- fessorum Marmentini, Arbitronis, Agillonis & Neuitæ, ui- uis exulatus est. Acrodus ex Marcellini lib. 15. & 22.

COSMANTINVS Magnus Faustam uxorem habuit. Hæc Crispi priuigni amore capta, cum ad libidinem sepius eum prouocasset, reuenientem detulit ad maritum, illum sibi uim infere uoluisse. Constantinus fidem adhibuit, ideoq; Cri- spum necari iussit. Verum post aliquo annos cōperta cau- sa, & in uxorem capite animaduertit. P. Acrodus ex Eutro- pio lib. 10. & Nicephoro lib. 7. Eccl. hist.

Ezechius uir Consularis, cum patriarcha Gamaliel graui- ssimas exercuit inimicitias. Itaq; diffamandi Gamalielis seu opprimendi causa, atq; ut eum suis ipsius testimoniis con- uinceret, quem sciebat ad exercitacionem multa in hanc il- lamq; partem distare ac scribere, sollicitato notario char- tas Gamalielis inuasit, & in publici protulit. Querela à Ga- maliel ad THE O D O S I V M delata, Ezechium capite con- demnauit. Nam & seruos alienos in necem domini sollici- tare, corrumperet, & calumniandi occasionem ex ipsis Lari- bus ac focis, qui unicuiq; nostrum sanctissimi, tutissimi atq; fidelissimi esse debent, anxie aucupari, flagitiosum esse. Pos- tremò & quis amplius audeat nedum hincere, aut manum ad tabulas apponere, si quod nobis ac Musis duntaxat scri- bimus, canimus, neq; ex animi sententia plerumque, sed sty- li acuendi causa, uel ad id quod scimus utile esse, dissuaden- dium: uel contra, quod inuile & inhonestum, persuadendū, id inuitis nobis auferatur, & in publicum exeat? Planè & si quis apud se uel famosissimum libellum descriperit, tamē si non ediderit aut prouiderit, imò si corrupit, suppre- rit, lege Cornelia non teneri: quæmadmodum & si quis ue- nenum habuerit, nisi causa necandi hominis habuerit. Non enim siue crimē, siue maledictum esse posse, quod nulli aut dictum aut obiectum sit: nec conuictum esse absq; uocife- ratione, ideoq; & qui curauerit conuictum fieri: iramen si factum non fuerit, non teneri. Deniq; ut à Valentiano & Valente rescriptum est, qui famosum libellum repererit, mo- do non manifestauerit, et si illum penes se habeat, nihil ad- uerfus legem cōmittere: alio qui fore, ut cogitationis quis poenam subeat: quia quod apud quemlibet in bibliotheca lateat, id adhuc in animo latere uidetur. Itaque si quid illæ

tabulæ famosi habuerunt, non Gamalielis, qui scripsit, sed Ezechij qui protulit, iniuriam esse, quæ auctori capitalis me- rito fuit, quod in alienum caput excogitata & præparata es- se uideatur. P. Acrodus ex D. Hieron. epist. ad Erammachū, Gregorius Antiochenus episcopus de adulterio & annoq; ca- ritate accusatus est eoram synodo Cōstantinopolitana, sub MA V R I C I O Imp. Verum cum sese purgasset, Asterius O- rientis princeps, qui eum accusauerat, neruis caesus, & in ue- be circumducus, in exilium pulsus est. Euagrius lib. 6. c. 7.

SIXTUS III. Pontificatus inueniens, à Basso quodam reus in iudi- cium accersitur. Hic autem congregata septem & quinquaginta episcoporum SY N O D O, ita causam dixit, ut ab om- nibus uno consensu absolueretur. Damnatu Bassus calum- niator iniquus, annuente Valentiano Imp. & Placidia e- ius matre, in exiliūq; mittitur: ita tamen, ut ultimo die uia- ticum ei ob pietatem ecclesie non negaretur. Eius autē præ- dia non siccæ, sed ecclesie adscribuntur. Aiunt Bassum post exilium non multum uiuisse, tertio enim mensi diem extre- mam obiit: cuius corpus Sixtus episcopus linteaminibus inuolutum, & aromatibus conspersum, propriis manib. ad sanctum Petrum sepeliuit in loculis parentum. Platina.

O T H O I I I. Imp. coniugem suam, cuius impulsu olim Comi- tem quandam, quasi eam de stupro sollicitasset, innocente securi percusserat, igni tradi iussit: Comitiss uxore, uiri sui innocentiam gestatione ferri candentis probate. Cranzius lib. 4. cap. 22. Saxonia.

Cum Hero de ludæorum rex multa contra patrios mores in- stitueret: decem ciues contra eum coniurauerunt, sciasq; ue- stibus texerunt. At à quodam eorū quos Herodes ad per- secutanda & indicanda talia disposuerat, proditi fuere, petq; uarios cruciatu necari. Sed non multo post delator iste in- uisus omnibus, à quibusdam interfectus, frustatumq; concu- sus est, & obiectus canibus, idq; multis inspectantibus. Jo- sephus lib. 15. cap. 11. Antiq.

Lites & similitates inter V L A D I S L A V M Jagellonem Polo- norum regem, & Hedulgim reginam susurrōni delationi- bus excitata, eorūq; increuerunt, ut non longe essent à dissi- dio, ni primores interessissent. Conuenit tandem, ut de- latores utrinq; ederentur. Editus Gneuoossius Daleucius sub- cammerarius Cracouienfis, qui sanctissimam feminā Hedul- gim reginam clam apud maritum regem probri in simula- rat, quod diceret, abente illo Gulielmum Austriam secretò Cracouiam uenisse, & aliquot diebus cum regina consue- uisse. Qua de re satis fecit regina regi iurando: ceterum in Gneuoossio iudicium de infamia, Villicia in conueniu procerum institutum est. Ibi accusatus damnatusq; eum, cum non probasset quæ dixerat, nec dixisset se negare posse: ex decreto iudicij, mentium se esse clara uoce & latratu sub- ter scammum edito professus est. Est autem ea grauisima apud P O L O N O S & infamie plena mendacij retractatio, quæ sit publicè latratu canino adiuncto. Ita sublata omni si- spicione, amor coniugalis est inter regem & reginam reditu- tegratu. Cromerus lib. 15.

Quum Gallicus exercitus, Venetorum copiis instructus Nea- polim, quò se Caroli V. Cæsaris milites receperant, obside- ret: uir quidam à Montella Samnij oppido, se Gallicarū pat- tium militem ab ipso albæ crucis symbolo tesseratq; men- tus, atq; in insidias exeurentium Hispanorum ultri datus, quæ Neapolim perduceretur: se magnæ atq; instructæ pro- ditionis consilium detectorum pollicitus est, unde non mis- sionis modò, sed multa etiam pecuniæ premiū sperare pos- set. Itaq; uti oportebat, ad imperatorem producentibus Hi- spanis, qui eum ceperant, Fabricium Maramaldum cogita- tæ nefarij proditionis reum fecit, quòd is ad eam urbem pat- tem, quæ Campaniam & Carmelitanaam portam interiacet, cum suis cohortibus stationem obtineret, & portam Lore- chio Gallici exercitus Imp. prodituru promississet. Ea re sub- tis auribus accepta, & ad suspicacem animum transmissa, PH I L I B E R T V S Aurantius Cæsarianorum Imp. uocatum Fabricium & deponere gladium iussim, custodiè tradidit. Tã uerò Neapolitani ex singulis tribubus confurgit, & rei in- credibilis fama uehementer offendit, quòd præclara & antiquæ stirpis ciuis, spectata uirtutis dux, & per omnē ui- tam Cæsariani nominis studiosus, ab agresti & nemini pe- nē cognito homine delatore, in discrimen salutis & fame uocaretur. Propterea obstant summis precibus, ne præcipi- ti iudicio, sed accurata cōstatatione, eius accusationis cogna- tionem susciperet: & ille latronū more, inanis & proculdu- bid falsissimæ coniecturæ in dicitu seuera in questione prius perpurgaret, quam Maramaldum ad resellendam calumnia- am, uti æqua iura, in dispari probato atq; pernobili reo cau- rent, tormentorum cruciatibus admoueretur. Indulsi hoc Fabricio nequaquam ægrè imperator Aurantius, alioqui in grauibus rerum momentis facile suspicax atq; præpropere- us, quum reum per oportune Victoria Columna tanquam Pistorij coniugis sui alumnū efficacissimis literis cōmenda- dasset.

PERSONARVM. IVSTI ERGA Mendaces

V A T E S. Ex superioribus exempla mutanda. AV L I C O S.

ALEXANDER Seuerus Imp. Vetronium Thurinum familia- rem habuit, ex iis unus, quos Licinius Imp. Tineas & Mures palatij uocabat. Ille omnia uel fingendo sic uendiderat, ut Alexandri quasi stulti hominis, & quem ille in potestate ha- beret, & cui multa persuaderet, infamaret imperium. Imperator ut illum deprehenderet, quemdam submisit, qui à se quiddam publicè peteret, ab illo autem occulto quasi præ- sidium postulat, ut prò se Alexandro secretò suggereret. Quo d cum factum esset, & Thuidius suffragium promissi- set, dixissetq; se quodam imperatori dixisse, cum nihil dixi- set, sed in eo pendere, ut adhuc impetraret, euentum uen- dens: cumq; iterum iussisset Alexander interpellari, & Thu- rinus quasi aliud agens, nutibus annuisset, neq; tamen inte- rim quicquam dixisset, imperatorem autem esse quod pete- batur, Thurinus autem ab illo ingentia præmia perceperat, accusari eum Alexander iussit. Probatis per testes omnibus, & quibus presentibus quid accepisset, & quibus audientibus quid promississet, in foro transitorio ad stipitem ligari præcepit, & fumo apposito, quem è stipulis & lignis humi- dis fecti iusserat, necauit, præcone dicente, fumo punitur, q- tendidit fumum. At ne in una tantum causa uideretur crudelior fuisse, quæsiuit diligentissimè antequam damnaret, & inuenit Thurinum saepe etiã in causis ab utraq; parte ac- cepisse, & ab omnibus qui aut præposituras aut prouincias acceperat. Idē seruū Thurini, qui à quodā militari C aureos acceperat, in crucē tolli iussit, per eã uia qua esset seruis suis ad suburbana imperatoria iter frequentissimum. Lamprid.

INHUMANITATIS, ASPERITATIS POE- NA IVSTA

ERGA SEIPSVM. O B MORTEM SIBI illatam.

Aiacis corpus terra conditum fuisse in Siggo litore, narrat Phi- lostratus, quoniam eorum, qui sibi mortem consciiuissent, cadaver in rogam mitti nefas putaret illud seculum. Cre- maur tamen apud Diatym & Calabrum. Aeschines uerò contra Ctesiphontem hæc ait: *οχι τὸν τὸν ἀνδρῶν ἀποφθιόντων, τὸν κτερεῖ τῶν τῶν ἀνδρῶν τῶν τῶν ἀνδρῶν τῶν τῶν ἀνδρῶν*. Festus camificis loco habitum, qui se uulnerasset ut moreretur, ostendit. Tractat hæc Plato in Phædone. Quæ de Aiacis sepultura à Flacco dicuntur lib. Sem. 2. Satyra 3. ab Aiacæ Ma- thophoro Sophocles depropta sunt. Brodeus in Epigr. Apud THEANOS, qui mortem sibi consciiuit, nulla fuit lau- de dignus: quin potius id crimini dabatur & probro, eoq; facinore pudendam inficitiam & imperitiã coarguebat suã, uelut sui carnisq; immanisq; nature foret. ATHE N I E N S E S uerò, cum necem quicquam sibi manu consciiuisset, de- functo cadaveri manum tanquam facinorosam abscondit: illamq; diuisam à corpore, inhumatam relinquunt: reliquū uerò cadaver humo tegunt. Quod Platonis documentum fuit, qui censuit optimum quenq; infracto animo uim for- tunc & incurfus calamitatum potius ferre, & nisi cum dies promissus adueniret, neminem iniussu Dei mortē sibi con- scilicet, aut ante tempus fato fungi oportere: idq; magnifi- centius præclarusq; uideri. Alex. lib. 5. c. ult.

MILESI uirgines, quæ populari quadam infania laqueo se- ipsas tollebat, denuatas per compita trahendas à carnific- ce curant.

Mors infamissima VETEBVS censebatur, quam sibi quis sponte consciiuisset: quo nomine etiam sepulcro prohibe- batur, nisi causa proferretur congruens: unde & declamanti- bus celebrata lex, Qui sibi manum adinouerit, insepultus iaceat. Calius lib. 17. c. 21. A. L.

OPES DILAPIDATA S. Vide Tit. Prodigalitatis poena.

ERGA ALIOS. RESPECTV PERSONARVM. ERGA Hospites.

Vide infra, Perfidie poena erga Hospites. Damnatos.

Senatu mouit M. CATO inter alios complures L. Quintium Flaminium, qui septē annis antè consul fuerat: & quod ma- ioris momentū ei erat ad gloriam, T. Quintij, qui Philippum debellauerat, fratrem. Causam, cur Senatorio loco eum mo- uerit, hanc habuit. Puerum Lucius formosum scortum per- petuo habebat in contubernio suo, atq; in expeditionibus

suis tantum tribuebat ei honoris, tantumq; ille apud eum poterat, quantum nemo summorum amicorū uel familia- rium, qui circa eum erant. Cum iam prouinciam obtineret proconsul, in cōiuiuo quodam puer iuxta eum, ut solebat, accubans, inter cæteras blanditias quibus per uinum facile ducebat eum, tantoper iactauit se amare eum, ut spectaculum (inquit) gladiatorum, quod nunquã spectauit antè, præ- termiserim, ac currens perirem ad te, quamuis uidere ho- minem auctam interfici. Lucius uicissim se uenditās ei: Ni- hil, inquit, te torqueat hoc, ego facile mēdebor. Inde unum ex damnatis rei capitalis attrahi in conuiuium, & licetorem cum securi præcepit accersiri. Tum iterum ex scorto quæsi- uit, an uidere istum uellet ferri securi: cum annuisset, impe- rari præcidi homini caput. Ita pleriq; omnes tradunt. Cice- ro quoq; in dialogo de Senectute, sic narrat in dicit Ca- tonem. Lilius lib. 39. Gallum transfugam, dicit illum fuisse, qui fuit interfectus: ac Lucium non per licetorem, sed sua ip- sius manu hominem occidisse, eaq; esse in Catonis oratio- ne scripta. Eiectum senatū à Catone Luciu Titus frater in- quo animo ferens, prouocauit ad populum, postulauitque ut causam proferret Cato notæ, quo eam referente & expo- nente conuiuium illud, parabat inficias ire Lucius: uerum cum Cato sponione eum prouocaret, detestauit. Itaq; me- rito iudicauit populus notum. Plut. in Catone.

Iniusti supplicij accusatio fuit, ut ex Quintiliani Declamatiō- ne CCCV. manifestum est. Quo loco ita definit, Iniustum supplicium esse, quod non sit exactum secundum legē. Ita- que qui occidere iustus est, si diu gladium supra ceruices te- nuerit, nocentem sibi ipsi manus afferere eoegerit, os dam- nato præcluserit, ne saltem gemere possit, iniustum sup- plicium est. Ideoq; scripsit Vlpianus Iurecos. lib. 9. de officio proconsulis, nec Prædes habere ius liberam mortis facul- tatem concedendi: & si damnetur aliquis, ut gladio in eum animaduertatur, animaduerti in eum oportere gladio, non securi, uel telo, uel fusti, uel laqueo, aut ueneno, aut quo al- lio modo. Nihil enim, præsertim à priuato, in re tam seria ac miserabili ad id aut adimi potest, quod non eo crudelius aut grauius habeatur: quia detrahente, sibi assumere est uim legis aut magistratus: addere, ultra id quod iam dictum est, alienæ etiam miseris & calamitatis nimis ferocem insultra- tionem habet. Hinc ad eò natum est hoc publicum iudicij: Claritas & Fluitana adulteriorum stuprorumq; criminibus obnoxie, iudicantæ Maximino, sub Valentiano damnatę sunt. Harum altera cum duceretur, abripuit ei carnifex indu- menta ac uestimenta omnia, ut ne quidem ei uelamen ullū pudendarum partium relinquere, atque ita per medium populum nudam ad supplicium traxit. Id carnifex sua au- thoritate, immaniter, insolenter, ac contra pudorem publi- cum fecisse deprehensus, ipse, de adultera exacto sup- plicio, E e e 3 cio,

cio, uinui exustus est. P. Aerodius ex Marcellini lib. 28. Venetis animaduversum erat de cõsiliij sententia in Andream Boldunum tyrannidis affectatorem, ut publicè laqueo uitã finiret. Quem eo ipso die nobiles aliquot, grauitèr illi insulantes, impudentiq; sæpe appellantes, ad columbas usq; geminas deduxerunt. Quod ab ADVOCATORIBVS Venetis cognitum, ad consilium statim delatum, sic animos omnium incendit, ut patricos eos, quotquot fuerant, grauitèr sanè multarint: & alioqui factum id usq; adèd impudentiã insolentiq; plenam uideri poterat, cum morturo patricio tam infami letho, satis ea poena irrogata uideri posset. Egnatius lib. 2. cap. 4.

Egros.

Cum quidam ægra & affecta mancipia in insulam Aesculapij rãdio medendi exponeret: omnes qui exponerentur, liberos esse, CLAVDIVS Cæsar sanxit, nec redire in dittonem domini, si conualuissent: quod si quis necare mallet quem, quã exponere, cædis crimine teneri. Suetonius.

Naufragos.

Redibat Marinus Bonus Venetias, triremis unius præfectus, ex Cypro insula, ad quam publico nomine missus fuerat: quum forte incidit in alteram Venetam triremem, quã naufragio factò magnam nauarum partem amiserat: quum tamēn pleriq; ex iis in euerse nauis carina seruati cõsisteret, auxilium sibi, opemq; ferri ab eodem Marino magna uoce expofcentes. Qui quidè facillè seruari potuissent, si propius accessisset: quod penitus ille negligit, omnibus non multo post naufragio cõsumtis. Ea res ad ADVOCATORES delata, id effecit, ut quum primùm Venetias ille appulit, eum sua intercessione reum fecerint: qui de cõsiliij sententia ita damnatus est, ut quoad uixit, ab omni maritima præfectura publicè reiceretur, ita ut neq; bello, neq; pace donecum illum esse censuerint. Egnat. lib. 2. c. 4.

Mortuos.

Apud GRECOS detestabili crimine obnoxius erat, & capitis poena dignus, qui insepultum cadauer reliquisset. Alex. lib. 6. cap. 14.

ATHENIENSES decem imperatores suos, & quidem à pulcèrrima uictoria redeuntes, capitali iudicio condemnarunt, quod militum corpora, licet maris scuitia interpellante, sepultura non tradidissent. Id enim nullò modo nec piè negligi ac prætermitti posset: quod esset in more totius Græciæ, solatio parentum, uiuorumq; emulacioni. Valerius Maximus lib. 9. cap. 8.

ALEXANDER Magus cum Cyri conditorum apertum comperisset in Perside: interfecit auctorem, quamuis Pellæus esset non ex obscurissimis, qui id admiserat, Polymachus nomine. Plut. in Alexandro.

GVILIELMVS Normannus, cum in Britannia insulam aduersus Heraldum traicisset, conspicatus militem quendam, qui in Heraldum, posteaquam sagitta ictus, conciderat, scutebat, eum exauctorauit. Fulg. lib. 6. c. 3.

Bruca.

Puer quidam capitis postulatorem est apud AREOPAGITAS hoc nomine, quod inuentus esset oculos coturnicum omnium crucens, quas posset apprehendere. Execucationem ætati reus primò afferebat, in puerorum delictis, pro innocentiã imprudentiam esse, tum ut aliquam poenam mereatur, hoc ceterè crudele esse, uel brutorum animantium mortem, hominis morte uindicare: deniq; ut talione res agatur, oculos ei, non uitam eripi oportere. Attamen omnium Areopagitarum iudicio damnatus est, quod signi id eis esse uideretur perniciosissimæ mentis, multisq; malo futuræ, si adoluisset. Quintilianus lib. 5. c. 9.

Tiberio Principe, M. Serulio, C. Sestio Cofs. ex fœre corui supra ædem Cæstoris & Pollucis, in oppositam sutrinam pulvis deuolauerat: quo nomine ueluti religionis ergò commendabatur officinæ dominus. Mature sermoni coruus affuefactus, omnibus matutinis horis euolans in Rostra ad forum uersus, Tiberium, deinde Germanicū & Drusum Cæsares nominatim, mox transeuntem pop. Rom. saluabat: postea ad tabernam rediens, mirus hoc plurimum annorum assiduo officio. Hunc emulacione uicinitatis, maniceps proximæ sutrinæ exanimauerat. Verum quia id subita iracundia fecisset uideri uoluit, excrementis istius corui, calcæis suis imposita macula, res coram iudicibus de facili transacta est. Sed POP. Rom. tanta indignatio cepit, consternatioq; inuasit, ut primò pulsus ex ea regione maniceps, mox quoque ideo interfectus sit, deniq; funus etiam alit publicè celebratum. Ad eò mirum hoc ingenium auis, iusta causa executionum suppliciiq; de homine ac ciue, Populo Romano esse uisa est. Plinius Secundus lib. 10. c. 43.

REERV, propter quas. POENA ob Tormentorum inuentionem.

Pecillus Athenicnsis execrabilem illam machinam ex ære fa-

brefecit, ut Phalaridis tyranni aures delectaret humano cruatu. Sed tantæ diuitatis ultio breui secuta est, primus omnium ipse à PHALARIS Aggigentino, Syraculorum tyranno tauro inclusus, tam detestabile opus sui imbuir supplicio. Sabel. lib. 10. cap. 4. ex Orofio lib. 1. cap. 20. & Plinio lib. 34. cap. 8. Item Ouid. in 1. de Arte amandi.

Et Phalaris tauro uolenti membra Perilli Torruir, infelix imbuir auctor opus. Iustus uterq; fuit: neq; enim lex æquior ulla est, Quam necis artifices arte perire sua.

Aegæta Siciliae fuit oppidum, in quo imperauit AEMILIVS Censorinus, qui noui tormenti inuentores muneribus cumulabat. Cui quum Aruinius Paterculus equum ex ære factum ad fontes perimendos excogitasset: eiusdem iustu pimus eò coniectus est, & ibidem enecat. Auctor Aristides Milesius, apud Plutarchum.

Alimentorum alienationem.

ATHENIS cæsus est uirgis Athenagoras Cynicus, qui infame frumentum ausus erat exportare. Cic. pro Flacco.

Votum impium.

Impij uoti à Demade ATHENIS quidam accusatus est, qui cum necessaria funeribus uendicaret, grande lucrum utin hac arte sua faceret, optasse dicebatur. Id nisi ex mala mente & pessimo in Rempub. odio proficisci, cuius hic compos esse nequeat, sine multorum necè, strage & interitu. Satis per se detestandas atque abominandas opes, quæ tam infelici & lugubri officio seu commercio paratæ sunt: quum ut etiam solenni uoto, palam & publicè cum damno publico miserè concupiscenti & affectari debeant. Etiam uerbis impiis crimen læsæ Reipubl. maxime exacerbati. Contra pro reo dicebatur, quod ita forsasse optasset, non eo animo fecisse quo arguitur, rem aliter atque benignius (quod in criminibus fieri solet) arripi atque interpretari posse: ut hinc magnum lucrum faceret, non quod multis uenderet, sed ut carè uenderet quod paruo & uili precio comparasset. Iam estis quid subsistit cogitasset, an ideo sceleris uicem obtinere debeat? si quid commissum est, quod quidem reprehendi possit, etiamne id statim uindicare à damnari oportere? Quis non hac ratione puniendus est? Omnes ex alieno incommo do lucrum facimus. Denique si se quilibet excusati, inspiciat que quid tacitus optat, uix esse qui se innocentem prædicare possit: in suo que sinu inuenit, quod in alio reprehendit. Attamen iudicium sententiis condemnatus iste est designator & libitarius: quia estis taciti multa interdum communi uitio naturæ, & errante magis quam fixo animo concipimus: id cerè continuissè, imperfecta & irrita: protulisse, constitutæ & consummatæ uoluntatis atque malitiæ est, quod quia cuiusmodi sit, cum exemplo nocet, tum ad perfectiorem actum peruenire potest, mentis præueniendum fuit legibus multa, aut alia extraordinaria animaduersione. P. Aerodius ex Seneca libro 6. de Beneficiis, capite 38.

Claudiam Appij Cæci F. Vestalem infontem crimine quo accusabatur, uotum impium subuerit: quia cum à ludis domum rediens turba ellderetur, optauerat, ut frater suus Appius Claudius maritimum uirum Rom. præcipua iadurâ reuolueret, sapiusq; consil factus infelici ductu nimis magnam uerbis frequentiam minuere. Ob hæc tam improba & inciuilia uerba C. FVNDANVS & Tib. Sempronius ædiles plebeij multam ei dixerunt æris grauis XXXV milia, bello Punico primo, Fabro Licinio & T. Acilio Crasso Cofs. Valerius lib. 8. cap. 1. & Gellius lib. 10. cap. 6. ex Capito ne Atteio.

Gaudium intempesiuum.

L. Fuluium argentarium ROMANVS Senatus, quod secundo bello Punico, à fenestris, per meridiem in forum rofeto seruo coronatus, spectasset, carceri per omne tempus eius belli damnauit: ut intempesiuum gaudium, quo laborante patria usus erat, carceris molestia corrigetur. Fulg. lib. 6. cap. 3. ex Plinio lib. 21. cap. 3.

Reprehensionem amarulentam.

Cum Vespasianus Rom. Imp. ab Alexandrinis magnam pecuniam exegisset, nullo tributi genere prætermisso, ut ne mendicis quidem peptereit: Alexandrini multa conuicia in eum iactabant: dicebantq; præter cætera, eum sex obolos exigere. Vnde Vespasianus tanta ira commotus est, ut uirum sex obolos persolui iusserit, statueritque supplicium de iis capere. Quorum poenam cum Titus deprecaretur, eis nihilo magis pepercit. Neque uerò Alexandrini eam ob causam desistebant, sed publicè exclamabant: Ignoscimus Vespasiano regnandi imperito. Quæ cum temerè effutirent, eadem petulantia, qua discedebant è uita, inferos explerant. Suetonius, & Dion.

P. MVTVS mimum, qui Lucium Accium poetam in scena nomina-

nominauerat, eum nihil aliud defenderet, nisi licere eum nominare, cuius nomine scripta dentur in uulgus: hoc ipso eodem nauit: habita uidelicet personæ, temporis atq; loci conditione: quæ à mimo, & de scena atque in conspectu totius populi Rom. dum res non seria sed ludicra agitur, quenquã eximium uirum nomine compelliari non patitur. Nam si plures in instrumentis legi sua nomina mollester ferunt, quato magis ea à mimo pronuntiari? P. Aerodius ex auctore ad Herennium lib. 1. & 2.

In Labieno tanta & tam impromiscua memoratur libertas, ut libertatis nomen excederet: & quia passim omnes lacerebat, Rabienus uocabatur. In hunc primùm excogitata est noua poena: à ROMANIS enim effectum est per inimicos, ut omnes eius libri comburerentur. Quæ res iniustata fuit, & profus mira, supplicium de studiis sumi. Cælius libro 11. capite 13. Antiq. L. c. d.

Reliquerat Franciscus Capellus eques, uir patricij ordinis insignis, liberos mares quatuor: Carolum uidelicet natum maximum, qui iuuenis adhuc immaturo quodã facto subreptus est: & Bernardum ipsi proximum, qui ubi per ætatem honores aliquot assecutus esset, dum nimia libertate iuuenis ad-

huc ueretur, modò hunc publicè, modò illum accusans, mi habundusq; etiam se in reliquos talem futurum: san dè decreto SENATVS Veneti, cui haudquaquam parendum sibi in animum induxerat, in perpetuum exilium abire coactus est. Nunquam suspicatus fore, ut in libera ciuitate nimia libertas sibi officere posset. Egnatius lib. 6. cap. 2.

Contentionis studium.

Apud CYRENENSES lex erat, ut litigiosos & pestiferos ciues ad tribunal Ephori traherent, & multam atq; infamiam ipsi imponerent. Heraclides de Politicis. Namque, ut poeta inquit, Grex totus in agris Vnius scabie cadit & porrigine porci.

Inuidiosum perpetuò fuit nomen accusatoris, adeoq; M. Bruti apud ROMANOS: Lycurgi, Athenis, qui accusationem facitasse didi sunt. Id cum Calpurnius Saluanus ita admasset, ut etiam feriarum Latinarum diebus (quarum omnium ratio, in liberis requierem habet litium & iurgiorum, in seruis operum & laborum) Sextum Martium coram Druso Præfeto urbis reum postulasset: in exilium actus est. Tacitus libro 4.

SCVRILITATIS POENA IVSTA.

IOCANDO INTEMPESTIVE.

Apud Rom. Censor agebat de uxoribus solenne iusiurandū. Qui iurabat, cauillator quidam, locum esse sibi iocidicendi ratus, cum ita, uti mos erat, CENSOR uerbis conceptis dixisset: Et tu ex animi tui sententia uxorem habes? Habeo e quidem, inquit, uxorem, fed non herede ex animi tui sententia. Tum Censor eum, quod iatempesiue à scisciuisset, in æra rios retulit, causamq; hæc iocidicendi apud se didi subscripsit. Gell. lib. 4. cap. 20.

SCIPIO Nasica, & M. POMPEIUS Censores, cum equites atque eorum equos fecerent, à quodam equite petierunt, Quamobrem, cum ipse pingui nitidq; corpore esset, equum haberet macilentum atque strigolium. Qui cum respondisset, Equum à Statio seruo curari: se autem simpliciter curam habere: intemperantis uerbi insolentia magis quam factò ipso censoris moti, inter ærarios eum retulerunt: atque ad emto equo, suffragij iure in publicis rebus priuarunt. Indignum enim aliquo populi Romani honore putarunt, qui tam impudenter censoribus respondisset. Gell. libro 4. capite 20. ex Sabini Massurij libro 7. Memorabilem refert.

SCIPIO Nasica, cum ad litatam curulem adolefens peteret, manumq; cuiusdam rustico opere duratam, more candidatorum tenacius apprehendisset: iocidicendi gratia interrogatum, Num manibus solitus esset ambulare? Quod dictū à circumstantibus exceptum, ad populū manauit, causamque repulsa Scipioni attulit. Val. lib. 7. cap. 5.

OBSCENA LOQVENDO.

HERO comico Epicharmo, quod uxore eius præfente aliquid locutus esset in honore, multam irogauit. Plutarchus in Apophthegmatibus.

SALTANDO.

Hippocides Tifandrii Atheniensis, ob nimium scurrilem saltationem, nuptiis Agaritiæ filia: CLISTHENIS Sicyonio tum tyranni excidit. Herod. lib. 6.

DOMITIANVS Imp. Quæstorium uirum, quod gesticulandi saltandiq; studio teneretur, moti senatu. Suetonius.

ACCVSANDO.

Iacobus Vrgellenis Comes, qui mortuo Martino Aragonum rege, Ferdinandi Castellensis in regno competitor fuit, odio habebat Comitem Cardonæ, quod cum iureiurando se de uouisset, neminem alium se habiturum pro rege quam Comitem Vrgellensem, tamen iusiurandum rescidisset. Ea de

PERFIDIAE ERGA PATRIAM POENA IVSTA.

CVIVS. POENA

ABNEGATIONIS PATRIÆ.

Astylus Crotoniata, Olympicae tris de cursu repetito sine dulo palmas tulit. Is Hieronis Dinomenis filij studio adductus, Syraculanum se renunciandum curauit. CROTONIATÆ infamiae causa eius domū ad publici carceris usum destinant, & statum in Lacedæmonia: lunonis fano decedant euerterant. Pausanias lib. 6.

TYRANIDIS AFFECTATÆ IN PATRIAM.

Ex Tit. Tyrannorum & Tyrannidarum huc multa. Item ex Tit. Donus demolita.

M. Manlio Capitolino propter affectatū regni suspicionem de

re feciale, quem Araldum uocant, Barcelonam mittit, in dutum uelste, pictas conscripseratq; habente proditioes inimici, qui uniuersam urbem peregritans passim, ut quosq; honestissimos habebat obuios, orabat primū in spiceret, perlegeretq; quæ ipse ferret, deinde renunciarent Joanni Raymundo Cardonæ Comiti, se uocari uerbis Jacobi Comitis Vrgelli ad singulare certamen, rege eum cæteris principibus certaminis præfectoris, & alia huiusmodi ludibria. FERDINANDVS rex ubi rem rescidit, iubet Araldum comprehendit, denuatque, & quacunq; transfisset pictus infcriptusq;, eadem urbis parte uirgis cædi, ipsum corpus pro uste pingentibus atq; scribentibus, talemq; remitti ad herū. Quo factò commotus Vrgellenis, bellum apertè contra Ferdinandum suscepit. Verum ad extremum uictus se dedere coactus est. Valla lib. 3. Hist.

NVNCIANDO.

Logopædos uocant Græci, qui falsa comminiscuntur, & inuulgant. Hinc in Nicia Plutarchus consorem scribit ab ATHENIENSIBVS ad rotam alligatum, uelut logopædos, quod Siciliensem eladem temerè magistratibus obnunciare ausus foret, ab peregrino in doctrina exceptam.

Postridie quam reuera confecto bello Macedonico, Perses à Paulo Aemilio captus est: P. Varinius id sicut omnino euenerat, ad SENATVM retulit, duobus quidem adolefcentulis (ut dicebat) auctoribus, sed quos laudare aut addicere non poterat. Itaq; uisus est inani sermone & incredibili maieftatem & amplitudinem Senatus nimis inuerecundè contemnere. nam qui fieri possit, ut quod tanto locorum ac regionum interuallo gestum, actum & transactum est, is tam citò solus, ac propè eodem die rescideret? Ergo placuit, hoc Publum nò impune ferre, intereaq; uinculis & carcere contineri. Nam præter neglectam & illusam Senatus auctoritatem, ad Rem. etiam multū pertinere, in rebus tam magni momenti, falsos tumores minimeq; uerisimiles, nò temerè ac sine certo auctore spargi in uulgus: unde ex gratulatione ac summa lætitia, incredibilis mæror ac summa consternatio, aut uice uersa, leui & inconditū populo statim oboriri possit: quò nihil uel corporum ualitudini, uel publicæ securitati periculosius atque calamitosius potest accedere. Sed ubi tandem à Castore & Polluce hoc uerum indicium proficisci, sibi Senatus postea persuasit: Varinius custodia liberatus, & insuper agro atque uacacione donatus est. P. Aerodius ex Val. Max. lib. 1. capite 8.

CONIVRATIONIS contra patriam.

Cylonij scelus Atheniensem peragraturat diu ciuitatem, ex quo confortes coniuurationis Cylonia: supplices Minouæ domū redire archon Megacles ad causam dicendam impulit. Hos annexū simulatro filij testantes, ubi in descensu appropinquauerunt Venerandis deabus, rupto sua sponte filo, Megacles cū collegis inuiterit, quasi reuicente supplices dea, corripere. Atq; eos, qui extra templū erant, saxis obruerunt: qui uerò ad aras recurrerunt, hos iugulauerunt. Solos mifos fecerunt illos, qui ad uxorès ipsorū manus tetendissent. E c c e 4 Hinc

Hinc uocati Impiati, detestabiles habebantur. Qui uerò Cy loniorum supererant, denud opibus pollebāt, ac perpetuas cum genere Megacis exercebant discordias. Quo autem tempore maximè flagrabat seditio, & discesserat in partes populus, iam in auctoritate erat SOLON, qui principibus adhibitis Atheniensium intercessit, rogandoq; & monēdo induxit illos, qui Impiati dicebantur, causam ut dicerent, & iudicium subirent. Apud trecentos electos ex primoribus iudices Myrone postulante Phlyensi damnati, & in exilium, qui supererant, acti sunt: defunctorū cadauera effossa trans fines protecere. Plat. in Solone.

Patrefacta coniurationē Catilinæ, quæ contra Remp. suscepta esset, imprimis mandatum est Consulibus C I C E R O N I & A N T O N I O, uiderent ne quid Resp. detrimētī caperet. Deinde Catilina lege Plācia de ui publica accusatus, priuſquā causa petageretur, nouo timore allato, urbe à Senatu excedere iussus: cum postea bellum parare diceretur, ideoq; in Manliana castra recessisse, de ui damnatus est, hostisq; Populi Rom. cum Manlio iudicatus. Cætera multitudini Senatus diem statuit, antequam sine fraude liceret ab armis discedere, citra condemnatos rerum capitalium. De Lentulo Pratore, ubi ante omnia magistratu se abdicare coactus est, quid de eo, quid de Cethego, L. Stalilio, L. Cassio, qui sibi procuratorem incendendæ urbis depoposcerat, M. Cæpario, P. Furio, Q. Manlio Chilonē, P. Vmbreno, alijsq; coniuratis fieri placeret, referri cœpit. Censuit C. Iulius Cæsar, publicandas eorum omnium pecunias: ipsos in uinculis habendos per municipia, quæ maximè ualere opibus: neut quis de his postea ad Senatum referret, nec eum Populo ageret: qui aliter fecisset, Senatum existimare oportere, huc contra Remp. & salutem omnium futurum: nam ut iniussu Populi in caput eius Romani animaduertatur, Porcia lege prohiberi. Contra M. Porcius Cato, quia cætera maleficia tum persequi possumus, ubi facta sunt: hoc nisi prouideatur ne accidat, ubi euenerit, frustra leges implorantur: nec ibi mansuetudo aut misericordia nominanda sit, quæ in misericordiam conuerti potest: censuit, cum eorum nefario consilio Resp. in maxima pericula uenisset, hique iudicio T. Vulturij & Legatorum Allobrogum cōiuncti confessiq; essent, eadē, incendia, aliaq; se fecda atq; crudelia facinora in ciuitas Patriamq; parauisse: de confessis, sicuti de manifestis rerum capitalium, more maiorum supplicium sumendum: id posse Consules sine Populi iussu, ex clausula, Videant ne quid resp. publicæ detrimenti capiat. Placuit D. Syllano, placuit Cicero ni Consuli, & auctoritate Senatus, eorumque qui Ephori dicebantur, cum à Thebanis, duce Epaminonda, urbs Lacedæmon obfideretur. Etenim admonitus quosdam ciues Lacedæmonios de prodicione cogitare, noctūq; in unam domum conuenisse: deprehensos absque ulla alia iudicii forma (quod nunquam antea Lacedæmonie usu uenerat, quenquam indicta causa condemnari) statim necari iussit. P. Aëro dius libro Decretorum, ex Plutarcho Agellio. Pausanias Spartanus cum Byzantio expugnato, cepisset quæ plures Persarū nobiles, atq; in his nonnullos regis propinquos hos clam Xerxi remisit, similes ex uinculis publicis effugisse: & cum his Gongylum Eretriensem, qui literas regi redderet, in quibus filie regis coniugium pactus, Graciæ se regi proditum pollicebatur. Colonas, quilibet in agro Troade est, se contulerat: ibi consilia, cum patriæ, tum sibi inimica capiebat. Id postquam L A C E D A M O N I I rescuerunt, legatos ad eum cum scytala miserunt, in qua more eorum erat scriptum, Nisi domum reuertetur, se capitis eum damnaturos. Hoc nuncio motus, sperans se etiam pecunia & potentia instans periculum posse depellere, domum rediit. Huc ut uenit, ab Ephoris in uincula publica cōiectus est. Cæterum quod crimen non esset manifestum, absolutus est. Non multo post per Argilium puerum suum, quem ad Persas miserat cum literis, proditus, cum iam in eo esset, ut comprehenderetur, ex uultu cuiusdam Ephori, qui eum admonere cupiebat, insidias sibi fieri intellexit. Itaque paucis ante gradibus, quam qui se quebantur, in ædem Mineruæ, quæ Chalciæ uocatur, confugit. Hinc ne extire posset, statim Ephori ualuas eius ædis obstruxerunt, reclususque sunt demoli, quod facilius sub dio interiret. Dicitur eo tempore matrem Pausaniæ Theano uel Anchithæan uixisse, eamque iam magno natu, postquam de scelere filij comperit, inprimis ad filium claudendum; lapidem ad introitum ædis attulisse. Fame enecti ca daver à necessarijs sepultum, teste Diodoro libro 1. At Aelianus libro 4. extra fines eiecit scribit. Suidas uerò in Cædem barathrum præcipitatum refert. Probus sepulchrum primò procul à Chalciæ: postea uerò Delphico responso erutum, atq; eo loci ubi uitam finierat huius mandatum tradit.

CONSILII MALI PATRIÆ DATI.

Mardonius in Græcia relictus à Xerxe, ad eam subigendam, capis Athenis Murchidem misit in Salaminem ad Athenienses, qui eis desertis, Mardonij mandata exposuit. E fenatoribus Lycidas sententiam dixit, Satius uideri sibi esse, ut ea quæ Murchides apud senatum diceret, ipsi admittentes, ad populum referrent. Quod simulatq; audire ATHENIENSIS, tam ij, qui ex concilio, quam qui extra concilium erant, indignè ferentes, Lycidam lapidibus interemerunt: Hellepontium uerò Murchidem dimiserunt illæsum. Excitato de Lycida apud Salaminem rumore, & cognito quod gestum erat, Atheniensium uxores alia aliam exhortantes, ultrò domum Lycidæ adire, eiusq; uxorem ac liberos lapidauerunt. Herod. lib. 9.

Antiphon, (is cuius nimia eloquentia, nimiaq; in dicendo auctoritas ita iudicibus suspecta fuit, ut non sinerent eum facile pro alijs postulare: & de quo id dicitur, Neminem illius usum esse consilio, cui non in alea iudiciorum optimè semper aliquid euenerit) temporibus belli Peloponnesiaci missus ab ATHENIENSIBVS legatus ad Lacedæmonios cū Archeptolemo & Onomacle, accusati & conuicti sunt, è re Lacedæmoniorum utilissima consilia, pro Atheniensibus deteriora protulisse. Quamobrem sic in eos animaduerti placuit, ut eorum etiam ædes solo æquarentur, gens familiariq; tota partim necaretur, partim infamia perpetua notaretur. P. Aëro dius ex uita Thucydidis.

PROFVSIONIS. Anno sal. 1492. Gabriel Bonus, XL uirum (qui rerum capitaliū iudices sunt apud Venetos, & omnibus rebus apud principem præsent, tum uerò maioribus quòq; comitijs ferendi leges potestatem habent) magister, Francisco Falerio auctore, Principi & reliquis ex eius collegio patribus legem à se

scriptam proposuit, qua lege ciuibus omnibus, qui re familiarum angusta uterentur, qua draginta annos natis, aurilibræ singularem ex publica pecunia quotannis daretur, qua se sepe honestius, liberosq; suos alerent: qui intra eos annos nati essent, annum autem uiginti quintum excederent, ij semilibram eodem nomine acciperent. Eam ipse legem ferre ad Senatum maioraq; comitia statuerat: itaq; ut consulis Patribus ferretur (id enim fieri aliter non poterat) eis tradiderat legendam. PATRES ubi legem inspexerunt, quæ morem improbi exempli in remp. induceret, ut unus temerè ciuis tantum pecuniæ publicæ cæteris ciuibus elargiretur: idq; nulla alia de causa eam & Falerium esse aggressos animaduertent, nisi ut ciuium gratiam ad magistratus adipsificendos aucuparentur: principi negotium dederunt, ut utroque ad se uocato, eos moneret, ne quod amplius ea de lege uerbum facerēt. Illi cum dies aliquot siluissent, multorum autem ciuium, quorum uirg lex erat opportunissima, uocibus increparentur, suam ipsorum dignitatem ab eis negligi: si legem ferrent, sese quos uellent magistratus adempturos, principesq; ciuitatis euelgidos futuros, principesq; ciuitatis euelgidos futuros: ut si quid eius facere possent, experirentur, curam & studium adhiberent. Ea re ad collegium delata, DECEMVIRI Gabriele Bonum, & Franciscum Falerium statim comprehensos, atq; in uincula coniectos, in Cyprum insulam deportandos curauerunt, pœna capitis adiecta, ab oppido Nicosenium ullo tempore semigratuissent. Binos autem scribas sibi recip. quibus illi uis fuerat eius legis consultoribus, & tanquam administris, in Cretam insulam exulatum miserunt, eadem eis pœna propoſita ab Rhytymna Cretæ oppido diffugiuntibus. Bèbus lib. i. hist. Venetæ.

PRODITIONIS VRBIUM. Ex Tit. Supplicij proditorum, exempla pete eorum, qui prodicione patriæ non nisi studi, sed inonestatis & perfidia odio, quantumuis alioqui ex prodicione utilitatem percipiſſent, puniuerunt.

In summis periculis, iuris ordine atq; accusatōnem formulis non utitur: interdum etiam inauditos atq; in dicta causa condemnamus, interficimus, uidelicet cum in ipsa ordinaria inquisitione & legitimo supplicio, metus est, ne crescentem seditionem excitet, citiusq; cogat post dissimulationē erumpere, quam antea sedari ac suppressi possit. Hæc iugur ratione usum esse A G E S I L A V M, à Plutarcho relatum est, ex consilio tamen, & auctoritate Senatus, eorumque qui Ephori dicebantur, cum à Thebanis, duce Epaminonda, urbs Lacedæmon obfideretur. Etenim admonitus quosdam ciues Lacedæmonios de prodicione cogitare, noctūq; in unam domum conuenisse: deprehensos absque ulla alia iudicii forma (quod nunquam antea Lacedæmonie usu uenerat, quenquam indicta causa condemnari) statim necari iussit. P. Aëro dius libro Decretorum, ex Plutarcho Agellio.

Pausanias Spartanus cum Byzantio expugnato, cepisset quæ plures Persarū nobiles, atq; in his nonnullos regis propinquos hos clam Xerxi remisit, similes ex uinculis publicis effugisse: & cum his Gongylum Eretriensem, qui literas regi redderet, in quibus filie regis coniugium pactus, Graciæ se regi proditum pollicebatur. Colonas, quilibet in agro Troade est, se contulerat: ibi consilia, cum patriæ, tum sibi inimica capiebat. Id postquam L A C E D A M O N I I rescuerunt, legatos ad eum cum scytala miserunt, in qua more eorum erat scriptum, Nisi domum reuertetur, se capitis eum damnaturos. Hoc nuncio motus, sperans se etiam pecunia & potentia instans periculum posse depellere, domum rediit. Huc ut uenit, ab Ephoris in uincula publica cōiectus est. Cæterum quod crimen non esset manifestum, absolutus est. Non multo post per Argilium puerum suum, quem ad Persas miserat cum literis, proditus, cum iam in eo esset, ut comprehenderetur, ex uultu cuiusdam Ephori, qui eum admonere cupiebat, insidias sibi fieri intellexit. Itaque paucis ante gradibus, quam qui se quebantur, in ædem Mineruæ, quæ Chalciæ uocatur, confugit. Hinc ne extire posset, statim Ephori ualuas eius ædis obstruxerunt, reclususque sunt demoli, quod facilius sub dio interiret. Dicitur eo tempore matrem Pausaniæ Theano uel Anchithæan uixisse, eamque iam magno natu, postquam de scelere filij comperit, inprimis ad filium claudendum; lapidem ad introitum ædis attulisse. Fame enecti ca daver à necessarijs sepultum, teste Diodoro libro 1. At Aelianus libro 4. extra fines eiecit scribit. Suidas uerò in Cædem barathrum præcipitatum refert. Probus sepulchrum primò procul à Chalciæ: postea uerò Delphico responso erutum, atq; eo loci ubi uitam finierat huius mandatum tradit.

Eiecto Tarquinio, missis ab eo legatis, inter eos & Vitellios Aquiliosq; primæ nobilitatis adoleſcentes (erāt Aquilij ex sorore Collatini) de accipiendis clam nocte in urbē regibus

Consulibusq; interficiendis, Bruto & Collatino conuenere, in societatem consilij accitis Tito & Tiberio, ipsius Bruti liberis. Cùm scriptæ literæ ad Tarquinios, ut pignus sibi essent, seruo Vindicio deferente, & accusante P. Valerio, manifestum crimen reddidissent: deprehensis Legatis, coniuratisq; sine tumultu re omni transacta, de Legatis, de bonis Tarquiniorum, de proditoribus iudicium haberi cœpit. Quod ad legatos attinet, essi commississe uidebantur, ut hostium loco essent: tamen Gentium ualere placuit: neque tam confiderari, quid Legatis merito patiendum; quam Romanæ uirtuti concedendum esset. Præterea huius facinoris noxam magis penes eos esse, qui legationem imperarunt, quam qui obierunt: quia iis parere necesse fuit. Itaq; Aulus Posthumius Dictator, non aliam rationem paulo post secutus est, uictis Latinis ad Regillum lacum, aduersus Legatos Volcorum, qui falso legationis nomine exploratores aduenere. Semper enim præualere oportere ius gentium, quarum omnium, ubicunque Legatos uiolatos esse intellexerint, hæc prior erit perpetuò coniectura & opinio (quæ sanè uitanda est) iniuria, quam iure uiolatos esse. De bonis, quæ reddenda Populus antè uoluerat, placuit referri ad Patres integrum negotium. Hitum uetere Tarquinio reddi, uetere & in publicum redigi: ager exceptus est, quem Marti consecrarum Martium appellarunt. Deniq; citantur rei, accusat apud Coss. VALE R I V S. Illos, eo potissimum anno patriam liberatam, patrem liberatorum, ortum ex domo Luia in Consulatum, Patres, Plebem, quicquid hominum deorumq; Romanorum esset, induxisse in animum, ut Superbo quondam regi, tum infecto exuli, proderent. Literas Iunij recognoscunt. Itaq; iussi à patre causam dicere, postquam nihil negarunt: ibi se B R V T V S, cui de liberis pœnæ capien se ministerium Consulatum imponere, & quem exactorem supplicij fortuna dederat, unde fuit imprimis spectatorem amouendus, aut se nunquam satis inhumanum, aut nūquam satis admirabilem præstitit. Hunc nec ciuium preces, nec filiorum commiseratio, neque ætatis excusatio dimouerit, iuberet hostes supplicium sumere: deligatos ad palum sedente Bruto, nudatos uirgis cædunt, securiq; feriunt. De Aquiliis fuit contentio: cepit enim Collatinus eorum nomine primū deprecari, postea uerò, quia infestiore Bruto uteretur, quasi iure agere. Dicere, periculum imminere, ne tota ciuitas conturbetur, si quicumq; uisi essent aliquid de reducta exulium cogitasse, eos omnines capitali pœna duceret affici oportere: iure uerò abduces capitali pœna duceret illio duntaxat, amicos uerò tyrannorum, capite condemnari. Hæc Brutus rem ad Populum reicit: Se quidem de liberis suis magis pro patria potestate, quam pro Imperio statuisse: de alijs, quòd à Collega prohiberetur, ne pares pœnas exigeret, qui paria cum filiis consilia inissent; Populum pro maiestate sua iudicaturum. Quarè aduocata concione, Valerius accusator grauitè ostendit, non hoc clementiam esse: aut erga ciues beneuolentiam: sed cum Tyrannis reconciliationem esse. Collatino sanguine & amicitia cōiunctos, non æquo iure uti cum Iunijs, atq; cum proditoribus mitius agere, quid aliud esse, quam & legem & iusurandum de non admittendis unquam regibus, uiolare: ipsum etiam antea Collatinum consuluisse, bona tyrannis reddenda esse. In alijs delictis, ubi perpetrata sunt, solere irasci omnes: in prodicionis autem tantummodò suspitione, prudentius esse, frustra etiam metuēdo, seuerius animaduertere: quam nimis securè agendo, quod deinde in perniciem uerget, benigne esse uideri uelle. Itaq; omnibus Populi suffragijs, Aquilij ceteriq; proditores pari supplicio affecti sunt: & ut in utramq; partem arcendis sceleribus exemplum nobile esset, indici præmium datum est, pecunia ex ærario, libertas & ciuitas: Valerio, Consulatus atq; etiam constitutū (quod apprimè ciuitatem ad concordiam adduxit) ut Romanis qui cum tyranno profugerant, reditus in urbem sine metu, sineq; delicti alicuius recordatione permitteretur: certè uiginti dierum tempore præfinito, intra quod si non redirent, pœna statuta esset exilium perpetuum, cum bonorum omnium publicatōe. P. Aëro dius ex Dionysio Halicarnasseo, lib. 3. & 6. Tito Luio, Decadis 1. lib. 2. Plutarcho, in uita Valerij Poplicolæ.

DEFLECTIONIS. Fertur Timocreon Rhodius, quòd partem fecutus Medorum fuisset, inter alios etiam THEMISTOCLES calculo damnatus atq; exterminatus fuisset. Vnde Themistoclem carminibus suis grauitè infestatus est. Plut. in Themistocle.

SEDITIONIS. Vide Tit. Seditionis urbana pœna.

BELLI CIVILIS. Cùm Lacedæmonij ciuile bellum capefferent, PHILOPOEMEN Megalopolitanus, Achæorum dux, CCC seditionū

auctores è Peloponneso eiecit, publicorum seruorum tria millia uendidit, urbis muros demolitus est, puberibus omnibus iis exercitationibus, in quibus ex Lycurgi lege uersabantur, interdixit. Paulan. in Arcadicis.

Theodericus Francorum rex, auia sue Brunchildis & Prothadij auia amatoris instinctu fratri Theoderberto bellum fecit: nec fignius Theoderbertus sua defensus arma induit. Cumque pugnaturi fratres haud procul distarent: utriusque exercitus militibus ducibusque huiusmodi parriediale bellum abominantibus, de concordia nuncijs ultrò citroque missis, actum est. Soli Prothadio pugnare placebat. Quocirca factò à MILITIBVS impetu, sub tentorio regis Theoderici trucidatur. Deinde nemine refragante, fratres reconciliati domos abeunt. Auentinus libro tertio, Annalium Boiorum.

ARCANI PATRIÆ DETECTI ALIIS.

Turca VENETOS bello premebat, anno 1540. Venetorum legatus, Aloisius Baduarius, de pace missus ad Turcam, omnibus alijs conditiones deferre prius, & duas illas urbes ad extremam necessitatem referuare iussus erat. Sed Turca, qui decretum (snatus iam antè per iudicium acceperat, expostulans cum eo, quòd mandata sua non satis explicaret, nō, nisi traditis illis locis, pacifici uoluit. Obſtupefact⁹ ille, cùm arca reipublicæ prodita esse uideret: illud, quod alioqui tandem facturus erat, quantumuis inuitus atq; dolens permittit. Vbi domum reuersus rem omnem expulſiſſet, atroci patres, post diligentissimam peruestigationem quosdam comprehendunt, & criminis conuictos, capite plectunt. Ex iis quidam in Gallici legati, episcopi Monſpellulani diuersorium, uelut in asylum perſugerat: mittuntur ergo satellites, qui totam domum perquirant. Sed quum aditu prohiberentur, senatus ex armamentario iubet educi machinas ad euertendam domum. Itaq; Galli, cùm periculum suum uiderent, illum exhibuere. Sleidanus lib. 12.

OPERE HOSTIBVS LOCATÆ CONTRA PATRIAM.

Themistocles ab Atheniensibus in exilium missus, usq; ad quinquagesimum lege Ostracismi, interimq; absens cùm prodicionis accusatus esset, ad Admetum Molossorū regem, postea uerò ad Xerxem regem Persarum aufugerat. Itaq; Epiciates Acarnienſis ob ueterem amicitiam ueritus, ne quid in urbe uxor liberique Themistocles mali paterentur, curauerat, ut clam sub ducti conferrerent sese ad Themistoclem. Hoc nomine coram populo à CIMONE maiestatis accusatus est. nūquā ciuitas habuit siue prodicionis indicia, siue amicitia pignora, ne quid exul aduersus Rempublicam suscipere au deat: ea non nisi cum participatione sceleris Epicratem patriæ ademisse. Deniq; si Themistocles pro hoste iam habebatur, hoc quid aliud esse, quam hostem ope, consilio, uiribus adiuuare: si pro exule ac interdico duntaxat, prohiberi legibus, de eo quem Respublica damnauerit, esse sollicitum. Ergo in eum capite animaduersum est. Plut. in Themistocle.

Gothij, qui à Belisario Auximi obfidebantur, BURGENTIO Romano custo de corrupto, ad Vitigem regem literas miserunt Rauēnam, necessitates suas exponentes, quòd ne herbam quidem circa pomerium attingere sine sanguine possent: quibus Vitiges respondit, se in tempore non defuturū. Quo uenire cunctante, iterum Burgentium miserunt, se tantum ad quinque dies sustinere posse significantes: quibus idē quoq; responsum est datum. Belisarius autem miratus, hostes tandiu sine deditioe se sustinere, Valeriano explorandi negotium dedit, qui Sclauinum quandam, uirum acrem ac ualidum, aliquem ex hostibus capiendum misit. Ille uerò in collem, ubi quotidie pro pabulo pugnabatur, profectus, Gothum pabulatum egressum ex insidijs comprehendit, ac robore superior in castra uel reluctantem detulit. Qui rogatus, qua spe Gothi dēdere se recufarent, quæ per Burgentiū Romanum acta essent, aperuit: cuius indicio Burgentius captus, atq; confessus, in conspectu hostium est crematus. Sigonius lib. 18. Imp. occid.

MAIESTATIS PATRIÆ LESÆ, NEGLECTÆ.

ATHENIENSIS Timagoram inter officium salutationis Dariū regem, more gentis illius, adorantem, capitali supplicio affecerunt. unius legati humilibus blanditijs, totius urbis suæ decus Persicæ dominationi summiffum grauitè ferentes. Val. Max. lib. 6. cap. 3. & Suidas.

Anno 1496. quòd Dominicus Calbus maioribus in comitijs Bernardino Minoto Petri filio pugnum in os impegerat, VENETI Calbum è comitijs in carcerem duci, deinde in Cyprum exilium deportari mandauerunt. Bembus in Histor. Venetæ.

Q VORVM

30 QVORVM. POENA PERFIDIAE erga Patriam.

31 LEGATORVM.

ATHENIENSES missos in Arcadiam legatos, quoniam alia uia quam a magistratu imperum erat, profecti fuerat, tamen summo studio mandata perferant, tamen morte crudelissima multarunt. Aelian. lib. 6. de Var. hist.

INIVSTITIAE ERGA MAGISTRATVM POENA IVSTA. NIMIRVM

30 INOBEDIENTIAE POLITICAE. Poena eorum qui

31 SVPPPLICIA A MAGISTRATV INTENTATA. CONTEMNVNT.

Semeis a SOLOMONE rege Hierosolymam relegatus fuerat, cum interdicto graui, ne torquentem Cedron transfret. Paruit triennio integro. Post cum duos seruos fugiuos Ge tham usq; persecutus retraxisset, inobedientiae causa interfectus est, simul etiam quia Dauidi regi iam olim pulso per Absalomum filium maledixerat. 3. Regum 2.

Quidam a Julio Baso Proconsule relegatus in perpetuum, nihilominus absq; restitutione in Prouincia morari cum deprehensus esset, ad C. PLINIUM Proconsulem adductus est, ut ex eius contumacia, quae cumulat poenam, duplicato in eum animaduertetur. Atqui pro eo constabat, acta Bassi omnia rescissa esse, datumq; a Senatu ius omnibus, de quibus ille constituit, ex integro agendi. Sed quia biennium praescriptum erat, intra quod damnatis a Julio Baso denovo duntaxat agere permitteretur, cui conditioni antea relegatus non paruisset: atq; interrogatus in iudicio, negasset ad ius se Proconsulem, nec eum de innocentia sua docuisset: consulio Imperatore pronuntiavit, eum uideri de se ipso iudicasse, haud iniquam fuisse relegationem, de qua tanto interuallo ac legitimo tempore querelam non detulisset: quare cum morari in prouincia persequeretur, placere hunc poenae suae non restitui, quam elusit contumacia: sed uinctum mitti ad Praefectum Praetorio, qui dispiciat utrum damnari in metallo, an summo supplicio, secundum gradus qui in poenis obseruantur, affici debeat. Aerodius ex Plin. Nepote lib. 10. Epist.

VALENTINIANVS Imp. Rhodano euncho, qui Berenice uicium iniuriis affecerat, muliere de illo conuolente, iudicium dedit Salustium praefectum Praetorio. A quo condemnatus praepositus, cum iudicium illius nihil faceret, ab Imperatore in Hippico trematus est, omnibus archieunuchi bonis uictus assignatis. Quo exemplo terribi mortales, omni iniuria abstinerunt. Suidas.

31 IVSIS NON PARENT MAGISTRATVM.

P. VAL. Poplicola legem tulit aduersus eos, qui Consulibus non parebant: si quidem multam ei, qui dicto audiens non esset, quinque bobus dixit & duabus ouibus ualentem. Ouis erat decem obolis, bos centum: quod infrequens esset id tēporis numi apud Romanos usus, sed pecudibus & armentis conferentur. Vnde facultates suas etiamnum a pecudibus, peculium nominant, & uetustissimi numi boue uel oue uel fusc fuerunt signati: silisq; suis Suillius, Bubulcius, Caprarius, Porcius nomina indebant. Plut. in Valerio.

Martius Coriolanus a Tribunis plebis ad Populum uocatus, non paruisset: & ministros eorum, cum iussu eum prehendere, ac ducere conarentur, caeciderat, pulsauerat: deniq; ne a corpore quidem ipsorum Tribunoru, qui sacrosancti sunt, fortasse cum nimis insolenter ac turbulente se gererent, manus abstinerat. Hoc nomine Coriolanum in exilium perpetuum P. FVLVS ire uoluit, iussit abire in Volcos exulatum. P. Aerodius ex Dionysio Halicarn. lib. 7. Liuio, Decad. 1. lib. 2. Plin. de Vir. illust.

Quintus Cincinnatus dictator SERVILIO Halae magistro equitum imperasset, ut suis uerbis Sp. Melium ad se uenire iubere: sed Melium dictatoris iussa detrectare cerneret, haeta illum (quam in manibus forte habebat) transfodit & co fecit, eum Rom. gratiosissimum populo, cui aliud no obiciebatur crimen, nisi quod nimis a plebe diligere. Seruiliusq; quum dictatori, quae acta essent, renunciasset, ab eo pro concione laudatus est, satisq; populo id fuit, eam nec a dictatore approbari, & pronuntiari esse pro Rep. nec suo iniussu patratam. Vtius Declamatione tertia.

Bello Gallico C. Quintus Flaminius, & P. Furius Philo consules in Insubres ingentes copias duxerunt. Tum amnis sanguine manans confectus fuit. Extemplō misti in castra SENARVS literas, quibus consules accesserunt & reuocauerunt Romam, ut consulatu se primo quoq; tempore abdicarent, nec quicquam pro imperio aduersus hostes gererent. Flaminius uero non prius, quam suis fugatisq; barbaris fines eo-

32 INTERPRETVM.

THEMISTOCLES Graecum interpretem, qui cum regis Macedonum legatus uenerat ad terram & aquam postulandam missus, ex plebiscito comprehensum necauit, quod sermone Graeco mandata edere Barbarorum iussisset. Plutarchus in Themistoclis uita.

rum esset depopulatus, soluit. Quare redenti cum ingenti praeda non prodiit obuiam populus: imò triumphus ei fore negatus fuisse. Secundum triumphum abrogauit ei extemplo cum collega magistratum, cosque redegit in ordinem. Plut. in Marcello.

Quintius Caeso, L. Quintij Cincinnati filius, a Tribunis falso accusatus, tanquam ab eo M. Voluilius uir plebeius uapulasset, atq; iterberibus Lucium interemisset: csi penè exploratum habebatur, accusationem illam calumnio sit esse: tamen quia Caeso PLEBIS iudicium spreuit, & citatus iudicio adesse nunquam uoluit: ob eas contentiones, quibus in ter Senatū ac plebem decertabatur, exilio atq; aere multatus est. Fulg. lib. 8. cap. 1.

P. CRASSVS Mutianus, & is qui traditur quinq; habuisse bonarum maxima & praecipua quod esset ditissimus, quod nobilissimus, quod eloquentissimus, q; iuriconsultissimus, quod d. Pöitex maximus: cum in Cöfultu obineret. Asian Prouincia, & circūfedere oppugnareq; Leucas oppidū pararet, opusq; esset firma ac procerat trabes, qua arietē faceret, quo muros eius oppidi quateret & scripsit ad magistrū Atheniensiu molis Atheniensiu, socioru amicoruq; Populi Romani, ut ex malis duobus, quos apud eos uidisset, uter maior esset, eū curaret ad se perferedū. Tū magister architectus cum rescitisset, quā ob rē Mutianus malū desiderasset: non, uti iussus erat, maiorē, sed quē esse magis idoneū aptiorēq; faciendo arietē, facilioreq; portatu existimabat, minorē misit. Crassus eū uocari iussit: & cum interrogasset, cur nō quē iusserat, misisset: causis rationibusq;, quas dictabat speris, uestimenta derahi iussit, uirgibus multum caecidit. Corumpi atq; dissolui officiu omne Imperatoris ratus, si quis ad id quod facere iussus est, non obsequio debito, sed consilio non considerato responderet. Gell. lib. 1. cap. 13.

THEOPHILVM Imp. per forum equitatem (id quod singulis hebdomadibus faciebat) mulier quē dā accessit, quae sibi iniuriā a Petrona Augusta fratre fieri querebatur. Qui cum in uicinia haberet, aedibus in altū educendis, suis luminibus obstruit. Imp. eā ad Petronā abire iussit, & nisi eā dānum referretur, ad se redire. Quod cum fecisset, neq; a Petrona quicquā impetrasset, re desperata, rursus Imp. interpellauit. Is re cognita Petronā uestib. direptis, & in tergo & in pectore uerberari iussit, & quae in fraudē mulieris struxerat, destrui, materiaq; & solū ipsū, mulieri attribui. Zonaras.

30 INOBEDIENTIAE BELLICAE POENA.

In bellis qui aut ordinē reliquissent, aut non paruissent ducibus, non plebebantur morte apud AEGYPTIOS, sed maiora omniū ignominia: quae postmodū uirtute & recte factō deleta, ad priorē statum redibant. Ea lex & homines assueciebatur, ut id dedecus, pessimū malum, morteq; ipsa grauius conferent: & simul admonēbat, mortuos nil iam uitae mortalū pro desseinominia uerō affectos, plurimorū honorū honoris desiderio causam futuros. Diod. lib. 1. cap. 6.

Apud THYRIOS lex erat militaris, ut contumax miles, desertor uel trāsitus fuga, muliebri ueste amictus, ob ignominiam uinctus teneretur. Alex. lib. 2. cap. 23.

Apud MACEDONES iniussu ducis uel imperatoris arma capere, in ordinē ire, aut hostes demum inuadere, lege militari cauebatur. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 26.

PHILIPPVS rex Archidamum morte multauit, quod cum eum perferre cum armis iussisset, ille deposuisset. Aelian. lib. 14. de Var. hist.

Sub Lyfandro classis LACEDAEMONIORVM praefecto, Der cyllides a Pharnabazo accusatus, q; ordines non seruasset: ignominie causa stare iussus est scutu praefere: haec enim nō seruari ordinis poena est. Xenophon lib. 3. Reti graecaru. EPAMINONDAS, cum Thebani exercitus aduersus Lacedaemonios dux esset, simulq; ptor, Thebas ad eligēdos magistratus profectus, Stesimbrotō filio oēm exercitum commisit, praecipiq; ne cum hoste manu confereret. Verum filius cōtumelias hostiū lacessitus pugnavit, & hostes fudit. Reuerso patre, ab eo primū ut uictor coronatus: deinde q; eius madata neglexisset, morte multatus est. Plut. in Paral.

In ROMANA militia extra ordinē etiam aduersus prouocato-

rorem contra imperium pugnare nemini licuit. Alexander libro 1. capite 20.

Erat militari lege ROM. cautū, ut si miles, dū caedis ob crimē, uitam frangeret, aut centurionis uel tribuni manum teneret, de gradu deiectus, militia amoueretur: si autem uolentis manus inferret, capite lucret. Alex. lib. 6. cap. 18.

M. CVRIVS Consul, cum delectum subitū educere coactus esset, & iuniorum nemo responderet: coniectis in sortem omnibus Tribubus, Polliae, quae proxima exierat, primum nomen urna extractum citari iussit. Eo non respondente, bona hasta subiecit. Id illi uel nunciatum est, accurrit ad Cōsulum tribunalem, collegiumq; Tribunorum appellauit. At M. Curius Consul, praefatus non opus esse eo ciue, qui Reipublicae parere noller, appellationem non recepit: bona eius & ipsum uendidit: non poenae festinationē, sed praueuicentia periculi causa, quando res tumultuq; belli, moram ac dilationem non reciperet, dum interim de executione aut immunitate cognoferetur. Et certē illo tum iure utebatur, ut qui ad delectum non responderent, tāquam pro ditores libertatis in seruitutem redigerentur. Sed (ut ab Arrio scriptum est) mutato statu militū, a capitis poena recessum est, quia plerumq; uoluntario milite numero paruissimum. Nūc etiam Galli non alio milite utuntur, imò mercenario plerumq; P. Aerodius ex Val. Max. lib. 6. cap. 3.

C. CVRIO Cof. bello Dardanico, circa Dyrachium, cum ex quinque legionibus una, seditione facta, militiam detrectasset: securitūque se temeritate ducis, in expeditionem asperam & infidiosam negasset: quatuor legiones eduxit armatas, & consistere ordinibus, detectis armis, uelut in acie, iussit: posthac seditionem legionem inermem procedere, disiectamque in conspectu armati exercitus, fragmenta cogit fecare: postero autem die similiter fossam disiectos milites faceret: nulliq; precibus legionis ab eo imperari potuit, ne signa eis submitteret, nomenq; aboleret, milites autem in supplementum caeterarum legionum distribueret. Front. lib. 4. cap. 1.

Equitibus ordinis bona magna q; pars, quadringenti iuuenēs, censoriam notam patente animo sustinerunt: quos M. VALERIVS & P. SEMPRONIUS, quia in Sicilia ad munitionum opus explicandum ire iussit ab Aur. Cotta Cof. facere id neglexerant, equis publicis spoliatis in numerum arianorum reuulerunt. Val. lib. 2. cap. 4. & Front. lib. 4. cap. 1.

Bello Samnitico dictator dictus L. P. P. CURSOR, Q. FABIVS Maximus, Cutilianus magister equitum. Reperiturus ex urbe auspicia Papyrius, magistro equitum denunciatur, ut intra castrorum uallum se teneat, nec cum hoste manum, se absente, aliquo modo conferat. Fabius post dictatorem digressum, quum per exploratores cognouisset, omnia perinde soluta apud hostes, qui ad Imbrinium sedebant, ac si in Samnio nemo Romanus esset, ipem bene gerendae rei securus iuuenis, struendo exercitu ad hostem contendit. Ibi ea pugna fortuna fuit, ut quum non dux militū, neq; miles duci desisset, ad uiginti milia hostium int. cęta. Vbi literae ad senatum de rebus prosperē gessu perlatę sunt. Dictator quia contra suum imperium dimicauit esset, caeteris eo nūcio laetis, ipse iterum plenus curia sefe proripit, mox ex urbe in castra profectus, nemini dubium fecit, quin Manlij exemplum secutus, ad Fabij supplicium potius quam ad bellum properaret. Fabius militum fide implorata, cum parum tutus esset, Romam fugit. Illic intercedente patre licet, qui ter consul & dictator fuerat, senatu quinquentiam & Populo cum Tribunis noxae eripi non potuit, donec Fabius iuuenis & pater contentions oblit, ad dictatōris genua procumbentes, itam & supplicium deprecati sunt. Tum dictator silentio factō, Bene habet, inquit, Quirites, uicit disciplina militaris, uicit imperij maiestas. Nō noxae eximitur Q. Fabius, qui contra dictatoris imperium dimicauit, sed criminis damnatus donatur Pop. Rom. Tribunitiae potestati, precariū nō tribunitium auxilium ferenti. Viue Q. Fabi felicit hoc ciuitatis consensu quam uictoria, in qua paulū antē exultabas, id facinus ausus, cuius ne pater quidem, si dictator fuisset, ueniam daturus fuerit: mecum ut uoles in gratiam redibis. Romanæ ciuitatis qui uitam debes, nihil posthac maius praestare poteris, quam si hic dies satis tibi documenti dederit, ut tam domi quam foris legitima imperia pati possis. Atq; cum his Fabius iustus nihil iam inde pro magisterio agere, & Papyrio dimissus est. Sab. lib. 4. En. 4. ex Val. Max. lib. 2. ca. 2. & Liuio lib. 8. Dec. 1. Orof. lib. 3. cap. 22. Plin. cap. 31. de Viris illust. Front. lib. 4. cap. 1. Eutropio lib. 2.

T. MANLIVS Torquatus, cum consul bellum cum Latinis gereret, editūque esset, ne quis extra ordinem pugnaret: T. Manlius consulis filius, turme praefectus, prouocatus a Gemnio, fuit (ut Valerius) a Geminio Meto, Tusculanorum equitum praefecto, oblitus edicti consularis, confixit, & pro uocatore hacta confodit. Deinde ubi comitante turma, ac heluit duante spoliis ornatus ad patrem tenderet, ille mox

in conspectu omnium, filium, quod d. extra ordinem pugnasset, ad palum deligari, deinde uirgis ex more caedi, postremō securi ferri iussit. Salubri quidem in posterum exemplo, quae admodū ait Liuus, sed in praesentia nimium inuidioso consuli. Si quidem cum uictor Romā reuiceretur, nemo iuuenum obuiam iit, in tantum totius iuuentutis odiū uenerat. Hinc & cognōmē additum uulgo Imperiofo. Liuus Dec. 1. lib. 8. Val. Max. lib. 2. cap. 2. Front. lib. 4. cap. 1.

A. POSTHVMIVS Tiburtus dictator, Posthumium filium, quem ad generis peritraliumque sacrorum successionem propagandam genuerat, & quem iuuenem armis instruxerat, quod non suo iussu praesidio progressus hostes fuderat, uictorem securi ferri iussit: satis iudicans patrem forti filio, quam patriam militari disciplina carere. Val. Max. lib. 2. cap. 2. At Liuus lib. 4. Dec. 1. maluit hoc de Manlio Torquato, quam de Posthumio credere: quod uulgo pro uerbo Manliana imperia dicta sint, non Posthumiana, cum tamen Posthumius aetate praecesserit Manlium. Erasim. in Adagijs.

C. AIVS praecipuum dederat iis qui in castris erant, ut in armis manerent. Sub tempus autem aestuantis solis filius eius equum sitientem deduxit ad fluuium praeterlabentem. Eius caput abscindit iussit, quod edicto non paruisset. Hoc factō milites docuit, ne mandatum unquam negligerent. Polyenus lib. 8.

P. LVIVS Flaccus censor, Fuluium fratrem cohortem legioni, in qua tribunus militum erat, iniussu consulis domum dimittere ausum, senatū amouit. Valerius lib. 2. cap. 2. & Front. lib. 4. cap. 1.

P. SCIPIO Aemilianus, si quem militem extra ordinem deprehendisset, fustuario plebebat: eumq; uulgato ad rem militarem exemplo, si Romanus ciuis esset, uitibus: si uero externus, fustibus caedebat. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 20.

C. LVIVS Caesar, si indulgentia milites ad contumaciam descendisse animaduertisset, militare imperium sibi uendicās, nocentes exauctorabat: neq; ante pristino honori restituebat, quam de fontibus poenas sumisset. Idem Decumanos Romae temere libellonem & praemia poscentes, cum ignominia dimisit. Verum quos erroris poenauisset, & qui in Africa fortiter se gessissent, admisit iterum: omni tamen praeda, & praedictorum tertia parte priuauit. Fulg. lib. 2. cap. 2. ex Suetonio & Plutarcho.

Hecatonymus gregarius miles, cum contra edictum IMP. BERATORIS uuas decerpisset, uice caesus ad mortem usq; de quo sic in primo Epigram. ἐξ ἀπορίας:

Ὁ στυφολοκαπάδης ἔγκλονετο ἐς ἀλδρα ἰδόμενος, ἠοσυχθῆς κλίμενοι φησελίη.

T. BERIVS Caesar, antequam ad Augustale folium conscendisset, cum in Germania exercitum duceret, praefecto legionis legato ignominia notam intulit, ob id solum, quod cū liberto suo paucos quosdam equites uenatum trans Rhenum, non petito commatu, miserat: quia ut ab hoste intercepti possent, periculum adierat. Fulg. lib. 2. cap. 2.

M. C. RINVS Imp. in militari disciplina parenti studium ab omnibus exegit. Tribunū, quod eo modo quo mandarat exploratores non misisset, curru pedibus alligauit, ac per tota castra trahi iussit, donec in frusta lacerum corpus profusus discerperetur. Fulg. lib. 2. cap. 2.

BERNARDONVS Valco Florentinarum copiarum aduersus Pisanos dux, edixerat, ne in certam Pisanu agri partem pabulatum populatumq; iretur. Verum cum intellexisset Bartholomaeum Praefectum ordinem ducentium imperium neglexisse, comprehendi eum & securi percussit iussit, nulla habita fortitudinis & uirtutum omnium rationē. Fulg. lib. 2. capite 2.

Nicolāus v. pontifex, capta Constantinopoli a Turcis, quinque triremes Venetiis suis extructas sumptibus Venetorum classis iunxit. Haec cum ad uernum tempus, Alosij Lauretani classis Venetae praefecti iniussu, domum redissent, eorum praefecti licet Veneti patritij, PATRV. decreto in carcere abducti, ararij facti, semestriq; carcere multati, nec non nauali praefectura sunt perpetuō priuati. Quatuor alij humilioris fortunae desertores, a foro ad Riualmū flagris caesi, praefectiq; eis nāso in exilium sunt acti. Sab. lib. 7. Decad. 3. & Ennead. 10. lib. 6.

Receperant VENETI Tenedium, illiq; insulā Ioannem Mutatium praefecerant. Qui dum sibi, suisq; insularis nimium placet, statuerat nec Veneti ipsi repetentibus, neq; aliis principibus ullo modo restituere, etiam arx ipsa dirueretur. Quod ipsum inter Genueses & Venetos composita pace Allobrogici ducis opera conuenerat. Quare grauisimo in eum decreto patres decreuerunt, & illum perpetuo exilio damnandū, & ordine patricio penitus, euicendū. Quinetiam Fantiū Georgium paratae classis praefecere, qui Mutatiū ipsum per septem & amplius menses obfedit, intra arcem, quam fame uictus nunciis Allobrogici ducis tandē restituit, cum summa admiratione Genensiu hostiū, qui tantam iustitiam

uim in Venetis ipsis, summis postea laudibus excellere. Egnatius lib. 6. cap. 5. BENEDICTVS Pifaurus, Venetæ classis contra Baiaz etem Imp. Corcyra Hieronymo Contareno legato reperto, qui ex Leucadiæ litoribus ualeitudinis ut atebat causa, nullo Pifauri permiffu Corcyram discesserat, cum ignominia notauit, ut legatione præfecturifq; omnibus annos duos careret. Bembus lib. 3. hif.

MAIESTATIS LAESAE. POENA eorum qui

MVNVS MAGISTRATVM IMPEDIUNT.

Cæso Quintius, L. Quintij Cincinnati filius, cui genus illustre & uita nulli secunda fuit, à VIRGINIO Tribuno. accusatus est ad Populum læsæ maiestatis, quòd hominibus coactis multitudinem summouisset, quòd minus legem Terentillam Virginius ferret, de decem mittendis Legatis in Græciam, legum perendam causa. In hoc iudicio quæstus est, an reus in uinculis causam diceret, an uerò satisfactò. Placuit, pecuniis satisfari, corpusq; esse liberum. Certè à patre Cincinnato alitq; uadibus pecunia exacta est, cum filius ad diem non fecisset. P. Aerodius ex Dion. Halicarn. lib. 10.

INCVRRUNT TEMERE.

Inuicem nauali prælio pugnantibus Rhodis atq; MITHRIDATE Asiæ rege: huic ex insula Chio nautes auxiliariæ ad uenerant. Is cum in ipso certamine huc illucq; suos exhortandi causa circumiret, ex Chio nauis ei sic temerè occurrit, Prætoriamq; nauem, in qua uehebatur, ita rostris impulit, ut eam grauius uulneraret ac conturbaret. Siue casu, siue consulo hoc admiffum est, id tunc ceterè Mithridates sapientissimè dissimulauit. At finito bello, quia nihil per imprudentiam, aut cum ista excusatione, Non putabam, à milite, naua, alioue erga Ducem aut Imperatorem suum committi deberet: imò imprimis huc obseruare, idq; unum ante omnia intueri conueniat, manus cum hoste, an cum ciue socioue conserat: exercitorem nauis atq; magistrum supplicio affecit, nec non se infensum perpetuò præbuit iis omnibus qui insulam habitabant: quasi id profectò à quouis nauigandi perito cuitari potuisset, si non aliquod prodendi, nocendiq; consilium latuisset. Appianus in Mithridatico.

PRÆSENTIAM NEGLIGUNT MAGISTRATVM.

ROMANI aduocatum quendam nimis altè coram censoribus ofcitantem, parum abfuit quin graui multa damnaret: nisi iureiurando affirmasset, se eiusmodi grauiori ofcitantid morbo laborare. Fulg. lib. 2. cap. 4.

HONOREM NON DEFERVNT MAGISTRATVI.

Cùm P. Decius Prætor sedens pro Tribunali, transeunte M. AEMILIO Scauro Consule, non adsurrexisset: iussit eum Consul adurgere, eiq; uellem se scidit, fellam còcidit: ne quis item ad eum in ius iret, edixit, ut uicti. Quæ enim ista impudentia est, minorem magistratum, maiorem præ se contemneret? aut quæ ista ingratitude, Rempub. in aliis magistratibus despicere; à qua manus suam accepit? P. Aerodius ex Plinij uiris illust.

P. SÉRVILIUS consularis, censorius, triumphalis, qui maiorum suorum titulis Isaurici cognomen adiecit: eum forum præteriens, testes in reum dari uidisset, loco testis constitit, ac per summam inter patronorum pariter atq; accusatoris admirationem sic est orsus: Hunc ego, iudices, qui causam dicit, cuius sit, aut quam uitam egerit, quamq; meritò uel iniuria accusetur, ignoro: illud tantum scio, cùm occurrisset mihi Laurentina uia iter facienti, admodum angusto loco, equo descendere noluisse. Quod an aliquid ad religionem nostram pertineat, ipsi æstimabitis: ego id suppressendum non putauit. Iudices reum, uix auditis ceteris testibus, damnauerunt. Valuit enim apud eos tum amplitudo uiri, tum grauis neglectæ dignitatis eius indignatio, eumque qui uenerari principes nesciret, in quodlibet facinus profecturum crediderunt. Val. Max. lib. 8. cap. 5.

Caius Veturius à ROMANIS ueteribus ideo publicè condemnatus est, quòd Tribunoplectibus transeuntis uia decedere contumaciter recusasset, neq; lictori summouenti obtentperasset, quasi ipsi uniuerso Populo atq; Reip. allata iniuria. Plut. in Graccho.

DEDECVS INFERVNT MAGISTRATVI.

SERVIPicenses inter Sarmatas rebellantes, à Còstantio Imp. uicti, dediditq; in Pannoniam translati. Regio ab illis Scruia dicta. Paulo post iterum rebellauerunt. Quam ob causam Còstantius è Syrmio in Valeriam profectus, ac undiq; cinctos exercitu Seruos è suggestu còcionabundus ad pacem hor-

tatus est. Ibi quidam Sarmatarum calcem impletum stercore humano in faciem concionantis Imperatoris proiecit. Inde populares in Romanum principem impetum faciunt, sella regia cum auro puluinari directa est. Verum omnes à ROMANO milite irato trucidati, ne uno quidem superstitite. Auentinus lib. 2.

Beatrix Augusta FRIDERICI Oenobarbi uxor, cù miro uideudi Mediolani flagrarer desiderio, quòd passim audiret esse pulcherrimam florentissimamq; Christiani orbis ciuitatem, Mediolanum exiguo comitatu uenit: Ciues uerò eam strigoso asello præpositèrè impostam, ac pro loro caudanti coactam, denique per compita diu circumductam, urbe circiunt, puerorum gregibus ceno abeuntèrè incessentibus. Oenobarbus magnis uiribus Mediolanum ingressus, sic eicibus scelestissimis egit, ut qui suæ salutis consultum uel lent, tògeretur ex ueteris ferocitq; mullæ ano ficos, uel nymphion dentibus extrahere: qui nouum supplicium detrediderent, capitis supplicio lucent. Eius ludibrii, supplicijq; nota perpetua ciuitem Mediolanensium nomini inusta in hie uisq; ætatem perdurat, usq; eò, ut qui uelit Mediolanensi còuicium facere, ficos grauis instar probri obijciat. Gulielmò Paradinus de antiquo statu Burgundiæ, cap. 8.

DECEMVIRI Veneti anno 1498. Petro & Hieronymo & A. Iosio Bragadenis Andreæ filius, propterea quòd ij Nicolaù Georgium, rationibus publicis præfectum, in eius ædibus dum alloquerentur, uerbis arrogantiorebus interiectis minis fuerant usi, ius comitorum & magistratum adipiscendurum facultatem annos decem interdixerunt: qui quidè ante id tempus nequeant restitui, nisi omnibus collegij sententia ea lege absoluantur. Idem postea in Vincentio Barbaro seruatum, quòd is Dominico Lamberto magistratus pacis Scribæ male dixerit. Bembus lib. 4. Hif. Venet.

SEPVLCRA VIOLANT MAGISTRATVM.

ALEXANDER Magnus Dariò uicto, cùm in Persas uenisset, Polymachum, quòd Cyri sepulcrum demolitus esset, necari iussit. Dio dorus.

AVCTORITATEM INVADVNT MAGISTRATVM.

Rhegium oppidum milites Romani iniquo bello occupauerant, mortuoq; duce Babelio siue Iubelio, M. Cæsum scribæ eius, soli, sua sponte atq; inconsulto Senatu imperatorem elegerunt SENATVS istius flagitij nomine, Cæsum in carcerem duci, ac M. Furio Flacco Tribuno plebis frustra demittente, ne in ciues Romanos aduersus morem maiorum animaduerteret, nihilominus eum, ac milites quinquagenos quòd iudicis uirgis cæcos securi percussit: quin & lugeri & sepeliri uentur. Multo enim in eo Cæsum deliquisse, qui nec à Senatu aut à Populo, sed à seditionis & turbulentis militibus imperium accepit: quos si nulla ratione compescere, aut in officio retinere posset, ut in fe potius fuerint, q; quid aduersus Remp. agerent, permittere oportuit. Vtriq; indignissimum esse, & milites sibi ipsi Imperatorem diceret: & scribam, exercitus Populi Romani ducere. Quid enim? eum in summis Reipublicæ temporibus, est L. Martius Tribunus militum reliquias duorum exercituum Publij & Cnè Scipionum dispersas mira uirtute collegisset, earumq; suffragiis Dux creatus esset, Senatui de rebus à se gestis scribens ita incøpisset, L. Martius Propætor: cum Patribus còscriptis hac honoris usurpatione uti non placuit, quia Duces à Populo, non à militibus unquam antea creati consueuissent. Aerodius ex Val. Max. lib. 2. cap. 2.

Silas, AGRIPPÆ regis Iudæorū indiuiduus omnium periclorum socius, & ab eo tandem omni militia præfectus, eum etiam regij honoris particeps esse uellet, & regi in omnia obloqueretur, suaq; beneficia subinde commemoraret: ofensus rex immo dica libertate, præfecturam ei ademit, & uinctum in patria asseruandum misit. Anno post elapsu, na talem suum celebrans rex, pietate motus eum accersiri curauit. At ille stomachabundus è uinculis exire noluit. Iosephus lib. 19. cap. 6. Antiq. Iud.

Capito, cum reus ab eo ius dicente prouocasset, statim in sellam excelsiorem transiit, atq; ita edixit, Age dic causam apud Cæsarem: eumq; causa denud cognita damnauit. Huius superbia, insolentia atque iniquitatis accusatus apud GALBAM Imperatorem, pœnas luit. Etenim à minore magistratu personam Cæsaris, summæque potestatis nomen & prerogatiuam usurpari, non leue est crimen. Xiphilinus in Galba.

HADRIVANVS Imp. quodam tempore, quum seruum suum uideret inter duos senatores ambulante, misit qui illi colaphum impingeret, diceretq; Noli inter eos ambulare, si uisum adhuc potes esse seruus: simul senatoris dignitati còsulens, & serui castigans insolentiam, quam de Cæsare hero sumferat. Dion Cassius.

ALEXANDER Seuerus Imper. Thurinum Verconium fumonenditandis maiestatem imperatorum lædentem, fumo enecat iussit. Lampridius.

VIS MAGISTRATVI ILLATAE POENA. Per

INVASIONEM.

Apud SYECOS si quis nauis præfectum gladio inuaserit, manum cultro affixam clauo & retractam, sibi ipsi disseccare cogitur. Olasus lib. 10. cap. 16.

INSIDIAS, CONIVRATIONEM.

Dymnus apud regem ALEXANDRVM Magnum non multæ auctoritatis nec magnæ potentia fuit. Is cum Nicomachi adolescentis amore deperiret: remotis arbitris, atque exacto iureiurando quòd quæ commississet, silentio reteret, Nicomacho amasio suo narrauerat, Alexandro Magno ad diem tertium paratas esse insidias: se istius facti consiliique fortissimos uiros ac illustres habere particeps, Demetriu, Pecuulum, Nicanorem, Aphobetum, Locetum, Diofemum, Archepolim, Amynta. Itaq; uel metu, uel amore uel præcibus exolectum impulerat, ut etiã operam polliceretur. Sed cum ab hoc sermone Nicomachus statim quæ acceperat, ad fratrem Ceballinu paulò maiorem natu detulisset: Ceballinus Philotæ filio Parmenionis Equiti Præfecto, atq; inter alios Regi admodum familiari & amico rem narrat, ut sine cunctatione Alexandro nunciaret. Philotas dimisso Ceballino cum egregia laudatione, est protinus Alexandrum adisset, multosq; inuicem de aliis rebus sermones habuisset, attamen sibi illorum quæ de Ceballino cognouerat, nesciat: neq; item postero die, quãquãrã dehuò à Ceballino admònitus, ne mandata de iudicio suo negligeret. Quarè Philotas Ceballino suspectus esse incipit: ideoq; Motroni coniuurationem indicat. Re Alexandro nunciata, Dymnum uocari iussit: Ceballinum etiam nedi; quia dies tertius erat, ex quo Nicomachus rem ei detulisset, nec potuisset tam diu còtinere quòd de salute sua rescisisset, nisi uel corrupta fide, uel delicti còscientia. Sed postquã clamitare cepit, eodem momento se ad Philotã decessisse, insidias uno die & altero, ut regi denunciaret: intereaq; Dymnus haud ignarus quã ob causam accerferetur, morte sibi consciuisset: Philotas uenire iussus est. Qui intrepidus, Ceballini nò hominis, sed meretricule ac scorti sermonè ad se attulisse dixit: itaq; tam leui auctori nò credidisse, uerius, ne iurgium inter amatore & exolectum, non sine risu aliorum, pro coniuuratione detulisse uideretur. Nunc quia Dymnus seipsum interemit, qualemq; iudicium fuit, apparere procul dubio, nò facile contemni debuisse: sed orare se, ut præteritam uitã potius, quã culpam, sentij tamen, non facti ullius, intueretur. Ergo Alexander reconciliatè quidem gratia pignus dextram porrederat, atq; contemptum magis quam celatū iudicium esse, uideri sibi ab initio dixerat: itaq; cenæ, ut semper antea familiariter, Philotam admiserat. Sed postquam aduocato consilio amicorum (cui tum Philotas non affuit) introductus Nicomachus, eadem ordine suo exposuit: Craterus alijq; consiliarij censuere (cum aliqua tamen inuidia nota) parere Philotæ Alexandrum non debuisset: nam quam enim sperandum esse, ut qui tantum facinus ausus est, uenia mutari possit. Quòd si pueris non credidisset talia deseribibus, turigitur biduum extraxerit, ac si iudicio fidem habuisset: dimitti Ceballinum debuisset, si delationem eius improbareret. Sed in suo quidem periculo, licere magnum animum gere: reubi uerò de salute Principis agitur, omnes credulos esse oportere: & uana quoq; deferentes audire, admittere. Itaq; in conscios quæstionem haberi censuerunt. Quare postero die uocata concione, Dymni cadauer in medium asferretur: & cum uentoso more Macedonum, Rex ipse de capitibus reb. inquireret, maluit Alexander accusatoris quam iudicis partes sustinere. Rem multitudini aperit, Parmenionem, qui tum Mediæ præerat, huius scelens ducem esse: miltros, Philotam, Pecuolum, Demetrium atq; hunc Dymnum habuisse. Ut reus autem liberius causam diceret, & Populus suffragium ferret, subduxit se Alexander. Et Philotas causam dixit. Rex in concione reuerfus, cum audiret Philotam à multitudinè obrui: consilium in postero diem distulit. Interim denud amicos conuocat. Cæteris placebat, more maiorum, reum lapidibus obrui: sed in sententia Ephetionis, Crateri & Cœnitiu est, ut tormentis ueritas exquireretur. Proposito cruciatu, est fitebatur, placuit tamen, ut quæ confiteretur, eadem etiam in tormentis pronūciaret. Interim cum Equitum nobilissimus quisq; & ij maximè, qui Parmenionem propinqua cognatione contigebant, postquam Philotam torqueri fama uulgauisset (legè Macedonum metuentes, qua continebatur, ut eorum etiam proximi, qui Regi insidiat essent, cum impijs necarentur) alij fecerint interfecerunt, alij lit deuos montes uasasq; solitudines

aufugerent, ingenti per totum exercitum diffuso metu atq; formidine: Rex edicto pronunciauit, remittere se legem de coniunctis damnatorum. Cæterum Philota semel atq; iterum quæstioni adhibito, & cum omnia tandem ex tormentis & extra, præsentè & absentè Alexandro fateretur: is & Demetrius, signo dato, more patrio lapidati sunt. Ille carissimos habuerat tres fratres, Amyntam, Simmiam, Polemone: nam ad ampla & honorata ministeria, illius maximè suffragatione perueniant. horum minimus natu Polemò, cum Philotam torqueri compesisset, aufugerat. Rex nò dubitabat eos ultimi consilij quoq; fuisse particeps: Itaq; inuestigare ac comprehendere iusserat. Polemon uinctus cum nihil pro se deprecaretur, modò ne fratrum innocentia fugæ impuraretur sua, miseracionem mouit: quamquam & fugæ occasionem non in conscientia poneret, sed in metu & rigore legis de coniunctis damnatorum, quibus tamen Alexander clementissimè ac sapientissimè pepererat. Reos placuit absolui. Reliquus erat Parmeniò pater Philotæ, de quo propter potentiam & auctoritatem, & Mediæ cui præerat oportunitatem, uindicta uix absq; seditione sumi poterat. Igitur antequam de morte filij quid audire posset, mittit Alexander Polydamantè, qui hominem ex insidiis interficeret. Ià uerò Lyntestes multo antè, quàm Philotas Regè Alexandri uoluisse occidere, à duobus indicibus delatus, tertiu ià annum custo debebatur in uinculis. Nã & eum in Philippi Regis patris Alexandri eadem coniuurasse cum Pausania: pro comperto habebatur. Sed quia primus Alexandrum, Regè salutauerat, supplicio magis quam crimini fuerat exemptus: præterea & Antipatri socii eius frequens expositatio iustam Alexandri Magni indignationem morabatur. Cæteru rectuduit soporatus dolor, quòd ueteris periculi memoria præsentis cura renouasset. Igitur Lyncestes è custo diu eductus, atq; iustus saltem eam dicere, quam toto triennio meditatatus erat defensionem, ita quædam hefitans ac trepidus pronunciauit: ad ultimum etiam non memoria solùm, sed & mente atq; ingenio delitutus est, ut ista trepidatio delicti magis argumentum, quam memoria uitium esse uideretur. Itaque cum adhuc aliquid dicere conaretur, pro confesso, qui proximè aderam, hunc lanceis confoderunt. P. Aerodius.

Afinius Gallus, Drusi frater uterinus, est CLAVDIO Augusto insidiatus esset, non tamen extremo supplicio, sed exilio duntaxat multatus est, ideo quia neq; ad suu facinus exercitum parauerat, neq; pecuniam contraxerat: sed multa diu taxat infania, quasi generis sui causa à Romanis ultro impetium accepturus esset, ad hanc ferociam cum protraxerat: item quòd statura minima, ac summa deformitate præditus, despiceretur, ridiculusq; magis quam metuendus esse uideretur. P. Aerodius, ex Dione lib. 60.

Venis initio, stato solenniq; die, Romani Matri Deorum pompã celebrabant: in ea passim omnibus ludendi licentia permiffa erat, sic ut quas quisq; uellet personas indueret: nullam non magistratum quoq; imaginem ad eò representaret, ut non expè à falsis ueri dignoscere: Hunc diem Maternus captare Imperatori COMMODO renunciatum est, utis consilijq; sui stipatorum persona suscepta, se hastatis immiscentes, ut pars Imperatorij comitatus esse crederentur, nullo præcaudè, ac repenti impetu factò cum trucidarent. is ergo antea proditus, capite multatus est: & qui eiusdem factiõis esset, huius etiam pœnis affecti sunt: Aerodius ex Herod. lib. 1.

Lucilla Commodo Imperatori maxima natu soror fuit. Ea, postquam COMMODOVS ipse Crispinam uxorem duxit, huc in posterum primo loco cedere, ita iniquo animo tulit, ac si illius honor in suam contumeliam uergeret: ut consilium ceperit cum Quadrato & Quintiano alitq; Senatoribus, in Senatu Commodo interficendi. Re patefacta, & còprehensò Quadrato in ipso facinorè, Lucilla cæteriq; coniuurati damntati sunt. Ibidem.

HONORIVS Imp. Stiliconem proditorum armorum suorum præfectum, ob imperium affectatum cum filio Eucherio in gulandum curauit. Orofius, Paulus Diaconus.

SIGISMUNDVS Vng. rex, regno restitutus, in Scelauonia còuentum indicit. Ad conuentum Stephanus Vainoda, Ladislai filius, coniuuratorum, per quos rex in carcerem fuerat còiectus princeps, cum magna equitum manu aduenit, partim suorum uiribus, partim regis clementia fretus: Ibi à nobilitate captus, & obtuncatus est. Cadauer eius è fenestris in forum deturbatum. Quo spectaculo equitum ad arma conclamantium animos sic consternati sunt, ut domini sui iudices esse formidarent. Bonifinus lib. 2. Dec. 3.

VINCULA.

Hebertus Comes Viromandorum, iudicio suo damnatus, comprehens Caroli Simplicis regis, & in custodia Peronæ coniecti (Rodolfo Burgundo rege designato) pœnas filio regi LYDOVICO Trasmarino dedit. Rex enim in con-

nino procerum simulans se ab auunculo Angliae rege per literas consuli, quid meritis supplicij uideretur quidam ignobilis cliens, qui patronum nobilissimum prodidisset: Hebertus accubans, cum in caput suu consuli se ignoraret, sententiam rogatus, restim deberi censuit. Atq; ita uoce sua damnatus, & conuiuio abstractus, suspensus esse dicitur, et si fide incerta. Aemilius lib. 3.

HE NRICVS VI. Imp. Richardum comitem de Sterre, Capuq; caput, pedibus de patibulo suspendit, quod Constaniam Imperatricem cepisset, nec nisi pontificis anathemate ad eam dimittebam induci potuisset. Nauclerus.

SOLYMANVS Turcarum Imp. diffugiens metu ciuib. Buda penes deferta potius, arcem obsecit. Ei praerat Thomas Nadaftus, inter Vngaros nobilitate & uirtute illustris. Quem cum Germani milites ad dedendam hosti arcem compellerent, non possent: cum hoste saluis rebus paciscuntur, & Nadaftum in uincula coniciunt. Id ratum habuit Solymanus. Caeterum quum eius praesidij milites, qui erant fere septingenti, ex conditione incolumes sarcinisq; suis onusti in Possonium abirent, & Ianizari occupata arce Nadaftum solutum uinculis pariter dimissuri essent: Solymanus de militum perfidia, probitateq; Nadafti erga Ferdinandu regem certior factus: quod nefario flagitio contaminatos, sua lenitate indignos putaret, ut alienae perfidiae scelus ulci ferretur, Ianizaris ad unum trucidandos obicit: Nadaftu uero liberali stipendio inuitatum, idq; renuentem, humaniter dimisit, ipsius etiam Ioannis Sepulij regis commendatione adiutum, quamquam foror eius esset in matrimonio Stephani Maylati desertoris primu, & mox atrocissimj sui hostis. Iouius lib. 28. Hist.

CAEDEM.

Amalechita peregrinus, qui Saulum licet petentem interfecerat, a DAUIDE occidi iubetur: eo quod unctum Domini sua manu obrucare ausus fuisset. 2. Reg. 1.

Post longas contentiones inter Saulum & Dauidem, mortuo Saule, adhuc graue bellu erat Dauidi cum Isobetho filio Saule, propter regnum patrium, quod a se indignissimè auferri, ut ei quidè uidebatur, moleste ferebat. Igitur duo Tribuni tandem exiitè, Rechab & Baana: uel ut Isophthys ait, Banaoth & Than. Hi, quod sententia Regis sui Isobethi res in peius uergeret, defectionem meditati, praefissimum facturos se existimauerunt, si dolo interfecisset regis caput amputatu ad DAUIDEM attulissent. Sed impium eorum facinus, atque patricio coniunctam prodicionem, uir strenuissimus, uir religiosissimus abominatus est. Isobethum nihilo deliquisse, si iure optimo secum de imperio contenderet: ideoq; ne quidem a suis interfecit uoluisse, nec placere turpi prodicione, sed quo Marte hostem uincere. Aliud esse uictoria, aliud latrocinium: & alterum fortis ac magnanimi Principis alterum ignaui, umidi & abiecti lanistae aut gladiatoris, qui tergum non iugulum postulat: alterum leonis, alterum uulpeculae. Itaq; utrunq; iugulari iussit, abscissaq; eorum manus & pedes supra piscinam apud Hebronem suspendis Isobethi uero caput in Abneris sepulcro Hebrone sepeliri. Aeri dicitur ex 2. Reg. 4. & Isophthi lib. 7. cap. 2. Antiq.

Darius ad Arbela uictus ab ALEXANDRO Magno, a Bessio Baetrianorum praefecto, per seditionem captus & interemptus est. Alexander interim cum equitatu insequens, de eius morte certior factus est, curauitq; ut pompa & more regio sepeliretur. A quibusdam scriptum est, Dario adhuc spiranti, Alexandrum superuenisse, eiusq; calamitatem uehementer indoluisse: cumq; Darius orasset, ut caedem suam ulcisci uellet, Alexandrum se id facturum recepisse, & in persequendo Bessio multum operae impendisse. Sed quum ille magno spacio iter praeruerisset, atq; in regionem Baetrianam contenderet, regem assequi eum se posse desperantem, reuertisse. Bessius interea regem se appellari fecit. A quo cum defecisset Bago daras familiaris, & ab Alexandro uitam atque munera impetrasset: inuitati ea liberalitate primi barbarorum duces Spithamines & Dataphernes conspirauerunt, captumq; Bessium ad Alexandrum adduxerunt. Eos honorificis muneribus rex est profecutus. Bessium autem Oxathri (uel Oxarti) fratri Darij, reliquisq; eius consanguineis, ut pro arbitrio supplicium de eo sumerent, concessit. Illi cum omnia contumeliarum & cruciatu generati in eum exercuissent, minutatim corpus concenterunt, membrorumq; frustra fundis in partes varias proiecerunt. Plurimè autem est Disphendone dissipatum, duabus arboribus ex aduerso multum in se uertice inflexis religatum, distichisq; repente uinculis atrociter laniatum fuisse Bessium, cacuminibus sua uicorpus in diuersa distrahentibus. Disphendone Graeci uocant id genus supplicij, a duplici fundae excussione. Sab. lib. 8. c. 4. ex Dio. lib. 17. & Plut. Alexandro.

Cn. POMPEIUS Perpennam, perfidiam erga suum ducem Sertorium interfecit. Plut. in Sertorio. Nunquam prodest malum exemplum: etiam si in praesenti occi-

caione quadam in futurum tamen altius nocet, ut elegantissimè Quintilianus ait. Quapropter etiam a Cassio, Cherea & Lupo alijsq; meritis Caius Imperator ob nimiam crudelitatem, & impia facinora occisus esse dicitur: antea men & ipse CLAUDIUS, qui factum antea laudabat, postea imperium adeptus, in percussore anima ducit: quia si Caius interfecit debuit, a Cherea Tribuno non debuit, cui fas Principis pro officio committeretur: nam hoc genus a liquid esse prodicionis. Deniq; paucorum supplicio, scelerati Principum omnium consulendum. P. Aeri dicitur ex Di. one libro 60. & ex Flauio Iosepho, libro decimono Antiquitatum, capite 3.

VITELLIVS in Germania a militibus Imp. creatus (aduersus Galbam Romae imperatorem, qui per id tempus ab Othone interfecit fuerat) cum postea Othone in Bebricijs caepis superasset: inter Othonis scripta commentarium inuenit, centum uiginti uirorum, ab Othone praemia poscentiu, quod Galba mori ad eam procuranda interfucisset. Quam autem ipse inimicus Galbae fuisset, iniquum tamen arbitratus est, non modò eiusmodi hominibus praemia dare: sed ne perpeti quidem ut uiuerent, cum principem suum precio occidissent. Quasitos igitur diligenter, omnes quos nactus esse, interemit. Fulg. lib. 6. cap. 5.

SEVERVS cum ad imperium peruenisset, eos qui Peruicacè occiderant, morte multauit: milites omnes sceleris conscios uestimentis militarijs exutos nudosq; dimisit: equitibus arma equosq; abstulit: caeterum ab urbe centesimo lapide omnes abesse iussit, aut certe ut capite poenas luerent. Omnino quae Principi afferuntur iniuria, omnium alioru Principum iniuria est: quia non tam persona, quam dignitas laeditur. Meminerant Claudius ac Seuerus Imperatores, quod Quintus Capius Consul ei, qui Viriatum latronum ducem interfecerat, & ideo praemium peteret, olim responderat, Nunquam Romanis placuisse, Imperatorem a suis militibus interfici. P. Aeri dicitur ex Diono, in Suetorio: Herodiano, lib. 2. & Eutropio, lib. 4.

THEOPHILVS imperio potitus, nihil prius habuit, quam ut eos, qui patri Michaeli Balbo Amorrae ad regnum obtinendum adiumento fuerant, Leonemq; Armeni Imp. interfecerat, supplicio adficeret. Vrbis igitur praefectum ciuiles exequi leges iussit: iam nunc, inquit, iudicandi potestatem Deo & me tibi mandantibus, dignam his mercedem factorum perfolue: qui non tantum humano sanguine manus contaminarunt, sed & unctum Dei inter sacrum interfecerunt. Ergo a praefecto arrepti, homicidarum more supplicio sunt affecti. Cedentis, ex Zonara. Defuncto Heracleo Constantinopolitano Imperatore, imperij successore relicto filio Constantino, Martina nouerca, & Heraclonas F. Pythi patriarchae consilio Constantinum ueneno sustulerunt. Qua re palam facta, SENATVS populusque Constantinopolitanus praefata Martinæ Augustae lingua, atq; defuncto Heraclone naso, ambos in exilium miserrunt: Pyrrhum peremerunt, creato Imperatore Constantino filio. Fulg. lib. 6. cap. 3.

EDVARDVS Anglorum rex, cui Canuto II. Danorum regis, eius annis premebatur, foedus iei, ut quoad ipse uiuere, Canutum dimidij regni confortem haberet, extinctus omnium honorum haeredem relinquere. Septem post annis quidam tricinium in quo Canutus epulabatur ingressi, eum totius Angliae regem salutare coeperunt. A quibus rex sibi dictum cum Eduardo foedus obsecrè exprobrari ratus, nihil eius sepudere respondit. Tunc illi Eduardum sua interentiu opera iactabant. In quos rex perinde ac maiestatis reos, praemij loco, suspensio protinus animaduertent dum curauit, detentum opus deformi uindictae specie punire. Quanquam enim se acri amulo liberatum cognosceret, sceleri tamen poenam, quam utilitati gratiam referre maluit. Memorant alij Eduardum clandestino Canuti imperio occisum, eiusdemq; iussu poenam a maleficcis diluendae suspicionis causa exactam. Saxo lib. 10.

Carolus Danus, Fladriq; Comes, VII. annis reru potitus, aduerti sa semper nobilitate, comòdis uoluntatiq; plebis omniopularitate inferuiss, parens a plebe dicebatur habebaturq; is cum a Lamberti Stratenfis factione, cuius horrea in fame maxima aperiri curauerat, in templo occisus esset: Gulielmus Hypprensis Fladriq; rector saluatus, sese ducem uolentibus ad expectandas a patricijs poenas praebuit. LVDOLVICVS Crallus rex Francorum, ne ea provincia Anglo in omnem occasionem intento iungeretur, simul ac exempli beneficiariorum Franciae regiae Principum conuentione suorum occidentorum inultum sineret, cum copiis affuisset Stratenfis obidionem oppugnationemq; per aliquot dies sustinere. Tandem expugnati, exquisitis supplicij poenas luere. Aemilius lib. 5.

Ioannes, qui Albertum patruum Caesarem occiderat, permotus patricij poenitentia, CLEMENTEM Pontificem adit, ut expia-

ut expiaretur, ac quas iuberet Pontifex, poenas daret. Reiecit eum Pontifex ad Henricum Lucenburgensem Imp. adiret illum, consulereq; quòdnam piaculum expectandum uideretur: arbitrio enim Caesaris, percussorem Caesaris luere oportere. Iussit eum Caesar Eremitarum septo clauum quicquid relique uita foret agere. In Italia Pisis diu Augustini adfite uicenis dicitur. Aemilius lib. 3.

Ioannes Croatiae praefectus, qui Elizabetham Vngariae reginam ob casum Carolum Neapolitanum in aqua submergi curauerat, a SIGISMUNDO Imp. stimulis uxoris Mariae, matris necem ulcisci desiderantis, accenso, captus, & in Quinquagesimo urbe reuinctis ad palum manibus, per urbes, uicos, & compita citru circumuectus, candentibusq; frustillarum forcipibus passim discerptus, postremo quadripartito dissectus est: frustra corporis singulis portis ad deterrandam facinorosam audaciam imposita. Caeteri capite multati. Bonfinius lib. 2. Dec. 3.

Andreas rex Apulius, Ludouici I. Vngariae regis frater, tertio post initum regnum anno, cognatorum factione, contentione uxore Ioanna, Aueriae senico laqueo necatus est. Conuersionis principis, Corradum Cathancum, & Chenfam militem, cum nonnullis alijs Comes NOVELLVS, Andreg necessarius, cepit: & per omnes comitatus sui uicos circū ferri, candentibus forcipibus discerpi, demum quadripartito discindi iussit. Bonfinius lib. 10. Dec. 2.

VIS NON PROHIBITAE A MAGISTRATV POENA.

Q. Petilius Cos. cum a Liguribus in praelio interfecus esset, de creuit SENATVS Romanus, ut ea legio, in cuius acie confulerat occisus, tota infrequens referretur, stipendium ei annuum non daretur, aeraq; rescinderetur. Val. Max. lib. 2. ca. 2. Front. lib. 4. cap. 1. in fine.

REPVDIATIONIS MAGISTRATV POENA.

Mortuo Miescone II. Polonorum principe, multa controuersia circa electionem Principis exorta sunt. Quidam enim ad Casimirus filium eius sceptrum deferenda censebant. Caeteri uero timentes, ne motes paternos peruersos sequerentur, huic sententiae acerrime repugnabant. Tandem Regina Miesconis Regis relicta, uidentis se a Polonis speratam, ad fratrem Caesarem in Saxoniā, accepto Casimiro filio, coronamq; regni & ingentibus thesauris regalibus ablati, profecta est. Interim filium Casimirus studendi gratia Parisios misit, ubi tandem in monasterium Cluniacense ingressus, sacris initiatus est. Poloni uero multis annis haeredem legitimo orbi, cum sui & Reip. ingenti derimento, in Italia eum quaerere coacti sunt, qui eis multis de causis denegabatur ab Abbate monasterij. Tandè uix magno cum labore impetratq; Polonori, per BENEDICTVM IX. pont. ad professionem absolutus est, poenitentia Polonis indicta, pro eo quod dominum suu expulissent, ut ab unaquaq; persona quotannis obolum unum Romano Pontifici penderent, quod uocabatur debitum S. Petri. Item ut singuli uiri crines supra aures tonderent. Deinde ut praecipuis festis diebus lineo albo pro cingulo uterentur. Guaguinus in Vitis regum Polonorum.

PRODITIONIS ERGA MAGISTRATV COMMISSAE POENA.

Erst Costobarus unus inter primates Idumaeorum, penes cuius maiores olim fuerat sacerdotium Coze numinis, quod tum religiosè ab ea gente colebatur, priusquam sub Hyrcani principatu Iudaicos ritus acciperet. Huc Herodes quamprimum regnum adeptus est, Idumaeae ac Gaza praeposuit, data in matrimonium Salome sua sorore, cuius priorè maritum Iosephum patrum suum, falsè suspectum de adulterio cum Mariamne regina commisso, interfecerat. Ea felicitate elatus, indignè ratus Idumeos seruire hominibus, quoru sacra & religionem acceperant: misit legationem ad Cleopatram, ut Idumaeam imperaret ab M. Antonio, non quòd Cleopatram mallet habere dominam, sed ut accisis Herodis opibus, eo facilius ipse Idumaeorum dominationem inuaderet. HERODES re cognita, Costobarus interfecit. Iosephus lib. 35. cap. 11.

Argyraspides Eumenes Cardianum ducem praefantissimum ANTONINO regi proditum uindictumq; tradiderant. Eo interfecit, nemini alteri deus poenas de illis, qui eum prodiderant, ducibus & militibus delegauit sumendam: sed ipse ut impios & immanes abominatus Antigonus Argy-

raspidas, tradidit eos Ilyrtio Arachosiae procuratori omnibus modis atterendis conscindendisque, ne quis eorum in Macedonia rediret, uel mare Graecum aspiceret. Plutarchus in Eumene. Odroeni milites odio Maximini Imp. Tycum ex suis ducem sibi & Imp. fecerunt. Verum ille dormiens domi suae ab uno ex amicis suis interfecus est, qui sibi dolebat illum esse praepositum, Macedoniae nomine, qui cum Maximino prodidit, quidq; caput eius ad Imperatorem detulit. MAXIMINVS primò ei gratias egit: postea tamen ut proditorum odio habuit, & occidit. Capitolinus in Maximino.

Aaron cum Occidentalium gentium legationes exponeret, & MANVELLIS Comneni Imperatoris uoluntati eas non refragari uideret: legatos oburgauit, ut nimium ad iussa exequenda paratos: monuitque ut aduersarentur, neque tam facile assentirentur: Imperatore, ob Latini sermonis imperitiam, quid dictum esset, ignorante. Caeterum imperatrix Maria, Raymundi Antiocheni F. sermone Latini peritissima, Imperatori exposuit omnia: qui ira commotus, Aaroni & uisum & omnes facultates eripuit. Is post auctor fuit Andronicò Comineno, iam rerum pet uim poito, ut executione haud contentus, aduersarios aut planè occideret, aut grauioribus supplicijs coereret, exemplo suo opte usus, qui & uiueret & moueretur, & spiraret & loqueretur, & consilium dare posset. Sed mox ab Iffacio, qui Andronicum oppressit, lingua pestilente etiam priuatus est. Nicetas lib. 4.

DEFECTIONIS A MAGISTRATV POENA.

Apud Austrasios, seu in Franconia, Hardericus, & alij nobiles indignè ferentes, quòd rex exteros sibi praerferret, & nimiu suae uxori imperiose permitteret, seditionem contra CAROLVM Magnum moliti, partim supplicij, partim exilijs affecti sunt, anno 788. Sigebertus.

DESERTIONIS MAGISTRATV POENA.

Pride Tit. Inobediencia bellica.

HERACLIVS Imp. milites in castris stationem deserentes, desertorū poena affecti dicitur. Caelius libro primo, capite 13. Antiq. Lect. ex Suida.

CAROLVS Magnus capitali animaduersione eos puniuit, qui absque milione castra atque militiam deseruissent. Militiam sacramentumq; detrectantes praedix, uillis, agris, donis militarijs priuauit, ea in alios contulit. Auctinus libro 4. Annalium Boiorum.

FRIDERICO I. Barbarossa ab Alexandro III. excommunicato, Henricus superbus, cognomine Leo, dux Saxoniae, Imp. contra Mediolanenses bellum gerentem deseruit. Imperator eum & iure Electionis, & Ducatus priuauit. Noricum Othoni Palatino de Vuiclisbach donauit, Saxoniam Bernardo de Anhalt. Quorum uterq; ope consanguineoru Henricum expulserunt.

Sigismundus Imper. PIPO Florentino magni nominis ducem cum decem milibus equitum in Forum iugij misso, Vtinum in potestatem redegerat. In medio rerum gerendarum ardore, auro corruptus Pipus, exercitum in Pannoniam praeter omnium expectationem reduxit. Imperator Parthos imitatus, ut hi Crasso mortuo, sic ille Pipi uiuentis faucibus auro liquefactum infudit, auro satiare, quòd sitisti, ingeminando. Sabellicus lib. 5. de Veritate Aquil. & Bonfinius lib. 3. Decadis 3.

INSIDIARVM NON INDICATARVM MAGISTRATV POENA.

Ioannes Dinus, Ioannem Costanum Burgundionem accusauit, compellatum se ab eo diceis; ut accepta grandi pecunia uenenum perferret, quo CAROLVS comes Caroleusius (dux Burgundiae) de medio tolleretur. Is postquam Costanum securi percussit, Dinum quoque ad se uocatum interrogauit: Si Costanum pecuniam quam promiserat praestitisset, eumne accusatitrus fuisset? Cui Dinus, ne mentiretur, fretus quoque indultum iri, palam fassus est, se eum non detrecturum. Quam obrem Comes iussu Dinum Christiano more sacerdoti crimina sua fateri, eadem hora ipsam quoque securi percussit. Iusta & ueloci mercede ei data duarum prodicionum, erga amicum & principem. Fulgosius lib. 6. cap. 5.

INIVSTITIAE PRINCIPVM ET MAGISTRATVVM ERGA SVBDITOS POENA.

DE IN GENERE, TYRANNIDIS.

Apites rex, propter crudelitatem ab AEGYPTIIS deseritur. Vide Tit. Orij subditorum erga Principes.

Phalaris tyrannus ab AGRIGENTINIS taurò Perillæo inclusus, & crematus est, quo alios suffocauerat. Quid, in bin: Vtq; ferox Phalaris, lingua prius ense resecta, More bouis Paphio clausus in ære gemas.

Lycaretus Mæandri tyranni Samiorum frater, cum à Persis Læno præfectus, omnes in captiuitatem redigeret, atq; euertere retalios infimulans desertores Scythicæ expeditionis, alios uexatores copiarum Darij à Scythis reuertentium: à LEMNIIS interemptus est. Herod. lib. 5.

Alcetas Arybbæ F. Acacidae frater natu grandior, cum impotentis esset iracundiæ, & more ingenij sui fureret: ab EPICROTIS, quibus præerat, noctu interfectus est: & in illius locum Pyrrhus Acacidae F. qui cum Romanis bellum gessit, furrogatus. Pausanias in Atticis.

Archelaus Tetrarcha Iudææ & Idumææ, ob tyrannidem à suis accusatus coram AVGVSTO Cæsare, Vicenam Galliæ relegatus est, anno principatus sui decimo. Iosephus libro 17. cap. ult. Vide Tit. Somnia mutationis imperij.

ROMANI Consules & Prætores functos honoribus, si mentem improba, auarè & crudeliter in prouincia se gessissent, partim damnarunt, partim ærarios fecerunt, iuxta legem Iuliam, quæ administrati muneris rationem exigebat. Alex. ab Alexan. lib. 4. cap. 6.

Decemuirii legum ferendarum causa creati, quorum princeps fuit Appius Claudius, idibus Maij mensis foedus percussere, ut in nulla sibi re adferrentur, obirentq; perpetuum imperium, neminemq; ad illud admitterent. Quotidie igitur remotis arbitris coibant, ibi prauis Appij consiliis instructi, quæ secretè inter se destinaissent, in occulto habebant. Rari ad eos aditus patebant, difficiles in sermone, nec in decernendo mites. Grauitè id ferè populus ROM. & Tribunitia potestate sublata, decem se tyrannorum iugo subditos conuenit. Iam cum Appius L. Sicinium uirum fortissimum in castris interfecit, Virginiam plebeiam uirginem per M. Claudium clientem suum ad stuprum rapi curasset: Virginium pater uirginem lanij cultro confodit, & Roma profugus, in castris tanquam exciuitum ultimum, ut à decemuiris militibus desererent, factaq; in sacrum montem secessione, non prius redire uoluerunt, quam decemuirii se magistratu abdicassent, & creatorum Tribunorum populo dentò facta esset potestas. Creati decem Tribuni, & in iis Virginium, primus diem Appio Claudio dixit. Quj nobilitati caterua stipatus quum in forum uenisset, redire grata est statim in uicis potestatis memoria. Hic flagitij conuictus Appius Tribunos appellat, ceteri nullam in eorum auxilio spem repositam habebat. Nullo itaq; moram faciente, arreptus à uiatore, Prouoco, inquit, ad populum: cæterum uox libertatis ex eius ore audita, qui contra libertatem ipsam illis ipsis diebus iudicias dederat, mouit neminem. Coniectus in carcerem, priusquam dies iudicij adesset, omni auxilij spe præcisa, sibi mortem consciiuit. Pleriq; opinati sunt Tribunorū iussu eum in carcere laqueo necatum. Secundum Appij interitum Sp. Oppius decemuir à P. Numitorio Tribuno est reus factus. Crimini datum, quòd in urbe fuisset, dum uicidicæ iniuriæ à collega dicerentur, nec præsentij iniuriæ esset obuiam. Plus tamen facta iniuria quam non prohibita reo obfuit. Testis affuit qui septem & uiginti fecerat stipendia, octidq; extra ordinem donatus militaribus donis, in conspectu populi stetit, inde ueste scissa tergum uirgis lacerum ostendit: nullum recusare supplicium dictans, si reus ipse causam afferre posset, cur Romanum ciuem ea iniuria affecterit. Oppius & ipse in uincula ductus, ante iudicij diem uita decessit. Claudij Oppijq; bona in publicum redacta. Horum exemplo terribi collegæ, ultro, exilij causa solum uertunt. Bona ipsorum publicata. M. Claudius assertor, Virginie damnatus, ultimam Virginio remittente pœnam, Tybur in exilium abiit. Sab. lib. 4. En. 3.

AVGVSTVS Cæsar pædagogum, ministrosq; Caij filij, per occasionem ualitudinis mortisq; eius superbè auareq; in prouincia grassantes, oneratos graui pondere cœruicibus, præcipit aut in flumen. Suetonius.

Neronis turpitudinem & scelera, & populus ROMANVS tolerare diutius non potuit, & exercitus Galbam in Hispania Imperatorem creauit. Senatus cõsulto decretum, ut nudus per publicum ductus, unco collo eius inserto, uirgis usque ad mortem cæderetur, atq; inde è saxo præcipitaretur. Igitur desertus undiq; è palatio fugit, noctis medio urbem egressus, sequentibus cum Phaone, Epaphrodito, Nephophorq;, & spadone Sporo, quem quondam exercitum formare

in mulierem tentauerat: & in suburbano se liberti sui, quod est inter Salariam & Nomentanam uiam, ad quartum urbis miliarium, istu gladij transegit, adiuuante trepidante manum impuro eunuchò: quum prius nullo reperito, à quo feriretur, exclamaret: Itane nec amicum nec inimicū habeo? Turpissimè uixi, turpius peream. Suetonius. Eutropius lib. 4.

Phocas Mauritium Imp. crudeliter occidit, & imperium inuasit. Quod cum pari impotentia & crudelitate administraret: tandem facta est coniuratio in ipsum à Prisco eius genero: & quotquot Senatorij ordinis supererat, secretè per literas ab HERACLIO (Heraclij, ad quem postea imperium deuenit, patre) tunc in occidentali Aphria & Lybia cum exercitu Rempublicam administrante, perierat, ut populum Romanum ab impia Phocæ tyrannide liberaret. Heraclius itaq; filium Heraclium cum pedestri naualiq; apparatu contra tyrannum misit: & uictoria potitus, tyranno Phocæ primū manus ac pedes resecari: deinde, quia honestissimam matronis uim intulerat, quasi in publicam pœnam luxurie, pudibundam excidit, tandem caput amputari, & postremo corpus eius in hœc æneo comburi iussit, omni eius stirpe cum ipso extincta. Hic tyrannidis & scelèrum Phocæ finis fuit. Nicephorus lib. 18. cap. 56.

Theodoros, seu Theodosius (ut Zonaras Tomo tertio habet) monachus ab Imp. Iustiniano rebus Logothelij præfectus, tyrannidem in multis exercuit, & Imperatorem populo inuisum reddidit: à populo CONSTANTINOPOLITANO in seditione, per plateam ad Taurum tractus, exultus est. Paulus Diaconus lib. 10. rer. Rom.

Andronicus Emanuele Constantinopolitanorum Imp. mortuo, Alexium Emanuelis filium impostum sacco, mari gendum præcepit: stupris, rapinis, incestu debacchatus est. His irritati ciues CONSTANTINOPOLITANI istuc ad imperium euexerunt. Is, quòd in singulos ciues peccasset Andronicus, excogitauit supplicium, per quod singulis fatisferet. Itaq; regalibus exutum, alteroq; oculo priuatum, asinæ dorso impoluit, uersa in caudam facie, fertum capiti circumligauit, per urbem circumduxit, hac lege, ut unicuiq; liceret quod luberet in eum uerbo & opere complere, uita tamen seruata. Ergo conuerrente undiq; plebe, clamoribus ubiq; suscipitur, luto, spuitis, & stercorebus, urina obnuitur. Tandem ad patibulum tractus, laqueo uitam miserimè finiuit. Guido Bituricensis.

Petrus regem ob stupra & rapinas HVNGARI regno eiecit, Buda scelèrum auctore & consiliario prius in conspectu regis conciso. Nec Henricus Imp. armis cogi potuit, ut tyrannum reciperent: mori se male, quam sub tali bellua uerè, dicitantes. Auenticus lib. 5.

Petrus Candianus Venetorum dux, donec patrem & auostespeixit, potuit meritò ab exilio reuocari, duxq; in patris mortu locum substitui, magno totius ciuitatis gaudio. Dæ uero suorum oblitus, Vualdræ uxoris mores & ingenium sequi mauult, quæ paternam Guidonis molliciem libidinemq; inuulserit, ipseq; luxuriae (& quod confè qui necesse erat) tyrannidi uacaret: ita quidem in populi VENETI odium incidit, ut ab eo cum paruulo filio interficeretur, caduèr; ipsius in macellum proiiceretur, direptis incensiq; prius principis ædibus: quo incendio aurea ædes D. Marci etiam conflagrauit. Egnat. lib. 9. cap. 1.

Humfredum Glocestrensem ducem, Henrici VI. Anglorum regis patruum & tutorem fideliss. & fortissimum, & cuius nitu rex totus pendebat, Gulielmus Suthfolciæ dux falsis criminibus circumuentum iussu reginæ strangulandum iniussimè curarat, & inde ipse rerum potitus, cum populū tribus exhaureret, & non misso in Galliam stipendio Normanniæ & Aquitanie amittendæ occasionem præbuisset: ANGLORVM seditione orta, parricidij & pecculatus accusatus, frustra defendente regina in exilium eiecitur. Cùm ita uim conscendisset, ab aduersariis retractus, interfecit, metitas suæ perfidiæ pœnas dans. Polyd. lib. 23.

DE IN SPECIE, POENA INFELICIA Magistratibus, qui

PERICVLIS, OBICERE SVBDITOS.

Sicinius Dentatus, Senatui Patribusq; semper infestissimus fuit: tamen cum bellum ab Aequis graue immineret, Romulū & Veturium Consules educentes exercitum, cum odia gentis, qui omnes alioq; per ætatem militia uacare possent, secutus est. Ibi Romulius per inuidiam, neq; tam quòd speraret hostium castra excelso atq; tutissimo loco posita inuadi posse, quàm quòd Sicinium factio sum atq; inuisum Patribus mori cupiebat: eum cum sua cohorte duntaxat

bet eo

bet eo tramite ascendere, quo nusquam Aequi falli potuissent. Sicinius qui iniquitate imperij hoc agi uideret, ut cum suis simul ad certissimum exitum mitteretur: restatus alios antea milites, Consulū paruit. At res ita fortunatè cessit, ut solus sua uirtute Romanis uictoriam attulerit. Ideoq; Sicinius factus Tribunus plebis. Cùm Romulio L. HALENVS Aedilis plebis, & Veturio diem ad Populum dixisset: uisum est graue, suis ipsius ciuib; atq; militibus à Duce parari insidias: ibi uindictam odiumq; exerceri cùm summo periculo totius exercitus, ubi summa concordia mutuoq; parendi & imocrandi officio maximè opus est: pecunia tamen, non capite lis æstimata est, quia cõstabat, eis priuatim cum Sicinio nullas fuisse inimicitias: præterea iussus atque imperium Consulū, optimè & à Republica cessaret: ut aliter etiam mēs eorum accipi atq; interpretari posset: quod in causa Sicinij fecissent, consilio, non dolo malo. Denique in bello, omnia imperia eò sæpè clariora, quòd cum maiore periculo coniuncta sunt. Sed aliquid ea liuoris odiiue habere permixtum, indignum esse uisum est populo Romano indignum, item Senatui: itaque nec ab eo Consules triumphum impetrarunt. P. Aetodius ex Dionysio Halicarn. libro 10. Plin. lib. 11. cap. 11.

NE CAVERE INSONTES SVBDITOS.

M. CATO censor è Senatu mouit L. Quintium Flaminium, uirum consularem, in quem ad eò graui est usus oratione, ut nec Titus Quintius eius frater, si tum censor fuisset, fratrem in ordine retinere potuerit. Caput accusacionis fuit, quòd quum illè cõsul in Gallia esset, in gratiam eius scorti, quòd ex urbe in prouinciam accerseretur, Gallum hominem, qui à suis ad Romanos cum liberis transfugerat, ad colloquiū admillum in multorum conspectu, ut gladiatorij certaminis speciem, cuius uident impudicus adolefcens erat cupidus, ipsius oculis subiceret, gladio consecisset: & quòd atrocitatem scelèris haud mediocriter auxerat, Romanorū

INIVSTITIAE CIVIVM, VEL SOCIORVM, VEL CONFODERATORVM INTER SE POENA IUSTA.

Ex Tri. Pena Defectorum, Proditorum, Auaritiae militum, huc quaedam de commodari poterunt.

SOLOMO rex Iobabum Saruie F. Dauidis sui patris polemarchum, aras tenentem, & ad regem uenire nolentem, à Banaia occidi curauit: propterea quòd duos fortissimos uiros, Abnerem Neris F. Sauli regis ducem exercitus, & Amasiam Ierthris F. Abalomij polemarchū, quorū uterq; mortuo domino ad Dauidè cõfugerat, simulata amicitia perfidè interemisset, uerius, ne apud regè plus gratia ualeret. 3. Reg. 2. Tradidit Bacchum ex Asia in Europam cum exercitu transfugerum, cum Lycurgo Thracum, qui sunt ad Hellepontum, reges, sociatè coisse. Cùm feminas primū in Thracis uelut amicos traduxisset, iussisse Lycurgum uocari milites suos BACCHVM aggredi, ipsūq; & Mænades omnes obtruncare. His per quemdam accolam Tharopem nomine cognitis, ueritus Bacchus, cum nondum transfretasset milites, corū perfidio occultè ad exercitū trāsijt: Lycurgus Mænades aggressus in loco q; appellatur Mysus, omnes interemisset dicitur. At Bacchus exercitu traducto, Thracè pugna superatum, captumq; priuatum oculis, domesticis eius cruci affixis, Theropi, memor beneficij, Thracum imperij concessit, traditò ei Orgia celebrandi modo. Diodorus lib. 3. cap. 5.

Cùm Pelasgis terram, quæ est ad Hymetum, habitandam concessissent Athenienses, & Pelasgi illorum filios & filias, quoties ad nouem fontes aquatum irent, uitarent: & tandem quoq; de opprimendis Atheniensibus cõsilia agerent: ab ATHENIENSIBVS eieci, tum alia loca, tum uerò Lemnum obtinuerunt. Herodotus lib. 6.

Minys, Argonautarum progenies, ex Lemno ab Achæis eieci, quia Atheniensium feminas ex Braurone prædati essent, in Taygeto montè confederunt: ibiq; accensis ignibus, misit ex Lacedæmone sunt, qui ab eis suscitarentur, qui hominū essent, aut qua fiducia in alieno solo tam otiosè confedisent. Responsum his est, Argonautarum se progeniem esse, Lemno insula ab Achæis eiectos nouas sedes quaerere. Tū SPARTATAE, quia Castor & Pollux ex Argonautis fuissent, per eosq; cognato quædam sibi cum ea gente intercederet, in ciuitatem Minyas accipere. Hic illi cum uxores duxissent, essentq; adorti res nouas moliri, & aperitè regnum affectare, in uincula cõiecti, digni sunt morte iudicati. Quāuis postea uxorum actu è carcerib; liberati fuerint. Val. Max. lib. 4. c. 6. & Herodotus, Sabel. lib. 8. En. 2. Polyænus lib. 8. non Minyas, sed Tyrrhenos uocat.

Thymbron, dux LAEDAEMONIORVM, praesidio missus ciuitatib; Ionie aduersus Tisaphernè, cum domi redisset, accusatus à sociis, quòd exercitū amicos diuipièdos tradi-

disset, damnatus exulauit. Xenophon lib. 3. Rerum Græcarū. ATHENIENSIS Chiorū amicitia & societate usi, cum eos foedifragos esse cognouissent, ius omne amicitia illis renuiciant, & numisma cõrundem pro adulterino iudicauerunt, & X. litera notatur: ut inuiderent, uti numi adulterini essent, sic & animos Chiorum fallaces esse. Inde fluxit, ut omnia adulterina, pecunie præsertim, & ἄλλῃ dicerentur, quasi ἄλλῃ ἄλλῃ, hoc est, ἄλλῃ litera notata. Eustathius in Homero.

Alexander Iudæorū rex, simulans se amicum & socium Prolemæi Lathuri à matre Cleopatra Aegypto pulsi, 400. argenti talenta pollicitus est: Ptolemæus in Alexandri gratiam Zoilum tyrannum Stratonis turris cepit, & agros Iudæis attribuit. Verum cum intellexisset PTOLEMAEVS, Alexandrum clam Cleopatram matrem contra se incitare: dissoluto foedere, urbes quasdam Iudææ cepit, & cum Alexandro signis collatis, ex eius exercitu 30. millia interfecit. Iosephus lib. 13. cap. 20. Vide Tit. Crudelitatis erga hostes uiuos.

PTOLEMAEVS, Lagi F. cum ad sustinendam Magæ fratris impetui (qui ab eo desierat, & Cyrenè occuparat) & alios mercenarios milites, & Gallorum fermè quatuor millia conduta haberet, & eam manum comperisset de Aegypto occupanda cõsilia inire: eos in desertam insulam per Nilum deduxit. Eo in loco ad unum omnes, cum mutuis consoli uulneribus, tum fame enecti periere. Pausanias in Atticis.

Q. Pleminius prætor à P. Scipione Locris relictus, multò crudelius quàm Pœni Locretes uexare adortus est. In ipsorum Locrensiū corpora, in liberos, in coniuges, infandæ contumelia edita. Nec auaritia minor libidine: quippe quæ ne à sacris quidè Proserpinæ thesauris abstintit. Romani ipsi, qui in praesidio erant, seditione agitati, media urbe inter se armis dimicauerunt: uolatusq; est Pleminius, nasoq; & auribus ferro defecis, semianimis à militibus relictus est. Ad quam seditione comprimentam Scipio Locros profectus, cognita causa Pleminium absoluit, tribusq; ei tradidit, qui cum ipso in urbe hostiliter cõsixerant, ut eos sub custodia Romanæ mitteret. Ille post Scipionis discessum deditos crudeliter necauit, atq; insepultos proiecit: pari crudelitate in Locrensiū principes usus, qui ad Scipionem de sua iniuria quæsum iussu dicebatur. Vnde decem Locrensiū legati, obstiti squalore & sordibus ramosq; oliuariū manib; gestantes, cõsules adeunt, deq; iniuria à Romanis militib; illata cõqueruntur. Legati missi Locros ad cognoscendā causam. Pleminius cū triginta aliis sacilegij & scelèris conuictus, damnatusq; Romam ad supplicij missus, prius uita

FFF 3

decessit, quam populi iudicio sit damnatus. Sab. lib. 5. En. 3. Cum in praesidium Rheginorum legio Campana cum praefecto Decio Iubelio missa esset, milites allesti Rheginorum opulentia, ita fidem uiolauerunt, ut occiso Iubelio, & in eius locum sua sponte M. Caesio suffecto, Rhegiu occupauerint: ciues alios urbe, alios opibus, alios uita priuarint. Hoc ter piter admittit, perfidit & contra ius getium, mandauit Senatus GENVTIO Cossulij, ut feruere uindicaret. Is urbe obfessa, captisq; omnibus, de aliis quidem suppliciu sumpsit: trecentos uero milites ciues Romanos, quia magis eorum iudicium ad Senatum Populumq; Romanu pertinere uideretur, Romam deportauit. Hos, licet M. Furius Flaccus Trib. pleb. denunciatet ne in ciues Romanos aduersus more maiorum animaduertentur: attamen Senatus ita hoc modo puniri decreuit, ut quinquageni per singulos dies uirgis cegit, securi percuterentur: neque eorum aliquis sepeliretur, sed & eos lugeri uelut. P. Aerodius ex Polybio lib. 1. Epito. Lituiana lib. 12. Val. Max. lib. 2. cap. 2. Paulo Orofio, lib. 4. cap. 3. Anno Sal. 1478. cum Florentini quidam patrij contra Medicos

INIUSTITIAE ERGA HOSPITES POENA. TVM

IN GENERE.

Ammonitas & Moabitas, ppterca quod erga ISRAELITAS ex Aegypto egressos inhospitales maxime fuissent, aeterno odio psequendos esse, Dominus p Mosem affirmat. Deut. 23.

IN SPECIE, OB HOSPITVM

CAEDEM.

Scyron latro in Attica, a THESEO in mare praecipitatus est, quod prius hospites ipse decurabat: cuius ossa murata dicuntur in scopulos, qui Scyronia saxa etiamnum hodie dicuntur, nautis infesta. Plut. in Theseo.

CELTAE grauius in illum animaduertunt, qui peregrinum, quam qui ciuem occiderit. Huic enim exilium, illi mors poena statuitur. Stobaeus sermone 42. ex Nicolai de Moribus gentium historia.

Apponebat suis equabus hospites lanianos Diomedes, rex Thraciae: est & ipse ab HERCVLE (si uera sunt, quae Tragici scribunt) illis lanianus datus: & supplicium, quod in alios fuerat commentus, multo iustius ipse est demum expertus. Sab. lib. 10. cap. 4.

Cum Pompeius Magnus, acie salsus profugiensq; Caesaris, Aegyptum apud Pelusiu appulisset, regis pueri etiamn curatores cu amicis de eo deliberabat, nec erat sententia omnium una. Alij recipiendum, arcendum alij Aegyptum censebant. Theodorus uero quidam Chius mercenarius, rhetoricoru doctor, qui in contubernio regis erat, in consilium tunc melioru raritate admissus, utramq; partem demonstrauit falli, tam qui recipiendu Pompeium, quam qui dimittendu consuliebant. Vnum enim in praesentia expedire, ut receptum interficerent, adiecitq; in peroratione, Mortuos no mordere. Cui esset in sententiam huius discessum, exempli rei incredibilis & inexpectata, occubuit Magnus Pompeius dictione rhetorica, Theodoro superueniente CIVIL. Cesare, ceteri poenas pendentes mali male perire: Theodorus uero spacium a fortuna ad obscuram, inopem & uagabundam uitam mutatus, peragrante post interfectum in Senatu Caesarem Asia non latuit M. Brutum: sed raptus ad eum & punitus, nome ex morte quam ex uita nobiliss accepit. Plut. in Bruto.

GREZOMISLAVS, Bohemorum dux, bello hictum Vratiflaum patrum interfecerat, eiusq; filium Duringo Comiti ad Egram si. custo didum tradiderat. Is puero super Egram concretum pisces captanti caput abstulit, illudque muneris loco Grezomislao Pragae obrulit, simul regni se sustulisse inquit. Grezomislauis perfidiam hominis detestatus, gentis mortis triplex ei proposuit, Gladium, Laqueum, Praecipitium. Duringus ex alno uicina sese suspedit, quae postea arbor Duringa dicta est. Aeneas Syl. in hist. Bohem. & Munsterus in Cosmographia.

INIUSTITIAE ERGA LEGATOS COMMISSAE POENA, PER

CAEDEM.

Arabes, actu superato Hero de Iudaeorum rege, & Iudaea uchementi terramotu miser concussa, Iudaeorum legatos pacem poscentes necauerunt. Verum non multo post ab HERODIDE grauis affectu cladibus, domitiq; suae perfidiae dignas luertant poenas. Iosephus lib. 15. cap. 8. Antiq.

OREGES praefectus Sardiium, cum quendam ad nuictis, qui a rege DARIO ad ipsum uenerat, & parum iucunda nunciarat, trucidandum, curasset in itinere, & cum ipso equo occultandum, submisso Bagaeo opera regis interfectus fuit. Herod. lib. 3.

ALEXANDER Magnus miserat caduceatores, q; Tyrio's ad

coniurassent, FLORENTINI Franciscum Saluati, Pisang ecclesiae archiepiscopum, quod per fraudem occupare palatium uoluisset, ad palatij fenestras suspenderunt: Iacobum Paccium, quaefti honore magnisq; opibus insignem, et ad eandem fenestras addiderunt, quia in coniuratoru numero esse deprehensus erat: nec infami eius mortis genere contenti, mortu u pueris, ut per urbe ab asino traheretur, tradiderunt: a postea in profuente Annum proiecerunt publicis quoq; bonis, ignominiae grauiorem notam apposere, sanctione facta, ut ea gens ex Florentina urbe deleteretur: item ut uicus, qui a Saluata gente dictus erat, in posterum alio nomine appellaretur. Honorem etiam recenter excussit ignis sabbatto sancto, quem magno apparatu ea familia per urbem circumferebat, ut uolentibus impartiretur, ad Priores (is magistratus est) sanificio praefectos transtulerunt Vraie huius acerba seueritatis perpetua memoria extaret, ad fenestras, ubi appensi fuerunt illi, in quos animaduertunt, effigies eorum, in eo statu, in quo suspensi manserant, pingi iusserunt. Fulgofus lib. 6. cap. 3. & Egnatius lib. 6. cap. 5.

VERBERA.

ALEXANDER Seuerus Imp. militem, qui anum hospitem suam pulsauerat, non contentus militia exauctorasse, seru atq; auriga ipsius mulieris esse iussit: ut qui iniuria in eam auctor fuerat, ipsius commodis atq; necessitatibus in posterum opera suam additam haberet. Fulgofus lib. 6. cap. 4.

STYVRVM.

Militis, qui hospitem uiolarat, AURELIANVS Imp. duabus magnis arboribus ad terram deflexis, alligari crura iussit: qui, redentibus uisua in consuetum statum arboribus, in duas partes disceptus est. Fulg. lib. 6. cap. 3.

EXPOLIATIONEM.

Erat PHILIPPO Macedonum regi miles expertae uirtutis, & multis ab Imp. eohonestatus muneribus. Forx ex naufragio exutus omnibus, uix etiamnum spiritum ducens errabat, consilij inops. Eum conspiciens Macedo quidam benigne amplexatur, iuber bene sperare, femiuuum in uillam suam perducit, fouet accurat: lectulo cedit quoq; nec patitur quaequa frustra ab eo desiderari. Postremo digredientem uatico etiam instruit, summum murantem identidem: Non sentiar ingratus, parem rationem faciam, liceat modum mihi imperatoris meum adire. Venit ille ad Philippum, miseriam suam exponit: sed hospitis benignitate reticet. Nec satis, Miserantem illum in ducit impudenter quidem, sed milititer, donec sibi Macedonis cuiusda agrors. At is non alius erat, quam ille ipse hospes: qui tam inhumaniter, & se omnibus exutus, nil dissimulando, per epistolam facti senem Philippo insinuat. Excanduit is, nec ualens tam insignem seuitum deco quere, improbissimo homini, beneficium raris fortunae inuifitarae rabie retalianti, stigmata inuui iussit, restituito in integrum priore domino. Caesius lib. 7. cap. 28. Lect. Antiq.

HOSPITVM DENEGATVM.

LYCANORVM rex est regis Syrius, in eos qui peregrinos post solis occasum hospitium petentes, non exciperent. Aelian. lib. 4. de Var. hist.

COMMEATVM DENEGATVM.

Argonautae duce Iasone Colchos nauigates, Simoentis ostia intrarant Laomedon Troianorum rex finibus suis eos excedere iussit. Reuerfus e Colchis HERCVLES, Laomedontem occidit cum omnibus liberis, excepto Priamo, qui forte aberat: & Hefione sorore, quam Telamoni socio, quod primus moenia conscendisset, muneris loco dedit. Priamus redem potius, Hefionem per Antenorē repetit. Quam cum reddere nollet, Alexander E. cum classe regia in Graeciam mittit. Alexander ex improuiso superueniens, Helenam Menelai uxorem in fano Apollinis in insula Cythera raptam abduxit. Haec belli Troiani primordia fuisse. Dates Phryg.

pacē hortarentur: quae non solum non accepta est, sed contra ius gentium legati sunt ab his interfecti, & corpora in pelagus proiecta. Ea Macedo iniuria irritatus, quia nauibus carebat, perpetuo aggere Tyrum continentē reddere est adortus, & tandem crudelissimē expugnauit. Sab. lib. 4. En. 4. Teucas (Bonifonij Teutana) Illyriorum regina, quae in regnum Agroni successit, domestici opib. freta (nullis enim Illyriorum regum maiores ea tepellare ductauit copias, pedestres equestresq; quam Agron, cui Teucas nuptis) suarumq; rerū successu elata, suis potestatem fecit nauigandi, marisq; latrocinium in quocunq; finitimo eorum exercendi. Classem adhaec suo nomine instruat emisit, quae omnem oppositam

nam Italiae aram praedaretur. Quum multi quessum de Illyriorum iniuria ad Senatum ROM. uenissent, C. & L. Cornucani legati in Illyricu mituntur. Obsidebat tum forte Teucas istam insulam, quae una omnium adhuc imperiū detinebat: & legati sociorum querelas exponentes, ita illis occurrunt, ut diceret, daturam fe operam, ut nulla publicē iniuria Romanis fieret. Ceterum prohibere suos, quo minus priuatum fructum e mari caperent, neq; regij id moris esse, neq; se inhibiturā. Tum ex legatis minor natu fortiter quidem, sed parum tempessit: At quoniam, inquit, Romanis e Teuca optimus mos est, priuatas iniurias publicē ulciscēdi, iuuandiq; iniuria affectos, dabimus operam diis uolentibus, ut uel inuita regiam istam consuetudinem emendes. Tam feroci responso eō iracundiae, cuius ille sexus impatiens est, processit Teucas, ut iure gentium neglecto miserit, qui legatos a se dimissos adorti, iuniorum obruncaret. Legati caede Romam nunciata, delectus cōsulum habetur, paratq; studio classis. C. Fuluius Centumalus & L. Posthumus Coss. multiplici clade Teucam affecere. Tandē per legatos pacem a Romanis his conditionibus imperauit, ut quoniam tributum pop. Rom. solueret, ut tota ora Illyricae, praeterquam paucis locis excederet, ne ultra Lyllum nisi cum duobus lembis nauigaret. Sabellicus lib. 9. Eneadis 4. & Bonifonius lib. 6. Decad. j.

PVLATIONEM.

Ex Tatij Sabini familiaribus quidam, latrocinantium more, Laurentii agri fines ingressi, pecus inde abegerant, obuiosq; nonnullos spoliarant. Censuit ROMVLVS fontes ad supplicium dandos. Apud Tatium plus omnino suoru gratia, quā ius gentium ualuit, qui non solum postulata non ferit, sed abeuntis etiam legatos a suis uiolari est passus. Sed fontium penam Tatius in se uerit: qui quum haud multo post Laninium ad solenne sacrum uenisset, impetu in eum facto, priuato consilio, ab his interfectus, quorum cognati fuerant a Tatiis uiolati. Tulit Tatij mortem Romulus minus aegre, quā laturus putabatur: dubiū, infida regni societate, an quia iure caesum existimauerit. Imperio recepto, ad expiandam scelere ciuitatem auctor extitit, ut qui Laurentinos legatos uiolassent, ad supplicium dederentur. Plutarchus religione id factum existimat, quod pētilentia urbē inuassit, credere uulgō, quoniam uiolati in legatis iura non uindicarentur, eam cladem ciuitati deorum ira illata. Romuli exemplum Laurentii secuti, & ipsi regiae caedis auctores communi consilio dedunt. Eos Roma causam dice-re iussit, cum haud leuia afferrent, identidem testati, regis iniuria se ad eius caedem compulso: a qua non solum non reddita res essent, sed qui ad eas repetendas missi fuerunt iure gentium uiolati, egedi passus esset, Romulus trimeinc libe-rant. Ex Dion. Halicarn. lib. 2. Sab. lib. 3. Enn. 2.

Si quis legatum hostium pulsasset, cetera suis gentium id cōstitutum esse, semper existimauit esse: quia sancti habentur Legati, ideo q; conueniens & utile est hominibus, non immortales esse inimicitias, quare inuiolabiles esse oportere, per quos de amicitia & foedere tractaretur. Itaq; cum qui legatum pulsasset, dedi hostibus quoru erant legati, publicē eis satisfieri, uilium esse, plerumq; responsum & iudicium est; quā alioqui iusti belli occasionem laesae ciuitati concedere. Igitur M. Aemilio Lepido, L. Flamini Coss. L. Minutius, L. Myrillus & Manlius, quod legatos Carthaginēses pulsasse dicebatur, iussit Q. TERENCE Prætoris urbis per Feciales traditi sunt legatus, & Carthaginem aduecti. Cum etiam legatos ab urbe Apollonia Romam missos, Q. Fabius, Cn. Apronius Aediles orta contētionē pulsauissent: eos SENATVS

TVS continud per Feciales legatis dedit, quæstoremque decreuit cum his Brundisium proficisci, ne quā in itinere a cognatis deditorum iniuriam acciperent. P. Aerodius, ex Tit. Liu. Decad. 4. lib. 8. & Val. lib. 6. c. 6.

IGNOMINIAM

Dauid rex legatos misit ad Hanonem Nahe F. Ammonitarum regem, qui eum de patris morte consolarentur, cum quo amicitia intercesserat Dauidi, & eandem cum ipso quoq; ratam fore promitterent. At Hanon legatos tanquam speculatores cepit, eisq; barbæ dimidium rasi, & medias uestes ad nates usq; abscedit, eosq; dimisit. DAVID ea iniuria offensus, legatos Hiericunte manere iussit, donec barbæ creuissent. Ioabus cum exercitu contra Ammonitas missus, eos simul & Syros auxiliare graui clade afflixit. Qua magis irritati Syri, denud ad Helam ab ipfomet Dauidi caesi, ad XE millia equitum, & DCC quadrigarios, & in posteru tributarij facti. 2. Regum 10.

Corinthi sub Philippi existentis imperio, aduersus illum contentiones exercuerunt, & contra Romanos insolenter habuerunt, adeo ut quidam Corinthij in pretereuntes eorum testa legatos, sordes infudisse praesumerint. Pro hisce autē rebus alijsq; delictis, cuctigio penas luerit. Eō enim misso ingenti exercitu Corinthus ab L. MVM MIO Achaico solo æquata est, & reliquis usq; ad Macedoniam tractus sub Romanum cessit imperium. Strabo lib. 8.

Perfarum regis legati ad CAROLVM Magnum Aqualgrani missi, cum durius a Gallis excepti, idipsum apud Caroluni conuelli essent, maiorem scilicet ipsius apud Persas quam apud Gallos, auctoritatem esse: omnes praefectos ducsq; per quoru prouincias iter fecere Persae, magistratu mouit, in ordinem priuatum redegit: pontifices ingenti pecuniae numero multauit, legatos omni cura, officio summō pretereq; domum deducendos curauit: Regiq; Persarum dona uicissim misit Asturcones equos, mulos Hispanicos: itē paludamenta fissa alba, carulea, proprium Germanorum uestimentum: & canes nobiles ad uenandum, quos Germania gignit uelocitate & ferocia insignes. Auentinus lib. 4. Annalium Boiorum.

CARCERES.

Perrus, Cōsalui Magni nepos ex Alfonso fratre, FERDINANDI regis Hispaniae hictorem sacrosanctum uiolarat, & iunctum Mondelliam oppidum, ab auo Petro ualidis membris, cinctum, auctumq; arce munitissima, quae in mare oris ornamēntis erat insignis, ac omnium inter Baticas longē pulcherrima, duci curauerat. Quod facinus cum Ferdinandus armis uindicare pararet, Cōsalui Magni intercessione mitigatus, Perrum relegauit extra aulam ad decem millaria, ne ei fas esset longius abesse, quam ut itinere uicis die ac ceteri reuertique posset. Addidit quoq; grauiore decreto, ut Mondellia funditus euerteretur, ut æquata solo, apud turbulentos proceres regiae seueritatis testis foret. Nec Cōsaluius uel maximis precibus impertrare potuit, quin paternae uirtutis monumentū, tantis sumptibus aedificatum, quod esset ipsius naturale solum, & totius Baticae maxime decorū & celebre, deleteretur. Quanquam Galliae regis legatos molliendo regi deprecatores adhibuisset, qui equum esse censēbant, ut qui C urbes infinitaq; oppida pro rege cepisset, is mutuo munere paternum oppidū impetraret. Sed rex obstinatē mansit in decreto, ea tamē moderatione, ut pro Mondellia, totius Baticae cōcurfu intra paucos dies funditus uerua, Loxā urbē Cōsaluo possidendā dono daret, scilicet ut iniuriæ atrocitas eo munere leniret. Iouius in Cōsaluo.

INIUSTITIAE ERGA HOSTES POENA IVSTA: SIVE COMMISSA SIT

BELLVM INFERENDO.

Graeci & Latini belli iura sanctissimē ac religiosissimē obseruabant: uidelicet uti res prius per Feciales & oratores bonos repetere: Verbenarium clarigatum mitterent, res raptas clarē repetitum: deniq; ante omnia uicinos populos iudices controuersiarum suarum admitteret, quā ferro & igni rem agerant. Huius tantae moderationis exemplum est in Acheis. Hi cum intam societatē cum Argiuis, ultrō ac temere bello lacessentes, uiolassent: in ius uocati corā MANTINENSIBVS, forensem concertationē non recuaserunt. Igitur quanquam id a se, Argiuis ab Aristippi tyrannidē liberandi causa, communiq; studio totius Graeciae libertatis factū esse diceret, duce & suatore Arato: tamen rupta foederata, pacē infractā, quae tum inita erat, cum iam essent Argiui sub regib; negare non poterat. Ergo Achaeos gradū pecunia militari placuit. Non expenderit eam inuiti, armaq; legib; cedere equo animo tulerunt. Aero dius ex Plutarchi Arato. Obsides pro captiuis habentur, quare neq; testari possunt; ni-

si eis permitatur: & bona eorum ferē publicantur. ac si fides frangatur ab iis qui dedere, puniuntur: ut merito quasi peneq; delinacti ac dediti sub conditionē, dici possint. Exemplō fucere trecenti obsides a Volscis P. Serulio dati, ut eos Romam quasi pignora foederis adduceret. Hos enim trecentos, postquam Volsci bellum integrarunt, rupto foedere, sine iusta causa, ac non laceffiti, Consul P P I V S Claudius in forū adduxit, atq; spectante populo & approbante, uirgis caelos securi percuti iussit. Aero dius, ex Luuio. Ludouicus Bossionis F. spe Italici regni Augustique nominis, quod Ludouicus maternus eius auus obtinisset, adductus, in Italiam transeendit. Eum BERENGA R I V S praelio uictum cepit, dimisitq; iurciurando adactum, se deinceps Italicis rebus imperaturum. Domum reuersus, uix annū conuenit. Exin Italia contra iurifurandi religionem recepta, rursus captus, luminibus priuatur. Aemilius lib. 3. SALADINVS Sultanus Aegyptius, captos in praelio Guidonem Lusignāu Hierosolymoru regem, & cum eo multos alios

Mortuus post miserabiliter, cum octo annis regno praefisset. Quem pater dehinc flebiliter luxit, ut Petrus de Vincis scribit. Culpinianus.

NECANDO. PARRICIDII POENA.

Parricidis exquisitam imposuerunt poenam AEGYPTII. Nam articulatum praecutis calamis caesos, iubebant uiuos supra spinarum aceruum comburi: maximum inter mortales iudicantes scelus, ei mortem per uim inferre, a quo uitam accepisset. Diod. lib. j. c. 6.

MACEONES parricidas & maiestatis reos saxis obruunt: nec modò facinoris reos, sed illos quoq; qui illos quouis gradu contigissent. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 5.

LVSITANI parricidas finibus ciectos saxis opprimebant. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 5.

Sapiētissimè, inquit M. Tullius pro Roscio, nostri MAIORES fecerunt: qui quum intelligerent, nihil esse tam sanctum, quod non aliquando uiolaret audacia, supplicium in parricidas singulare excogitauerunt: ut quos natura ipsa continere in officio non potuisset, magnitudine poenae maleficio summouerentur. Insui uoluerunt in culcum uiuos, atq; ita in flumen deiici. Sic enim uolebant eum hominem è natura auferre atq; eripere, ut repente coelum, solem, aquam, terram adimerent: ut qui eum necasset, unde ipse natus esset, & careret his rebus omnibus, ex quibus nata esse omnia dicuntur. Noluerunt feris corpus obicere, ne bestiis quoq; quae tantum scelus attigissent, immanioribus uterentur: non sic nudos in flumen abicere, ne quum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo caetera quae uiolata sunt, expiari putantur. Digestorum lib. 48. ad leg. Pompeiam de parricidiis, Iureconsultus Modestinus ita scribit: Poena parricidij morte maiorum hae c instituta est, ut parricida uirgis sanguine uerberatus, deinde culco infusus uasi omnium capacitissimo, urnas continenti XL. cum cane, gallo gallinaceo, & uipera, necesse est etiam simia, in mare profundum proiciatur: hoc ita, si mare proximum sit. alio qui bestiis subicitur, secundum D. ADRIANI constitutionem. MARTIANVS titulo eodem, supplicium statuit parricidis, quo teneantur damnati lege Cornelia de sicariis. id erat, ut Marcellus inquit, in insulam deportatio, & omnium bonorum ademptio. Sed solent, inquit, hodie capite puniri, nisi non honestiore loco positi fuerint, quam ut poenam sustineant: humiliores enim solent uel bestiis subici, alioquin in insulam deportan-

tur. De culco parricidarum Imperator Instituitio quae, de Publicis iudiciis ferè cum Cicerone sentit, nisi quod & ipse ferale uocat angustias, tormentum in clusarum bestiarum, siue ferarum. Caelius lib. II. c. 21. A. L.

Malleolus matre interempta, primus ROMANORVM parricidij damnatus, & infusus culco, in mare praecipitatus est. Alex. lib. 3. cap. 5.

C. IVL. Caesar praeter praescriptas legibus poenas, parricidas bonorum omnium damno multauit. Idem.

Sigebertus è proceribus Francis unus, bello Alemannico pro regis gloria se sanguinem fuisse uulnere ingenti accepto iactabat: nec ullam sibi relata gratiam. Huius filium in patrum dominatum (Agrippinensibus imperabat) succedere iussit CLODOVEVS. Iuuenis regis imperium interpretatus, ut fata patris appropere se iuberi crederet, patrem occidit. Clodoueus supplicio filij necem senis estitutus. Aemilius lib. j.

ROMVLVS rex Rom. cum nullam parricidae poenam statuit, hoc iudicium omne Parricidium inкупari uoluit: quod hoc impium ac nefarium, illud autem impossibile esse dicitur. Plut. in Romulo.

Plurimum apud ueteres fuit dubitatum, quod genus mortis in eum institueretur, qui patrem aut matrem occidisset: ut ex lege Pompeia in parricidas constat, cuius nouum & accuratum supplicium lenius postea uisum est. Quamobrem Tarquezum maiorem, qui parentem suum Picta uentem Electum occidi curauerat, CVRTIA Parlamenti uoluit discipuli candente fornice, diffingens artus ad rotam, ac postremo concremari. Bodinus lib. 4. Dæmon. c. 5.

NON ALENDO.

SOLON Atheniensis nullam in parricidas statuit poenam: quoniam tam nefarium & sceleratum aestimaret, qui tantum facinoris admitteret. Id statuit, ut si quis parentes suos iam senes & exangues non enutruisset, ignobilis & obscurus haberetur. Laertius lib. j. cap. 3.

MORTEM NON PERSEQUENDO.

Ducem Aquitaniae Sadragecillum nonnulli priuatis inimicis occiderant. Filij necem patris non persequerentur. Bona paterna rex Francorum DAGOBERTVS scisco adiudicauit, ad leges Romanas liberorum quærimonias legans, quæ impunita nece parentis, liberis hæreditate acceret. Aemilius lib. j.

PERFIDIAE PRAECEPTORVM ERGA DISCIPLVLOS POENA.

Oppugnabat TVR. CAMILLVS Phaliscorum urbem Faleros, trahereturq; bellum cum oppidanorum uirtute, tum loci natura, quæ erat inuictissima. Sab. lib. 10. c. 4. Plut. in Camillo. Anthyllum filium Antonij Triumuirij, Theodorus, rector atq; praecipulum à patre datus, debellato Antonio, Augusti militibus interficiendum tradidit, erepto qui ex collo pendebat preciosissimo lapillo. Cum utrūq; ad aures AUGVSTI peruenisset, hoc nefarium proditorem atq; ob latrociniū, quod impudenter pernegabat, Theodori, haud minus magistro Faliscorum abominandum, necati iussit. P. ACRIDIUS, ex Plutarchi Antonio.

agendum. Mouit Romani ducis uirtus Phaliscos, & quini per omnia pati maluissent, quam assidentibus cedere, uoluntaria deditioe cessare. Sab. lib. 10. c. 4. Plut. in Camillo. Anthyllum filium Antonij Triumuirij, Theodorus, rector atq; praecipulum à patre datus, debellato Antonio, Augusti militibus interficiendum tradidit, erepto qui ex collo pendebat preciosissimo lapillo. Cum utrūq; ad aures AUGVSTI peruenisset, hoc nefarium proditorem atq; ob latrociniū, quod impudenter pernegabat, Theodori, haud minus magistro Faliscorum abominandum, necati iussit. P. ACRIDIUS, ex Plutarchi Antonio.

PERFIDIAE ERGA SANGVINE INUNCTOS POENA IVSTA.

FRATRES, COMMISSAE PER CADEM.

Telamon è nauis causam dicens, à patre AEAEO fratricidij in Phocum commissi condemnatus. Paulan. in Corinth. Amnon filius Dauidis, Thamaris fororè uir corruerat: ideoque cum biennio post, à fratre Absalone, fororis pudicitiae uiscerède causa, per insidias interfecisset: Rex DAVID indignissimè tulit, quanquam raptores atque incestuosos, ab eo tamen exactum supplicij, à quo minimè oportuit. Itaq; longo intervallo uertit Absalonen in conspectum suū adduci, quæ poena, iis quibus parentes deorum loco sunt, omnino certè ipsa morte grauior est: nec tamen contra naturam, ut pater in filium, hoc est, in sua uiscera seniat, atq; inhumanior esse uideri possit. P. ACRIDIUS, ex Regum lib. 2. cap. 4. Flauio Iosepho lib. 7. c. 7.

Horatius occisis tribus Curiatis, & duobus amissis fratribus, domum se uictor recepit. Is animaduertit fororem suam de fratrum morte non laborantem: sponsi autè nomen appellantem identidem Curiatij, cum gemiū & lametatione. Indignè passus, quod publicum gaudium, camq; de Albanis uictoriam abominari uideretur, uirginem occidit. Atrox id uisum est facinus, cum omnibus, tum potissimū Parribus, ideoq; ad ROMVLVM regè in ius raptus est. Hoc urbs Ro-

PERFIDIAE ERGA SANGVINE INUNCTOS POENA IVSTA. UT ERGA

ma primum iudiciū de capite uidit. Lex proferebatur, quæ hominem in demnatum necari uetat: si nedum à Magistratu, multo minus à priuato, & minus etiam à fratre. Non enim oportere ante supplicium, quàm iudicium interponere: factū uirginis exulari potuisse, quia & mulier, & sponsi dura & grauis esset recordatio. facilius uirum, iram & indignationem temperare potuisse: quàm uirginem amissam sponsi è acerbiorem dolorem, quod nuptiis nihil libentius audiunt. Si furorem excusat Horatius, cum multo magis ignoscere forori debuisset. Deinde si hoc constitutum sit, ut peccata homines peccatis, & iniurias iniurijs uiscantur, quantum incommo dorum cõsequetur? Defendebat ex aduerso pater ipse P. Horatius filium adolecentem, ultro filia accusans, & poenam illam, non eadem, dicens esse: se, nisi iure caesam iudicaret, quæ hostium mortem iugeat, fratrum negligat, Horatium & pop. Rom. uicisse moleste ferat, patri iure in filiam animaduerturum fuisse. Rem sic fuisse acceptam, ut iudiciū de ea re fieri nõ attineret. Praeterea recentia merita filij proferebat: indignum esse, quem modò decoretat, quantèq; uictoria incedentè aspexissent: eo de se ferat die sub furca uinctum inter uerbera & cruciatus circūspici. Romulū magna tenebat incertitudo, quæ finè quaestioni impositurus esset. Neq; enim huc cepis crimine liberari posse, qui fororè indicta causa occidisse fateretur: cum eū leges occidi

occidi iuberent: neq; rursus tanquam homicidam in eum iudicari posse, qui unus cum duobus interfecisset fratribus pro patria periclitari uoluisse: & patre illum praesertim culpante, cui primam indignationem pro filia, & lex & natura tribuit. Igitur ne ipse tam tristes ingratiq; ad uulnus iudicij, aut secundum iudicium supplicij auctore esset: concilio Populi aduocato, Duumuiros Horatio constituit, qui eum secundum legem Perduellionis iudicaret: sic tamen, ut ei Populum appellare liceret. Duumuiroi quia ita dati erant, ut secundum legem iudicaret, Horatio perduellionè iudicaretur. Is ad Populum prouocauit. Ibi postquã diu certatum est, tandem motus POPVLVS patris Horatij lacrymis, uirtute, oritate & clamoribus magis, quam iure causæ, filium absolui uoluit, iussit. Sed nihilominus ut caedes manifesta, aliquo tamen piaculo lucretur, imperatum patri est, ut filium expiare, pecunia quidem publica. Itaq; ueluti sub iugum missus est (quod Tigillum fororium appellatur) aceruissiq; Pontificibus, Dijs, ac Genijs, fororisq; defunctæ Manes, iis piacularib. sacrificijs placati & purgati sunt, quibus caedes imprudètes expiari lex iubet. P. ACRIDIUS ex Cic. lib. 2. de Inuent. & pro Milone. Dion. Halicarn. lib. 3. Liuio Dec. j. Plin. de Vir. illust.

PROLIS NEGLECTVM.

Siquis ISRAELITARVM fratris sui semè excitare nollet, publica ignominia notabatur. Glos enim in curiam ad senatores profeta, accusabat leuitum. Qui si etiam coram iudicibus hoc negaret officium, tum glos ad eum accedens, & trahens ei de pede calceò, in faciem eius confuebat coram omnibus, ita dicens: Sic fit homini, qui fratris sui domum solum non instruit. Ut de quodq; domus eius dicebatur domus discalceat. Deut. 25.

NEPOTES.

Athalia cum omnes nepotes suos ex Ochozia filio Iudæorū regè, regnandi libidine interfecisset: ipsa tandem, Ioa in tempore creato (qui eadè exepus fuerat) septimo anno ante templum interfecta est iussu IOIADAE sacerdotis. 4. Reg. II.

CONIUGALIS PERFIDIAE POENA IVSTA

MARITORVM ERGA VXORES, COMMISSAE PER CADEM.

Adta in praecipis Apronia Plautij Syluani Praetoris, cum in nul lum alij suspicio caderet, neq; esset ullus qui de factò quicquam uel audisse uel uidisse se diceret. Syluanus ad TIBERIVM Imperatorè adductus est. Huic de morte uxoris interroganti, quia turbato animo & quasi à somno rediens respondisse uisus est, Vxorem sponte sibi mortem consciuisset: quaestione exercens ipse Tiberius, in cubiculum uenit, ex quo se Apronia praecipitem dedidit à marito dicebatur. Ibi cum reluctantis & impulsæ uestigia, pedum, manuum, unguumq; contactu fenestris impressa uiderentur: ex mendacio conficium esse iudicauit. Sed ob Praetoriam dignitatem hunc ab amicis sententiae suae admoneri uoluit. Itaque Plautius damnationem antecurrit. P. ACRIDIUS, ex Cornel. Taciti libro 4.

VIM.

ROMANI non tantum eos, qui sanctissima deorum templa uiolassent, impios sceleratosq; duxerunt, sed eos quoque, qui in uxorem aut liberos uolentas manus intulissent. Tantum in existimatione coniugalis amor, & liberorum procreatio fuit. Alex. lib. 4. cap. 8.

Almaricus cum uxorem suam, Childberti Parisiorū regis fororem, ueræ religionis obseruantissimam, eo quod à Marianā scdam contemneret, contumeliosè traxisset: à CHILDEBERTO eius fratre bello uexatus est cruciissimo. Michael Ritus lib. j. de regibus Francorum.

ADVLTERVM.

Eluc referri potest Tit. Poena adulterij, ratione perfidiae: qui respectu Insuperantiae, superiore loco explicatus fuit.

Petrus Castulonensium rex primum foedus cum Francis perculserat, affinitatemq; iunxerat, Blanca Borbonij ducis filia, eadem reginæ Franciae forore, in matrimonium ducta. Deinde Anglorum studio factus, uxorem indignum in modum habebat, malèq; tractabat: pellice Padilla insimulante eam thori emulæ impatientem, cingulum aureis bullis, quibus uis magica inesset, iudæo quodam auctore conficiendum curasse, quo uxorino munere accepto si uir rex ignarus doli cingeretur, mienter minus & corpore, in potestate uxoris foret. Obiit Borbonia fato suo, an fraude allea. BERTRANDVS Gescuinus Britannus Petrum cum liberis ex priore uxore Lusitani regis filia susceptis, Burdegalam ad Anglum profugere coegit. Aemilius lib. 9.

Arcturus Britanniae dux, Godofredi F. Ioannem Anglorum regem patrum regi amulatione bello persequeretur. Sed captus à Ioane, & in carcere detentus est. At Leonora uia, eademq; Ioannis matre defuncta, quæ pro nepote licet hoste, & à quo ipsa quoq; capti fuerat, deprecari solebat, Ioannes adolecentè necauit, cum iam PHILIPPVS II. Francorum rex Arcturi causæ fauens, Arca urbem recepisset. Id parricidium matre Constantia Duca Britannia persequeretur, Francus Angli diem dixit: ad quam cum neq; adesset, neq; excusaretur, infidelitatis scelerisq; damnatur, quod immemor sacramenti Francis dicti, filium maioris fratris, beneficiarium Francorum, in finibus qui iuris Francorum essent, neq; legibus quaestione habita, neq; cognoscens, iis quodum hæ partes forent, patrius occidisset. Hostis igitur Francorum iudicatur: constitutumq; cum uideri excidisse iure urbium finiumq; quos beneficii nomine à Francis accepisset: eaq; omnia in pristinam causam restituta, & ad ius solidum regis reuertisse: in eorumq; possessionem, si quis prohibeat, armis eundum. Odis hominū armisq; Augustus Ioannes impar, fidem Iano ceterij Pontificis maximi per oratores implorat, foedus, inducias pactas, iusturandum à Fræco rege uiolati, dictitans. Legati Innocentij utriq; regi denunciant, ut arma deponerent, pacemq; templis darent: uter dicta aspernaretur, eius regno sacris interdici. Anglus legum imperio, se in auctoritate sacrosanctæ potestatis fore affirmabat. Francus certam sibi uictoriam de manibus eripi indignum ratus, Pontificem maximum appellauit: interea se ius suum persequeretur. Aemilius lib. 6.

Barnabas Vicecomes, princeps Mediolanensis, cum propter multitudinem liberorum filios praetenui, atque ob id infirmitudinis conditione regnaturus prospiceret: IOANNI Galeatio, fratris filio, qui multo opulentiore situbatur imperio, in sidias struere cepit. At ille simulata religione à Ticino Mediolanum profectus, obuium honoris causa prodentem Barnabam inermem cepit: captum in Tristiānam arcem à se edificatam deduxit, in qua post septimum mensum obiit. Iouius in eius uita.

Ladissaus III. Hungariae rex, Caroli Siciliae regis filiam uxorem suam neq; pro dignitate tractauit, neq; coniugali amore & caritate prosequutus est. Cumanarum captiuarum amoribus dillectus. Ex his potissimas treis deperibat, Aydanam, Cuphecen & Mandulam. Id indignè ferentes regni PROCEPES, pontifici Max. auctores fuere, ut missio legato anathematis fulmine regem perculserit, Hungaris demissas barbas interdixerit, eiles tondere iusserit pilcorū Cumanorum usum inhibuerit: antiquatis in uniuersum Cumanorum ritibus, quos regis exemplo multi passim imberant. Non multo post, anno MXXIX. haud procul à castello, quo d. Kerczeg Hungari nominant, à Cumanis, quos in deliciis habebat, miserabiliter interfectus est. Bonfinius libro 8. Decadis 2.

SOLYMANVS Turcarum Imp. Luphtibeium Bassam relegauit in Macedonia: quod uxori, quæ Solymani forore erat, desertum sibi relinqui coniugalem thorum peracerbè conquerenti, obiectantiq; dissolutas libidines, indignè ad insolenter manus intecisset. Iouius lib. 39. Hist.

NEGLENTEM CVSTODIAM.

Apud CATALANOS maritus in adulterio deprehens, quantum ignorat, scisco solidos XL. dependit, causa negligenter: & PARSIIIS ab uxore asino impositus, circumducitur, facie ad caudam uersa, praecoac clamante, Qui sic facit, sic accipiet. Io. Montaigne tract. de Bigam. quest. 2. & Io. Neuzanus Syluæ nupt. lib. 4.

REPVDIVM.

Cum Galus Ticinius Minturnensis uxorem, quam impudicā de industria duxerat, eo crimine repudiatam dote spoliare conaretur: C. MARIVS sumtus inter eos iudex, in conspectu habita quaestione, subductum Ticinium monuit, ut incepto desisteret, ac mulieri dotem redderet. Quo cum satis frustra fecisset, coactus ab eo sententiam pronunciare, mulierem impudicitiae scelerio numo, Ticinium summa totius dotis damnauit: praefatus, ideo se hunc iudicandi modum secutum, quod liqueret sibi Ticinium patrimonio Fan niae insidias struentem, impudicæ coniugium expetisse. Fan nia autem hæc est, quæ postea Marium hostem à Senatu iudicatum, cœnoque paludis, qua extractus erat, oblitum, etiam in domum suam cuto diendum Minturnis deductum, ope quantacunq; potuit, adiuuit: memor, quod impudicæ iudicata, suis moribus, quod dorem seruasset, illius religioni acceptum ferre deberet. Valerius Maximus lib. 3. capite 2. & Plut. in Mario.

M. VAL. Max. & C. Iulius Brutus Bubuleus, Cenfores, L. Antonium

nium fenatu mouerunt, quod quam uirginem in matrimo- nium duxerat, repudiasset, nullo amicum in cōsiliū ad- hibito. Val. lib. 2. cap. 4.

TIBERIVS Cæsar Senatorem quæstura remouit, quod uxorem pridie fortitione ductam, postridie repudiasset. Sueton. Lotharius Lotharij Imp. F. Thierburga forem Hügberiti ab- batis (cui ducatur inter lram & Iouis montem commisit) duxit uxorem. Eius consuetudinem peritissimè, ob amorem Vualtradæ concubinae, quam deperibat, diuorsu assuetus est, auctoribus Gunthario episcopo Colonienfi, cuius neprem sese ducturum simulabat uxore, & Thiergando Tre uerense episcopo, uiro simplice & Scripturarum ignaro. Cū Guntharij neptis adduceretur regi Lothario, semel tantum constuprata ab eo, cum cachinno est auunculo remissa, & Vualtrada concubina in thorum coniugalē illata. NICOLAUS I. Pp. urunq; episcopus, Coloniensem & freueren sem dignitate priuauit, & notauit adathemate, q sine causa diuorsium fecissent: qui paulo post exules mortui sunt. Lotharius communione priuatus, cum Romam post obitum Nicolai Pontificis ad Adrianum uenisset, ut se anathemate liberaret, simulata penitentiâ corpus Domini cum sua nobilitate accipiens: in reditu ex urbe, graui oppressus morbo, Placentiæ diem suum clausit. Tanta autem strages in exercitu eius facta est, ut non peste, sed hostili gladio uiderentur cecidisse. Cuspinianus.

PENDA Merciorum rex, ob sororem repudiatam Cenual- chium Occidentalium Saxonum regem regno pellit. Poly- dorus lib. 4.

Rodulfus Vexor manduorum comes, uxorem suam dimisit, & sororem reginæ Petronillam duxit. Propter quod auctore Theobaldo, mittitur Romanæ sedis IV O legatus, qui Rodulfum comitem excommunicauit: & episcopos Laudunenses, Bartholomæum Nouiocomensem, Simonem & Pé- trum Syluaneensem, qui diuorsium illud fecerant, suspēdit. Robertus Abbas in Chronicis.

PRODIGALITATEM.

Legē IVLIA damnatur non ij tantum qui absq; causa uxores repudiant, uerum etiam qui dotem uxoris prodigē dilapidant. Alex. lib. 4. c. 8.

CALVMNIAS.

Si quis ISRAELITARVM uxore ducta, eam uirginalia non habere calumniatus fuerit, pater puellæ ad senatores in curiam deducat, & uelut illius expanfa, filiæ suæ uirginalia ostendat. Quibus deprehensis, calumniator ille centū argenteis multetur, siq; patri puellæ dentur: ipse puellam in uxorem retineat, ita ut nunquam repudiare possit. Sin autē uirginalia in puella non extiterint, puella ad paternæ domus fores prodacta, à ciuibus lapidibus obruetur, quoniam su pro patris fide domum coinquari. Deur. 22.

VXORVM ERGA MARITOS, COMMISSÆ PER CADEM.

Publicia, quæ Posthumium Albinum consulem: item Licinia, quæ Claudium Afellum, uiros suos ueneno necauerant, PROPINQVORVM decreto strangulatæ sunt. Non enim putauerunt seuerissimi uiri in tam euidenti scelere longum publicæ quæstionis tempus expectandum. Itaque quorum innocentium defensores fuissent, sententiam maturi iudices extiterunt: magno scelere horum seueritas ad exigendam uindictam concitata est. Val. lib. 6. cap. 3.

Romanæ mulieres, cum olim maritos suos clandestinis infidiis ac ueneficio, in urbe adhuc incognito perimerent: unius ancillæ iudicio indicatæ, & capitali iudicio damnatæ sunt, cum centum & LXX ueneficæ inuentæ essent. Valerius lib. 2. cap. de Instit. antiq. Lilius lib. 8. Dec. j.

Anno MCCCLIII. Ludouicus Philippi Tarentini principis (qui quartus natu Caroli Claudi Siciliæ regis filius fuit) & specie corporis præstans, & spiritibus ingens, se potiorē ac propiorē esse ratus, qui nepos Claudi regis, defuncto sine uirili sobole Roberto, in opes succederet auitas, quam pronepos Andreas Hungarus foret: eum Atellæ faucibus compressis necandum curauit, altero à morte Roberti anno. Ioanna Caroli Hungarorum regis F. sub recentem indignamq; mariti necem eidem Ludouico Tarentino nupsit: sed innocens uideri uoluit crimine Andree interemti. Ad eius fratrem LUDOUICVM Hungarorum regem literas de dit simulati doloris plenas, ac uelut se multis uerbis purgans. Ille his omnino uerbis rescripsit. Et uita antea flagitiosè acta, & retentum regnum, & uelut prætermissa, & subsequens matrimonium, & nullo diu accusante defensio tentata, hæc omnia te paritidij coarguunt. In Italiam cum copiis profectus, cum Ioanna Tarentinæq; tribus longis nauibus Massiliam refugissent, in Comitatum provincie suæ

Phocensis, omni eis fretum regno potitur. Ioanna Auenionem urbē suæ ditionis Clementi V I. Pontifici Maximo ad- dixit nomine eius pecuniam, quæ ingens à Sicilia regib. de- bebatur, aliquot annis uectigali non penso, quod dari con- uenerat. Ita Auenio Pontificum facta est, & Ioanna à Ponti- fice regina dicta. Ex Gallia postea Comitatuque in Italiam regnumq; rediit, uariis casibus & compluribus ebnumbis nobilis. Quo anno Carolus Sapiens, rex Francus in Gallia obiit. Ludouicus Hungarus rex exercitum in Italiam adue- sus Venetos misit, Vrbanus VI Hungaro persuasit, ut omi- fo Veneto bello, memor Andree fratris, scelere Ioanne ne- cati, Carolum mitteret ad gentile regnum Siculi armis re- petendum. Contra Clemens Antipapa reginæ auctor fuit, ut illa regina Ludouicum Andium Comitem rectorē Fran- ciæ in spem regni adopraret. Nupsit postremum Orbani Duci Brunfuitenti. Is contra studium illius Vrbanus cupie- bat: in bello tamen fidem uxori aduersus Hungaros præ- stabat. Mira uisa Hungarij felicitas, urbes aduenienti eui- storiam acclamantes, dedicationem faciebant. Neapolim re- cepit, Ioanniā in Arcem nouam inclusam obsedit. Otto urbem obfessoremq; uxoris obsidet: Erumpente Hunga- ro, ac prælio commisso, egregiè pugnauit: tandem ruente fauicio equo comprehenditur, & Ioanna amissa iam omni spe, dedicationem fecit. In custodiam coniecta est. Dedita Iu- ana, & captus Otto multum dignitatis addidit cause Vr- bani: ut Numen ipsum stare ab eo, oppugnare damarq; consilia Clementis uideretur. Non demisit tamen animos rector Francus, quin Siciliæ regnum appetere persequeretur. Auenionem ad Clementem profectus, ab eo coronatur, ac Sicilia Hierosolymorumq; rex saluator. Interea Ioanniā in custo- dia Hungarorum, uini iuncto faucibus puluino, anima interclusa decessit. Aemilius lib. 9.

In Hunnorum in Europam aduentu, qui fuit anno CCCCLXX I I I. quadam muliere, quæ in uiri necē deprehensa fuerat, ca- pitis arcessit. Homicidij conuicta pariter & a dulciter, usq; ad eod regis Gothorū HERMANARICI I ram facinorosi in- dignitate succendit, ut quatuor equorum discreptum multa- retur. Duo eius feminæ fuere fratres, Rosomanorum pesti- da gēte nati: quorum alter Sarus, Ammius alter dictus est. Hi Hermanaricum interfecerunt: patrata cadē, ad Hunnos perfrugunt, Balamirum Hunnorum regem contra Ostrogo- thos ducunt. Bonfinius lib. 2. Dec. j.

INOBIEDIAM.

Rex Persarum ASSYERVS initio regni coniuuium magnifi- cum celebrans, reginam Vastim offendere coniuuiis cupis, ad se accessit, pulcritudine omnes mulieres superantē. Il- la uerò uolens Persarum leges seruare, quæ uxores uetare ab aliis præter domesticos conspici, non iuit ad regem: & cum non semel ad eam eunucho ea de causa misisset, nihil lominis in negando fuit pericax. Qua obstinatione mul- lieris offensus rex, dimisso coniuuiio, septem uiros illos, pe- nes quos apud Persas legum est interpretatio, conuocat, & apud eos uxorem contumaciæ ream peragit, quod uotes uocata ab ipso in coniuuium, ne semel quidem paruisset. ut betq; quid sit iuris, proferre sententiam. Quorum unus Ma- muchan cum pro sententia diceret, non ipsi soli factam in- iuriam, uerum etiam Persis omnibus, quado nulla post hæc maritorum futura sit reuerentia, dum cæteræ exemplum à reginæ superbia sumunt, nihil ueritæ contra maximum re- gem contumaciter agere: suaderetq; tam contumacem er- ga ipsum multari grauissimè, idq; decretum per omnes gē- tes promulgari: uisum est repudiari Vastim, & honorē tras- ferri in aliam mulierem. Esteræ cap. i. & Iosephus lib. 11. ca- pite 6. Antiquitatum.

PARTVM SIMVLATVM.

Lepida, cui super Aemiliorum decus L. Sylla ac Cn. Pompeius proauit erant, delata est, quod facta diuorsio partum simu- lauisset ex P. Quirinio marito diuite atq; orbo: adieci ban- tur adulteria, uenena, & quod ab ea per Chaldæos in do- mum Tiberij Cæsaris quæstum esset. Ream defendebat Ma- nius Lepidus frater. Sed postquam tormentis seruorum pa- refacta sunt flagitia: placuit ei ex sententiâ RVBLI Blau- di Senatoris, aqua & igni interdicti. Seacro, qui filiam ex ea genuerat, datum est, ne bona publicarentur. P. Aerodius ex Corn. Tacito lib. 3. Annalium.

ABORTVM PROCVRATVM.

Mulier quædam Milefia, quod ab hęredibus secundis accepta pecunia, partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capi- talis damnata est. neq; iniuria, quæ spem parentis, memo- riam nominis, subsidium generis, hæredem familiæ, desi- gnatum Reipublicæ ciuem sustulisset. Itaq; & hæc marito iusta causa diuorsij fuit, si sua ope uel industria uxor abor- tum fecerit. P. Aerodius, ex Cicerone pro A. Cluentio, & Tryphonino Iurifconsulto, lib. 10. Disput.

INIUSTITIAE SERUORVM ERGA DOMINOS POENA IVSTA.

IN GENERE.

BABYLONIIS facinorosi serui & contumaces per crines tra- hebantur. Alex. lib. 3. cap. 20.

LYCVRYCYS apud Spartanos seruorum petulantiam tam se- uerè cohibuit, ut facinorosos seruos dominis interficiendi ius daret.

Ab ATHENIENSIBVS cautum erat, ut contumax ingra- tusque seruus libertate donatus, sub mancipio in posterum esse & seruire cogeret: quoniam liber esse nescisset, & domi- no ingratus fuisset. Super sedeo te (inquit) habere ciuem, tan- ti muneris impium æstimatorē. Nec adduci possum, ut cre- dam urbi utilem, quem domi scelestū cerno. Abi igitur, & esto seruus, quoniam liber esse nescisti. Val. Max. lib. 2. cap. 1.

Apud ROMANOS si serui leuiter offēdissent, aut contume- liam conuuliumq; fecissent, uel dicto minus audientes fo- rent: ultra uigilium lapidem, in terram oramq; Campa- nie eos relegandi, domini arbitrium erat. Nequam & con- tumax seruus, plautri lignum, cui affigitur remo, quæ furca dicta est, in collo fert: & eo quasi iugo subactus, manibus post terga retinētis, per ora omnium circumfertur, & a sin- gulis Pariter appellatur. Nonnunquam pauscape, qua ori manūs ad mouere prohibentur, ut opus faceret, mali serui apud Romanos cogebantur, aut candenti lamina, uel lite- ris frontem & ora inurere, neruo & compedibus coercere mos fuit: hac deformi nota affecti, maior illis uerecundia esset ad liberalitatem in seruum dū. Pistrino quoq; detruditi ser- uos, & damnari mancipia infida, uel notis Barbaricis inuiri, ut ob improbatum insignes essent, more apud eosdem re- ceptum erat. Item, post multa quæ uerbosa & cruciatus, uinculis, nuditate, fame, siti & compedibus, uellusq; ca- thenis, bois, & si crimem exposceret, cruce & lamina serui- lem in modum affici, uetus & perulgata poena fuit. Si liber- tus delatorum submississet, uel domini sui nomen detulisset, uel manifesti criminis reus esset: domino ius reuo candæ li- bertatis, & uniuersa promerita abrogandi, lege donabatur. Alexand. ab Alex. lib. 3. cap. 20.

IN SPECIE, COMMISSÆ PER CADEM.

Rechab & Banaa Iudæi, cum occiso Isobethero Sauli filio, ad regnum aduersus Dauidem aspiciatē, facinus DAVID I ue- luti rem pergratam nunciassent: & grauius eum casum in- doluit, & statim percussores ipsos interim iussit, manusq; ac pedes eorum supra piscinam Hebron affixit. Fulgofus li- bro sexto, capite 5. ex 2. Sam. 4.

Præfectum urbis Pedanium Secundum seruus eius interfece- rat, seu negata libertate, cui precij pepigerat: seu quod in- sensus (& hoc uerius esse dicebatur) exoleto amore, domini amulum ferre non potuisset. Ex ueteri more de omni fami- lia, quæ sub eodem testō mansitauerat, nec seruiles infidias aut prohibuisset, aut pro didisset, hæredes supplicium sumi postulabant. Vo ciferabatur id esse iniquissimum, pro unius noxa quadringentos interfici, concursuq; plebs ad seditio- nem usq; tot in tanta familia seruos suo cætu protegebat. Nihilominus in Senatu res acta est: nec desuper, qui hæc ex animo sententiam dicerent, non quod demeruerat, multitudi- ni obtemperare uellent: tanta crudelitas ac inhumanitas le- gem esse (nisi eo consilio tanta inmanitas pœnæ denuncia- ta est, ne ad eam unquam perueniret) quæ ab uno seruo- ri domino interfecto, seruos omnes, qui sub eodem testō fuissent, necari iubet. Verum ex aduerso C. Cassius censuit, nihil de iure antiquo mutari oportere. Nunquam alia ratio ne quenquam in domo sua tutum esse posse. Itaque placuit supplicium decerni: & cum obtemperari non posset, con- globata multitudine saxa ac faces minitrant, NERO Impe- rator Populum edicto increpuit: atq; omne iter, quo dam- nati ad poenam ducebantur, militariibus præsidis sepit. Hæc igitur placuerit, si dominus à seruis suis occisus domi dice- retur. Quod si ab alio, tam seueris legibus Romani usi non sunt: quæstionem modò de omnibus seruis haberi placuit: sed & de his (ut ab Adriano constitutum est) qui non solum sub eodem testō fuissent, uerum etiam qui per uiciniam sentire potuissent, ut Aelius Spartianus ait. P. Aerodius lib. 1. Decret. ex Corn. Taciti lib. 14. Annalium.

CONIURATIONEM.

Consule Tit. Perfidie seruorum erga dominos: quatenus a- rmiu contra dominos sumtis, armis quosq; ado- mantur serui.

Bello secundo Punico ROMÆ quinque & XX serui in cru- cem sublati, qui in campo Martio coniurasse dicebantur: iudici libertas data, & XX M grauis æris. Sab. lib. 1. En. 5.

Posthumio Comminio & T. Largio Cofs. Serui urbe pluribus locis noctu incensa, altiora ciuitatis occupare conati, capti, fassiq; de Tarpeia rupe præcipitati fuere. Sab. lib. 8. En. 2. Plebe Romana cum Patricijs de lege agraria certante, Appio Herdonio Sabino duce exulum & seruorū quatuor millia Capitolium noctu occupauer. P. VAL. L. cōsul eos in arce ob- fedit, Tusculanorū auxiliis fretus. Pleriq; exulum cæde sua ipsi templum foedauer. De captiuis sumtum supplicium. Sabellicus lib. 3. Ennæad. 3.

Bello Cimbrico apud NV CERIAM XXX serui coniuratio- ne facta poenas dederunt. CAPVA ducenti rebellantes sine mora delicti sunt. Tertius tumultus à Tito Minutio e- quitæ Rom. motus. Cæsa à L. Lucullo seruorum tria millia. Secuta inde magna illa Sicilia leuitorum defectio, quæ per integrum quadriennium ROMANOS uehementer exercuit, sed multo demum sanguine expiata. Diod. lib. 36.

NERVA Imp. seruos ac libertos, qui in dominos patronosq; cōiurauerat, interfecti pcepit: edito decreto, ne deinceps ser- ui dominos cuiusquā criminis postularēt. Cusp. ex Sueton.

ACCVSATIONEM.

Apud ROMANOS si seruus ex clemētia domini libertate do- natus, dominum suum detulisset, domino in seruitutem restituebatur. Val. lib. 2. cap. 1.

Trahente M. BRVTO, bellis ciuilibus, per Asiam urbes in suū atq; C. Cassij imperiū, potius Patrensisibus, edixit, ut oēs omnino ciues, quicquid in urbe auri, argenti facti aut in- fecti possiderent, id ad se in medium afferrent, in eos statuo ulimo supplicio, qui celsissent præmio contra, iis qui detu- lissent. Itaq; cum seruus quidam dominū indicasset, mititur Tribunus, qui noctam pecuniā adferat, dominumq; cū ro- ta familia in iudiciū trahat. Dominus cum negare nō pos- set, iustus causam diceret, nihil respondebat. Sed postquā ma- ter se ipsa accusans, identidē clamaret, filiū innocentem esse, seq; non filiū, pecuniā laticassit: itaq; oraret ut filio per- ferretur: seruus eodē contra perfidia uenit, ut etiā non rogatus (quæ falsi caluniæq; suspicio est) mentiri eam diceret, istud- que ciuile crimen, non ad matrem, sed ad filium pertinere. Brutus cum filij taciturnitate, tum matris pietate motus, u- trumq; & libertate & pecuniā donauit: seruum laqueo su- spendit. P. Aerodius ex Appiani lib. 4. & Sab. lib. 8. En. 6.

SEVERVS Imp. cauit edicto, ne serui delatores dominorū au- diantur, sed poena multetur seueriore. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 20.

PRODICTIONEM.

Proscriptus Atherius, à seruo suo accusatus est: qui Triumuirā ille lege liberatus, fortunas etiā patroni eadē lege conseque- batur. Seruus igitur, cū patroni filios despectū haberet, & ipsi rei atrocitate, præsertim cū adhuc tenella ætas esset, ter- riti, lacrymantes silentesq; eum sequerentur: ueluti suam in- mis illarē omnis POPVLVS abominatus est: atq; ea Tri- uiris declarata, uoluit, ut ingratus seruus demū apud Athe- rij filios in seruitutem rediret, eiq; patris bona restituerentur. Fulg. lib. 6. cap. 5. & Alex. lib. 3. cap. 20. uocat Arcium.

LYLLA non se tam incolumem, quàm Sulpitium Ruffum perditum uoluit, tribunitio furoris eius sine ullo sine uer- uat. Cæterum cum eum proscriptum, & in uilla latentem à seruo proditum comperisset: manumissum parricidam, ut fides edicti sui extaret, præcipitari protinus è saxo Tarpeio cum illo scelere, parto pileo iussit: uictor alio qui insolens, hoc imperio iustissimus. Val. lib. 6. cap. 5. & Plut. in Sylla.

Cum in proserptione Triumuirorum è duobus seruis alter ia ea deliberatione esset, ut se domini sui habitū illius seruian- di actutandi causa percussoribus obiceret: alter conserui sui piū consilium enunciaisset, quo factum erat, ut ipse do- minus interficeretur: rē POPVLVS Romanus adeo indig- nē tulit, ut apud Triumuiros querela facta, licet ex edicto iste uel præmium mereretur: attamen qui prodidit, cruci af- fixus, ille præmio ac libertate donatus sit. Ad eod quod per se bonum & æquum est, id aduersus iniquas leges, iusta & sancta plerunq; iudicia elicit, exigit. P. Aerodius, ex Ap- piani libro 4.

EVGAM.

Apud PERSAS consuetum erat, ut si seruus ære coemptus au- fugisset à domino, uinctus compedibus opus faceret: si au- tem sponte reuersus esset, & fateretur admissum, flagellis eę deretur. Alex. lib. 3. cap. 20.

TVRCI inuentis & reductis fugitiuis duplicant miseria. Si iterum inducantur, cruciantur & affliguntur sine omni hu- manitate. Nunc enim uictus, nūc habitus negatus, mortem accelerat. Quibusdam compedes, quibusdam catenæ anne- ctuntur. Sunt quibus nares, aures, neruos pedū abscedunt, ut deformes noscantur. Cuspinianus.

A patre, Patronus proximum nomen habet. Eum autem hic accipimus, qui ex seruitute manumissus. Itaque inter alia iura quae patronus habet, iis certe similia quae parentibus debentur, operarum, bonorum, obsequij, ne sine uenia in ius uocetur, ne de sua calumnia queratur, & alia huiusmodi: haec etiam maiestas ei tribuitur, ut occisus à liberto, non sit Corneliae legis, sed Pompeiae iudicium. Porro & DOMITIANVS, ut domesticis persuaderet, ne bono quidem exemplo audendam esse patronorum necem: Epaphroditum à libellis, capitali poena condemnauit, quod post destitutionem Imperij, Nero in adipiscenda morte, manu eius adiutus esse probaretur. P. Aerodius ex Suetonij Domitiano.

Cum quidam libertus Tribunus plebis patronum suum deserret, atque in eum licentem peteret, & impetrasset: CLAVDIVS Imperator facti indignatione motus, hunc faciosus eius supplicio affecit, edixitque ne quis auxilium eis, qui contra do-

minos ita agerent, ferret: qui tulisset, cum ius alios accusandi amissum. P. Aerodius ex Dionis lib. 60.

Auctor Tranquillus est, à CLAVDIO Imperatore ingratum, & de quibus patroni querebantur, reuocatos in seruitutem. Caelius lib. 17. cap. 29. A. L.

Nerone imperante, frequenti SENATVS obtentum est, ut manumissi ob notam ingratitudinis in seruitutem reuocarentur. Alex. lib. 3. cap. 20. Quinquennio illo Neronis, nec C. Celer Senator, nec L. Iulius Densus equester, cui fauor in Britannicum criminis dabatur, inter reos, seruis accusantibus, recepti sunt. P. Aerodius ex Corn. Taciti lib. 13.

M. A. S. S. I. E. N. S. I. B. V. S. libertus ter doli admittens reus aduersus patronum, uelut mancipium seruire cogebatur, per singulas uices liberate rescissa. Si quam uero offensam quando admittisset, domino imputabatur, & inultus ibat, quod toties deceptus patronus quartò se ei credidisset. Val. li. 2. c.

INIVSTITIAE DOMINORVM ERGA SERVOS POENA IVSTA.

Intaphernes, unus ex DARIJ sociis, qui Persarum regnum à Magis fratibus uindictarum armis, post summam rei Darij delatam, cum à cubicularij ministro regem adire prohiberetur, ira percitus aures illi & nasum abscidit. Estque ob eam noxam Intaphernes cum omni uirili stirpe ad supplicium

abreptus. Sabellicus lib. 3. capite 7. ex Herodoti libro tertio. Cum multi serui agrotantes planè à dominis neglecti, adibus Romae eicerentur: eos omnes, qui sanitate recuperasset, CLAVDIVS Imperator liberos esse legelata iussit. Zonaras.

INIVSTITIAE CONTRACTVVM VOLVNTARIO RVM POENA IVSTA. VTPVTA

DISTRIBUTIONIS INIVSTIAE. Posthumius Regillensis, tribunus militum, & auctoritate consulari ad bellum contra Equos missus, cum Volas oppugnaret, nec militibus praedam (prout promiserat) concederet, à suis obrutus est lapidibus. Lilius lib. 4.

Lilius Salinator, uir consularis, damnatus est à POPVLO, quod praedam non aequaliter militibus diuisisset. Frontinus lib. 4. cap. 1. Plinius de Viris illustribus.

interea pacificendi. Ac nisi pacti forent, habebatur in uinculis dies sexaginta. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad praetorem in comitiis producebantur, quantaeque pecuniae iudicati essent, praedicabatur. Tertius autem nundinis capite per nas dabant, aut trans Tiberim peregrè uenire ibant. Quod si plures forent, quibus reus effecti iudicatus, secari si uellent, atque partiri corpus additi sibi hominis, permiserunt. Eonim mirum consilio tanta poena immanitas denunciata est, ne ad eam unquam perueniretur. Dissertum esse antiquitus ne minem neque legimus, neque audiuimus, quoniam scruuitalia poena contemni non potuit. At postmodum poena ista tanquam immanis antiquata fuit. Gell. lib. 20. cap. 1.

Magnam laudem collegium TRIBVNORVM tulit, quod est unus ex eo L. Coera fiducia sacrosanctae potestatis creditoribus suis satisfactere nollet: decreuit, ut si neque solueret pecuniam, neque daret, cum quo sponso fieret, appellatibus se creditoribus, auxilio futurum: iniquum ratum, maiestatem publicam priuatae perfidiae obtentum esse. Itaque Coera in tribunatu, quasi in aliquo sacro latentem, tribunum iudicis iustitiae extraxit. Val. lib. 6. cap. 5.

AERIS ALIENI CONTRACTI. Apud INDIOS qui creditum moratur, à creditore reus agitur. InDIOS praefixa die, si non soluit, manu trunca, & oculo effosso, morte afficitur. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 10.

AB AEGYPTIIS cautum affirmant, ut ultra res & bona debitoris, nulla in corpus animaduersio foret. Nam pecuniae creditae bona, non corpus dixere obnoxium. Iis certe in usu erat, ut defunctorum corpora unguentis delibuta, ac si uiui essent, creditorum oppignorarent, & super his feneratorum, magno dedecore illorum, qui constituta die non reluisissent. Alexand. lib. 6. cap. 10.

Apud TYRRENOS si quis aes alienum, quod consauerit, non perfoluat, sequuntur eum pueri uacuum gestantes marsupium, ignominiae causa. Heraclides in Polit.

Typi apud SMYRNÆOS & ATHENIENSIS iudicium erat, quo iis interdicebatur foro, qui creditoribus paria non fecissent. Caelius lib. 20. cap. 20. A. L.

Ab ATHENIENSIBVS cautum fuit, ut si litem pater non soluisset, filius exoluere, & uinculis publicis interim detineatur cogere: sicut de Cimone & aliis traditur. Alex. l. 6. c. 10.

Corbis ignominia apud BOEOTOS instituta erat, in eos qui aes alienum non dissoluerent. Ducebatur enim in forum, sedereque iubebatur: super sedentem corbem iniiciebatur. Hac notatus ignominia, infamis essebatur. Hanc passus est Mnesarchus, Euripidis tragici pater. Gyraldus dialogo 7. Hist. poet. & Stobaeus serm. 42.

Autolyco pancratiastae (cuius imago in Prytaneo Athenis posita fuit) cum Eteonico Spartano homine Athenis erat de pecunia nescio qua controversia. Ibi Spartanus, qui iure caue multo esset disceptando inferior (quod erat tuas Atheniensium ciuitas in Triginta uirum potestate, & adestet Lyfander) eo processit insolentiae, ut non dubitauerit aduersarium plagis lacessere: eundemque praesenti se animo defendentem, ad Lyfandrum pertraxerit, confusus nempe ad gratiam illum pronunciatum, cum infamia & conuictio dimissis. Paulsanias in Baeoticis.

Apud ROM. legibus XII. Tabularum confessi aeri ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati, conquirendae pecuniae causa, quam dissoluerent. Eos dies Decemuiri Iustos appellauerunt, uelut quoddam iustitium, id est, iuris inter eos quasi interhibitione quandam & cessatione, quibus diebus nihil cuius agi iure posset. Post deinde, nisi dissoluerant, ad praetorem uocabantur: & ab eo quibus erant iudicati, addebantur. Meruo quoque aut compedibus uinciebantur. Erat autem ius

mandari nullus poterit. Bembus lib. 5. Hist. Ven.

Eques quidam ingens patrimonium per luxum ac libidinem absorberat, atque insuper magnam aeri alieni uim contraxerat. Pro hoc intercedentibus quibusdam apud ALPHONVSVM Aragoniae regem, ne saltem quae debebat, corpore luere cogere. Alphonsus respondit: Si tantam pecuniam uel in sui regis obsequium, uel patriae commodis, uel subleuandis pro pinquis impendisset, audiret. Nunc quoniam tantas opes impendit corpori, par est ut uelut corpore Erasmus lib. 8. A. Pophtheg.

FOENORIS

INDIS & GERMANIS praefixa foenus olim ignotum fuit, & exotum: & plerumque gentes odio illud inexplabili proferebant: sunt, ad eum cum furem dupli, feneratorum quadrupli damnarent. Alex. lib. 6. cap. 10.

LYCVRGVS Spartanorum legislator, è tota Sparta foenus & usuras ad eum exterminasse dicitur, ut ne umbra quidem harum rerum appareret amplius. AGIS rex omnium foeneratorum tabulas igne supposito in foro concremauit, quo igne nullum clarius lumen uidisset se Agesilaus ephorus dixit. Alex. lib. 1. cap. 7. ex Plat. Agide & Lycurgo.

M. Posthumius Pirgenis publicanus, quia publicum periculum erat à ui tempestatis in iis quae portarentur ad exercitum, emeticus erat facta naufragia: & ea ipsa quae uera enuacauerat, fraude ipsius facta erant, non casu. In ueteres qualesque naues paucis ac parui precij rebus impositis, cum merisset eas in alto, nauis exceptis in scaphas preparatas, multo triplices fuisse merces emeticabatur. Ea frans in dicata primis M. A. E. M. I. L. I. O. Praetori, mox ab eo ad Senatum reiecta, nullo tamen in primis Senatus consulto notata est: quia Patres ordinem Publicanorum huius Reipublicae temporibus, nolebant offensum atque inimicum habere. Sed excitati Tribuni plebis, duce-

ducentum millium aeri multam M. Posthumio dixerunt. cuius certandae dies cum aduenisset, atque in sua causa parum praesidij esse existimaret: turbandae rei causa Publicani summo loco ui occupato, in Tribunos plebis irruerunt, iurgantes simul cum Populo Tribunisque: nec procul dimicatione res erat. Quamobrem Plebe dimissa, tum Senatus uocatus est. Consules referunt de concilio Plebis turbato ui atque audacia Publicanorum. Vim eam contra Rempublicam pernicioso exemplo factam uideri, censuit Senatus. Igitur confestim Tribuni plebis omnia multa ceteratione, die rei capitalis Posthumio dixerunt. ni uades daret, iusserunt eum prehendi à uiatore, atque in carcerem duci. Posthumius, uadibus datis, non adfuit. Tribuni uocauerunt Plebem, quae ita sciuit: Si M. Posthumius ante Cal. Maias non prodidisset, citatusque illo die non adfuisset, neque excusatus esset, uideri eum in exilio esse, bonaque eius uigilare ipsi, aqua & igni placere interdici. Aerodius ex Liliij lib. 5. Dec. 5.

EMTIONIS, VENDITIONIS DOLOSÆ, INIVSTIAE

ARISTONICVS legem tulit, ut si uenditor piscium minoris quam pronunciaisset, piscem uenderet, in carcerem duceretur: nec se sedentes, sed stantes uenderent. Alex. in Lebece & Pileis, ubi Aristonicum prudentissimum legislator post Solonem fuisse ait. Athen. lib. 6. cap. 2.

Cum quidam gemas uitreas pro ueris GALIENI uxori uendidisset, atque illa re prodita uindictam uellet: furripit quasi ad leonem, uenditorem iussit, deinde cauea leporem emisit cum hoc praconio, Fucum fecit, fucum passus est. Trebellius.

Florentiae ad summam annona caritatem feneratorum improbitate res spectabat. Dux ALEXANDER Medices à Carolo V. comitatus è Sicilia contuendendi imperata licentia, cum prius auarorum ciuium, qui frumentum se habere diffimularant, necessaria, & quantum quisque frumenti sibi deesse diceret, excipi curasset: nauibus frumenti alii Florentiam deducit, feneratoribus, multum licet errore suum deprecantibus, aureo uno modium addidit. Eorum ubi ementiae satis fecit inopiam, reliquae plebi modium praeco exiguo uiritim distribuit.

MYTI, COMMODATI, DEPOSITI, FIDICOMMISSI fraudulenti.

Apud INDIOS si quis mutuo depositum fraudetur, non uenit in iudicium, sed seipsum accusatis qui credidit. Stob. ser. 42.

Apud PERSIDAS grauius semper depositi causa agebatur: apud quos si inuentus esset qui defraudasset, mortis crudelissimo supplicio afficiebatur. Stobaeus sermone 42. ex Nicolai de Gentium moribus historia.

Apud TURCAS hoc in ore omnium denegati depositi percelebre iudicium fuit. Quidam nemine conficio penes amicum suum pecuniam deposuerat. Is cum reposeret, negauit alter se quicquam accepisset: & pro amico IMPERATORE ueretur, non autrum illum controuersiam mouere, existimabat. Sed re nihilominus ad eum delata, interrogat utrumque. Deprehendit eum, penes quem pecunia esse dicebatur, non ut ingenium deceret atque innocentem, turbulente inficiari: alterum contra, non fidis lacrymis constantem affirmare. Statuit igitur Imperator, nihil omnino praetermittere quod periret ad inquirendam ueritatem. In primis rem in alium die protrahit, postea summittit, qui amicum & quam familiariter inficiantem admoneret, ut sponte pecuniam reddat, rem sine iudicio transigat, famae atque opinioni suae consulat: sanè uel Principem male quid de eo conuicere: itaque rem componi possit, ut sine suo damno pecunia restitueretur. Cum ille uerò tum audacius denegasset, praese tulit Imperator, controuersiam hanc, quae non iure, sed probationibus egeat, in decisionem haberi uelle: & mox rursus inopinantem ad se adduci iussit. Postulat, num proxima nocte cum uxore dormierit, & an eam rem habuisset, quae uera hora noctis. Verumque uti postulat eum ab eo didicisset: iussit alium adire uxorem, ueluti si à marito mitteretur, qui diceret, uirum suum mandare, ut quam ei custodiendam pecuniam credidisset, hanc per se nuncium mitteret. Si loquenti fidem non habebat, narrare se quae à marito accepisset. Vxor his uicibus sermonibus, pecuniam promittit. Sic itaque detecta perfidia, Turcarum Imperator non duplo, sed capite aduenerit. P. Aerod. lib. 1. Dec.

LOCATI, CONDVCTI INIVSTI.

Argonautae tempestate aeti ad Sigaeum Troiae appulere. Cum in terram descendissent, uirginem iuxta litus uinctam repererunt. Neptunum tradunt, propter operam ad aedificanda Pergama ab eo (ut fabulae tradunt) impensam, iratum Laomedonti regi, è mari eete in terram mississe, à quo maritima incolentes loca, coloniis absumebatur. Peste praeterca, quae terra fructus corrumpere, pro pinquos agros afflixit. Om-

nibus ea calamitate territis, cum tantis malis salus quaeretur: Laomedontem dicunt ad Apollinem destinasse, quaerentibus aduersis remedia. Responsum est ab oraculo, Neptuni iram causam malorum esse: quae mitigaretur, si puerum Troiani sorte ductum cetero traderent uorandum. Itaque singulis in fortem coniectis, cum in Hesionè fors filiam cecidisset, coactus est Laomedon natam in litore uinctam bel-luæ futurum cibum exponere. Interim Argonautas in litus digressis, Hercules uisa puella, cum rei causam cognouisset, uincula dissoluit: inque urbem profectus, regi obtulit se id monstrum interfectorum. Laomedon accepta oblatione, equos illi inuictos dono se daturum cum sponso dasset, cetera ab Hercule petiit. Hesionè, oblata conditione, Hercules liberatorem sequi, an in patria remanere mallet, cum Hercules abire elegit, non tam uitae beneficio, quam timore, ne iterum prodeunte cetero, ad idem supplicium destinaretur. Hercules & donis, quibus honorifice cumulatus fuerat, ac equis, Hesionem, penes Laomedontem, quoad reuocaretur ex Colcho, relinquit, cum Argonautas ad destinatum certamen profectus est. Reuerfus cum Argonautis, cum fratrem Iphicium ac Telamonem ad urbem mississet, equos Hesionemque iuxta promissa postularum, tradunt Laomedontem oratores captos trussisse in carcerem: reliquos Argonautas per insidias occidere uoluisse. Cuius rei omnes praeter Priamum, filij adu-tores se praebuerunt. Hic solus contra dixit: asserens seruam esse hospitibus promissorum fidem: atque equos sororemque tradendos. A qua sententia cum auersi essent, ferrum Priamus duos in carcerem ad Telamonem enses clam detulisset: narrataque patris uoluntate, extitit eis causa salutis. Nam illi custodiae interfectis ad mare fugientes, exposito singulatum sociis Laomedontis consilio, una cum eis regi occurrerunt. Acti certamine commisso, cum Argonautae uirtute superiores essent, ferrum Hercules praecertis fortiter pugnantem & occidisse Laomedontem, & primo impetu urbe captam, in regis insidiarum conficio animaduertisse: deinde Priamo, ut uiro iusto amicoque, regno tradito, cum reliquis Argonautis discessisset. Dio. lib. 4. cap. 3.

DRACO Atheniensium legislator, censuit furto eum teneri, qui iumentum aliorum quam quod utendum acceperat, deduxisset. Alex. lib. 6. cap. 10.

Multus sermo eo iudicio ROM. manauit, in quo quidam furti damnatus est, quod equo, cuius usus illi usque Ariciam commodatus fuerat, ulteriore eius municipij cliuo uectus esset. Quid aliud hoc loci, quae uerecundia illius seculi laudemus, in quo tam minuti à pudore excessus puniebantur? Val. lib. 8. capite 2. Gell. lib. 7. cap. 15. ex Labone Iurecos recitat, Brutum solitum dicere, furti damnatum esse, qui iumentum aliorum duxerat, quam utendum acceperat.

Colonus (per quem nos possidere ceruum est) fundum quem à domino conduxerat, uendidisse dicebatur: atque isto modo fundi possessione dominum interuertisse. nam & eo casu possessio amittitur. Hoc nomine furti condemnatum esse quendam, à SABINO relatum est: quia furripit & condici possessio possit, quemadmodum te mobili subrepta. P. Aerodius ex Gellio lib. 11. cap. 18.

TRIBVTI, VECTIGALIVM INIVSTORVM.

Argo fuit uentus, Metallum non inscripti actio apud ATHENIENSIS. Qui argenti fodinas excolebant, si quod nouum opus incoaturum erant, rem ad eos quos populus huic curationi praefecerat, deferrebant, & inscribebantur ea de causa, ut partem noui metalli uigessimam quartam populo penderent. Si quis ergo clam in fodinis laborare uideretur, cum hac actione persequi licebat. Suidas.

VENALITII quidam, ut uectigal Brundisij pro formoso puero quem uenalem habebant interuerterent, cum praeterea ornari. P. Aerod. ex Suetonij Rhet. & Quintil. declam. 340.

Conduxerat QUIDAM portorium ad amnem, quae pons transiit praebat, hac conditione, ut illaciter facientes singuli de singulis uitis persoluerent nummum unum. Aduenit quidam scabiosus & maculosa facie, ab illo petitur portorium nummum unum, ut erat constitutum. Qui cum recusaret pendere, accurrunt portitor, & pignoris loco detrahit uiatori pileum, atque ibi apparet in caluitie alterum uitium alopecij: Ergo duos, inquit, iam numos solues. Minime, inquit uiator, & luctari incipit. Cumque prostermeretur à ualidior altero, conspiciunt etiam testa uelut hernia. Tret igitur, inquit portitor, iam nummos peto. quos ille, qui unum initio noluerat, tum numerum re coactus fuit. Gell. Cogn. lib. 1. Narrationum.

SOCIETATIS INFIDIAE COMPETITORVM

Lescio I. Polonorum principe sine liberis defuncto, & à multis principatum ambientibus placuit in dicto ad certam diem Ggg G 2 macu-

maculorum equorum cursu, qui primus ad metam peruenisset, eius dominus ut princeps esset cuncta Polonia. Figitur meta apud Pradnicum amnem, in aperta planicie, ad septentrionalem plagam Cracoviae. Ibi Lescus quispian, procerum & competitorum unus, cum stadium uastro consilio stratis clam in sabulo ferreis hexagonis, siue stylis cecis, quibus currentium equorum pedes laederentur, impediuit. fectipse obliquo & minime impedito tramite primus, ceterorum equis in cursu offendentibus ac cepitatus, ad metam peruenit. Munerat is etia equi sui calces ferreis soleis, ut ne offenderet in stylis, si forte cum impetu currete in eos incidisset, cum omnes omnium alioru equi de more illius temporis soleas nullas haberent. Rei proflus ignaris & miraculo attonitis omnibus, & iam uictorem atq; principem diuinitus sibi oblatum Lescum conclamantibus, techna deprehenditur: protrahitur Lescus in medium, conuincitur, damnatur, a populo discerptur. Cromerus lib. 2.

ATHLETARVM.

Olymp. 226. Didas & Garapammon Aegyptij pugiles, deprehensi sunt de una & eadem palma inter se pacta pecunia societatem coisse. Ob eam rem multa illis ab ELEIS imposita, & Iouis simulacra duo aenea erecta. Pausanias lib. 5.

Olymp. 192. cum in lucta certamen Damonici Elci filius Polychori, & Sofandri Smyrnae filius patri cognomen descendissent, cuperet uero impensius Damonius filium suum uictorem discedere: Sofandrum dicitur pecunia data adduxisse, ut facile se uinci pateretur. Eius rei indignitate commoti IUDICES, multam ipsi parentibus irrogarunt: ab illis enim noxa commissa fuerat. Ex ea pecunia signa duo erecta sunt, alterum in Eleorum gymnasio: in portico, qua in Alti est, alterum. Appellatur ea porticus Paele, id est, uaria, a pietate scilicet uarietate, qua olim parietes arborum fuerant. Eandem multi Echus nominant, quod uocis emissa imago septies & saepius recipiat. Pausanias lib. 5.

PISCATORVM.

Piscis est, quem Antiam appellant. Horum nulli omnino capi possunt, nisi unum ex ipso genere piscator sibi longa intentione atq; diligenti conciliauerit, quo ueluti duce ad capta aliorum uti possit. Itaq; auctor hunc spei & socium insidiarum nosse ad hoc prodest, ne capiatur: & ideo huic uni parciat, ne occiso eo, ratio praedae amittatur. At ferunt discor de socium malefica uoluntate, ducem hunc pulcre sibi aliusq; notum clam socio cepisse, & in macellum attulisse. Ibi cum ab eo agnitus esset, cuius iniuria erat, socio damnati formulam edidisse: atq; ob id a IUDICIBVS, decem libris lire aestimata, condemnatum. Nam & cum in publicam annonam dolo malo deliquisset: & sine ullo suo commo dnmis inuidet & malitiose: alij nisi ut noceret, solum no cui se. Plinius Secundus lib. 9. cap. 59.

MATRIMONII PERFDIAE poena commissa in

NUPTIIS CONCILIANDIS, AMBIENDIS.

LA CEDAMONII eos, qui diuitiarum causa alias quam de sua tribu duxissent, probitate neglecta, multare consueuerant ex lege. Fulg. lib. 2. cap. 1.

Marinus Romae causarum defensor fuit, Valentiniani, Valentis ac Gratiani temporibus. Is accusatus quod Hispaniae malis artibus affectasset matrimonium, ultimo supplicio damnatus est, MAXIMINO anno. Praefecto per delegationem iudicium exercente. Ammianus Marcellinus lib. 28.

PACTIS MATRIMONII neglectis.

Desponderat sibi SAMSON, Iudaeoru fortissimus. Tamneam connubio puellam: fuerit Tamnei in Philistaeis. Nuptis inde haec haud inuitis parentib. procorum cuida. Ea ut fortis & iracundus contumelia accensus, uariis Tamneos affecte claudibus. Quib. malis irata ciuitas, parietes & puellam publice cremauit: hanc, quia nouo connubio indulisset: illosq; uod nouis nuptiis non intercessissent. Sab. lib. 8. cap. 4.

Lysandro in Haliarti oppugnatione caeso tum alios honores mortuo habuerunt SPARTANI: tum procis, qui nuptias ambierant filiarum eius: mox inopia eius post uita exitum erumpente renuauerunt illis, multam dixerunt: quod cum, cum arbitrareretur pecuniosum, coluissent: iustum & probum ex tenuitate competent repudiauerunt. Hinc fuisse Lacedaemone liquet concubitus ferotinarumq; & malorum nuptiarum multam. Ea persequebantur potissimum illos, qui pro bonis & necessariis affinitatem cum opulentibus iungebant. Plur. in Lysandro. At Aelianus lib. 6. Var. hist. uenias tantum sibi meminit.

AVTHARIS dux Longobardorum, cum Childeberto rege Gallorum, propterea quod sororem suam sibi desponsatam alteri promiserat, armis congressus, tantam fecit stragem Francoru, quata nusquam alibi facta legitur. Paul. Diac.

In classe, quam Petrus Sicilia rex Liparitanis auxilio aduersus Robertum Neapolitanum regem misit, cum aliis principibus magnisq; uiris Rolandus erat, Petri regis frater spiritibus qui deuicta a Roberto rege ea classe, in captiuorum numero fuit. Cum autem, ut in eiusmodi rebus contingere solet, captiuorum propinqui fatagerent, ut captiuitate suos liberarent: eius claudis indignatione motus rex Petrus, quia Siculorum ignauia amissa classis uidebatur, Rolandum fratrem redimere negligebat. Itaq; miser carceris pedore tenebrisq; macerabatur. Contigit ea tempestate, Messana adulescentem adhuc feminam uiduam esse, Senensem, in magnis relicta opibus, COMIOLAM nomine Toringami: qua Rolandi amissa calamitate, uita sibi est uidere a fortuna uiam parari, ut regij sanguinis uirum sperare posset, cum ipsa satis fortunarum haberet. Itaq; secreta missis, qui Rolandi mentem explorarent, an si huius puellae pecunia a manibus hostium redemptus foret, eam ducturus esset uxorem ut compertum est, eum tanquam coelitus missi munitis loco rem hanc accepturum, matrimonio rite per procuratores stabili, ipsum duabus auri unciarum millibus mulierredem. Reuersus in hunc modum Messanam Rolandus, non modo deponationem abnegauit: sed neliberationis quidem officio mulieri gratias agere uoluit, praese, qui regio sanguine ortus erat, eum humilis orta loco ciuem despiciens cuius si caritas defuisset, in carcere uitam erat acturus. Comiola iusto compulsa dolore (nam & ingentem pecuniam impendebat, & sparsa de matrimonio fama, si id infestum maneret, eius nomini notam afferebat) ad Ecclesiasticum tribunal Rolandi conuicit. Itaq; rem propinquis & amicis Rolandi inproperantibus, tandem is persuadere sibi passus est, ut Comiola duceret. In publico igitur coeunt, sicut in eiusmodi rebus mos est, cum Rolandus arboraretur se cu Comiola de nuptiis transacturum: Comiola, ut Rolandi ingratitude atq; ignauia dignu erat, commemoratis suis in eum meritis, illiusq; in se, quod tam impudenter fidem uolasset, ingenti ingratitude, palam dixit: Se passionis de nuptiis cum eo renuociare, neq; ut tam ignauo homini nuberet, quom duceret: sed se pro nuptiis uirginitatem opesque suas Dei seruitio dicare. Fulgoso lib. 5. cap. 3.

REPUDIATA RECIPIENDA.

DOMITIANVS equitem Romanum iudicij honore priuauit: quia uxorem, quam ut adulteram repudiauerat, in conjugalem thalamum recepisset. Suetonius.

TYTELAE INIVSTAE.

Antiochus Epiphaneis moriens, Antiocho Eupatori filio suo tutorem dedit Philippum Phrygem. At hic tyrannidem affectans, a LYDIA duce, qui Eupatorem secum habebat, Antiochiae obfectus, & in Aegyptum fugiens, tandem captus perit. Iosephus lib. 12. cap. 14. & Machab. 6.

DEMOSTHENES Atheniensis septem annorum pupillus a patre relictus, ampla re familiarum, haud multo minus xv talentis, a tutoribus bonis feret omnibus exutus, hanc occasionem habuit oratoriae addiscendae, ut illos iudicio persequi posset. Plur. in Demosthene.

ALBA Imperator tutorem, quod pupillum qui substitutus haeres erat, ueneno necasset, cruce affecti: impiorantiq; leges, & ciuem Romanum se testificant, quasi solatio & honore aliquo poenam leuaturus, mutari crucem, multoque praeter ceteras altiorum, & dealbatam statui iussit. Nempe patricidium est, omniq; scelere crudelissimum facinus, cui parentis loco sis, eius uita: nedum bonis insidiari uelle. P. Aerodius ex Suetonij Galba.

Romanus Diogenes Imperator, cum uictoria contra Turcas esset potius, ac rempub. metu liberasset: a SENATV Constantiopolitano, quod iniuriarum pupillis facere uideretur, captus, oculisque priuatus, inque exilium missus est. Volat. lib. 23. Anthr.

IUDICIUM HVCP OENA

IUDICIUM INIVSTI.

TENNES, rex Tenediorum, legem edixit, ut a tergo iudicij adstaret spiculator, securim tenes: ut qui perperam aliquod in iudicio dixisset, eum protinus securi percuteret. Hinc orta parocmia, Tenedius homo. Erasmus in Adagiis.

Sub ARTAXERXE rege iudices quidam iniuste comprehensum, uini excoati grauisimam poenam luerunt. Certe circum subsellia expansa, iudices eis insidentes sententias dicebant, quo recens semper ante oculos supplicij exemplum extaret eorum qui iniuste iudicassent. Diol. lib. 15.

Sifanes, cum pecunia atq; largitione corruptus, inique iudicasset, hunc CAMBYSES rex Persarum sicutibus strangulari, ac uellicato cadauere; pellit, quo federat tribunali, intendi ac confertur iussit. Huic cum idem postea filium Sifannis Otanem praefecisset: Memento, ait, quo ex loco iudices, familiaris fuit alio qui supplicium Peris, cute uulvis etiam hominibus

minibus detrahere, nunc solidam, nunc particulatim. Caeterum de hac re ita scribit Ammianus Marcellinus lib. 23. Quod superfluum contra damnati ob iniquitate iudicis, iudex alius cogebatur: aut finxit uenturas, aut olim recepta confusio cessauit. Loquitur enim Marcellinus de suis atq; Imperatoris Iuliani temporibus. P. Aerodius, ex Herod. lib. 5. & Val. Max. lib. 6. cap. 4.

DAIVS Sandacem Aecolidis praefecit, q; pecunia corruptus iniuste iudicasset, cruci affixit. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 5.

REX Arabiae thuriferis suis legibus uiuit, neq; ullius imperio pareat, deliciis ac inertia maxime abundat, semperq; in balneis uersatur, uitam degens in sumtu atq; deliciis: ac neque quidpiam agit, neq; cum multis uersatur, sed iudices constitit. Quod si quis minus iuste diiudicasse putetur, fenestrae turam est in altissimo regiae loco, quae ferrea cathena ligatur: qui igitur iniuste se iudicatum esse exiitauerit, caenam apprehendit, fenestramq; attrahit: quod ubi rex sensit, eos ad se uocat, atq; ipse diiudicat. Quare si uideantur iudices minus iuste iudicasse, moriuntur: si iuste, is moritur, qui fenestram mouerat. Athen. lib. 12. cap. 4.

M. LIVIVS Salinator, quatuor atq; xxx tribus inter gratios referre non dubitauit, quod cum se damnasset, postea cof. & censor fecissent: praetextuq; causam, quia necesse esset, eas alterutro facto, crimine reueritatis uel perituri teneri. Tantummodo tribum Metiam uacuum nota reliquit, quae cum suffragis suis, ut non damnatione, ita nec honore qui dem dignum iudicauerat. Val. lib. 2. c. 4.

Metello censori, quod minus iuste eundem poenam irrogasset, aqua & igni interdictum a ROM. fuit. Idem.

Julij Caesaris in Cleopatra amor incredibilis, cruentae Aegyptiorum seditionis causam dedit. Cum enim in eo dissidio, quod Cleopatra contra fratres habuerat, Caesar iudex constitutus esset, & uictus propriis affectibus, pro Cleopatra contra fratres sententiam pronunciaisset, tantus Aegyptiorum est tumultus subortus, ut Caesar flumen pernatans, nudas uita: suae consulere sit coactus. Cuius tam uelut mentis mox ab Aegyptiis inuenta, per ludibrium & contemptum trophaeorum instar erecta sunt. Xiphilinus in Caesare.

NERO cum adhuc iuuenis esset, philosophis operam dabat, & de Christo quaedam dicebat. Adhuc enim eum inter homines habitare putabat. Sed cum a Iudeis crucifixum esse intellexisset, indignum tulit mandauitq; ut ueniret sacerdos Annas & Caiphas, & ipse Pilatus, qui tunc praefectus erat, ferro unctus: & cum in Senatu confidisset, & quae de illo acta essent audisset, Annam quidem & Caipham absoluit: Pilatum uero iudicem securi percussit. Suidae haec est fabella. Capito, cum reus ab eo ius dicente pronouisset, statim in sellam excelsum transiit, atq; ita edixit, Age, dice causam apud Caesarem: eumq; causa denud cognita damnauit. Huius superbia, insolentiae atque iniquitatis accusata apud GALBAM Imperatorem, poenas luit. Etenim a minore magistratu personam Caesaris, summamq; potestatis nomen & praerogatiuam usurpari, non leue est crimen. Xiphilinus in Galba.

Andreas Hieronius in c. j. tit. quae sunt regul. narrat CAROLVM Francum I. eius nominis regem Neapolitanu iussisse ut suspenderetur Iudex, qui certo occisori poenam hanc solum indixerat, ut ei praecideretur manus. Bodinus lib. 4. Demonomaniae, cap. 5.

IUDICIUM AVARI.

Antonius Boldus Triumuir ex aduocatis reip. Venetae, anno MCCCCXCV. Dominicum Bolanum Candiani filiu, collegam suum, accusatum ac cepte eo in magistratu ab reus & litigatoribus pecuniae, ad Senatui detulit. Cum SENATVS Venetus eum comprehendi, atq; ex inuiculis causam dicere iussisset, ille autem fuga se iudicio eripuisse, absens damnatus est, ut intra mensum se carceri dederet, Cania Graecae oppidum exulatum deportandum: quod si non faceret, coeprehenso ceruicibus abscederentur, bonaq; publicarentur, magnis propositis praemiis iis, qui eum aut uiuum magistratibus tradidissent, aut ipsi occidissent. Rembus lib. 2. Ven. hist.

IUDICIUM NEGLECTI.

Exeuntem aliquando LEONEM Armenum Imp. palatio accessit quidam, querens suam sibi uxorem a senatore quoda raptam: idq; facinus se ad urbis praefectum detulisse, neque tamen suum ius consecutum. Leo statim mandauit, ut redenti sibi siteretur, actor, reus tam atrocis flagitij, & urbis praefectus. Quo facto, auctorem proponere suam causam iussit. Qui cum rem ab initio ad fine usq; exposuisset, reus conuictus probationibus, cum nullum insiciendi criminis locum inueniret, scelus professus est: & praefectus causam interrogatus, cur flagitij digna poena uetus non esset? inops excubationis obmutuit. Hunc ergo Imp. statim munere suo exiit, & ad alterum ex legib. puniedum dedit. Cedrenus.

LITIGATORVM INIVSTORVM.

Sportulae pecunia erat, quam uterq; & reus & accu-

fator in iudicio multae nomine apud ATHENIENSES deponebat, si uictus esset, ad rempub. redituram. Decima item debiti parte iudicibus numerata, debitores in iudicium adducebant. Suidas.

Quidam eques Romanus de Vocontijs, cum in lite qua exercebat apud CLAUDIVM principem, in sinu ouium anguinu secum ideo attulisset deprehensus esset, ut magicis certe illucis, omnibusq; aliis potius attibus, qua iure & lege in iudicio uinceret; gratissimum scelus Claudio uisum est: quam ut neq; in bona causa uinceretur. Itaq; non aliam ob causam Imp. iussit eum interfici. Plin. lib. 29. c. 3.

Marius Paulus aduocatus fidei iusserat iudicatum solum, p Daphnide cliente suo, mercedem pactus ob fidei iussorem: & callide sub nomine alterius, ex euentu litis cauera sibi certam quantitatem dari, quae illius a se mercedis pactae loco cederet. De hac redemptione atq; pacto de quota litis, cum CLAUDIO Saturnino Praetori constitisset: quia contra bonos mores est, & in procuratore aut aduocato certe magis periculosa, ne salarius in spem uictoriae constitutus, non ex fide bona, sed calumniis & malis artibus litem procuraret: Mario Paulo aduocationibus interdixit. Vlpianus lib. 31.

Causidicus Mediolanensis ita uastro erat ingenio, ut causas in quantumcumq; uellet tempus differre posset. GALEA CIVIS dux re cognita, hominem accersit, centum se aureos pistori debere alleret, sed dilacionem solutionis gratam sibi fore. Pollicente causidico operam, eamq; re ipsa confirmate, gra uiter prius intercepit impostorem suspensio necari iussit, Aegidius Corrozetus de Dicitis & factis mem.

ACCUSATIONIS INIVSTAE.

Val. Ponticus, reos, ne apud Praefectum urbis arguerentur, qui pro officio in omni quaestione solebat animaduertere, ad Praetore deferebat, cuius non tanta erat coercio, sed iurisdicchio magis quam imperium: atq; hoc interim agebat, speciei quidem legum, sed mox prouocando uisionem illusturans. Nam cum de crimine, & ciuilitate & priuato & publico iudicio agi posset: semel tamen ab alio delatum, eiusdem criminis alius deferre non poterat: minus uero, absolutum reperere, actione publica consumta, nisi de prioris accusatoris collusione & praeruaricatione prius constitisset, atq; pronunciatum esset. At Val. Ponticus ciuilitate agendo, aut priuato iudicio accusando, praeruaricatus esse dici non poterat, quia proprie praeruaricator sit, qui publico iudicio accusauerit. Sed de hac fraude cum SENATV Romano, sub Nerone, iudicanti apparuisset: placuit Valerio Italia eaq; Prouincia qua oriundus esset, interdicta: additumq; senatusconsultum est, qui talem operam emittasset, uendit dicitur, ut perinde poena teneretur, ac si publico iudicio calumniae condemnatus esset. P. Aerodius, ex Corn. Taciti lib. 14.

Eti lege cautum erat, ut reus ante perageretur, postremo de praeruaricatore quaeretur: uidelicet quia optimè ex accusatione ipsa accusatoris fides aestimatur, neq; du ordo excendorum publicorum iudiciorum in usu esse desisset: tantum cum Norbanus Licinianus electus a Baeticis ad inquirendum aduersus Caecilium Classicum, reus postulatus esset, tanquam in causa Caesae, uxoris Classici, praeruaricaret: tanta ex aliis flagitiosis criminibus conflagrauit inuidia, ut nihil ei ordo legis praesidio fuerit. Quare statim respondere coactus, extra ordinem adductis probationibus, damnatus & in insulam relegatus est. Sed & postea res accidit noua & contraria, ut accusatore praeruaricationis damnato, rea absolueretur. P. Aerodius, ex Plin. lib. 3. Epist.

TESTIMONII FALSI.

Falsi testimonij ea erat poena apud ISRAELITAS, ut idem falso testi fieret, quod ipse in alterum commentus fuerat. Non misereberis eius, inquit: sed animam pro anima, oculi pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exigis. Deut. 19.

Apud INDOS qui falsus testis deprehenditur, extremis decurtatur. Strabo lib. 15.

Tenedus insula principio Leucophrys uocabatur: deinde Tennes ante bellum Troianum, controuersa cum parente orta, eam habitauit atq; aedificauit. Dicitur autem a nouerca, restante tibi cine quodam, falso apud patrem insimulatus incestus, & a patre Cycno in cistam inclusus, atque in mare proiectus, in hanc insulam saluus appulisset. Quamobrem, quod falsum testimoniu tibi cen dixisset, statutu est a TENNE rerum potito, ut nulli tibi cini in templum ingredi liceret. Heraclides in Politicis.

LYCII uendunt eos omnes qui testimonium falsum dixerit, eorumq; facultates publicant. Idem.

Apud PISIDAS qui falsum testimoniu dixissent, de saxo precipitabantur. Alex. lib. 6. c. 10.

Huldricus Vyagner caupo Villisouiensis in Heluetia, Aegidiu Spilmannum ciuem Bernensem lo cuperet hospitio exceperat. Ei loculos suos Aegidius bona fide seruandos committit, Caupo perfidus, apertis oculis sigillu Aegidij reperit, eoq; G g g G s chiro.

nec Ioannes aduersari audens, proditorem patriæ efficiendum summo supplicio cenfet. Profertur mox epistola eius manu conscripta, & impressum anulũ signum recognoscitur. Damnatus ore suo, comprehenditur, duarum horarum tempus datur, in quo si uelit, & animæ suæ salutem, & domesticis rebus consulat. Mox gladio percussus. Sic uir magis eloquens quam cautus, dum alienam seruire uitam studet, perdidit suam. Acnes Syluius cap. 60. hist. Boem.

Dum summa ope Patauium à VENETIS oppugnatur, Masso lerius Venetus in suspicionem uenit, quod sagittas cum litreis alligatis ad hostes in urbem occultè mitteret. Sceleris conuictus, Venetiis ex superiore parte curiæ recte est suspensus: quo ite die eius frater cum duobus sacerdotio initiatis ad geminas columnas uiui obuersis capitibus sunt humo defossi. Quod inuictum spectaculo oculos ciuitatis mentemque pauore defixit: uulgè ferebatur, statuisse eos urbem non esse pluribus locis incendere: fuisseque, alios plerisque, eius consilij conficios, quorum nonnulli paucis diebus faccis obuolunt circa litora fluitantes sunt exanimis reperti, non tamen cogniti. Delatus & Ioannes Ticinensis, qui magna ad eandem in Venetiis castris fecerat stipendia, quod occulta cum hoste haberet colloquia. Is quoque Venetiis missus, ad geminas columnas ledio est necatus. Sab. lib. 3. Dec. 2.

SEDITIONIS POENA.

IN GENERE.

Apud GALLOS ei qui tumultuatus esset, tantum uestium publicis minister ei recidebat, ut reliquæ uestis partes inuiles redderetur. Sab. lib. 1. En. 4.

IN SPECIE. VIDELICET

Vrbana.

- C. Carbo orator celebratissimus, propter turbulentissimum tribunatum, ad quem ex inuidia foederis Numantini bonis iratus accesserat, à ROM. interfectus est. De quo Cicero de Oratore his uerbis: Vinam C. Carboni & T. Graccho talis mens ad Rempub. bene gerendam, quale ingenium ad bene dicendum fuit: profectò nemo his uiris gloria præstitisset. Tiberius Gracchus, cum legem Agrariam turbulentissimam, inuisam patribus, contra Senatus decreta tulisset, ut nulli plus quam iugera D. agrum possideret, nouasque alias haud minus perniciosas leges ferre contenderet, duce SCIPIONE Nasica concursu hominum factò interfectus est. Liuius, Plurarchus, Florus, & alij.
- C. Gracchus Tribunus plebis, dum improbis concionibus Rempub. uexat, motaque grauissima seditione acta sua uerit uult, neque abrogari patitur, duce OPIMIO Consule, serui manu caesus occubuit. Plurarchus in uita Gracchi, Plinius de uitis illustribus.
- Esti Tribunus plebis sacrosanctus erat, plusque in impediendo & intercedendo, quam aliquid aliud in urbe posset: tamen cum Q. Pompeius Rufus ne comitia Consulium fierent, magis seditioso animo, & studio Cæsarianarum partium, quam quod dè Repub. & utilitate Populi Romani id esse persuaderet, impedire uideretur, decreto SENATUS in carcerem coniectus est. Dion lib. 40.
- Cum Milo Clodium occidisset, ad urbem nuncio allato, iam populum per se tumultuantem Rufus & Munatius Plancus Tribunus plebis exceperunt: atque posito in foro cadauere, suis sermonibus ad seditionem accommodatis, facile persuaserunt, ut rogum in curia ex subcellis ipsius cadaueri construerent: quo factum est, ut & tota curia incenderetur, atque hinc etiam recta ad domum Milonis plebs cum igne contenderet. Verum ij postquam magistratu abierunt, pro incendiariis ac seditionis exilio damnati sunt: nec Munatio profuit aut reiectio Catonis, aut à Cn. Pompeio contra legem à se latam, missa laudatio. P. Aerodius ex Dionis lib. 40.
- Cæde in theatro per discordiam admissa, capita factionum & histiones, propter quos dissebatur, relegauit TIBERIVS: nec ut reuocaret, unquam ullis populi precibus potuit euincere. Suetonius.
- Propter aequilam auream supra portam templi dedicatam Hierosolymis, magna oritur seditio. Auctores uiui exuruntur. Iosephus.
- Ionathas, sicariorum Cyrenensium princeps, ob seditionem motam & principes Iudæorum falso accusatos, à VESPASIANO Romæ uirgis caesus uiuus exuritur. Iosephus lib. 7. cap. ult. belli Iudaici.
- Diogenes patricius, & Romani DIOGENIS Romanorum Imp. pater, eo quod seditionem mouisset, in Sardinia insulam exulatum missus est. Volat. lib. 23. Anthrop.
- In seditione Lubicensi circa an. 1380. orta, inter plebem & Senatum, sed statim composita: Ianij, qui ceteram plebem concitauerant, iussi sunt poscere ueniam à publico consilio, & loco poenæ uiginti equites, quoties iuberentur, expedire. Cranzius lib. 9. Vandaliæ, cap. 5.

Antonius Minius, qui omnem ætatem causis agendis in priuorum patrocinio consumerat, ob concionem seditionis à DECEMVIRIS Reipub. Venetæ condemnatus est, ut in Arba Illyrici insula, quoad uiaeretur, exularet: triginta autibus ei, quicunq; illum extra insulam captum magistratibus tradidisset, ex eius bonis constitutus: eiq; rei bona sunt pluri addita: ipsi, ut laqueo uitam finiret, poena addita. Bemus lib. 6. Historia Venetæ.

Discurrebat VENETIIS in Riualina urbis parte aliquor Roberti Sanctofeuerinatis milites, modò huic, modò illi infestis, sub primam noctis horam. Quos cum publici licitores arcerent, admonerentq; ut ab inferenda iniuria abstinerent in libera ciuitate, tum uerò uiolentiores facti exclamare ceperunt: Roberte Roberte imperator, seruo precamur opem in licib. sic optimè de te meritis. Quare statim uinctis, ad consiliumq; de cæsurale deductis, sic in illos animaduersum est, ut deducti eodem momento in aream publicam, inter geminas columnas sint suspensi. Egnat. lib. 6. cap. 3.

Anno 1547. magna seditio per Aquitaniam fuit, propter salinas & uetigalia. Totius autem regionis principatum obtinet Burdegala. Hi cum primis etiam rebellabant, & præfectum regium trucidauerant. Cum igitur ad exemplum & ad magnum periculum ea res pertineret, Galliarum rex HENRICVS II. Connestablio & Aumalio ductoribus, copias copulauit, Urbem ingressus, primùm arma ciuium, & machinas omnibus iubet comportari, & in arcem deferri. Ceptum inquit per singulas aedes, & comprehensis seditiosis, magno numero, non uno supplicij genere sublatis fuerunt. Ex nobilitate producti XIIII laqueis obuincti collum: ex iis unus & alter capite multatur, pro cæteris Germani duces intercedunt, & Connestabillum exorant. Præter eos, qui capitis poenam subierunt, ad triduum etiam plurimi damnati. Ademptæ quoque sunt illis omnes campanæ, non in urbe tantum, sed per agros etiam, ne quod excitandi motus, ut antea, signum dari possent: deinde, literæ omnes, quibus reipublice immunitates atq; priuilegia continebantur, exusta sunt: omnes, ipsismet ignem inflammantibus. Et quia regium præfectum interfecerant, Gonnestabillum eos adigit, ut terrâ, qua reclusa erat & humata, nullo cum instrumento, sed unguibus atq; digitis reuellerent. Sic inuentum ac restitutum caudæ maxima deinde pompa monachorum & sacrorum terræ mandatur. Post sequebantur ciues omnes, ad quinque circiter millia cum singulis cereis: & cum ad Connestabillum diuersorium uenisset, sistitur finus per interualla passuum aliquot. Ibi tum illi in genua prolapsi, lamentabili clamore misericordiam implorant, & suum ipsi delictum exorant, & regi, quod non atrocius in se uindicari, gratias agunt. Sleidanus lib. 1.

Castrensis.

- HIERO Syracusanorum dux in Mamertinos profectus, de industria seditionem militum manu hostibus trucidandam obicit. Quibus ad unum propemodum caesis, cum cætera legione in columi in urbem reuersus, nouum ac sibi fidum militem conduxit. Sabel. lib. 9. En. 4.
- Prope Aeolides insulas occidentem uerus insula est parua ad modum, deserta. Osteodes dicta, CARTHAGINENSIS quo tempore aduersus Syracusios bellum gesserit, magnis peditum copiis ingentiq; classe in Siciliam profectus fuit. His cum frequentes mercenarij uariis ex gentibus mixti essent: & hi sepius, præsertim ob stipendium suo tempore non impensum, seditiosi, numero millia sexaginta primùm ad prætoriam concurrentes, tumultum aduersus duces excitabant: minabanturq; cum sapius pecunia deesset, armis si quid deberetur uindicatos. Consultus senatus imperatoribus occultè mandauit, ut seditiosos ab exercitu amouerent. Ita q; mercenarios omnes sumra alterius belli occasione in naues impositos, in hanc insulam exposuerunt: ubi relictis, fame absumti sunt. Tot hominum delinctorum ossa Parua insula nomen dedit. Dio. lib. 5. cap. 3.
- ROMANI, ubi multitudo militum obnoxia criminibus foret, auctores turbarum ad palum deligabant, & securi percutebant: reliquæ multitudinis decimum quemq; sorte ductum ad supplicium ducebant. Alex. lib. 2. cap. 13.
- P. SCIPIONE graui morbo implicito in Hispania, octo milia militum, qui ad Sucronem statua habebant, stipendium sibi non redditum causati, Tribunis seditione eiecitis, C. Albius Calenum, & C. Aetium Vmbrum sibi duces creauerunt. Noui motus auctores imperij insignia, faeces & securis suis imminentes cervicibus suscipere ausi, sociorum fines cupiditate prædæ infestabant, imperabantq; proximis ciuitatibus pecuniam, superbeq; exigebant. Cæterum ubi Scipio conualuit, cum copiis Sucronem profectus seditionis exercitum pro concione increpuit. Et ut poena ad paucos, exemplum ad plures perueniret, auctores seditionis, qui quinque & XXX numero fuerunt, ante tribunal delinctorum primò uirgis iussit caedi, inde caesos securi percussit: ad omnem

omnibus metu torpentibus, ut non modò ferocior uox uulsa aduersus supplicij atrocitatem, sed ne gemitus quidem exaudiretur. Sumto de his supplicio, stipendium est omnibus reddidum, milesq; nouo sacramento adactus. Sabellicus lib. 5. Encaed. 5.

SELYMVS Turcorum rex, anno 1517. profligatis ac trucidatis duobus Alcairi Sultanis, una cum tota ferè Mameluchorũ superba prognie, prouincias omnes etiam in extrema sibi præfata parte fitas occupauit. Quibus Caierbeis admistratibus præfecit, ut prouinciam illi id præmium foret. Sed enim Iunus Bassa, qui munus hoc honorificè sibi tradi uoluerat exoptabat, id agerrimè tulit. Vnde etiam id honoris Caierbeio inuidens, curauit ut Ianizari, qui Alcairum custodiebant, statim à principis discessu in unum collecti tumultum excitarent, quo Caierbeis ob id malè audiret apud omnes. Verum scelus in auctorem recidit. Nam Selymus cognita Iuni fraude in itinere, non procul ab Alcairo capite cum puniri iussit: ut omnibus ostenderet, non esse aduersus Imperatorum tumultu militari ludendum. Iouis in uita Selymi.

Ferdinandus Daualus Piscarius, Genua expugnata, quam esset Cariniana in oppido, feruenter exercuit non modò sibi ac exercitui uillem, sed postea ad exemplum cæteris ducibus profuturam. Erat in exercitu onulio præda Geuensis, & propterea scortis & laxis uidequaq; plenissimo, equorum incredibilis numerus, & iumentorum, quæ diram ualiditatem afferbant agris & oppidis, & ignauum nimioque luxu disfluentem militem reddebant, tanta licentia corruptelæq;, ut penè totus exercitus in agmine equestris esse censeretur. Quibus de causis permotus, per præcones edixit, ut singulæ cohortes quaterno tantum equos alerent, pro præfecto signiferoq; duos, cæteros pro agris, qui tamen à medicis inspicèti, equos per syngraphâ gemma ducis obsequatam ad iter pertraheret. Id quum totis castris pronunciaretur, Vega Bethicus insolentia militari, ore sermoneq; turbido, in corona militum penè concionari cepit: profectus, si sibi animo iudicioq; similes reperiret, se daturum operam, ut milites ea syngrapha non egerent, se tot bellis atq; uictoriis effuso sanguine debilitati, non equis modò, sed curribus, uicibus honore mereretur. Id quum rescississet, Piscarius, qui seditiosos milites, etiam uel leuissimæ consternationis auctores, supra omne criminosum nomen uehementer oderat, initiaq; semper seditionis fortiter opprimenda esse, inter præcipua disciplina præcepta didicerat, ad proximum oppidum ipse antecessens castra mutauit: quum itaq; armatus exercitus concitisset in foro expectans, ut à magistro castrorũ singulis centuriis contubernia præberentur, ipse ante prætorium domũ perblando uultu molliq; sermone, ut siam bido ante concepta dissimularet, præfectos appellans, Ioannem in primis Dorbinum Salfedumq; & Corberiam interrogauit, An Vega ille, qui petulantibus uerbis cohortes ad seditionem penè concitasset, uideretur esse confidendus? Nec mora, ij pari consensu poenam illum iure mereri fatentur, sed differendam in aliud tempus cæsent, quod ueteranum insignem improbis ac audacibus maxime eorum, & centurionum propè omnium familiarum, spectante armatoq; exercitu comprehendere nequaquam oporteret, ne perturbatis omnibus tumultus oriretur. Hæc quaquam uerisimilia uiderentur, in consilio tamè perseverauit, ut maieftatis ac imperij nomen nulli esse obnoxium periculo, & seditionis etiam terribile proflus ostenderet. Igitur Vegam ad se uocari imperat, aduentantem cum globo militũ, quibus si quid durius accideret, salutem suam commendaret, percutatur. An in corona seditionis perorasset inaniq; uerborum circuitu sese excusantem, dato licitori signo transfodit: ipse eodem momento in alios gladium dirigit, tanto impetu eos adortus, ut non modò Vegæ satellites caesi sitiq; sint, uerum uniuersæ cohortes incredibili metu percussæ, celeri silentioq; agmine toto excedentes fore, ad hospitium non dum designata defugerint. Id factum sicuti plebsq; inapinatum, uehemens & maximè seuerum apparuit: ita Piscario auctoritate mirum in modum accumulauit, quum cum milites uti in ipsa seueritate iustissimum extra ordinem nomen omnino mererent: & contra uti facile sine concione plurimum ad amarent, quum in summa etiam benigni & clementis animi tranquillitate grauissimus haberetur. Iouis in Piscario.

ALFONSVS Vastius ad Tuncetam expeditionem Neapoli profectus, quosdam, qui petras nauifera maris & longinquæ nauigationis incommoda reformidantes, conceptas de uictoria spes malignè extenuare, stipendij tenuitate detestari, consenseratq; multitudinem, ut signa derent, seditionis sermonibus ceperant, in uolutos saccis, profundo mari spectante classe misit. Iouis lib. 34. Hist.

Exercitus Romani in Armenia, cum cognouissent, Irenem filium suum Constantinum ab Imperio remouisse: coegerunt

eam, ut magistratu deposito, filium solum sineret imperare, anno Domini 792. Anno sequenti, cum Constantinus partem Imperialis dignitatis patri suæ restituisset, Armeniacus exercitus id ad eò tulit indignè, ut de Alexio cogitaret Imperatorem creando. CONSTANTINVS, Armeniorum quorundam prouisione illos uicit, seditionis auctores interfecit, reliquos proscriptis: mille uinctos in urbem duxit, eorumque faciebis inscripsit atramento, Armeniacus infidiator. Paulus Diaconus.

NAVALIS.

Lege nautica SEPTENTRIONALIVM cauetur, ut qui in nauu tumultum excitari, funi alligatus, præceps in mare deiectus, à dextra in sinistram partem subtus carinam nauis trahatur. Olaus lib. 10. cap. 16.

DEFLECTIONIS, REBELLIONIS, TRANSFUGII POENA.

- Victo Absalomo, Iudæi Dauidem suum regem exulem reduxerunt primi atque soli, non expectatis reliquis Israclitis. Id iniquè tulerunt Israclitæ, quasi à fratribus suis Iudæis contemti essent. Itaque Seba Bochris F. Ieminiensis signo tuba dato, Israclitæ omnes à Dauidè abduxit, solis Iudæis in fi de permanentibus. Verum à IOABO in urbe Abelmacha obfessus, consilio mulieris cuiusdam ab oppidanis trucidatus, caput eius de muris in castra Iobabi proiectum est. 2. Regum 20.
- GERMANI transfugis dextras amputabant. Alexander libro 2. capite 13.
- EPAMINONDAS Thebanorum dux, cum Sicyoniorum oppidum Phubiam expugnasset, in quo maxima pars erat Bæctorum exulum: notis compunctos, qui comprehensi fuerant, omnes dimisit. Pausanias in Boeoticis.
- Arbarzanes, à XERXE rege, à quo satrapa Phygæ creatus fuerat, defecerat. Missis copiis, illum rex in potestatem redactum in crucem egit. Suidas.
- Helotas à Spartanis bello subactos, cum rebellassent, ab AGIDE perpetua seruitute damnatos legimus. Plutarchus.
- ATHENIENSES lata lege statuerunt, ut defectoribus partim pollices è manu dextra (ut posthac hastam ferre non possent, remos uerò cômòdè agere nihilominus possent) rescinderentur: partim punctis in facie (quæ nocturnam referent) notarentur. Aelianus lib. 2. de Varia historia.
- Cum legatos Xerxes ad Græciæ ciuitates misisset, eas ad imperata faciendâ hortantes: contigit, ut unâ cum eis esset Græcus interpres. THEMISYO CLES ergo, qui eo tempore Athenis prætorum gerebat, interim eum curauit, in diem rem arbitratum, quod ad Barbarorum arbitrium, in Græciæ detrimetum Græca uteretur lingua. Plutarchus in Themistocle.
- Cum Thebanos, qui cum Mardonio & Persis fenserant, ad deditionem compulsi Græci post pugnam ad Plataeas gestam, eorumq; principes pecunia data se euasuros speraret: PAVSANIAS Lacedæmoniorum rex dimissis omnibus sociis, ueritus ne Græci pecunia corrupti fontes liberasset, ad duos Corinthũ oēs capituli supplicio affecit. Herod. li. 9.
- Histæus Milesius, cum à rege Dario defecisset, in crucem ab ARTAPHERNE Sardis aclus fuit. Herodorus.
- ARTAXERXES rex Persarum, Medum, qui transfugerat, & rursus rebellarat, pro insigni ignominia iussit scortum capite circumferre nudum. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 13.
- Cum maris imperium tenerent MITYLENENSES, sociis qui defecerant, hanc poenam impoferunt, ut liberos suos non docerent literas, neq; artes liberales: omnium suppliciorum hoc grauissimum iudicantes, in inscitia & ignorantia artium liberalium uitam transigere. Aelian. de Var. hist. li. 7.
- APOLLONIDES, præfectus à Cassandro Macedonũ rege urbi Argiuorum, excursionem in Arcadiam facta, potius est urbe Stympaliorum. Interea Argiuorum ij, qui Cassandro erant infensi, inuocarunt Polyperchontis filium Alexandrum, urbem se dedituros pollicentes. Alexandro tardate, Apollonides Argos ueniens, ac nactus aduersariorum ad quingentos in curia consultantes, eos exitu exclusos combussit uiuos: reliquorum magnam partem relegauit, paucos comprehensos interfecit. Dio dorus lib. 19.
- ROMANI transfugas hostium detractis armis, ne quid insidiarum simulata transiione moliri possent, in postremam aciem ducebant, nec illis quicquam credebant amplius. Alexand. ab Alex. lib. 4. cap. 7.
- Cum Annibal Pœnus cū exercitu in Italia esset, & aliquot pugnas Populus Romanus aduersas pugnauisset: primi totius Italiae, Brutij, ad Annibalem defecerant. Id ROMANI aegrè passi, postquam Annibal Italia decessit, Pœniq; superati sunt, Brutios ignominia causa non milites scribi, nec pro sociis haberi, sed Magistratibus in prouincias eunti-bus parere, & præministrare seuorum uice decreuerunt. Idem

PIPINVS Francorum rex, Ramifanum Vairari Aquitanie du- cis rebellis patrum comprehensum resti suspendit, quod a Vairaro ad se, ab se ad Vairarum tranfisset, infirma semper fide. Aemilius lib. 2.

FRIDERICVS I. Imp. cum contra Mediolanenses & Alexan- drum III. Pontificem bellum gereret: Henricus Superbus cognomine Leo, dux Saxonie, sua consiliis potentia, & Alex- andri pontificis gratia, ab exercitu Imperatoris discessit. Itaq; dignitate electionis imperialis (Electo enim erat) & ducatus priuatur. Ducatus Noricus Othoni Palatino de Vuiclinfpach donatur: Saxonie uero ducatus & electionis dignitas Bernardo de Anhalt conferatur. Qui ambo adiuti a consanguineis & ducibus, in suis dignitatibus seruati sunt, ac meritis pœnas Henricus luit. Culpinianus.

Inropolhi Ducis Kiouie consilio astuto omnes principes Ruf- siae a dierius Boleslaum Regem Polonorum circa annu salu- tis 1126. conspirauerunt: utque eum facilius sub pretextu amicitiae obruere possent, legatos ad eum destinauerunt, obstringentes se omnes tributarios ac subditos Polonie re- gno fore, utq; Ducem Halicenfem in locum pristinum re- duceret, optabat. Rex igitur nihil mali suspicans, expeditio- nem in Russiam paruis copiis cinctus adornauit, cumq; ad Halicem ciuitatem appropinquaret, ecce Principes Russiæ cum auxiliariis copiis Hungarorum quasi congratulantes ei ex insidiis eruperunt, Regemq; undiquaq; circumdederunt. Palatinus Cracouiensis admonitione regia minime motus, cum præcipua ala equitum, cui præfectus erat, inret- pectum tumultum aufugit. Rex uero non tam Ruthenoru- rum insidias, quâ Palatini Cracouiensis perfidiam turpissimam execratus, pellicem leporinum & colum mulie- rem cum lino & chorda misit, indicans eum lepore in fu- giendo similem esse, & quod indignus sit uir, sed mulier ha- beri, resq; muliebres & non uiriles potius tractare, suspen- diq; dignum. Palatinus in desperationem adactus, in cam- panili oratorij sui sine campana sese suspendit, cuius no- men propter posterum dedecus in Chronicis reticetur, ab hocq; tempore Castellanus Cracouiensis, Palatinum auctoritate dignitateq; antecellit. Guagninus in uita Bole- slai Krziuuolui.

HELVE TIORVM feruissimæ sunt leges, ut sub oculis spe- ctantis exercitus, qui præ metu turpia atq; indigna uiro for- ti tentauerint, à proximis commilitonibus statim obrun- centur. Ita maior metus minore uincit: & metu fœdè mor- tis, decora non timetur. Iouius lib. II. Hist.

HOMICIDII POENA IVSTA.

Apud ISRAELITAS omnis, qui hominem sciens uolensque quomodocunq; occidisset, morte pledebatur, uel à magi- stratu, uel à iudice priuato alterius necis: sin per impruden- tiam in oppida profugij tanquam in asyla confugiebat, & illie tutus erat, nec nisi post mortem summi pontificis reuer- tebatur in patriam. Sin extra fines asyli progressus esset, im- pune à iudice interfici poterat. Sanguine enim (inquit Do- minus) impiatur terra: neq; à sanguine in ea suo expiatur, nisi eius sanguine qui fudit. Numeri 35.

Si quis apud AEGYPTIOS sponte aut liberum aut seruum occidisset, morte damari leges iubebant, que non fortunę conditio nem, sed consilium facti pendentes, homines à sce- leribus deterrebant: & simul uindicata serui morte, redder- bantur liberi securiores. Diodorus lib. I. cap. 16.

Quamuis Ioabus Dauidi regi ob artis militaris peritiam & fi- dem carissimus fuit: tamen quia perfidè occidit duos ui- ros, occidi eum fecit SA L O M O N, tenentem cornu alta- ris. 3. Regum 2.

Apud MEMPHITAS homicidij reus ab oppidis & commer- cio hominum exterminabatur: donec à Gymnosophistis ex- piatus, in patrium solum & lares proprios restitueretur. Diodorus Sic. lib. 2. de Rebus antiquis.

GERMANIS olim homicidium certo pecorum numero lue- batur, atque uniuersa domus satisfactio nem capiebat. Sa- bellicus lib. 2. Ennead. 6.

GRÆCI homicidio pollutos, aut sanguine infectos huma- no, hominesq; turpissimarum sordium factis arcebant: ne- ue aras contingerent, aut sacrificio interessent, lege interdi- cebant. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 17.

Visti Athenienses, graui exorto bello inter eos & Aeginetas, ad unum usq; omnes interfecit sunt. Is cum solus Athenas rediisset, ægre tulerunt omniū uxores, quin acie occubue- rant, incolumem hunc unum uidere ac supersitem. Igitur unaq; de uiro suo quasi ubinam is esset, deq; uniuersa & communi clade quasi iura, hunc circumfusæ ambiunt, fi- bulisq; & acubus ueluti sturum compungentes, tandem interficiunt. Vifa est, ac merito, ATHENIENSIVM magi- stratibus, graui accepta clade hæc grauior cædes. Igitur diu multumq; inter eos actum est, qua poena id uindicari pos- set.

Profecit quia ad nimio plures hoc crimen pertinebat in omnes animaduerti nõ oportere, sapientissimè uideba- tur: in unam etiam aut alterâ capitis acquirere, id quidem æquum uerumq; esse posse, si ea inter cæteras agnosceretur (quod ferè in his popularibus delictis non accidit) quæ uel ferire inchoasset, uel cuius certè ictu ille potissimum peris- feret: attamen aliquid uel dolori concedendum, si hæc maxi- mè cognouissent. Igitur nec damnari ullam, nec omnes ab- solui placuit. Id modò constitutum est, ut eo in posteru u- sumentu genere mulieres omnes uerentur, cui componen- do fibulis & acubus non opus esset. Herod. lib. 5.

Cum multi essent, quibus dictator Sylla, quod comprehensos eius ex secunda proscriptione sua interfecissent, in capita duodecies milenos denarios largitus fuerat: hos cuncti ut nefarios ac detestabiles oderant, ulcisci tamen audebant. At CATO iunior, in sua quæstura singulos accessit, qui pecuniam publicam iniuste tenebant, camq; exegit, acerbè & cum ratione eis facti atrocitate & fœditate im- properans. Ad hunc modum ab eo accepti mox affines erant cadis, & quodam modo præiudicio iugulati abripie- bantur ad iudices, pœnasq; pendebat, omnib; exultantibus, existimantibusq; ea re illam deleri tyrannidem, Syllamq; ip- sum fe supplicium uidere perfoluentem. Plut. in Catone.

L. Balienus, quod Lucretium Asellam consulatum contra Syl- lam uoluntatem petentem occidisset, accusatus & damnatus est. Ascinius Pedianus.

L. Lucius, Syllanarum partium centurio damnatus, quod tres caedes proscriptionum Syllæ fecisset, diues propterea factus nam amplius sexcentis possedit. Ascinius Pedianus.

Philodamus, Lampfacenorum in Asia, genere, honore, copiis, existimatione facit princeps, cum in hospitium Rubrius, iussu C. Verri legati, apud eum deductus esset: & uocatus ab ea comitibus id agi atq; id parari intelligeret, ut filij sui uis afferretur, filium seruosq; suos ad se uocauerat, nosq; Lampfaceni omnes ed conuenerant. Ibi, licet Verri Corne- lius, qui cum eius seruis à Rubrio collocatus esse diceba- tur, quasi in prædicio ad auferendam mulierem, occidium serui nonnulli uulnerantur: ipse Rubrius in turba fauciatur. Legis Cornelie rei Philodamus & eius filius apud C. NE- RONEM Præsidem accusantur. Inuria negari non poterat: sed quia dicebatur non oportere esse, ne in ul- ciscenda quidem iniuria, cuiquam hominis occidendi po- testatem: cum primò causam ampliasset, altera demum a- ctione patrem filiumq; reos ex sua consilijs; sui sententia condemnauit: & certè securi percussu sunt, ut à Cicero re- latum est, sed oratoris, ad crimen eleuandum. P. Acrius ex Cicero nis 3. Verrina.

NARSES eunuchus octo decim millib; contra XXX M. Fræco- rum Bucellino duce pugna uerus: cum equo incenso in a- cciem esset proditurus, audit, Herulum quemdam seruo- nem atulisse: ratuq; non ante rem prælij discrimini com- mittendam esse, quam illud flagitij uin dicefferit: homicidiam ad se uocauit, ac protinus scelus defendere contententem morte affici iussit. Inde licet iratis Herulis in certamen de- scendit, & hostes ad internecionem cæcidit. Sigonius libro 10. Imperij occid.

Homicidij poena apud ANGLIOS hæc est, quod ipsi homi- dium primò in palma manis sinistra sub pollice inuritur Mil- tera, quia Anglice Mordre homicidium dicitur. Qui sic stig- maticè effecti: rursus in peccato inueni fuerint, tum meritis illicò dant pœnas. Polyd. lib. 26. Angl. hist.

CANVTVS II. Danorum rex, militibus capitalis supplicij lo- co exilium uel terrestre uel maritimum decreuerat. Sed ipse primus eam legem soluit, milite per ebrietatem ca- so. Mox autem facti penitentia ductus, uocata militum co- sione, milites commissi sceleris pœnas suo arbitrio exigere iussit. Illi in cione lacrymantem egressi, deliberatione inita proprio regem arbitrio decreuerat multandum, existiman- tes, plus nutui maiestatis, quam priuatorum sententis dese- rendum. Eum proinde uenerabiliter exceptum, atq; ex anti- piti reo securi iudicis partibus inferuere iussim, sellæ res- tituerunt. Rex culpam ære redimi debere constituit. Cum que aliàs homicidiorum crimen quadragenis nummi talentis expiari soleret, ipse sibi trecenta ac sexaginta multa no- mine numeranda deserpsit. Huic summæ nouem talenta anti- doni nomine adiecit, eandemq; multa speciem consimilis culpe reis lege perenniter irrogauit. Totius uero pecunie partem regi primam, alteram militibus, tertiam interfecit sanguine coniunctis adiudicauit. Cumq; ipse in præsentia- rum cã regis quam rei partes exequi debuisset, ad scripam sibi portionem sacrorum præsidibus egenisq; diuisit, deum perinde ac communè omnium principem pio munere pro- priandum existimans. Saxo lib. 10.

Ladissaus, Ioannis Huniadis F. Vtricum Cilię Comitum in com- mitatu LADISLAI regis Hungarię Albã uenientem, & in conclauem ductu, à satellitibus occidi curauit, eo quod pa- tit

tri suo sæpè insidias posuisset, rebus illius gestis inuidens. Rex eam iniuriam ad se pertinere dissimulans, comprehen- sum non multo post Ladissauum Buda secum percussit, reli- gata prius à carnifice comâ, uti uulnèri aditum faceret. Ae- neas Syllius in historia Boemica.

ALVARVS Anius Lugus, Gallicus eques, genere nobilis & admodum diues, cuiusdam boni uiri opes temerè cupiens, in domum suam tabellionem quendam fallaciter adduxit, ut sibi literas à se compositas; quibus illius uiri diuitias & omnia bona quasi iure petere uidebatur, obfignaret. Quas tabellio, siue quod in illis continebatur ignarus, siue spe mu- neris, quod eques ei liberaliter pollicebatur; impulsus, siue timore, ne quid ab illo mali sibi eueniret, eas obfignauit. Quod ubi percipit, eques eum de manu in cubiculum fusi, quasi ei mercedem daturus adduxit, ubi quidam domesti- corum suorū sceleris cõficius eos exspectabat. Quo adiutus, tabellionem interfecit & in effossum scrobem clam omnia, deiecit. Cuius uxor, cum eum nõtè tota expectasset, neque cum nunciis quoquò uersum emissis inuenisset, ad Ferdina- dum & Isabel lam Catholicos principes; Methymne Campi ius dicentes; se contulit. Illi statim iustitiæ suæ præfatos in- quirere iusserunt, ut scriba uel uirius uel motuus inuenire- tur. Contesturis quibusdã & indicis eques captus, torturis erimen illud & alia multa confessus, licet, si uita ei edice- deretur, aureorū millia quadraginta pro bello cõtra Mau- ros gerendo offerret, capite tamen multatus fuit. Matineus lib. 2. rerum Hispan.

Apud BRASILIENSES nullum delictum plectitur, præter homicidium. Cogitur enim hi, qui sanguine coniuncti ho- micidæ sunt, eum tradere illis, qui cæsi necem propter san- guinis communionem & propinquitate iure persequuntur. Hi uero eum strangulant, atq; sepeliunt, & cum iustitiis omnium propinquorum lacrymis atque lamentis utriusq; moru finis instaurant, epulasque dant, in quibus omnes depositis inimicitis accumbunt. Quod si casu aliquo homi- cidæ subterfugiat, eum eorum filie, uel sorores, uel cognatę occisi propinque in seruitutem traduntur, & sic demum om- nis utriq; discordia obliuione sepelitur. Oforius lib. 2. rerum Emmanuelis.

VENEFICII POENA.

Cum Parysatis, ARTAXERXIS mater, Statiram eius uxorem amulatione mota ueneno sustulisset: rex quaestioni extem- plo intentus, ministris matris & structores corripuit, ac tor- mentis lacerauit. At Gigim ancillam ueneni administrat diu Parysatis in cubiculo suo tenuit, deprecetiq; degenauit regi. Verum post orante illa, ut domum nocte dimitteretur: certior factus, locatis insidiis, comprehendit Gigim, camq; rei capitalis dånauit. Legistima poena ueneficis apud PE- R S A S hæc infligitur. Saxum est latum, cui capita illorum im- pones alio saxo feriant & elidunt, quod ad conderint faciem & caput. Parysatisdem Artaxerxes uullo nec uerbo nec factu legit, nisi quod d prentem relegauerit Babylonem: adiciens, Quoad superesset illa, nõ uisurum se Babylonem, Plutarchus in Artaxerxe.

Iudices AREOPAGITÆ ueneficam mulierem non prius in- teremerit, quam paru liberaretur. Postquam uero peperit, comprehenderunt ipsam: & soluentes à damnatione inno- centem in tantem, eam quæ commiserat supplicium solum morte multarunt. Aelianus de Var. hist. lib. 5.

Publilia, que Posthumium Albinum Cõsulem, & Licinia, quæ Cl. Asteli, maritos suos ueneno necauerant, item CLXX alia Romanæ matronæ ueneficæ, propinquorum decreto strangulatæ fuerunt. Val. Max. lib. 2. c. de Instit. antiq. Liuius lib. 8. Dec. 2.

FRIDERICVS primus, Barbarossa, Arabem quemdam ma- gum meretricis habitu in castra missum à Mediolanensib; ueneno imp. tolleret, deprehensum, capitali supplicio af- fecit, licet gratularetur Fridetico minaretur, se illum carminib; cœcaturum, nisi dimitteretur.

Varasolo magam Iahus Vathæ Vngari principis F. in summo precio habuit, cuius potissimum opera, pulso Petro rege, Vngari ad ethnicismum relapsi sunt, Andrea & Leucenta re- gibus: sed eam post BELA rex Chriftianus in carcere fame confecit, ut suofinet artus dentibus lacerarit. Bonfinius li- bro 2. Dec. 2.

CAROLVS VII. Gallorum rex, principem Egidium de Ra- xa, Gallici regni marescallum furcis appendit, atque igne assum, fœda morte affecti, quod magice artu dedicit, cen- tum ac uiginti, tum prægnantiu mulierum, tum infantiu corpora occiderat. Mulier quoc; fustiana Abeuillensis ui- ua combusta fuit, quia infantes peremerat, & sale conditos in cibum adhibuerit. Fulg. lib. 9. cap. 2.

Solen BONONIÆ maleficos utriusq; sexus, quorum dam- nate incantationes generi humano, uel uitę bestiarum mi- nus nocuissent (quos muliebri in sexu lingua uulgari Sria-

gas Itali appellant) nudos ad umbilicum usq; ueteri ex pa- latio educere, asino impositos inuerso corpore, ita ut liga- tis manibus caudam asini, quem lento ductu præit lectoris minister, retineat. Capiti imponitur mitra chartacea, in qua terrifici eadẽ mōnes, qui fortipibus suis ignes infernales moueant, depinguntur. Interea dum solenni hoc progressu circuitur ducitur, à licite comitate uirgis egrege in pectore & dorso caduntur. Cum uerò è foro publico peractum est in cõmiterium & dis Dominicane, deponuntur ex asino, & à carnifice in tonclauè quoddam superum deducuntur, cuius pergula firmata cancellis ferreis, usq; raris, cœmiterium ueluti spectat: quæ destinata pœnæ hæreticorum à mona- chis monasterij illius, inquisitoribus hæreticæ prauitatis, perhibetur. Hinc capite galeato sedi curuli, quæ rotis qua- tuor fertur, impositi, ter in pergulam prominentè decruduntur, ubi & per horę quadrantem consistunt. Interim à spectate foris turba, ridente, clamanteq; lapidibus impetuntur: fru- stra tamen ferè, ob interpositos cancellos ferreos. Tandem uinculis soluti, & pro delicti qualitate puniti, ablegantur in exilium. Vierter lib. 3. cap. 17. de Præstig. dæm.

LATROCINIÏ, SICARIORVM, PRAE- DONVM, PIRATARVM POENA.

ACTISANES Aethiopiū rex; subacta Aegypto summã æ- quitate Aegyptiis imperauit. Latrocinia nouo more com- pectuit, fontes neq; morte plectens, neq; linquens impuni- tos. Eorum iudicio constituto, reos omnes in unũ cogens, nisi sententiã damnauit: amputatis enim naribus, in ultima deserti ire compulsi, ibiq; urbem condidit, ab excisis nasib; Rhindeciam appellatam. Ea in Aegyp̃ti Arabiæque finibus haud præul à mari sita, omnib; uitæ cõmōdis caret. Nam omnis uicinia regio falsa est, intra urbis mœnia unicus est puteus, & is inuisibilis, ut pote aqua amara gustu. Hos autẽ in eo loco posuit, ne suis moribus uicinas gētes inficerent, ne- ue eorū erga reliquos inuitiæ essent occulta: sed ut tanquã in oram desertam relegati, omniũ se egentes, cogente neces- sitate sibi uictum exquireret. Fissis itaq; calamis, quos ex ui- cinis agris collegerant, longa sibi tetta fecere: quibus iuxta litus per plura stadia dispositis, ex captis coruinicibus (nam magnus earum numerus in litore ad capiendos pisces uer- satur) uictum sibi comparauerunt. Diodorus lib. I. cap. 4.

Samij craterem æreum trecentarum amphorarum capacem, à LA CEDAMONIIIS Cræso Lydiarum regi dono missam intercepterunt: item thoracem lineum, frequenter animam- lium figuris ex auro & lana uersicolore à ligno intertextu: in quo cum exiles sint uenationes, tamẽ singulae in se ha- bebant tricenarum & sexagenas bestias: quem Amasis rex Aegyp̃ti Lacedæmoniiis dono miserat. Eam ob causam à Lace- dæmoniiis postea bello impetiti fuerunt. Herod. lib. 3.

Cum prædones è Cynuriaco agro, Argiuorum fines popu- lationibus infestarent, LA CEDAMONII Cynuricenses, om- nes sedibus suis expulerunt, regnante Echestrato. Pausa- nias in Laconicis.

Bormirius Versouicensis, in Poloniam fugiens, manum latro- num prædatum secum in agros Boemæ, iuxta Glatium si- tos, adduxerat. Non carebat suspitione CASIMIRVS rex Poloniæ, quasi eo confiso id fieret. Bretissius Boemorum princeps instare, ut exercitus in Poloniam scriberetur. Sed euicerunt seniores, prius legati ad Casimirum irent, qui de- di sibi latrones ad supplicium postularent. Casimirus lega- tos benignè tractauit, quoad Bormirius cum aliis triginta antesignanis Cracouiam captiuus adductus est. Tum ad le- gato: Cias, inquit, suspitionem de me conceptam reuincã. Luce orta captos omnes crucib; suffigi curauit, inter quos altissimus pependit Bormirius. Dubrauius lib. 7.

Prædonum licentiam THO IIII. Rodolfus, Henricus VII. Ludouicus Bauarus, Robertus Imp. & legibus & armis sustulere.

Latrones, qui Ibycum interfecerant, à gruib; accusati fue- re. Sedentes enim in theatro CORINTHI, cum præter- uolantes grues uiderent, intet se ridentes susurrabant, Iby- ci Ibycos exthra. En Ibyci ultores. Quæ uerba cum quidam ex astantibus audiuisset, magistratu indicauit. Capti ergo & erimen confessi, in cruce m adacti sunt. Vnde prouerbum, Ibyci grues, uel ultores.

STEPHANI Vngarorum regis sanctitas apud Bessos Bulga- rosq; in tanta fuit exultatione, ut LX ex illis apprimè no- biles, fortunas omnes secum ducetes, ad eum in Pannoniã properarint. Quos cum Tribuni aliquot auri cupidine cir- cumuenissent, rex sceleris auctores in regni finibus in cruce egit. Quare factum est, ut quoad uixerit, ne minimum qui- dem latrocinium in Vngaria posthac patratum senferit. Bon- finius libro I. Decad. 2.

Mathias Boreouicius, Palatinus Pofnaniensis, cum prædones clam receptaret, quos punire debuerat, cõsuetudine turpis

luci captus, duces seipsum deinde praeiit. Quae res cum ad regem Polonorum CASIMIRUM 11. crebris querimoniis hominum perferretur, nec ille tamen, quamvis admo-

PETRO Candiano Petri F. duce Venetorum, Histri suburbanis aquis tacite insinuat, ex Oliuolenti aede aliquot puellas eius anni sponsum cum magno ornatu corporis inde rapue-

Suehla Boemus, cum ab Mathia Hungarorum rege defecisset, ut tutu Pannoniam popularetur, Cofitolum munitionem oppidum occupauit. In eius arce a MATHIA obfessus, magna-

Bello contra Fr. Carrarium Patavinum principem suscepto, cui reseruissent VENETI subornatos fuisse quosdam facinorosos homines a tyrano, qui aliquot ex patricio ordine viros trucidarent:

HERMANNVS, qui postea Othonis Magni beneficio totius Saxoniae dux primus factus est, mediocri loco inter Saxones natus, septem tantummodo sub se colonos habuit qui cum apud ipsum deferrentur, quod praedam in vicinis egissent, omnem in cruce acti sunt. Hollaticense Chronicon.

Vandaliae quatuor principatus, Pomeraniam orientalem, Ste-tinensem, Volgaensem, & Rugiensem, BVGLAVS Erici F. adeptus, rem a praecedentibus principibus in quatuor ditio-

Albertum Magnopolensem, Sueciae regem, Margarita Danicae & Noruagiae regina bello captum nullis conditionibus dimittere volebat. Rosstockium & Vymaria proclamationes

fecerunt in suis & vicinis locis, quotquot forte propria nauigaturi essent ad militiam in Danos, & praedas in tria regna Danici cum Suecia, ad relaxationem capti regis inclinarunt. Venit subito incondita gregarioi manus, missi in mare, excursions plurimas fecerunt in Daniam & caetera regna. Vitalianos sese appellabant. Sed semel permissa uenia in hostes, facillime homines sine lege uiuentes abutebantur, sine discrimine obuios quosque in mari depradantes, neque ipsi memoratum urbium ciuibus parcentes. Multa inde urbibus prouenerunt incommoda, multae ab exteris querimoniae. Nonnulli excitate ex illa radice in lite causae, quae per iuris strepitum agerantur apud Imperatorem, per multa mox sequuta tem-

perat durare. Sed prima fuerunt lucra duarum urbium ciuibus, qui merces undecunq; raptae, uili precio ad eius generis mercatoribus comparauerunt. SVNDENSES nauim una gregariis plenam ceperunt. Non sunt inueniti carceres, quibus ea multitudine includeretur: didicerunt ab ipsis gregariis, quomodo solerent captos includere mercatores. Vasa quae porci apta sunt, & deinde mercibus etiam caeteris includendis (tonnas uocant) una extremitate ad capacitatem humani capitis emittendi perforantur: extante capite singulos singulis includerunt. Ita compositis in ordinem uasis, alterum super alterum ex ordine coposuerunt: donec publico iudicio condemnatos, extra urbem productos, gladio ceciderunt. Alberto liberato interim, Vitaliani iam depraedationibus assueti, quum pax reddita esset orientali mari, in oceanum Britannicum dilapsi, Frisiae latera pro domicilio habuerunt. Inter Frisos capitaneus erat Hitzke Prouetig quatuor ad mare praesidia tenebat, praedonum receptacula, Bruke, Vymunde, Auribashoue, & Margenhoue: hoc praeterea multi mercatores urbium Vandalicarum, Prussiae & Liouoniae, direptiones sunt perpessi. Capta est nauis de Reualia nauigans, inestimabilis precij merces deuehens, pelilibus, cera, cupro onusta. Qui inerant mercatores, quum nosset uel soli rerum precium, istas, inquit, merces iam uestrae, quia distrahere uobis in animo est, hoc saltem nobis, quoniam earum dominis, permitte, ut a nobis accepto aequabili precio, quod reliquum est mercaturae uobis lucrum prouenire sinat. Vili sunt aequum postulare. Igitur octo millia naboru (genus est grandioris ex auro numismatis per Angliam Franciamque) constituuntur illis in pretium. Erat uix quinta iusta aestimacionis: & receperunt merces illi suas constituta pecunia ad eorum beneplacita. FRATER S. Teutonice domus per Prussia, in insula Gothlandia, ab Vitalianis, regis Alberti permissu possessam, in gressu, expulere gregarios: suisque deinde iunxere ditionibus, pecunia ius omne ab Alberto rege redimentes. Cranzius lib. 9. cap. 29. 36. & 39.

Circa annum MCCXCII. VVISMARIENSES ciues militem auratum Magnopolensem, quod ciuis cuiusdam uxorem non repugnante rapuisset, suspendio necarunt. Albertus rex Sueciae, dux Magnopolensis, neque precibus neque minis potuit eos flectere, ut sibi iudicium de suo milite permitterent, cum mundum muliebrem, aurique & argenti plurimam suppellectilem deprehendissent apud illum. Cranzius libro 10. Vandaliae, cap. 8.

Ciuis Lubecensis quidam, episcopum Lubecensem Bertramum saepe interpellabat super redditibus, quos in illius praesidio habebat, exolendis. Obfudit episcopus, nec ullam praebuit aurem momenti. Ille uocatis in societatem facinorosos duodecim, in praedium episcopi Koldenhoff contendit, inde pignorationem faciens pro retardatis censibus. Turbata tota ciuitate, LVBECENSES tredecim illi ciues, publico iudicio condemnati, suspendio perimuntur. Non multo post, quum ex militariibus Hollaetiae quispian maiorem etiam uim intendisset unum ex ciuibus, quesi ciues apud comites, ut exemplo suo animaduertent in eum qui publicam pacem uiolasset: responsum fuit, si cum arborum foliis excrescent abundantem in arboribus ciues uestri, constitutis in illos quos uisum fuerit: nostris ministeriales magno nobis constant, multis laboribus & periculis in uiros quodant, non tam facili momento perderent. Cranzius lib. 8. Vandal. c. 42.

IOACHIMVS Marchio Brandeburgensis, supra LXX praedonibus, & in iis etiam nobilibus non paucis, securi caesis, ditionem suam a latrocinio purgauit. Auriga quidam ab equite quodam fortunis omnibus exutus, ad Marchionem praedonem intromissus, calamitatem suam exposuit, & inter ministros astantes eum a quo spoliatus fuerat agnitum indicauit. Marchio postera die capitali supplicio, latrocinium de suo arceptum conspexit, affectu. Io. Agricola in prouerb. German.

IOACHIMVS Marchio Badensis, sicubi in ditione sua latrocinium commissum didicit, uocatis iis qui damno affectu fuissent, tantum eos ex fisco suo accipere iussit, quanti esse, quae amississent, iureiurando affirmassent. Exinde latrones insecutus, apprehensos in tota suscit. Id est, supplicij genus apud Teuton-

Teutonice formidabile. At ita breui pacatissimam prouinciam reddidit. Aen. Syl. lib. 4. de Alfonso.

ANNO MDDV. in POLONIA de equitibus quibusdam, qui latrocinia exercuerant, sumum supplicium. Ac Osiuchouius quidem & Misouius gladio percussit: Rufinus uero femina cum ocreis, calcibus & cultu corporis uirili, ut erat perhensa, suspendio necata est. Cromerus lib. 30.

APUD Saxones, anno M D. carnifex latro, & mercatoris peregre profecti familiarum crudeliter interfecerat, absconditus in cella uinaria, & latrocinium hoc in ipsum postea mercatorem transferebat, idque per torturam elicuerat: proditus autem gentis oculis, mercatoris simbolo horatis, comprehensus fuit, & ignitis forcipibus a populo in fore dilatatus. Ioan. Paulus in Spudopedia.

GELEYS, Quae sitis rerum capitalium uices Lueticiae agens, cum de sententia Praesidialium Iudicum in Castello Panfienfi (id carceri nomen est) tres gradatius accusatos & ex sua confessione depraedationem castrorum, multarum conuictos damnauisset, quartus ab eis accusatus est, & ne ad tormentum quidem uoluit quicquam agnoscere: nihilominus tamen ob praesumptiones certas & conuicta testimonia fuit damnatus, & rotae impostus: & quamuis (ut plerique faciunt) palam exponeret, se morti immergerem iradi, & blasphemorum nomē Dei assumeret, ut suum honorem apud homines tueretur, confessario tamen suo declarauit tam reum se esse quam alij fuerint, sed ne indicaret cuiquam rogauit: conuictus uero a iudice poenae accitus rem totam explicauit. Bodinus lib. 4. Demon. cap. 2.

runo, addictos ei, unde furtum factum foret. Si serui, a uerbis etiam de saxo dari in preceptis permiserunt. Pueros im puberes ad praetoris arbitria reicerunt, qui & factam noxam sancirent. Cauius lib. 10. c. 8. A. L.

FVRTI noxialis actio lege XII. Tab. constituta erat, ut si seruus quadruplum furtum damnatum admisset, uel fraude aut perfidia quid parasset, dedendo seruum aut quadruplum, liberaretur dominus. Alex. lib. 6. c. 10.

M. FABIVS censor severissimus, Fabium Bureonem filium furti insimulatum, capitis reum egit, & ultimo supplicio affectu. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 13.

M. CATO memoriae tradidit, in furto comprehensus inter committiones dextras esse praecisas: aut si silentius animaduertente ubi uissent, sanguinem missum. Front. lib. 4. c. j.

HERODES Iudaeorum rex, ut furum nimiam licentiam cohiberet, nouam legem tulit, ut perfores parietum liceret uendere in seruitute extra regni terminos: quod uidebatur non tam ad poenam malefactorum tendere, quam ad dissolutionem patriarum consuetudinum. Seruire etiam apud externos, & diuersam uiuendi rationem habentes, & cogi ad faciendum quicquid illis imperaret libuerit, religionem magis laedebat, quam ipsos conuictos sceleris. Qua de re satis cautum erat, in praesentis legum sanctionibus, uidebatur furem quadruplum reddere: quod si non sit solucendo, uendi, non tamen exteris, nec in seruitutem perpetuam, sed uindicandum in libertate anno VII. Quam obrem indignissime eam legem tulit populus. Iosephus lib. 16. c. j.

ALEXANDER Seuerus adeo uindex furtorum fuit, ut praeter seuerissimas poenas, nullum raptorem aut furem salutationi admiserit, illosque uelut nequissimos de conspectu submouerit. Itaque cum Septimius Arabinus, qui famosus criminum furum sub Helio gabalos fuerat, libere inter senatores principem salutatum uenisset, exclamauit: O numina, o Iupiter, o dii immortales: Arabinus non solum uiuit, sed etiam in senatum uenit fortassis de me sperat: tam fatuum, tam stultum me esse uidet. Lampridius.

VALENTINIANNVS I. Imp. Rhodanum praeposuit, qui Berenice cuiusdam matronae zblatas opes, semel monitus, non restituebat, in Circo extructa pyra exuri curauit, & eius bona mulier ad iudicium Zonaras, & Cedrenus.

Iustinianus Venerus asserit THEODERICVM Ostrogothorum regem in Italia fures ad acribus poenis insecutus, ut liceret per omnem ferre Italiae apertis ianuis dies & noctes age. Io. Magnus lib. 9. c. 29.

CANVTVS Danorum rex, cum aliquando latrones quosdam suspendi iussisset, de nauica pinu suspendi unum ex iis, se regio sanguine natum affirmantem. Helmsoldus in Sclauorum chronico cap. 30.

APUD ANGLIOS furibus litera T sub pollice iniuritur, quem admodum homicidis M litera, quod fur theth uocatur, qui sic stigmati effecti, si in peccato furti inuenerint, sum meritis illis dant poenas. Instituti huius auctor fuit Henricus VII. in concilio, quod anno regni secundo habuit. Poydorus lib. 26. Angl. hist.

ANNO MCCCLVI. magistratus urbis CRACOVIENSIS Nicolaum Turcicum presbyterum, & Nicolaum Gnoiniu, & ipsum sacris initiatum, furti reos, captos, & quaestionibus examinatos, non tunc clam capitali supplicio affectu. Quia obtem tota ciuitati sacris interdicitur est, donec episcopus a rege exoratus, trecentis florentis multa nomine acceptis, id interdictum sustulit. Cromerus lib. 23.

Cum antea fures domestici lege VENETORVM antiquitus instituta poena multo leuiore plecterentur, quam ij qui eandem domum non incolerent: qua ex re fiebat, uti aucta seruorum & inquilinorum audacia, omnibus penes in domibus furtis exercebant, maioribus in coimris mens Sextili anni 1489. lex est perlatā, qua lege eadem esset in seruos reliquosque fures contubernales poena constituta, idem ius, qua poena, quoque iure in alienos externosque fures animaduertente ciuitatis Venetae magistratus consueuerant. Bembus lib. j. Venetae hist.

CARINTHIA prouinciae consuetudo, in oppido quod Clagesfurtinum appellant, contra fures est durissima. Si quis in furti suspicionem incidit, mox captus laqueo suspensus uitam finit. Sumto supplicio, post triduum de suspicionem iudicant. Si reus fuerit, pendere cadaver in fame sinunt, donec sua sponte decidat. Sin minus, depositum in coemeterio condunt, iustique funus publice faciunt. Aen. Syl. c. 20. Europae.

FRIDERICVS III. Imp. furtis suspendium addidit. Quia poena nuuē per Europam uiuunt. Lud. Vices lib. 7. de Cauis corruptarum artium.

ALFONSVS Aeternus, dux Ferrariensis, fuit mendacium inprimis, furumque & seditionum seuerus hostis, cum in reliquis criminibus puniendis exorabilem se tenemque praebere. Iouius.

Cum Casaris Caroli V. milites Genuam obsiderent, peditarum H h h h 2 dux

DE PLAGII POENA.

Siquis ISRAELITARVM plagium commiserit, & Israelita aliquid abducatum uendiderit, morte plectebatur. Deut. 24. ROMA cum seruus fugitiuus praeter oculos domini foret ambularet, quida obtentu uide ueluti se amiciens, fecerat atque obliuisceretur, ne a domino uideretur. Ideo furti postulat ac iudicatus est: licet qui seruo peruerserit ut fugeret, fur non sit: sed eo fecisse ac cessasse probaret, ut seruus ab alio subriperetur: & quamquam uulgo dici solet, furtum non committere, qui fugitiuus iter monstrauit. Placuit enim mentem, consilium & animum eius intueri: qui quantum in se fuit effecti, ne dominus unquam serui sui operetur uteretur, dominumque tandem siue possessio ab eo recederet. P. Aegrodus, ex Sabino Iurecos, apud Gellium lib. II. c. 18.

DE FVRTI PRIVATI, RAPINAE PRIVATAE POENA.

IN GENERE.

Siquis in furto sit deprehensus apud LOCROS, oculis priuatur. Cum autem Zalucii filius reus ageretur, & cum Locri absoluerent, non permisit: sed sibi unum, & filio alterum effodit. Heraclides in Polit. Sed hoc supplicium adulterio itrogatum alij scribunt.

BACTRIANI, eos qui pauca furatur, spuit dehonere solent. Rautius.

APUD SCYTHAS nullum facinus furto grauius habetur, cum sine teo & munimento pecora & alimenta possideant: cum per syluas uagentur, si furari liceret, nil superesse uideretur: aliena non capiunt, propriis contenti: aurum & argentum ex more non anhelant. Boasii. lib. 2. Dec. j.

APUD LYCIOS, si liber furti coarguatur, seruire cogitur. Stobaeus Scrm. 42. ex Nicolao de Gentium moribus.

DRACO legislator Atheniensium, ut ab alieno omnes manu abstineret, uoluit, furtaque uel leuissima morte puniri: adeo ut eum, qui stercorandi causa stercus bubulum abstulisset, aut olera, capitis supplicio afficeret. Sed & furto teneri censuit, qui iumentum aliorum, qua quod utendum acceperat, egisset. Gellius lib. II. c. 18.

SOLON Salaminius, Draconis legibus propter acerbiteriam suam, tacito consensu abrogatis, sua lege in fures non moris, sed dupli poena uindicandum existimauit. Idem.

LYSANDER Lacedaemonus, egressum nia quemdam castigabat. Cui dicens, Ad nullum rei rapinam se ab agmine recessisset: respondit, Ne spem quidem rapturi praebes uo lo. Frontinus lib. 4. c. j.

ZENO Citicus seruus in furto deprehensus egdi iussit: quique is se sic excuset, ut diceret, sibi fuisse in facis ut furaretur: Et caed, inquit. Seruus allegabat fatorem necessitatem, ad executionem commisit. Eam necessitate retorfit & ad supplicium, quod ipsum etiam erat in facis. Laert. lib. 7. c. j.

DECEMVRI apud Rom. pro furtorum imparitate dispariles induxerunt suppliciorum metus. Quippe manifestarium furem, quod & Caius reperit Digestis ad leg. Aquil. tum deum necari indulserunt, sed lamocis tam testificatione, ut Caius inquit, si tenebrarum beneficio sese in facinus insinuallet: aut luce quoque, si rebo te ueri ausus foret, quo eua dret. Caeteros id genus, si liberi forent, uerbis subiecc

picem Turinū alligari, fumoq; appoſito, quē ex ſtipulis atq; humidilignis fieri præceperat, necari iuſſit, præcone dicitur, Fumo punitur, qui fumos uendit. Aero dius, ex Lâprid.

Kennethi SCOTORVM regis lege cauſidicus falſi conuictus furca pleſtitur, cadauer inſepulchrum abiicitur. Heſtor Boc thius libro 10.

INGRATITVDINIS POENA IVSTA.

IN GENERE.

PERSÆ uix ullum uitium magis damnarunt, quàm ingratitudinem. Quem enim cognorint poſſe referre gratiam, nec reſerre, in hunc ſeueriſſimè animaduertunt: quippe qui arbitrantur eos qui ſunt ingrati, & deos maiorem in modū negligere, & parentes, & patriam, & amicos. Ingratitudinem enim poſitiſſimum impudentia ſequitur, quæ ad omnem turpitudinē dux eſt Xenophon in Cyri Pædia lib. j. & Stobæus Serm. 42. & Alex. ab Alex. lib. 5. c. j. & Cæſ. lib. 7. c. 28. Themiftius de Amicitia.

Apud ATHENIENſES & MACEDONES lege cauebatur, ut haud ſecus aduerſus malè meritos ingrati actio detur, iudiciūq; dicatur, ac ſi ære alieno, aut graui crimine nexi forent. Alex. ab Alex. lib. 5. c. j. Quod ſignificat, opinor, in declarationibus Libanij, & Polluxi Onomaſtici octauo, itè Luciano in Abdicato.

Actio ingrati, excepta MACEDONVM gente, nuſquam data eſt: ait Seneca lib. 3. de Benef. Nam cum diſciſſilis eſſet, inquit, incertæ rei æſtimatio, tantum odio dānauius, & interea reliquimus, quæ ad uindictas deos remittimus. nam optima beneficij pars penit, ſi ut certæ pecuniæ ex conducto aut ex locato detur. Hoc enim eſt in illo, quod dedimus uel perdituri, quod permiſimus accipientiū arbitrio. Si appello, ſi ad iudicem uoco, incipit non beneficij eſſe, ſed creditum: nec erit glorioſa res, gratum eſſe, niſi tutum eſt gratum non eſſe. Anſto. lib. 8. Ethicorum, c. 15. apud nonnullos non dari iudicia aut actiones de eo quod quis in aliū abſq; rationis conſpectu contulerit, aſſerit: cum putet eos, qui ſidem alterius ſecuti cum eo aliquid contraxerint, æqui boniq; facere oportere.

PYTHAGORAS ablegandos reiſciendosq; ingratos, ex Plutarchi interpretatione, ſymbolicè uidetur monuiſſe, ubi præcipit, Sub idem tectum non admittendas hirundines. quoniam ingrati ſymbolum auis ea credatur habere. In Rhetoricis ad Herennium, amicitia minus firmæ ſimilitudo ab hirundinibus duci docetur. Cælius lib. 7. c. 28.

IN SPECIE. POENA INGRATORUM.

CIVIVM.

Beltrandus Venetus, plebeius homo, ſuo iudicio Matini Faletri ducis facinus detexit: ueniaque impetrata, cum conſilij particeps fuiſſet, donat⁹ eſt in ſingulos annos millenis aureis, & ædibus ad Apoſtolorum ædem Ducis ipſius magiſtrantiffimis in ſuper (quod maius fuit) in Patricium ordinem aſcitus eſt. Quod quum ingrato planè animo accipiſſet, palamq; ut ingratiſſimos hereditas: eam prærogatiua pertinaçiffimum, in exilium ad decem annos Ragufium reiſciere. Quod quum ille minis ſeruafſet, in Pannoniam proficiens interfectus dicitur. Egnat. lib. 3. c. 5.

LIBERORVM.

ATHENIENſES ingratiſſimè actionem nulli alij permittunt, quàm patri contra ingratos liberos, ita ut poteſtatem abdicandi & hæreditate excutiendi ei permittant. Xenoph. lib. 2. Anonymus de pædagog.

LIBERTORVM.

Iudicium aduerſus ingratos liberos, & uelut à patrono deficientes, Apoſtaſium dicebatur, uel *ἀποſταſίου δική*. Eius commeminit Lyſias ad Ariſtodemum, & in Athenienſium Republica Ariſtoteles. Cælius lib. 17. c. 29.

Ab ROMANIS inſtitutum eſt, ſi quis comperiffet ſeruum ſuum, quem libertate donafſet, ingratum eſſe, uſq; ad tertiam libertatem poſſit ſe ingratiſſimè uitio ulciſci. Si poſt tertiam libertatem ruruſcum cum libertum faceret, nō haberet ius in ſeruum illum. Val. Max. lib. 2. c. j.

Scilicet lib. 13. Annalium Tacitus Cornelius, actum in SENATU, Nerone imperante, de libertorum fraudibus, eſſlagitatumq; ut aduerſus malè meritos reuocandæ libertatis ius patronis daretur. Sed eam relationem conſules incipere nō auſos, ignaro principe. Mox uerò ſententiam equaliſſe: Diſpiceret quiſq; merita, tardeq; concederet, quod datum nō adimeretur. Cælius lib. 17. cap. 29. A. L.

HOSPITVM.

PHILIPPVS Macedonum rex, habuit ſtrenuum quendam militem, cuius utilem operam præpæda uirtutis cauſa cōſerebat, & hominem auarum crebris auſtoramentis accendebat. Is naufragus, in poſſeſſiones cuiuſdam ignoti ſibi antea Macedonis expulſus eſt: à quo cū humaniter acceptus, recrea-

tus, ſanatus, uaticio inſtructus eſſet, nullo prætermiſſo officio hoſpitalitatis: interimq; dum nihil aliud miles ſapienter obrunderet, quàm ſe tam liberalis erga ſe beneficij tum gratiam habiturum, cum primū per ualericum ad Philippum ſibi redire licuiſſet: tamen reuerſus, narrauit quidē imperatori ſuo naufragium, ſed de iſto officio & auxilio nulum uerbum. Quinidē protinūs id cum magna contentione petiit, ut ſibi, compenſandi iſtius damni ac periculi cauſa, rex cuiuſdam prædia maritima donaret, aſſignaret. Fecit: ipſaq; illa fuere huius tam grati hoſpitiſ, à quo miles ſaſtutus ac receptus erat. Verū ille prædiorum dominus, ubi ſe tam indignè ab eo, à quo minime oporteret, expulſum uidit, rem omnem liberè narrat Philippo per epiſtolā. Quæ lecta, & rei ueritate accepta, caq; perquiſita diligenter, Pauſania mandauit, curaret, ut bona priorum domino reſtitueretur: cæterum improbiſſimo militi, ingratiſſimo hoſpiti, aliſſimo naufragio, ſignata inſcriberentur huiusmodi: hic ingratus hoſpes eſt. Aero dius, ex Seneca li. 4. de Benef. c. 37.

VICINORVM.

Scriptum in quodam commentario reperi (inquit Gellius lib. 7. cap. 29.) uerſus iſtos à VERGILIO ita primū eſſe reſtatatos atque editos:

Talem diues arat Capua, & uicina Veſeuo Nola iugo.

Poſtea Vergiliū petiſſe à Nolanis aquam, uti duceret in propinquum rus: Nolanos beneficium petiit negaſſe: potam offeſſum, nomen urbis eorum, quaſi ex hominum memoria, ſic ex carmine ſuo deſaſſe, Oraſq; pro Nola mutaſſe, atq; ita reliquiſſe: — Et uicina Veſeuo Ora iugo.

DISCIPULORVM.

Parum eſt ſilium edere, niſi qui erudicendum parat. nam eſt uera præſidia ſunt uitæ, quæ ut dicebat Ariſtippus, etiã è naufragio poſſunt enatare: quibus neq; publicum rerum mutatio, neq; belli uia uitaſtatio nocere poſſent. Ita q; licet omnium Græcorum hæ fuerint optima leges, Parentes à liberis ali oportere: Athenienſium hæ propria ac celeberrima fuit, ut eos modò liberi alerent, qui ſe literis atq; artib. erudiſſent. Quare & Præceptores noſtri uerè parentum loco ſunt, ut quod in eorum ſalutem à diſcipulis ſit inhumanitè admiffum, ſpeciem proſectō patricij habere uideri poſſit. Sed id quantum ad eos attinet, qui nos ſingulos ſeparatim inſtituunt. Verū de iſis quid dicendū eſt, qui propter eam, quam in aliqua diſciplina perfectam cognitionem adepti ſunt, atq; ſtudio & amore poſteritatis eam ſcriptis tradiderunt, ueluti pecuniæ, ita eruditionis ſuæ non caduca aut pro non ſcripta eſſet hæc immortalis hæreditas: eam prærogatiua adepti ſunt, ut parètes totius Reipub. literariæ cognominarentur? Quales fuere Cicero, Demothenes, Ciceronius: Plato, Ariſtoteles, Philoſophia: Galenus, Hippocrates, Medicinæ: Hieronymus, Auguſtinus, Theologia: Thucydides, Hiſtoriarum: Homerus, Poetarum, parentes atq; duces appellati. Quamobrem qui tantorum patrum maiestatem atq; auctoritatem lædunt ac depriment: & qui cum iamlo qui nō poſſint, uel inuidia, uel cæca emulacione ſcripta atq; memoria eorum calumniatur ac iugulant, meritò publici patricij arceſſiri poſſunt. Nam ut erga parentes prima impietas eſt, contumacia: ſic erga patriam ſumma offeſſio eſt, quenquam aded ſeſe efferre, & maledictia laudē querere, ut uel quidem Muſas *ἐπιſτορας* præ ſe uideri uelit. Cum itaq; Zoilus, qui Homero maſtyx dici & appellari uoluit, à Macedonia Alexandriam ueniſſet, atq; ſua ſcripta *ΠΟΛΕΜΑΙΟ* regi contra Iliadem & Odyſſeam recitaſſet: rex indigniſſimè tulit, poetarum omnium parentem, totiuſq; Philoſogiae ducem, præſertim mortuum, uexari, calumniari: & cuius abs cunctis gentibus tanta cum admiratione ſcripta ſuſciperentur, ab eo uituperari, qui ne quantus quidem ſue rit Homerus iudicare poſſit. Quare iſte præclarus Homero maſtyx inopia preſſus, cum ſummiſſeſt ad regem, qui ut aliquid ei tribueretur, ſedulo poſtularet: Ptolemæus reſpondit, Homerus qui ante annos mille deceſſiſſet, æuo perpetuo multa millia hominum paſcere: itaq; etiam debere qui meliori ſe ingenio eſſe proſtiteret, non modò ſe uipum, ſed etiam plures alios alere poſſe. Iſe igitur aliò proſectus, cum identidem patrem illum, Poetarum in dignè traduceret, & alij damnatum patricij, alij à Philadelpho in cruce affixum: quidam lapides in eum coniectos, nonnulli, Smyrnæ uiuum in ignem proiectum eſſe aiunt. P. Aero dius lib. 2. de cretorum, ex Vitruuio Pollicione lib. 7.

OFFI

OFFICII NEGLECTI POENA IVSTA. OFFICII INQUAM DEBITI PROPTER BONA

ANIMI, IPSIS.

DARIUS rex, ſatrapas Danieli prophætæ inſidiantes leonibus obicit. Daniel. cap. 14.

SCHOLASTICIS, STUDIO SIS.

Monachi ad D. Germanum Lutetia ſcholasticos duos publici patii Clericorum cōmotione interemerant. At iudicio REGIO protinūs à Monachorum bonis ſacella interfectis ere ſta, perpetuoq; reditu dotata: duarum parocciarū, alterius Dd. Colmæ & Damiani, alterius D. Andrea, collatio iſs ere pia, & Vniuerſitati attributa: omnes cenobij ſeneſtræ, quæ ſpectarent in clericorum campum, clauſæ & ob ductæ. In publica ad Catharinā ſupplicatione ſcholasticus à Carolo Bauſianus equitis pueris & famulis intererunt erat. Regio iudicio Sauoſianus ipſe exiliij cauſa ſolum uertit, dom⁹ uis diruta. Præſertim Pariſienſis anno MCCCIII. ſcholasticū præcipit iudicio ſuſpenderat. At maturo regioq; iudicio, ſuſpenſum ore oſculari, paſibiliq; laqueo eximere, ſceleriq; ueniam à Pōſtice petere coactus eſt. Anno MCCCCLIX. prætor alios ſcholasticos duos ſimiliter oſculari, & cadauera paſibili laqueo excemta, pullatus cum lictoribus item ſuis pullatis ad ſepulchri monumentum proſectus, magiſtratu deniq; abdicatus eſt. Anno MDLVII. cum propter eundē

campum Clericorū magnus tumultus eſſet exortus, ſcholasticus ius ſuum reperentibus, ædificia quædam diruentibus, quorūdam reditus ab iniuſtis poſſeſſoribus. Academiæ ſicō reperentibus: & præſectus urbis ſcholasticorum principes in uincula coniectos, iam damnafſet: ad regem Henri cum II. legati miſſi, impunitatem damnatis, cæteris libertatem impetrarunt. P. Ramus oratione de Legatione ſua.

MECHANICIS.

Apud INDO S, qui artiſcem aliquem manu aut oculo priuaerit, morte damnatur. Stobæus Sermon 42.

FORTVNÆ, VIRIS.

ILLVSTRIBVS.

CLAVDIVS Imp. ſeruum ſuum, qui uiuum illuſtrem probro affectiſſet, in forū trahi, atq; flagris necari iuſſit. Dion li. 60.

INVIARIAM PATIENTIBVS.

Apud ÆGYPTIOS, ſi quis iter faciens, aut homines à latronibus cædi comperiret, aut quamlibet iniuriā perpeti, neq; ſubueniret auxilio, ſi poſſet, mortis erat reus: ſi auxilium ferre non poſſet, lege adigebatur, ut accuſaret latrones coram magiſtrato. Qui hoc negligeret, plagis ad certum numerum pleſtebatur, in duoq; carebat cibo. Diodorus Siculus lib. 2. cap. 2. de Rebus antiquis.

INIVSTITIAE CORRECTIVÆ POENA IVSTA.

SONTES NON PVNITOS.

Conſule Tit. Poena perſiſte in iudicio, quatenus iudices iniurias non uindicant.

Quo tempore nullus erat in Iſtaclis rex, Leuita quidam in late montis Ephraimitarum peregrinans, uxorem duxerat concubinam à Bethlehema Iudææ. Quæ cum parum pudica erga illum fuiſſet, diſceſſit ab eo Bethlehema. Leuita eam perſequeſ, perſuaſit ei ut ſecum rediret. Bethlehema proſectū, eſpere ad Gabaam Beniamitarum ſole occidente petente, ſibi in foro conſidebant, nemine eos domum in noctem inuitante. Senex tandem quidam, rure ab opere rediens, à monte Ephraimitarum oriundus, Leuitam in foro conſpiciens, domum ſecum abducit. Interea oppidani domum obſiderent, & hominem illi produci poſtulant, ut eum agnoſcerent. At ſenex illis obſiſtere, & ne hoſpitium uiolarent rogare: eſſe ſibi filiam uirginem, eam ſe unā cum concubina hoſpitiſ conſtiprandam produſturi, modò ne hoſpitem læderent. At cum acquieſcere nolent, Leuita concubinam ſuam illis foras educit. Qui eam tota nocte conſtipratam manè dimiſerunt. Illa præ foribus ædij iacens expiſtat, Leuita manè aſino eam impoſuit, domumq; ad ſe reueſtus gladio ea membratim in XII. partes diſſecuit, atq; ſingulis ÆGËLYTARVM tribus partem unam miſit. Iſtaclitarum ad CCCCM. conuenerunt Maſſapham: ibiq; ſce lere Gabæuſium cognito, legatos miſere ad tribum Beniamitarum, Gabæuſes ſibi dedi ad necem poſtulant. At illi conſtanter negare, atq; etiam armis decernere parati, apud

Gabaam cenſum ſuorum inſtituerunt ad XXXVI. millia arma ferentium, præter Gabæuſes, quorū reſciti ſunt DCCC leſiſſimi, ſcæuæ omnes, funditores peritiſſimi, ut ne pilum quidē aberrarent. Expeditione igitur ſuſcepta, duobus præliis Iſtaclitæ à Beniamitis fugati, XL millia ſuorum amiſerunt. Ea clade accepta, cum Bethel cōueniſſent (ſibi enim arca fœderis erat, cui miniſtrabat Phineas Eleazar filius Aaronis nepos) & ieiuniis atq; ſacrificiis Dominum placante, poſt ridiè inſidias circa urbē poſtiter. Mox acie explicata, Beniamitas egreſſos fugere, illi perſequi. Tum qui in inſidiis locati fuerant, à tergo oppidum ingreſſi, igni tradiderunt, & Beniamitas in medio concluſos egiderunt ad internecionem, ſextentis tantum, qui in rupem Remmonis conſugerant, ſuperſtitibus. Inde conuerſi in cæteros Beniamitas, oppida, homines, pecudes ferro & igni uafarunt. Iudicum 19. & uigeſimo.

Iabêſes Galaaditæ, quoniam ſoli ex omnibus ÆGËLYTIS ad Maſſapham ad uindicandū Gabæuſium facinus non conueniſſent, uictis Beniamitis ad internecionem caſi, CCC tantum uirginibus ſuperſtitibus. Iudicum 21.

Lacedæmonij quia ſtupratores Scedafii filiarum, perſequeſſe patre, ſupplicio non affecerant, ab EPAMINONDA Thebanorum duce tandem ad Leuctra cruentiſſimam cladem ſunt paſſi. Diodorus lib. 15.

Sagunto ab Hannibale perſidè oppreſſo, cum Carthagineſes factum etiam defenderent, ROMANI pro focia urbis ultione arma cepere. Sab. lib. 4. c. 5.

VITIOSORVM QVORVNDAM EFFECTVVM POENÆ IVSTA. VTPVTA.

OTII, IGNAVIAE, NEGLIGENTIAE, TARDITATIS.

IN GENERE.

Gratiter reprehendit PAVLVVS Theſſalonienſes otioſos, licet ipſos aliàs commendaret: Si quis non uult operari, nec manducet. 2. Theſſ. 3.

Legem hanc apud Ægyptios AMASIS rex cōdidit, ut ſingulorum ſingulis annis apud prouinciarū præſides demonſtrarent unde uiuerent. Et qui aut hoc non faceret, aut non demonſtraret ſe legitime uiuere, ſis morte afficeretur. Quæ legem Solon ab Ægyptiis mutuatus, Athenienſibus tulit: quem illi, quod ſi caſtiſſima, aſſidue uſurpant. Herod. lib. 2. & Plut. in Solone.

NABATHÆIS ſeruatum legitimus, ut negligens, remiſſus & otioſus, qui opes paternas ignauia minuiffet, poena multaretur. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 13.

SARDOLIA lex in otioſos conſtituta eſt, quæ poenas ignauia & ſocordiae infligebat: & unum quenuq; laborum, uictus, totiuſq; uitæ rationem reddere cogebat. Aelianus libro 4. de Varia hiſtoria.

Apud ARCO S ſi quis in re querenda negligens foret & remiſſus, aut ſi deſidioſus & ſegnem uiderent: rationem un-

de uictum quereret, apud magiſtrum, qui loco Cenſoris erat, reddere cogebatur. Alex. lib. 3. c. 3.

LYCANI, ut aliorum criminum, ſic etiam otij cauſas agunt: & ſi quis homini otioſo ac uoluptatiſ dedito mutuafſet aliquid conuincatur, priuatur apud eodem mutuo dato. Stobæus Serm. 42. recitat, ex Nicolao de Morib. gentium.

DRACO celebriſ apud Athenas lator legum, eos qui otij damnati forent, capite cenſuit multandos. Hinc factum, ut illum orator Demades non atramento, uerū ſanguine leges condidiſſe, dictaret. Cælius lib. 11. c. 3. A. L.

SOLO N præcipue cauuit, ut qui malis artibus degeret, cuiſq; otio periret dies, poena afficeretur. Alex. lib. 3. c. 13.

ÆROPAGITARVM ſanctiſſimum apud Athenienſes erat conſilium, in quo quid quiſq; Athenienſi ageret, aut quoniam quaſtu ſuſtenteretur, diligentiſſimè inquirebatur: ut homines honeſtatem ſequerentur, ac laborum totiuſq; uitæ rationem reddere cogerentur. Val. lib. 2. c. j. Gell. lib. 12. c. 7. Ouid. de Triſtib. & Stobæus Serm. 42. Plato in Timæo.

Heron das quum eſſet ATHENI S, audiuiſſetq; quendam iudicum ſententia damnatum de crimine otij, qui mœſtus incederet, & ab amicis mœſtis deduceretur: iuſſit ſibi cōmonſtrari eum, qui in cauſa liberali reus prerageretur. Lacedæmonij, R h h H 4

monij, quicquid erat fordidarum artium, non per civis, sed per Helotas mancipia exerceri volebant: eoque mirabatur Herondas, ob id quinquam vocari in ius, quod servilia non exerceret: ibique pro crimine haberi, quod Lacedaemone iudicaretur honestum ac liberali. Plut. in Lacon.

PISTRAIVS, tyrannide Athenis arrepta, accessit iussit eos qui in foro deambulando atque otioso tempore teterent: & interrogavit, Num quae causa esset ipsi in foro oberrandi? simulque dixit: Si tibi boues aratores mortui sunt, de meo capere rursus alios, atque ad labores te conferre, si egenus & inopes es feminum, de meo dentur tibi. Veritus, ne horum otium insidias aliquas pareret. Aelian. lib. 9. Var. hist.

Legem quandam esse apud CORINTHIOS scribit hoc patro Diphilus in Mercatore:

Est optime hic statutum apud Corinthios. Obsonis si quem videmus splendide Semper frui, rogare, ut quis suppetit Huic unde, siue quid facit. Si sufficit Huic uictui rediens, frui relinquimus. Si contigit supra hunc opes impendere, Iubetur id non amplius fecisse: qui Ni pareat, poenam solent imponere. Si nihil habens profusus videtur splendide Vixisse, camifici datur. Athen. lib. 5. c. 2. Dipnos.

THOMAS Ranulfus, Scotici regni gubernator sub Davide rege, octenni, histriones uagos & nusquam certas haberes sedes, aut ludicras artes exercentes, in urbes recipi ueluit, propter tibicines & rubicines, nisi uictum artificio alio quaerirant. Sic Scotiam ab otiosa nebulonum turba purgavit. H. Boethius libro 5.

EVGENIVS IV. Scotorum rex, otiosos homines aut in exilium abire, aut artem manuariam discere coegit. Boeth. li. 9.

FLORENTIAE in Hetruria, patrio instituto animaduertitur in eos, qui otiose & ignauiter in ea ciuitate agunt. Ex his expostulatus aliquis, unde uictum sibi quaeratur, & uictum, si expedire non possit, nec uitae innocentiam probare, ut sceleris conuictus plectitur: aut tanquam ciuitati perniciosus, ut be ciicitur. Sabel. lib. 6. c. j.

IN SPECIE. POENA IGNAVIAE

Regum.

Theodericus Francorum rex, cum ignauiae deditus esset, nec adeundi salutandique sui copiam plebi faceret, nisi Calendis Maiis, eoque tempore muneribus, ultra citroque, militandis occuparetur, regnumque per alios administraret, in collegium monarchorum se recipere coactus est a PROCELIBVS. Michael Ritus lib. j. de Francorum regibus.

Magistratum.

M. MILITIVS, Cn. Lollius, L. Sextilius Triumuir nocturni, cum incendij arcendi causa, quod Romae in Sacra uia exortum esset, cum hamis & dolabris, omni que familia publica euocati, tardius aduenissent, a TRIBVNO plebis die dicta ad Populum, damnati sunt. Val. lib. 3. c. j.

Iam olim pignoris captis Senatores in curiam uenire cogebantur. OCTAVIVS item Augustus, ac C. CALPURNIA, iis qui tardius absque, uerisimili causa uenissent, maiore quam antea multa proposuerunt. Denique sub Traiano cum quidam Senator cessauisset in Senatui uenire, Praetor LICINIUS Senos ei multam indixit, quae tamen in annucriis postea deprecationibus a Praetore remissa est. Dion. lib. 54. & 60. Plinius lib. 4. Epistoliarum.

SENATVS Parisiensis iudicio, Gabastonus praefectus uigili, cum uocatus ad sedandam scholarium de suo prato seditionem, non uenisset, damnatus est. Nam indignum esse uisum, qui ab omnibus muneribus excusatur, ut incumbat & excubet uni saluti Reipubl. in tanta necessitate, ubi minima mora summi momenti est, legem, tardum ac negligentem se praestare, aut (quod minus etiam ferendum est) contumacem. P. Aerodius lib. j. Deceptorum.

Ducum.

Cum ad Cremeram unica & sola gens Fabiorum pugnet aduersus Hetrucos, horum omnium cedis auctor fuisse T. Menenius Consul a Tribunis Q. Conditio & Tito Genutio ad POPVLM accusatus est. Eum enim cum exercitu XXX ferè stadiis ab illo oppido distaxat abfuisse, ut facillime auxilium Fabiis afferre potuisset, tantamque tam excellentium uirorum ac ciuitum stragem atque interitum in summo Reip. tempore prohibere. Praeterea & ipsum Menenium cum Hetrucis infeliciter statim postea pugnaisset, magis quidem ignorantia atque imperitia sua & fœcordia, quam ex infortunio & inopinato reru euentu. Memoriae patris sui Menenij Agrippae, qui seductam plebem in Auentinum cum Patribus ad concordiam reduxerat, facile concessum est, ne ideo capitis in eum acquireretur: sed pecunia certè multata est, duobus uidelicet assium millibus, quod tunc temporis multae genae erat maximum. Aerodius, ex Dionysio Halicarp. lib. 9.

Bello Punico secundo, C. SEMPRONIUS Blesus, Gn. Fuluius, ob exercitum in Apulia amissum, & quod Romanas legiones ita corrupisset, ut milites inter socios iniqui & tumultuosi facti essent, inter hostes ignaui & imbelles, & quod ipse primus omnium ex acie fugisset, diem dixit. Vbi ergo productis testibus conlinitur terrorem ab eo ortum, concio confestim succlamauit, non pecuniari, sed capitis in eo anquerendum. Itaque dies illi perdullionis dicta est. Ceterum cum neque Fuluij fratris gratia, qui tum Capuam obsidebat, neque tribuni appellati auxilio essent, ante iudicij diem Tarquinios in exilium abiit. Plebs id exilium ut iustum sciuit: milites qui ex ea acie fugerant, in Siciliam ea conditione, qua & Cannensis pugnae reliqui sunt, quoad esset cum Pœno de bellatum, relegati. Additum ignominiae, ne propius urbem ullam decem millibus passuum tenderent. Sabellicus libro 4. Enneadis 5.

Mago Timoleontis Corinthij successibus territus, è portu Syracusano cum classe maxima in Africam rediit, & Siciliam fecit de manibus proiecit. Eius, cum sibi mortem consciscisset, corpus CARTHAGINENSIS in cruce egere, ob praetura male gestam. Plut. in Timolonte.

P. RUTILIVS consul, in eo bello quod in Sicilia cum fugitiuis gessit, Q. Fabium generum suum, quod negligentia Taurominiam arcem amiserat, prouincia decedere iussit. Val. Max. lib. 2. cap. 2.

C. COTTA P. Aurelium Pecuniolam sanguine sibi iunctum (quem obfidionem Liparitanam in Sicilia ad auspicia repetenda Messaniam transfurans praefecerat) uirgis caesum militia munere inter pedites fungi coegit, quod eius culpa agrin census, & castra ferè capta essent. Val. Max. lib. 2. cap. 2. Eron tinus lib. 4. cap. j.

Antonius Grimanus, classis Venetae contra Baiaetatem praefectus, eo quod infeliciter rem gesserat, maioribus comitiis, causa in uinculis dicta, quod Senatui lenitatem TRIVMVI RI, qui cum accusabant, ueriti, rem ad multitudinem & iudicium totius nobilitatis deduxerant, exilio in Illyrici maris insulas Apforum & Crephas damnatus exulatum abiit. Bembus lib. 5. Venetae hist.

Militum.

GALLI bella suscepturi, armatam iuuentutem edicto ad consilium uocant, & ultimum ad consilium profectum diuinitus cruciatibus perdunt. Fulg. lib. 2. c. j.

Apud GRÆCOS militari lege cautum erat, ut qui miles scutum in acie amississet, capite poenas lueret: qui uero gladium, leuiori poena notaretur. Maioris enim disciplinae esse, se ab hoste tueri, & praestare incolumem, quam cum sua penicillo hostem perdere, summi duces putauerunt. Alex. ab Alex. libro secundo, cap. 13.

ALEXANDER Macedo, instructa iam ad praelium acie, quae cerneret militem quendam id temporis amentum telo adoperantem, ut inutilem submouit ab exercitu: qui tum demum appareret arma, quum his utendi tempus adesset. Hoc inter Stratagemata magis commemorandum erat, quam in inter Apophthegmata: quae memorandum & hoc quod subicitur. Plut. in Apophth.

Cum nunciatum esset EPHORIS Lacedaemoniorum, eos qui Dececliam tenebant, deambulationibus uti pomeridianis, cum mandato miserunt ad eos, qui dicerent, Ne deambuletis, ut genio indigeatis potius, quam ut corpus exercetis. Nam oportere Lacedaemonios non deambulationibus, sed exercitiis bonam ualeitudinem parare, & tueri. Aelianus de Var. hist. lib. 2.

ACESILAVS rex Spartanorum, quum bello Peloponnesico quosdam Asiaticos in ueste munda & nitida, corpore uero desides uideret & ignauos, ea affectu ignominia, ut uestibus nudatos per castra incedere cogeret, illorumque amicitia fortibus uiris, quorum in bello uirtus inuenit, distribuit. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 13.

Solebant censores ROM. nouos milites, & eos qui supra septimum & decimum annu equo merere debuissent, nec militassent, ararios facere. Quare M. ATTILII Reguli, & L. CVRII Philonis praecleara censura numeratur, quod iuuenum Romanorum duo millia, qui, Hannibale Italiam peruastante, quadrenniio militiam detrectassent, inter ararios retulerunt, suffragioque & comitiis priuarunt. Eis quoque qui parum idonee militarent, minus facerent, equum adimere, illiusque arma & equum uendere: alios aetate & uirtutibus habiles ad militiam cogere, & sacramento adigere, aut equum publicum dare, officij censoris erat. Quod a Solone olim constitutum ferunt, qui eadem poena afficiendum putauit cum qui militare nolleret, & qui aciem desereret, quae in acie timidus & ignauus esset. Alexander libro 3. capite decimotertio.

CENTVRIONES Romani in manu uitis fœrmeta gestabant, uti & opimo praemio milites incitaret ad rem strenue agendam, & his tanquam uirgis ignauos caederent, ut qui praemio

non mouerentur uirtutis, pœna ignauiae terrentur. Plinius lib. 14. cap. 1.

M. CATO ab hostili litore, in quo per aliquot dies manserat, cum tradito profectiois signo classem soluisset, & relictus militibus quidam alta uoce exposcillaret, uti tolleretur: circumacta ad litus uincula classe, comprehensum supplicio affici iussit: & quem occisuri per ignominiam hostes fuerant, exemplo potius impendit. Front. lib. 4. cap. 1.

CANTVITII. Danorij regis lege militi, si stationi addictus, ita se semo oncrasset, ut uestes aut arma dormienti detrahi possent, multa irrogabatur. Saxo lib. 10.

Equitum.

Si quis eques Rom. equum habere macilentum aut parum nitidum deprehensus esset, a CENSORIBVS impolitice notabatur, hoc est, in curia. Gell. lib. 4. cap. 12. ex M. Catone, TRIVS Vespasianus, cum equos quibusdam Romanis equicibus a Iudeis creptos intellexisset, quia praesidio praefecti iis qui lignatum in operum obsequio urbis iuerant, ut suo equorumque labori parcerent, ademptis frenis passum ire passim equos quos miserant: & propterea facto repente à Iudaeis impetu, recipere equos nequiverant: uno ex eis morte multato, alios admonitionis rigidi tate ad huiusmodi negligentia deterruit. Fulg. lib. 2. cap. 2. ex Iosepho.

Excubitorum, Vigilum, Custodum.

Fuit quandoque Alectryon iuuenis, hoc est, Gallus nomine: hic Marti usque adeo familiaris est factus, ut cum eo subinde commessaretur, foretque amorum illius conscius. Sicubi ergo ad Venetum itaret Mars, aderat comes Alectryon. Quia uero suspectum praecipue habebat Solem, ne rem conspicuam Vulcani renuiciaret, pro foribus excubare adolescentem iubebat, significatum ubi comparuisset Sol. Fortè ita euenit, ut consopitus excubias proderet adolescens, fieretque speculatio caeca, ac superueniente clam Sole, Mars Venusque complexi deprehenderentur, in utranque (quod dicitur) aurè Alectryonis fiducia decubantes. Factus ergo certior Vulcanus, catenis praetenuibus utriusque, mox illaqueauit obreuiuicque, quas ad eum usum diu antea erat comolitus. Emittis denique uinculis huiusmodi MARS, in Alectryonem profusus fit commotior, nec prius ira deserbuit, quam in eius nominis auem deformarit maledicum custodem: atque ita ut crassa uideretur celsus, sicuti, quum hominem ageret, galea gestar. Ait in de ex antiqui admissi memoria, ut se deo expurgent, illatque damni formula satisfaciant, haec aures morem perpetuo seruare, diu autè ut praecinant, ubi mox oriturum praesentem forem, ne lux obrepat incautus. Haec Caelius lib. 16. cap. 13. A. L.

Apolloniae, quae in situ Ionico est, sacras Soli oues fuisse, Graeci scribunt, quae interdiu secundum fluium pascerentur: noctu uero stabulantes in antro quodam, ab urbe non procul, custo diuere delecti uiri, diuitis & genere inter populares splendidissimi, singulis annis singuli: quod ex oraculo quodam Apolloniatae oues cas permagis facerent. Proinde Eueno (ut fertur) uaticino uigilias edormiente, cœtrucidatis ouium plerisque, lupis grassantibus, publico APOLLONIATVM decreto, quum se in sinu tueri quiuisset, est exoculatus. Caelius lib. 26. cap. 17. A. L.

M. GABATES à Dario ad Cycladas subigendas Myndus, in circumuenditis nauium excubiis offendit nauem Myndiam à nemine custo diri. Quam rem indignè ferens, iussit eius nauis principem, nomine Scylacem, uinciri traiecitum per thalamiam, id est, per foramen per quod remus exeat: ita ut caput extaret, corpus intus esset. Herod. lib. 5.

EPAMNONDAS Thebanorum dux fectur, cum custodias stationesque circumiret, ut disciplinam exemplis stabiliret, sopitum militem gladio transfixisse: asserens, qualem inuenisset, talem reliquisse. Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 12. Hoc tamen Fulgosus libro 2. cap. 2. Pissistrato Athenienium tyranno tribuit.

Nocturnum uigilem, qui ea parte, qua Galli in Capitolium ascenderant, muros negligentius custo dierat, SVLPITIVS tribunus militum saxo deiecit. Sab. lib. 1. En. 4.

Pub. Biluis Triumuir nocturnus, à PAQVILIO Tribuno plebis (nam haec cura ad Aediles Tribunosque plebis etiam pertinebat) accusatus, Populi iudicio concidit, ob id quod uigilias negligentius circumierat. Nam quod leue sit in aliis rebus, hoc in istis, ut in re militari, capitale est: quia puncto saepe temporis, maximarum rerum occasiones amittunt: neque in huiusmodi bis errare fas est, aut dicere, Non putarà. Valerius Maximus lib. 8. cap. 1.

Duorum Regulorum filij adulescentes iussi ante praetorium noctu excubare, quod ladius equo uino indulerant, somno graui opprimuntur. CAROLVS Magnus, ut eius mos erat, euigilat, noctu cum paucis clam castra circuit, exploratum omnia rite fiant. Vbi somno praepeditos offendit, ad tabernaculum redit: postridè coacilio uocato, seiscita-

tur. Quidnam is commarerit, qui principem & caput Francorum hostium manibus exposuerit. Illi primi sententiam rogati, huiuscemodi hominem capitali supplicio condemnant. Carolus illos grauius increpitos, ignominiaque notatos, exautorauit, caetera incolumes dimisit. Auentinus li. 4. Annalium Bôiorum.

LEO V. Imp. Constantinopolitanus, cum noctu habitu ignoto per stationes uigilum partim pecunia corruptorum, partim somno oppressorum, penetrasset, postridè bonis multis urbe expulit. Cuspianus, ex Zonara.

Abbetarum.

ELEI in arariis retulerunt Apollonium Rhanti Alexandrianum pugilem, Olympiade 218. Damnatus hic primus Aegyptiorum est ab Eleis, non ob datam aut captam pecuniam, sed quia ludorum statos dies non obiit, neque multam deprecantem subleuauit, quod ad Cycladas uento se detentus fuisse causatus est. Arguit enim eam purgationem Heraclides, & ipse Alexandrinus, cum docuisset, hominem in cogèda ex Ioniae ludis pecunia occupatum fuisse. Apollonium igitur Elei, & alios, si qui fortè ad condictam diem non adfuissent, excegerunt. Heraclidi coronam intacto partam puluere decreuerunt. Id cum grauius tulisset Apollonius, ut fortè ad pugillatum erat: lovis illigatus, in Heraclidem iam coronam capientem, inuasit, & hominem ad ludorum praesides confugientem est persecutus. Quae illi uicordia magno utique stetit. Pausanias lib. 5.

Agriolarum.

Apud ROM. si quis agrum suum passus fuerat sofdecere, eumque indiligenter curabat: siue quis arborem suam uineamque negligisset, Censores cum ararium faciebant. Gellius lib. 4. cap. 12.

Doctorem, Professorum.

M. ANTONINVS Pius, eos, quos prouinciis praefecisset, ditauit & locupletauit, ornamentisque consularibus donauit. Rhetoribus ac Philosophis non solum salaria, uerum etiam honores & prouincias decreuit. At quos otio aburi cernebat, salaria à publico praebere ueluit: nihil iniquius esse dicens, quam in eos Rempublicam beneficam esse, qui nihil ipsi in Rempublicam conferrent laboris & beneficii. Pont. cap. 11. de Liberalitate.

Discipulorum.

Fecit epigramma SIMONIDES, quod maximum scrupulū iniicit iis, qui historiae sunt ignari: Garrula qui nolet certamina ferre cicadae, Det Panopeiaedæ cenam mox iussit Epeo.

Cum uersaretur in Cartheia, chorosque doceret Simonides, chori gymnasium procul à mari habuit, apud Apollinis templum in locis superioribus. Ibi cum alij omnes, tum illi praecipue, qui erant apud Simonidem, ex inferioribus locis, ubi fons scaturiebat, aquam peruenire. Hic cum asinus, quem Epeum uocabant, ei aquam ferret, hoc ipsum fecit, ut per fabulam iocaretur, atque tabulam in Apollinis templo postuisset aiunt, in qua Atridis aquam fert Epeus. Itaque statutum sit esse dicunt, ut quicumque ex discipulis ad horam statutam non uenisset, chœnicem hordei asino dare cogeretur, quod & ab ipso poeta dicitur, atque hoc esse, Cicadae certamen non ferre, nolle scilicet canere: Panopeia dem esse asinum: coenā, hordei chœnicem. Athenæus lib. 10. capite ultimo.

Adolescentum.

GYMNOSOPHISTAE sapientes Indiae, otium tantopere detestati sunt (Apuleio teste, primo Floridorum) ut cum edulia mensis apponerentur, prius adulescentes interrogarent: Quid à lucis ortu didicissent, uel fecissent. Qui nihil responderebat, impransus foras extrudebatur. Habebat odio quam maximo desides, quos omnes quia nihil egissent in hac uita, tanquam non uixissent, bestiarum sepultura sepeliebant. Guido Bitur. & Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 21.

Maritorum erga uxores.

Vide Tit. Maritorum negligentis custodiae poena.

INCONSTANTIAE, LEUITATIS POENA.

SALINATOR, ex Liuiorum familia, uniuersas tribus in censura notauit leuitatis nomine, quod cum se post priorem consulum multa irrogata condemnassent, Coss. iterum Censoremque fecissent. Suetonius.

DOMITIANVS Imp. equitem Romanorum ob reductam in matrimonium uxorem, cui dimissa adulterij crimen intenderat, erasit iudicium albo. Suetonius.

TIBERIVS Cæsar equitem quaestura priuauit, quia uxorem repudiavit triduo postea, quam eum acceperat. Leuissimum enim putauit, & qui in re publica nulla in parte utilis esse posset. Fulg. lib. 8. cap. 1. ex Suetonio.

Ad regem Persarum Artaxerxē legatus uenit Timagoras, miles ab ATHENIENSIBVS. Hic, cum alij Lacedaemoniorum atq; Thebanorum legati, a regis muneribus abstinuissent: solus inter officium salutationis, regi more gētis adlatus, ad auaritiam usque, & infamem cupiditatem, auro, argento, uasis argenteis, lectis, supellectile, alijsq; plurimis donis onustus plenusq; abierat. Accusatum Populus Atheniensium extremo supplicio condemnauit. Puras enim manus & abstinentes Legatum habere oportere, qui, ut mulier quæ a non marito accipit, turpis quæstus atq; impudicitiae sic prodicionis malèq; obitæ legationis notam ac suspicionem non euitat, dum alterius apud se, quæ Reipublicæ suæ, patitur amicitiae fideiq; pignora collocari. Nunquam esse in auaritia & cupiditate fidem atq; constantiam. Si qui sint qui munera inuiti acceperint, hos ea priusquam legatione referent, in exarium detulisse. Postremo ita humiliter & abiectione regi Persarum blandiri & adulari, id fuisse, maiestatem Atheniensium minuere, urbisq; decus ueluti Persicæ dominationis summittere. P. Aerodius ex Demosthene, Philippica 111. Plutarcho in Pelopida: Valerio Maximo libro 6. cap. 3. & Suida.

P. Afranius Potius uidens magnâ Caligulæ insolentiæ ac crudelitatis, a dhibito iureiurando promissis, si C. CALIGULA qui grauius decumbebat, conualesceret, se libenter moriturum, Caesar pristinae sanitati restitutum, hominem pro pecunia, quam se sperauerat inde acceperunt, morte puniuit, ne turpiter peierasset. Dion in Caligula.

IDEM, cum ob eandem causam dixisset Afranius Secundus equestris ordinis, se in singulare certamen descendendum, atque iuramento hoc etiam confirmasset: & pecunia, quam se sperauerat accepturum, eum multauit, & in certamen descendere coegit, ne peierasse Afranius diceretur. Ibidem.

SEVERVS Imperator Antoninum & Getam filios habuit, cum ne inuicem hi dissiderent, omni opera, cura ac diligentia præcaueret, ideo quia magnas ex discordia fratrum ca-

lamitates oriri necesse est: itaq; iuberet eos ludis spectaculisq; abstinere, ne, ut studia & certamina semper in diuersum, atque id naturaliter, tendunt, etiam animi iuuenum, quibusdam quasi ad mortis contentionum atque inimicitiarum facibus, inuicem distraherentur: omniaq; tamen frustra essent propter adulatorum ministeria, qui in hoc uno non solum laborabant, ut adolescentium cupidinibus hagiitijsq; obsequerentur, uerum etiam ut noua identidem excogitarent, unde alteri gratulatio contingeret, alteri fenderetur: Adulatores ac corruptores istos Seuerus atrocissimo ac feruerrimo supplicio uindicauit, quia nullus sit tam publicè tranquillitatis perniciosus inimicus, quam qui id quo maximè sustentatur, Principum ac procerum concordiam, quantum in se est, dissipat ac destrahit. P. Aerodius ex Herodiani lib. 3.

Ozyphas Scerbaty, & Georgius Boratinski, Palatini Moschi, cum missi fuissent ad defendendam arcem Susas, intercepti à Lituaniis, per permutationem captiuorum redempti sunt. Cum primum uenerunt in Moschouiam, à Io. Basilide Magno Duce inuitati sunt, & muneribus preciosis donati. Inter alia quæ cum illis conferebat, sciscitatus est ab eis, quid ageretur in Polonia & Lituania. Tum Ozyphas resulto omnia, quæ uiderat ac intellexerat candidè & bona fide, ac Georgius Boratinski ea tantum quæ putabat grata fore Magno Duci, inter alia sic ausus proloqui. Inuidiosissime Moschorum Cesar, si tibi persuadeas, cum Rex Poloniæ audis, uos milites iam adesse in sinibus, maximo metu percussus, querit latebras. Dux derelictus adulatorem, caput quassare cepit, inquit: O Rex infelix, tui plane miserere, qui ita metes, adeoq; sum tibi terrore, ut ad mei mentionem, cogites de fuga, si tibi persuadeas, cum Rex Poloniæ uenero. Mox ad Boratinski conuersus, baculo quo uti solebat, caput atque tergum eius dedoluit, donec frangeretur. Alexius Guagninus in Moscouia.

IMPROBITATIS MAGISTRI. PVNITI MAGISTRI VIDELICET, INCENTORES, SVASORES

IGNAVIAE, TIMIDITATIS.

Archilochum poetam LACEDÆMONII, quamquam genere Spartanus esset, urbe expulerunt, quod carnè scripserat, in quo ostendit uidebat, Satius esse in prælio arma, quam uitam amittere: nam eo doctrinæ genere arbitrati sunt, homines ignauia atq; timiditatis plus habituros. Fulgofus libro sexto, capite tertio. Idem eiusdem libros de ciuitate sua exportari iusserunt quod eorum parum uerecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur. Noluerunt enim ea libero foris animos imbui, ne plus moribus noceret, quam ingenijs prodesset. Itaq; maximum poetam, aut certe summo proximum, quia domum sibi inuisam obsecris maledictis lacerauerat, carminum auxilio multauerunt. Valerius Maximus lib 6 cap. 3.

SPARTA memorant, cum aliquando uocem pueri in certando misisset parum generosam, in distam à magistratibus, multam amatori eius fuisse. Aelianus lib. 3. & Plut. in Lycurgo.

INTEMPERANTIAE ALIMENTARIIS.

M. ANTONIUS & L. FLACCVS Censores, Duronium senatum mouerunt, quod legem de coerendis conuiuiorum sumptibus latam tribuni plebis abrogauerat, mirifica notæ causa. Quam enim imprudenter Duronium rostra ascendit, illa dicturus: Freni sunt iniecti nobis, Quiritibus, nullo modo perueniendi: alligati & constricti estis amaro uinculo seruitutis. Lex enim lata est, quæ uos esse frangi iubet. Abrogemus igitur istud horridè uetustatis rubigine oblitum imperium Etenim quid opus est libertate, si uolentibus luxu perire non licet? Valerius Maximus lib. 2. cap. 4.

ROMANI A legum & Philiscum Epicureos ex urbe eiecerunt, quod multarum flagitiosarumq; libidinum auctores essent adolescentibus. Indignos enim iudicauerunt, qui in bonorum cœtus admittentur, quorum libido naturæ præscriptas leges excederet. Aelianus lib. 9. de Varia historia.

Nullus unquam hominum iustus uideatur exulasse OUIDIO Nasone, si modo propter artem amandi relegatus est. Ceteri enim ceciderunt lasciuia & flagitiosa: hic egregius artifex, in formulas (si diis placet) & præcepta nequitiam reddegit, magister impudicitiae, publicus corruptor morum ciuitatis Lud. Viues in Praefatione libri de Christiana femina.

PROSTITVENDO, LENOCINANDO, LENOCINII POENA.

SOLENO lenocinanti uiginti drachmarum multam indixit: exceptis palam uenialibus meretricibus. Plut. in Solone.

Euthymachus, quod puellam Olympiam prostituisse, capite multatus est ATHENIS. Aerodius ex Dinarcho contra Demosthenem.

CLEOMENS tyrannus Methymæorum tres uel quatuor lenas, quæ aperitissime lenocinari solebant, liberatq; mulieres prostituere, in faccis ligatas iussit mergere. Hermippus in libris de septem Sapientibus hoc ipsum fecisse narrat PERIANDRVM. Athenæus lib. 10.

Decemuirum Romæ multis iniquè perpetratis (in quibus notissimum est Appij Claudij de Virginia facinus) & cum imperia sibi inuito SENATV Populoq; Romano prorogassent: eadem magistratu se abdicare iussi, omnes accusati aut manu sibi attulere, aut damnati in carcere necati sunt (qualis fuit Appius) aut mortem exilio commutarunt: omnium certe bona, siue absentium, siue mortuorum, in publicum redacta sunt. Ceterum ex omnibus libidinis eorum proteiisq; ministris, uel quia se imperio & ui maiore tuebantur, uel quia ad nimio plures hoc crimen pertineret: unus ille Marcus Claudius, qui suppositus ab Appio Virginiam sibi afferebat, iudicium subire coactus est: & tamen quia id ipsum apparebat, dicto audientem Magistratum fecisse, non morte, sed exilio multatus est. Aerodius ex Dionysio Halicarnasense lib. 11. & Plinio de Viris illustribus.

Alexas Laodicensis, qui Timagenis opera Romæ innotuerat M. Antonio, & plurimum Græcorum polluerat, fueratq; machinatorum in Antonio Cleopatrae uiolentissimo atq; in herentium animo eius pro Octauiæ consilio expugnator, missus fuit ab Antonio ad retinendam Herodis regis transiionem. Ceterum restitit apud eum pro doto Antonio, sustinuitq; Herode fretus, in Caesaris AVGVSTI uenire conspexit. At nihil ei profuit Herodes: uicium confestim unctus, atq; in patriam suam in compedibus deportatus,

IMPVDICITIAE, TVM DOCENDO, IVBENDO, INSTIVENDO.

Peroze rege Persarum à Nephthalitis caeso, Cabadae minori eius filio regnum tradunt Persæ. Quod cum ille suscepisset, legem publicam impudentissimè ferre ausus est, ut communes omnibus uxores essent. Quam quidem ob causam à PERSIS regno exutus, in carcerem conicitur, & eligitur alter Perozis filius Blasus, Cedrenus.

HIERON Syracusanus Epicarum comicum poetam multauit, quod coniuge sua præfente, lasciuos uersus recitauerat. Voluit enim, ut domi suæ, non cætera tantum corporis partes, ab impudicitia custodirentur: sed ne aures quidem immodestam rem ullam audirent. Fulgofus lib. 6. cap. 1. ex Plutarchi apophtheg. Rom.

LIBER V. 3463

Antiochus, ibiq; Caesaris iussu necatus est. Has Alexas uiuo adhuc Antonio pependit perfidiae poenas. Plutarchus in Antonio.

Vitiosus leno in causa testamentaria à Q. METELLO prætoris deiectus fuit, & à subfello prohibitus, quia leno erat, què pro libero propterea habendum non censuere. Valer. Max. lib. 7. cap. 7.

Lenocinæ famosæ in urbe, ut ad euitandas legum poenas iure ac dignitate maritali exolerentur, lenocinium profiteri ceperunt: & ex iuuentute utriusq; ordinis profligatissimus quisq; quod minus in opera scenæ arenæque edenda Senatuscol. tenerentur, famosi iudicij notam sponte subibant. Eos, easq; omnes, ne quod refugium in tali fraude cuiquâ esset, TIBERIVS Cesar exilio affectit. Suetonius.

Sacerdotes Isidis ob lenocinium, quo munerit. corrupti Decio Mundo Paulinam matronam honestissimâ, sub prætextu dei Anubis, in templo Isidis subiecerat, deprehenso dolo à TIBERIO Cesare cruci affixi sunt. Iosephus lib. 18. Antiq. cap. 4.

AVARITIAE.

Ca. Domitius Corbulo Senator, Caio Imperatori hanc inuenere pecunia: conficiendæ rationem, si uias exigeret ab iis omnibus, qui eas sub Tiberio curandas locauissent, multos aut contra legem, aut uitio curauissent, etiam fortassis in refectionem tãtam pecuniâ parari posse. Placuit noium auctum. Itaq; uiuis ac mortuis simul exquisitæ infidiæ: sollicita omnium patrimonia: & ideo cerè Corbulo Consul pro præmio factus est. Verum ubi CLAVDIVS impio potius est, ob id accusatus & damnatus est: ex ipsiusque bonis, iis à quibus multæ exactæ essent, pecunia restituta. Quid enim hoc hominum genere pestilentius dici aut excogitari potest, & quos minus omnium ferri oportet, qui iuris ac iustitiæ nomine, ad latrocinia, ad prædas, ad uexationes & taluminiâs abutuntur? P. Aerodius ex Dion. lib. 59.

Porcherium Treuirensis, uti Nicolaus Egidius in Chilperico rege testatur, Gallorum POPVLVS lapidibus obruit, propterea quod noua uectigalia inuenisset. P. Aerodius lib. 2. Decretorum.

CRUELITATIS.

Aaron cum Decentium gentium legationes exponeret, & Mahuelis Comneni Imperatoris uoluntati eas non refragari uideret: legatos obiurgauit, ut nimium ad iussa exequenda paratos: monuitq; ut aduersarentur, neq; tam facile assentirentur. Imperatrix Maria, Raymundi Antiocheni F. sermone Latini peritissima, Imperatori exposuit omnia. Is in comotus, Aaroni & uisum & oēs facultates eripuit. Aarō postea auctor fuit Andronico Cōneno, iam rerū peritum potito, ut excaecatione hâud contentus, aduersarios aut plant occideret, aut grauioribus supplicijs coerere: ex ipso suope usus, qui & uiueret & moueretur & spiraret & loqueretur, & consilium dare posset. Sed mox ab ISAACIO, qui Andronicum oppressit, lingua pestilente etiam priuatus est. Nicetas lib. 4.

PERFIDIAE ERGA PATRIAM.

A regibus omnibusq; aliis dominandi cupidis quenquam liberè ciuitatis eiem, munera pecuniamq; accipere, tanto odio fuit, ut id maximis poenis in omni Republica afficeretur, nec deprecationi unquam aut uenia locus esset. Nam quid hoc aliud habet, quam promptum & paratum animu ad legum, libertatis ac patriæ prodicionem? Si iudex à litigatoribus, Proconsul à Prouincialibus, corruptionis uitandæ causa, munera, dona accipere prohibetur, imò & ab iis emere: quàm multo minus id ciui ad hoste, non subdito à non domino, permittendum? Cerè ut parum pudica est mulier, quæ ab alio quam à marito accipit: ita is parum uerè ciuis, qui se alibi quam ciuitati suæ ac suis deuinciri sinit. Ita est profecto, ut nemo à quoquam munera accipiat, nisi erga illum beneuolentiam præ se ferat. Memorabile ad hanc rem omnino est ATHENIENSIVM iudicium. Quidam Artinius Pythoneas filio à Lelea oppido Asiæ, iussu regis

CORPORIS MALORVM IVSTA SVPLICIA.

DEFORMITATIS. MVTILATIONIS.

Vitiosus corpore, ut cæcus, claudus, mutilus, luxatus, gibbus, lincus, scabiosus, herniosus, ad sacerdotium ISRAELITARVM nō admittetur, ex præcepto Domini. Leuit. 21. Testes comminatus aut excæcus, ISRAELITARVM ciuitatem adipisci non poterat, ex Domini præcepto: Deut. 23.

OBESTITATIS POENA.

LACEDÆMONII ad crassiora hominum corpora dam-

cui obtemperare necesse habebat, à Media aurum in Peloponnesum attulerat, Græcos emendi, corrupendi ac sollicitandi causa. Is quoniam nec ciuis Atheniensis erat, neque Athenas uenisset, ut illum ciuem Atheniensium corrumpere, sed in Peloponnesum duntaxat: neq; hunc in sua potestate haberent, sic ut in eum possent animaduertere: attamen cum totius Græciæ curam ad se maximè pertinere existimarent, cerè Græcis omnibus communem eam esse, ne ulla sui parte Græcia non ui, sed pecunia tentaretur: utque non solum ciuium animos ab iis corruptionibus auerteret, sed & extraneos omnes siue hostes, siue peregrinos admonerent, quod cum suo malo & periculo tale quid unquam in uniuersa Græcia aggrederentur: placuit Populo Senatuiq; Atheniensium de Artinio cogitaci. Eum itaque abfentem cum omni sua gente ac cognatione, quod aurum à Media in Peloponnesum aduexisset, ignominiosum hostemq; populi Atheniensium & sociorum pronunciarunt: uellicet ut ex eorum legibus à quolibet impune occidi posset, quicq; omnes cum cognatione attingeret: præterea cautum est, ut incitum hoc Populi scitum gra pila in arce colloicaretur. P. Aerodius ex Demosthenis Philippica 111. Aeschine, contra Ctesiphontem, Isocrate in Panegyrico. Plut. in Themist. Arthmiozeliten uocat.

PRINCIPES, MAGISTRATVS.

Jacobus Arteuilla à Flandris, rebellantibus Philippo Valesio Francorum regi, dux creatus, usque ad Angliam se mancipia rat, ut ausus fuerit Gandau apud suos concionari, eosque adhortari, ut non modo à Francis, sed & à Comite suo, qui Francorum studiosissimus foret, desisterent: & aut quæ ipsius uideretur nouum Comitem deligerent: aut quem Anglus daret, ab eo iura peterent. Mentio hæc huius rei ut ne faris sceleris detestati FLANDRI, cum impetu facto interemere: ac ne sic quidem ira exatiata, insepultum feris absumendum exposuere: testati nihil sibi antiquius augustinus fuis uelutissimum ruit stemmatum Comitibus. Acmil. lib. 9.

PARENTES.

Paulo ante Iuliani obitum aliquot millia Manichæorum trucidata sunt à C. B. A. D. E. Persarum rege, propterea quod filij Phatuarsam sua doctrina infecerant, & patij infidias molia suaferant. Paulus Diaconus lib. 15.

HOSPITES.

Thrasius seu Thrasillus, quum ad exortandas à Ioue pluias, BVSTRIM docuisset hospites immolare, interfectus est omnium primus. Ouid. in Ibin:

Ut qui post annos sacri monstrator iniqui Elicuit pluias uictima cæsus aquas. Et 1. de Arte: Dicitur Aegyptus caruisse iuuantibus arua Imbribus, atq; annos sicca fuisse nouem: Tum Thrasius Bustrin adit, monstratq; piari Hospitis effuso sanguine posse Iouem. Illi Bustris, Fies Iouis hostia primus, Inquit, & Aegypto tu dabis hospes aquam.

Vulgare est de Theodoro præceptore Ptolemai regis Aegyptiorum, qui quod Pompeium interfici persuasit, cum eo se iunctus à Cesare in fidem recepisset, tandem in Asia à M. Bruto deprehensus, merito supplicio affectus est. Nam qui non eius consilij nomine poenas luat, quo iura omnia, & fides publicæ uiolantur? quo nullum unquam minus amicitiae, hospitij, debita gratia iura seruata sunt? Deniq; quibus in locis regem puerum esse accidit, quorum consilio res interrim reguntur: id eis perpetuò fraudi esse oportere, si quid tam impie cōsulant. Præterea & Theodori memoria Pompeij insultare solitum esse, à plerisque traditur: nunc proculdubio se magnam oratorem esse, qui solus Pompeium Magnū in suo sermone occidi persuaserit. Ergo & pessimum & fraudulentum consilium uindicari placuit. P. Aerodius ex Plut. in Bruto.

DOMINOS.

Theodorus sacerdos apud AREOPAGITA ab oratore Demosthene accusata & damnata est, quod seruos alienos dolo malo corrupisse atq; persuasisse diceretur: quod hie erga dominos, fallaces, fures, improbè ac perfidè gereret. Plutarchus in Demosthene.

spectantibus uniuersis, deduxerunt: & exilij multam ei minitanti sunt, nisi uiuendi rationem istam, iudicij obnoxiam, magisq; Ionicam quam Lacedæmonicā, in posterum commutasset. Etenim ipsius formam & corporis habitudinem, dedecus adferre Lacedæmoni, & legibus. Aelian. de Var. hist. lib. 14. & Athen. lib. 12. cap. 28.

CENSORES Romani equiti obeso equum ademerunt: minus idoneum rati, cum tanti corporis pondere, ad faciendū

equitis munus. Qujdam hanc simplicem muneris remissionem sine ignominia, M. Cato etiam cum ignominia fuisse arbitrat. Gel. lib. 7. cap. ult. Idem quoque AGESILAVM Spartanorum regem fecisse scribit. Alex. lib. 2. cap. 13. Apud GALLOS & IBEROS zonæ mensuram habent magistratus: quam si mulier, quæ grauida non esset, capere non possit fucci plena, aut puer obetus, magno afficiebantur probro. Alex. lib. 2. cap. 25.

FORTVITORVM MALORVM IVSTA
SVPPLICIA:

DE ILLEGITIMI ORTVS.

Spurius ciuitate ISRAELITARVM donari non poterat, ex precepto Domini: sed nec decima eius progenies. Deut. 23. Demaratus regno deiectus à SPARTANIS, quod illegitimus esse uideretur. Herod. lib. 6.

Leorychides Agidis F. similiter ab IISDEM tanquam spurius à regno pulsus. Pausanias in Lacon. & Plut. in Agesilao, & Athen. lib. 12. cap. 16.

IN GERMANIA tanta parentum pudicitiae ratio habetur, ut nec mechanici artifices nothum aliquem quamcunque artem per se exercere sinant, sed aliis tantum seruire cogant: neq; in Academijs ad gradum (ut uocant) illegitimo thoro nati admittantur. Quamuis se uero contra innocentes liberos iudicio: iusto saltem, ut liberorum causa ab illicita uenere parentes abstineant.

Apud SVEONES & Gothos illegitimo thoro nati, etiam si principis filij sint, quasi infames habentur, ab honoribus omnibus arcantur, testimonij dictio non permittitur, nec tum quidem, quando ob præclara gesta à rege ius legitimi fuerit consecutus. Ex hereditate paterna ultra dimidium aurei Vngaricum obtinere non potest. Tanta seueritate supra parentum in filiis uindicant, ut ab illegitima uenere homines coercerent. Olaus lib. 14. cap. 12.

DE CELIBATVS.

PLATONIS legibus cauetur, ut qui ad quintum & trigesi-

num annum mansisset cœlebs, nullo dignus honore, & omnium postremus haberetur.

SPARTANORVM lex multam statuit: primam, non ducti uxorem: alteram, sero ducti: & grauissimam illi qui malam duxisset, aut ex aliena tribu. Quæ iudicia dicebantur Cæcogamia & Ophigamia. Stobæus sermone 65. ex Aristonis commentarijs.

Apud SPARTANOS à uirginum nudatum certantium speculo arcebantur cœlibes. Bruma etiam hi ex magistratum edicto cogebantur forum uestibus spoliati obire. Circulantes autem cantilenam in se compositam concinebant, merito ita puniri se, quod non parerent legibus. Præterea honoris erant & obseruantiae, quam præstabant senibus iuuenes, expertes. Quare quod exprobratum Dercyllidæ fuit, quantumuis in clyto duci, nemad reprehendit, cui interuenienti, non cessit adolescens subsellio, adiciens: Neq; enim tu mihi cum, qui cessurus sit, sustulisti. Plutar. in Lycurgo. Clearchus Solensis scribit in libro Prouerborum, quod eos, qui non haberent uxores LACEDÆMONE, mulieres per quoddam festum circa aram trahentes alapis cadebant: ut contumeliam huiusce rei fugientes, liberorum amore caperentur, atq; apta ætate uxores acciperent. Athen. lib. 13. cap. 1. Quod tamen Scaliger lib. 3. Poeticæ cap. 100. Atheniensibus tribuit.



VOLVMINIS DECIMIOCTAVI

FINIS.




T H E A T R I
H V M A N A E
V I T A E

Volumen Decimum-
nonum

INIUSTITIAM PROFANAM
DISTRIBUTIVAM atque
CORRECTIVAM

TRIBVS LIBRIS
exsequens.





CL. V.

CHRISTOPHORO And. IULIO

patritio Norimbergensi

CHRISTOPHORORVM Fabiorum in
florentis. Noricorū rep.

sancti IURECOSS. Collegii
Antistitum

eiusdē profess. ord. & expectatio-
nis NEP. atq. F.

THEOD. ZVINGERVVS

INIUSTITIAE exempla

TRIBVS Libris XIX. THEATRI

Volumine proposita

QVORVM

- I. De INIUSTITIA PROFANA uniuersim
- II. De Iniustitia DISTRIBUTIVA
- III. De Iniustitia CORRECTIVA differit

VT

Phœbi radiis lustrentur
inhospita tesqua

sinceri & constātis amoris

MON. P.




• TOMI DECIMINONI

LIBRORVM

DISPOSITIO.


INIUSTITIA profana, contra νόμον, contra λόγον, æqualitatis cuiuslibet, extra religionis metas, custodes atque uindices, pugnat, frequenter utrumque, sæpius alterutrum. Παρονομία certè minori digna est reprehensione, maiore ἀνομιᾶς, quòd hæc à constanti ratione, illa à mutabili tantum uoluntate exorbitare uidetur. At in quibus actionibus utraque concurret, illas ut humani generis hostes abominari & scelestissimas iudicare par est. Qualiscunque fit autem Iniustitiæ species, uel in Excessu eius quod æquum est, uel in Defectu consistet. Iam quia Personæ ad minimum duæ concurrunt, agens & patiens iniusta, ut quantum uni decedit, tantum alteri accedere fit necesse: actionem profecto iniustam subiecto unam, respectu personarum geminam, statuere conuenit, quando quidem agens πλεονέκτης, plus boni siue minus mali, uoluntate saltem, si non reipsa: patiens μειονέκτης, minus boni, plus mali quam conueniat, in distributione simul & correctione, obtinendo. Fit autem ferè denominatio ab excellentiore bono maloue, positiuo seu priuatiuo: à persona patiente magis, quam ab agente. Raptor eripit alteri, dat sibi ipsi. At quia euidentior est iniuria in spoliando alio, quam in orando seipso, eapropter à priore scelus ipsum nomen accipit. Et in uniuersum improbitas omnis, si ἀξίαν patientis spectemus, ad Iniustitiam pertinet, quatenus præter meritum alterius homines uolunt, dicunt, faciunt, ue aliquid. Sin uerò agentis intemperiem, qui affectui rationem subiicit, peculiare formas habere uidetur. Ut quemadmodum Iniustitia ἀλλότριον κατὰ νόμον, ita uitia cætera οὐκ ἐστὶν κατὰ νόμον dici mereantur. Tribus proinde Voluminis huiusce Libris, PRIMO quidem de INIUSTITIA profana in genere agemus: SECUNDO de Iniustitia profana DISTRIBUTIVA: TERTIO de CORRECTIVA.




iiii 2 LIBRI



LIBRI PRIMI
TITVLORVM
DISPOSITIO.



A, Inius



Voluminis Decimioni
Liber I.

DE INIVSTITIA Profana
in genere.



INIVSTITIAE MAGISTRI, PRAECEPTORES,
DOCTORES

DE QVIVT

REGES, PRINCIPES.

Ex Tit. Principum improborum, & Tyrannorum, non
puna exempla huc perueniunt, si id spectes, quod uel exemplo
uel precepto suo aliorum improbitatem
accendunt.

DIONYSII tyranni dictum celebratur, sicut puero talis, ita
uramentis homines decipiendos. Alex. ab Alex. lib. 5. c. 10.
Peraceta fuit illorum temporum, quibus ANDRONICVS
Comnenus pari, imò maiori potestate cū Alexio Porphyro
genito, Manuelis Imp. F. regnū administrabat. Nec enim fra
ter duxerat fratrem, pater filium negligebat, si Andronico ita ui
sum esset, sed proditores eorum infestissimos ad internecio
ne familię adiutabāt. Eant etiā qui ipsi suos deserere, ut aut
Andronici acta irridentes, aut spreto Andronico, paternum
imperij gerenti Alexio addictos. Multi quoq; inter accusan
dum sunt accusati: & dum alios arguunt, ut Andronici inli
diatores, ab ipsis reis aut circumstantib. delati sunt, & in ean
de custodia utriq; abducti. Hoc cōfirmat Ioannes Cantacu

zenus, qui pugnis in spadonē Zitam ita saeuit, ut dentes ei
excuteret, & labia discinderet, q̄ cū Alexio Imperatore de
cōmunib. miseris esset collocatus: idemq; mox cōprehens
sus, & oculis erutis in obscurū tūcerē est coniectus: q̄ per
quendā carceris custodē fratri uxoris suae Angelo Cōstanti
no salutē dixerat. Nicetas de impio Alexij Porphyrogeniti.

DE CONIUGES.

SOPHONISBA Syphacē maritum à Rom. deficere docet.
Vide Titulum, Transfuge.
THASSILO dux Bauarorū ab uxore ad deficiendum à Ca
rolo Magno impellitur. Vide Titulum Transfugarum.

DE QVOMODO. Videlicet

DE LEGIBVS.

PERSIS uidentur lege permissa fuisse furta. Nam qui rapto
uiuere apud eos, Cardaces uocabantur: quia carda, uirile
ac bellicosum signat. Caelius lib. 18. cap. 1. A. L.
GVLIELMVS Conquāstor Anglorū regno per uim occupa
to, leges penē omnes à superioribus sanctissimis regibus
olim

olim ad bene beateq; uiuendum latas sustulit, nouaq; de- dit minus aequas, Normannica lingua scriptas, quam neq; Galli, nec Angli recte cauebant. Quamobrem uidiffes iam in- de a principio, quod die partim iniquitate legu, partim in sci- tia totu, qui illas male interpretabantur, huic bonis ausis priuari, illu iudicio imperitissimoru hominu criminis dam- nari, morteq; multari, alium libris execrabilib. perpetuo ir- retiri, ac deniq; diuina humanaq; misceri. Illas leges ipsi e- tia Normani reges paru iustas esse non negarunt. Nam quo- ties Gulielmus Rufus, ite Henricus, huius Gulielmi filij, be- neuolentia populi sibi concilianda putabat, primum omniu pollicebantur paternis antiquis legibus, se meliores latu- ros, restiturosq; eas, quas diuus Edouardus utendas de- creuisset. Fecit & itidem Stephanus, qui secutus est, ac dein- de alij reges sic a populo gratiam inire studuerunt. Verum tantum abfuit, ut omnes Normannice leges abrogatae sint, ut etiam bene multis ne derogatum quidem sit, ut pote quae ex usu magis principis, quam populi essent. Polydorus li. 9.

ADMONITIONE, ADHORTATIONE. Cum Pausanias stipator, ab Attalo constuprandus obiectus mulionib. apud PHILIPPVM Amyntae regem Macedonum de iniuria questus, ius sui obtinere non potuisset, rege Atta- li potentia metuente: decreuit secu regem de medio tollere: & confirmauit maxime hanc eius deliberationem HERMO- CRATES sophista: quem cum Pausanias frequentaret, semel in diatriba percunctatus est, quidam uia aliquis clarissi- mi nominis posset eua dere? Respondit sophista: Si uirum, qui res maximas gesserit, interficiat: dum enim illius men- tio habeatur, eius etiam, a quo interfectus sit, meminisse o- portere. Sermonem istum di Pausanias ite, quam coquebat, adduxit in subsidium, & Aegis Macedoniae in theatro regem confudit. Diod. lib. 12. ca. 66.

CHILO Lacedaemonius senex dixit, se sibi in tota uita ingra- titudinis non esse conscium: una tamen re se modice moue- ri, quod cum semel inter amicos iudex esset, neq; contra ius pro amico agere uellet, amico persuaserit, ut iudicium a se prouocaret, quod factu, & amicum seruasse, & contra legem non peccasse uisus est. Tamen quia uiri boni non erat, iusti- tiam dissimulare, idcirco merito id factum aegre tulit in se- necta. Laertius.

PERMISSIONE, INDULGENTIA. DIONYSIVS senior atrociter alios in fontes anima duerte- bat, suribus uellum parcebat: ut definerent Syracusani una cenare & per bacchari. Plut. in Apophtheg. Sub NEERVA Imp. multi per calumnia accusabantur & danaban- tur, in quoru numero Seras philosophus fuit. ob eamq; re- ingens tumulus exortus est: ocs enim accusabantur ab omni- bus, ut ferat Frontone consul dixisse: Malum quide esse Im- peratore habere, sub quo nemini liceret quicquam facere: sed multo peius, sub quo omnia liceret omnibus. Xiphilinus. IVSTINIANVS Imp. iustitia omnem, contra nominis etymo- logiam, aded neglexit, ut non solum in media ciuitate inter- diu Cyaneos homicidia, grassationes, furti, latrocinia, pre- dationes impune exercere sineret, sed summo etiam eos ho- nore prosequeretur: eorum uero, qui propulsa conaban- tur iniurias, capitali supplicio afficeret. Euagr. lib. 4. cap. 32.

ABSOLVTIONE. ALBINVS Iudae procurator sub Nerone, audito Gessiu Flo- rium sibi successurum uenire, uideri uolens gratificatus Hiero- solymitanis ciuibus, pro ductis uinculis, quotquot erat in- manifeste capitali culpa, iussit interim: reliquos qui leuiori- bus de causis coniecti erant in uincula, reductos in carcerem pecuniis multatos dimittebat alium post alium: atq; in huc modum uacato uinculis carcere, Iudaea repleta est latroni- bus. Iosephus lib. 20. cap. 3. Antiquit.

CVIVS. AVCTORES, MAGISTRI PERIVRII. HIPOLYTVS ad nutriceum, rogantē se, ne contra iuramentum efferret peritiam in honestam Phaedrae, apud Eurip. in Hippolyto inquit: Η γλαυκή ἄμνηστος, ἢ δὲ φησὶ ἀδύνατος.

Lingua iuravit, mens iniurata est. DIONYSIVS tyrannus pueros dicebattalis, uiros iureiuran- do circumuenire. Plut. orat. 1. de Alexandri fortuna.

DEFECTIONIS. ANDRONODOTVS auctor Hieronymo Syracusanoru ty- ranno, ut deficeret a Rom. Vide Titulum, Transfuga.

SOPHONISBA Syphacem regem maritum contra Roma- nos armauit. Vide Titulum Transfugarum.

CONDEMNATIONIS, INIVSTI IVDICII. Munerum corruptela & ambitus uidetur occulte & sensim ob- reppsisse, non illic erupisse in lucem Romae. neq; enim con- stat, qui Romae populu uel iudicium princeps pecunia rede- merit. Athenis uero primu memorat AMYTVM Anthemio

nis, precio delinuisse iudices, proditi Pyli reum, belli Delo- ponnesei exitu: quo tempore aureum adhuc seculum & sincerum Romanum forum tenebat. Plut. in Coriolano. CALLIXENVS iniusti iudicij auctor Atheniensibus contra decem Praetores. Vide Tit. Iniusti accusati & damnati.

RAPINAE. CONSALVVS Magnus militibus licentiam deditit populo- rum sumibus uiuendi. Vide Titulum, Raptores.

MOGALLVS Scotorum rex sceleratis, primus leges tulit, ut proscriptorum & capitis damnatoru facultates sisco infer- retur, praeteritis liberis, coniugib. creditorib. H. Boeth. lib. 5.

LATROCINII. MAHOMETVS iuber suos amore Dei praedari, Azoara 34. & 71. in quibus: O uiri boni, mercaturā uos a maximo malo de- fenfura patefaciam: uidelicet in Deum atq; prophetam crede- re, & praedatum ac expugnatum in Dei nomine cum ue- stris animabus atq; pecuniis tendite. Hoc enim, si sapitis, est uobis optimum, cum Deus ob hoc uestra peccata dimittat, & in Paradiso habitationes amoenas, domosq; perpulcras uobis tribuet. Dabit item & aliud a uobis maxime dilectū, uidelicet uindictam, & terrarum leuem & facilem acqui- sitionem, bonisq; magni gaudij nuncium.

ERGA QVOS. ERGA PATRIAM. ARTINVS Peloponnesios auro Medico corrumpere nititur. Vide Tit. Institutionis improbae iusta supplicia.

VATES falsi Cornelium Lentulum ad tyrannidem aspirare faciunt. Vide Tit. Prodigorum.

MAGISTRATVM, PRINCIPES. IVDAS & MATTHIAS interpretes legis, iuuenes discipulos suos instigant ad decidendum aquilam auream ab Herode supra portam templi dedicatam. Vide Titulum, Seditio- num causa religionis ortarum.

SVBDITOS. HENRICVS Keticius praceptor tyrannidis Miecislao III, Polonorum regi. Vide Tit. Vita in deterius mutata.

PARENTES. Parentes senio confectos alendos lex Moysi precepit. At PHA- RISAEI docebat, filios religiosius facere, si sumus in sacri- ficia praestarent, & munera in corbona suae gazophylacium mitterent, quam si parentes fame confectos sustentarent, famem abigere corpori tantum coeduceret, at factoru sumus praestare, peccatorum remissione impetrata, animae in perpetuum prodesset, maxime si filius non sui solius nomi- ne, sed & parentum id se facere profiteretur. Quam traditio- nem, cum auaritia Pharisaeorum & superitione aliorum coniunctam Christus seuerè coarguit. Matthaei 15. Marci 7. Vitellius Imp. CATIA mulieris uaricino persuasus, matrem necat. Vide Tit. Magistratus crudelis in uel extra iudicium.

CONIVGES. L. SYLLA cum Pompeium Magnum conglutinare sibi uellet propinquitate, cum uxore, quam habebat, imperauit ei ut nuptias dirimeret, eique Acemilium Scauri & Metella uxoris suae filiam, quam a M. Glabione abduxit, collocant praegnantem. Verum illa est apud Rompeium ex partu mor- tua. Plutarchus in Sylla.

DOMINOS. Selinuntis praelium aduersus Carthaginenses committenti- bus, multisq; ex ipsis qui occubuerant iacentibus insuplit- tis, quos instante hoste nec sepelire poterat, nec insuplitos relinqueret uolebant: capto consilio THERON petiit, ut triginta ferri sibi dareretur, qui lingua secare possent, se cum ipsis accessurum, & cadauera igni traditurum, & polyan- drium erecturum. Laudarunt Selinuntij sententiam, eiq; con- cesserunt, ut seruos quos uellet sumeret. Qui robustos & flo- rentes diligens, eduxit eos, & persuasit, ut dominis insidias struerent. Ita que sero uespere in urbem reuersus, & a mo- niorum custodibus receptus, custodes ipsos trucidauit, & plurimis ciuibus in lecto interfecit, ciuitatem occupauit, & Selinuntiorum euasit tyrannus. Polyd. lib. 1.

CAIVS Imp. ἀλλογενῶν quandam inuexit, quando permisit seruis licentiam deserendi suos dominos qualicumq; crimine: aded ut Claudium ausus sit Pollux mancipium ipsius reum facere: & Caius sustinuit inter iudices audire patruū dicentem causam capitis, sperans sumturum se de illo sup- plicium: quod tamen ei non licuit. Iosephus lib. 19. cap. 1. An- tiquit. & Caelsus lib. 7. cap. ult. Antiq. Leq.

HOSPITES. THEODOTVS Rhetor, auctor sicuti Problemæ Aegyptio Pō- peij Magni interficendi. Vide Tit. Hospites perfridi.

HOSTES. THOMAS Vaiuoda Transyluanig & DIONYSIVS Lancha Carolo I. Hugarorum regi auctores feceris cum Valachis dissoluendi. Vide Titulum, Perfridi erga hostes.

ALBERTVS Pius Carpentis, in Alfonso Arcemium hostem, Julio

11. Pontifici ut perfidus esset iussit. Vide Tit. Fidei er- ga hostes, Patis stando.

LIANVS Caesarinus Cardinalis, Eugenij IV. Pp. legatus, dum in delib. non esse seruandam pacem asserit, & Vladis- laum regem Hungarię contra fecus in decennu cū Turcis intum ad arma sollicitat, cladis Varnensis sanctissima au- ctor extitit, an. Sal. 1444. x. Nouembris. Ocellus rex Vladis- laus, Caesarinus in fuga necatus. Caesa Christianoru xxx, Turcorum XL millia. Iouius in Amurathae 11.

Henricus Leo, Saxonię dux, rebellantes Nicloti Obotritorum reguli filios Pribislaum & Verslaum bello persequebatur. Verslaus in arce Verlo obsessus & captus, Brunfucium ab- ducit. Pribislaus pacem impetrat, fratre loco obfidis redi- to. Non multo post carceris pertaxus VERSLAVS, Pribis- laum admonet, ut sui liberandi causa bellum moueat. Pa- terille, & ex imparato multas arcas occupat. Henricus ad Malchoum atrem cum exercitu ueniens, ibi in conspectu ho-

stium Verslaum suspensio necari in oculis fratris curauit, quod cum stimulaffet ad rebellionem. Cranzius lib. 5. Van- daliae, capite 5.

CREDITORES. Henricus VIII. Anglorum rex anno 1524. bello Gallico exhau- stus, a populo & cupletibus accepit pecunias per mutua- tionem, pro quibus syngraphas fecit, ut suo tempore red- deret omnibus quicquid mutuatū esset. At THOMAS Volfæus legatus Apostolicus, cum tempus reddendi debiti instaret, unus ne id fieret obtulit: praedicans, nementi hominum repetiturum esse id, quod gratuito principi suo aequē de omnibus bene merito ante dedisset. Qui ut impru- dens nihil cogitabat, neque de creditorum futura offensio- ne animorum, neq; de macula, qua nomini regio aspergi posset. Ita pecuniae creditae ad suos creditores minime postea rediere. Poly- dorus lib. 27.

INIVSTITIAE DISCIPLINA.

Consule Tit. Malis consiliis parere. Illic Stultitiae in is quae bona maldae sunt intelligendū, hic Iniustitiae in agendo habetur ratio.

GRECOS iam inde a Perfarum irruptione proditionum clas- sui pestis quadam populariter inuasit. Ionum uellum Dario undecim praefecti, exceptis Samiis, prodiderunt. Ere- tiam Philabris Cyneti & Euphorbus Alcimachi Persis:

Xerxi Theffaliam Aleuadae, Thebas Attagilus & Timage- nidas principes Thebanorum prodidere, Demades Athe- nas Antipatro. Nullis deinde temporibus haec passis de- sit rex Graeciae negocium facere. Pausanias in Achaicis.

IVSTITIAE NEGLIGTVS RESPECTV PER- SONARVM.

IN SEIPSO. NON EXER- GENDO.

Ex particularibus Titulis exempla petantur, quate- nus iniusta agendo, iustitiam negligunt.

IN ALIIS. IVSTOS HOMI- mines dignos.

NON DEFENDERE. Cicero Clodij Tribuni accusatione pressus, de necatis coiuratis opem implorauit CN. Pompeij: qui ex copposito abcesse- rat, & ruri agebat in Albano suo. Primum generū ad oran- dum eum Pilonem allegit, inde est ipse quoq; profectus. Eo nunciato non sustinuit in conspectum eius uenire Pōpe- ius. Mirum enim ei pudorem incussit uir ille, qui contentio- nes subiecit pro eo maximas, multa q; suas in republica a- giones ad eius instituerat comodo. Verum quod gener esset Caesari, huic instanti prodidit ueteres necessitudines: ac ne sit eo colloqueretur, alia subduxit scianua. Ita ab eo proditus & deseruit est Cicero. Plut. in Cicero.

LEGATI Rom. missi in Africam ad lugurthae uim contra Ad- herbalē patruclē coērcendam, munerib. ab eo corrupti, optimam insuper regni partem ei abdicarunt. Sab. 1. En. 6. NON LIBERARE. FELIX praefectus Iudae licet Paulus apostolus se optime ex- cussisset, uoluit tamen gratiam praestare Iudaeis, & Paulum uinctum successori suo Festo dare. Act. 23. DARIVS rex Perfarum, licet in nocentem sciret esse Danielem, tamen urgentibus satrapis, coniciendum curauit in lacum leonum, Danielis 14. NERO Britannicum non minus emulatione uocis, quae illi incundior superebat, quam metū, ne quando apud homi- num gratiam paterna memoria praualeret, ueneno aggressus est. Quod acceptum a quadam Locusta ueneno rorum indice cum opinione tardius cederet, uenire modō Britan- nici motu: accessit matrem suam manu uerberauit, ar- guens pro ueneno remedium dedisse, excusantique minus datum, ad occultandam facinoris inuidiam: Sanē, inquit, le- gem Iuliam timeo: coēgicq; se coram in cubiculo quam pos- set uelocissimum, ac praesentaneum coqueret. Deinde in ha- do expertus, postquam is quinq; horas protraxit, iterum ac- cepit recoctum, porcello obiecit. Quo statim exanimato, inferri in triclinoium, dariq; conuanti secum Britannico impe- rati. Et cum ille ad primum gustum concidisset, comitali morbo ex consuetudine correptum apud conuiuias ementi- tus, postero die raptim inter maximos imbres transfatitio exulit funere. Locustae, pro nauata opera, impunitate pra- diaq; ampla, sed & discipulos dedit. Suetonius in Nerone.

NON ORNARE HONORIBVS, OPIBVS, PRAMIIS.

HELIO GABALVS uniuersum senatum aded flocci fecit, ut senatores omnes urbe expulserit, illosq; seruos rogatos esse dixit. Alex. lib. 4. cap. 11.

ACCVSARE. INIVSTA AC- CVSATIO.

IOSEPHVS iniuste fuit a Putipharis heri sui uxore accusa- tus, quasi eam de stupro compellasset. Genes. 39.

CVTHETI Samaritani aegre ferentes Iudaeos a Cyro dimissos templum restaurare, eos Cyro in Massagetarum bello occu- pato impediuerunt, eoque mortuo apud Cambysem crimi- nati sunt, quod simulac urbem instaurasset, rebellaturi es- sent. Commentarios inspiceret gestorum Assyriorum, & manifeste deprehensurum, quam perfidi & rebelles semper extitissent Iudaei. Cambyse re cognita, edicto sanciuir, uti opus intermitterent: & sic nouem annis fectiatum est. 1. E- drae 4. & Iosephus lib. 11. cap. 2.

QVIDAM habentes puellam, a qua Paulus eiecerat spiritum Pythonicum, accusauerunt eum & Sylam eius socium, quod ipsi ciuitatem turbabat. Magistratus autem sine aliqua pro- batione fecerunt Paulum & Sylam uirgis caedi, & in carce- rem terrum mitti. Act. 16.

Iudaei Cyrenenses locupletissimi falsō a IONATHANE sica- rio accusati, a Catullo praeside crudelissimo ad tria millia trucidantur. Vide Tit. Pseudoprophetarum. SALOME Herodis regis soror, & PHERORA eius frater A- lexandri & Aristobolus Herodis ex Mariamne filios, fal- sis apud patrem calumniis deferre non cessarunt, quasi ma- ternae necis ulciscendae cupidi, patri insidias struerent. Pri- mum apud Augustum Romae accusati, sese excusarunt. Tandem uariis calumniis circumuenti, Antipatro fratre eas procurante, a patre securi sunt percussi. Iosephus libro 16. capite 6. & sequenti.

ANTIOCHVS quidam, post excisam a Vespasiano Hierosoly- mam, cuius pater Iudaeorum princeps erat (consiliis eorum, qui aere alieno obstricti, forum & scripta publica coereant di occasione sibi dari cupiebāt) ad Antiochenfes in theatru progressus, patrem suum & ceteros delulit, insimulans eos, quod una nocte totam ciuitatem incendere stauissent: & ueluti huius consilij participes quosdam hospites Iudaeos tradidit. His auditis, populus eos qui traditi fuerant, igne in theatro exussit: in reliquos Iudaeos absque discrimine fa- uuit, Antiocho apostata & incensore & doctore. Iosephus libro 7. capite 21. belli Iud.

Zacharias Hierosolymitanus cuius locuples, bello Iudaico a ZELOTIS, qui optimum quemque necabant, in carcerem coniectus est, falsō proditionis crimine intentato, coram LXX iudicibus, quos illi delegerant, ut iudicio non armis occisus uideretur. At Iudices audita Zachariae defensione, iustitiae memores, eum absoluerunt. Zelotae id indignē se- pios stricis gladiis de templo pellunt, quod simulationem datae sibi potestatis non intellexissent. Iosephus libro 5. ca- pite 1. belli Iudaici.

Cygnum Neptuni filium, patrem Hemithae & Teng, seruunt, al- tera uxore ducta, cum NOVERCA Tenem ob stuprum in- tentatum accusasset, uerum crimen esse ratum, in cista con- iecisse a dolosecentem. Cum autem Hemithae periculum u- nā cum fratre adire uellet, ut unque in mare abiecisset. Cista uero delata est ad insulam ante Leucophron, post ab illo Tenedum dictam. Cuius ille rrgno potius, constituit, ut fal- sō accusantibus a tergo astaret carnifex, sublata securi, ut conuicti confestim occiderentur. A cuius terribili aspectu dicitur Tenedus homo. Suidas.

ATALANTA, Acasti uxor, Pelei amore capta, de coitu cum appellat. Recusantem, apud maritū defert, ut pudicitia suā infidiatū: uerita ne ipsa prior accusaretur. Is igitur infidiā Peleo parat. Qui re animaduēsa, bellum illi inferit, adiutori bus accersit Tyndaridis & Iafone, illius inimico, suo amico; quōd unā in Argo nauī essent uēcti: & Iolco expugnata, uxorem Acasti interficit, Suidas.

Anakagoras Clazomēniūs à CLONE Atheniensis impietatis accusatus est, quōd solem candentem dixisset laminam. Defensus tamen à Pericle discipulo, & quinque talentis multatus, in exilium eiectus fuit. Laertius ex Sotione.

Phidias statuarius insignis, operis à Pericle praefectus, signum Mineruae conduxerat faciendū. Familiaritate hic Pericles usus est, plurimumque apud eum potuit: quate inuidiam contraxit, ac nonnullos habuit eius causa infestos. Alij, quo peculium in illo faceret qui populus in Pericle futurum iudex esset: **MENONEM** quendam, cuius opera utebatur Phidias, constituit in foro supplicem, perentem fidem publicā dari sibi, indicaturum se & delaturū certa de Phidia. Cū populus illum admisisset, & quaestio in foro haberetur, nulla prolata furta fuerunt. Aurum enim sic à principio fuerat Pericles consilio simulacro illigatum & circumfictū, ut detrahi uniuersum & approbari ualeret ad stateram: quod ut faceret, prouocauit tūc Pericles accusatores. Enim uero premebat excellentiā operum Phidiam, praecipue quod in pugna Amazōnica, quam finxit, in clypeo Mineruae, effigiem suam expressisset, calui senis saxum ambabus manibus sublatum tenētis: praeterquam item inclussisset Pericles imaginem, manus cum Amazone conferentis. Figura manus, qua attollit hastam, ita erat fabrefacta, ut praetensa oculis Pericles, quasi tegece conaretur utrinque elucetent similitudinem. Ac Phidias quidem in uincula ductus morbo interiit. Alij ueneno uolunt ab inimicis, ad inuidiam Pericle mouendam sublatum. Indici Menoni ferentē ad populum Glycone immunitas data: commendauit insuper praetoribus securitatem illius populus. Plut. in Pericle.

Socratem uirum sanctissimum tres accusauerunt **ANYTVS**, qui politicus erat, & plebis partes tuebatur: **LYCO** orator, & **MELITVS** poeta. Sententiam Polieuctus dixit: accusationem scripsit Polycrates Sophista. Laert. lib. 2.

Anyrus opificum turbam tuebatur & reliquorum urbanorum. quos saepe Socrates derisisset: Melitus uero poetarū, quos Socrates damnasset, & expellendos ē ciuitate censeret. Plato, & Xenophonte in Socratis Apologiis. Damnatus est aē. sententiis.

ATHENIENSES iudicio persecuti sunt Aristotelem philosophum, quōd in Hermiam Atarnensem eunucho mortalem, Peana tanquam in deum condidisset, cuius initium est, *Ἐπειδὴ πολλοῦ μὲν*. At inuidia quam scelus maior. Namque uirus etiam fortibus Peana dabatur, quō laudes eorum celebrabantur sine acclamatione *ἢ ἄλλῃ*. Scaliger libro 1. capite 44. Poeticae.

Orsines, Sagarae terrae satrapa, Alexandro Magno ingentia dona obtulerat, & Macedonum reliquis principibus, praeterquam **BAGOAE** euncho, falsus. Se regis amicos nō amicas colere. Criminatus ab eo apud Alexandrum, quōd multa talētorum millia furatus esset ex Cyri conditorio (quod Alexander per id tempus uisere uoluit, ut nobilissimo regi inferias daret) indigenis quibusdam ab eo subornatis, qui id se compertum habere regi affirmarent, innoxius Orsines damnatus est. Cui quum Bagoas manum iniecisset: Mirabar, inquit ille, mulieres olim in Syria regnasse, at nunc magis miror castratum hominem regnare. Plutarchus Polymachum ab Alexandro interfectum scribit, quia Cyri sepulcrum demolitus esset. Sab. lib. 6. En. 4.

PATACIO nisquam infamis calumniator, cui cum mos esset bonis uiris calumnias struere, atque hoc tam foedo questu parare rem, tandem deprehensus conuictusque poenas de dit capite. Huic praecipuū studium fuit, probati nominis iuuenib. negotium facessere. Id ē popularib. conuictis lapidatus est, quōd fur esset, & aēdiu perfossor. Inde prouerbium: Pattacione calumniosior. Erasmus in Adagiis.

Tiberium Gracchum Tribunum, qui contra opulentorum tyrannidem legem perulit agrariam, nobiles & potētes **ROMANI** cū frustra oppugnarent, in praclaro & iusto argumento insigni eloquentia depugnantē, falsis calumniis circumuenire studuerūt. Itaque cū Eudemus Pergamēnus eo tēpore tabulas Atrali Philopatoris, quibus populum Rom. haeredem scripserat, Romam attulisset: exurgēs Pompeius, uticum se ait Tiberij esse, atque ideo sibi Eudemum Pergamenum cōstare, diadema regium & purpuram ei quasi Romae regnatorum donasse. Quintus Metellus exprobrauit Tiberio, patre eius censore, cū reuerteretur a coena domum, lu mina eius restringere solitos: quod timerent, ne lōgius quam oporteret, conuictis & poculis indulgētia uiderentur: huic uero nocte audacissimos quosque & medicissimos de plebe

preluere. Et in Capitolio concionati. Ful. Flaccus Senator nunciavit, cū in senatus consilio consulem locupletes ad ducē tē non ualuisse in sententia suam, delibatum habere ipsos per se interficere Tiberium: in qua rem habere eos frequentēs seruis & amicis in armis. Quod ut circumstantibus aperuit Tiberius, praecingunt hi confestim togas, frangētiq; apparitorum hastilia, quibus coetum summouent, arripunt fragmenta, ut illi respellant uim inferentes. Id fieri mirantibus longinquitibus, & quid rei esset, percunctantibus: admouit manum Tiberius capiti, discrimen suū ea specie demonstrans, quando non assequēbatur uocem. Quod cū aduersarij inuicentur, properauerunt ad senatum afferentes poscere Tiberium diadema: cuius significacionem esse, quōd caput attigisset. Hinc commoti omnes fuisse. Nascica petiit ad consule, ut resp. obtemperet, tolleretque tyrannum. Quo leniter respondente, nullam se uim auspicatum, neque cuiem ullum indicēta causa necaturam. Quōd si quid contra leges populus Tiberij suauel uel coactu sciisset, id feratum non habiturum. Exiliens Nascica: Quando igitur, inquit, rem publicam prodit consulis, sequimini me, qui rem publicam saluam uultis. Plut. in Tiberio.

AGESTILAVS inter XXX consiliarios fecit duxerat Lyfandū in Asiam. cū apud omnes gratiosum esse uideret, ac uisere illum cepit, quasi regiam maiestatem conculcasset: coeque praetextu illum abiectione muneris diuidendarum carniū praefecit. Lyfander eius colloquio postulato, Ne tu bene, inquit, nos, Agestilae, amicos conculcā. Ibi ille: Sanē, si me esse maiores uelint, illos, qui opes meas amplifi cabunt, harum aequum est esse coeas. At id uo dixit, inquit Lyfander, Agestilae, potius, quam ego feci. Te uero praecor uel externorum causa, qui concitāt in nos oculos, eo me loco reponas sub ductu tuo: ubi positum, quam minime tibi odiosum, & magis uilē fore putes. Hinc legatus in Hellepontum missus est. Plut. in Lyfandro.

TIBERIVS Caesar ueneficij Lepidam feminam innocenti nam condemnauit, ut Quirino diti atque orbo morem gereret: fretus ob nauatam eam operam, se eius futurum haeredem. Suetonius.

C. Ruffus Geminius, cū esset impietatis in **TIBERIVM** Imp. accusatus, tabulas testamenti sui attulit in Senatū, in quibus filios suos & Tiberium haeredes faciebat ex aequis partib. Attamen accusatus, quod mollis & effeminatus esset, cū supplicium protraheretur, ipse sibi, antequam poenas luere cogeretur, mortem consciiuit. Dion Nicaeus in Tiberio.

Fuit Zenoni Imp. magister officiorum, **LLVS** nomine, singulari amore coniunctus: ut pote quem & in priuata uita admodum dilexerat. Is cū secretō quaedam in Ariadnem Augustā Zenoni narraasset, famā Augustae foedē cōmaculauit quibus exasperatus Imperator, praecipit clam euidam, uo dū uxorem suam perimat. Cui illud demandatum erat fatus, haeret, & anxius quid faciat, pedisse quae cubiculo praeposita rem narrat. Exterrita regina, eandem in lectulo collocat. Ipsa clam ad episcopum Acatium fugit. Zeno altera die se aetimas perpetrata, ludum simulat, neminem admittit. Acatius episcopus Imperatorem impieratis arguit, & leuitatis accusat, qui tam credulus in bonam coniugem fuerit: quam in fontem attectatur, & suspicione liberam. Augustus Auguste, data fide atque ueniae patione, conciliatur. Augusta in palatium reuertitur, multumque, ac diu delibatur, ut se de obtrechatore ueliceret. Cuidam mandat, ut in abditis a se abeuntem securi interimat. Qui reginā dicit audiens, dum auditiū bipennem in ceruicē librat, aures illi amputat. Sic illius mutilatus auribus, Orientem inuasiit. Cū Phin. Radoaldus, mortuo patre Rothario, regno Longobardorum inito, Gundipergam Agilulphi & Theudelindae filia, uxore duxit. Haec optima parentis exemplo, diui Ioannis Baptiste basilicam Ticini magnifico sumtu fundauit, uelut sigilibus fundi amplis donauit. Adulterij apud uirum falsō posulatur. Carellus eius seruis a rege petiit, ut sua domina **DELA TOREM** ad singulare certamen sibi prouocare liceret, ut ueritas ex hoc periculo reginae pudicitiam euidentissimē tueretur. Data dimicandi copia, delator populo spectantem succubuit. Quare regina omni crimine liberata, in priuam restituta fuit dignitatem. Bonfinius lib. 8. Dec. 1.

Cū Othonis tertij **CONIVX**, libidine insignis, comitem quandam Imperatoris de stupro sollicitasset, ipse uero hoc scelus suo genere in dignum, ac Imperatori cōtemeliosum, committere renuissit: Imperatrix ira excaecauit, ac comitem apud Imperatorē, quasi ab ipso ad cubitū sollicitata fuisset, detulit. Qui mox capitali adiudicatus est supplicio. Cū uero securi percuteretur, pro sanguine lacē in gulo effluxit: ut Saxoniae Chronico habet. Vxor comitis paulo post corā ipso Imperatore pro tribunali sedente, gestatione ferri candētis, innocētiā comprobauit uiri. Cranz. in Sax. 1. 3. c. 26.

Lothericum Danum ob aucupij peritiam Edmundo regi Orientalium Anglorum gratissimum **QVINDAM** accipitū domi-

domitor, inuidia motus, per insidias interemit. Exilio inde solum uertens, in Daniam fugit, & filijs Lothericus duob. Agenero & Hubōni indicat, patrem ad Edmundo regē ē medio propter ethnicissimum sublatum esse. Agnerus ergo uindictae studio, cum magna armatorum manu in insulā propere nauit: & ut ad Orientales Anglos peruenit, unū ex suis exploratum misit, ubi terrarum Edmundo rex se teneret: mandauitque ut nomine suo regi tanquam iam uicto imperaret pecuniam, atque ediceret illum non amplius regnaturū, nisi sese mature dācis dederet. Interea ipse exploratorē hostilem in modum sequebatur, omnia caede & igne complens. Edmundo memor documenti Christi, qui perdidit animā suā, inuenit eam, nuncio respondit: Nequaquam se seruiturū populo Daco, pietatē Christianā abhorrenti, nisi illā prius cōplectatur. Agnerus repente regi ingressus, multis mortibus trucidatis, Edmundo cepit. Sunt qui scribāt regē aufugisse, & persequebatur. Dācis sponte occurrit, atque interrogat, An sciret ubi loci res esset respondit sic: Dum ego in regia fui, ibi erāt Edmūdus, quem quaeritis, fuit: ubi abiui, ille quoque abiit: qui utrū manus uestras fugaturus sit, nescio, solus Deus noscit. & Dācos ubi per interpretes audiissent Deū nominari, probē intelligentes illū esse regē, eum cepisse, ac primō sustulit. serē ad necē casum sagittis transiisse, deinde Christi inuocantē obtruncasse. Sic pius rex martyrij palmā tulit, an. 871. At barbari inde mortuum adhuc grauesantes, eius caput inter dētissimas ueres abdidērūt, ac Christiani illud debitis colerent ceremoniis. Sed diu reperto corpore, Christiani caput quaeribant, uox subitō audita est in parte syluae, quō cuncti confestim concurrentes, caput intēgrū inuenērūt. Aderat ibi lupus, qui caput mirabiliter custodierat, & animal tam uox ac ne sanguinem quidem, qui adhuc iugiter manabat, degulauit. Polyd. lib. 4.

Heimeranus episcopus Regno burgensis fuit apud Theodonē, ducē Botariae. Ducis filia **VT A** cū esset cōpreffa à Sigeberto quodā decurione equitum, honestioris patrocinijs nomine in Heimeranum uitium contulit. Quamq; is tum forte pietatis ergo Romam iter suscepisset, frater uitarat puellā Landobertus cum insecutus in uia comprehendit: ac nequicquam tantum scelus abuenientem, supra scalas arduissime colliguit, & membratim dissectit. Auent. lib. 3. Annal.

Anno 1314. Engerranus Marinus Normannus, Longauilla: comes, magna cum auctoritate sacri summus praefectus, mortuo Philippo Pulcro rege, opera & factione **CAROLI** Vallesij capitalis inimici, quia mentiri eum per iurgium ille dixisset. Io. Anali accusatore, peculatus reus, furca suspendi prius die Cal. Maij. Pauotus magus, cuius arte Engerrani uxor, ut ferebatur, in regis perniciem uti stauerat, strangulatur. Simul quaedam clauda mulier comburitur. Engerrani statu ē summus palatij gradib. diecta. Ex eo Valcesus semper ualentidarius, nuntius, ut aiebant, uindicta, ipsemet mortuum uehementer desiderauit.

Sanctus Maior rex Nauaruae & Castellae, equū praestantissimū, in quo tanquā in uita subsidio cōsederat, peregrē abiēs cō miserat Geloriae uxori, regis Castellae filij. Tanta erat tūc tēporis infestatio Arabū, ut milites, Comites, & etiā Reges, in uxorū thalamis equos haberēt, ad repetinos quosque insultū.

GARSIAS primogenitū, equū à matre petiit sibi dari. Et cū illa inuississet precib. eius, miles quidam Reginā à proposito reuocauit. Indignatus filius iussit fratri, ut matrem suam apud patrē de familiarī commercio cum milite accusaret. Sed Fernandus nolens esse matris delator, dixit fratri: Non accusabo, sed quae dixeris, tolerabo. Garsias autem matris infamiam coram patre proposuit impudenter, & fratre teste nominauit. Rex credulus uxorem suam in castro Anagari custodiuit. A iudicibus de creturo est, Reginā condemnandam duelli certamine, aut liberandam. Sed cum nullus adesset, qui cōtra Regis filios uellet in certamen pro Regina defendere: Ranimirus priuigenus se obtulit. Interca caluniarum matris filij, monacho cuidam Aagaarēnsi, se matrem suam falsō infamasse. Vir sanctus timens ne in tāto periculo Regina innocens damnaretur, Regi, ea quae percepit, reuelauit. Itaque iudicio exempta fuit. Rex porō reginam rogauit, ut filijs impietatis facinus indulgeret. Annuit: ea lege, ne Garsias in regno Castellae, quod ei iure primogeniturae debebat, succederet. Itaque Garsias primogenito regnū Nauaruae & Ducatus Cantabriae obtigerunt: Fernandus uero Castellae principatus. Regina autem Aragoniam, quae eius erat ex donatione propter nuptias, dedit Ranimiro priuigeno: & hic primus fuit regum Aragoniae. Rodericus Tolletanus lib. 3. rerum Hispan. cap. ult.

Apud Saxones, anno M. D. mercator peregrē profectus, reliquit domi uxorem cum filia & ancilla. **CARNIFEX** eius loci, uiri absentia animaduēsa, clam per cellam uinaria ingressus, non quā ancillam, quae uinum pro coena allatura cōdescenderat, trucidauit illius moram aegre ferens filia, ipsa quoque descendit, & a carnifice obtruncatur. Tandem & ma-

ter. Trina cadauera in cella uinaria sepelit, totamque domum compilat. Mercatore reuerso, cū de latrone non constaret, carnifex astutissimus magico uaticinandi genere iam antē celebris, ipsum mercatorem propter intestinas cum uxore rixas, factinbris tam atrocis auctorem asserit. Mercator in uincula coniectus, tormentorum crudelitate uictus, falso latrocinium se commississe fatetur, rotasque plectitur innocens. Non multo post carnifex argentea pocula, mercatoris symbolo notata uendit, & seipsum incautus prodit. Comprehensus, ignitis forcipibus à toto populo in foro dilaniatur. Ioannes Paulus in Spudopædia.

Praetor quidam in Geldriae ducatu strigas ex arioli indicio cōprehendit quā plurimas, easque incendio puniuit. Tandem **ARIO LV S** ad praetorem accessit, adhuc unam maleficij ream indicaturum, nisi iniquē ferret. Praetor haud difficulter annuente, eius uxore quoque, insimulat in dex: ac ne quid hac in re haesitaret, palam se id demonstraturum adducit: horamque praefigit, qua eam reliquarum sagarum conuentui & choreis interesse, suis ipse maritus restaretur oculis. Consensit praetor: qui statuta hora quosdam amicos & cōsanguineos in eadem mensa secum & cum coniuge cenare uoluit, suppliciter interrim cōuocatae societatis causa. Hinc designata ab ariolo hora, & mensa surgit, iubetque omnes simul cum uxore permanere: nec prius loco dimoueri, quam ipse rediret. Deducus porō ab ariolo quōd is uoluit, lamiarum coetum, choreas, & nescio quas alias uoluptatum illecebras, quibus ipse uideretur cōiui, reliquarum delicias sectata, non obscure uidebatur spectare. Mox domū reuersus, amicos uocatos, eo quōd reliquerat ordine, unā cum sua uxore, laetos meseae alidere comperit. Et cum studiosē, nuntiationem deseruisset coniux, percūstatur: eadem eidem affixam fuisse loco in ipsius absentia, uno ab omnibus affirmatur ore. Praetor ob insidiam innocentibus penam, serō pœnitentiae ductus, Pythium accusatorem morte multauit. Vicius lib. 5. cap. 12. de Praefig. Dam. Confimilem historiam de cuiusdam Sabinensis agri incola recenset Paulus Grillaudus Volum. X. de Sorilegijs, qui uxorem maleficij insimulatam crimēctus, fatentem, eadem nocte, eadem hora, qua se collegio strigarum interfuisse dicebat, domi suae in suo lecto cōtrectatur, & secum quoque mentis compotem locuturam, iureiurando interposito affirmauit.

CONDEMNARE. INIUSTA CONDEMNATIO.

Cū Achabus rex Israelitarum Nabothi Iezraelensis uincam, suo palatio proximam, emere uellet, ut ea pro uiridario ueretur: neque Nabothis patrimonium suum uendere uoluisset: **IZABEL** Iezraelensis scripsit, uti iudicio icēnio cōtra Nabothum in editissimo loco collocatam, duos falsos testes pōduerent, quasi Deo regis, maledixisset, eumque lapidibus obruerent Naboth mortuo, uincam inuasiit Achabus. 3. Regum 21.

Mariamē reginā pudicissimā ab **HERODE** falsis ueneficij & adulterij accusationibus damnata petiit. Vide Tit. Coniugia infortunata.

PILATVS Hierosolymorum praeses, non iustum, sed ipsam damnauit Iustitiam. Nec imprudens fecisse uideri potest, qui nisi iniussit & impie se facere sensisset, nunquā lotis manibus nefarij illius iudicij experts credi uoluisset: eum quicquam sibi sceleris conscius, aliqua sui parte mundus esse possit. Sed dum Caesarem timet, iratum numen expertus est. Sabellicus lib. 4. cap. 3.

Orsines Sagarae terrae Satrapes, à prius Cyro oriundus, obtulit dono **ALEXANDRO** Macedonū regi aurea uasa, gemas, uestes, & quatuor millia talentorū signati argenti, latragae: ad haec in omnes Alexandri principes usus munificentiā, Bagoan eunucho supra Macedonū conciliatū nullo profectus est munere, falsus se regis amicos, non scorta colere. Criminatus ab eo apud Alexandrum, quōd multa talētorum millia furatus esset ex Cyri conditorio, quod Alexander per id tēpus uisere uoluit, ut nobilissimo regi inferias redderet, indigenis quibusdam ab eo subornatis, qui id se compertum habere regi affirmarēt, innoxius Orsines damnatus est. Cui quum Bagoas manum iniecisset: Mirabar, inquit ille, mulieres olim in Syria regnasse, at nunc magis miror castratum hominem regnare. Plutarchus Polymachum ab Alexandro interfectum scribit, quia Cyri sepulcrum demolitus esset. Sab. lib. 6. En. 4.

Aefopus Phryx fabulator, cū Delphos profectus gētis illius iram in se conuictis & contumeliosis apologis cōcitatasset: **DELPHI** sacra phiala in illius peram clanculum imposta, in Phocide consecuti, comprehensum sacrilegij damnarunt, obtestantemque, ac dira imprecatem praecipitarunt. Mox oborta pestilentia, consultum oraculum, admonuit, ut Aefopi manes placarentur. Ita que Delphi monumentum Aefopo constituerunt. Caesarem Graeciae principes & eruditissimul-

simulatq; cognouissent indignam Aesopi mortem: Aesopi cum sanguinem ultri sunt, sublati iis, qui fuerant mortis auctores. Vnde dicitur solitum, *ἀεσώπῳ δόρυ*: aut ubi quis praeter meritum acerba pateretur, aut ubi propter laesam innocentiam irati superi poenam immittere uiderentur. Meminit historia Plutarchus in commentario, cui titulus *ἀεσώπῳ δόρυ*: ubi dicitur Aesopum multa auri uim accepisse a Croeso, uti Delphis splendidè sacrificaret, & Delphorum singulis quatuor minas distribueret. Verum cum incidisset illi nescio quid dissidij cum Delphis, sacri quidem fecit, ceterum pecuniã, quam acceperat distribuendam, Sardis misit, Delphos indignos iudicans eo beneficio. Quamobrem irati, sacilegij condempnati praecipitauerunt de rupe, qua Hyampetia uocant. Eo facto deus indicauit, terræ sterilitatē & morborum prodigiosorum uim instare. Proinde territi Delphi, in publicis Graeciae conuentibus assidue per praecentem clamabant, si quis esset qui poenas Aesopi nomine de se uellet sumere. Tandem tertia generatione Samius Idomō aduenit, nihil affinis Aesopo, sed nepos eorum qui Aesopum Sami emerant: huic cum poenas quasdam dedissent, malis leuati sunt. Indicat eodem in loco Plutarchus, dicit fore, quoties sero poena datur. Erasmus in Adagius.

Quo tempore cum Eumolpo ATHENIENSIS bellum gerebant, omnibus sequentem annum annonae caritatem occurratam arbitrantibus: Pericander, qui Athenis quaesturam gerebat, ut longius annona extendere, parte populo frumenta diuidebat. Quare cum plebs irata proditiōnis accusauit, cum tamen pudenter publico bono consulere. Cum autem in iudicio staret, illic impetu facto, lapidatus est. Fulgofus libro nono, capite septimo.

Quanta ATHENIENSIVM iniustitia fuit, quanta insania, nimio conseruandae aequalitatis studio, optimos ciues totius ciuitatis suffragio per ostracismū uel eiecerit: Non imprudenter, aut quia patrie ciuilitate uequeque obisset: sed quod ferre non potuit ciuitas, ut ipsa testata est, unius uirtute uiri passim praedicari. Sab. lib. 4. cap. 3.

Antistides procurator fisci, quod munus sanctissimè gesserat, tamen à THEMISTOCLE delatus est, ac repetundarū damnum. Sed optimatum fauore non solum illi multa remissa est, uerum etiã eidem redditus est muneris quoque per simulationē sic administrari, ut omnia pristina seueritate, lenem se facilemque praebere, qui publico malo gaudent dicesse. Horum opera factum est, ut populus tertio munus summis fauoribus idem deferret Antistidi. Tum ille: Ob integrè gestum munus damna hinc quoniam prae æquū multa concessi ciuitatis expiatoribus, honore decoris afferri puto, quādam damnato ac multato. Tandem decennij exilio multatus est, per inuidiam, multis aegre ferentibus, cum ob morum excellentiam cognomēto Iustum appellari. Plutarchus in eius uita, & in Graecorum apophthegmatibus.

Antistides, quo totius Graeciae iustitia conseruatur, continentiae quoque exilium specimen, patria iustus excedere est. Felices ATHENAS, quae post illius exilium inuenire aliquem aut uirum bonum, aut amantem sui ciuem poterunt, cum quo runc ipsa sanctitas migravit. Val. lib. 3. cap. 3.

Defecerat Samus ab Atheniensibus, deficiuerat Hellestus. Philippo Macedoni oppositus Chares cum esset, nō satis in eo praesidij putabatur. Erat Mithras Praetor, filius Iphicratis, generi Timotheo: ad bellum proficiscitur. Huic in consilium dantur duo, uisus & sapientia praestantes, quorum consilio ueretur pater & fover: quod in his tanta erat auctoritas, ut magna spes esset, per eos amissa posse recuperari. Hi cū Samum profecti essent, & eodem CHARES cum suis copiis proficisceretur, ne quid absente se gestum uideretur: accidit cum ad insulam appropinquarent, ut magna tempestas orienti quam euitare duo ueteres Imp. uile arbitrat, suam classem retinerent. Chares uerò temeraria usus ratione, nō cessit maiorum nauu auctoritati, & quō cōterderat, peruenit: eo demq; ut sequerentur, ad Timotheum & Iphicratē nuntium misit. Hinc malè re gesta, compluribus amissis nauibus, eodem unde erat profectus, se recepit, literasq; Athenas publicè misit, sibi prociue fuisse Samum capere, nisi à Timotheo & Iphicrate defertus esset. Ob eam rem in crimē uocabantur proditiōnis. Damnatu Timotheus, illiq; eius æstimatur centum talentis. Ille odio ingratis ciuitatis coactus, Chalcedem se contulit. Huus post mortē, cum populū iudicij sui poeniteret, multa nouem partes detraxit, & decem talenta Cononem filium eius ad muri quandam partem reficiendam iussit dare. In quo fortunæ uarietas est animaduersa. Nam quos auus Conon muros ex hostium praeda patriae restituerat, eosdem nepos, cum summa ignominia familiae, ex sua re familiarit reficere coactus est. Probus in uita Timothei.

Alcibiades in Caria aberat. Eo absente, praefectus classis Antiochus temerè pugnans, à Lyfandro uictus est. Inimici Alcibia

dis culpam retorserunt in eius auaritiã & incuriam. Quibus cū PVLVS Atheniensis aures daret, praetores tres Alcibiadi furrogarunt, qui ad Aegos flumen uicti, Athenas Lyfandro occupandas dederunt. Plut. in Alcibiade.

Phocion, sub Antipatro summæ rei potentatum Athenis habuerat. Eo mortuo, cum Polyperchon consensu regū Graecis omnibus popularem administrationem permisisset: Atheniensis priores magistratus abrogarunt: populares instituerunt. Ii, qui prius dominati fuerat, ex urbe eieci, confugerunt ad Alexandrū Polyperchonis filium, ac per eum faulē sibi parare contendebant. Ab hoc comiter excepti, literas acceperunt ad patre Polyperchonem, ne quid mali accideret Phocioni, qui illius partes defendisset, & nunc ad omnia se ei ad futurum promitteret. Cum autē populus legationem misisset ad Polyperchonē: quae & Phocionē accideret, & ut ipis Munychia cum legum libertate daretur, ora ret: Polyperchon contra Cassandrū Antipatri F. regnum assestantem, bellum parans, auebāt ille quidem Piræum praesidio tenere, propterea quod magnas haberet portus ad usus belli commoditates: sed cum puderet contraria facere, libellis à se promulgatis, & existimaret periculum se iudicium iri apud Graecos, si in clarissimam urbem delinqueret, sententiam mutauit: auditq; legatis, eis qui à populo missi erant, comiter & graueiter responsum dedit: sed Phocionem cum suis comprehensum misit uinctum Athenas, populo presentem dans uel interficendi, si uellet, uel à ciuimibus absoluedi. Igitur coacta Athenis concione, propositoq; Phocioni & suis iudicio, multi eorum, qui sub Antipatro exulauerant, & qui in republica ab eis distuldebant, eos capitis accusarunt. Erat autem accusatio summa hæc, quod hi post Lamia cum bellum, ex parte causa fuerint tum seruitutis patrie, tum antiquationis reipub. atq; legum. Pbi deinde reis tempus datum est, causam dicendi, exorsus est Phocion præ se uerba facere. Sed plebs ATHENIENSIS tumultuando defensionem excussit, ad eū ut in magna trepidatione uenerint rei. Finito deinde tumultu, Phocion rursus causam dicit: sed turba re clamat, uocemq; periclitantem audiri prohibet. Multitudo enim plebecorū ad reipub. administratione depulsa, & praeter spem reditum ad epta, acrier iis succensebat, qui legum libertatem sustulerant. Vrgente autem Phocione, & in tam desperato statu pro uita sua clamante, qui propē a derant, audientem aequitate causæ. Sed qui longius distabant, præ clamoris tumultum magnitudine audiebant nihil ipsam tantum spectabant corporis motionem trepidantem, & uariam, propter periculum magnitudinem. Tandem de salute desperas Phocion (años 75. natus) exclamauit orans, ut se quidem capitis damnetur, sed aliis parcerent. Sed cum immutabilis ac uiolentus esset plebis impetus, procefferunt quidam amicorū, ut Phocion patrocinarentur: quoru orationis inuicia audiebant plebs. Verum cum progredientes manifestò defensionem explicabant, eiciebantur tumultibus & aduersis clamoribus. Ad extremum totius populi suffragiis damnati, in carcerem ad mortem abducentur. Subsequēbantur eos multi uiri boni lamentantes, & casus illorum magnitudinem dolentes. Igitur ciues potione uita priuati, proieci sunt omnes insepulti extra fines Atticæ. Diod. lib. 8. Aelianus lib. 3. Var. hist. & lib. 12. Val. Max. lib. 5. cap. 3.

ATHENIENSES illi doctissimi quidem, & scientiarum quoddammodo parentes, sed & uirtutis ueluti carniſices, eicuta Socratem sustulerunt.

EPHESI, cum singularis modestiae ac frugalitatis uir Hermodorum ceteris: Nemo, dixerunt, apud nos frugi sit, ne mo unus excellat, uel si excelluerit, abeat. Quo nomine dignos fuisse, qui strangularentur omnes, pronuntiauit Heraclitus cognomēto *μοτερος*. Caelius lib. 4. cap. 23. Antiquatum Lect. ex Strabonis lib. 14.

Camillo, quod mala fide praedam Veientium populo dicebatur diuissse, L. Apuleius trib. pleb. *diuissse* dicitur. LVM diuissse. Camillus uitandae iniuidiae gratia, tamen falsò accusabatur. Ardeam exulatūm iuit, duobus annis ante Romam à Gallis captā. Liuus quindecim millibus aëris grauis multatum dicit absentem: Plutarchus quindecim millium affinis affes & æra graua idem fuisse ostendit Budeus. L. Vites in 2. lib. Augusti de Ciuitate Dei, cap. 17.

Liuus Salinator ex iniuidia peculatus reus, ab omnibus tribus ROM. excepta Metia, condemnatus, in uoluntarium exilium abiit. Liuus & Cecilius.

L. Scipio Asiaticus, post speciosissimum triumphū de rege Antiocho ductū, penne ac si pecuniam ab eo accepisset, damatus est: nō puto ꝑ precio corruptus fuerit, ut illum totius Asiae dominum, & iam Etrorpē uictrices manus iniiciebant, ultra Taurum mohtem summoueret: sed aliqui uir sincerissimē uitæ, & ab hac suspitione procul remotus, inuictus PVLV, quæ tunc in duorum fratrum in clybeis cognominibus habitabat, resistere non potuit. Valer. lib. 8. cap. 1. p. Ru.

P. Rutilius, uir summæ innocentiae, repetundarum à ROM. damnatus, & in exilium missus est. Liuus lib. 70.

Philippus & Alexander ferui iniuste damnati. Vide Tit. Tolerantia tormentorum Ethica.

AVGVSTVS societate cū M. Antonio & Lepido inuicti, iudiciū capitale Bruto & Coccius eius dicitur: quod Casarem Dictatorē principem uirum in summis positū magistratib. inauditum cruciada sent. Accusator affpositi Bruto L. Cornificiū, Cassio M. Agrippam. In dicta causa coactis sententiam ferre iudicibus, dānati sunt. Fama est, cum præco de more citaret Bruto ex Rofinis ad causam dicendā, plebem non obsecrē ingemisse, optimates deieci in terram capite conticuisse, P. Silicio (Dion lib. 46. Siciliū uocat) lacrymas manasse, atque hæc de causa inter scriptos mox fuisse relatum. Hinc Triumuir in gratiā reduci. Caesar, Antonius, Lepidus pronuntians partiti sunt, caedēq; fecerūt: & ducentos, inter quos Cicero quoque, est obruncatus, proscriptere. Plut. in Bruto.

CALIGVLA Imp. multos Romæ leuissimos ob causas accusauit atq; damnauit, nullam aliam ob causam, quā ut ipsoru facultates consequeretur. Nam pecunia opus erat, postea quā thesauros omnes suos exhausisset. Xiphilinus.

Liuus Pricus praetor, à CALIGVLA Imp. de quibusdā rebus leuissimis accusatus, damnatus est, quod locuples esset. Xiphilinus.

Cum post conspirationem in NERONEM Imp. factam, multi Romæ cruciaderentur, Soranus Senecæ philosophi frater, opibus atq; dignitate in urbe excellens ceteros, accusatus innocenti, atq; P. Egnatii philosophi falso testimonio dānatus est. Thraseas Senecæ philosophi frater, ab eodem post longam accusationē, nullam aliam ob causam damnatus atq; occisus est, quā quod dedit Senatus decreta non semper probauerit, nunquam Nerone audiuerit cithara canentem: neque uocis eius sacra, ut reliqui omnes, sacrificauerit. Xiphilinus.

Nero, trucidatis tot insignibus uiris, ad postremum uirtutem ipsam excindere conuulit, interfecit THRASEA uirum Petri Patruino, & Barea Sorano: olim utriusq; infensus, accedentibus his causis, quod d Thrasea Senatu egressus est, cum de Agrippina ferretur, ut dies natalis eius inter nefastos esset: quodq; iuuenili ludicro parum spectabilem operam praebuerat. Atque ea offensio altius penetrabat, quia idem Thrasea Patruij, unde ortus erat, ludis Cetaſtis à Troiano Antenore institutis, habitu tragico cecinerat. Die quoque, quod Praetor Antistius ob probra in Nerone composita ad mortem damnabatur, iustiora censuit, obmutuitq;. Et cum dein de honorēs Popæe uxori decernerentur, sponte abens, fineri non interfuit. Hi quidem damnationis praetextus fuerunt, uerua autē q; uirtutem eius ferre nequebat. Tacitus lib. 8.

Metus Pompeianus nullam aliam ob causam à DOMITIANO Imp. accusatus, in Cynnum relegatus, atq; interfectus est, quā quod orbem terrarū piscium in parietibus cubiculo haberet. Liuiamq; historiam studiosè euolueret. Rusticum Aruleum, quod philosophatus esset, atq; Thraseam diuinum hominem fuisse dixisset, idem sustulit. Maternus philosophia damnatus est, quod exercitij causa aliquid in tyrannos dixisset. Herennium Senecionem, quod cum uixisset diuissimè post censoriam dignitatem, nullum magistratum peruenisset, quodq; Heluidij Prisci uitam conscripisset. Cornelia Maximilla Vestalis uirgo, cū ante absoluta esset, postea à Domitiano non ob aliam rem putatur in cesti dānata fuisse, nisi ut crudelitate suam expleret: atq; ex his iudicijs, quæ ipsius temporibus facta essent, fama & nomē compararetur. Xiphilinus, & Suetonius.

Boetius integerrimè gesto consulatu regis ministros, quoru cupiditati & imporeticē sese obiecit, plurimum aſſen dit. Postquam ergo consulatu abiit, accusatus est à Bassio, Opihone, & Gaudetio, hominibus factinorosis. Summa uerò criminum fuit, ipsum saluum esse senatum uoluisse, ac delatorum, ne documenta deferret, quibus senatum læsæ maiestatis reum faceret, impedisset. literæ etiam falsæ prolatae, quibus eundem Romanam sperasse libertatē arguebatur. Hoc p̄mū tempore THEODERICVS Gothorū rex à semetipso defecit, atq; nimis aspirantis fortunę blanditijs captus, praetio studio optimum ingenium corruptit, ac pristina illam inter omnes aequitatis, moderationis, ac sapientiae laudem praecipit quadam ex inuicta meritate fecerat. siquid dem falsis accusatoribus, & fideis criminibus fide adhibita, temerè infontem hominem condemnauit, ac publicatis bonis, Ticinum relegauit: ubi ipse semet conſolans, hæc ipsa, quæ diximus, de se memorie pdidit. Sigon. lib. 16. Imp. occ.

Cellis Italiae maritis quidam uxorem innoxiam detulerat adulteri. Conſocietur in carcerem una cum iuene, quem ac euffas maritus: a dmouetur tormenta. Iuuenis impatiens, confessus est quod non admiserat. Mulier constantē negauit. Vterq; damnatus ducitur ad supplicium. Ille occiditur: hæc se p̄uicta uixit: demum a domino iugulo mucrone, uisa

est mori. Sublatum cadauer reuixit. Huic, cum ad supplicium requireretur, Euaagrius ad Imperatorem libertatem suis precibus impetravit. Hieronymus ad Innocentiã de muliere septies icta.

LI CO, Liuorum regis F. Broderū Iarmerici Danorum regis F. cum Suauilda, nouerca Hellepontij regis filia apud patrem incestus crimine accusauit, & ceteris cum proſcriptione dignum decernentibus, suspēdiō afficiendū censuit: ceterum laqueo annexum à ministris subiecto asserere excipendū esse; ut quum hi fellas oneri manus subducerent, perinde ac rei premiti iuuenis forent, regemq; parricidij crimine liberarent (etsi paulo post penitētia ductus Iarmericus filio uitam donauit.) Suauildam uerò pecudum ungulis proculcari debere. Hanc tantum fuisse pulcritudinis fama est, ut ipsi quoq; iumentis horroni fuit eam conculcare. Quo argumento rex innocentiam eius declarari coniectans, cum eam liberare uellet, Bico magicum praestigium in supina caufatus, pronā à iumentis conculcari fecit. Regis iram metuens Bico, perſidiā perſidia cumulaturo, nunciavit Helleponticis, Suauildam eorum sororem à uiro nefariè sublatam. Qui cum Iarmericum in arce munitissima obſedissent, Gutrunae arte arcis propugnatores subito oculis captos, in seipos arma conuenerunt. Mox conuulsis postibus arcem iam occupauerunt: cum Orthinus dæmon ademtum praestigij uisum restituit, & Helleponticos corpora aduersum tela carminibus durare solitos crebro silice conuerberando esse percudit. Ita & Hellepontij & Danimua caede consumiti interiire. Iarmericus utroque pedē ac manibus spoliatus perit. Saxo lib. 8.

Sub CREVO MYSLIO Boemoru principe, annonae caritas inualerat: ciuifq; rei culpa uulgō oēs principi assignabāt, quod aratores ab agris colendis, ad metalla effodienda transferret. Nemo tamen praeter Horymirium inuentus, qui hanc culpam principi exprobrare auderet. Huic cum mox horrea arderent, iuxtaq; ſchedae essent reperitæ cum hac inscriptione contumeliosa: Fame pereat, qui inter frugum ac ceruosi famem timebat (quas schedas satis constat fofiores metallorum sparsisse, Horymirio infesto, quasi non solum principis, sed illorum quoque; lucra interciperet fatage, res) tanquam incidij reis dicā illis Horymirius scripsit. Sed illi consilio princeps ad dolium uersi, officina quādam suam nullius precij sua sponte exurunt, accusantq; uicissim Horymirium uelut incendiarium manifestum. Ceteri qui cognitiōni interfuerunt, suis Horymirium sententijs absoluti: solus Creho myslus infontē damnauit. Ille hac gratia à principe impetrata, ut intra arcem Vicegradensem equum suum ante mortem adhuc conscendere posset, simulatq; in illum cōſcendit, saltu magico supra arcem eleuatus, in Vltuaie ripam incolumis euasit. Dubrauius lib. 22.

Carolus Zenus post praecelas res domi forisq; gestas, accusatus quasi pecuniã à Francisco Carario accepisset, quā cōſtabat ex illius libris, quos ipse Carolus exhibuerat, non esse persolutā, tamen Carolus re ipsa pbaret datā illi in exilio agenti ab se murō: non ualuit tamen tantū uel uiri ipsius auctoritas, uel innocentia, uel Patruium ipsum, sua inprimis uirtute deceptū, quin à VENETIS condemnaretur, & in carcere biennium ageret, procuratoriaq; dignitate inſuper priuaretur. Fuit igitur ea constantia uir, ut per annos illos duos nunquā supplex alicui fuerit, nihil sibi remitti de carceris poena expecterit: totumq; illud biennij spaciū in literis, docturamq; hominum consuetudinē, qui frequētiſſimū ad eum uenitabant, consumserit. Egnat. lib. 8. cap. 1.

Hermolaus Barbarus, dum domum rediret noctu ex Senatu, seruo tantum à manu, qui lumen praeferebat, comite, nō procul ab ædibus suis interfectus est. Auctor facinoris ex plebe fuerat, qui ob adoleſcentem amatum à se, in carcereq; diu habitum, tormentisq; grauiter affectum, ipsius Hermolai sententiã decem uiralis praefecti iniquo animo tulerat. Suſpicio interea in Iacobum Foscarum, Francisci ducis filium, cecidit: quoniam uniuersæ ciuitati perspectum erat, accubas inimicitias inter ipsum & Hermolaum ad eam diem extitisse. Ductus igitur in carcerem, grauissimèq; tortus (etia aliquando audiente patre, qui publicis negotiis praerat) nunquā adduci potuit, ut crimen unquam uel cogitatum à se fateretur: publico tandem iudicio in Cretam insulam relegatus est. Eo illic mortuo, patri sceleris auctor moriendo confessus est, à se solum tam auidax facinus esse patratum, odij acerbitate in Hermolaum accessō. Egnatius lib. 8. cap. 4. & Fulgofus lib. 8. cap. 4.

Paulum Vitellium post tantas res paulo ante prospere gestas, quod nouissimo conuicti fortunā (amisso Stāpale oppido) non arrifisset, inuidia inuasi, praebuitq; causam accusationis RAVICIO Marſiano ꝑpetuo hosti suo atq; obſtructa totij, ut apud Florentinos facile suspicareris, non uel sed dolo cessisse, nec potiri Pifis uoluisse crederetur, quod Ludouici Sforcię litæris obtinere potius, quā Reip. commo do,

extre

extremum capienda urbis periculum facere uoluerit. Ita q...

XE R X E S è Græcia fugiens, copiis Hidarini relicis, quas ad...

Eubulus apud Athenarum lib. IX. ait fuisse morem OLIM, si...

—ον αὐτῶν id est, —μὲν αὐτῶν id est, —Quicquid coquus Peccauerit, tibicen accipere solet Plagas.

IVSTITIAE NEGLECTVS, RESPECTV RERV SIVE

Contractuum iustorum: Eos scilicet

NON DEFENDERE. Eluc illi, qui Contractus quoslibet bonæ fidei contra...

IMPVGNARE, RESCINDERE. Puta LEGES.

Vbi Romanæ secundæ belli Punici finis, & Philippus rex Ma...

INIVSTITIAE STVDIV RESPECTV PERSONA...

RVM. INIVSTITIAM

PER SE EXERCENDO. Eluc pertinet ei, qui magno conatu Inivsticiae quod...

AEMVLANDO, CERTAMINA IN IVSTITIAE INTER

REGES.

CONSTANTINVS VI. matrem IRENEN imperio deie...

Hædo Augiæ diuitis magister, & pontifex Basiliensis, Hugo...

PRINCIPES ET SVDDITOS. FRIDERICO III. Imp. in Italia absentē, Baumkircherus...

scam, sed ab ipso inuentum narrare: ἦν μὲν, inquit, ὁ ἀλλοτρί...

Erasmus in Proverbio, Tibicen uapulat. M. Agrij argentarij seruus, Alexandrum Titi Fannij seruum oc...

ANTONINVS Imp. Aemilium Paulum Papinianum, præf...

CONSTANTI A, Constantini Maximi Augusti filia, & Galli...

Crispianus CONSTANTINVS Imper. notius, falso à Faustano...

LVDOVICVS dux Bauariæ, cum uxore Maria Brabantina...

MATRIMONIA. Ex Titulo Repulii huc quedam.

HENRICVS III. Romæ ueniens, à Paschali II. pōtifice pe...

ANTIOCHVS Gryphus cæso Alexandro patrem Syriae re...

POPVLARES. Guidonis Rupes Sequanam frenat, oportuna rebus in Norma...

POPVLARES. Guidonis Rupes Sequanam frenat, oportuna rebus in Norma...

SOCIOS. Cüm Oropum urbem Athenienses, deuicta à Romanis Per...

HOSTES. Gentes Germanorum duæ numerose Rhenum modò ad a...

INIVSTOS, SONTES, NOXIOS DEFENDENDO. Exprobrantibus PHOCIONI amicis, quòd turpem homi...

CLIVSIVM. Galli Clusium, Hetruriae urbem, ad motis copiis obsidebant.

ANTIOCHVS Gryphus cæso Alexandro patrem Syriae re...

POPVLARES. Guidonis Rupes Sequanam frenat, oportuna rebus in Norma...

SOCIOS. Cüm Oropum urbem Athenienses, deuicta à Romanis Per...

HOSTES. Gentes Germanorum duæ numerose Rhenum modò ad a...

INIVSTOS, SONTES, NOXIOS DEFENDENDO. Exprobrantibus PHOCIONI amicis, quòd turpem homi...

CLIVSIVM. Galli Clusium, Hetruriae urbem, ad motis copiis obsidebant.

ANTIOCHVS Gryphus cæso Alexandro patrem Syriae re...

POPVLARES. Guidonis Rupes Sequanam frenat, oportuna rebus in Norma...

PRVSIA Bithyniae rex, humillimi cuiusq; ac profligatissimi...

SOCERVM ET GENERVM. Ixion dona plurima HESIONE O pollicitus, despondit e...

FRATRES. AGRIPPA, Aristobuli F. à patre Hero de interfecti, Romæ se...

INIVSTOS, SONTES, NOXIOS DEFENDENDO. Exprobrantibus PHOCIONI amicis, quòd turpem homi...

CLIVSIVM. Galli Clusium, Hetruriae urbem, ad motis copiis obsidebant.

ANTIOCHVS Gryphus cæso Alexandro patrem Syriae re...

POPVLARES. Guidonis Rupes Sequanam frenat, oportuna rebus in Norma...

SOCIOS. Cüm Oropum urbem Athenienses, deuicta à Romanis Per...

HOSTES. Gentes Germanorum duæ numerose Rhenum modò ad a...

INIVSTOS, SONTES, NOXIOS DEFENDENDO. Exprobrantibus PHOCIONI amicis, quòd turpem homi...

CLIVSIVM. Galli Clusium, Hetruriae urbem, ad motis copiis obsidebant.

ANTIOCHVS Gryphus cæso Alexandro patrem Syriae re...

POPVLARES. Guidonis Rupes Sequanam frenat, oportuna rebus in Norma...

SOCIOS. Cüm Oropum urbem Athenienses, deuicta à Romanis Per...

CN. Pompeius, scero suo Scipione causam dicente, sexaginta & trecentos iudices domum accessit...

CICERO cum aliquando Numatio patrocinatus esset, atq; absolutus necessarium ille Ciceronis postulare Sabinum...

AVGVSTVS Cæsar amicos suos magis quam iustitiam ac æquitatem interdum amare visus est. Nam cum Mæcenas & Apuleius...

MENELAVS pontifex sacrilegus, à tribus legatis à Senatu Hierosolymitano missis, Tyri coram Antiocho Epiphane accusatus...

Phyæ amica Hyperidis, iniuste ab ATHENIENSIBVS absoluta. Vide Tit. Vitæ aliorum prudenter prospicere in iudicio.

Cum mulieris habitu P. Clodius Cæsaris ædes sacris Bonæ deæ ingressus esset, ut Pompeiam Cæsarum corrumpere...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Atque infinitæ cædes factæ sunt. Aelian. lib. II. de Var. hist. Cum obfiderent Cluianos Barbari...

Qui durior accepto responso, defundum se munere ratus legationis, præcepit arma induit pro Cluiniis...

Adherbalem patrem legum iugurtha parte regni Numidiæ eiecerat. Qui iniuriam apud Sen. Rom. questus est...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

illis speciem præbebat, metu exanimatus Aldana, tormen- ra, turres, arcem puluere pyrro disiecit, deestante uniuersa exercitu, & fugienti similis in Translyuaniam contendit.

INIVSTITIÆ STUDIVM RESPECTV RERVVM SIVE CONTRACTVVM INIVSTORVM, ILLOS TVENDO, Defendendo, Non rescindendo. Vtputa

STVPRA. BENIAMITÆ Gabacnium scelus excusant, & armis defendunt. Vide Tit. Pœna stupri.

Seculo cuidam, fortuna pauperi, qui Leuctra, Bœotia uicum propè Thebias, habitabat, filia aderant duæ, Hippo & Miletia...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

erat, liberatus est. Afcianus Centorius lib. 5. & 6. Comment. Belli Translyuania.

FOVENDO. IOANNES quidam cognomento Lagus, prætorij custodiæ ab Imperatore Alexio Angelo præfectus, noctu fures, uin- cu- lis liberatos, carcere educerat...

PRÆMIIS AFFICIENDO. DARE indignis Opes, Honores. Vide infra, Officium iniqui, indigni, data premia.

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

Itaq; absolutus a crimine: quod pleriq; IVDICES sententiam confusis tabulis tulissent, ne in discrimen uocaretur...

INIVSTI HOMINES.

IN GENERE, QVAVIS INIVSTIA. PERFIDI in genere.

Consule Tit. Improbis & Astuti in genere: quatenus Inivstia & dicitur videtur esse, esse Arist. seu in Iustitia & dicitur dicitur.

POPVLII.

In Aureliano scribit Flavius Vopiscus, rarum esse ut SYRI fidem seruent, imò difficile. Ceu demta modò hororum cura operosiore, boni maioris nil præterea in Syrorum ingenis ferè sit requirendum. Cælius lib. 25. cap. 25. A. L.

PARTHIS fides nulla, nisi quantum expedit, quibus utilitas semper est fide sanctior. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 10.

GRÆCORVM gēs malè audit passim apud poetas Latinos, & item apud Ciceronem, non solum quasi uoluptatibus ad dicta, & effeminata deliciis, uerumetiam quasi lubrica fide. Siue quòd olim Romanis adhuc rudibus, & antiquam illà obtinentibus fuerat, Græcorum elegantia luxur uidebatur: siue quòd studiorum æmulatione, ac mutuum odium in causa fuit, ut eiusmodi probra de Græcis conscriberent: siue quòd uerè Græcorum nonnulli tales apud Italos fuerunt, quales eos depingit Iuuenalis (id quod non inficiatur & Lucianus in lib. de Mercede seruentibus) ut ex illis gentem omnem æstimauerint. Erasmus in Adagijs.

Ex Vlpiani theoris monumentis constat, THESSALOS ut infidos, antiquitus fugillatos: aut ob Medæ historiam, quā ab Iasone circumscriptam, qui Thessalus erāt, poete tradit: uel quā tempore Peloponnesiaci belli in ipsa acie ab Atheniensibus ad Lacedæmonios, uel in ducta fidei interitãq; memoria, ordinibus mutatis, Thessali transfugerunt: sicuti Thucydides auctor est. Vnde natum prouerbium, ut Thessala fides, de uana dicitur & fluxa, quæ in ratione uirtutis nihil omnino habeat pensi. Quod Euripides item innuit, πολλοὶ γὰρ ἦσαν, ἂν ἄριστοι ἐπιτάλοιο. Aristophanes ἀδραστος appellat. Demosthenes Olynth. 1. illos natura perfidos esse scribit. Confirmat Hero d. lib. 9 & Philostrat. in Critia sophista.

LACONES ut infidos descripsit Eurip. in Andromacha, ἀσπίδος ἰθακίαι, ἄλλοι αὖ βυλόντιοι. id est, Spartæ inhabitatores, dolosus fenatus.

Et Aristophanes in Acharnensibus: ἄσπιδος ἰθακίαι, ἄσπιδος ἰθακίαι, hoc est, Quibus nec ara, nec fides, nec iurandum manet.

Cælius lib. 18 cap. 5. A. L. & Erasmus in Adagijs.

ANTHROPOPHAGI Scythiæ populi, agrestissimos omnium hominum mores habent: non iudicijs, non legibus utentes, pecuariam exercentes, uelut Scythicæ similes gestantes, propriam linguam habentes. Hero d. lib. 4.

CERCOPES duo fratres fuerunt in Lydia, omni dediti iniustitiæ, cognomen hoc adepti ab atrocibus factis: nam alter eorum pessulus fiebat, alter incus. Quæ mater eorum Memnonis cum uideret, monuit ut cauerent, ne in Melampyrgum incidere: hoc est, Herculem, à nigris natibus ita dictum. Xenagoras eos in simias mutatos esse tradit, ob improbitatem: & Piræceus infulas ab eis accepisse nomen. Hi Cercopes, ut alij dicunt, Etheæ & Oceani filij, mutati sunt in lapides, quòd Iouem fallere sint conati. Vnde prouerbium, ἀρκαστίες, Cercopes imitari, quòd Chryppus ab iis animantibus translatus dicit, quæ cauda mulceant. Suid. Pœnorum perfidia in prouerbium abiit, quòd ea gens peculiariter peritij uanitatijq; notata sit, quemadmodum abundè testatur T. Livius. Cuius hæc uerba sunt libro secundo, de bello Punico: Quæ Punica religione seruata est fides ab Hannibale. Idem belli Punico secundi lib. primo: Has tantas uiri uirtutes ingentia uitia æquabant, inhumana crudelitas, perfidia plusquam Punica, nihil ueri, nihil sancti, nullius dei metus, nullum iurandum, nulla religio. His coloribus depingit Annibalem. Erasmus in Adagijs.

Nulla apud PARTAROS obseruatur iustitia, nam ut quisq; re aliqua indigerit, eam ab altero impunè rapere potest, & si apud iudicem de illi iudicij, iniuria conuenitur, reus non negat, sed se ea re carere non potuisse dicit. Tam iudex humilmodi proferre sententiam solet: Si tu uicissim re aliqua indigeris, rape ab alio. Si in contentione aliqua quispiam occidatur, auctoresq; sceleris capri fuerint, equis, armis, uestibusq; spoliati dimittuntur: in dimissione uerò iudex uilè equum & arcum dat homicidæ, dicens: Abi, remq; tuam cura. Cumq; quietis impatientissimi fiat, mutuo tamen se non perimunt, nisi reges inter se dissideant. Guagninus in descripte Tartaria.

REGES, TYRANNI.

Consule Tit. Tyrannorum, qui ut communis hominum natura hostes uidentur esse, ita à communi conditione per omne genus scelere erga deos hominesq; non raro degenerant.

DIONYSVS senior, qui decem millia ciuium atq; ad eò plures necauit, prodidit fratrem inuidia impulsus hostibus: expedauit, dum mater anus paucis diebus post exingueretur, sed spiritum eius interclusit. qui etiam scripti ipse in tragedia, ἡ γὰρ τυραννὶς ἀδελφῶν μὴ γὰρ ἐστίν. Etenim tyrannis est parens iniuriæ.

Plut. orat. 2. de Alexandri fortuna.

ATILIA Hunnorum rex, Mundzucci F. Bleda fratre per iniustitiam occiso, solus rerum potitus, supra humanum fastigium ambitione & crudelitate se cepit eleuare, inuento præterit Martis gladio, quo se totum orbem subacturum sperabat. A Generico Vandalorum rege contra Gothorum regem Theodericum excitus, septingentorum millium exercitu ex Scythia & Germania contracto, Rheno linitrib. superato, Tungros, Coloniam, Metas, Atrebatum excidit: in campis Catalaunicis ab Actio Valentiniani III. duce & Theoderico Gothorum rege ingenti prælio superatus, in Scythiam rediit. Actum interim de gloria ac nomine suo ratus, si quæ ex aduersis rebus timorem ostendisset, aut ullum fractum animi signum, afflictarumq; uirium indicium edidisset: Valentinianus ante omnes infensus, per quem non solum Gothos non delucuerat, sed memorabilem etiam in Gallia calamitatem acceperat, ipsum armis ulcisci, Italia inuadenda, ac Roma in flammam decreuit. Ergo cum se Flagellum Dei & Terrorer hominum appellaret, & ad id in mendum à Demissum iactaret, ut tanquam iustæ illius uindictæ teras omni malorum genere permisceret, & crudelitatem ac libidinem suam non nisi fanguine & incendio terminaret: iactio per hyemem Danubio, appetente uere, è Pannonia in finitam illam suarum colluuiem gentium mouit, atq; inde recto cursu ad fauces Alpium Iuliarum accessit: Italiq; ingressus, Aquileiam aliquandiu obsessam, à ciuibus derelictam euerit. Eo ueluti claustrum Italie rescisso, Venetiæ ciuitates omnes subegit, Taruisium, Vicetiā, Veronam, Mantuam, Cremonam, Brixiam, Bergomum: in Liguria Laudæ, Comum, Nouariam, Vercellas, Eporediam, Taurinum, Mediolanum & Ticinum: in Aemilia Placentiam, Parmam, Regiumq; Actio interim ueligijs eius insistentem, & rei genitricem occasionem captante, pacem Valentiniano III. Leonis Pp. intercessione dedit, promisso annuo tributo: atque per Noricum in Scythiam reuersus est. Inde ad Valentinianum missi, denuncians, se grauioribus Italian incommodis affecturum, nisi Honoriam sororem cum parte regalis opulentiae ad se misisset: ad Marcianum uerò Orientis Imp. se illi cum nouo bello fatigaturum, nisi promissâ à Theodosio si pendiā persoluisset, & cum hæc minabundus iactaret, exercitum tamen ad diem conuenire iussim iterum in Galliam duxit, ut Alanos ad Ligerim confidentes inuaderet. Theodorus rex Gothorum id ad se quoq; pertinere existimans, qui proximas Alanis sedes haberet, altero cum eo edito prælio, uictus in Scythiam se referre coegit: recte iornandæ. Inde domum reuersus, summo sese otio tradidit. Itaq; post multas uxores Hildiconem uirginem pulcherrimam ducta, nocte nuptiarum uino madens, copioso è naribus fluente sanguine, exstinguitur. Sigonius lib. 13. Imp. occid.

MAHOMETES II. Turcorum Imp. perfidus erga quosuis. Vide Tit. Contemptores religionis & decorum.

QVIVIS ALII.

Hecuba de VLYSSE, cui serua à Græcis in prædæ distributio nec data fuerat, apud Eurip. in Troadibus sic ait: Διὸς πατρὸς ἑμεῖο, ἡ δὲ πᾶσι θεῶν ἐχθρὸς ἄνθρωπος, οὐδὲν ἔστιν ἀνθρώπων ἡρώων, ἃ φιλῶτα προσέειπε, φιλῶτα πείθειτο, ὡς ἄνθρωπος. Ius & æquum iniquo modo tradat: qui omnia huc illuc contraria, iterum illuc prius, grata reddat duplici lingua, carissima quæq; præfert omnibus.

IN SPECIE, VNA ALIQUA INIVSTIÆ SPECIE.

INIUSTI

PASTORES.

GYGES regius pastor in Lydia, cum inuenisset anulum, cuius beneficio à nullo uidebatur, ipse autem cuncta uidebatur: cidato rege Candaulo, reginæ stuprum intulit: eamq; postquam compressisset, ea adiuuante regem suum occidit, & ipse ex pastore rex factus est. Plato lib. 2. de Rep. Cicero lib. 3. Offic. Herod. lib. 1.

AVRIGÆ.

MYRTILVS Hippodamiæ, Ocnomai filiæ, curruli certamine dimicantem, prodidit, pacta mercede corruptus à Pelope. MEDICI.

MEDICI.

DEMOCEDES medicus à Dario rege fugitiuus. Vide Titul. Prudentiæ in rebitu ab exilio. NICIAS medicus in Pyrrhum regem perfidus. Vide Tit. Hostium uitæ per fraudem non iniudari.

TONSORES.

Ludouicus Arcimboldus, cuius Mediolanensis, bis aduersa ualitudine correptus, testamento trecentos aureos numos TONSORII, qui ei ministrabat, reliquit. Sed cum liberatus esset, & post aliquod tempus in ualitudinem quoque incidisset: tonsor longioris moræ ad consequendum legatum impatiens, ueneno uitam eius petiit. Sed ut munus impensa opera sua dignum acciperet, in foro fracta cervice uitam amittit. Fulg. lib. 7. cap. 8.

IANITORES.

Ianitores duo EVNUCHI Iregis Afueri, coniuuauerunt, ut regem in primo limine palatii resistentem interficerent. Esther. 2.

CVBICVLARII.

Sub Eugenio IV. Angelotus sancti Marci presbyter Cardinalis, & uita & fortunæ, quas tanta cum auditate aggregauerat à suo CVBICVLARIO priuatus est. Caprus Isclerius ille, ac uariis cruciatibus necatus, quadrifariam diuisus, ad quatuor urbis portas suspensus fuit. Platina.

SCRIBÆ.

Vopiscus, Victor & Eutropius, Aurelianum Imp. in Thracia interisse memorant MENESETHI notarij sui fraude, qui ad quosdam militares amicos eius, nomina eorum annotata perulit, falsò manum illius imitatus, perinde atque Aurelianus eos interficere constituisset, occisus est. Sed & Menesthes, in stiprem genere, bestis obiectus est. Aureliano templum, sepulcrum, & statua marmorea posita sunt, & inter diuos reclusus est, cum imperasset annis sex, minus paucis diebus. Culpinianus.

IUDICES.

IOEL & ABIA S, Samuelis prophæta filij, iudices Israëliitarum à patre constituti, munere corruptelas admittunt. Vide Titul. Filij degeneres.

IUDICES Israëliitarum Esaias reprehendit, in quibus, Principes uinifidos, spem surum, omnes diligunt munerâ, sequitururbationes, pillo non iudicant, & causa uideæ non ingreditur ad illos. Esaiâ 2.

Belli Troiani quidam fuisse de sententia Homeri principum tradunt, de deorum lunonis, Minercæ & Venereis formæ præstanti iudicium à PARIDE factum: ita enim canere Poeta: Nam Paris iniusta damnauerat arbiter olim Vocæ deas, pastorem in certamine formæ Cum subiere causam, reliquis tunc prætulit illam, Munus adulterij quæ præbuit exitialis. Ceterum ueris isti haud immerito pro non genuinis habitii sunt: quòd neq; deos hominum submittere se iudicio deco rum sit, neque huius rei Homerus alibi meminerit. Plutarchus de Homero.

SISAMENES iudex ob iniquam sententiam à Cambyse exco niatus fertur. Eius filius Othanes, patris corio infidere coactus. Hero dorus lib. 4.

SANDO CES iniustus iudex. Vide Tit. Capti liberati.

Cresphontes cum Thera Autesionis filio, Thebano (qui tutor erat liberorum Aristodemi Laconum regis fratris ipsius) contendeat, & sibi Messeniam propter agri bonitatem de poscebat. Theras clientum causâ id negare. TEMENVS Ar giuorum rex à Dorienfibus arbiter constitutus, rogat rem ut forti committant. Cum assentirent, in siculam aqua ple nam fores mittit, re ita constituta, ut fors utra prior exisset, illi Messenia ad iudicaretur. Ac subdole quidem Aristodemi liberum fortem è siccata sole argilla, Cresphontis uerò (cut faucebat) è coctili laterculo fecit. Quo factum est, ut illa solu ta, hæc confiterit, & per eam Cresphonti Messenia obtige rit. Pausanias in Messeniacis.

Quanto Capitolino & A. Furio Coss. accidit, ut Aricini & Ar deates quum de ambiguo agro diuicis disceptassent, mul tis iniuicem caedibus fessis, iudicium ambiguum rei ad populū Romanum detulerunt. Qui quum ad causam orandam utiq; processissent, concilio populi à magistratibus dato, P. SCAPTIVS, homo grandis nati, præfatus se non passurū populū Romanum in re decipi: docuit agrum de quo am bigeretur, Coriolanorum finium, seq; prima ferè stipendia faciente Coriolis capis populi Romani esse factum. Mirari se quoniam more Ardeates & Aricini, cuius agri ius nunquā re Coriolana incolum usurpassent, eidem se à populo Ro mano, quem pro domino iudicem fecerint, intercepturos sperarent. Indignati consules, palamq; nullam Scaprio deli to sententiam habendam censent: nō tantum populo Roma no intercepto agro rerum quasitum iri, quantum infamiae & dedecoris, si id soli sibi addiceret. Quando quidè fame ac siccità dama maiora omnino essent, quam in præsentia æsti

mari possent. Hæc consulibus frustra prædicantibus, tribus in suffragium missæ ambiguum soli partem populo Romano ad iudicant. Id iudicium fecerunt turpissime patibus quam Aricinis & Ardeatibus uitam. Non multo post autem creati Coss. Fabius Vibulanus & Posthumius Ebutius, Cornicem ut celebri monumento aliquo gestæ rei annum suū insignem facerent, agrum infamijudicio populi, paucis ante annis Ardeatibus interceptum, coloniae eò mittendæ pie textu restituerunt. Sab. lib. 4. & 5. En. 3.

FABIVS Neapolitanis ex urbe, Nolanisq; de finibus inter se disceptantibus, iudex datus, cum utriq; seorsum egretac tenuit, ut paululum suos fines contraherent. Tum uerò quicquid agri in medio relictum est, Romano populo ad iudicia uit. Fuit hoc, quis non uider, decipere, non decernerem iudicatio, sed præuaricatio. Sab. lib. 4. cap. 5.

C. IULIVS Cæsar, deuictio iam Pompeio, cum hostem in Aegyptum usq; persequeretur magno exercitu: eo iam interesse uenit ad Cleopatram, omnium, quæ in Aegypto tum temporis erant, formosissimam. Quæ cum intellexit se plurimum à Cæsare, & turpiter etiam amari uoluit, ut Cæsar eā contentionem, quam iam diu cum fratribus habuisset, dirimeret. Egrotiur suam causam primū per amicos, deinde uerò ipsa (quando quidem omnium erat facundissima) apud Cæsarem sola uerba contra fratres fecit. At Cæsar captus amore Cleopatæ, cum indulgens affectibus in ea causa pro Cleopatra stare contra fratres, iniustam sententiam pronuncians, deprehenderetur: Aegyptiorum factio tumultu periclitari de uita coepit. Itaque aufragens, uelut quem exuens, pernatando flumen, uita consuluit suæ. Cuius uelimenta deinde ab Aegyptiis inuenta, suspensa sunt in trophæo, quod statuerant, atque omnium irrisionibus exposita. Dion Nicæus.

Anno 1105, Henricus archiepiscopus Moguntinus, uir pius & pacificus, à criminatoribus Romam delatus, à Papa accusatur tanquam somnolentus & ineptus ad tantæ Ecclesiæ gubernationem. Mittit igitur Romam ARNOLDVM quendam clericum suum, quem propter ingenij dotes recens in præpositi & camerarij dignitatem extulerat, quemque sibi propter beneficia omnium maximè fidum futurum esse credebat. Arnoldus Romam ueniens, cardinales quæta potest pecunia corrumpit, suum benefactorem teris cõspergit criminibus, atq; impetrat, ut sibi archiepiscopus ille deman daretur. A Papa obinet, ut illi ipsi duo CARDINALES, & ad cognoscendam & determinandam istam causam in Germaniam ablegentur. Hi Vuormatiam delati, Henricum citant: qui, ut erat placido ingenio præditus, cõparens, simplicem ueritatem simplici ore exponit. Sed iudices ingentibus muneribus fascinati, Henricum gradu deiciunt, Arnoldumq; in eum locum subuehant. Ergo ad tribu nal Christi illos sibi respondere iussit, & in cœnobio quodam non multo post obit. Secuti sunt illi Cardinales fœdo mortis genere.

HENRICVS Crathinthus, Boemiar interrex, cum ob summam auaritiã & iniustitiam proceribus exosus esset, conuentu omnibus ordinibus Pragâ indicto, in cœnaculo grãdi tribunal erigit, tãquam ex illo ius nonnullis priuatis dicturus, sololq; in consilium adhibet fraudis confcios iudices. Mox nomina procerum sibi inuisa citat, & causa indicta hunc de contumacia, illum de contumelia, alium de malefate læsa damnat: iubetq; singulos in proximum cubiculū discedere, in quo apparitores præstò erant, uincula, picem, laqueos ad terrorem ostentantes. Sumtum in præfens supplicium de quibusdam in loco seclufiore, ne mors eorum subito factinus uulgaret. Reliqui sub cuto dia Pragensium in carcerem coniccti, Henricus à Lyppa, regni Camerarius: Petrus Cancellarius: Ioannes magistratus Straconiceni prædictus, Ianus Vartembergus, Reymundus Lychtenburgus, Vitricus Rycianus: neq; illis ante claustra laxata, quam se nuptiis plebeis (tanta Pragenses ambitio ceperat) redimerent. Ergo Henrici filia, Iudici Pragensi pacta est. Vicissim Lychtenburgus, Iacobi à Turri cuius Pragensis filiam ducere in matrimonium coactus est. Hac tanta perfidia iritati procceres, Ioannem Lucenburgensem, Henrici Cæsaris F. regem elegerunt. Dubrauius lib. 19.

NATELLVS, è Ceuzæ Marchionum numero unus, inter duos Ceuzes arbiter electus, ambos iurare coegit, si se staturos quod ipse iudicasset. Iudici aut ipsius fuit summa: Quicquid illud erat, de quo inter colligantes controversia esset, non ipsorum colligantium, sed Natelli esse. Fulg. lib. 8. cap. 2.

Quidam ARBITER inter duos litigantes datus, accepto ab uno urceum olei, ea spe & pollicitatione, ut pro se iudex sententiam ferret. Hoc sentiens alter, porcum pinguem misit iudici, rogans ut sibi faueret. Tulit ille sententiam pro porco. Quod sentiens alter, cum & fidem datam, & oleum missum apud iudicem quereretur: Porcus, inquit, quidam, domum

K k k k 3 uenit,

uenit, & inuento oleo uas effregit, atq; oleum dissipauit, ad dō ut tui fuerim oblitus. Poggius in Facetis.

MILITES.

Demades defuncto Alexandro Macedonum exercitum Cyclopi excaeco adaequabat: quod multis cum incompositis & cæcis nitibus cerneret agitari. At imperium ROMANVM affimiles fabulosi Titanicis calamitates & impulsus inuasere, in diuersa eodem tempore diuisum, atq; hinc inde rursus ad seipsum recurrens: non ita ex ambitione eorum, qui declarabantur Imperatores, ut ex auaritia & licentia militum Imperatores per se mutuō tanquam clausis clauis expellētium. Et quidem Pheraum, qui cum apud Thessalos menses decem dominatum obtinisset, mox fuit trucidatus, Dionysius uicissitudinis pernicitatem ridens, tragicum tyrannum appellat. At Cæsarium domus Palatina angustiori tempore quatuor exceptit Imperatores: dum hunc quasi per se nam intro ducunt, illum educunt. Nymphidius Gabinius profectus prætorio cum Tigillino, ubi res semel deploratæ Neronis fuerunt, & ostēdit ille fugam meditari se in Aegyptū, induxit milites, quasi non ultra adesset, sed cepisset iam fugam, ut Imperatorem Galbam appellarent: ac donatiuum pronunciauit uirum cohortibus urbanis & prætorianis trigena millia nummū, legionibus provincialibus quina millia, quantam summam heri non poterat, ut quisquam cogere, quin sexcentis plus quam Nero flagellaturus esset omnes mortales. Hæc res confestim perdidit Neronem, & mox Galbam. Superiorem enim ut accepturi deseruere, hūc interfecere delusi. In de dum tantæ pecunie quarunt præbitorem: prius in defectionibus & præditiōnis semetipfos contriuerunt, quam quæ sperauerant, sunt consecuti. Plutarchus in Galba.

LEGATI.

Ex Tit. Proditorum exempla Aristi, Leis, Dastelbei petantur.

Πατριστασία, Falsa legatio, cum legatus aliquid agit extra ea quæ in mandatis accepit. Suidas.

AMASIS legatus missus a rege Aprie ad Aegyptios qui defecerant, defectorum rex fit. Vide Tit. Defectorum.

Clusini Gallorum irruptione percussis, nullam cum Romanis ad id tempus societatem habebant, Romam tamen legatos ad auxilia contra Barbaros petenda confestim mittunt, nullum suum in Romanos beneficiū allegantes, nisi quod Veientes consanguineos suos aduersus Rom. populum optulisse iuuissent. Auxilia negata sunt, missi tamen legati, M. Fabij Ambusti FLII. Plutarchus tres ex Fabia gente missos ait, in quibus fuerit Q. Fabius Ambustus. Hi senatus & Po. Rom. nomine cum Gallis egerunt, ne socios & amicos Romanorum, à quibus ipsi nulla prius essent iniuria affecti, oppugnarent. At ubi Galli sese ius in armis ferre respondere, mox certamine iniecto, legati, qui ex urbe uenerant, aduerso patriæ fato contra ius gentium in Gallos arma capiunt. Ante Hetruscorum signa tres Fabij ferocissimi iuuenes pugnam cedere, quorum Q. Fabius extra aciem equo uectus Gallorum ducem insigniter pugnantem adortus hasta transfixit: inde eum iacentis spolia legeret, forte agnitus, Gallos iusta in Romanos accendit ira, ut Romam mitterent, qui legatos ad supplicium depollerent. Acqua Galli postulare, sed plus apud Patres nobilitatis ambitio, quam æquitas ualuit. Plebs & ipsa ambitione corrupta, non modo non dedendos censuit, sed in sequentē annū Fabios iuris uiolatorum cōsulari potestate Tribunos creauit. Galli uictis ad Allia Romanis, Romam ceperunt anno V. C. 360. Sab. lib. 1. En. 4.

Defecerat ab Alexio Angelo Byzantino Imp. Ibanicus, & loca monti Hæmo finitima firmis castellis munierat. Ad eum reconcilian dum, mittebat Imp. Spadonem quendam ci familiarissimum, qui pacta & conueta, nuptias quoq; neptis suæ in memoriam ei reuocaret. Sed nefarius SPADO ad eum profectus, non modo nihil quod ad rem pertineret confecit: sed illum sua præsentia, ut cepta persequeretur, magis confirmauit, cum temerè effutisset, Græcos euersigō illum iuuafuros, & monuisset, ut campestribus relictis salutem suam & popularium montanis locis committeret. Nicetas lib. 3. de Imperio Alexij.

CONSTANTINVS Diogenes, à Cōstantino Imp. ad Sermone Simij dominiū legatus missus, interposito iureiurādo affirmauit, cupere se ipsum conuenire, ac de rebus necessariis colloqui: qd si ipse infidias uereretur, tribus tantum famulis stipatum se ad ripam profuentis ibi amnis accessurum: idem ipse quoq; faceret. Obtemperat Sermo, atq; hoc modo cū Diogene congregidit. Ipsi cū in colloquio essent, Diogenes pugionem, quem in sinu abditum gestabat, subitō in latus Sermonis adiecit, eumq; interfecit. Cedrenus.

Antipertus, qui Teudelindæ frater fuit, rex Longobardorū creatus, quum annis nouem regnasset, regnum Berarito & Godeperto filiis delegauit. Diuiso regno, Beraritus Mediola-

ni, Ticini Godepertus imperandi sibi sedē optarat. Subona diffensione, Godepertus ad Grimoaldū Beneuentanū ducē, legatū mittit, GARIPALDVM Taurinatū ducē, ut quā primū aduersus fratrem sibi opē ferat: pro referenda gratiā germanam pollicetur. Contra legatus, præter mandata regis, cum ad occupandū Longobardorū regnum horatur, fratribus inter se digladiatibus. Grimoaldus delecta manu Ticinum contendit. Nuptiarum causa in regia exceptus, Godepertus interfecit, eodem regnum. Beraritus, qui Medio lani diuiso regno imperabat, in Pannoniam fugā arripuit, ad Cacanum Auarum regē. Rodelindā uxorem, & Cuniper tum filium reliquit, quos Beneuentum Grimoaldus relegauit. Garipaldus non multo post in templo à Godepertifamilio caesus est: qui dum sui domini fatum ulciscitur, mortem subire minime formidauit. Bonfin. lib. 8. Dec. 1.

Philippus 111. Francorum rex ex Elizabetha Tarraconensium regis filia filios tulerat, Ludouicum, Philippum, cognomine Pulcrum, Carolum Valesij comitem: ex posteriore Maria Henrici Brabantini ducis F. procreauit alterum Ludouicum Eburouicum Comitem, Margaritam, Blancham: illam Angliæ reginam, hanc Austriæ ducem futuras. Defuncto Ludouico filiorum maximo, res in suspicionē ueneni uenit. Brochius cubicularius & fisci præfectus reginam insimulabat: eam id initium fecisse priuignorum necandorum, ut cenā in spem regni ex ea filij prognati succederent. Contra erat qui Brochium in crimen inuidiamq; uocarent. Consulere uates placuit. In Brabantia, unde nata regina erat, ferebatur responsa reddere mulier quædam de cœtu professionis, quæ Beguinam dictam postea concilio Viennensi Clemens damnare uisus est. Ad hæc missi ab rege P. E. T. R. V. pontifex Baio censum, idem Brochij affinis, ac Stephanus, antistes templi Dionysij. Petrus cū Niuellam uentum esset, Stephanus ante eum, prior ad feminam uenit: colloqui incertum quæ, discedens orauit, ut illa celaret quæ secum acta essent, quæ respondisset. Stephanus superueniens ex uate nihil expressit, nisi illud unum, Satis Petro responsum. Ad regem dicitur. Pontifex sibi nihil arcanorum ignotum esse renunciauit: sed ea effari sibi per religionem non licere, quod sacra confessione ut sacerdos omnia audivit. Rex, Non ad myteria, inquit, arcanasque lustrationes, sed ministrum, nuncium, interpretemq; te misi. Noua legatio missa Niuellam, iuit Theobaldus Dolensium pontifex, retulitq; responsum, Reginam extra noxam esse: addidit, quod duobus insimulatis reliquum erat, ac ne sic quidem nominatim quæquam coarguens, uenenum à uiro, & eo assiduō, quotidianoque datum. Hanc uel fabulam ficitam, uel ueram famam certior res secuta est. Tabellarius cum literis à Brochio, dum citatus ad Alfonso regem Castellonensem contendit, grauiore pentē oppressus morbo, cū mortem inuolare sentiret, penitentia subeunte orat hospitem quō diuertat, literas, quas ipse deserere in Hispaniam ceperat, ad regem Francum perferret: ipsiq; utiq; regi in manus redderet. Hæc literæ manifestā fidem fecere, esse apud regem Francū, qui arcana foras efferret: hoc uel unū scelus damnaasset hominē. De Brochio igitur Parisiis reſte supplicium sumtum. Petrus Pontifex ad Pontificem maximum se recepit, metu pœnæ legationis male gestæ, ementitæq; adumbratæ religionis. Acmil. lib. 7.

Edgarus, Anglorum rex, morbo amissit. Alfredam reginam, ex qua Edouardum filium suscepit. Per idem tempus fama peruaserat, Horgerium ducenti Cornubiæ filiam habere nomine Alfredam, forma elegantissima. Edgarus dedit negotium ETHELVOLDO familiari suo, puellæ uisendæ, iustiq; uerbis & nomine, à duce eius connubij petēdi, si modō pulcritudo famæ responderet. Etheloldus ubi puellam uidit, immemor mandati regij, eam sibi nuptum dari magno opere petiuit: & impetrauit. Ad regem reuersus, ait puellam non eam esse, quam deceat nubere regi: ac non multo post, ubi sensit principis animum hoc pacto ab amore alienatum, incipit paulatim apud eum agere, ut sibi eius uoluntate liceat puellam in matrimonio habere. Id quod rex, qui illius iam formam asperratus erat, ultro concessit. Crebreſcebat deinde indices magis Alfredæ pulcritudinis rumor, cū rex cupidus uidēdi, de industria, uenandi gratia, ad uillā Etheloldi accessit. Is ubi regē aduentare intellexit, fertur rem oēm uxori aperuisse, orasq; uti cōmunis salutis causa, se negligentiū solito comtam iuueni fuerit ostendit. At femina immemor coniugalis amoris, ac filij communis ab Etheloldo suscepti, quam elegantissimè potuit, regi uenienti obuiā facta, ultro casu resoluuit pudorem, & manu medio tollendi causa extitit. Deducorauit ea res plurimum regis nomen apud omnes, quare sæpius à Dunstano Londinensi episcopo reprehensus est: quæ licet facti puderet, peniteretq;, amori tamen nō indolge nequiuit. Ipſam aut Alfredam ferunt non modo criminis non poenituisse, sed ualde succensuisse Dunstano, quōd bene admonuisset regem. Genuit ex Alfreda Edgarus Edmundum, qui paucos uixit dies, &

dies, & Etheldredum. Is dum baptizabatur, cū subito in sacrum fontem confecti cibi reliquias ex aluo emisisset, traditur. Dunstanus prædixisse ita futurum, ut ille quando que ingens patriæ incommo dum dedecusq; afferret. Dilixit itē Edgarus Wyilfredam monachā, seu ob metū stupri, ut quibusdam placet, nullis initiā sacris, inter monachas seruata, ex qua Edithā filiam suscepit, quā aiunt ob uitæ sanctimoniam, in catalogum diuorum adscriptam. Polydorus lib. 6. & Ranulphus lib. 6. cap. n. & Gulielmus Malinesburienſis lib. 2. cap. 46.

Natholocus, Scotorum rex, cū proceres quosdam, ob communicata cum Athirconis regis liberis consilia, in carcere strangulasset, coniuratum uires metuens, in Lugā & Morantiam exercitus conferendi causa secessit. De belli euentu sollicitus, MORAVVM quendam hominem fidiss. mittit ad animum fatidicum, in Mona insula habitantem. Illa dita facta Natholoco prædixit, nec maiorem à coniuratis quā ab ipsomet Morauro, qui eorum aunc ageret, imminere. Morauis, cui nihil tale unquam in mentem uenisset, prestigiatricem exeerat, ad regem rediit. Cæterum metuens, ne si rem gestam narraret, semetipsum regi suspectū: si non narraret, suspectiorem redderet: & mentiri & oraculum uerū reddere stauit. Ad regem perductus, multa, remotis arbiris, uasē est commentus, cumq; rex ex uentris profuuiō secretiorem cubiculi locum pereret, sequutus Morauis, eū, ministris prætextu, pugione in pectore transfixit, exanimemq; ferro hærente uulnere, in cloacam inferiorem deiecit. Per posticum inde exiliens, equo in eum usum parato arripo, primus nuncium extindit regis coniuratis aculit. Hector Boethius lib. 6.

Anno M. CV. Henricus archiepiscopus Moguntinus, uir pius & pacificus, tanquam somnolentus & ineptus ad tantæ Ecclesiæ gubernationem apud Pp. accusabatur. Henricus itaque missi Romā ARNO L D V M clericum suum, quem propter ingenij dotes recens ad præpositi & camerarij dignitatem extulerat. Arnoldus, cardinales quāta potest pecunia corrupit, ut sibi archiepiscopatus ille demandaretur: & à Papa obtinet, ut illi ipsi duo Cardinales ad cognoscendam

causam in Germaniam ueniant. Ergo Vormaciam delati, etatum Henricum gradu deiecer, & Arnoldum substituit. Conradus auctor Moguntinensis historiz.

NICOLAUS de Book, eques, legatus Valdemari Marchionis Brandeburgensis principis sui nomine ad Rom. regis electionem Francofurtū missus erat (competitores erant Philippus Pulcer Austria, & Ludouicus Bauariæ dux) Marchio Fridericum regem suo suffragio multis literis diplomate munitis constituerat. Legatus nihil muneris à Friderico expectans, sed & plurimum animos in Ludouicum inclinare animaduertens, abrafā membrana, expunctoq; nomine Friderici, Ludouicum contra uoluntatē domini sui substituit. Ob quod scelus Marchio cum diu carcere macerasset, & demum extinxisset fame dicitur, quam pomum in eius semper aspectum iussisset appendi, sed quod tangere non posset: occlusoq; carcere uetuisse, ne ullū cibi genus tincto immitteretur. Cranzius lib. 9. Saxonia, c. 8. & Cuspinianus.

FRANCISCVS Zabarella Cardinalis, is cuius scripta à Iureconsultis summopere probantur, legatus missus à Ioanne XIII. ad concilium Constantiense, auctor fuit Ioannis de statu deiciendi, ea spe ut ipse uoluntate concilij ei succederet. Verum morte præuentus, ambitioni & perſidię simul satisfecit. Garimbertus lib. 5. de uitis Pontificum.

Constans fuit multorum opinio, ALBERTVM Pium Carpentem, Galliz regis Ludouici XII. apud Iulium II. Pp. de conuersione, inter Pontificem & Ferrariæ ducem Alfonso Aretinum ex salinis Ceruiz Comacilij orta, componenda legatum, legationis manere non bona fide fundum, ut pontificem in Ferrariensium ducem concitaret operam dedisse: ad idq; ardentissimo desiderio, in quo ad mortem usq; permanit, impulsus, ut Alfonso Ferrariensi principatu spoliaretur. Cū enim Hercules Alfonso pater ante paucos annos à Gilberto Pio dimidiam Carpentem ditionem accepisset, eiq; Saxuli castellū, cum nonnullis aliis oppidis permutatione dedisset: Albertus ne tandem (ut sapē necesse est) minus potentem potentioris uicini cupiditati cedere: et altera partem, quæ ad se spectaret, concedere cogere, metuebat. Guiccardinus lib. 9.

INIUSTITIA PROFANA SECVNDVM MATE-RIAM CONSIDERATA. QVO AD

PERSONAS.

Ex Distributiuæ & Correctiue iniustitia locis illustratur.

ERGA MAGISTRATVM.

Val. Flaccus Consul, cū nescio quid ignominiosè in FIRMARIAM quæstorem decreuisset, illeq; Romam abiturum se dixisset, dignitate eum spoliari. Ea iniuria ille alienatus, ab senatu consulæ prætorum, quem Flaccus in castris substituerat, fascibus militari fauore spoliari. Inde Flaccus ex Chalcedone reuersum subita ui adortus, exercitu nudauit, nudatū Nicomediam usq; persecutus est, ibiq; in suam potestatem redactum hostiliter interfecit, abiecitq; insepulchum. Ita consul & imperator Romanus à priuato hominē imperio & uita spoliatus est. Sab. lib. 3. Enn. 6.

Carolus Danus, Fladriæ Comes, septem annis rerum potitus, aduersa semper nobilitate, commo dis uoluntatiq; plebis omni popularitate inferuiss, cū in magna caritate anno nã LAMBERTI Stratensis, fratris Bertolſi præfecti ædis Donatiani, horrea permulorum templorum decimis referat, aperuisset, triticiq; uim ingentem egētibz certo precio mensus esset: Lamberus cum factione nobilium Comitē in æde Donatiani interfecit: Donatiani ædem ac turrim in modū arcis muniuit, firmauitq;. Ludouicus Crassus rex Fræcorum, ne ea prouincia Anglo iungeretur per hunc mortū, Stratenses oppugnans ad deditionem compulſit, & ad ducentos uario supplicij genere affectit. Aemilius lib. 5.

ERGA TYRANNOS.

ARATVS Sicyonius Achæorū prætor persuaserat Aristomacho Argiurum tyranno, uti Lyſiadis Megalopolitani exēplo tyrannidem deponere, & patrię libertatē restitueret. Paruit ille, & anno post Achæorum prætor creatus est. At postea quum Antigono potius est Acrocorintho, Aratus prætor ab Argiuis creatus iussit, ut Antigono tyrannorum & proditorum pecuniam donaret. Aristomachum ergo Cenchreis excruciatum submersere. Qua de causa pestime audiuit Aratus: quōd hominem non malum, cui usus interesset, eum ipſo, & quem in duxerat ad deponendam tyrannidem, sociandamq; Achæis ciuitatem suam, permisit crudeliter necari. Plut. in Arato.

ERGA SVBDITOS.

LVDVICVS Flandriæ Comes, à suis captus in plio, nec dimissus, nisi iureiurando adactus, se immemorem iniuriarū futurum: secundum eam diem nihil magnarum rerum, nisi de suorum sententia, reſq; ad urbium decutiones relata, statuturū, adurūmque: paruit præſenti necessitati. Vbi primū liberum ei fuit, ad Philippum Valesium Francorum regem confugit. Flandri ad Castellum conueniant: discessu nobilitatis, imperatore carebant. Duces bello gerendo plebiscito delecti Nicolaus Annetinus, & Hilelmus Canutus uir strenui quidem & fortes, sed humililoco nati. Rex Castellū duxit. Urbem oppugnare cepit. Ad duodeciginti millia Flandrorum cecidere. Castellum captum, directum, incensum. Ludouicus Comes domum restitutus (admonente rege, ita dominaretur, ut nō iterum necesse Fræcis foret eum domum armis reducere) de motus auctoribus supplicium sumit, quorum circiter sex millia extiter. Aemilius lib. 8.

ERGA CIVES.

Anno Salutis M C C L X I I. Vrbanus IIII. Pp. Carolum Andegauenſem, diui Ludouici Gallię regis fratrem, in Italiam cōtra Manfredum Sicillæ tyrannū accessit. Cuius aduentu, res in Italia edēdeductæ erant detestabili popularū omnium insania, ut cunctæ ciuitates diuis factionibus laborarent. Guelfi à pontificibus stabant, quorum defensores erāt Galli: Germanis alteri studebant, qui Gibellini uocabantur. Hi magna ex parte nobiliores familias ad se pettraxerāt: populares uerō familie & plebs, nouiq; homines, Romanorū pontificū iurā tuebantur. At PATRII superiorū Cæsariū militiæ adscripti, post emerita stipendia clari potētesq; euaserant, quū imperatorū benignitate prædiis, oppidis, portoribus, aquarūq; iurib. donarentur, speciosisq; nominib. acceptis, aurati equites, Valuafores, Capitanei, & Cōmites appellarentur. His uti Cæsariū beneficiarū mos erat pro insigni Romanā aquilam gestare, ingrediētī Italiam nouo Cæsari adesse, præſtare operam militatē, nouosq; honores perpetuis officiis promereri. Ita honestati priuilegijs, & exempti ab communi foro iurisdicidij, inferiores populi classes plebemq; ipsam feruile in modum despectū atq; ludibrio habere, & sepe, si iusta tardē fafferet, contumelias atq; uerbibus militare cōsueuerat. Et quo nihil acerbius uidebatur, uigebat iniqua lex, haud dubie ad iniuriam populi promulgata.

gata: qua lege si quis à plebe à patricio esset interfectus, pau- cis assib. ea capitis poena solueretur. Huius legis iniquitas aliquandiu tolerata, ad extremum plebis animos adeo uehe- menter extimulauit, ut vi atq; armis eam rescinderet, & no- biles duobus Turrianis persecueretur. Nihil deinde mediū aut æquabile plebs uolebat, cum arma teneret, & iudican- das superiorum temporū iniurias arbitraretur, frustra etiā patritiis priorem licentiam suam moderantib. Ea enim im- potenter dominari, quàm ex æquo iniurias propulsare ma- lebat. Ea contentio Turrianos in ciuitate Mediolanensē præ- tores & principes, ac demum recrudescēte intestino malo, belli duces & dominos fecit: tantaq; demum fuit imperitæ plebis infania, ut odio nobilitatis, quā urbe pepulerat cau- sa recuperandæ libertatis, nouæ demum & præduræ quidē scruitutis iugum æquo animo perferret. Iouius in Othone.

RES. INIVSTI

In LITIBVS.

D. Bernardus libro 3. de Consideratione, de importunis & ini- quis appellationibus quæ fiunt ad curiam Romanam, hæc exēpla affert. Quidam sibi publicè desponsauerat uxore. Ad est dies celebris nuptiarum, parata omnia, inuitati mul- ti. Ecce homo concupiscens uxorem proximi sui, in uocē appellationis inopinatè prorumpit: affirmans, sibi traditā prius, suam potius esse debere. Stupet sponsus, hærent om- nes, sacerdos non audeat progredi, frustratur omnis appa- ratus ille: descendit quisq; in domū suam, suam cenā man- ducaturus: sponsa à mensa & thalamo sponsi suspenditur, quousq; Romā reditum est. Parisiis contigit hoc, nobili Gal- liarum ciuitate, sed & regia. Rursum in ciuitate eadē Quidam sibi desponsata uxore diem cōstituit nuptiarum. Intē rim emergit calumnia: dicentibus quibusdam, Non debere coniungi. Ad iudicium Ecclesiæ causa delata est, sed non ex spectata sententiā: appellatum est sine causa, sine grauami- ne, solo frustratoris dilationis intuitu. At ille sine perdere, quæ pararat, siue dilectæ tandiu frustrari confortio nolēs: nihilominus quod proposuerat, contentia siue distimulata appellatione, peregit. In Altiussiodorēsi ecclesia nuper Quidam adolecentulus defuncto sancto episcopo, uolētibus clericis alium eligere, interuenit appellans & uetans, ne fieret, quousq; isset, & redisset ab urbe. Cui tamen appella- tioni nec ipse detulit. Nam cum uideret se contemni, tanquam qui irrationabiliter appellasset, acitius quos potuit sibi, ter- tia die post factam ab aliis electionem, fecit suam.

CIRCA PRÆDAM.

FA C I N V S Canis dux belli, opera Gibellinæ factionis Ticinū ingressus, ex composito Guelforum tantum bona diripuit. His consumptis, cepit & Gibellinorum domus exinanire, tan- quam Guelforum bonis referat. Dum illi apud duccem que- rerentur, se, cum Gibellini essent, indignè spoliari: tum Fa- cinus: Gibellini estis omnes, sed bona sunt Guelfa. Hoc pa- cto, nullo factionis discrimine, bona omnium direpta sunt. Poggius in Facetis.

IN FACTIS.

CASSANDRA, Priami filia, quum Apollini copiam sui cor- poris promississet, ab eodem uates facta est. Quum autem non staret promissis, iratus deus fecit, ut eius uaticiniis non adhiberetur fides. Hæc prædixit futura ex Helenæ rapu in- fortuna. Propertius lib. 3. Vergilius lib. 2. Aeneidos, Lycop- hron in Cassandra.

Raimundus Berengarius, Barcinonæ comes nonus, Maioricā insulam de Mauris recepit GENVESIVM & Pisanorū

INIVSTITIÆ PROFANÆ FINIS. ET IS VEL

PROPRIVS.

Si qui iniustitia per se delectentur, Inimicitia dia- bolica laborare, sunt consensu.

IMPROPRIVS. CAUSA SCILICET

VOLVPTATIS PERCEPTÆ percipiendæ uel ex

Veneris.

Hic illi, qui utre amata possidentur, Inuiriā qualem- cumq; quibuscumq; inferre audent.

Opibus.

Consule Avaritia locum.

Liberalitate.

VANDALI olim in suscipiendis hospitibus populariter ala-

fociorum fidei commiserat: eosq; & armorum suorum par- te decorat, ut S. Georgij signis & armis, que Barcinonæ Comitatus erant, uterentur. Ianuenses autem post Comitatus discessum, Mauris auri magnum pondus offerentibus, ciui- tatem & insulam restituerunt. Eo facinore indignatus, om- nibus sui principatus populis & equitibus præcepit, ut ne cum Ianuensibus unquam pacem haberent, sed odia sem- per & inimicitias perpetuas exercebant. Marinius lib. 9. re- rum Hispanicarum.

IN NOTE.

Lege Iulia apud ROM. damnantur non tantum hi qui neque modo, neq; iure legibus tradito ab uxore diuertunt, sed e- tiam qui dotalæ prædium inuita uxore alienant. Alex. ab A. lexan. lib. 3. cap. j. & lib. 4. cap. 8.

CIRCA TESTAMENTA.

CAIUS Cæsar, testamenta primipilariū, qui ab initio prin- cipatus Tiberij, neq; illum, neq; se hæredem reliquissent, ut ingrata recidit. Item cæterorum, ut irrita & uana, quoscum- que quis diceret hæredes Cæsarē mori destinasse. Quo metu iniecto, cum iam & ab ignotis inter familiares, & à parenti- bus inter liberos palam hæres nuncuparetur, desitores uo- cabat, quod post nuncupationem uiuere perseuerarent: & multis uenenatas martyas misit. Suetonius.

IN CONGIARIO.

Atheniensibus, inio cum Eumolpo bello, cum angusta anno- na esset, PYRANDE R frumenti publici dispensator medio detraxit, restitidè præbendo. Eum populus ut prodita- rem suspectum faxis obruit. Callisthenes lib. 3. Thraciæ hi- storie apud Plut. in Parallelis.

Romanis bello Gallico annonæ difficultate laborantib. CIN- NA congiarium publicum subtraxit. Quem populus ure- gni affectantem lapidibus cooperuit. Aristides lib. 3. dere- bus Italicis. Ibidem.

IN LITERIS.

De Bellerophon teis literis huiusmodi fabulam cōmemorat Græci. Bellerophontes propter occisum Bellerū Argos exi- lio mutas, in Tirynthē peruenit, & PROETI regis hospitio est usus. Interim Antea regis uxor, adolescentis amore cor- repta, cœpit illius animum ad stuprum sollicitare, & sui co- piam obtulit. Ille ubi flagitium recusasset, uidelicet hospitij religione permotus: illa prior occupans, uersosq; in odium amore muliebris, Bellerophontem apud maritū occultè de- fert, tanquam ab illo fuisset de stupro interpellata. Proetus itaq; ueræ regis ingenio, & ut Homeri utar uerbo, de uoluntate, uelut officij causa Bellerophontem ad Iobaten hospi- tem mittit, ad ditis literis uelut in illius commendationem scriptis. In his mandabat Iobatas, ut iuuenem quoquo pa- cto tolleret à medio. Bellerophon (ut est minime suspicax inno centia) literas acceptas reddidit, ut fuerant obsequatas. Quas ubi perlegisset Iobates, quod Proeto gereret morē, ag- greditur adolescentem honesto titulo perimere. Animum iuuenis suapte sponte ferocem, ad periclitandas uires glo- riamq; parandam inflammat. Ac primū persuadet, ut cum Chimæra congrediat. Hanc Bellerophontes equo insi- dens alato, telo confixit confecitq;. Post aliis atq; aliis peri- culis obiecit iuuenem. A quibus omnibus quum ille uictor rediret: rex & uires admiratus, & ex euentu consiliis non nocentiam, literas Proeti ostendit, generum adficiuit, ac mo- riens eidem imperij successorem tradidit. Itaq; quisquis imprudens aut nunciat, aut facit quippiam, quo se prodit, in eum rectè dicitur, Bellerophontem te uelut periclitat. aut quicquid sub officij prætextu laeditur. Erasmus in Adagijs.

rem amississet, quarta multabatur patre, quæ daretur furi. Diodoros lib. j. cap. 6. Homeri uersiculum olim in DEMOSTHENEM uulgè iacta- tum fuisse, multorum auctorum testimoniis constat: *Δεινὸς αὐτῷ τρεῖς ἀνὰ τὴν ἡμέραν ἀνέδωκε.* id est, Fortan & innocuum culpet uir sæuus & acer. propterea quod accepta pecunia nonnunquā & malos de- fenderet, & oppugnaret bonos. Eundem ad Varronem tor- sit M. Tullius lib. Epist. ad Atticum 13. Dicitur autem apud Homerum Iliad. λ. sub persona Patrocli, *Ἐὶ δὲ τὸ οἶδεν γὰρ ἐγὼ δὲ νεοφύγετος, οἷο ἀνέην.* id est, *Δεινὸς αὐτῷ, τρεῖς ἀνὰ τὴν ἡμέραν ἀνέδωκε.* id est, Ipse probè nosti fenior, quod d uel ferus ille, Culparit faciliè innocuum, culpaq; uacantem. Erasmus in Adagijs.

INIVSTITIÆ PROFANÆ ACCIDENTIA. CV- IUSMODI EST

CONSTANTIA. IMPOENITEN- TIA INIVSTA.

Bello Iugurthino, Turpilius præfectus fabrūm in exercitu e- rat: qui, cum præpositus præsidio Vaccæ magna urbis es- set, quod dicitur nulla re uiolaret, sed eos leni & benigno im- perio haberet, confusus, imprudens uenit in hostium pote- statem, siquidem Iugurtham in urbem acceperunt, nec Tur- pillium tamen ulla re læserunt: sed uita ei precibus impetra- ta inuolantū dimiserunt. qua de causa accusatus est proditio- nis. Cum de eo quaereretur, aderat in consilio C. MARIVS legatus: ac tum acerbus ei erat, tum plerofq; alios in eum incendit, ut Cæcilius Metellus consul hominem cogere- tur inuitus rei capitalis damnare. Ac paulo post apparuit falsū crimen. Vbi cum multis esset dolor Metelli molestus, Mariū exultantem, & hoc factum sibi arrogantem non puduit in- circulis dicere, utricus diras se hospitij interfectori inflixit- se Metello. Plut. in Metello.

FRVCTVS DIGNVS.

Hæc pertinent supplicia, quæ quicumq; in iniustitia: suis ea præferunt, quæ uel diuinitus, uel etiam à quibus non oportet insignuntur: quæ ut respectu punitiōis iniusta sint, ut respectu Patientis, si non iusta, saltem digna, tanquam accidentia Iniu- stitiæ pendunt merentur. Iusta uero supplicia, quæ à quibus opor- tet inferuntur, sub locum Iustitiæ Correcitiuæ pertinent, indeq; hæc transcribi poterunt respectu patientis, quæ illic respectu agentis pendebantur.

PERFIDIA IN PATRIAM.

ASTYLII statua à Crotoniatis deiecta, quod in Hieronis Di- nomenis filij gratiam Syracusanum se renunciantum cura uisset. Pausanias lib. 6.

HYGOLINVS Girardescus Comes, cum Pisanorū urbs cau- sa principatus in tres factiones diuisa esset, quarum una ip- se præerat, alteri Ninus de Gallura nepos, Guelfæ partis u- terq; tertie Rogerius Vbalidus archiepiscopus, sed Gibel- linus: cum Rogerio conspiratione facta, Ninum urbe pelle- dum curauit, & principatum occupauit. Cæteri non multo post odio factionis Guelfæ falsis apud populū criminatio- nibus ab Archiepiscopo traductus, in uincula cum duobus filiis totidemq; nepotibus pueris coniectus, fame necatus fuit crudelissimè, anno Sal. M C C X I X. dignas proditio- nis poenas sed modis indignis pendens. Io. Villanus lib. 7. Hist. cap. 120. & 127.

PERFIDIA IN AMICOS.

Callisthenes, non contemtus uir (fuit enim illi nobile ingeni- um, at sibi uindi regis imperians) ALEXANDRI Magni, à quo cæsus est, crimen æternum, quod nulla uirtus, nulla bel- lorum felicitas redimet. Nam quoties quis dixerit, occidit Persarum multa millia, opponetur ei & Callisthenes. Quo- ties dictum erit, occidit Dariū, penes quem tunc magnum regnum erat, opponetur & Callisthenes. Quoties dictum erit, omnia Oceano tenus uicis, ipsum quoq; tæruit nouis classibus, & imperium ex angulo Thraciæ usq; ad orientis terminos protulit, dicitur, sed Callisthenem occidit. Om- nia licet antiqua ducum regumq; exempla transferat, ex his que fecit nihil tam magnum erit, quàm scelus Callisthenes. Seneca lib. 6. Natur. quaest.

CALIPPVS eo pugione, quo Dionem amicitia simulata oc- ciderat, ab amicis postea sublatus est. Plutarch' de Sera dei uindicta.

PERFIDIA HOSTILIS.

Tradunt Hebræi, uirtulos aureos à SACERDOTIBVS furto fuisse sublato, & pro his aeneos & deauratos repositos. Cū igitur iugeret populus tempore necessitatis & angustiar, quæ

Quum Gallia Ludouicus XII. & Hispaniæ Ferdinandus re- ges, de regno Neapol. quo Aragonios deiecerant, decerta- rent, Galli ad motis tormentis turrem ad mare Lyris fauci- bus impositam in potestatem redegerunt, ea cōditione, ut pauci pedites Hispani, saluis rebus & uita incolumi præsi- dio decederent. Ea deditio ut infamis usque ad indecora Hispanico nomini in castris uisa est, ut qui metu mortis uitam seruarant, cōcursum iratorum militum ueluti publico iudicio damnati cruciatiq; miserabilem atq; teterissimam mortem subirent. Nihil utiq; uel supra æquum atrox id fa- cinus uindictæ CONSALVO Magno Hispanorum duce, ut cæteri scilicet qui in præsidis forent eo maximo crudeli exemplo ducebantur, ideoq; salutem & decus in una tantū animi fortitudine positam existimarent. Iouius in Consaluo.

tiam uirtulos aureos inter munera cætera Assyris regibus, & maxime regi Sennacheribo, ab Israel rege esse directos: tunc exultabat aeditui, quod d fraus eorum nequaquam pos- set argui uel deprehendi. Et hoc est, quod ait Oseas prophe- ta cap. 10. Aeditui eius, id est, uirtuli, super eo exultauerunt in gloria populi, hoc est, in uirtulo quem habebant pro gloria: quia migrasset ab eo, id est, à populo, & translatus esset ad Assyrios. Deprehensa autem fraude Sennacheribus ira- tus, quod consilio populi hoc factum putaret, ad arma re- diit. Hieronymus lib. 3. com. in Oseæ cap. 10.

Cum Agefilaus in Asiam transiret, & regis ditionem uastaret, TISAPHERNES inducias fecit. Inducias uerò ad tres mē- ses erant constitutæ, ut interim rex ad suas partes alliceret atq; adiungeret, quotquot essent Græciæ ciuitates in Asia, & liberas dimitteret. Græci prænitium diem expectabant. At Persa magna manu collecta, Græcos aggrediebatur. O- ritur stupor & metus. Agefilaus uerò lætiam uultu præ se ferens, gaudio elatus, inquit: Gratiam habeo Tisapherni, p- periuo. Sibi enim deos hostes reddidit, nobis uerò soci- os. Eamus igitur confidentibus animis, quoniam cum tam potentibus locis pugnam sumus facturi. Receperunt ani- mos Græci oratione ducis, & collatis signis Barbaros fude- runt. Polyænus lib. 2.

CLEOMENES inducias in septem, uel plures dies cum Ar- giuis pactus, tertia nocte sopitos ut inducias fretos per in- dias est adortus, ac partim eorum contruci daut, partim ce- pit. Insectantibus eum ob uiolatum iurandam, negauit cum diebus in iureiurando comprehensas noctes. Alio qui- que quid cladis hostibus intuleris, id apud deos hominē- que præstantius iustitia haberi. Enim uerò euenit ei, ut ab Argis, cuius causa in ducias soluerat, deciderit mulierum o- pera: quæ detraxerunt ædibus sacris arma, quibus eum re- pulerunt: post mente captus, arrepto cultro semetipso inci- derit à plantis pedum usq; ad partes corporis uirtales, itaq; expirauerit ridens cachinnansq;. Plut. in Apoph.

CARTHAGINENSIS senatus Saguntū contra foedus, qd' Hasdrubal publico consensu cum populo Romano ierat, expugnatum & excisum ab Annibale, non solum probauit sed tanquā iure id fecisset, etiam aduersus Romanos in cur- ria factum defendit. Sed id demū in ipsius Carthaginis con- uersum est excidium. Sab. lib. 4. c. 5. Exemplorum.

PERFIDIA IN HOSPITIBVS.

Dionis fœdum Ariston Achæi, & Arcton uxorem, post interfe- ctum Dionem, ut ex inuictis libertate fuerunt, Syracusanus IERONIS, qui ex Dionis amicis fuerat, accepit. Hic eas fo- uuit aliquandiu fideliter & honestè. uerum à Dionis inimi- cis trahens partem in iudicio, quæ tunc esset in Pelopon- nesu, hanc mandauit; præcepit ut in curia interficerentur, atq; in ponrum prolicerentur. Alij uiuas adhuc aiunt sub- mectas, uerò cum his infantem, quem Arcton in carcere pe- pererat. Sed & hic poenas pendit flagitiorum. Quippe ca- ptum Timoleon necauit. Insuper duas eius filias Syracusa- ni Dionis parentantes occiderunt. Plut. in Dione.

PHILIPPVS Antigoni F. rex Macedonia, Arati Sicyonij uiri clarissimi hospitio usus, eius aurum polluit: quin etiam A- ratum ipsum ueneno sustulit, & Aratum iuniorum medica- mentis

mentis ad infaniam redegit. Ceterum poenas tandem Ioui hospiti & amicitiae praesidi non leues flagitiorum tota deinceps uita perfoluit. Siquidem bello uictus a Romanis sua illis permisit. Deiectus caetero imperio naues quoq; demis quinque, amisit omnes, & mille talentum insuper pendere pactus est, filioq; oblide dato ex miseratione illorum Macc doniam & regiones ei cotributas retinuit. Dum uero optimos quosq; & sanguine proximos quotidie occidit, horrore & odio sui totum impleuit regnum. Vnum modò cum tantis in miseris rem latam obtineret praecellentem uirtute filium: hunc inuidia & honoris apud Romanos eius aemulatione peremit. Alteri Persi regnum tradidit: quem non iustum, sed subditium perhibent fuisse, ex Gnathenio quadam factrice susceptum. Hunc Paulus Aemilius in triumpho duxit: in quo regni Antigoni expirauit successio. Arati uero progenies Sicyone & Pellene usque ad nostram aetatem durauit. Plut. in Arato.

LEGATORVM VIOLATORVM.

Qua Eleusinem iter est, per eam uiam, quam Sacra appellant, Anthemocriti monumentum conspicitur: quem, uiolato iure gentium, per summum nefas MEGARENSIS occidit: cum foecialis edictum missus fuisset, ne sacram illi terram colerent. Sed inexpliabilis laesi auminis poenas dederunt. Solos enim ex omnibus Graeciae ne Adrianus quidem Imperator subleuauit. Pauf. in Att. & Suidas.

ATHENIENSIS & SPARTANI legatos Darij regis, quateram & aquam petium missi fuerant, partim in barathrum, partim in puteos deiecerunt, iubentes ut illinc terram & aquam ferrent ad regem. Eam ob perfidiam erga legatos Sparthanis ira Talchybij herois, qui fuit olim Agamemnonis pater, incubit, grauiq; pressi perulentia, Spertium Ancristi F. & Bulim Nicolai F. ad Xerxem deuotos miserunt, ut proli-bito cum illis ageret. Xerxes illis pepercit. Redierunt Spartani. Et tamen excitatum est longo post tempore bellum inter Athenienses & Peloponnesios, ira quadam diuina. Athenien-sium uero urbs & solà à Xerxe uastata est. Herod. lib. 7.

Cum XXX legati uenissent Crotoniatarum ad SYBARITAS, eos omnes interfecerunt, atq; ante moenia insepultos proiecerunt, ut à feris uorarentur. Hoc illis omnium malorum principium extitit, quod etiam oraculum prius significauerat: nam uisi sunt omnes eorum potentes paucis diebus interpostis idem portentum eadem nocte uidisse. Viderunt enim Iunonem in medium forum accedentem, choleraeque uomentem, in cuius etiam facello sanguinis fons erupit. Neque tamen eorum cessauit arrogantia, donec omnes à Crotoniatis delati fuerunt. Athen. lib. 12. c. 6.

PERFIDIA IN PARENTES.

Silius lib. 13. TVLLIAE Seruij Tullij F. sceleratiss. poenas enarrat: Tum uirgo, patrios fregit quae curribus artus, Et stetit adductis super ora tremantia frenis Tullia, non ullos satis exhaustura labores, Ardenti Phlegethonte natat, fornacibus atris Fons rapidus furit, atq; uitas sub gurgite cautes Egerit, & scopulis pulsat flagrantibus ora.

MICHAEL Nicephori Imp. filius, conspiratione facta cum Alexio, paterni exercitus duce, ut cum exercitu aduersus Robertum Guiscardum missus à Nicephoro rebellaret, & ambo imperij honorem inuaderent, quod scelerata pactioe pepigerant assecuti, aduersus Guiscardum profecti, ambo ad Dyr-rachium praesidio superati sunt. In quo Michael filius interem-tus, breui male partum amisit imperium, dum maluit per scelus proditoris comes esse, quam patris expectata morte, u-nicus esse successor. Fulg. lib. 9. c. 11.

PERFIDIA IN CONIUGES.

Chorus ad CLYTAMNESTRAM, dum clamans interfice-retur ab Oreste, apud Eurip. in Elect. sic ait: *χρηστω μεν υπαβες, αιδωσα δ' εβρησσω τλημι ιωιτων.*

Dura quidem passa es, enomia quoque designasti misera, in thori focium.

SVENOTTO Haraldum patrem regem Danorum, odio reli-gionis Christianae à proceribus extimulatus, sed & regnan-di cupiditate inductus, bis praelio uictum, per insidias tandem interfecit. Regno occupato, contra hostes infelix admodum fuit. Nam quum contra Vandalos bellum suscepisset, ter ca-pus, & Iulium ductus, toties à Danis ingenti auri ponde-re est redemptus. Nec tamen adhuc reuerti curauit ad Domi-num. Ab Erico Sueonũ rege bello nauali uictus, regno de-pulsus, eo demũ mortuo, in regnum rediit, necdum melio-ri mente. Proinde Olauus Sueonum rex, Erici F. cum rursus expulsi. Tum demũ poenitentia ductus, & regnum recepiti-beralitate Olaui uirici sui, & Olauum Noruagiorũ regem superauit. Cranzius lib. 3. Metrop. & Saxo lib. 10.

LYDOVICVS XI. Delphinus adhuc, suauis improborũ, à pa-tre CAROLO VII. defecit. In gratiam receptus, denud seces-sit in Delphinatum, neq; uocatus comparere uoluit. Exer-ci-tu itaq; pulsus, ad Philippum Burgundũ confugit. Patri suo cedens in regno, lege talionis à Proceribus, & fratre Bitu-ni-gum duce, quos ab administratione rerũ, patris odio, amo-uerat, grauisimo bello ferè oppressus. Confluentinam pa-cem turpissimam accipere coactus fuit. Quam tamen nun-quam postea seruauit. Aemilius lib. 10. & Egnatius libro, capite nono.

PERFIDIA ERGA FRATRES.

FROTHO Danorum rex, proprium fratrem à quodam fami-liarium occultè interfecit iussu. Et ne scelus à confcio prode-retur, eundem insidiarum ministrum tacitè trucidandũ cu-rat. Sed à filio occisi fratris canum specie nutritis, tandem incendio consumtus, poenas paritidij luit. Saxo lib. 7.

PERFIDIA IN TVTORES.

Arus, clarus in Hecuria uir, tutor erat opulentissimi adole-scentis LV CYMONIS. Hic apud Aruntẽ à puero educatus, uxorem eius ignari corrupit, posteaq; propalam per uim aufert. Postquam cum frequentia amicorum, magnitudine pecuniae sumibusque superauit Lucumon: ex patria aufe-git, atq; ad Gallos, de quorum uiribus audierat, contulisse, illis que se in Italiam expeditionis ducem praestitit. Plutar-chus in Camillo.

PERIVRII.

PHILIPPVS Macedonum rex, iusturandum semper contem-sit, foederumque religionem nunquam sanctam habuit. Ea propter tandem, cum uix XLVI. annum excessisset, interfe-ctus est. Tota deniq; domus illius paruo post tempore ex-tincta est. Aridæum enim Olympias è medio sustulit, item & filium, quem Philippus ex Cleopatra Attali nepte susce-perat, in aenea pelui circumdatis ignibus excruciauit. Cassan-dri filij, quos ex Thessalonica Philippi filia susceperat, non multo post interierunt. Alexandri filius post res maximas in medio uictoriarum cursu miserimè periit. Pausanias in Arcadica.

In ecclesia Aruernensi QUIDAM mendaciter peierauerat. Su-bitò autem linguam sibi ligatam sentiens, mugire incepit. Ac de admissis scelere dolens & gemens, prosternerit ante sepulcrum Dretemonij episcopi, eius opem supplex implo-rans. Sensit itaq; sibi relaxari uinculum linguae: & expeditè rursus, ut ante, loquutus, publicè confitens suum peccatum, quo sibi hanc poenam sciens & uolens accesseruerat. Greg. Turon. de Confess. cap. 29.

PERITIUM IN LOCATIONE.

AVGEAS cum mercede ad purgandũ bubile condudum, mercedè frustra esset, ut est apud Pindarum Ode 10. Olympiorum:

εναπαύσας ἐπειὴν βασιλεὺς ὄπιθεν ἀποδόν, ἵδεν παρὰ τὴν πλοῦν κτίσασιν ἰσὸν σπέρῳ πνεύλ, παρὰ γούλε τε ἐπιθέρῳ βασιλῶν εἰς ὄχρον ἕλῳς ἱερῶν καὶ πόδων.

Deceptor ho-spitiu, Eliorum rex, non multo tempore post, conspexit pa-triam perditum seruo igni, & diris ferri plagis in alto flu-xu noxae constitutam suam ciuitatem.

ACCVSATIONIS INIVSTAE.

Socratis DELATORVM, ut quorũ ab alio nemine suspectari improbatas possent, tantum ciues odium susceperunt, adeoq; sunt eos auersati, ut neq; ignem eis accendere, neq; respon-dere interrogantibus, neq; in communionem uenire uellent cum eis aquae in balneo, sed cogerent eos, qui affundere eam solent, quasi pollutam effundere: quoad, cum non fer-rent ciuium illi odium, se ipsi strangularunt. Plut. de Inui-dia & odio.

HERODES Antipas falsò accusans Agrippã, falsis & ipse cri-minibus circumuenitur. Vide Titulum, Regnandi libido ambitiosa.

PRODITIONIS.

PAVSANIAS in priorib. Eliacis scribit, promissum Myrtilo doli praemium à Pelope, ut prima nocte esset cum Hippodamia.

Quod cum ille reposceret, è nauì in mare praecipitatus est. Pausanias in Arcad.

TENNES rex Sidoniorũ cum Mentore Rhodio Artoxerxi Per-sarum regib. uerbum prodidit. Artoxerxes cum Tennis opera non indigeret amplius, eum interfecit curauit. Diodorus Si-culus libro 16.

Orchoemenij liberos, amicos & familiares amiserant, à LY-CIS QO proditi. At illũ multo post interuallo morbus cor-risipuit, & corpus eius est depastus: affidueq; demittes & im-mergens in flumen pedes, diris execrationibus cooptrefce-re se proditiõis & scelceris admitti causa iurabat. Plut. de Tarda dei uind.

LEVYCHIDIS domus excisa: eo quod dux in expeditio-ne Pharsalica, multum pecuniae per corruptelam dono acce-pisset, & in re deprehensus esset, cum sederet in castris, utraq; manu pecuniam tenens. In iudicium delatus è Sparta pro-fugit, & Tegeae obiit. Herod. lib. 8.

ARCHIAS stipulatus à Demetrio quingenta auri talenta, ut Cyprum proderet, re deprehensa, arrepto fane ex his, quib. tenduntur tentoria, suspensit se. Refertur in Graecorũ col-lectanis. Ex Suida, Erasmus in prouerbio, Inanium ina-nia consilia.

CAROLO Burgundo, post traditum Ludouicũ Lucẽburgen sem equitum magistrum, supplicem, Ludouico XI. Gallo-rum regi, à quo Lutetiae capitali supplicio affectus fuit, ni-hil denique prosperè cessit. Aemilius lib. 10.

DEFECTIONIS.

ABIATHA R potifex à Salomone rege sacerdotio deiectus, propter defectionem ad Adoniam fratrem, regnũ affectan-tem. 3. Regum 2.

IOACIMVS Iudaeorum rex, cum à Nabucodonosoro Chal-deorum rege defecisset, quamuis multum distit adente Hie-remia propheta, ab eodẽ urbe capta occisus est, & insepul-tus abiectus. Eius filius Ioachinus rex constitutus, contra quem cum rex exercitum misisset, in uoluntarium exilium abiit. Sedechias Ioachini patruus rex à Nabucodonosoro factus, tandem defectione facta, caprus, excacatus, & cum omni populo Babylonem abductus fuit. Libro 4. Regum cap. 24. & 25.

OSEAS Eleæ F. Israhelitarum rex, cum à Salmanassare Assyrio-rum rege defecisset, anno regni sui nono cum omnib. suis in Mediam in aeternam seruitutem abductus est. Libro 4. Regum cap. 17.

ARISTAGORAS Milesius, cum Ionas ad deficiendum à re-gedario incitasset, & eos uictos esse cõperisset, mentis non erat compos amplius, eo quod & Milecum & Ioniam totã perdidisset. Ergo conuocatis suae factionis hominib. consu-lebat, fatuus fore eis, si Mileto expellerentur, in Septentrio-nalia loca alia qua profugere, ducentes coloniam uel in Sar-diniam, uel Myrcinum Hedonum in Thracia, quã Histiasus à Dario donatus moenibus cinxerat. At Hecataeus Hegefan drilogopoeos, si Mileto eicerentur, moenia in Lero insula ædificanda esse ceasabat. Aristagoras demãdata Mileto Py-thagoræ, sumtis secum omnibus uoluntariis in Thraciam nauigauit, regionemq; obtinuit, ad quam concesserat. Ex-ca profectus, cum urbem Myrcinum obsideret, tam ipse quã eius exercitus à Thracibus, tam est illic accepta fide excede-re uolentibus, interemtus est. Herod. lib. 5.

DOMITIVS cum febre correptus bello Aetiaeo minutũ aca-tium conscendisset, atq; ad Caesarem transisset, est grauior tulitid M. Antonius, misit ei tamen Cleopatras sententiam omnia impedimenta cum suis. Domitius uerò tanquã poeniteret eum, quod perfidia sua & pro-ditio nõ esset clam, illic expirat. Deficiuerunt reges quo-que Amyntas & Deiotarus ad Caesarem. Plut. in Antonio.

CECINNIA à Vitellio contra Antonium primũ Vespasiani ducem missus, circa Cremonam ad Antonium cum exerci-tu defecit, nullo commissio praesidio. At militibus poenitentia ductis, quod defecissent, & Cecinnam interficere uolentib. Antonius cum suis congressus, eorum deleuit exercitum. Io-sephus lib. 15. c. 13. belli Iud.

CADIS INIVSTAE.

Chorus ad Electram, de interfecto AEGISTHO, apud Eurip. in Electra sic loquitur:

εργαζε δεινά, δεινά τ' ἀπιδόμισσι, χηρῶν. ἔξεν ἂν ἴδεν μίτρα δ' ἰσθ.

Patruuit immania, immanes etiam perfoluit poenas tibi, & huic habet enim ipsa Dice magnum robur.

Argui Mitij in seditione trucidati aerea statua, cum ludi in fo-ro ederentur, collapsa in eius PERCVSSOREM, illum op-pressit. Plut. de Tarda dei uindicta.

SI CYONIS consulentibus, deus licitoribus indigere ciuita-tem disceret denunciauit: cum Teletiam puerum in ludicris Pythiis coronatum Cleoneis extorqueces, ut eum suum, discerpere. Non multo post Orthagoras tyrannide occu-pata, inde Myron & Clithrenes, Sicyoniorum petulantia re-

presserunt. Cleonzi parem nõ nasci medicinam corruerit, ibidem.

Vuarcilla Orientalis Vandalia: principi graues cum Dano-rum & Polonorum regibus similitates intercedebant: quo-rum ille mari, hic terra cum urgebat. Cũ potentissimis duo-bus regibus resistere non ualeret Vuarcillaus, pacem petit. In colloquium admittis, statim praeter fidem datam uinculis inusu Magni, filij Danorum regis Nicolai, constringitur. Hoc factum graui oratione Canutus Vandalorũ rex repre-hendit, perpetuam regio nomini perfidia notam inuisã af-ferens. Itaq; Vuarcillaus uinculis solutus ad suos remittit. Ceterum ab eo tempore Magnus à Canuto fit alienior, in-primis regiam dignitatem, qua nuper potitus fuerat, ei in-uidens. Ergo specie colloqui hospitiõ exceptũ, suapte ma-nu interfecit. Motus inde secuti maximi. Nicolaus filiu exu-latum dimittit, paulo post reuocat. ERICVS, Canuti inter-fecti frater, licet ex concubina natus, paribus populi suffra-giis rex creatus, arma induit. Adest etiam Lotharius Imper-ator cum frequenti exercitu, tam nefandam amici caedem ulturus, & ad Slesuicum castra ponit. Magnus dolo in suas partes Imperatorem pertrahit, perfideq; castris & exercitu exiit. Ericus aduersa fortuna saepe usus, ita ut propter cre-bras fugas à Saxonibus uulgò Hafenuo eth, hoc est, pes-leporinus uocaretur, à Slesuicis tandem exceptus, cum Nicolao iusta acie configit, Magnũ interfecit. Crediderim, inquit Saxo, hæc uictoriam humanis parum uiribus partã, sed Deo piissimi uiri interitum ulciscente concessã. Neq; bellum aliud crebriorẽ pontificũ cruorem absumsit. Quip-pe Petrus Roskildensis & Henricus Sueticarum partũ pon-tifex, omnesq; Lutia, praeter unum, antistites, hoc praesidio op-pressi memorantur. Filio orbatus Nicolaus, ut hosti æmulũ obiceret, Haraldum post se regem designat. Dehinc Slesu-icum se confert, ut se rursus ciuium beneuolentia, quos ob caedem à filio perpetratam habebat infensissimos, inuina-ret: sed ab his trucidatur. Sic pater & filius iusto iudici Deo, & scelerum uindicti seuerissimo, poenas tandem dedere. Ha-raldus, qui aliquandiu in Noruegia delitauerat, in Lutiam ue-niens rex salutatur. Ericus incautum apud Slupetorp uicũ opprimit, ipsumq; cum filiis immaniter morti tradit. Solus ex filiis Olauus sub ueste muliebri saluus in Noruegia de-feretur. His sublatis, Dania: regnum ad Ericum uictorem de-uoluitur. Helmolodus cap. 31. & 32. Saxo lib. 13. Cranzius lib. 5. cap. 9. & aliquot sequentibus Danicæ Historiæ: & lib. 3. c. 30. Vandalia:.

INGRATITVDINIS.

M. Fur Camillũ ROMANI, inuidia uirtutis eius, & quod pu-puli migrationem Veios impediuisset, per Apulicium tribu-num inuisè accusatum ad exilium spontaneè perpulerunt. Abiens deus precatu dicitur, faceret uti citò tam inuisi iu-dicij populum poeniteret. Nec diu post Galli urbe occupa-ta, ut inuisã condemnationis iudices fuere, sic summè ex-ga patriam fidei campum aperere. Plut. in Camillo.

CORRECTIONIS NEGLECTAE.

Veltus Blefus, uir consularis, REGVLVM praesentem inter hæ-redes scripsit, quia is ægrum diligenter curare uidebatur. Cæ-terum, posteaquam scriptus fuit heres, & medicos hortare-tur, ut citò Blefum conficerent, ne diu uis ægritudinis mo-lestia laboraret: ceu id Blefus corrensisset, apertò post eius mortem testamento, Regulus inter hæredes non inuentus, perfidia suã poenas luit. Fulg. lib. 7. c. 9.

PAVSANIA Macedo allectus inter stipatores regio à Phi-lippo Amyntæ F. cui propter formam carus erat, ab Attalo (cuius amasium Pausaniam alterum accipitis sexus homi-nem appellauerat) in conuiuio mulionibus constuprandus obiectus, cum ex ebrietate conualuisset, ægerrimè illaram iniuriam ferens, Attalum apud Philippum detulit: qui mul-tum quidem ex rei turpitudine est motus, sed Attalo ob ma-gnam familiaritatem, & quod eius opera tunc uteretur, uo-ceret, induci non potuit. Erat etiam Attalus ob Cleopa-tram sororem, proximè à rege in matrimonium acceptam, arctissima ei iunctus cognatione: copiarumq; in Asiam præ-missarum dux fuerat delectus, in rebus bellicis egregie for-titudinis. Idcirco rex potius, uti Pausaniae animum iustissi-mo dolore incensum mulceret, intendit: datiq; ei magnis muneribus, loco insuper honestiore inter corporis sui de-fensores honorauit. Sed ille implacabilis ardens ira, in ipsis certaminibus, quæ à rege Aegis Macedoniae urbe celebra-bantur, uim Philippo, qui iniuriam nõ ulcisceret, inferre instituit. Parauit equos ad portas urbis, dein ad theatri ad-tum se recepit cum gallico gladio, quem occultè tenebat. Ibi Philippũ amicos, qui pondè sequebantur, inuitantem, ut in theatrum progredere-tur, spiculatoribus procul amotis, cum solũ relictum uideret, ad eum curren: perq; latera uul-nere a dactò, mortuũ cum prostrauit, ad portasq; ubi fugæ equi parati erant, prope cõtendit. Statim uerò qui pro re-

ge foliti erant excubare, partim ad regium corpus festina- runt, partim se ad regis percussorem insequendum effude- runt. Sed Pausanias prægressus equo infidēs, facile insequē- tes euasisset, nisi inter currendum uite quadam hærente ad calceum, retentus decidisset. Ibi eum conantem de terra sur- gere, qui erant cum Perdicca, inuadentes confoderunt. Phi- lippus itaq; regum omnium, qui suo tēpore in Europa fue- rūt, maximus, quiq; imperij sui amplitudine duodecim diis parem se adnumerare ausus erat, talē uitæ exitum habuit, cum annos quatuor supra XX. regnasset. Diod. lib. 16.


DE FRUCTVS INIVSTITIÆ INDIGNVS.

Ex loco Distributionis iniuste & Ingratitudinis, huc non pauca transferri poterunt: quatenus scilicet huiusmodi præmia dan- tur, ut Meretricibus, Proditoribus, Sicariis, & similibus.

SAMVS, sola ex omnibus Ionie ciuitatibus, quæ à Dario re- bella uerunt, ea fuit, cuius neq; urbs, neq; templa incende- rentur, quòd in pugna nauali ad Mileum gesta, à locis de- fecisset, iussu Acacis Sylofontis F. Herod. lib. 6.




LIBRI SECUNDI TITVLORVM DISPOSITIO.






1. Defe-

Generis, PERFDIA erga PATRIAM uariis modis exercetur: Tyrannidem affectando, exercendo. Hostibus prodendo. Coniurando. Bellum civile fouendo. Opprimendo. Hostes concitando. Ad hostes deficiendo. Hostes non infestando. Pacem turpem faciendo. Abnegando. Priuilegijs exuendo. Mala optando. Arcana enunciando.



LIII II. OS





Voluminis Deciminoni
Liber II.
DE INIVSTITIA Profana
DISTRIBUTIVA.

PERFIDIA ERGA PATRIAM.

TYRANNIDE PATRIAM OPPRIMENDO, Affectando.
Consule Tit. Tyrannorum. Item, Astus in tyrannide occupanda. Item, Pava tyrannidis.

Selinuntijs prælium a duce Carthaginiensibus committentibus, multisque ex ipsiis qui occubuerant in sepulchris, quos instante hoste nec sepelire poterat, nec in sepulchros relinquere uolebant: capto consilio THERON petijt, ut triginta feni sibi daretur, qui ligna secare possent, se eū ipsis accessurum, & cadauera igni traditurum, & polyandrium erectum. Laudarunt Selinuntij sententiam, eiq; concesserunt, ut ferros quos uellet sumeret. Qui robustos & flores deligens, eduxit eos, & persuasit, ut dominis insidias struerent. Itaque sero in urbem reuersus, & à mœniorū custodiibus receptus, custodes ipsos trucidauit, & plurimis ciuib. in lecto interfectis, ciuitatem occupauit, & Selinuntiorum tyrannus euasit. Polyd. lib. 1.

PRODENDO PATRIAM HOSTIBVS. Proditoribus patriæ.
Consule Tit. Proditorum. Illic Contraclum, hic Contra-hentium ratio habetur. Item, Pava proditorum.

Moses Hebræus in Pharaonis regia educatus, ductor exercitus Aegyptij, Aethiopes uictores acie fudit, & Meroen insulam eorum regiam obsidens, prodicione FILIÆ regis, quam se iuxta uxoris loco habiturum receperat, tandem occupauit. Ex qua uictoria multum gloriæ, plus inuidiæ sibi comparauit, sic ut solum exilio uertere cogeretur. Sab. lib. 2. En. 1.

MENELAVS, qui & Onias, pontifex Hierosolymitanus, contra Iasonis, fratris, cui dolo pontificatū eripuerat, insidias, Antiochum Epiphancm in urbē introduxit, eiq; sacros thesauros diripiendos dedit, proditor patriæ & legis. Libro secundo Machabæorum, cap. 5.

ANTIOPE patriā Herculi prodidit, Theci amore capta. Vide Tit. Mulierum bellicosarum.

POLYDAMAS, Panthoi filius, æqualis Hecctoris, ad castra Græcorū (cū ipse Troianus esset) profectus, Troiam prodidit. Dares Phrygius.

ANTENOR & AENEAS, Priami perniciam in nō reddenda Helena auerfati, cum Græcis hostibus de prodenda patriâ consilium inierunt, alia suis referentes, alia cum hostibus clām agitantibus. Troianis pacis mentione læti, eius conciliande curā Antenori & Aeneæ permiserat. Electi quoq; à Græcis, Agamemnon, Idomeneus, Vlysses atque Diomedes. Qui secreti ab alijs, prodicionem composuerat: Aeneæ, si permanere uellet in fide, pars prædæ & domus uniuersa incolumis: Antenori dimidium bonorū Priami, regnumq; uel filiorum eius, quem elegisset, concedebatur. Cū ortaculum exaret, nō nisi capto Palladio urbē capi posse, (seruabat illud in templo Mineræ antiquissimum signum ligneum, cælo lapsum, qua tempestate Ilus tempium Mineræ extruens, prope summum fastigij peruenerat: ibiq; inter opera, cū necdum tegmen superpositum esset, se dem sit occuparat) ope Antenoris Vlysses & Diomedes illud eripuerunt, Theano sacerdoti multo auro corrupta. HELLENVS quoq; Priami F. qui multo antè ad Græcos defecerat, donum Mineræ fatale Troianis esse asseruit, equum ligno sabrefactum forma ingēti, cuius magnitudine muti soluc-

di essent, adnitente atq; ministro Antenore. Missis interea à Græcis decē delectis uiris, qui de pacis conditionibus agerent, foedus ininitum est. Diomedes atq; Vlysses iurare occipiunt, permanuros se in eo quod sibi cū Antenore conuenisset, testesq; in eam rem Iouem summum, Terramque matrem, Solem, Lunam atq; Oceanum fore. Dein excisis in partes duas hostijs, quæ ad eam rem admotæ erant, ita ut pars ad Solem, residuum ad naues spectaret, per medium transeunt. De in Antenore in eadem uerba placitum confirmat. Ita perfectio negotio, ad suos quisque abeunt. Interim apud naues, uti Heleno placuerat, equus tabulatus extruitur per Epeum. Cui edito in immensum, ima quæ sub pedibus erant, rotis interpositis suspenderat, scilicet quod à tractu motus facilis foret: unde offerri donum Mineræ maximum omnium ore agitabatur. Cæterum apud Troiam auri atque argenti prædictum pondus per Antenorem atque Aeneam summo studio in eadem Mineræ portabatur. Et Græci, postquam auxilia sociorum dimissa cognitum est, impensius pacem atq; amicitiam agitauere, nullo post Barbarorum interfecto aut uulnerato, quod magis sine ulla discordiarum suspicione apud hostes forent. Dein equū compactum affabrè confixumq; ad muros mouet. Nunciatum Troianis, ut eum summa religione susciperent, Mineræ scilicet sacrum dicaturumq; Quare magna uis hominum portis egressa, summa lætitiâ sacrificioq; donū excipit, attrahitq; propius mœnia. Sed postquam magnitudine operis impediri per portas ingressum animaduertit, consiliū destruedorum desuper murorum capiunt, neq; quicquid secus præ tali studio decernebat. Ita inuolatū multis tempestatibus murorum opus, Neptuniq; ut perhibetur, atque Apollinis maxima monumenta, multo delectu ciuium manibus dissoluntur. Sed postquā maior pars operis eius deiecta est, consulto à Græcis intercessum, confirmantibus non se passuros intra mœnia duci equum, priusquam prædictū pondus auri atq; argenti susciperēt. Ita intermisso operē, semiruptisq; mœnibus, Vlysses cunctos ciuitatis Troianæ artifices ad reficiendas naues conduxit. Composita dein uersa classe, ubi cuncta nauigia instructa, & præmium persolutum est, iubent peragere coepa. Itaq; destructa murorum parte, cum ioco lasciuiaq; induxere equum, feminis inter se atque uiris certatim attrahere festinantibus. Interim Græci ubi cuncta nauib. imposita sunt, incensis omnibus ad Sigæum secedunt, ibiq; noctem operiuntur. Fessis dein uino multoq; somno Barbaris, quæ utraq; per lætitiā securitatemq; pacis interuenerant, multo silentio ad ciuitatem nauigant, seruantibus signum quod igne elato Sinon daturus erat. Moxq; omnes, postquam intrare mœnia, diuisis inter se ciuitatis locis, signo dato, Troianos somno uinoq; sepultos contra foedera perfidē obrutarunt, Aeneæ & Antenoris adib. custodes apposuerunt, ne ab insidijs militibus incenderentur, præclaro utique prodicionis præmio. Didys lib. 3.

Relatum est ab aliquibus, Sardiorum arcem à Cyro Persarum rege captam esse, prodente illam Cresci filia NANIDE. Quum enim Sardios obsideret Cyrus, neq; ulla spes capiendæ urbis adfulgeret, uehementerq; timeret, ne ab auxiliariibus Cresci copijs exercitus suus dissolueretur: tūc sand puel lam hanc curiosè ad eum cum Cyro de prodicione pepigisse, ut siqui dem iuxta Persarum ritum se uellet uxorem, custode nullo in suprema arcis parte præsentē, per ipsam loci mu-

ARCANA PATRIAE ENUNCIANDO. VENETI Gallica & Caesarea factionibus ita inter se agitati, quo tempore calamitosum illud cum Solymano bellum

SVBDITI, CIVES, MILITES PERFIDI ERGA MAGISTRATVM, PRINCIPES, DVCS SVOS, in bello, uel extra bellum.

Consule Tit. Pena perfidiae erga principes. Item, Vindicta nimia erga magistratum.

NON OBEDIENDO. IN OBEDIENTIA SVBDITORVM.

de Tit. Pena inobedientiae subditorum, militum.

Cum tota gens Iudeorum fidem suam iureiurando obligasset regi Herodi & Caesari, soli PHARISAEI non iurauerunt, excedentes sex milium numerum. Quibus hoc nomine a Rege multatis, Phaeorae Herodis fratris uxor pro eis multam persoluit. Cui reponentes gratiam, praedicebant, decretum esse deo, regnum ablatum ab Herode & eius progenie, tras ferre in ipsam & maritum Pheroram ac communes liberos. Quod posteaquam regi innotuit, quod aulicorum quosdam sollicitarent muneribus atque corrumperent, Phariseorum aliquos deprehensos interfecit, praecipuos auctores huius consilij. Iosephus lib. 17. c. 3.

Ludouicus XI. Francorum rex, ut Carolum Burgundum hostem acerrimum opprimeret, cum Anglo rege in inducias fecit, anno Sal. 1475. & Carolo Delphino filiam despondit. Septem post annis populus GANDAVENSIS Maximilianum Austriae Imp. postea, ad id adegit, ut desponsa filia Margarita Delphino, cum rege transiret, & quas terras & loca rex peteret, ei concederet, plura effecturi, si possent, ut principis sui opes potentiamque, imminebant atque debilitarent. Ea annum attingens tertium in Franciam adducta. Anglus hoc factum illud, ac vehementer indignatus: Delphinus enim generi illi promissus erat. Mortuo Ludouico Carolus factus rex, Margarita Maximiliani filia repudiata, Annam Britanniae haeredem uxorem duxit, per legatum nuptum Maximiliano, rapiens, anno 1489. Chronicon Francorum.

ALFONSVS Albuquerquecius, Lusitaniae regis Emmanuelis nomine Armuzij regem uictigale armis fecerat, in arce ibi extruenda non milites tantum suos, sed & nobiles & duces ipsos exercebat. Qui cum molestissime ferrent se diutius in eo opere detineri, animoque, urbi nauumque, Arabici finis direptioni intenti, nomine Regis ab Albuquerque contentum, ut arcis praefectio, quem uellet, relicto, inde discederet. Postularum hoc scribunt, & nominibus obsignant, & obtestantur, ne contra Regis imperium uellet diutius tempus in eo opere conterere, ad quod efficiendum iussus non fuerat. Aderat scriba cum postularo, ut fidem scriptis faceret, illum, si postulato non satisfaceret, officium prodidisset. Is postulatum de manibus scribae cum accepisset, legere noluit, sed sub lapidem, qui erat in arcis limine, ad eam rem paulo altius machina sublatam, abdidit. Hac contumelia duces offensi, ad Coieatarum, qui maximum apud Regem Armuzij loco cum obinebat, ad eum, cumque admoneret: Albuquerquecius nihil eorum, quae contra regem Armuzij gesserat, ex Emmanuelis Regis imperio gessisse: sed hominem effrenata mente praeditum, & praeter modum laudis appetentem, ea molitum fuisse, quae fortasse non medio crederentur offensionem animo moderatissimi Regis allatura. Coieatarus ea occasione usus, Albuquerquecius primum suasisit, ut classem inde deduceret, cuius metu mercatores appellere non auderent. Sed spe sua frustratus, quinque nautas pecunia corripuit, ut Albuquerquecius desererent, in quibus erant quidam qui tormenta aenae constare sciebant. His autem in continentem traductis, iussit omnia, quae ad tormenta conficienda pertinerent, largè subministrari, eosque uictu lautissimo atque muneribus deliniri. Adeoque bellum tanto silentio & calliditate comparauit, ut quamuis Albuquerquecius sagax & callidus esset, id odorari non posset, quoad Saracenus quidam, nomine Abrahamus, illum rem totam aperuit, atque demonstrauit, quosdam Lusitanos duces Coieataro causam illius sceleris attulisse. Iussit ergo summa diligentia mare custodiri, ne quidquam cibi in urbem importari aliunde liceret, & bellum totus conuersus Albuquerquecius, ratibus aliquot captis, omnibus ijs qui erant nautae, aut sagittarij, aures & nares atque manus praecidi iussit, praeter aures atque nares, medium pedem secari iussit. Eos deinde in terram deduci praecipit, & admonuit, ut Coieataro dicerent, idem supplicium subiturum omnibus, qui annonam in urbem inferre conarentur. Eo tandem res deducta est, ut cum puteos etiam Albuquerquecius obstruxisset, & fame & siti necessarii deditioem

gesserunt, ut cuncta Senatus decreta, inexorabili antea silentio religiosè custodita, non modo ad praesentes legatos Caesaris & Galli, sed in prouinciis quoque literis emanarent, Sab. supplem. lib. 23. ex Louio.

facere Armuzij cogentur. Sed in hoc rerum statu, res accidit de decore sempiterno dignissima. Duces enim, quamuis essent & nobilitate & factis egregij, odio parum iusto sui imperatoris execrati, cum bellum prope confectum esset, fidei & iustitiae nobilitatis obliti, Albuquerquecium, sub quo militabant, repente deseruerunt, & passis uelis in India abierunt. Hi fuerunt EMMANVEL Tellius, & ALFONSVS Lupius Costa, & ANTONIVS Campensis. Cum igitur Albuquerquecius cerneret, se non posse bellum diutius sustinere, discessit inde fremens & indignabundus, quod uictoria non hostium uirtute, sed suorum flagitio de manibus erepta fuisset. Orosius lib. 6. uerum Em.

IGNOMINIA AFFICIENDO. puta

EDICTA LACERANDO.

Cum Nicomediense in publico proponeretur edictum Diocletiani & Maximiani Imperatorum, crudele atque durissimum aduersus Christianos, uidelicet quo templa solo aquarentur, diuinae scripturae comburentur, qui inter Christianos magistratus honoris esse gereret, is ut cum infamia in ordinem redigeretur, Christianissimum qui serui abirent, libertate donarentur, & alia pleraque huiusmodi: QUIDAM, & ille primus omnium Christianorum exiit, qui tanta seueritate indignatione motus, ausus sit, cum etiam uterque Imperator Nicomediense moraretur, edictum manu accipere, dissecperet, proscindere in minutissimas partes. In eum cum hoc nomine extremo supplicio esset animaduertum, reliqui etiam Christiani iure casum esse pronunciarunt. P. Aetodius ex Eusebij lib. 7. c. 5. & Nicephori lib. 7. c. 5.

HONOREM NON EXHIBENDO.

PANNONI equites Sigismundo marchioni honorem deferre nolunt. Vide Tit. Odium gentium inter se.

IRRIDENDO.

Albertus Brunfuitensis dux, princeps modestus, & animo tranquillus, aluit per mansuetudinem quorundam suorum aduicium. Nobiles de Assleborg Ducem non modo contemserunt, sed etiam contumelia affecerunt. Insigne eorum quod clypeus praeferebat, lupus erat, quum interim principes Brunfuiti geminos a memoria Henrici Leonis in clypeo praeferebant leones, quos ille ex Anglia exul fecum tulerat: in clypeis figurabant leonem, cuius tergori lupus immineret. Dux igitur obsessam diu arcem Assleborg tandem expugnauit: & eiecit illis de terra, arcem fibi suisque desumpit habitandam, Crenazius lib. 8. Saxoniae c. 2.

PROSCINDENDO CONVITIIS.

Anno Sal. 1516. defendentes Brixiam urbem Germani & Hispani MILITES contra Gallos & Venetos, omnium rerum penuria pressi, stipendium procacius atque arrogantius, quam in obsequio deceret, effragitate, miseris ciues uiolatis hospitij iuribus praedae loco habere, ducibus atrociam comminari, Caesaremque maledictis & probris incessere ceperant. Quinetiam quum Gurcensis Cardinalis ad sustentandam eorum spem, uentura ad certam diem auxilia pluribus literis significasset, neque ea postmodum comparuissent, mori nem a seculo imposuit, imperatoris insignibus atque aquilis exornatum, lagenas collo suspensas deferentem, per urbem deduxerunt, & pro Caesare, ueluti ipsi auxilio superentisset, faedis acclamationibus salutarunt. Et per haec ludibria uiolata maiestate Imperatoria, et si fortitudinis aliqui praedae contra hostes exempla edidissent, tandem deditioem fecerunt. Infames idcirco habiti, ut etiam nunc hodie Germani trito pro uerbis perfidos milites appellunt Brixianos. Sab. Supplem. lib. 6. ex Louio.

PERFIDIAM EXERCENDO contra Magistratum, idque uel CAEDE.

ZAMBRIDUX mediae partis quadrigariorum, Elam Baasae dominum suum in conuiuio interfecit, regnoque occupato per septem dies, in regia seipsum Therse concremavit, ut in maqns hostium incidere. 3. Regum 16.

BAASA A Iffacharianus Nadabum Ieroboami F. Gabathone in castris interfecit, & regnum Israelitarum occupauit. Libro 3. Regum, capite 15.

HAZAE L. Benadadum Syriae regem, dominum suum aegrotantem, Iodice aqua madefacta strangulauit, & regnum occupauit, Eusebio praedicente. 4. Reg. 8.

Boriantho duce occiso, cum quidam BARBARI interfecissent eius praemia caedis a Romanis, quorum gratiam captiuae postulare: respondit Scipio, Romanos nequaquam laudare solere in fidiis populi contra suos duces. Suidas.

ALBINUS nobilitate, moribus, honorum omnium consummatione, cuius & dux eximius, propter falsas & inanes suspiciones in castris ab EXERCITV lapidibus caesus fuit, ei que oranti atque obsecranti a militibus caesae dicendae potestas negata est. Val. lib. 9. cap. 8.

Q. Pompeij Syllae collegam, Senatus iussu ad exercitum Cn. Pompeij, quem aliquando inuita ciuitate obtinebat, contendere ausum, ambitiosi duci illecebris corrupti MILITIS, sacrificare incipientem adorti, in modum hostiae mactauerunt: tantumque scelus curia, castris cedere se confessa, inuictum habuit. Val. Max. lib. 9. cap. 7.

TULLIVS Cimber, primus in conuisione Brutiana manus C. Iul. Caesari intulit. Plut. in Caesare.

Annius Tacitus, cum post Aurelij mortem inuitus in Imperatorem electus esset, mense septimo a suis MILITIBVS oppressus est. Florianus cum Tacito fratri successisset, mese secundo a militibus suis interfecit. Volat. lib. 23. Anthrop.

Aurelianus, contra Persas in Orientem proficiscens, in itinere, inter Heracliam & Byzantium, notarij secretorum insidiis a suis interfecit. Vopiscus.

Maximus & Balbinus uiri consulares, & qui multas administrauerunt prouincias, in genti uterque uirtute, interfecit in Africa Gordianus, Imperatores a Senatu lecti sunt. Verum cum annum simul imperantibus, a MILITIBVS suis de Palatio tracti, omnibus contumeliosis adfecti, in uia excarnificati sunt. Herodianus & Dexippus.

MAXIMINUS patre filioque Augustis, cum omnes alij defecissent, solus Orientis EXERCITVS, qui in Germania cum ipsis erat, in fide perseuerauit. Verum cum Maximiana urbem tenerent, atque in uia Aequiliana obsessissent, tumultuari cepit, eosque interemit, praefixaque, in hastis eorum capita obfissa populo & forte iam de deditioe cogitanti ostendit. Fulg. lib. 9. cap. 7.

M. IULIUS PIPPVS cum iunioris Gordiani praefectus esset, cum eo ad Persicum bellum profectus, Mithream eius foverit (qui alio nomine Mefocles appellabatur) ueneno sustulit: exercitum in loca arida deduxit, naues frumentarias clam demersit, & subornauit qui diceret, in ea mala esse deducendum iunioris Gordiani inscitia. Ab exercitu igitur Gothorum Imperatori aequarum, foecitate sprete, Gordianum caput adimi iussit: ipsi Senatu scripsit, Gordianum sebre correptum interiisse: eumque in deorum numerum retulit. Fulg. lib. 9. cap. 6.

ARBOCASTVS Comes, & magister militum, secundum a Bauto ne duce locum a Gratiano Augusto cosequutus, post caedem eius a Iociano tyranno factam primum sibi iniussu Valentiniani II. ascierat, ac fauore militum, quod rei bellicae gnarus, fortis, & pecunie contentor esset, magnas opes adeptus, libertatem in Valentiniano immo dicere exercebat, ita ut quae ipse non probaret, etiam si recta essent, omnino fieri prohiberet. Nec Valentinianus, licet hoc iniquo animo patiens, remedium inire idoneum poterat, quod ille militum beneuolentia sepe erat. Itaque cum in Gallia esset, & Barbaros Italiae imminere audiret, cum illo de traiectione in Italiam aduersus barbaros colloquutus, ac uoluntati suae reluctantem natus, iram usque a deo non tenuit, ut, educto ense, illum percutere natus sit: sed a familiari, extorto de manibus gladio, prohibitus, ipsum uerbis asperioribus obiurgauit. Inquenti inde, cur tam acerbe saeuiret, allatum sibi manus responsum, si cum esset Imperator, uoluntati obsequij suae non posset: & ut addidit Zosimus, cum quodam die Augusto in solio assideret, toruis oculis aduenientem aspiciens, libellum, quo ei potestatem abrogabat, porrexit. Quo lecto, Arbogastes accessit, Nec potestatem mihi, inquit, dedisti, neque eripies. Haec de causa capitalis subortus inimicitias, Arbogastes illum uicem prope habuit in obsequio. Na primum obsequijs omnibus regis non datur, ac penè in fra priuati modum redegit, & rei militaris cura Francis satellitibus tradidit, & ciuilia officia aduersus eum sollicitauit, ita ut pauci relictis essent, qui familiaritatis sermone aut iussu obsequere auderent. Mox Imperio spe deuorato, eunuchos Valentiniani cubicularios, maioris permissione mercedis atque honoris, in eius perniciem incitauit. Ita illi ab ipso edocti, cum Valentinianum aut dormiret, ut quidam scripserunt, aut certe solum & inermem, dum ludicri militare intentus de fenestra spectare, nocte, comprehenderet, ac nemine alio ex ministris aulae praesente, illius faucibus, strangularunt: & ne, inquisitione facta, deprehendi possent,

seint, uelò gulæ alligato, quasi seruet ea morte multasset, sub limbo suspendit. Epiphanius episcopus Salaminus ipsum in Palatio suffocatum inuentum esse scribit Idib. Maij, pridie Percebitis, ac post die sepulturae mandatum, annu tantum uice simul natum. Hoc scelere perpetrato, Arbogastes Imperium sibi asciscere propter barbaram impietatemque non ausus, ad alium transiit. Erat in castris Eugenius quidam, homo paganus, qui ludum primum literarum habuerat, deinde stipendia in aula meruerat, inde scriba & quaestor factus, magistrum dignitate ab Imperatore fuerat consequutus. Ad hunc igitur, quem participem consiliorum de necè Valentiniani habuerat, Arbogastes Imperium derulit. Zosimus ipsum ab Arbogaste compulsum, alij uero a Flauiano praefecto urbis, prospere omnia euentura ex ariolorum praedictione pollicito, eundem proderunt. Sigonius lib. 9. Imp. occid.

Dum Maiorianus rebus Galliae disponendis intentus abest, RICIMER SUEVICUS, militiae magister, & Severus, ambo Patrij, conspiratione inuicta, inter se pepigerunt, ut Ricimer Maiorianum uitam adimeret, Severus Imperij fastigij usurparet. Interim Maiorianus, ne otiosus in Gallia uersaretur, Alanos inde pellere, ut qui infirmioribus opibus essent, quae aut Burgundiones, aut Franci, contedit. Cuius imperij cum illi sustinere non possent, Italia se petere, eamque uastare uelle ostendunt: atque ita illi ex Gallia ad tuendam redire Italiam coegerunt. Ea res Ricimeri destinati facinoris perpetrandi occasum aperuit. Cum enim Maiorianus Derthona oppidum peruenisset, Ricimer siue ultro profectus, siue ab illo accessit, eum exercitum praesens accessit, nihil aduersi suspicantem per dispositos satellites comprehendit, atque Imperio abdicare coactum protinus ad fluuium Hydr occidit. Quo ista resp. ingens fauore uulnus accepit. nam, si uita suppeditasset, nemo dubitauit, quid ille consilio ac uirtutibus suis Occidentales prouincias fuisset recepturus, ac uastam barbarorum audaciam compressurus. Sigonius lib. 14. Imp. occid.

Iaromirius Boemorum princeps, Boleslai III. F. patri similis, uenationi multum indulgebat, uenatoreque suu Honora (Ouaru uocat Bonfinius) uel seris actionibus, interuenire patiebatur, dummodo nunciu afferret, laeta adesse uenatione. Hunc igitur VERSOVICENSIS, principibus Boemis semper infestus, ad se familiariter inuicta, magnamque, ei in syluis suis ceuorum & aprorum copia ostendunt, non dubitantes, quin rex Honora cognita, princeps statim eum esset properaturus. COCHANVS Versouicensis (Tocharus Bonfinio) clam a Polonorum rege Boleslao inuictus (qui Boleslao Iaromirij patrem Polonis excaecandum tradiderat) deductor officium sumens, Principem a turba in sylua abducit, equo de turbat, uinctum ad quercum deligat seminudum, ipseque primus in illi sagitta dirigit, mox ite alij: cum ecce Honora improuisus adest, & Principem per insidias interfecit esse clamrans, ad comprehendendos insidiatores, excitat suos. Tredecim capti, sunt securi percussi. Iaromirius multis telis confixus, ac pro mortuo a tortoribus relictus, incolomis repertus est. Cochanus scelerat caput in Polonia transfugiens, caesum Iaromirij nunciat, Vdalricum unicum haeredem regni per legatorem in aulae Herci III. Imp. in uincula coijci curat. Poloni interea Pragam proditione occupant. Sed Vdalricus uinculis elapsus, eiusdem Cochani opera, minora quam sperarat proditionis praemia a Polonis dari aegre ferentis, Pragam recipit: aromirij suat uti solus regnaret eiusdem consilio excaecatus, sed mox penitentia ductus in regni societate accipit. Mortuo Vdalrico Bretislaus F. succedit. Cui cum Iaromirius spore totum regnum tradidisset, & ad Versouicensem proditionem puniendam extimulasset, Cochanus furens, exploratum habens locum in quem quotidie ad requisita naturae Iaromirius secederet, speculatore in insidiis collocaat, qui per obscena cuspidem adigeret. Latuit auctor caedis tantisper, dum speculatore precio fraudatus promisso, illum tandem impunitate concessa proderet, minasque Cochani indicaret, quibus Bretislaus quoque pernicie minitabatur. Ille Cochano coiscto nares amputari, oculos erui, umbilicum praecidi, omnia intestina extrahi, mergique, aliquoties non tamen submergi, postremo iussu decollari. Dubrauius lib. 6. & 7.

Inualuerat apud Adriatici litonis incolae, HERACLIAE Mathermaei que, insularum, mos pessimus, ut ipsos principes tanquam nimis uiolentes principatu extruderet. Nec hoc facinore contenti, iam unum ex his trucidauerat, duos reliquos oculis priuarantem suffecit illis Dominico Monegatio, duobus, tribus additis, qui illi perpetuo assisterent, eum quinto etiam post anno excaecarunt. Vt mirum prope ac incredibile dictum sit, superuisse homines, qui talem dignitatem appetere, Egnatius lib. 9. cap. 7.

Veronenses Betengario regi insidias struebant per Flabertum, cui rex filium sacro baptismatis lauacro leuatur, ipsumque horrib. euexerat, cui facilis erat ad regem aditus. Berengarius certior factus de insidiis, Flabertum aduocat, beneficia ei exprobat, & cur suae uitae insidietur quare. Quinetia ut homi-

rum expulerat, & Christiernum Danum magna audacia regem crearat. At cum Christiernus uideret maximam regni partem Caroli reditum expectare, Ioannem archiepiscopum ad conciliandos sibi Succos frustra missu, captum secum in Daniam duxit, perpetuoq; carceri mancipauit, & iurcurando se abstinxit, uinum inde non egressurum. Ioannes Magnus libro 23. capite 8.

DEDITIONE ARCIUM.

Ludouicus Sforcia male partum Mediolanensem principatu, uixdum conspectis Gallorum armis, xx dierum spacio amittit. Fugies in Germaniam cum liberis, BERNARDINO Curtio Papiensi, alumno suo arcem Mediolanensem, praeterito fratre Ascanio Cardinale, commisit. Is uero ne uno qui dem tormenti iactu, uel aliqua oppugnationis specie expectata, duo decimo post eius discessum die, arcem quae expugnari minime posse credebatur, Gallis regi, magna pecuniae summa, centum cataphractorum praefectura perpetua, & multis aliis muneribus ac privilegiis in tantae perfidiae praemium acceptis, tradidit: sed cum tanta infamiae nota, tantoque etiam apud Gallos odio, ut illius familiaritate, uel ut si fieri atq; abominanda se ab omnibus reiecta, quocumque uenisset, contumeliosis uerbis irrisus, pudoreq; & conscientia, potentissimis certissimisque facinorosorum hominum

flagellis cruciatus, non multo post dolore confectus, in illis reliquit. Huius infamiae duces, qui cum illo erant in arce bellici, & praefertim PHILIPPINVS Filius (qui cum duce esset alumnus, & ab illo tanquam fidissimus relictus, quini praefectum ad tuendam arcem horari debuisset, in gentibus promissis obcaecatus, contrarium iussit: & cum Antonia Maria Palaucino, qui regis nomine intererat, deditioem tractauit) participes futere. Guicciardinus lib. 4.

SEDITIONE.

Post horrendam mortem Chore & coniuratorum, ISRAELI TAE murmurant contra Moysen & Aaronem, dicentes: Vos interfecistis populum Domini. Num. 16. Rursus propter defectum potus & fructuum, murmurauerunt ad Aquas traditionis. Num. 20. Illorum deniq; seditiones uarias contra Moysen & Aaronem, pete ex Titulo, Clementiae priacipum erga subditos.

DESERTIONE.

Vide Titulum, Desertionem.

DEFLECTIONE.

Vide Titulum, Deflectionem.

ACHITOPHEL consiliarius erga regem Dauidem perfidus. Sub Titulo, Consiliatorum.

MAGISTRATVS, REGES, PRINCIPES, DVCES, perfidj erga Subditos, Ciues, Milites.

Consule Titulum Tyrannorum. item, Tyrannidis poena. item, Magistratus seui erga Subditos.

CAEDE.

PHARAONIS regis tyrannica fuit crudelitas erga Israelitas, quos cum sensum delere uellet, obstetricibus primum imperauit, ut mares Hebraeorum in ipso partu interficerent. At cum obstetrices parere nolent, populo uniuerso praecipit, ut omnes Hebraeorum natos in flumen deicerent, feminas conseruarent. Venit impius rex dum Israelitas perdere cupit, seipsum perdidit. Exodi 1.

DA RIVS, ubi omnia ei in expedito futere ad expeditionem contra Scythas, copias eduxit ex urbe Susis. Ibi cum Oebazus quidam Persa, cui tres filij erant, omnes in militiam euntes, obsecrabat, ut unum sibi ex illis relinqueret. Cui Darius tanquam amico & modesta obsecranti, respondit, Se omnes eius liberos relinquiturum. Eo responso Oebazus magnopere laetabatur, sperans liberos suos missionem habere militiae. At ille praepositis filiis Oebazi iussit, ut omnes eos interimerent. Ita filij Oebazi obruncati, illic sunt relictii. Herodotus lib. 4.

PTOLEMAEVS Phylcon ciues in gymnasio uiuos combussit. Vide Tit. Patrum Parricidarum.

Q. FLAMINIVS, uir consularis, libidiniosissimus, inter epulandum, uir cortio satis faceret & grauitaretur, morientis faciem uidere desiderant, unum ex transfugis Gallis coram quod eliter necari curauit. Lilius.

Species oborta per quierem TIBERIO Imp. praecipere uidebatur, argentum cuidam erogaret. Id secum ipse coniecit, ac magica uel suspicatus daemona sibi immisum, hominem mox peremit. Caellius lib. 27. cap. 16. A. L.

Sergius GALBA summae perfidiae, trium Lusitaniae ciuitatum conuocato populo, tanquam de commotis eius adurus, nouem millia, in quibus hos inuentus consillebat, electa & armis exuta, partim trucidauit, partim uendidit. Quo facinore maximam cladem Barbarorum magnitudine criminis antecessit. Val. lib. 9. cap. 6.

A. VITELLIVS Imp. nobiles uiros & eos discipulos omnibus blanditijs ad societatem imperij allecitos, uario genere fraudis occidit: & in his unum ueneno manu sua porrecto in aquae frigidae portione, qua is febre affectus poposcerat. Dio. Antonino Caracalla iam a suis interfecto, milites pecunia corrupti, MACRINVM natione Maurum Imperatorem salutarabant, hominem ex obscuris parentibus natum: qui etsi polleret quibusdam uirtutibus, atramem statim licentiae sua potestate usus est: ratus se hoc modo contegere posse ignobilitatem generis. atque ob hanc causam eos, quos moleste ferre suspicabatur aut ignobilitatem eius, aut inopinatam adeptioem Imperij, de medio tollebat. Dion. Nicaeus, & Xiphilinus.

NICEPHORVS Imp. Constantinop. Bardani patricio, quem exercitus sui Imperatorem proclamauerant, scripto promissit securitatem, quod patriarchae & omnium patriciorum subscriptione erat firmatum. Sed tamen postea fidem fecellit: & sicarios subornauit, qui eum interfecerent, & ad ecclesiam confugerent. Bardanum interfectum Nicephorus sepre diebus luxit, & in scarios inquiri iussit, cum tam ipse esset eius necis auctor. Paulus Diacon. lib. 24. rerum Rom.

ORDONIVS II. Legionis & Castellae rex, quatuor Comites Castellanos, ad expeditionem euocatos, parere nolentes,

simulata amicitia apud Carionem captos, in carcerib. occidit. Ea perfidia exacerbat Castellani, regibus Legionis rebellauerunt, & iudices de nobiliorib. patrie elegerunt. Numid Rafura, & Laynum Caluum. Itaq; Castellam integro seculo a Legionis diuisa, uix tandem sub Fernado, Sacij maioris Navarrae & Castellae regis F. Alfonsi V. Legionensis genito, Legionensi regno iuncta fuit. Roder. Satus par. 3. hist. Hisp. ca. 4. FRIDERICO III. Imp. in Italia absente, Baumkircherus a proceribus Austriae contra Imp. res nouas molitus est. Caesar sub fide publica sex e principibus coniurationis Neapolim uocatos, in diuisa causa, & uiolata praeter dignitatem suam fide, clam in hortis capite multauit. Rogatus ab his, anquam supplicium sumeret, Cur datam fidem laederet? respon-dit: Aequum & fas esse, perfidias & patricidis uiolare fidem, & scelus pari arte punire. Bonfin. lib. 4. Dec. 4.

TORMENTIS.

IOANNES Maria dux Mediolanensis, quotidie nouo tormenti genere ciues uexabat.

VERBERIBVS.

CHILDERICVS Francorum rex, cui barbarae sequebantur in suos, & quendam illustri loco natu palo religatu sustulit. caedi iussit: ad eod omnium animos rei mouit atrocitate, ut is, in quem amadueterat, haud paru multos inueniret, qui secuti contra salutem tyranni coniuuaret. Itaq; redeuntē a uenatione excipit infidijs, & simul cu Vlride uxore grauida obruncant. Michael Ritus Neapolitanus lib. 1. de Francorum regibus.

PRIVILEGIORVM IMMUNITIONE.

Cn. POMPEIUS a Sylla contra Perpenam missus in Siciliam, ubi afflictae ciuitates recreauit, omnibusq; praestitit se humanum, Mamertinis Messanae detrectantibus tribunal suu & iurisdictionem, qua contendebant ueteri populi Romani formula se esse exemptos: Non desinitis nobis, inquit, gladio accindis citare leges? Plut. in Pompeio.

TRIBVTIS, EXACTIONIBVS.

MARGARITA Danorum & Noruegiorum regina, capto Alberto Sueconum rege, septimo demum anno a Suecis quoque & Gothis in regnum recepta est. A. S. 1395. his conditionibus, ne publica regni officia, siue arcis & castella alijs, quam in regno natis committerentur: neq; Danos in causis Sueconum iudicandis praeficere uellet, sed Sueconu contropuerfias Suecorum proceru iudicio examinandas & remittendas esse. Praeterea nulla insolita tributa, aut onera inco-lis imponenda, nisi regni Sueciae senatu consentiente. Margarita uero se talem Sueconib. exhibuit, ut putent eam apud inferos sempiterno supplicio excruciant. Dani contra ipsam in numerum deorum referunt. Tributis subditos exhaustis, Sueconum causas neglexit. Proceribus autem insurandum illi obiciētib. Habere tunc diplomata conuentioem interrogauit. Illis autem se habere, & quidem probe seruare respondētibus, inquit: Suadeo ergo uobis, ut literas uobis datas diligenti custodia obseruetis: nos autem castra, ciuitates, & omnes regnoru nostrorum partes diligentijs ob-

seruari faciemus. At cum uideret maiora esse odia Sueconu, quam quae uel actu uel armis coerceri possent, regno cessu- ra, Sueconibus persuasit, uti Ericum Pomeraniae ducem, suu ex sorore nepotem, regem assumerent. Io. Magnus lib. 21.

PRODITIOE.

ROMVLIVS Cos. L. Sicinium uirum fortiss. hostibus perfide obicit. Vide Tit. Perfidiae ducum erga milites poena.

DESERTIOE.

IOANNES Cazzianer, genere Croatus, quem multis exercituum bellis, & defensa Viennae fama in clyturo, rex Ferdinandus ad summum militaris imperij decus euexerat: quam eum pleriq; turbida, parumq; sobria mente praecipiem esse contenderent, ideoq; alae potius leuis armaturae

PERFIDIA INTER EOS, QUI POLITICA, SED inaequabili necessitudine deuincti sunt. Cuiusmodi sunt

PRAECEPTORES ERGA DISCIPVLOS PERFIDI: suuclid fiat

INSTITVTIOE.

Consule Tit. Mals praepceptores in Theoricis, Mechanicis, Ethicis, quatenus improbum dogma uel artis imperitiam discipulis communicant.

CAEDE.

In Merciorum regno secutus est bonum patrem Cenulsum optimus filius Chenelmus admo dum puer, castissimus moribus. Is plenus pietatis, ac ad res duntaxat diuinas intentu opera quaeque fororis, longē se celestissima mulieris, in prima puertia ab EDVCATORE suo iugulatus, & ne facinorunquam proderetur, in loco deuio terra humatus est. At post sca indicio cuiusdam schede aureis scriptis literis inuentu est corpus, ac multo cum honore in conuobio Vinchelumbensi sepultum. Quen dedit oculis priuata. Polyd. lib. 4.

Necan Boemorum princeps, acie uictor Vlastislao Lucentium principe, patruale, totaq; eius ditione in potestate redacta, illius quoq; filiolu cum DV RINGO praepceptore cepit. Ceterum misericordia puelli motus, reduci continuo eum, cu re q; illorum restitui, quibus tutela eius a parente demandata fuerat, iussit, assignatis insuper agris quibusda pupillo, ex quibus commo dius honesti usq; nutrire. Placebat agri Duringo, sed nisi pupillo sublato, spes cose quendi illos nulla aderat. Vidus igitur agrorum sacra fame Duri-gus, nefarium consilium interficiendi pupilli caput, benefici- cum principis sic interpretans, quasi ille non misericordia, sed metu inuidiae adductus, puero ad tempus pepercerit, ad- eod gratiore illi maturam hostis mortē, quam longio- rem eius uitam futuram. Amputat igitur illi caput, lintheo- loq; inuolutum, secum ad principem fert. Prandebat tu forte Necan, cum introgressus Duringus, se quoq; fertum prandenti afferre diceret, non edule quidem, sed tale potius, quale ei solidam in posterum securitatem spondeat. Et cum dicto, amoto lintheo, caput puerile, ita ut adhuc erat euentum, oculis prandentis obiecit. Cuore uiso Necan subit obriguit, ut uelut semianims aliquid inter in mensa iaceret. Recepto dein amulo, sententiae eorum subscripsit, qui censuerant, & ad hoc coegerant Duringum, ut ipse se, uentia facie uultuq; ad Thuringia suam, in arbore alno pensilem faceret, quae quandoq; stetit, Duringi alnus appellata fuit. Zbistaus quibusdam dicitur comitis Duringi tutelae a patre creditus. Is amputato infantis capite truncum sub glaciem Egre fluij condidit: caput Principi offert, qui delectata illius perfidia, optionem dedit, num proprium in se conuertere ferrum, aut praecipit de rupe se dare, uel ceruicem laqueo frangere uellet. Extremū elegit. Dubrauius l. 3.

PRODITIOE.

Ladi literarij MAgISTER (cum Furio Camillus Phalisco obdideret) posteaquam principum filios ad Camillum ad- duxisset, per quos urbem obsellam recuperare possit: Camillus iussit hominis uestimenta scindi, & manus post terga uincti: pueris autem uirgas flagellaq; dari; ut pro ditorum uerberibus afficientes in urbem agerent. Lilius lib. j. Dec. j. Florus lib. j. cap. 13. Plut. in uita Camilli, Plinius cap. 23. de uitis illust. Sabellius lib. 9. Enneadis j. Valerius Maximus lib. 6. cap. 5.

Ex M. Antonij liberis Antyllum Fulua natum, prodidit pädagogus THEODO RVS Octauio Caesari. Obruncantibus eum militibus, detraxit ei pädagogus, qua collo gerebat, preciosissimam gemmam, eamq; inluit zonae suae. Id inficia tus & comptus cum esset, in cruce est actus. Cleopatrae liberi cum nutritijs custoditi & liberaliter habiti. Caesari- nem, qui ex Caesare Diatore & Cleopatra prognatus se- rebatur, miserat mater cum magna pecuniae summa p Ac-

equitum, quam totius exercitus praefectura digniore: an- ho Salutis M D XXXVII. ad Exechium circumuectus a Tur- cis, relicta copijs noctu effugit. Milites Ludouicum Lo dro- nium in illius locum suffecer. Qui a Turcis partim capti sunt, partim caesi. Iouius.

INSULTATIONE.

LYLLA publice aliquando in corona populi opulenti pa- trimonium distrahens, uili precio iussit uni amicorum addi- ci. Cum autem superaret illum alius licitatione, & procla- maret praeco adiectione, Romachus est: & Quid hoc ma- li, Quirites, inquit, quae haec uis est, quod praedam meam mi- hi non liceat pro arbitrio meo distrahere? Plut. in Sylla, & Lylandri comparatione.

thopiam in Indiam. Hunc alter similis Theodoro pädago- gus Rhodon induxit ad regrediendum, tanquam uocaret cum Caesar ad regnum. Deliberante de eo Caesare, perhi- bent Arium dixisse: Caesaris in multis nomen non expedit esse. Eum post sub Cleopatrae morte extinxit. Plut. in Antonio.

STVPRO.

Apollinis SACERDOS uaticinandi artem docet Cassandra Priami F. cubitus mercede. Vide Tit. Diligentē in discēdo, GV LIELMVS praepceptor Margaretae Flandriae comitissae, ci- uitium offert. Vide Tit. Regnandi libido ambitiosa.

DISCIPVLI ERGA PRAE-CEPTORES PERFIDI.

Ad Ingratitudinem quoq; Perfidia haec referenda est. Hic Fides laesa, simpliciter ratio habetur, illic praecedens deridit.

CAEDE.

HERCVLES puer adhuc in Musica praepceptorem habuit Li- num: a quo cum reprehrederetur & uapularet, quod Musi- cum instrumentum imperitius quam conueniret tangeret: accessus ira, plestro Linum praepceptorem fidissimu percus- sum interfecit. Aelianus lib. 3. Var. hist. & Diad. lib. 3. c. 5.

NERO Caesar Senecam praepceptorem ad necem compulsi- quamuis saepe commeatum petenti, bonisq; cedenti persan- cēt iurasset, suspectum se frustra, periturumq; potius, quam nociturum ei. Suetonius.

Ioannes Scotus, qui scholam Parisensem anno MCCC. ma- gnopere illustrauit, stilis graphicis DISCIPVLO RV M si- torum confossus, obiit mortem. Volat. lib. 21. Anthrop.

MAHOMETVS II. Amuratis F. Chalin seu Chalibasa (quē ei pater moriens tutorem reliquerat, monueratq; ut cum non secus ac si pater esset audiret & obseruaret) capta Con- stantinopoli insinulauit, semper eū cū Christianis sensisse, cu- ius persuasionibus factum fuerit, ut pater Amurathes nun- quam sit ausus in tot Graecorum iniurijs Constantinopolim bello urgere, quam nullo quasi labore ipse occuparit. Itaq; eum post acerbissimos corporis cruciatus strangulauit. Sed ingentes potius diuitiae, quas cumuauerat, exitij causa illi fuerunt. Cuspinianus.

INSIDIIS.

Arsenio Diacono Romanae ecclesiae, Theodosius duos filios Impp. Honorium & Arcadium instituendos commisit, non ut Imperatores, sed ut uulgares, etiam plagis coercendos.

Fortē plagas ARCADIO Arsenius inflixerat: Arcadius eum occidere cogitabat subornato percussore. Is re cog- nita clam in solitudinem Scethim confugit. Quem cum il- lic solitariam uitā sanctē profiteri Arcadius audiisset, deli- cti ueniam petiit, & multos libros muneri misit. Nicepho- rus lib. 12. cap. 23.

PRODITIOE.

IVDAS Ischariotes, quem magistrum & regem sibi delegit, quem eundem de caelo esse miraculorum magnitudine scire potuit & debuit, a quo Apostolatu insignitus caelo admo- uebatur, modica pecuniata iactura, quae in mystica uictio- ne sacri corporis fuit audeuda, uilissimo uendidit precio: quin seipsum potius homo infelicitate natus uendidit, uel uerius perdidit, prius consilio, mox praecipiti desperatione, ut qui omnem Israelis progeniem sedens iudicaturus fuit, sit perfidia & impietate iudicatus. Sab. lib. 7. c. 2. ex Mathaei 26. Marci 14. Lucae 22. Ioannis 18.

PHILOLOGVS cum fideliter & summa cura a Cicerone om- nis eloquentiae parente institutus esset, praepceptorem ta- men summis in periculis uersantem, & in loco secreto lat- tantem hostibus prodidit. Vnde captus Cicero, amputata manu dextra, neci traditus est. Plut. in uita Ciceronis.

Vulneribus.

ISAACIVS Comnenus, Isaacij, Manuclis Comneni Imp. fratris, filius, Cypri tyrannus, oppressa Isaacij Angeli Imp. classe, & plerisque captivis factis, multos crudelibus & penis affectis, atque inter ceteros Rentacenum Basilium, cui alterum pedem a genu securi rescivit. Erat is Rentacenus vir bellicosissimus, & ut Achillem Phœnix, ita ipse olim Isaacium Comnenum, & in eloquentia, & in re militari erudierat. Ac tali præmio Isaacius omnium mortalium maximè iracundus, pædagogum suum esse remuneratus. Nicetas lib. j. de Imperio Isaacij Angeli.

Ostavius Cleophilus, Pomponij Læti discipulus, Vicerbij publice doceas, immisso à PVERIS, quos verberabat, scario, dextrâ manû vulneratus fuit, ita ut in posterû characteres litterarû non ita bono exararet. Fran. Polyardus in eius vita.

Verberibus.

GALEACIVS Sforcia dux Mediolanensis, cum à Cola Montano pædagoگو sæpè virgis esset cæsus, postquam ad principatum euectus fuit, seculo præceptoris acceptas olim plagas nudatis clunibus loro palam rependi iussit. Ea iniuria accensus Montanus, Hier. Olgiarum gloriæ immortalis præmio proposito, ad tyrânî cædem inflammavit. Louius in vita Galacij.

Detectione.

MAXIMVS Alexandrinus, philosophus Cynicus, à Gregorio Nazianzeno episcopo Constantinopolitano cõuerus, baptizatus, in clericorum etiam numerum adscriptus, & in contubernium receptus: insidias tandem episcopatui Gregorij struxit, correpto Petro Alexandrino episcopo, ut ab Aegyptiis quibusdam Constantinopoli in domo cuiusdã canonicis episcopus crearetur, depulso Gregorio: quam tamen electionem Theodosius ratã habere noluit. Gregorius presbyter in vita Nazianzeni.

Desertione, Neglectu.

Anaxagoras philosophus PERICLIS præceptor fuisse legitur, cui in administranda republica magno fuit usus. Verum cum Pericles negotiis intentus desisset agere curam Anaxagoræ iam ad decrepam prouecti senectutem, constituit in edia finire vitam. Id simul ut renunciatum est Pericli, anxius accurrit, & argumentis, precibus & lacrymis conatus est hominem à spontanea mortis proposito reuocare: id quod sua ipsius causa, quam philosophi. Cui Anaxagoras, retecta facie iam moribundus, nihil aliud respondit quam hæc: O Pericles, & quibus lucerna est opus, insunt dunt oleum. exprobrans illi neglectum amici, unde tantum capere poterat utilitatem. Lucerna curatur ob usum uulgarem, & talis consiliarius neglectus perit. Laert. lib. 2. c. 3.

Mercedis Defraudatione.

CORAX quidam primus Syracusis, post mortem Hieronis, insituit artem rhetoricam mercede profiteri. Cum hoc adolescens quidam TIAS, siue LYSIAS, hac lege pactus esset, ut dimidium iam tunc daret: reliquum dimidium tum solueret, quo die primam causam apud iudices orasset, & uicifset. Verum ubi artem iam cognita, præmium iam cunctaret, neque causas reciperet, Corax in ius discipulum uocauit. Ibi iuuenis huiusmodi dilemma proponit. Percontanti, Quis esset artis finis? ubi Corax respõdisset, Peruadere dicendo: Age, inquit, si persuadere iudicibus, me nihil debere, non reddã, quia uici causam: si minus persuadere, non reddam, quia non perdidici artem. At Corax Tias dilemma tanquam uitiosum & inopertum, in discipulum retorfit ad hunc modum: Imò, inquit, si persuades, dabis, quia tenes artem, & debes ex pacto: si minus, dabis, ex sententiis iudicum damnatus. Quod commentum tam uastrum, tamque callidum ubi iudices audissent, admirati uersutiã adolescentis, succlamarunt: κατὰ νόμον ἢ κατὰ νόμον ἢ νόμον ἢ νόμον: causamque in longissimam diem distulerunt. Sunt qui narrant hoc succlamatum à corona circumstantium, cum alter alteri licem intenderet. Huiusmodi ferè leguntur in Prolegomenis in Hermogenis rhetoricen. Ex hac fabula efficta est, ni fallor, ea quam narrat A. Gellius in noctibus Atticis lib. 3. c. 10. de Protagora sophista, & huius discipulo Euathlo. Erasmus in Prouerbiis.

D. Augustinus Romam ex Africa ueniens docendæ rhetoricæ ergo, ab amicis cognouit id Romæ fieri, quod non fieret in Africa. Perditos enim ADULESCENTES, ne mercedem magistro reddant, conspirare, & transferre se ad alium, defertores fidei, & quibus præ pecuniæ caritate iudicia uilis esset. Cumque quod ab eis passurus erat, magis odisset, quam quod euilibet illicita faciebant, conditionem Mediolanensem oblatam acceptus est. Testis ipsemet lib. 5. Confess.

Contradictione.

SADDUCÆORVM apud Iudæos sectæ discipuli præceptoribus non credunt, sed cum iis semper disputant. Contrã faciunt Pharisei. Iosephus lib. 18. c. 2. Antiq.

Plato nominare solebat ARISTOTELEM muli: quod mulus cum saturatus esset laete materno, calcibus petiit matrem.

Significabat igitur Plato, inuoluto quodã sermone, ingratitude Anstoteli. Etenim is cum maxima philosophia femina & accessus à Platone accepisset, scholam contra Platorem aperuit, & in Peripato cum suis familiaribus & discipulis aduersus eum pugnavit. Primum diffidium eius aduersus Platonem ex his ferunt initium cepisse. Non probabat eius uitam Platoni, neque corporis habitum & ornatum. Nam Aristoteles uelutibus & calcamentis magnificis utebatur, & contra Platonis morem crines abradebat, anulisque, serendis se exornabat, uultu caullatione & irrisionem quadãdam præ se ferebat: & intemptiua loquacitas in sermone, ingenium eius moresque redarguebat. Quæ cum uideret Plato, non admittit eum in domum: sed ei præponebat Xenocratem, Speusippum, Amyclam, & alios, quos tum aliis honoribus proferebatur, tum disputationum suarum participes esse patiebatur. Cum uero quodam tempore Xenocrates in patriam iter suscepisset, Aristoteles cum suorum discipulorum caterua, inter quos erat Mnason Phocensis, & alij, Platoni impugnabat de industria. Laborabat tunc ex morbo Speusippus: quamobrem Platoni adesse non poterat. Plato odia gestum annum agebat, ita ut iam propter ætatem desisteret memoriæ uiribus. Intendens igitur in eum ex insidiis Aristoteles, magnaque cum ambitione quæstiones necens, ac sophisticè eum redarguens, iniuriam simul & ingratum sese præbebat. Proinde desitens exteriori deambulatione, domi cum familiaribus priuatim ibat. Exactis tribus mensibus, Xenocrates à peregrinatione reuersus, inuenit Anstotelem deambulantem, & doctentem, ubi reliquerat abiens Platonem. Videns autem eum cum familiaribus suis nõ ad Platonem commeare ex Peripato, sed aliò in ciuitatem ferorim ex auditorio ueligia ferre, interrogabat quẽdam in Peripato, ubinam esset Plato? existimans eum decumbere. At ille respondit: Non malè habet, sed Aristoteles cimolesiã facessens effecit, ut ex Peripato discesserit, & in honore domi philosophiam traçet. His auditis, Xenocrates repente se ad Platonem contulit, & offendit eum differente cum his qui simul aderant. Erant autè frequentissimi, & summe existimationis uiri, & adolescentens aliqui illustrissimæ famæ. Qui cum loquendi finem fecisset, perhūmaniter, & more solito, Xenocratem salutauit, rursumque illi similitur Xenocrates. Deinde conuersatione dimissa, Xenocrates nullũ uerbum hac de re cum Platone locutus, collectis suis commilitonibus uehementer oburgauit Speusippum, quod Aristoteli cessisset ex Peripato, & ipse quam potuit insultum finis uiribus contra Aristotelem pugnavit: eo quod contentio nis progressus esset, ut eum eiecisset, & in consuetum locũ Platonem restitueret. Aelianus lib. 4. Var. hist.

BRICCVS, D. Martini discipulus, bonum senem contumeliosus tractare, & monita eius ægrè ferre cœperat. Prædidit ergo ei D. Martinus multas calamitates. Nam mortuo Martino, in episcopatu Turonensi quidẽ ei successit: uerum falsa stupri infamia eiecitus est. Crimen ergo suum contra Martinum falsus, profectus Romam, integro septennio penitentiam egit. Parans inde reditum ad suam ecclesiam, cum ad sextum à Turono lapidem uenisset, in somnis Turonem prope rare motetur: Armentium enim episcopum (qui ei subliatus fuerat) obiisse. Ocyus surgit, & mortuo episcopo sufficitur. Mortuus sub finem Theodosij iunioris, anno 600 C. L. episcopus XLVII.

Abnegatione.

PETRVS Apostolus in aula pontificis Christum bis abnegauit, tertio etiam execrari cœpit & deicrare, se hominem nõ nosse. Matthæi 26. Marci 14.

Tutores Erga P. Pillos Perfidi.

Cæde.

DIODORVS, Tryphon cognomine, Apameus, qui inter necessarios Alexandri Epiphaniis fuerat, eo uicto ad Demetrium Nicatorem se contulit. Mox ab eo deficiens, Antiochũ Sedetem, siue Deum, Alexandri F. ex Arabia secum duxit, & Demetrium Syriæ regno expulit. Demetrio à Parthis capto, tyrannidẽ occiso Antiocho inuadere cogitabat. Verum metuens potentiam Ionathæ Iudæorũ ducis & pontificis, Antiocho confederati, Ionatham prius è medio tollere statuit. Peruadere igitur ei, ut dimisso exercitu XL milium, fecit Ptolemaidã ueniat: sese enim urbis administratione ei commissurum. Pareat Ionathas, & mille suorum retentis, ipse à Tryphone capitur, milites occiduntur. In festis inde armis Iudæam petens, cum Simon frater Ionathæ ei occurreret, pro liberando Ionatha centum argenti talenta, & filios illius duos obfides petiit. Simon quamuis altum hominis per se eum haberet, tamen ne parum erga fratrem pius fuisse uideretur, pecuniã appedit, obfides mittit. At Tryphon fecit ingeminans, patrem cum duobus filiis occidit. Neque ita diu post, Antiochum, anno quarto postquam eius tutelam suscep-

susceperat, interfecit clam, timore sparsio, eum ex nimio exercitio perisse. Iosephus lib. 13. ex lib. j. Machab.

GRIMALDVS Pipini filius, Dagobertum, Sigeberti secundi filium, fidei suæ post mortem patris eius commissum, interfecit, ut Austrasiæ regnum, cui præerat pupilli nomine, sibi uendicaret.

ALEXIUS filius Manuclis Imp. patri puer penè in imperio successit. Administratio imperij ANDRONICO Comnenò est commissa, quia cohobrinus Manuclis habebatur. Is indignatus Alexio, quod d Francorum regis Ludouici filiam Agnetaem uxorem duxisset, multosque ex Latinis haberet familiaritates, quos Andronicus uir Græcus odio habuit: cui primum tutorem egisset, dehinc participẽ imperij, præter iurisdictionem fidem, Dominici etiam corporis & sanguinis haustu sacratiorem, Alexium quindecim tantum annos natum clam interfecit, lacteoque inclusum in mare abiecit, cum tres annos à patris morte rerum potitus esset. Scribunt quidam Alexium animi recreandi causa paruo nauigio uectum, in mare ab Andronico crudeliter esse præcipitatum, necari iussu capite abscesso, reliquum cadauer in mare proficisse. Addit quidam & matrem & sororem Alexij cum simul de medio sustulisse, ac tam crudeli partiticio imperio esse potitum. Cuspin. ex Niceta.

MICHAEL Palæologus ob fortunam & peritiam rei militaris à Theodoro Lascari Adrianopolitano Imp. tutor filij relictus, cum Baldwinum regem Latinum Byzantio eiecisset, pupillos iugulauit, & imperium artipuit: confirmatus à Gregorio X. pontificè in Lugdunensi concilio, cui interfuit, & cum suis alta uoce eorum patribus Nicenum decanauit, in signum reconciliationis cum Latina ecclesia. In hoc diuè clarissimæ domus Constantinopolitanæ, Lascarum uelidelicet & Palæologorum, commixta, altera occidit, altera caput extulit. Itaque occisis pupilis per summum nefas, postoris suis uixit: ad conficiendum ostium & ultimum ex ea domo, ad annũ uidelicet MCCCLIII. imperium per manus tradidit, per annos circiter CCXIV. Cuspinianus.

ALEXIUS iunior, Isaacij F. uix mense uno post restitutionem suã per Venetos & Francos factam, à MVRZIPHLO quodam ighobili, quem ad summum dignitatis gradũ euexerat patet, à Patricium Prouellitiumque, creauerat, & cui ut tutori res suas omnes uitamque concederebat, fraude innocenter necatur. Is enim seditiõæ urbi facile perualet, præsentem rerum statum uero, non puero indigere multa in Venetos, multos in Francos Latinosque, omnes, quos Græco nomini infestis afferuit, perorans. Tantumque effecit (ut fit in tumultu) ut pars eum gubernatorem, pars Imperatorem inconditis acclamationibus uocaret. Vnde mox in palatium frequentem militum caterua descendens, Alexium puerũ ueneno bis exhibitio occidere aggreditur. Sed cum nihil proficeret, manu propria gutture eliso, Alexiũ necauit, ac laqueo eum sibi ipsi manus intulisse apud populum insinulauit. Cuspin.

Insidiis.

Cum Theodosius rebus humanis excessisset, ambo filij Arcadius, quem Orienti præfecerat, & RVFFINVM tutorẽ dederat: & Honorius Occidentem, quem STILICONI curæ commiserat, iuuenes erant. Qua occasione duces ueterem fidem & lus legati sanctissimum, regnandi cupiditate uiolant. Ad hoc iuuenes Caesares atque Augusti auxiliatiis suis, hoc est Gothis, donaria consuetã subtrahentes, fastidium illis ingeriebant. Rufinus Gallus, secundum alios Bricianus, clati missis muneribus Alaricum Gothum euocat, atque arma capere contra Arcadium persuadet, ut sub eo metu diadema Orientis capiti imponeret, & Arcadium imperio priuaret. Proditione cõperta, medio conatu Rufinus à militibus Italicis est occisus: caput cum dextra præcipium ante ipsas Constantinopolis portas pependit, ac spectantibus ludibrio fuit: uxorẽ eius in exilium missa, cunctas eius opes Eutropius spado promeruit. Is est ille Rufinus, quem Claudianus duobus libris infestatur acerbissimè. Gil do interea, Africa præfectus, diadema sumit. Quem frater Mathez el diuino auxilio oppressit. Ceterum cum ipse quoque imperium sibi usurparet, à militibus cæsus est. Interea cæca dominatidilido, Stiliconem quoque, qui occidit Aulæ erat præfectus, subuertit. Qui cum genere Vandalus esset, acquisitis multis opibus, maiorem indies auctoritatẽ acquisiuit. Dũ Honorio insidiatur, secretiore uia filio suo Eucherio regnũ parat. Suenos ergo Suanorum gentes & Alanorũ, Burgundios, Alanos, & populares suos Vandalos, magna spe prædæ sollicitauit ad Gallias hostiliter inuadendas occulte: spē rans fore, ut Honorius aut bello succumberet, aut filius in regni confortium ueniret. Ipse copiarum ductorem sese nefando consilio exhibebat, metumque simulabat. Mox igitur CC millia duce Rhadagaifo in Pannoniam coeunt, & Alarico regi Gothorum se iungentes, Thraciam, Illyricum, Noricum, & eam Italia oram, quæ Norico adiacet, ferro & igni

populantur, uastant agros, diripiunt oppida, editis passim cædibus omnis sexus indiscriminatim. Rhadagasus Apeninuum transgressus, Fesulis cõsedit. Cui Hetruria imminenti, Vldihus & Sarus cum exercitu Hunnorum & Gothorum auxiliatorũ occurrerunt, & in angustiis Rhadagasum oppresserunt, captumque strangularunt. Hostes, qui superferunt, ad Alaricum Vestgothorum regem confugerunt: qui haud procul Rauenna, loco cui Candiano nomẽ est, castra fecit. Quo nunciõ excitus Stilico, præmissis qui hostes (extremè agmen carpẽdo) ab insitituo itinere remouerentur, ipse cũ robore copiarum per Aquileiam & Patauium Rauennã descendit. Alaricus ad Potentiã uicium in Alpibus Cottis castrã transtulit, ad XX millia passuum à Rauenna, ut loca Apeninno proxima obtineret: legationemque Honorio Imp. Rauennam mittit, ut agros ad habitandum donet: se curaturum; ut æquo iure Romanorum ac Gothorum populus sine discrimine gubernetur. Honorius inito consilio, Gallias Hispaniasque, iam penè Vandalorum ac Suenorum incur su perditas, offert. Quam donationem sacro oraculo confir mata, receperunt Gothi. Quod dum proficiuntur cum omni suppellectile, fraude à Stilicone sunt petiti die festo, dum sacris intersunt, nihil mali Gothi suspicantibus, cupiente eos in Italia retinere, ut facilius filio suo pararet regnum. Ergo Vestgothi Stiliconis intelligentes flagitium, eius exercitum ad internecionem usque delent, tum paulo post Stilico occisus est cum filio Eucherio iussu Honorij: licet aliqui in foro Pacis postea trucidatum scribant cum filio, tui ut purpuram induceret, fidem uiolauit, & iururandum & res humanas in apertum discrimen traxit. Nam hostes symbolice intellectã, iter cõceptum omittunt, ultores inuocantes deos, uo huc impetu Liguriam & Aemiliam depopulati, & Flaminiam, Romam ceperunt. Cuspin.

DARDANVS Scotorũ rex, cum ex optimo principe tyrannus euasisset, & Corbredi regis liberis (quorum tum esse debuerat) mortẽ machinaret, à Corbredo Galdo, Corbredi F. cui eo mortuo regnum debebatur, acie uictus, captus ac uinctus, ductusque ad Galdu, corã interfecit est iussus. Abscessum caput, contoque affixum, per exercitum magno cum ludibrio circumtulcrunt: cadauerque eius unco tractum in cloacas est abiectum, anno regni IIII. H. Boethius lib. 4.

Regni Inuasione.

L. TARQUINIUS tutor filiorum duorum ab Anco Martio rege Rom. relictus, illis uenationis specie ablegatis, Romanis persuasit, uti se regem faceret. Cũ XXXIX. annis regnasset, scario rum fraude, ab Anci filijs subornatorum, necatus est. Sab. lib. 4. E. n. 2.

Polybius lib. 15. Hist. cũ improbitatem scelusque duorum maximorum regũ, PHILIPPI Macedonis, ANTIUCHIQ. accusaret, id commemorauit, quod à Græcis prouerbij loco usurpatur, Grandes pisces comedere paruulos. Illi namque, mortuo Ptolemæo Aegypti rege, relicto infante puero, regnum ipsius inter se diuiserunt, atque ipsum puerum tollere studuerunt: cũ tamen sanguine coniuncti cum eo forent: tuerique dignitatem illius saluamque, deberent. Doceatur eos in hoc nefario consilio fe adẽ impudenter crude literque, gessisset, ut affines forent illi culpæ, quæ piscium uitæ propria foret, uulgusque, ferebatur: pisces enim eiusdem generis piscibus uesci consueuerunt, ut internecio minoris, maioris passio effcaque sit. Victorius lib. 6. Var. lect. c. 8.

Bonorvm Interuersione.

Duo fratres erant, quorum alter moriens, FRATRI testamẽto mandauit & filij quem pupillum relinquebat tutelam, & facultatum illius procuracionem. At cũ plus apud eum ualeret lucretum, quam pietas: pueri res occupare conatus, etiam sua perdidit. Deinde postulant, ut sui ratio haberetur, quod possent in locum meliorem restitui, responsum est ab oraculo: Νῆπιον ἢ ἐκ ἐδόντων ὄσση παλιον ἤμισον παντὸς. id est, Dimidium quam sit toto præstantius, istud, Haud nouit stultus.

Erasmus in Prouerbiis, ex Suida. Demosthenes orator accepto à patre, qui eò septimum ætatis annum agente deceffit, lauto patrimonio (taxatum fuit enim uniuersum quindecim ferè talentis) damno affectus à TVTORIBVS est: qui id partim auerterunt, partim negligenter curauerunt, ut præceptores eius etiam fraudarent mercede. Quod quidẽ fuit in causa, ut honestarum & ingenuarum artium fuisse uideatur rudis, simul quia ob inbecillitatem corporis & tenerritudinem abstineret eum à laboribus mater, neque urgerent pædagoçi. Plut. in Demosth.

Pupilli Erga Tutores Perfidi.

Cum LVCVMON Aruatis, clati apud Hetruscõs uiri, apud quem à puero educatus fuerat, uxorem clam corrupisset, & propalã per uim abstulisset: uir iure poenas persequutus, postquam

quam frequentia amicorum, magnitudine pecuniae, sumptibusque superatus fuit ad Lucumone, ex patria profugit, atque ad Gallos, de quorum uiribus audierat, contulit se, illisque se in Italiam expeditionis ducem praestitit. Plut. in Camillo. AVGVSTVS Triumvir C. Toranum proscriptit, qui patri eius in aedilitate collega, & ipsi pupillo optimus tutor fuerat. Fulg. lib. 5. cap. 3. Amurates Turcarum Imper. abdicato regno, MAMVRETTO II. filio illud commisit, tutorem ei dans Calibassam bellis rebus exercitatis. uirum. Verum cum Ioan. Huniades

PERFIDI ERGA QVOSVIS, POLITICA INTER se & quidem aequali necessitudine iunctos. Vtputa

DE ERGA POPVLARES, CIVES. Cautum erat lege Moisaica, ne quis Iudaeorum ullo consanguineo suo ueteretur seruo, sed ad statutum tempus manumittere re. Itaque sub SEDECTIA rege eiusmodi manumissio multis annis intermissa, reuocata fuit, & omnes serui libertate donati. At non multo post DOMINI, quos seruos & ancillas manumiserat, eosdem rursus seruituti subiecerunt. Quare offensus Dominus, per Hieremiam prophetam extrema illis minatus est, & Babylonicam captiuitatem. Ieremias 34.

DE ERGA COLLEGAS, REGNI SOCIOS. COLLEGA perfidi

NON OBEIDIENDO. IOSEPHVS Zacharias & Azarias duces, qui profecto Simone in Galilaeam contra Ptolemaidenfes, Iuda uero & Ionatham fratre in Galaaditicam, praesidio Iudae relicti fuerat: uolentes & ipsi aliquo memorabili facinore parare sibi gloriam, ad Iamnam uenerunt. Vbi armis exequi ad Gorgia, eius loci praeside, amiserunt ad duo millia militum: nec prius desisterunt fugere quam in Iudae finibus. Haec autem clades merito illis accidit, ob contumaciam Iudae mandata, qui interdixerat, ne se absente manus cum hoste conferrent: neque enim illi ex ea progenie erant, per quam Dominus populum suum liberare uolebat. Iosephus lib. 12. capite 12. ex Machabaeorum 5.

Fab. Maximus Dictator, qui Annibalem in Apulia cunctando obseruabat, in agro Larinati, reipubl. causa Romam accersitus, cum celeriter sibi proficiscendum esset, M. MINUTIO magistro equitum denunciat, ut sese loco teneret, ne uel absente se cum hoste manum conferret. Sed accidit post discessum eius, ut M. Minutius praecceptorum immemor, hostium manum adoriretur, frumentatum ab Annibale missam, palantemque per agros cum multa caede in castra conieceret. Exemplo huius rei fama Romam perlata, auctaque ru moribus, ueluti adepta uictoriae nomine obtinuit, ac ita multitudinis impleuit aures, ut repente sit magistro equitum, quod ante id tempus contigit nunquam, cum Fabio Dictatore aequatum imperium. Hanc iniuriam sibi indigno illata magno animo ferens Fabius, in castra reuertitur. Iam duo dictatores uno tempore erant, res ante eam diem inaudita, diuisisque inter se copiis, sicuti consulis mos fuit, pari imperio exercitibus praerant. At M. Minutius ex rebus tanta sibi arrogantiam sumerat, ut quod uix Annibal toties uictor auderet, ausus sit quadam die inconsulto collega certamen inire, ac in eum loci copias suas perducere, ubi Puniceis insidiis circumuente, ad arbitrium hostium caedebatur, nec ullam euadendi uiam habebant, nisi Fabius publicae salutis magis quam acceptae iniuriae memor, in tempore subuenisset. Nam receptibus copiis certamini superueniens, haud dubie terruit Poenum, & facultatem legionibus Romanis dedit, ut sese in locum tutum reciperent. Maximam hinc uirtutis & prudentiae famam cum apud suos, tum apud hostes est Fabius consequutus. Nam & Annibalem in castra redeuntem dixisse tradunt, eo praelio a se M. Minutium, se autem a Fabio esse superatum. Et ipse Minutius cognita prudentia uiri, iuxta Hesiodi sententiam, meliori parendum ratus, cum omnibus copiis in castra Fabij uenit, magistratueque deposito, honorificentissimis uerbis patrem Fabium saluta uit, longeque is fuit cunctis militibus laetissimus dies. Auctor uita Annibalis, & Plut. in Fabio.

CAEDE. ARATVS Sicyonius Achaeorum praetor, ueteri consilio incumbens, & iniquo animo ferens uicinam ipsi Argiuorum tyrannidem, egit per nuncios cum Aristomacho tyranno, ut conferret & adiungeret eam ciuitatem Achaeis, atque Lyfias Megalopolitani exemplo mallet tantae gentis cum laude & honore esse praetor, quam cum periculo & inuidia uicini tyranni ciuitatis. Assensus Aristomachus mandauit ut L. talenta sibi Aratus mitteret: quod abfolueret & dimitte ret milites suos. Tyrannide deposita, anno post Achaeorum praetor creatus est. At postea qua Antigonus potius est Aetio corintho, Aratus praetor ab Argiis creatus suauitatis, ut

de improviso collecto exercitu, Turcarum fines infestaret, Calibassa Amuratis e monasterio euocandi auctor fuit, ne Turcarum res desitueret capite periclitarentur. Qui Huniades ad Basiliam cruento praelio uicit. Rerum inde potius Mahumetes, captusque Constantino poli, Calibassa, tanquam Constantiano Imper. Turcarum consilia prodidisset, per miseror cruciatum uitam eripuit. Ingentes, quas cumulauerat, opes, exitio ei fuisse traduntur, & quod Amuratem ex priuata uita reuocasset ad regnum. Aeneas Sylluius capite 8. Europa.

Antigono tyrannorum & proditorum pecunia donata, Aristomachum Cenchraeis excruciatu submergerent. Qua de causa pessime audiuit Aratus. Plut. in Arato. Bello Mutinensi cum Hircius in acie, Panfaque paulo post uulnere perissent, rumor increbuit, ambos Coss. opera AVGVSTI Caesaris occisos: ut Antonio fugato, Rep. Coss. bataba, solus uictores exercitus occuparet. Panfa quidem adeo suspecta mors fuit, ut Gyco medicus custoditus sit, quasi uenenum uulnere indidisset. Adicit hic Aquilius Niger, aliterum de Coss. Hircium in pugnae tumultu ab ipso interentum. Suetonius.

THEODERICVS Ostrogothus, tota Italia fere occupata, Odoacrem regem Herulorum Rauenna obsidebat. Obfessio, me, obfides desperatione angebantur. Tandem cum Theodericus petiisset, ut a quo cum Odoacre imperio Rauenna & regnum Italicu obtineret, Odoacer assensus est. Ita ista in hanc conditionem foedere, Theodericus obfessionem laxauit, ac primum Classem oppidum inuit, deinde episcopo cum clero & Sanctuorum reliquijs obuiam prodeunte, Rauennam, a suis reuocatus, intrauit, ac secum Odoacrem in Palatio, quod Hilauium appellabatur, amicum ac familiariter habuit. Post aliquot inde dies, ut appareret, quam in iudicio omnis regni esset societas, eundem, partem Italiae ex parte pacto sibi attribui postulante, ad conuiuium inuiauic: atque insidias sibi ab eo paratas criminales, ibi ipsum cum filio, ac primoribus eius per dispositos sicarios interfecit. Sigonius lib. 15. Imp. occid.

CALVMNIIS, CRIMINATIONIB. L. Sylla, occupata urbe, pulsoque Mario, quod odium plebis lenire, eos uilem creauit ex aduersis partibus. L. CINNAM, de uotionibus & iureiurando adactum, pro se facturum. At in iudicio magistratu astitit moliri cepit res nouas, ac iudicium Sylla est machinatus, accusatoreque, apposuit unum ex tribus plebis Verginij. Quo ille una cum subfelliis relicto, contra Mithridatem est profectus. Plut. in Sylla. C. MARIVS, cum a spe consularis longe abesset, & iam septimum annum post praeruram iaceret, neque periturus unquam consulatum uideretur: Q. Metellum, cuius legatus erat, sum mum uirum, & ciuem, cum ab eo imperatore suo Romam missus esset, apud pop. Rom. criminatus est bellum illud ducere: si se consule fecissent, breui tempore aut uisum, aut mortuum Iugurtham se in potestate pop. Rom. reduciturum. Itaque factus est ille quidem consul: sed a fide iustitiae, discessit, qui optimus & grauissimus ciuem, cuius legatus, & a quo missus erat, in inuidia falso crimine adduxerit. Cicero lib. 3. Officiorum.

DEIECTIONE. C. Iulius Caesar lege Agraria promulgata, obnunciantem collegam M. BIVLV M armis foro expulsi. Ac postero die in Senatu conquestum, nec quoquam reperto, qui super tali conseruatione referre aut censere aliquid auderet, in eam coegit desperationem, ut quoad potestate abiret, domo abditus nihil aliud quam per edicta obnunciaret. Vnus ex eo tempore omnia in Republica & ad arbitrium administrauit: nonnulli urbanorum, quum quid per iocum testanda gratia signarent, non Caesare & Bibulo, sed Iulio & Caesare COS s. actum scriberent, bis eundem praepoentes, nomine atque cognomine: utque, uulgè mox ferrentur hi uerfus, Non Bibulo quicquam nuper, sed Caesare factum est: Nam Bibulo fieri consule nil meministi. Sueton.

ERGA SOCIOS, CONFOEDERATOS. AVXILIARI PERFIDI

IN GENERE. Conradus Germanorum rex, anno MCXLVII, & Ludouicus Francorum rex, cum exercitu CCC millium Constantinopolim uenerat. Ibi recreato corpore MANVELI S Imp. assensu liberalitate exercitu, mare traicere: acceptisque itineris ducibus Graecis nonnullis, in Lyconia se ad Iconium duci, quod a Saracenis tenebatur, praecipere. GRAECI uero sine iussu Imperatoris, siue odio nationis, siue inuidia laudis adducti, Ludouicum in Cappadociam longe diuerso itinere per

per deserta ac difficilia loca duxere, in quibus acerba omnia in commoda exercitui perpetenda fuerunt. Nam Asiaticum mirificum in praebendis commacibus malignitatem adhibuerunt, siquidem clausis oppidorum occurritur portis non solum angustè cibum de muris ingeri tantè accepta pecunia porrexerunt, sed panem etiam gypso factum dederunt. Itaque aliis in edia, aliis morborum grauitate absumtis, reliqui irrumperibus repente Saracenis obiecti, eorum sustinere impetum nequieuerunt, atque in fugam conuersi perierunt aut capti, aut interemti sunt. Sed & commeatu specie gypsum farina immiscuere Graeci, ita ut breui magna militum pars interierit. Qua calamitate accepta Conradus retrorsum conuertit, atque Ephelum progressus, inde Constantinopolim uersus uix cum decima copiarum parte conscendit. Proinde cum Manuclis nomen Francis odiofissimum esse se cepisset, qui Christianis tam exitiale ac pestiferum consilium dederat: Rogerius Siciliae rex bellum illi indixit, inditum fortiter gessit, uastata omni ora Graeciae: & tandem per suos duces in Byzantium impetum fecit, quod adeo ingenti classe exercitum traduxit, ut suburbia igne & flamma consumeret, in Imperatoriam domum regiosque hortos, sagittas argenteas aureasque mitteret, ac omnia finitima loca incendio deuastaret. Sic de manibus Barbarorum incolumem Ludouicum Francorum regem consanguineum eripuit, ut in Franciam rediret. Cuspin. & Sigonius lib. II. regni Ital.

In expeditione Hierosolymitana, Perri Eremita ductu incepta, dum in Lyconia statua ceteri habet, BALDWINVS Belgae (is qui postea Hierosolymitanus rex creatus est) & Tancredus Apulius (qui Ciliciam uirtute sua meruit) è castris cum suis ueteris: turris ad tentandas ultiores urbes profecti, recepta Lycia Pamphyliaque, diuersi abeunt. Apulus Ciliciam petit, & Tarsum deditionibus oppidanis, uictis prius Turcis, occupat. Superueniens Belga, cibo refectus, conspiciatur signa Apuli in hostium muris: atque inde controuersia orta, quod admitti se in partem recipiendi oppidi opulentissimi aequum censebat, nec communi militia praecipuum esse Apulorum causam. Et parum abfuit, quin utriusque miles à controuersia uerborum ad arma descenderet, laeto Turcis spectaculo. Cuius Tancredus aequiores erant, sed territi Belgarum minis, amotis Apuli signis, Balduini signa in turribus posuerunt. Apulus Belgae copis impar, fremens frendensque, ad alia oppida bellum circumtulit. Trecenta interrim cohors à Tarentino ad Apulum missa, sub eam forte noctem, qua diem receperat urbis infecuta est, Tarsum peruenit, rata Tancredum ibi se inuenturam. Vbi profectum accepit, Balduinum orabant, ut noce opprimere se mœnibus reciperet. Ingressu prohibuit: tantum cibaria in caenam perfunes in sportis demisit. Sub die pernoctarunt, ignari urbis partem à Turcis obtineri. Labore itineris fessis, cibisque grauis, sine metu temere corpora somno sternunt. Turcae silentio noctis conglobati, mœnibus egrediuntur. Offendunt corpora hominum passim iacentium, non ambigua fide hostes eos esse. Caedes nullo negotio uelut muti pecoris facta: ad unum omnes interemti. Continuo accessus ira miles, uo ciferansque fortissimos committitones à Balduino proditos hostibus, quingressu eos urbis arcuisset, malum illi minitabatur: nec furor militaris prius sedari potuit, quam fide facta, Balduinum à Tarsensibus iureiurando adactum, ante ducum aduentum nullam praeterea manum in urbem se intro ducturum. Iam Apulus uictis castellisque, quamplurimis partim uipartim uoluntate receptis, Manucliam, urbem ualidissimam ditissimamque, imperata facere abnuentem, expugnarat, militemque sui locupletarant, cum rursus Balduinus affuit, partem istius etiam praedae poscens, ut bello expeditioneque communi. Noua ira pristinae addita indignationi, uirum im pigrum ingentis, spiritus acuis incendit. Repentinum impetum in castra Belgarum non dū permunita facit, caedemque edit. Cum ad arma conelamatum esset, uiribus inferior, coactus est recipere se in urbem. Interea ira mitescente, cogitatio fraterni nominis commilitumque animos subiit reconciliauitque. Comprehenfis reddit, ac dextra interiorumque. Acemilius lib. 4.

IN SPECIE. Videlicet

Occidendo. SVLVVS rex Gabonitas, contra foedus, quod Iosua olim cum illis percusserat (Iosua 9.) ad internecionem perdere conatus fuerat, ut Iudaeis & Israelitis gratificaretur, indignè ferentibus solos illos ex Amorrhæorum reliquijs inter Israelitas superesse. Propter id facinus, mortuo Saulo, fames & sterilitas ex siccatate maxima uniuersos Israelitas trisimo integro afflixit. Consulto Iouæ oraculo, responsum tulit rex, expian dum esse Sauli facinus contra Gabonitas. David ergo petentibus Gabonitis septem de Sauli familia superstities marces dedit: quos illi ad Gabaam in monte crucifixerunt, duos nimirum Resphae concubinae ex Saulo filios, Armonium &

Mephibosethum: & quinque filios Adrielis Berzellae ex Michole Sauli filia. Quibus crucifixis, fames cessauit. 2. Reg. 21. Dio dotus, Tryphon cognomine, Apameus, Demetrio Nicatore re à Parthis capto, tyrannidem occiso Antiocho Sedete Alexandri Finuaderè cogitabat. Verum metuens potentiam Ionathae Iudaeorum ducis & pontificis, Antiocho confederata, Ionatham prius è medio tollere statuit. Persuadet igitur ei, ut dimisso exercitu XL millium, secum Ptolemaida ueniat: sese enim urbis administrationem ei committitur. Parer Ionathas, & mille suorum retentis, ipse à Tryphone capitur, milites occiduntur. Infestis inde armis Iudaeam petens, cum Simon frater Ionathae occurreret, pro liberando Ionathae Argenti talenta, & filios illius duos obsides mittit. At Tryphon scelus ingeminans, patrem cum duobus filiis occidit. Neque ita diu post Antiochum, anno IV postquam eius tutela susceperat, clam interfecit, rumore sparso cum ex nimio exercitu perisisset. Iosephus lib. 13. ex lib. I. Machab.

ALCIMVS sacerdos cum pessimis ex Israel ad Demetrii Asiæ regem defecerat: & coacto exercitu cum Bacchide regis praefecto uenerat contra Iudam. Tunc Assydeis, qui de Ilupre Israelis erant, amicum se ostendens, iurauit nihil se mali illis illaturum. Sic deceptos atque euocatos cum comprehendisset, LX ex ipsis die una neci dedit. Marulus lib. 3. c. 6.

MITHRIDATES, Ariobarzani praefecti Ioniae filius, pollicitus erat regi Artocerxi, se Datamen interfeciturum, si ei rex promitteret, ut quodcumque uellet, liceret impunè facere, fidemque de ea re, more Persarum, dextram dedisset. Hanc ut recepit à rege, copias parat, & absens amicitiam cum Datame facit. Defecerat autem à rege Datames, & Paphlagoniam occupata, omnibus praesidijs superior fuerat. Ergo Mithridates regis provinciam uexat, castella expugnat, magnas praedas agit: quarum partem suis disperit, partem ad Datamè mittit. Pari modo complura castella ei tradit. Haec diu faciendo, persuasit homini, se peruenit aduersus regem suscepisse bellum. Interea quoque, ne quam suspicionem illi praerberet insidiarum, neque colloquium eius petiuit, neque in conspectum uenire studuit. Sic absens amicitiam gerebat, ut non beneficiis mutuis, sed odio communi, quod erga regem susceperant, contineri uiderentur. Id cum satis se confirmasse arbitratus esset, certiorum fecit Datamen, tempus esse maiores exercitus parari, & bellum cum rege suscipi: de qua re, si ei uideretur, quod uellet in colloquio ueniret. Probata re, colloquendi tempus sumitur, locusque, quod conueniretur. Huc Mithridates cum uno, cui maximam habebat fidem, ante aliquot dies uenit, copiaribusque locis separatim gladios obruit, eaque loca diligenter notauit. Ipse autem colloquendi die utriusque, locum qui explorarent, atque ipsos scrutarentur, mittunt: deinde ipsi sunt congressi. Hic cum aliquandiu in colloquio fuissent, & diuersi discessissent, iamque procul Datames abisset: Mithridates, priusquam ad suos perueniret, ne quam suspicionem pararet, in eundem locum reuertitur, atque ibi ubi telum erat repositum co sedit, ac si passitudine cuperet quiescere, Datamenque reuocauit, simulas, se quiddam in colloquio esse oblitum: interim telum, quod latebat, protulit, nudatumque uagina, ueste texit, ac Datamè uenientem ait, digredi entem se animaduertisse locum quendam, qui erat in conspectu, ad castra ponenda esse idoneum. Quem cum digito monstraret, & ille conspiceret, auersum ferro transfixit: & prius quam quisquam posset succurrere, interfecit. Ita ille uir, qui multos consilio, neminem perfidia ceperat, simulata captus est amicitia. Probus, & Plut. in Datami, Polyenus lib. 7.

In excidio Hierosolymitano, SIMON Gerasenus latronum dux, Mathiam Boethi Pontificem, cuius opera in ciuitatem erant admissas, accusatum, quod cum Romanis sentiret, & ne purgationis quidem facultate concessa, cum tribus filiis interemisset. Prius autem se quam filios occidi obsecrantem, & hanc pro illa, quod ciuitatem ei aperuisset, gratiam postulante, ut auerget eius dolorem, nouissimum iussit interfici. Iosephus lib. 6. c. 13. belli Iudaici.

LYSANDER Lacedaemoniorum dux, cum sub amicitiae specie octingentos ad se Milesios uocasset, à militibus suis omnes interfici iussit: eodem facto, perfidiam immanem atque crudelitatem ostendens. Fulg. lib. 9. c. 6.

AGATHOCLES Syracusarum tyrannus, Carthaginem obfessione premens, in auxilium accessit Ophellam Cyrenorum principem (unum ex illis qui sub Alexandro Magno militauerant, Militiae Atheniensis filiam in uxorem habentem) & pro eo beneficio ei Africae imperium promittit. Agathocles enim Siciliam sufficere, si ipsi liceat securi ad omni Carthaginensium metu liberato, tota insula potiri. Praeterea uicinam esse Italia ad imperij amplificationem, si maiora appetat. Ophellas Athenensium societate contracta, egregium exercitum per infestissima serpentibus loca plusquam duorum mensium itinere cum summa miseria continuo, uix tandem ad Agathocle perduxit. Agathocles Ophellae obuiam profectus, & omnibus. M m m 3 ci 90.

ci comiter suppeditatis, ut corpora a laborib. debilitata current moner: & cum diebus aliquot expectasset, & singula q in castris fierent considerasset, postquam pleriq; militu pabulatum & frumentatum exierant, Ophellam apud suos tanq infidiatorem accusat: & multitudinem exercitum educit. Ophellas in praelio occiditur. Agathocles reliquam multitudinem arma ponere cum cogerisset, & sibi omnium animos magnificis pollicitationibus conciliasset, omnibus copiis potitur. At non multo post, quo mese & die Ophellam necarat, eodem ei duo filij perierunt, ab exercitu trucidati, & exercitus ad Carthaginenses defecit. Diodorus lib. 20.

Sub Nerone Imp. SCYTHOPOLITAE cum bello peteretur a Iudaeis exteris, coegerunt suos Iudaeos contra tribules arma sumere, quod tamē Iudaeorum uictum est legibus: horumq; ope hostes profligati sunt. Post uictoriam autē obliiti fidei sociis iniquitatis debita, omnes occiderunt, cum essent multa hominum eius gentis millia: nec mitius tractati sunt: dāi Damasci incolae. Iosephus in sua uita.

THEODEBERTVS Gallorū rex, dum inter Vitigim Gothorum regem, atq; Belisariū, Iustiniani in Italica expeditione duces, de Italia regno decertarentur, in Italiam cum centū pugnatorum millibus ab initio tanquam amicus uenisse se simulans, ut inter confederatos ortum bellum sua auctoritate sedaret, posteaquā copias Padum traiecit, apud urbē Papiam, in Gothorum castra impetu facto, ea deleuit. Cuius rei cum nullam adhuc haberet notitiam, Martinus illic propinquus, qui imperatoris copiis praefectus erat, Belisario per id tempus urbem Auximum obsidente, ultrō Gothos occurrens, ut repentinā eorum fugā causam cognosceret, in Gallo uictores incidit, a quib. praelio superatus est. Gallo post ad tantam rerum inopiam redacti sunt, ut carne atq; aqua tantum uitā ducere coacti, dysenteria magna ex parte perierint. Fulg. lib. 9. c. 6.

Vrbianibus receptis CAESAR Borgias, dux Valentinus, omnes eos, quos suae tyrannidi ex Italici principibus impedimento esse posse censebat, pro hostibus habens, Senogalliam profectus, ubi ciuib. sine mora se decedentibus oppido est potitus, Vrbianae gentis principes eos ipsos, cum quibus paulo antē foedus percusserat, quiq; secum unā uenerant, defectionis praeterea crimen contra datā fidem denuo obiciens, omnes in uincula coniecit: eaq; de re Alexandrum patrem mira celeritate certior fecit. Ille statim Baptistā Vrbianum Cardinalem, qui foederis auctor fuerat, magna apud suos auctoritate, nihil eiusmodi uerentem, ad se uocatum custodiae tradidit: qua in custodia paucis post diebus est mortuus, coniectis ab Caesare in uincula partim nocte proxima, reliquis in Senensium fines adductis, quō Caesare cum exercitu contenderat, a quo gula fracta. Idem uir finis Venantio & Octauiano adolecentulis, Camertii regis liberis, captis a Caesare, Pisauri datus. Bembus lib. 6. Venetae historiae.

Petrus natione Gallus, tertius Latinus Imp. Constantinopolis, cum Henrico in eo imperio successisset, atq; eo dem tempore THEODORVS Comnenus Graecus, ueluti Impet. eam Macedoniae partē obtineret, cui uulgō Albaniae nomen est, ambo in colloquium uenerunt, atq; colloquio foedus addiderunt. Comnenus cum in Gallicis castris cum Petro, ut palam inita pax declararetur, pransus esset, postridie ad epulas in castris suis Petrum exceptum cepit, atq; in carcere occidit. Fulg. lib. 9. c. 5.

ANTONIVS Spinula a Genuensib. Corsicae praefectus, cum data fide, in consilium, ac simul in conuiuium multos Scotorum principum uocasset, contra datam fidem caput omnibus ademit. Cuius perfidiam etsi Genuenses nequaquam probarunt, minimē tamen ulti sunt: quoniam ueneno a Corsis sublatus, nunquam in patriam reuersus est. Fulg. lib. 9. cap. 6. Exemplorum.

Insidiando.

De Codridatum familia fratres in Phocaea gemini fuerunt Phobus & Blepsus. Ex his Phobus relicti Leucadibus rupibus ipse mare princeps ingressus est: ut Lampfacenus Charon memoriae prodidit. Hic cum potens & in dignatione esset regia, in Parium negotiorum suorum priuatorum causa traiecit. Amicitia ei & ius hospitij cum Mandrone apud Bebrycas regnatē, quos uocāt PITYOSESSENO, intercessit: opeiq; eis aduersus accolos, qui eos infestabant, ruit, ac tota arma iunxit. Mandron cum alia mirifica comitate Phobum profectus abeuntē est, tum in partem agri & urbis, si adducere incolas Phocensis uellet, & constitueret domicilium Pityo esse, uocauit. Ille ciues eō impulit, fratremq; cum incolis misit. Non fecellit eorum expectationem Mandron. Sed dum opimas manibus praedatq; a uicinis barbaris ager, inuidiam primum mouent, deinde & in suspicionē uenit Bebrycibus. Qui cum hos cuperent perditos, Mandronem

non potuerunt probum uirum & aequum Graecis in sententiam suam adducere. Absente igitur illo tollere dolo Phocenses parabant. Mandronis filia uirgo Lampfaca infans odorata est. Ea primum coepit amicos & necessarios deterrere, atq; ob oculos ponere, quam foedum facinus & nefarium conciperent, qui bene meritos & socios, nunc etiā ciues, interirent. Ut nihil proficeret, Graecis clā detegit consilium, monetq; ut caueant. Hi sacra quaedam & epulum apparant, inuitantq; Pityoenses in suburbium. Ipsi bipartito hinc muros occupant, hinc ciues trucidant. Ita potius opido, Mandronem ad temp. unā capestendā accersunt, Lampfacam magnificē offerunt, ex imbecilla ualitudine defunctam, urbemq; ipsius nomine appellant Lampfacam. Venit metuens suspicionem Mandronem proditionis, habitare non sustinuit apud eos: sed liberos interemtorum & coniuges ut permittent sibi, postulat: quos ad eum nulla ulli illata iniuria promittē miserunt. Lampfaca memoriam primum coluerunt inter heroidas, deinde sacra ei uelud dē publico decreto, quae etiam nunc manent solennia, constituerunt. Plut. de Virtut. mulierum.

Imperium inuadendo.

Cum hanc causam LAEDEMONII distasset sibi esse belli, quod iam XXVI anno gerebatur, ut Atheniensium impotentem dominationem refringerent: postquam apud Aegos Thraciae flumen Lyfander dux classe hostium est positus, nihil aliud molitus est, quam ut omnes ciuitates in sua teneret potestate, cum id se Laedemoniorum causa faceret simularet. Namq; undiq; qui Atheniensium rebus studiosent eiecit, decem delegerat in unaquaq; ciuitate, quibus summum imperium potestatemq; omnium rerum committeret. Horum in numero nemo admittatur, nisi qui autēius hospitio contineretur, aut se illius fore propriū fide co firmaret. Ita decemuirali potestate in omnib. urbibus constituta, ipsius nutu omnia gerebantur. Probus in Lyfandro.

Vortigernus siue Vortigerius Britannorum rex, Scotorum Pictorumque armis pressus, sub Valentiniano 111. anno salutis humanae CCCCLIX. legatos ingenti cum auri pondere in Germaniam misit, ut inde mercenarium militem, ad patriam aduersus Scotos & Pictos turandam, adducerent in Britanniam. Fuere id temporis inter SAXONES (ita omnem Germaniae maritimam gentem, auctore Beda, tum appellabant) duo fratres germani, ueteri regum stemmate oriundi, HENGISTVS & ORSVS, militarem rem apprehēdē. Hi conditione accepta, lectis decem armatorum millibus, cum XXX triremibus rostratisque nauibus (Beda trium tantum longarum nauium meminit) in Britanniam transiit. Aduentantes gratiori animo accepit Vortigernus, quō regnum & caput suum propius rebatur esse periculo. Praelio primo contra Scotos & Pictos inito, cum animaduertet Hengistum Britannos multo segetius quam uiros deceret pro aris focisque pugnantē decertare, gentis subigendae cogitationem primam suscepit. Altero praelio, Britannici exercitus maiore parte amissa, Hengistus uictoria potitus, ne non esset uicinus hostis, quem Britannifor midarent, a Scotis persequeendis abstinuit: ratus id ad Britannicum regnum occupandum non nihil sibi profuturum. Regi inde auctor fuit, ne efferatae gentes reparatis copiis in Britannorum agros irrumperent, ut cohortes ex Britanniae regionibus scriptae, per uices iuxta Tiniam amnem exebantes, sequenti hyeme hostium impetus prohiberent. reuera autem, ut Britanni ab hostibus debilitati, a Saxonibus facilius subigeretur. Hac arte quindecim millia per eā hyemem ab hostibus caesa fuere. Pollicebatur interim sese nouas copias a Germania accitutum: quarum accessione aucta Saxonum Britannorumque uires, ad prima aestatis signa in Scotos Pictosque mouerent. Vortigernus Hengisto pro concione laudato & donato, totius belli administrationem permittit: facta potestate, quae ad bellum conficiendum foret necessaria, & in Germania & in Britannia, sumtu publico comparandi. Hengistus interim, ne Vortigernus, maiorum suauu, consilium forte mutaret, ei affidius adeste, ueluti de rei summa consultaturus. Intraea quinque Saxonum millia, cum uxoribus & liberis, octodecim Liburnicis delata a Germania, inuitant Hengisto in Britanniam uenere. Cum his Hengisti coniux & Roxiana filia, uirgo incredibili formositate, decem quoque uirilium gentis illustres: locus illis in agro Eboracensi datus. Tertio praelio uictori Hengisto supplicationibus decretis, permittit (piorum coebris, episcopis que plurimum aduersantibus) ethnico more, idolis litare. Iam cum Aurelius Ambrosius & Vetrus, Constantini regis filij, ex Armorica Gallia regnum decerunt repetiti, Vortigernus uehemēter perturbati, cum oraculo accepisset adhuc a dolescens, se Ambrosij armis uicturum. Hengistus regem consolatus, os nq; Armorici belli uim, si quod instaret, in se atque Saxoniam

uolentem gentem accepit, ea lege, ut Saxones duce Orfo fratre ab Eborac acciti, maritimis Britanniae locis, Galliam spectantibus, quōd eō hostes uenturos cunctis esset suspicio, urbibus ac munitionibus, impensis ac commate uiritutibus, confiderent. Hominem inde Germanum, simulatum Britannum, subornauit: qui se in Pithlandia paucis ante diebus fuisse diceret, bellūq; ibi & a Pictis & a Scotis summa ope parari in Britanos arduisq; delectos, uariis ac citos ex locis, ingentē ad id belli instruere apparatus: omnia ibi armis strepentiā, uicinis gentibus extremum pro uiribus malum prope diem intentare: adderet & illud, in Hengisti necem, centum florenti aetate iuuenes, quibus nec uulnera nec mors curae esset, cōiurasse. Vortigerni proinde iussu accitus Occo Hengisti F. cum decem millibus Saxonū, agrum interiacet. Ferunt eam regionem tum primum Saxonum nomen, Northumberland, id est, terram ultra Humbrum ad Aquilonem, Latina inflexione Northumbriam, quum antea fuisset uariis nominibus diuersis in partibus appellata, Occo auctore sortitam. Vxor inde Hengisti fatulandae causa Londisiam profectus rex, ab Hengisti coniuge aliberis regio more exceptus fuit. Tum Roxiana (Polydorus Ronicensis uocat) Hengisti filia pulcherrima, ad regem uino madentem, pateram ferens, ut mandauerat pater, accessit, inquit: Hoc tibi rex in dextera propino. Vortigernus accepto cyathos, uirginem amplexu suscepit, iussit sibi asidere. Multa inde cum Roxiana confabulatus, & ecco igne correptus, nec prius iusti conuuij, nec religionis reuerentia, Roxianam tradēte Hengisto sibi deuinxit matrimonio: Cantiumq; Britannicarum regionum praefantissimam, ei libere erogauit, oppidis, munitionibus ac uicis regibus illius in Saxonum cedentibus potestatem. Extemplo Saxonum cum coniugibus, liberis & fortunis undiq; illuc commigrantes, ueteribus pulsis incolis, aut additis feruuit, suas ibi constituit sedes. Ea regis infaniam cum Vodinus Londinensis episcopus reprehendisset, ab Hengisto cum suis diuis supplicis affectus est. Occo interim patris in istud Eboracum occupat, arces expugnat, nobiles sub praetextu consiliorum cum Pictis communicatorum interfecit. Hengistus Vortigerni Londini relicto ad suos in Cantium abiens, se Cantij regem appellat: mādatq; uicinis Britannis, ut relicti agris sibi suaq; genti, ipsi aliō ad habitandum conederent. In non obtemperantes illico inmaniter de se ueniens, senatum omnem ac nobilitatem tollere conatur. In eo motu nihil cuiquam Christiani nominis tutum: templa, loca sacra & profana in Cantio ac uicinis regionibus, ethnica feritate promiscue sunt foedata: sacerdotēs feruilibus adhibiti operibus, uicinis duris conuoluit, aut Saxonibus manumio cedere, aut inmania perpeti tormenta subire. Horum indignitate Britanniae proceres moti, Vortigernum regem, in uincula coniectum, carpento in Cambriam auerexit, ubi per aliquot annos in publica custodia est detentus: in eius locum Vortimer filio substituto. Vortimerus Scotorum & Pictorum auxiliis Hengistum eiecit. Eo per uenentū sublato, Vortigernus populi uoluntate ē custodia eductus, regnare iussus est. Hengistus interim a Saxonia redit cum magna militum manu, non hostili, sed amico animo se aduenisse simulans, ut Vortigerni generi senium fulciet, & nepoti regnum conseruaret. Colloquio dictus dies, ut principum singuli cum CCC ex uirga gente optimis adessent. Planities erat haud procul a Saris (nunc Sarisbury) in ea monticulus est satis editus (Ambrium tum uocatur Britannia) quō Vortigernus & Hengistus ad colloquium conuenere. Subornauerat Hengistus suos, priusquam illō uenissent, in Britannica nobilitate eadem imperio tradito, ut Saxonum quisque pugionem manica dextra eliam abditum gestaret: quo dum signum daretur, Britannū qui proximus sibi esset extemplo confoderet. Paruere subornati, & medio colloquio signo dato ab Hengisto, Britanni nobiles qui illic conuenerant, Saxonum fraude penē omnes sunt interempti. Per pauci cladem euasere, & horum praecipuus Heldolus, uir magna inter Britannos celebritate. Is arripo a Saxone quodam pugione, in hostes grassatus, postquam nonnullos occidisset: tribus uulneribus, sed nullo lethali, laucius, sese periculo eripuit. Vortigernus rex captus, & ad Saxonum castra perductus, cuncta oppida, munitiones & arces Britanniae in Hengisti tradidit potestatem, omni cum auro & argento, priuato publicoque. Vinculis inde solutus Britannica cum nobilitate, quae recentem cladem euaserat, agrestiumque maioris parte, coniugibus & liberis, ac fortuniarum, quantum Saxonum patibatur immanitas, exceptis armis, in Cambriam (nunc Gualiam) mox sub silentio concessit: ubi penē omnes, qui de Britannica gente regnant in Albione, sedes deinceps tenuerunt, ceteris Britanniae regionibus Saxonum genti ad inhabitationem tradentibus. Hengistus, maiorum Saxonum gentis Londini

confessu facto, laetis populū acclamationibus rex declaratus, sanxit omnium suffragiis Britanniae nomen deinceps in Albione abolendum, appellandumque id regnum olim Britonum, nunc Saxonum. Exinde ab Hengisto eius conditore Hengistis land, id est, Hengisti terram: gentem uero Hengistis man, id est Hengistis populum. Deuenerit ea uocabula ad nos, sed mutata paulum, ut pro Hengistis land England, Latine Angliam: pro Hengistis man, Engliaman, Latine Anglum dicerent. Vetiū & eodem decreto, ne quisquam Britannici sanguinis in Albione extra Gualiae fines, post eum qui uicissimus ex eo foret dies, inueniretur: neque quis proficeretur Christi dogma, Christiano uero ritu sacra perageret, capitali poena in dicto minis obtemperantes proposita. Hecstor Boethius libro 8. & Polydorus lib. 2. Cadoualladro denique rege armis, fame & peste presso, & in Britanniam Galliae cum suis abeunte, Angli tota insula potiti, eam inter se partiti sunt. Britannis uero, qui ex patriae excidio euasert, portio insulae data est, quae ad occidentem solem spectat. Hanc deinde Angli Vualliam, & Britanos eius incolae Vuallios dixerunt, quia Germani omnes externos, qui aliam habent linguam, sermone patrio uocāt Vualliam, id est, peregrinos homines, pro quibus insulae dominatum iam adepti habebant eos Britanos, qui suae superfuissent progenici. Polyd. lib. 3. & Aemilius.

Ioannes Cantacuzenus tutor filiorum Andronici iunioris, contra Caloioannem generum suum impemij cupiditate ex Asia accessit AMV RATHEM I. Turcorum regem, pacta Callipoli: eumq; per Hellepontum traduxit, ea conditione, ut consummato confectoque bello, nauigio rursus domum per Hellepontum remitteretur. Amurathes autem liberaliter Imperatori adfuit. Nam duo decim millia electorum Turcarum illico in Graeciam misit: quibus adiutus Imperator Marcum ipsum ac ceteros rebelles sudit fugauitq;. Porro finito bello, septem Turcarum millia in Asiam remisit: quod reliquum fuit, praedijlo sibi seruaui, atque Amurathi gratias egit pro huiusmodi beneficio: quod tamē origo ruinae Constantinopolitani Imperij, ac principium nostrorum uulnerum fuit. Etenim Amurathes quum ex militibus, qui in patriam redierunt, accepisset Graeciam pulcritimam esse prouinciam, & pessimē inter Graecos principes conuenire, illico traicere destinauit, ut Imperatoris inimicos persequeretur: is illi traicendi praetextus fuit. Angustias igitur Hellestotiacas anno Christianae Salutis MCCC LXIII. transiit, duabus Genuensibus nauibus in eam operam conductis: quarum altera Interiana, altera uero Squarciafca uocabatur: quae pro sexaginta Turcarum millibus traiecit, totidem nomen aureos accepere. Turcae autem quum in Graeciam peruenissent, totam regionem excursions bellicis infestant, Callipolimque ac uicina Hellepontu oppida expugnant, atque ibidem naues ad pedes equitales ex Asia in Graeciam traicendos construxerunt: quibus postmodum nauibus Turca exercitum continuē au gens, atque omnia locum uiciorum Imperatoris debellans, tandem Philippopolim & Adrianopolim ciuitatem magnificam cepit. Inde in Seruiam profectus, Lazarum Despotam praelio uictum occidit, circa annum Christi 1373. Iouius in Amurathē, & Cuspinianus.

Quum Saraceni latē dominarentur in Asia, atque inter se disiderent, Mauginech princeps Persidis & Mediae, contra Imbraelem item Saracenum, Babyloniae principem, auxilia TVRCORVM a Caucaji portis acceperunt. Illi duce Mucaleth uictoria potiti, opibus circa Persidem auctis, Saracenos ad eam desperationem deduxere, ut Mahometi ab his recepta, passi sint eos in Perside regnare: ut neficias, utra gens maiorem fecerit iacturam, qui tanto regno cesserint, an qui eam sibi pestem inculcari passi sint regnandi cupiditate. Vnius itaque uinculum ita utramque gentem copulauit, ut Saraceni pro Turcis, & contra Turci pro Saracenis indiffereta appellatione aliquandiu uocati sint. Nunc Turcorum nomen inualuit, altero penē abolito, Cuspinianus. Gul. Postellus Turcos ipsos sumi nomen odisse scribit, & ignominiae tantum causa usurpari, quōd nihil aliud quam a Deo derelictum significet.

HORVCIVS pirata ab Algerij regulo in belli societatem contra fratrem adscitus, regnum ipsemet occupauit. Vide Titulum Piratarum.

Regionem inuadere.

Octauius Britannorum tyrannus, Trahero legato Constantini ope Scotorum superato, regnoque confirmato, FINCORMACVM regē Scotorum suis cum militibus, Pictis, Scotisque multis donariis, pro cuiusque dignitate, ornatibus, maioribus longē promissis, Vestmariae cum reliquis Britanniae regionibus, quibus Carantius Britannorum rex iam pridem Crathlinthū Scotorum Regem donauerat, nunquam deinceps repetēda iuramento prestito, in Scotiam dimisit.

At regno stabilito, promissi datiq; immemor, dum Vestmariam armis repetit, turpiter uictus fugatusq; Scotorum animos a se peritus abalienauit. Nec multo post a Trahero & Gallia reuerso pulsus, ad Danos confugit. H. Boethius lib. 6.

GOTH I & Hunni Mœsiam sub Valente inuasérunt. Ceterum orto inter Barbaros dissidio, Gothi ab Hunnis eieci, ad Romanos confugere, promittentes Imperatori obedientiam. Valens eos sine ulla fœderis pactione recepit, & Thraciæ partes concessit: & sperans se opéra eorum usurum contra hostes, Romanorum militum neglexit augere numerum: quæ res Romanò imperio perniciosâ fuit. Socrates lib. 4. c. a pite 34. Nam Gothi (Pomponius Lætus Alanos uocat) occupata Thraciâ, Pannoniâ, Epirum & Thessaliâ, depopulati sunt. Valens, omiſsa persequutione ortho doxorum, Antiochia discedens, Constantinopolim uenit: & clamore ciuium, armâ aduersus hostes suburbia uastantes postulantium, inflammatûs, in hostes mouit, eosque Adrianopolim usq; persecutus, in uicò quodam uulneratus, obsessus & igne crematus fuit, anno imperij 14. Domini 381. iuxta Chronicon Hieronymi. Gothos subinde Constantinopolim tentantes, Dominica uxor Valentis, ciuium præsidio, & Saraceno rum à Mauia missorum auxilio, propulsauit. Socrates li. 5. cap. 1. Paulus Diaconus lib. 11.

Urbes occupando.

CAMPANI sub Agathocle stipendium in Sicilia facientes, Messanæ urbis splendorem & opulentiam mirati, ubi primum peragendi sceleris oblatâ est eis occasio, per amicitiam in urbem recepti, uiolata fide, in ciues impetum fecere. Messenis igitur partim caesis, partim fuga dilapsis, eorum uxores, liberos, ut cuiq; mediò conflictu fors obtulerat, Campani inter se partiuantur. Ita pulcherrimâ opulentissimâq; ut bis compotes facti, ob ferociam & contumax ingenium, à Marte, ut Plutarchus prodidit, Mamertini sunt appellati. Quod fœdum & turpe exemplum haud multo post ROMANA legio, quæ Rhegijs præsidio erat, imitata est. Liuius hîs quoque Campanos fuisse existimat, Polybius uerò Romanos. Ceterum quicumq; hominum illi fuisse, Decij lubelij, uel, ut alij scribunt, Decij & Campani ductu Rhegijs, ad quorum præsidium sub ipsius Pyrrhi in Italiam accessum missi fuerant, hostiliter aggressi, cum caede & strage multa extorres eiciunt, eieciis urbem occupât. Sed tam his quam illis suum scelus exitio fuit, ac prius aliquantò Mamertini ultionem sensere, qui bello à Pyrrho rege petiti, prælio uicti multis sunt cladibus affecti, eorumque præsidia haud uano loco deiecit. Romani in Rhegiolorum gratiam legionem illam circumuentam ad internecionem trucidauerunt. Sab. lib. 8. Enneadis 4.

An. fal. octingentesimo quadragesimo, in ducatu Benueentano, Sicardo principe à suis per tumultum occiso, Adelgisus quæstor eius ditione inuasit. Capuani uerò, cum Adelgisum propter impotentiam eius odio haberent, Siconolfum Sicardi filium, qui Tarenti exulabat, continuò acciuerunt, ac principè esse iusserunt, eoq; muris odiis proruperunt, ut Saracenos, qui prædoni adhuc tantum more litora Italiæ incurſarant, acciuerint. Adelgisus enim domesticis opibus se sustinere bellum posse distulit, per Pandonem, qui Barrio præerat, Saracenos Africa euocauit: Siconolfus uerò Hispaniæ. SARACENI Ragusio à Pandone acciti cum ceteris, circa Barium & oram Italiæ maritimam collocati, in tempeſta nocte Barium ex improviso adorti, oppidum occuparunt, atq; ipsum Pandonem interemerunt. Quos Adelgisus muneribus atq; officiis cultos ad sui auxilium inuitauit, atque eorum ope Capuam & Siconolfi regionem omnem uastauit. Siconolfus uerò Hispaniensium auxilio uictus, omnes præter Syponium in circuitu urbes ab Adelgisi amicitia reuocauit, & Salernum recepit. Saraceni inde per triginta ferme annos Barium tenuerunt, atq; inde egressi non solum omnem Apuliam & Calabriam, quæ Græco Imperatori, sed etiam Campaniam ipsam, quæ principi Benueentano parebat, inſectam habuerunt, ac multa eorum sibi oppida subiecerunt. Decennio post Ludouicus Imp. castris Benueento admotis, Adelgisum ac Massarem ducem Saraceno rum, ciuibus eos tradentibus, in potestatem adduxit, ac Saracenos in uigilijs Pêtecotes ad unum extra Urbis moenia cum ipsorum duce Massare iugulauit: & belli materiam tolleret, ducatum Benueentanum inter Adelgisum & Siconolfum diuisit. Adelgisus Benueenti, Siconolfus Salerni Princeps relictus. Hæc Salernitani Principatus fuisse primordia. Sigonius lib. 5. regni Ital.

Prodendo hostibus.

Therycion è Delphis rediens, quum uideret Isthmi angustias à Philippi copiis occupatas: Malos, inquit, & CORINTHI, portarum custodes uos habet Peloponnesus. Alluſit eò, quòd grauior anima duerti solet in ciues, quibus urbis portæ commissa sunt, si eas indiligenter custodierint.

Multo magis accensari mercebantur Corinthij, qui totius Peloponnesi portâ Philippo prædidissent. Plut. in Lacon. Zancleis, cum urbem quadam in Sicilia obſiderent, & interea urbem suam à Sâmiis occupatam cognouissent: urbis suæ suppetias tulere, aduocato HIPPOCRATE Gelæ tyranno, socio suo. Qui postea quam ad illos iuandos cum exercitu uenit, Scythæ Zancleorum monarcho, tanquam uicis desertori, & fratri eius Pythogeni, uincula indidit, eosque in oppidum Inicum relegauit, ac ceteros Zancleos Sâmiis (cum quibus publicè locutus fuerat) dato & accepto iure iurando, prodidit: pactâ mercede, ut diuidium omnis prædæ urbicæ atque captiuorum ipse haberet: item omnia quæ in agris essent, quanquam plerisque Zancleorum titulo captiuorum in uinculis habebat, quorum summos quosque trecentos Sâmiis occidendos tradidit: quod tamen illi face re noluerunt. Herod. lib. 6.

Hypatius nepos Cæsaris Anastasij, cum exercitu numeroſo pugnaturus contra Vitalianum Scytham, ab HYPNISI auxiliariibus captus, & Vitaliano mulâ insidens turpissimè uenditus fuit: priusquam apertè Marte se hostem ostenderet. Imp. nongentis pondò auri hostem pacauit. Cusp.

Adelphonius Castus, Bardulorum in Hispania rex, Carolum Magnum aduersus Saracenos in Hispaniam spe regni accerſebat. Carolus Bernardum Italicæ regem, ex Pipino nepotem, Bardulo adoptandum offerrebat. BERNARDVS Comes, secundæ ab rege inter Bardulos auctoritatis, sceptrum gentis in Franciam ferri molestè ferens, Massillum regem cum ingenti exercitu ex Africa recens uenientem accensum rat, percusso cum eo in Francos fœdere. Qua manu, extremo Caroli agmini in descensu saltus Pyrenæi tantam cladem intulit, priusquam recurrens Augulus ferre opem laborantibus posset, ut nullus locus clade Francorum nobilior, ac fama Roncaualis celebratio sit. Aemilius lib. 3.

Deſerendo.

CORCYRÆ cum Græcis contra Xerxem auxilia polliciti essent, LX naues instruxerit, & circa Pylon atq; Tanaronæ Laconum naues in statione statuere, obseruantes bellum quò caderet: si uinceret Perſa, operam suam ei probarent, quòd quamuis sollicitantibus Græcis contra illum pugna re superſederent: si Græci, propter Etesias se Maleam promontorium superare nequiuissent dicerent. Herod. lib. 7.

AGESILAVS Spartanus Tachum Aegyptium perſidè deſertit, & ad Nectanabim tranſiit. Vide Tit. Transgæ.

METIVS Suffretus Albanorum dictator, in Romanos socios perſidus. Vide Tit. Proditorum pœna.

IVLIVS II. Pp. Venetos, qui in illum tot officia contulerant, tantum pecuniæ, ut ad omnes eius nutus præſtò essent, animis libentissimis impenderant, non deſeruit modò conficiendo fœdere Cameracensè cum Maximiliano I. Imp. Gallorum & Hispaniæ regibus, sed planè etiam in prædam hostium, sanguinem & omnem succum reipublicæ sugere cupientium proiecit. Bembus lib. 12. Hist. Venetæ.

Anno Christi 1282. Armenij armis Saraceno rum uexati, cum à Christianis frustra opem petiuisent, ab imperatore Scythæ auxilia quaſi uerè impetrauerunt; triginta millia TARTARORVM equitum: iisque freti cum Saracenis Aegyptiorumque rege dimicauerit, magna spe debellari posse euerſitque Sultanorum imperium. In Syria ad urbem Gamalam, quam Heliſus Aegyptius Imperator obſidebat, signa collata sunt, acerrimèque præliabantur Armenij ſidentes equitibus Scytharum: nec dubia uidebatur uictoria. Scytharum dux nomine Mangodamerus, cum trepidaria Saracenos, ac in fugam inclinari, diſſipari que cerneret: quo pernix deſiit. Qua re conſpectâ, reliqui Scythæ & ipsi in pedes se exceperunt, inſtituro gentis, ut ducem eques militiq; intuens, eius exemplo rem gerat. Tunc collectis animis hostes, redintegratiſque uiribus in pugnam redeunt Armenioſque à sociali equitatu, cui uni ſidebant, deſertos fundunt, fugant, Gamalam expugnant, caedem faciunt. Reuerſis domum Scythis, eorum imperator securi ductores ordinum percussit: qui eorum ductu meruerant, eos omni dejnceps uita, ignominia causa, habitu cultuq; muliebri agitare iussit. Aemilius lib. 8.

RICHARDVS rex Anglorum, quum pecuniâ accepisset à filiis Saladini, duodecim, ut serunt, comariorum (ita tum pondus significabant) ut deſereret ceteros Christianos principes, conculcauit tentoria regis Franciæ, & ducis Austriæ, ut ſeditionem commoueret, quia abire properabat. Ceterum in mari naufragus pecuniâ amisit male partam, cum multis militibus: & ipſe uix euasit, ceteris diſperſis. Venit in Austriam, ut putabat, incognitus: at in ciuitate Vienna cognitus, & captus, quum deſereret ad ignem, & gallinam in ueru uerſaret, tra ditusq; Imperatori Henrico VI. pro sua liberatione perſoluit centum & quinquaginta millia librarum argenti. Cranz. lib. 7. Metrop. cap. 16.

ADOLFVS Nassauensis Comes, perſidus in Eduardum Anglorum regem, cuius mercedi stipendia. Vide Titulum, Perſidia in emione, locatione.

Deſiciendo.

BENADADVS rex Syriæ, fœdus habebat cum Baſa, rege Ifrael. Sed propter munera quæ miſit ei Aſa rex Iuda, rupit fœdus. 3. Regum 15.

ATHENIO, Cleopatraz reginæ Aegyptiorum dux, in auxiliu missus Herodi Iudæorum regi contra Arabas pugnant, ex consilio Cleopatraz, quæ Herodem perditum cupiebat, uti Iudæam ab M. Antonio obtineret, pugna euentum expeſtabat, quieturus, si Arabes uincerent. Vbi uerò uinci eos animaduertit, cum collecta manu indigenarum ſeſos iam, & uictoriam suam putantes, ex improviso adortus, magnâ fragorem edidit. Nam Iudæi uiribus in proſeſſos hostes abruſum, tum uerò etiam ob uictoriam diſſolutes, facile cedebant, multa que uulnera accipiebant in locis aſperis & inaequalibus, quorum peritiores erant aduerſarij. His igitur uehementer laborantibus, Arabes reſumtis animis reuerſi in prælium, maxima clade Iudæos aſſecerunt. Ioseph. lib. 15. cap. 6. Antiq.

Excludendo.

CAMPANI, mortuo Vgone Pepulo, Florentinarum copiarum in obſidione Neapoli. duce, Fabritij Maramaldi, Caroli V. Cæsaris copiarum ducis aduentum timentes, & de Gallorum uictoria nequaquam temerè deſperantes, diſſimulato consilio, eam Gallorum militum multitudinem adhortantur, ut delectis his, qui uiribus ualentes, aut qui iam ex longa ualeudine uires recepiſſent, facit equitum & pedum firmiore globo, exire prædæ tum uellent, quòd nihil iam Capuæ pecoris superſeſſet: ea excuſione aliquam pinguioris obſonij copiam relatuos, & quò successu à suis paſſeratq; hostibus bellum Neapoli gereretur, certius exploraturos. Probatur id consiliu ab omnibus, quòd callidum & non obſcurè perſidiam plenum Campani obtulerit, sicut magna manus armis & equis se instrueret, & sub uexillo statim portis egredere. Sed Campani egressis, & non multo post redeuntibus portas occludunt. Ob id deſperato ingreſſu, ea manus uti cuiq; libuit dilapsa est, & Maramaldus ab auerſa porta in urbem est introductus, accumulata ægis Gallis miseria, quando omni armorum & uictis instrumento expoliati captique essent, ipsiq; Vgoni iam mortuo & in aede sacra feretro imposito, inter manas sacrificulorum, ornata equeſtris cultus detraherentur. Erat enim ex eo procerum ordine, qui conchyliatum torquæ, Gallie regis munere, eximij honoris causa gestare conſueuerat. Louius lib. 26. Hist.

Retinendo.

TIBERIVS Cæſar, per blanditias atq; promiſſa euocatos ad ſereges (ut Europius quoq; annotauit, & Eusebius) nunquam remiſit, ut Archelaum Cappadocem, cuius regno in prouincia uicis, & Mazacem nobilissimam ciuitatem, Cæsarem appellari iussit: ut Marabodum Germanum Sueuorum regem, quem callidè circumuenit, quòd Aurelius Sextus ſentebat Thrasyopolim Thracæ, quòd Tranquillus nartat & Tacitus. Culpin.

ANTONINVS Caracalla, Romanorum Imp. cum ad se tanquam ad amicum Auguræ rex Ostroenorum uenisset, ei ſidem ſtregit, comprehensumq; in carcerem coniecit, & Ostroen regem iam deſtitutum cepit. Regem quoq; Armeniorum, qui cum ſiſis diſſentiebatur, ad se uocauit amice per literas, ut eos in concordiam reduceret: iisque eodem modo, quo Augaro, uſus est: Armenij tamen arma capere, & ad ipsum deſerere maluerunt. Dion Nicæus, & Xiphilinus in Antonino.

GEORGIVS Despotus, Myſiæ præfectus, ut perſidiam, qua antea negandis Io. Coruino contra Amurathem Turcarum Imp. cum exercitu profecturo auxiliis, ipſius Coruini consiliis hosti prodendis uſus fuerat, commularet: Coruinum ex tri duana pugna in campo Merula commiſſa fugietem cepit, parumq; humaniter habuit: tandem tamen incolumem dimiſit. Amurathes à Despote dimiſſum esse Coruinum quum accepisset, Frigibechum præfectum trium legionum in Raſiæ fines inſmittit ei, ut Despotis prouinciam populetur diſcipiatq; mandat. At ille inopinato conſternatus malo, ad Coruini regni Vngarici gubernatoris opem confugit. Auxilia gubernator hau diuitus promittit: & comparato mox exercitu in Myſiam, quam Raſiam dicunt, descendit. Reipublice gratia, factus immemor iniuriarum, non per legatos & præfectos auxilia miſit: sed ipſe ductu auſpicisq; suis expeditionem hanc accepit. Quum in conſpectum hostium pet uenisset, ita hostes repentino Coruini aduentu exanimati sunt, ut ſucitato tumultu cuncti terga uertentes. Hos inſequuntur Vngari, capto Frigibecho duce, multos in fuga ceciderunt. Coruinus uictoria potius, captiuis Despoti dono datus, ouans Budam rediit. Bonſinius lib. 7. Dec. 3.

ALEXANDER Polono rum rex, cum Sachinatem Tartarorum ducem profugum cepisset, cum quo tamè fœdus antea percuſſerat, & in gratiam Menghigeris Tauricorum Tartarorum ducis, uiolati damnatum fœderis, carceri mancipasset: grauiſſimis nihilominus Barbarorum populationibus uexatus est, anno 1506. Nam paulo post, legatis Menghigeris domu reuerſis, menſe Maio quinq; millia expeditorum Tartarorum è Taurica eruperunt, & Podoliam, Ruſſiam atq; Lituaniam longè lateq; crudeliter uastarunt: & præter aliam prædam ingentem, ad centum millia hominum in barbaricam ſeruitutem abegerunt: plurimos uicos atq; pagos exuſerunt, & in imbecillio rem ſenum ac puerorum multitudinem immaniter ferro ſequerunt. Tam felici ſucceſſu illecti, diſtracta præda, quam retulerant, paruò que interuallo quieti dato, mox audis uiribus menſe Auguſto denudò in Lituaniam irruerunt. Cromerus lib. 30.

Emungendo.

CHAIANVS Auarum dux, capto Syrmio, cum ad octoginta millia quæ sibi annua pedebantur, uiginti millia adici peteret, Imperator pacis ſtudioſus, illud se facturum recepit. Miſit etiam elephantem omnium quos habebat maximu, ei poſcenti, & qui nuquam eiusmodi animal uiderat. Sed enim Barbarus, qui fœderis diſſoluendi cauſas captabat, altera uiginti millia præter ceterum priora rogauit. Quòd cum princeps recuſallet, cum exercitu in regionem irrupit: occu patiq; nonnullis Illyrici urbibus, minabatur se euerſurum Macrontæchum, id est, longum illum murum. Quæ re motus Imperator, missis legatis, pacem cum eo firmavit. Sed animus Chaiani perſidus & inexplebilis, fraude cum Romanis agere cepit. Et cum ipſe bello abſtineret, Sclauenam gentem impulit, ut agros Romanorum popularentur, & usque Macrontæchon excurrerent. Imperator Commentio lum ducem elegit, quem cum magnis copiis aduersus Barbaros miſit: quorum magna multitudo interemta, reliqua pars de finibus Romanorum pulſa, præda & captiui recu perati. Cuspinianus.

Diripiendo, uastando.

Franci aſſiditâ Gothorum uires in Italia à Belisario audientes, cupiditate occupandæ Italiæ exarſerunt, ac fœderis cù Gothis & Romanis idè oblit, cum centum hominū millibus, THEODEBERTO rege duce, in Liguriam deſcenderunt, ac Pado tranſmiſſo, ad caſtra Gothorum uenerunt, qui eos tanquam socios auxilio ueniſſe rati, hilariter exceperunt uerum mox caſtris exuti. Rauennam se trepido agmine contulerunt. Franci binis caſtris, sed sine milite, potiti, res neceſſarias inuentas breui abſumerunt, & carne bouilla, & aqua Padi repleti (neq; enim aliud in iis locis eſculentum, aut potulentum erat) ſtatim dyſenteria morbo correpti sunt, ac tertia pars perierunt. Belisarius ubi Francos a deſſe, & Ioannem Martinumq; uictos fugam cepiſſe audiuit, literas ad Theodebertum ſcripſit, monens, ut fœdus ſeruare, neq; Imperatorem bello laceſſere uellet. Quibus lectis, Theodebertus pudore captus, multis ex ſuis amiſſis, domum repetiit. Sigonius lib. 15. Imp. occid.

SARACENORVM CCC millia ex Hispania ab Eudone Aquitanie duce, qui Carolo Martello Gallorum regi uiribus impar erat, euocati, duce Abderama rege, cum Eudo, quos Aquitanie uindices ſperarat, hostes experiretur, qui Burdegalam dirutis templis euastarent: clandestinum fœdus cum Franco icit. Ad Turonum urbem collatis ſignis, Eudo caſtra Saraceno rum diripuit. Qua clade Saraceni terriſti, fugam eſſuſam fecere, & ad CCC LXV. millia Barbarorum cecidere. Aemilius lib. 2.

Imperante apud Græcos Conſtantino, quum Romanus præfectus eius, Apulos, Calabros, nonnullosq; populos sub imperatoria conditione facile retinere non poſſet: homo facinoroſiſſimo quoq; ſcelere perditus, Saraceno rum REGEM cum maxima claſſe in rebelles ſibi Calabros Apuloſq; conſcitauit. Qui quæ ad extremam Italiæ oram appuliſſet, Calabros, Apulos, Salentinos & Lucanos non modò Græco Imperatori ſeruire coegit: ſed caedibus, incendijs & rapinis ſic aſſiſit, ut ad internecionem penè redegerit. Item à ſuperio inferoq; mari, & à freto Siculo ad uis uſq; moenia Romæ ita omnia occupauit, ut delera Conſtantinopolitanæ ditionis memoria, barbarico & prophano cuncta imperio uedicaret. Ioannes decimus pontifex Alberici Heruriae principis, magiſtrū equitū declarauit: qui habito repente delectu, & coactis undiq; auxiliariſque copijs, in primis prophaniu hoſtem è Latio repulit: fugientem inſequutus ad Limum ſtadium, quem nunc Garlianu appellat, conſerto prælio præſigauit, partaq; uictoria Romam ouans ingreſſus eſt. Saraceni accepta ingenti clade conſternati, in Garlianu montem confugere: unde munita arte, multis poſtea reponibus Italiâ longè lateq; uexarunt Bonſinius lib. 10. Dec. 1.

HYNGARI ab Arnulfo Imper. in auxilium contra Morauos euocati.

euocati, facta semel uia, in Germaniam crudelissime exundant. Cuspinianus. Papienses, quos Philippus Vicecomes ob tenellam adhuc aetatem retinere in officio non poterat, studio partium concitati, ad arma concurrerunt. Gibellini, Beccaria familia duce, FAZINVM Canem cum exercitu in urbem intro duxere, partem fortunam Guelphorum. Verum is cum armato milite ingressus, ne arri in diripiendis fortunis pepercit. Querentibus autem Gibellinis, sua quoque bona contra datam fidem diripi, respondit: ac egregie quidem, Gibellinos saluos fore: eorum uero bona, quod Guelpha essent, militibus se in praedam concessurum: deridens utriusque factionis stultitiam & cupiditatem. Platina in Ioanne 24.

Commeatum negando.

Valens Imp. Vestgothis Hunnorum armis e Pto pulsis, Thraciam & Moesiam inhabitandam concesserat, ducibus suis LVPCINO ac MAXIMO praecepit, ut curarent aduenis necessaria importari. At duces stupida quadam atque inhumana auaritia excecata, ceperunt (inquit Iordanes) non solum ouium bouumque carnes, uerum etiam canum & immundorum animalium morticina eis pro ingenti precio uendere, adeo ut quodlibet mancipium pro uno pane, aut carniuum libra redderetur. Nec longe post mancipiis, & supellestili deficientibus, filios & filias, immo & uxores (teste Bledodo) pro parua esca uendiderunt. Contigit interea Frigidigerus a Lupicino ad conuiuium dolose inuitari. Sed Frigidigerus doli nefcius, paucorum suorum militum numero comitatus accessit: dumque se satis securum putaret, atque interitum comitum suorum in alio triclinio morietium clamorem exaudiret, illic ad apertas insidias agnoscentes, euaginato gladio e conuiuium exiit, suosque ab imminenti morte ereptos ad necem Romanorum inligat: qui uotiuam occasionem adepti, elegerunt uiri fortissimi, bello magis quam fame deficere. Igitur Romani illi duces cum commilitonibus suis ad unum omnes necantur. Gothi mox ad praedam egressi, longe lateque populabantur omnia. Valens in Thracia contra illos profectus, amisso exercitu in tugurio crematus est. Io. Magnus lib. 15. cap. 2.

Calamitati non condolendo.

SYBARTAE Mileto a Persis direpta, nullum ediderunt lusu: cum tamen Milesij prius, Sybarti a Crotoniatis excisa, puberes capita raserint, & ingentis doloris signa ostenderint. Herodotus libro 6.

ERGA CONDISCIPULOS PERFIDI.

Fraterni amoris aemula debet esse condiscipulorum beneuolentia, tantoque maior, quod externi tantum conuictus nominine fratres ab iisdem patri parentibus mutuum contrahunt fouentque amorem: discipuli uero sub eodem praepatore tanquam communi parente educati, animi cultu proficuit: ut nulla honestior, nulla sanctior, nulla firmiter amicitia debeat esse. Et tamen hanc ipsam aemulatio ambitiosa in PLATONE & XENOPHONTE, Socraticis discipulis, ita offuscavit, ut quamuis uterque & multa & erudita conscripserit uolumina, in iis tamen alter alterius nullam penitus mentionem fecerit, ne commendatione sua (quam certe ueritas eis expressura fuerat, cum Xenophon Attica Musa uulgō diceretur, Platonis uero ore deos, si Graec loqui uellent, uisuros passim circumferretur) condiscipuli studia extollendo, priuatae gloriae imminuisse uideretur: usque adeo etiam philosophos, ueritatis alioqui studiosos, & humanarum rerum quod uideri uolunt contemptores, gloriae inanis pestilentia uehat.

VITELLIVS Imp. nobiles uiros & condiscipulos suos, uariis blanditiis ad imperij societate euocatos, dolo sustulit. DION. CARINVS Imp. in condiscipulos, qui eum in auditorio uerbi fatigatione taxauerant, scauit. Cusp.

ERGA AMICOS. AMICI PERFIDI

Occidendo.

TRYPHON Antiochi adolescentis Syriae regis praepositus, dominandi cupidine incensus, Ionathae Iudaeorum duci, socio quoque & amico regis, quem sibi impedimento fore sperabat, quam primum imponere deliberat. Ad ipsum ueniens Bethlanem dona offert, Ptolemaidem ei se traditurum promittit: utque eod secum peregrare maret, persuadente. Ingressus urbem, ipsum comprehendit, reliquos, qui cum illo uenerant, ad unum caedi fecit. Acceptis deinde centum talentis & duobus Ionathae filiis (quae, ut ipsum dimitteret, poposcerat) simul cum filiis interim iussit. Antiochum deinde dominum suum, dum concubulando cum illo incederet, transigit, ac regnum occupat. Marul. lib. 3. cap. 6. & Fulg. lib. 9. cap. 6. ex 1. Mach. 12.

DORAS amicus intimus Ionathae pontificis Iudaeorum, a Fe-

lice Syriae praefecto sub Nerone pecunia corruptus, clam per turbam sicariis immixtis, Ionatham interfici curauit, quem Felix propter liberam reprehensionem oderat. Iosephus lib. 20. cap. 6. Antiq.

Dionis socrum Aristomachen, & Arerem uxorem, post interfectum Dionem, ut ex uinculis liberatae fuerunt, Syracusanus ICETES, qui ex Dionis amicis fuerat, accepit. Hic eas sicut aliquandiu fideliter & honeste uerum a Dionis inimicis inductus, parato eis nauigio, quasi eas esset in Peloponnesum amandaturus, praecipit ut in cursu interficerentur, atque in pontum proicerentur. Alij uiuas adhuc aiunt submersas, unaque cum his infantem, quem Arere in carcere pepererat. Plutarchus in Dione.

CALIPPVS, quo pugione amicum simulans interemit Dionem, eodem post ipse est ab amicis sublat. Plutarchus de tarda Dei uindicta.

Mortuo Antigono rege Macedonum, PHILIPPVS eius filius Aratum Sicyonium amicum paternum coluit, & hospitio ab eo susceptus Messene, nurum ipsius corrupit. Id sub odore Nicagoras, simul etiam indignis ferens Messenis infidias struere, alienauit ab eo se totum. Philippus cum interfectum eum auerit, existimaretque in libero quidem sibi uiuere liceret illo, nedom tyranno uel regi, nihil ui tentauit: uerum uni ex duobus & familiaribus suis Taurioni occulto modo iussit hoc perpetrare, maxime ueneno, se abscite. Ille contra ea cum Arato familiaritate uenenum dedit ei non praecipis neque acre, sed ex illis, quae lentos calores primam in corpore & tussim excitant languidam, inde ita sensim ad tabem perducunt. Non fuit res obscura Arato tamet uerum cum nihil eam detegendo profecisset, leniter & tacite malum, ut si uulgari aliquo & usitato morbo teneretur, toleratit, nisi quod in cubiculo, uno praesente familiaris, qui excreasset eruerem, inspectante illo & obstupescente: Haec, inquit, Cephalon, regiae amicitiae sunt auctoramenta. Filio eius, nefarius natura & cum immanitate cotumeliosus Philippus, non feralibus, sed insaniam inducentibus medicamentis mentem mouit perueritque, ut absurda & nefanda tentaret, faciendique absona & cum turpitudine patiendi flagitiosa arderet desiderio: mors ut ei quamuis iuueni & florenti aetate non calamitatem, sed malorum finem & salutem attulerit. Plutarchus in Arato.

C. GRACCHUS cum uideret suam manum a consule & senatu locopelli, in lucum Furinae confugit. L. OPIMIUS consul se Gracchi caput auro repensurum, per praeconeum iussit pronuciari. Ita SEPTIMVS LEIVS ANAGNINUS, familiaris Graccho, cum placide in lucum uenisset, multa prius familiariter, ut solebat, collocutus cum Graccho, ipsum nihil suspicantem confodit, caputque abscidit: & quod esset grauius, pro cerebri, quod eruerat, plumbum infudit. L. Vives in lib. 3. Aug. de ciuitate Dei, cap. 24.

Ioannes Cazzianer, Croatus polemarchus, exercitum Ferdinandi regis Vngariae ad Ezechium turpiter deseruerat, & ob id Viennae a uinculis causam dicere cogebatur. Simulato morbo lateritium sub cubili pauimentum nocte sensim per commissuras cultello scalpens, uno atque altero facile ex emto laterculo, subiectam testudinem aperuit, atque inde ex lineis lodicibus effecto fure se dimisit, & feliciter effugit, quum paratos extra arcem ex conditis equos ad fugam caeteres arripisset. Nec multo post desperante rebus ad Turcas transiit, eum libenter excipiente Mahomete, Belgadi praefecto, pollicenteque ei praeter opima stipendia, totius Croatiae praefecturam, ad imaginem beneficiarum regni, si Solymano sincera fide ad subigendas Austriani imperij urbes operam praestaret. Tum uero constituta iam praescriptis legibus transiit, ut cum aliquo munere ad Mahometem rediret, cum NICOLA O Sdrinio eiusdem provinciae regulo, sibi, uti rebatur, amicissimo, fidentius agere cepit, ut unam secum transferret. Sdrinius simulato assensu amicum uerem uel nihil tale domi suae expectantem, post epulas obtutu cauit, ita ut detrunearum caput inuisi ducis ad regem mitteret, in praemiumque interfecti a se amici castello atque omnilius substantia potiretur. Ioanis lib. 36. Hist.

Prodendo.

Alexandra Alexandri uxor, uiridua, cum Aristobulo Pontifice Cleopatram Aegypti reginam fugere parabat, Herodis regis generi sui insidias metuens. Aesopus SABIONI Alexandri amico summo rem per ignorantiam detegit. Quocognito, Sabbion, qui haetenus inimicus Herodis erat, suspectus quasi socius insidiarum, quibus Antipater pater ueneno sublat. ut arripuit occasionem conciliandae sibi per hoc indicium regiae beneuolentiae: & ad eum insidias Alexandrae detulit. At ille passus eam tentare negotium, in ipsa fuga deprehensam retraxit. Veniam tamen erroris dedit, non ausus ei mali quicquam facere. Verebatur enim Cleopatram. Ioseph. lib. 15. cap. 3. Antiq.

DI-

DEFERENDO, ACCVSANDO.

Messenius NICAGORAS oderat Cleomenem Spartanu regem in specie tamē pro amico gerebat se. Praedii ei aliquando amicum uendiderat: cuius precium ille uel ob inopiā pecuniae, uel pro occupationis atque bellis impedire non dissoluerat. Hunc Alexandriae nauis oneraria egredientem Cleomenes exul apud Ptolemaum uidens (nam forte deambulabat in crepidine litoris) diligenter saluauit eum, & qua de rein Aegyptum uenisset, percunctatus est. Cum Nicagoras equos bellatores regi se insignes diceret adducere: Mallem, inquit, sambucitias & cinados. Nam haec rex nunc moratur in primis. Nicagoras in praesentia quidem arsit. Paucis uero post diebus mentione illata apud Cleomenem fundi, orauit eum, ut numeraret precium. Vbi Cleomenes ostendit nihil sibi ex donis regis superesse, obfuscus Nicagoras denudat Cleomenis dicerem Sosisbio, qui apud regem plurimum poterat, & iam dudum ob uirtutem suspectum habebat Cleomenem. Hanc ille ansam accepit lubes. Caeterum regem maiori de causa Quarens irritare, in duxit Nicagoras, ut epistolam aduerfus Cleomenem regi scriptam relinqueret, statuisse illum, si naues & milites ab ipso accepisset, Cyrenas occupare. Ac Nicagoras quidem huius scriptis literis uela fecit. Cum Sosisbios triduo post obtulisset Ptolemao quam modō sibi reddam epistolam, atque adolefcentem ostendit nihil sibi ex donis regis superesse, obfuscus Cleomenes. Caeterum carcerem egrē ferens, eruptione facta cum amnis tredecim, Alexandrinis ad liberatam uocabat. Nemine autem sese illi adiungente, mutuis tandem uulneribus sese confecerunt, ne in regis manus inciderent. Plutarchus in Cleomene.

PERPENNIA, in Hispania Sertorio interempto, cum a seditione exercitu fugisset, a Pompeianis deprehensa, cum inter arbusta lateret, timens ne tunc occideretur, ut aliquantisper uitam produceret, exclamauit, ut se ad Pompeium deducerent: detestur enim se omnia, quae ipsius hostes Romae moliretur. Sed prius interemptus fuit, quam cum Pompeius uideret. Fulg. lib. 9. cap. 13.

HEREDITATE DEFRAVANDO.

T. BARVLVS Lentulo Spinteri, cuius amantissimum animū liberalissimamque senferat amicitiam, decedens suos anulos perinde atque unico haeredi tradidit, quem tamē nulla ex parte haereditate relinqueret. Val. Max. lib. 6. cap. 9.

M. POLLIVS senatorij ordinis, Oppium Gallum ab incunte aetate familiarissimum sibi, moriens, pro uetusto iure amicitiae, & uultu benigno respexit, & uerbis magnum praese amorem ferentibus profecutus est: unum etiam de multis, qui affidebant, ultimo complexu & osculo dignum iudicauit: anulos quoque suos ei tradidit, uidelicet ne quid ex ea hereditate, quam non erat aditurus, amitteret. Quos Oppius, uir diligens, sed morientis amici plenum contumeliae ludibrium, in locellum repositos, & a praesentibus assignatos, diligentissime haereditibus illius exhaeres ipse reddidit. Quid hoc loco inhonestius aut quid intemptius? Senatorij populi Romani, curia egressus, homo uita fructibus continuō cariturus, sanctissima iura familiaritatis, morte pressis oculis, & spiritu supremos anheliis reddente, scurri lusu fugillam sibi desumpsit. Val. Max. lib. 6. cap. 9.

Q. CALIVS, suae Caecilii, L. Luculli promississimo studio maxima liberalitate, & honestum dignitatis gradum, & amplissimum patrimonium consecutus, cum praese semper tulisset, unum illum esse sibi haeredem, moriens etiam anulos ei suos tradidit: Pomponium Atticum testamento adopravit, omniumque bonorum reliquit haeredem. Sed fallacis & insidiosus ca dauer pop. Rom. ceruicibus reite circumdatū per uiam traxit. Itaque nefarius homo filium quidem & haeredem habuit, quem uoluit: funus autem & exequias, quales meruit. Val. Max. lib. 6. cap. 9.

DESERENDO.

L. LUCULLUS in Cn. POMPEIVM insurgens, decreta sua, quae abolerat ille, obtinuit, & plus in senatu potuit, adiuuante Carone. Ita explosus & iactatus Pompeius necesse habuit ad tribunos plebis confugere, atque applicare se ad adolescentulos, quorum pestilentissimus & audacissimus cum Clodius recepit, & obnoxium reddidit populo: quem indignis modis uoluntatum in foro tenens & circumdatus, adhibuitrogationum, quas ad demerendam & illicientiam plebserebat, auctorem: ac mercedem in super poposcit, ut amicum & eum, qui multas pro ipsius dignitate susceperat actiones, proderet Cicronem: quem in periculum uocatum, & opem petentem ab ipso, ne in conspectum quidem admittit: uel uilla excludit uerientes, & alio ostio extrulit. Ita Cicero iudicij metu urbe cessit. Plut. in Pompeio.

Ouidius AMICI cuiusdam perfidiam cum alibi, tum 4. de Pont. 3. exagitat:

Dum mea puppis eras ualida fundata carina,
Qui mecum uelles currere primus eras.

Nunc quia contraxit uultum Fortuna, recedis,
Auxilio postquam scis opus esse tuo.

Odetum Lotrechium Gallum, ad Neapolim pestilentia mortuum, nullus AMICORVM redemit. Vide Tit. Sepulcra auaritia causa uiolata.

UXOREM ERIPiendo.

ARISTON Sparta regnum obtinens, Ageti Alcidis F. amici sui intimi, uxoris formosissimae amore captus, cum Ageto sic egit, se illi daturum unam de suis rebus, quamcumque ille optaret: & uicissim iussit illum simile munus sibi dare. Agetus nihil de re uxoria suspicatus, cum uideret Aristoni quoque uxorem esse, accepit conditionem: & in eam rem iussurandum interposuit. Cui mox Ariston de suis rebus preciosis donauit, quam ille elegit. Ipse uicissim postulat uxorem Ageti. Qui licet inuitus, iurciurando tamen adactus, eam Aristoni concessit: quae illi, repudiata altera, septimo mense genuit Demaratum. Herod. lib. 6.

CONTENNENDO.

AGESILAVS Lyfandri opera Leotyehidi in regno prelati, eiusdemque commendatione a ciuitatibus Aiacis contra Persas uocatus, duxit secum inter triginta consiliarios Lyfandrum. Postquam uero in Asiam uentū est: Iones occasione pristinae consuetudinis, amici obseruatiā, iniqui timore, domum eius, neglecto Agesilao, celebrabant, affectabanturque, cum Agesilao hoc uidens, inuidiaque & ambitione flagrans, Lyfandrum nulli rei magnae gerendae adhibuit: uerum sordidissimo diuidendarum carniuum muneri praefecit. Demum, quod eo liberaretur, legatum in Hellepontum misit. Plut. in Lyfandro.

ERGA HOSPITES PERFIDI.

Inhospitalitatem triplicem statuimus in praecedentibus, Auaritiam, Inhumanitatem, & Inuisionem. De Inuisione & Perfidia hoc in loco agimus. Priores ex Tit. Auaritia & Inhumanitas perenda erunt. Haec refer Tit. Perna perfidia erga hospites, &c.

IN GENERE.

PHILIPPVS Antigoni F. rex Macedoniae, Arati Sicyonij uiri clarissimi hospitio usus, eius nurum polliuit: quinetiam Aratum ipsum ueneno sustulit, & Aratum ueneno medicamentis ad insaniam redegit. Plut. in Arato.

IN SPECIE. PVTA

Cede.

Godolias praefectus Iudaeae a Nabuco donosoro rege, ut reliquii Iudaeorum praefectus, ISMAELEM Nathanae F. (qui de regia stirpe erat) hospitio suscepit & amice tractauit. Ismael autem aegre ferens, Godoliam eo honore a rege affectum, uino grauem coniuuratorum ope interfecit, & so uiros, munera Godoliae uiro iustissimo ferentes, necatos in profundum abiecit puteum: domum inde complauit Godoliae, & filias Sedeciae regis, quas Godoliae custo diendas rex reliquerat, abduxit: & mox ad Ammonitarum regem confugit, praeda ingenti abacta. Iosephus lib. 10. Antiq. cap. 11. ex 4. Regum ultimo.

Herodorus libro 2. MENELAVM docet accepta a Proteo Helena, a quo etiam magnis donis fuisse honoratus, iniquissimum hominem & terrimum fuisse. Nam cum retine retur tempestatibus, nec nauigare posset, machinatum nefarium facinus, puerosque incolarum, quos ceperat, duos in frustra dissectos immolasse: inuisum ex eo cum insecrarentur, actutum aufugisse nauib. in Libya. Quod haud scio an quis reuulerit Aegyptiorum: imo contra, multi Helena, multi Menelai extant apud eos honores. Plut. de Herod. mal.

PTOLEMAVS Abobi filius, praefectus Hiericentis, Simonem Machabaeum, filioque eius Marathiam & Iudam hospitio suscepit, honore affectus, multoque luxu apparatus conuuium dedit. Caeterum cum passi potique essent, crapula grauatos ac semisomnes cum armatis subfessoribus repente in uastis, oppressit, occidit, mensas cruore illorum sedas, quos tam benigne inuitauerat. Machab. 16.

Apud TAVROS Scythicum genus hominum, tenuit uetus mos, hospites ad se quoquo modo uenientes, ad Dianae aram immolare. Testatur durum morem religionis, Orestis ad ea loca accessus, qui cum Iphigenia sorore inde deae simulacrum asportauit: si uera sunt, quae de eo historiarum conditores quidam prodiderunt. Sabellicus libro 6. cap. 1. & Alexander lib. 4. cap. 10.

LYCAON Arcadiae rex, eo quod hospites trucidaret, & Ioui mortalis peregrini specie membra humana epulanda daret, ab eodem in lupum mutatus est, & a suis canibus in uenatione disceptus. Volat. lib. 16. Anthropol.

BYSIRIS, ex Neptuno & Anippa Nili filia natus, uiatores in si diosa hospitalitate immolabat: a quo interfectorum uolupiacula

titudinem, qua in patrem peccarat, ultus est. Fulgofus libro quinto, capite tertio.

LOTHARIUS, PIPINVS & LVDOVICVS, Ludouici Pij Francorum regis filij, nequaquam probitati ac iustitiae parentis responderunt. Nam impulsu quorundam perditorum, patrem infamulantium, quasi nimio plus indulgeret Bernardus, qui cum Iuditha Augusta rem haberet, impia arma arripere in patre an. 834. Cum instructe utrinque acies stare, Gregorius 111. Pp. aduenit. Eo cōspecto, arma ab utraq; parte cur rigio religionis reuerentia posita. Patri filij clemens in speciem responsum reddiderunt, se contempta multitudi- ne in auctoritate illius futuros, si ipse ad se venire, & coram de rebus communibus differere, praesente Pontifice, in animum induxisset. His uerbis deceptus Ludouicus, cum uxore à filijs comprehensus, ipse in Francia, Iuditha in oppido Derthonis Italico diligenter custodit tradita est. Pipinus inde in Aquitaniam, Ludouicus in Baiariam contententes, Lothario, qui interim ex Italia aduenit, summam totius peragenda tragoediae commiserunt. Lotharius secum patrem habens, Compendium uenit: & ex auctoritate episcoporum piaculum patri imposuit, & indicta causa ante alta arma deponere, & imperio se abdicare coegit: & pulla ueste indurum Aquas hibernatum deduxit. Per hyemem regnorum proceres, qui coniurationis erant expertes, miseris Ludouici permoti, restituendi eius causa arma sumpserunt. Lotharius patre in monasterio S. Dionysij relicto in Burgundiam abiit. Ludouicus igitur per episcopos ecclesie reconciliatus, & manibus coram armis, quae exuerat, cinctus, iterum se pro rege & Imperatore gerere cepit. Cum Carisiacum adisset, Pipinum filium & alios ad se profectos recepit in gratiam: Lotharium, cum legatus missis, quae petebat, impetrare à patre non potuisset, retrò castra mouente, ad Conuentum Ligeris confectus, supplicem ad se venire coegit, ac paterna auctoritate acriter primum de rebus aduersus se actis increpuit, deinde misericordiam imploranti ignouit: postremo in uerba sua cum proceribus suis iurare coactum, propter in Italiam decedere imperauit: ac salus Alpium, ne posthac eas se inuito transiret, firmis impostis praesidijs obseruari praecipit. Sigonius lib. 4. regni Italici.

BERNARDVS, ex Pipino Ludouici Pij nepos, Longobardorum rex, Alpium angustias (quas uulgus Clausas appellat) praesidium muniuit, & ingressum in Italiam prohibens aperte ab auxilio defecit. Imperator missis exercitu, cōiuratores ad eum terruit, ut Bernardus se sponte cum consultiuibus dederet, Anselmus Mediolanensis, Alphonus Cremonensis, & Theodulphus Aurelianensis episcopi: qui omnes custodijs sunt traditi. Cum Bernardum luminibus puniret, licet capitali omnem forent sententia condemnati à proceribus, tamen Bernardus huius poenae leuioris impatiens, quasi omni assereret scelere, capite caesus est, plerique eius conductes patri affecti poena: Antistites dignitate amoti, cœnobijs inclusi, uita sunt donati, reliqui relegati. Cuspinianus.

Philippus rex Francorum, Gulielmo Conqueratore Anglorum regi, cuius rerum magnitudo iam ei formidolosa esse coepit, negotium exhibere cupiens, quo eius uictorias infirma ret, ROBERTVM eius filium in patrem armauit. Promiserat huic pater diu ante se Normanniam administrandam daturum. At iuuenis cupidus imperij uia à patre conseqi studebat, quod exspectare longum censeret. Pater cum exercitu in Normanniam traiecit, paratisq; copijs dum pugnatur acriter, Robertus praemittit in hostem, pedestri iam turbatum pugna, equites, qui peruptis ordinibus, in nouissimam aciem penetrant, quos ipse infectus incidit in patre, quem transosso brachio, de equo in terram deubar: sed ubi ex uoce patrem cognouit, omisso equo, eum tollit, se ad eius pedes abijcit, petitq; ueniam commissi. Rex motus patri charitate, in amplexum filij accurrit, quem deinde morem sibi gerentem in oculis semper tulit. Aemilius lib. 5. & Polydorus lib. 11.

LVDOVICVS Bauarus, cum ducē Ludouicum patrem suū obfideret, ei mortem, quae aetatis cursu haud longè aberat, arcta obfisione premendo magis accelerauit. Fulgofus & Egnatius lib. 9. cap. 11.

Haraldus rege Danorū Christiano iam in seniu uergente, filius ZVENOTTO, sentiens procerum magnam partem ob susceptam religionem indignari, quod furta & latrocinia per mare, per terras (quibus infuenerant) ea lege interdicerentur: patri bellum indixit, regno illum deturbaturus. Pater ita processit ad bellum, ut militibus suis fenestra de feruando filio suo praecipua daret: sed uictus Haraldus elabuit Iulium ciuitatē Vandaliae. Ibi reparatis armis denuo duxit in filium, exitu pari. Quum tertio congressuri uideretur, direntum est praelium interuentu procerum. Cui rei fidens Haraldus, quum egressus in terram, à suis paulisper digrederetur, clam iaculo percussus, & Iulium reductus, obiit, Roschildiae tumulatus. Filij illi semper deinde sunt sequuti

casus, ut facile illū poeniteret abiectione religionis. Cranzius lib. 3. Metrop. & Saxo lib. 10.

ROLVO, Vrtilis matris Danae suafu, quae Succos cane penitus oderat, Athili patris Gothorum & Suecorum regis thesauros compilauit, & matre abducta in Daniam fugiens, arma contra patrem scelestam mouens, in acie peremptus est. Ioan. Magnus lib. 2. hist. Sueconum.

IA TVS Scotiae regis filius, patrem, qui eodem erat nomine, regnandi cupiditate oppugnare coepit: cumq; à patre cum multis alijs defecisset, magno edito praelio, pater in eo interfectus est. Fulgofus lib. 9. cap. 11.

PREMISLA VS à proceribus Boemias inductus, Venceslai III. regis exactioes non ferentibus, arma contra patrem induit. Caeterum magno praelio uictus, ultrò ad patrem habitu lugubri uenit, seq; ante illum in terram prostravit, miserico- diam paternam inuocans. Sed nec sic quidem rigorem patris flectere potuit, quin cultodiendus in arcem abduceretur. Dubrauius lib. 16.

CAROLVS Princeps de Viana, Ioannis 18. Aragonū regis ex Blancha Nauarrae regina F. aegre ferens Ioannam nouercam à patre regi Nauarrae gubernaculo admoat esse, contra patrem cōspirauit. Bis uictus, & in gratiam receptus. Tertium res nouas moliens, à patre in uincula coniectus, de capite periclitabatur, cum Barcinonenses & Gothalani à rege deficiunt. Ad quorum insaniam mitigandam Carolum liberant. Sed is paulo post mortem obiit: & uel post fata illius horreda rebellio, multo subditior sanguine uix tandè ex- piata, per totā grassata est Hispania. Marinius li. 14. ter. Hisp.

REGNUM OCCUPANDO.

Ex Tit. Regnandi libido ambitiosa, huc ea, qua inter parentes & filios agitur.

ABSALOMVS Dauidem patre regno expulsi, & suafu Achitophelis, ut se perpetuas cum patre inimicitias suscepisse offenderet, eaq; ratione animos Israhelitarum, qui Dauidem odio persequebantur, cōfirmaret, cum decem concubinis, quas pater fugiens, ad domus custodia Hierofolymis reliquerat, tenso tabernaculo super tecto, in oculis omnium Israhelitarum, rem habuit. 2. Regum 16.

FILIAE impiae Leyrum patrem Britannorum regem, nō contentū haereditate accepta, regno pellunt. Vide Titulum, Regnandi libido ambitiosa.

THRASIMONDVS Pharaoldo patri suo, Spoletanorū duci, caput in modum presbyteri rasit, ut principatum arripere. Paulus Diaconus.

Caloioannes Graecorum Rex, auxiliares copias aduersus rescentē Amuratis potentiam sibi paraturus, Venetias iuit: & in de Galliae regē Carolum Sapientē accessit. Verum re infecta, cum Venetias redisset, non potuit ufuras sortis istius pecuniae, quā à Venetis mercatoribus mutuò acceperat, soluere. Misi igitur ad Andronicū F. natu maiorē, rogans ut pecuniam cōpararet, eamq; ad se mitteret, ut se à creditoribus liberare possit: nec se negligeret, iā longo tēpore in carcere agere. ANDRONICVS his cognitis nimis regno gaudēs, difficultatē cōficiendae pecuniae questus, omnē opem patri denegat. Emanuel filius regis iunior, collecta & exadā quam maxima pecuniae ui, uenit Venetias. Pecuniam omne, quam exegerat Therae, cui urbi praefectus erat, obtulit, & seipsum quo quo patri tradidit, ut se pro arbitrio ueretur. Chalcocond. lib. 1. Aliter Sabellius. Tenebat, inquit, Graeciae imperiū Caloioannes, homo Veneti nominis amicissimus: inter ceteros quos tulit liberos, ANDRONICVM habuit, qui cū temerē in patre cōspirasset, scelere cōiunctus, illius iussu uisu debilitatus est, ac Perā ablegatus. Genuen- ses, qui iā antea indignē tulerāt, Venetos sibi à Caloioanne in amicitia prelatos, puerū primò curandū medicis tradide- re: cūq; magna ex parte luce recuperata, ad imperiū patris impie occupandū impulerent. Audax & facinorosus iuuenis, haud abnuu scelus: ac Perensū, qui omnes ferē Genuenfes erāt, opibus fretus, repente in senē & reliquos necessarios impetu facto imperiū occupat, parentes ipsos cū tota familia in uincula cōijcit. Promiserat ab initio Andronicus Te- nedum insulam Genuenfibus. Quibus fidē prestaturus, scribit ad eos qui arcē praesidio tenebant, ut eam cum tota insula Ligurius traderent. Praesidij praefectus respondet, insulam Caloioannis esse, non filij: nulli hominum se eam tradituros unquam, nisi is, cuius esset, imperasset. Veneti interim euocati insulam occuparunt. Et hac quarti belli Ligustici occasio fuit. Sab. lib. 3. Dec. 2.

ANDRONICVS iunior, Michaelis Palaeologi F. & consors imperij factus, auum suum Andronicum seniorē, imperio deturbauit, Genuenfium auxilio, quibus in mercede Tenedon insulam pollicebatur. Sed Veneti Andronicum imppe- ratorem in patriā reducere, & ab eo Tenedon receperunt. Ob id indignati Genuenfes, eū uisionem cuperent, uenit tamē Pontificis anathema, qui utriq; populo auxilia minime ad

cos pernentia ferre sub grauissima cēfura prohibuit, uin- dictam in comitō dius tempus distulere. Cuspinianus.

STEPHANVS & CONSTANTINVS Imp. filij Romani Imp. aegre ferentes se iusta patris scueritate à iuuenili leuitate cohereri: dispositis in palatio insidijs, adhortante altero Constantiano, Leonis Imp. filio, patrem de palatij folio de- posuerunt: & tonso ei (ut moris est) capite, ad uicinā insu- lam, in qua cœnobitae philofophabatur, transfugerunt. Sig- betus in Chron. & Fulgofus lib. 9. cap. 11.

CONSTANTINVS VI. cum Irene matre imperauit annos decem. Sed eam libidine regnandi (licet omnia uirili prudentia administraret) reiecit. Volat. lib. 23. Antrop.

Henricus III. anno sal. 1090. subacta Italia, in Germaniā re- uerens, reliquit filio suo Conradō Italiae administrationē. Verum post patris discessū, Mathildis comitissa CONRA- DO, ut cōtra parentem pro defensione sacrosanctae eccle- siae Romanae arma caperet, persuasit ei; post regū diade- ma ab Urbano acceptū, Rogerij, Normannorū regis, Henri- co patri infensissimi, filij matrimonio iunxit. Ita q; à patris fide defecit filius, & plurimi Germanij principes & episco- pi, missis clam legatis, animū ipsi addidere. Pater, postquā nihil non, quo afflicti Imperij reb. opē ferri posse putabat, frustra tentasset: indictō Moguntiae cōuentu, anno 1099. de procerū cōsilio, Conradū paternis prius bonis exheredatū, Imperij hostē renunciauit, eiq; Henricū alterū filiū, eius no- minis Quintū, surrogauit. Cognita iusta patris ira, & poena inrogata, Conradus bellico neruo regū nomē retuari uoluit: sed inopia morte abreptus est, anno 1101, iuxta Sigebertū.

Henricus III. Imp. filium HENRICVM V. Caesarē designa- rat, insignia non dū tradiderat. Erat longum mortem patris expectare à Pontifice Maximo cōmunionē fidelij submo- ti. Ex professo à patre defecit specie religionis, quod ab im- pietatis ignominia uindicare nomē Augustini, ac illud cū sacrosanctā potestate summoq; Pontificatu in gratiā reuo- care uelle diceret. Pater arbitrio rerū deiectus, propē pri- uati hominis cultu comitatusq; in Eburones se cōtulit. Leo- nides eū regio apparatus ut Caesarē exce. pe. Vbi perijt. Aemil. lib. 3. Fulg. & Egnat. lib. 9. c. 11. Vide Tit. Regnandi libido.

PARENTES, VITRICI, NOVERCAE, AVI, AVIAE, Inuisi erga Liberos, Priuignos, Nepotes.

IN GENERE.

Consule Tit. Pana iusta perfidia in Liberos.

IN SPECIE, SIC INIV- sitia sese exercit

CAE.

ATHALIA auā crudelissima, omnes suos nepotes ex Ocho- zia Iudaeorum regem interfecit, uti stirpem Dauidis penitus tolleret. Solus Ioas infans caedi ereptus. 4. Regum 11.

HERODES Iudaeorum rex, falsis delationibus persuasus, filios suos Alexandrum & Aristobulum, ex Mariamne suscep- tos, Aquileae primū apud Caesarem Augustum accusa- uit, is autem patri recōciliatis, Antipatri fratris insidijs de- nuo, tanquam uitae suae insidiator, indictō apud Berytum concilio, capitis damnatos interfici curauit, suspicione cri- minis pro cōfesso criminis illis obiecta. Iosephus lib. 16. Antiq. Itaq; nō immeritō Augustus dixit: Malle se Herodis por- cum quam filium esse. Nam propter Iudaeorum legem suae non uescere barn: filios autem crudeliter occiderat. Fulgofus lib. 3. cap. 8. Sabell. lib. 3. cap. 3. & Macrobius lib. 2.

Inobidione Hierofolymorum nobilis quaedā matrona, MA- RIA, proprium filij astatum comedit praefame. Iosephus de bello Iudaico.

TANTALVS (qui in Phrygia regnauit) deis hospitium susce- pit, Pelopem filium cōctum membratim comedendū ap- poluit, ut eorum diuinitatē experiret. Seneca in Thyeste: Excipitur gladio paruulus impio, Dum currit patrium natus ad osculum, Immatura foecis uicima concidit: Diuisusq; tua est, Tantale, dextera, Mensas ut strueres hospitibus deis.

Pelops Tantalij filius, ex Hippodamia duos suscepit liberos, Atreum & Thyestem. Ex Danaide puella Chrysipum, patri ceteris chariorem. Quem quā nouerca HIPPODAMIA odio persequeretur, eius cruore manus impias contamina- uit. Dositheus apud Plutarchum.

AGAVE, Thebana mulier, Pentheum filium Bacchanalia con- temnentem ope Menadam interfecit. Ouid. lib. 3. Metam.

MEDIA ab Isafone (quem hospitio susceperat, & modum rapiendi uelleris docuerat) repudiata, filios ex eo susceptos Dyndimum & Tifandrum interfecit. Vergil. Ecloga 8. Sauius amor ducit natorum sanguine matrem Commaulare manus.

Baldouini Flandrensiū comitis filius BALDVINVS, Roberti regis Franciae filij acceperat cōiugem. Regalibus proinde nuptijs intumescens, patrem eiecit: is fugit ad Rober- tum Normanniae ducem. Robertus exercitū dūo in Flān- driam, patri filium aequis conditionibus conciliauit, pere- gitq; ut in reliquū tempus pacifice agerent. Cranzius lib. 3. Noruegia, cap. 24.

SANCTIVS IIII. Castulonensium rex, ergā Alphonsum X. Castulonensem regem patrem suum impius fuit. Nam cū mortuo Ferdinando, qui Alphonfi maior natu filius erat, successiois ius non alijs modò rationibus, uerū populū quoq; consensu, in Ferdinandi filij, & ipsum Alphon- sum cognomine de Cerda nuncupatū, transfret: Alphonfus senior, quod Sanctium filij nimis diligeret, à nepore, in eū qui minor natu filius erat, successioem transtulit. Cū au- tem postea seniorē ipsum Alphonsum Electores, etsi profus non concordēs, Imperatorem creassent, & ipse ob eam rem Auinionem ad Pontificem proficisceretur: fatius duxit imperatorio titulo cedere, quam de eo armis cum aduersarijs decertare. Inde postea in Hispaniā reuertens, à Sanctio, cui abiens regnum commendauerat, exclusus est: & regno imperioq; simul carens, apud Hispanensem urbem decessit. Fulg. lib. 9. cap. 11.

MANTONIVS Columna Afcenij patris, intraabili ingē- nio uiri, duritie & asperitate exagitarus, per occasionem cuncta, quae in Latio pater possidebat, occupauit: prae- luidium haud dubiū grauis periculosq; belli, ni apud Apru- tios copias parans Afcenius, quibus rebellem filium uici- seretur: Proregis iussu custodia traditus, in ipsi princi- pijs nascentem cuiuslibet tumultus flammam sua ipse percipitū carceris calamitate opprēssisset, anno Christi M. D. LIII. Panuius.

SELYMVS Turcorum Imperator dum bellum cum Sultanis Campfōne & Pomumbio bellum gessit, dicitur uerius esse ne sibi abfenti Solymanus imperium adimeret, quem ad- modum ipse Baiazeti patri ademerat, quum ueste quadam ueneno intincta dono missa filij uitae pater insidiatus esset. Iouius in uita Selymi.

PROGNE Pandionis filia, aegre ferens sororem suam Philo- melam à Tereo marito fuisse stupratam, Itym filium eidem comedendum appofuit. Ouid. 6. Metam.

Tendentemq; manus, & iam sua fata uidentem; Et mater mater clamantem, & colla perentem, Ense ferit Progne, lateri quā pectus adheret.

AEDON filium Itym Polytechno patri epulandū proponit. Vide Tit. Aemulationes mechanicā ambitiofā.

ALTHEA aegre ferens fratres suos à Meleagro filio interfe- ctos, fatalem combussit stipitem, de quo Parca praedixe- rant, Meleagrum nō prius periturum, quam stipis ipse igni fuisset absumptus. Hoc itaq; modo natum emori fecit. Ouidius lib. 1. Tristitium:

Vtq; cremasse suum fertur sub stipite natum Thestias, & melior matre fuisse soror.

VLYSSES filium suum Euryalum interfecit, suafu Penelopes nouercae, uim sibi ab eo intentatam comminifcente. Par- thenius cap. 3. in Eroticis.

Pelops, Tantalij & Euryanassa, ex coniuge HIPPODAMIA Atrea & Thyestem tulit, atque ex Danaide nympa Chry- sippum: quem supra legitimos liberos charum habuit. Hūc Thebanus Laius amore pueri flagrans rapuit, correptusq; à Thyeste & Atreo amoris gratia, miserabilis Pelopi fuit. Caeterum Hippodamia insidit apud Atrea & Thyestem, ut eum de medio tollerent, insidiaturum sciens regno. Qui- bus abnuentibus, ipsa sceleri manus commodaui. Siqui- dem concubina nocte stricto sopiti Laij ense fauciauit Chry- sippum, gladiumq; ei infixit. Suspectus cū esset ex gladio Laius, à femineo seruator Chryfipus, qui uerum fassus est. Ille hoc humato Hippodamiam exterminauit: Hoc prō- didit Dositheus in cōmentario de Pelopidis. Plut. in Parall. Hebius Tolu ex cōiuge NV CERIA filios genuit duos, atq; ex mirā formā libera Firmum, quem praef legitimis dile- xit. At Nuceria priuigno infecta filijs ad illū de medio tol- lendum concitauit. His piē id detrectantibus, caedem ipsā patrauit, ac nocte spiculatoris districto gladio lethale sul- num sopito infixit, reliquitq; in uulnere gladium. Adducto in suspitionē spiculatoris, puer id, quod erat, exponit. Qua- re Hebius hoc funerato in exilium expulit uxorem. Aucōf Dositheus lib. 3. de rebus Italicis, apud Plut.

ENDEIS Scyronis F. Acacii uxor, filios suos Peleum & Tala- monem contra Phocum priuignum instigauit, ut eū in lu- do interficerent. Vide Tit. Fratricida.

CAMBYSES Cyri filius, Persarum rex, filium sagitta occidit: NEMAN 4 se fere

se fertur, furore correptus, quo prius fratrem & grauidam sororem dederat morti. Sabellus.

EST in Creta oppidum Oaxus, in quo fuit ETEARCHVS rex. Hic amissa uxore, induxit filiam, nomine Phronimam, nouer- cam: quae domum ingressa ut erat, ita re ipsa se nouer- cam praesentem, cum laedendo, atque omne genus iniuriarum exco- gitando, tum ad extremum impudicitiam impingendo: idque ita rem habere uero persuasit. Iste ab uxore deceptus, re de- filia nefariam committens est. Erat in Oaxo negociator qui- dam Theraxus, nomine Themison: hunc in familiaritatem accepit Erearchus adiurans, ut quam rem oraretur, in ea se ministrum praebere. Vbi hominem iureiurando ad egit, ad- ductam ei tradidit filiam suam: iubens, ut eam abductam in mari demergeret. Themison accipit animo inter nefas operis, & hospitij perfidiam, ita sibi faciem dum putauit. Ac- cepta puella mare ingressus, cum in alto fuit, ut iureiuran- do Erearchi satisfaceret, reuictam funibus puellam demi- sit in pelagus: ea denique retracta, Theram peruenit. Ibi Poly- mnestus, uir inter Theraxos spectatus, in concubinaum Phronimam accepit: ex qua interfecto tempore natus est ei filius, sono uocis exili, ac balbutienti, cui nomen imposuit est Barto, ut Therax & Cyrenae aiunt. At alij referunt, eum cum ex iussu Delphici Apollinis in Africam coloniam Ther- axorum duxisset, & Cyrenaeorum rex esset factus, Bartum fuisse dictum: & prius sic ab oraculo appellatum, quoniam Battus lingua Phnica regem significat. Herod. lib. 4.

OLYMPIA S. Philippi Macedoniae uxor, filiae Eurydicæ, quæ nata erat Philippo ex Ilyride quadam uxore, misit cicutam, la- queum & enses. Illa laqueum delegit. Aelian. de Var. hist. li. 13.

LYSIMACHVS Macedoniae rex, cum natu iam grandior es- set, & cum ipse susceptus liberis fortunatus haberetur, tum uero Agathocli filio ex Lyfandra liberi geniti essent: Arsi- noem tamen Lyfandrae sororem sibi matrimonio adiunxit. Eam, cum timeret, sui ne filij, mortuo Lyfymacho, in Aga- thoclis potestate essent, de Agathoclis caede consilia iniisse ferunt. Sunt qui scriptum reliquerint, Arfinoem Agathoclis amore captam: cumque ad obsequium adolescens pellici non potuisset, ab ea per insidias de medio sublatum: Lyfima- chum, ubi tam audax facinus uxorē aufam cognouit, quod nihil tamen uehementius optasset, supra quod dici possit gauisum. Eius itaque permissu interempto Agathocle, Lyfandra ad Seleucum profugit. Seleucus ē Babylone contra Ly- fimachum mouens, eum in praelio occidit. Pausanias in Atticis.

CLEOPATRA, quæ Antiocho nupsit, filium occidit, quod non auctor ab eo facta esset recepti diadematis: alteri uenenum misit. Sed exitium, quod alteri parauerat, in eius caput uertit, id a filio bibere coacta. Sab. lib. 3. cap. 10.

PTOLEMÆVS Physcon, filium suum Memphitem, quem ex Cleopatra eadem sorore & uxore sustulerat, in conspectu suo occidi iussit, pedes eius praecisos, & caput & manus in cista chlamyde opertos, pro munere natalitio matri misit. Val. Max. lib. 9. cap. 2. Liuius lib. 36. Vide Tit. Regnandi libido.

LAODICE regina Cappadociae, cum uiro Antirathi unā cū sex liberis infantibus superstes fuisset: uerita, ne aulti eam regno filij pellerent, scelestam mulier, quinque ueneno sustu- lit: contra ipsius sententiam, sexto incolumi seruato: qui postea in regno successit, cum ipsa populari tumultu interijc- set. Fulgosi lib. 9. cap. 1.

Plutarchus de Stoicorum pugnis, DEIOTARO Galatorum regi ait plures fuisse filios: quorum cum ipse uni relinquere imperium, atque omne patrimonium suum cuperet: quod id facilius efficeret, ceteros omnes manibus suis trucidauit: uinitotum exemplo, qui cum uitis aliqua complures emi- serit furculos, unum modo ex eis relinquere, alios amputa- re conseruerunt, utis qui relinquuntur, maior & robustior fiat. Muretus lib. 8. uar. lect. c. 24.

MITHRIDATES Ponti & Asiae rex, crudelis in omnes, ma- tris, fratrem, & filios tres impuberes, ac totidem filias in- terfecit. Caelius.

PTOLEMÆVS Auletes regno restitutus (quo ob flagitia fuerat eiecitus) Cleopatram filiam & Archelaum eius maritum (quos Aegyptij in regnum ascuerant) occidit. Strabo lib. 17.

NYCERIA uxor Hebij, quem Firmum priuignum maligno prosequeretur odio, filios suos ad inferendam ei mortem incendebat. Quod quum illi facere per pietatem abnuerent, dormientem gladio adorta est. Dositheus apud Plutarchum.

CATILINA uasano amore Aurelij Orestille correptus, cum unum impedimentum uideret, quo minus nuptijs inter se iungerentur, filium suum, quem & solum & aetate iam puberē habebat, ueneno sustulit: protinusque ex rogo eius mar- ritalem faciem accendit, ac nouae maritae orbitate suam lo- co muneris erogauit. Eodē deinde animo ciuem, quo pa- trem, agens, filij pariter manibus, & nefarie attētat: patriae poenas dedit. Val. Max. lib. 9. cap. 1.

NERO Caesar priuignus Rufinum Crispinum Poppaea ex equite Rom. cui antea nupta erat, natum impuberem adhuc, quia

ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendū mari, dum piscaretur, seruis ipsius demandauit. Suetonius.

VIPELLIVS Imp. uxorem habuit Petroniam, consularis uiri filiam, & ex ea filium Petronium caput altero oculo. Hunc haeredem a matre sub conditione institutum, si de potesta- te patris exisset, manu emisit: breuique, ut creditum est, inter- emit, insimulatum insuper parricidij, & quasi paratum ad scelus uenentem ex conscientia hausit. Suetonius.

ZENOBIA nouerca impia in Herodē priuignum. Vide Tit. Mulieres fortes.

CONSTANTINVS Magnus Crispum filium cum Licinio sororis suae marito, incerta causa, morti dedit. Sextus Aure- lius prodit hoc cum scisse suasit Faustae coniugis.

Heracio hydropē extingit. Constantinus filius eius succedit: qui cum uix mēses quatuor regnasset, a nouerca sua MAR- TINA & Pyrrho patriarcha, ueneno est sublatas, & suffe- ctus ipsi Heraclonas nouercae filius cum matre Martina, qui similiter non diutius imperauit, quam menses sex. Paulus Diaconus lib. 18. rerum Romanarum.

SIGISMUNDVS Burgundiae rex, qui monasterium Aga- nensium construxit, filium suum Sigericum (quem alij Si- gerium uocant) peremit, malo nouercae consilio. Sigebertus in Chronico. Vide Tit. Saecularis economiae patrum.

DIOSCORVS pater beate Barbarae, filiam multis prius tor- mentis affectam, ad extremum supplicio capitis affectit, quod ad idololatram secti non possit. Raulius.

LENOGILDVS rex Hispaniae, filium Hermengildum, quod a sefa parentum abhorreret, ac Childeberti Francorum regis orthodoxi filii duxisset in uxorē, morte affectit. Volat. Eduardus I. rex Anglorum, ueneno ueniens, ad ALFRE- DA nouerca ueneno poculo interfectus est. Vide Titul. Regnandi libido.

Vxor comitis de Mansfeld, filia comitis de Luchou, quā pa- rentes inuisite constitueret, iter faciens per erycam Lune- burgensem, in uicino fruticeo audiuit uocem gementis & miserabiliter precantis: misitque uno ac altero ex familia, in bet contemplari quid esset: nec demorata rediit, quum motam faceret, ipsa aditura iussit aduerri curam. Conspexit senem ligatis manibus claudantē, orare ut uix suae par- ceretur. luxā uidit rusticū VANDALVM scrobem effode- re: quem interpellans rogat quid moliat. Ille nihil rursus illicium, planē fateatur, patrem se suum, iam inuictum, sepul- turum. Redarguit illa hominem, quod parenti non pare- ret. Tum ille, Non possum, inquit, dominā comparare pa- nem paruulis, quos multos alio domi, & dare inuictis: utriusque autem enutriendis non sufficio. Ergo illa cum genuit ad suos conuersa dixit: Et hi fructus sunt exactio- num quib. pauperes exhauriuntur. prolatisque aliquot argenteis, dedit filio, ut patri uitā donaret. Pollicetur ille, quoad du- rauerint argentei, se patri prospecturum. Cranzius lib. 7. Van- daliae cap. 48.

BARTHOLOMÆVS Elias Patauinus, fatis honesto inter- fecit suos loco natus, diu mulcumque cum monachis quibusdam ligarat, ac tā sepe causa ceciderat, ut inde maximā rei fa- miliaris iacturā fecerit: & iā neque res alienū, quod grāde cō- flauerat, dissoluere, neque, tū in ciuitate esse, aut saltem fatis honeste pro dignitate familiae suae, in uita posthac permā- rē se existimaret. Itaque, fœdissimū teterimūque consiliū secu- tus, tres paruulas atque easdē innocentes filias, Lucretia He- lenā & Lauram, quod ad eas dotandas reliquū nullū iam superesset patrimonium, quarto Idus Iunii, M. D. LII. lecto cubantes interfecit: falsa nimirum specie misericordiae in crudelitate lapsus. Mater miserima nouo horrendoq. specta- culo exanimata exanguis collabitur: mox recepto spiritu, nisi amicorū interuentu prohibita fuisset, de tecto sese praeci- pē datura fuerat. Pater se, quo factō piū putarat, sceleratū iā intelligēs, repentino furore actus patriis ē fignibus se sursum protulit: perque inhospita loca nocturnis itineribus errans, in uicium tandem Grignaeum quē uocant (is lacet inter Alpiū iuga prima) sese recepit: atque ibi demum nefarij atrocissi- miq. post hominū memoriā perpetrati flagitij conscientia uictus, facerdotē ad se uocari curat, eiq. facinus suū confessus, absolutionē uel ab intuito minis extorquet. Mox interpe- sta nocte, cum nullū aliud relū suppeteret, Furiarū indicio, sal- cem messoriam in angulo hospitij latentē, rubigine erosam & planē hebetem, arripit, eaq. guttur sibi terq. quaterque re- peritis ictibus laecrauit potius quā praescidit, nec tā ex uul- neris uiolentia, quā sanguinis profuuo infelicem efflan- uit animam. Extraxit de ea re elegans carmen Iacobi Rufini.

ROSSA Solymani Imp. concubina, nouerca, erga priuignos impia. Vide Tit. Aulus in astruendo imperio.

INSIDIIS.
Athamas Thebis imperās, Nephelen uxore duxit, de qua Phri- xū & Hellen suscepit. Mox Nephelē dimissa, ex INO Cadmi & Harmoniae filia, secunda uxore, Clearchum, suae, ut alij maluerunt, Learchum, & Palæmonem suscepit, quē Meli- certam

ceram postea uocari. Ino priuignos odio habens, hu- jusmodi insidias Phrixo & Hella machinatur. Torruit o- mnia frumenti carcerorumque, leguminum semina ne nasce- rentur, deinde pensuauit uitibus per largitionem, ut nuncia- rent Athamanti, fruges illa de causa non nasci, quia opus foret unum de filiis Nephelē dijs immolari. Eo responso compulsi Athamas, Phrixum dicitur ad aram maestaturus statuisse, ut ait Apollodorus Grammaticus li. 1. At Nephelē Phrixum & Hellen rapuit, aureamque ouem ad Mercurio sum- pnam illi dedit, qua per aera uecti fuerunt. Cum uerō ad id freti peruissent, quod est inter Sigaeum & Chersonesum, Helle in proximū mare decidit, quod ab ea dictum fuit po- stea Hellepontus, uel Athamatis, ut ait Aeschylus in Per- sis, & Ouid. in Epist. Leandri. Phrixus incolumis in Colchi- dem peruenit, ibique Ioui Phyxio cognomine, fugae fauori, arietem immolauit, pellemque illic in Iulo Martis affixit: (quam postea a Dracone seruari fabulati sunt) & ex Chal- ciope Aeete filia, Argum, Meliam, Catim, Sorin, Phrontim, ac Hellen suscepit filios. Athamas postea lunonis uolunta- te in furorem uertus, quoniam Dionysium ad Mercurio acce- pum tanquam puellam per quoddam tempus educaisset, Learchum filium, quem susceperat ex Ino, leonem esse pu- tans trucidauit. Qua re territa Ino, cum Melicerta in mare desijit. Fuerunt qui dicant furorem immisum fuisse Ino, quod illius filiae educaisset Dionysium. At Nymphodorus Syracusis in libro Asiae navigationis nō ab Athaman- te, sed ab Ino seuitū esse scriptum in filios Learchum & Me- licertā. Dorian in libro de Picibus Learchum fugitū fuisse ab Athamante transfugum scribit, Melicertam ab Ino iugu- larum. Alij dixerunt Ino fugisse Athamantis impetum cum Melicerta filio, qua Learchum, quem Athamas intereme- rat, in cacabum bullientis aquae coniecit. Aufugit igitur per Geraniam Megarensis agri montem, sed, de saxo Mo- luride diso, ut ait Pausan. in Atticis, cum filio Melicerta, praecipitauerunt: ut patet ex 4. lib. Metamorph. apud Ouidium. Ob has res Athamas ē Boetia profugus oraculum con- sultuit, ac responsū cepit, ut ibi habitaret, ubi a syluestri- bus animalibus in conuiuium acciperetur. Paulo post in Athamania uocata lupi illum inuentus aufugerunt, seme- tasque carnes ouium, quas comedebant, reliquerunt. Ad ex- tremum ipsi Nephelē poenas daturus Athamas ob filios, ad Iouis aram iugulandus adducitur, ac ab Hercule seruatus fuit. Quae res argumentum fuit postea Sophocli tragediae Athamantis. Natalis Comes Mythol. lib. 6. ca. 9. & lib. 8. c. 4. Hinc ortum adagium, ut intolerandum dolore significan- tes diceret, *id est* Ex Melicerte Tyrio Zenodorus, Erasim.

PRYSIA S. Bithyniae rex, Hamillim cuiusque ac profugati simi- fautor, Nicomedis filij interficiendi consiliū cepit, dum consulum cupit minoribus filijs, quos tulerat ex nouerca, quem Nicomedē superdixerat. Ceterum adolescēs quom- exis, quibus erat id negotium ad regni inuentionem, quod iam separetur rescussisset, illorum hortatione scelus scelere di- scussit, factoque ex improbitate in regiam impetu, patrem ex- pulit. Necita multo post ex ignotis latebris extractum suis interficiendum tradidit. Sab. lib. 9. Ennead. 5.

VITAE PERICULO.
RHETOGENS trasfuga Hispanus filijs machinae obiectis a ciuibus, ut Romani ab oppugnatione urbis Centobricae desisterent, minimē parcendum putauit. Vide Titulum, Ru- manitatis erga hostes.

EXPOSITIONE.
Vide Titulum, Infantes expositi.

PATER Atalantae crudelis, cum nullis feminis se opus ha- bere diceret, filiam exponi curauit. Quae tamen ab urfa sus- cepta & enutrita fuit. Aelian. lib. 13. Variæ hist.

ABRISVS Abantis filius, quū ab oraculo accepisset, se eius manu perireum, quē ex Danae filia nasceretur, natum po- stea ex ea Perseum iussit exponi & submergi. Inuentus ta- mē in litore Perseus, a piscatore quodam nutritus est. Inde ubi adoleuit, suamque rescituit originem, Acrisium ipsum in- terfecit. Volaterranus.

RAPTV.
Stephano filio HERSECHVS regulus spōsam eripuit. Vi- de Tit. Religionis liberae defectores.

VENVDATIONE.
THRACES liberos in mercatu uenudant. Herod. lib. 3.

PRODITIOE.
Attij proscripti MATER, cum ad eam profugisset filius, ut ipsius opera absconderetur, reiectum a se ad certam mor- tē ablegauit. Impia mater filio id negauit, quod multi serui amiciq. maiore suo periculo heris & amicis praestiterunt. Fulgosi lib. 9. cap. 10.

CARSTACVS Scotorum rex, ab Otorio Scapula Romano pro- preiore in Britannia uictus, quum fidem CARTVMAN- DVVS Scotorum reginae, suaeque nouercae, (quae post- eum uictum Caduaillum patrem, Venusio uiro illustri au-

perat) petiisset: uictus uictori traditus est, nono anno, postea quam bellum per Romanos in Albione est ceptū, Caractaco uita functo Corbredus in Scotorum regno suc- cesserat. Is Romanis infensus, Venusium in belli societate pec- trabit. Id agrē ferens Cartumandua, admissi sceleris in Ca- ractacum regem confcia, felices Corbredi successus habēs suspectos, callidis artibus, Venusium, fratrem & propinquos cōcidit in uincula. Ea iniuria accessus Corbredus, ubi Epiacum uenisset, Venusium carcere eduxit: Cartumandua, cunctis clamantibus ueneficam tolli oportere, uiuam illi- sit defodi. H. Boethius lib. 3.

REGNI PRIVATIONE.
Ptolemæus Aegyptij rex, appellatus Philometor, octidus a Ptolemæo Lagi filio, id cognominis per illusionem nactus est. neque enim regum quilibet fuit unquam ex omnibus, quem maiori odio mater CLEOPATRA profecuta fue- rit. Hunc enim, maiorem quamuis natu, regem saluari nō est passa, & ut in Cyprum uiuente patre ablegaretur, effecit: Cuius in filium accubitis cum alias fuisse causas Cleopa- trae memorant, tum quod Alexandrum natu minore sibi obsequentiorē fore sperabat: ob eamque rem, primum ut cum Aegyptij regem crearet, suadebat: deinde, cum repug- nante plebe id assequi nequisset, in Cyprum Alexandrum misit, imperatoris quidem nomine: re uerō, ut per eum Pto- lemæo formidolosior esset ipsa. Postremō ex omni eunuchorum numero, quos amantissimos esse sui putabat, fatu- cios in concionem produxit, Ptolemæum insimulans & in- sidias sibi fecisse, & eunuchos uulneribus foedasse. Quae Alexandrini cōmoti, non multum absuit, quin Ptolemæum impetu facto opprimerent. Sed cum ille nauī se ē periculo eripuisse, haud ita multo post ē Cypro reuersum Alexan- drum, regem appellat. Digna autem facinore poena Cleo- patram confecuta est. Eam enim Alexandri filium, quē suis ipsa consilia ad regnum exuerat, peremit. Quo scelere de- lecto, cum ciuium metu aufugisset Alexander, Ptolemæus in Aegyptum redijt: atque iterum regno potius est. Pausa- nias in Atticis.

IRENE Constantinum filium suum captum, imperio & oculis cū filijs priuauit, anno Christi 789. Sigebertus, & Blondus.

EXHÆREDATIONE.
Vide Tit. Testamenta resissa iustis.

EPITADEVS Ephorus filium suum hæreditate exiit. Vide Tit. Auaritia magistri.

EBVTIA Aphroniam filiam inuictē exhæredauit. Vide Tit. Fi- dei liberorum erga parentes.

ACCVSATIONE FALSA.
STHENEBOEA Proci uxor, Bellerophonis priuigni amo- re capta, cum repulsam, ob castitatem eius, tulisset, apud Proetum eum falso detulit, tanquā uim sibi afferat uoluisset. Itaque Proetus indignatus, misit illum ad lobatem patrem Sthenebæae, ut ille eum interficeret. Proetus enim eum ē me- dio tollere nolebat, quod eū filij loco educauisset. Iobates uerō, cum illi falso accusatū fuisse rescussisset, Bellerophon- ti peperit. Post Proetum Acrisius regno potius est. Suidas. Cynus filius Neptuni, regnauit in Colonis. Colonæ autem erant in terra Troiana, contra insulam, cui nomen Leuco- phrys. Porro cum Cynus haberet filiam Hemecheam, ad filium Tennen ex Proclea (ea fuerat Chytij filia, soror Ca- letoris, quem Homerus Iliados o tradit interfectū ab Aia- ce, quod is in Protefilij nauim ignē iniecit) ea defuncta, Philonome Crangasi filia duxit. Quae cum adamarēt Ten- nen, ac reiecta fuisset, mentitur apud maritū, quod ipsa no- lens ab eo fuerit de stupro sollicitata. Cynus uxoris men- dacio persuasus, Tennen unā cū sorore cistae inclusum abij- cit in mare. Ceterum incolumes appulsi sunt in insula Leu- cophryn, cui post a Tenne nome uersum sit Tenedos. Cyn- nus tandem ubi compertisset se deceptum, nauigat ad filij, simul & agniturus errorem suum, & ueniam deprecaturus. Cum autē appulisset Cygnus, & nauim ab arbore quapiam aut saxo religasset, Tennes praeracundia securi funes inci- dit. Vnde proverbium dici ceptum de ijs, qui pertinaciter negarent aliquid: Hic est qui Tenedia securi hoc aut illud incidere possit. Hic nūc dissimilis historia refertur in pro- uerbio: Tenedius homo. Erasmus in Adagijs.

Hippolytum Thefeus, quem ex Antiopæ Amazone tulerat, Troezenem miserat nutriendū. Qui quum adulescere ce- pit, ad mytheria in Attica profectus, ubi primum in conspe- ctum uenit, ceptus est perditē a PHÆDRA nouerca ad a- mari. Inde cū Thefeus ad Pitheū in Troezenē profecta, Hip- polyti cōcubitum petijt. A quo prater opinionem repulsa, irarū plena cū Thefe Athenas reuertitur. Hic multa de pri- uigni audacia & temeritate quæsta, se incesti ab eo interpe- lata, quā Troezenē esset, absente falso criminatur. Atrocita- te criminis cōsternat Thefe, p internūcū Hippolyto signū fieri iubet, rescussisse patrem, quas, loci opportunitate nactū, nouerca insidias retēdit. Vehementer uero currū Hip- polyti

riti auerfens, Ioannem Zimifcem, (qui Domestici Magiftri officio ab Imp. deie&us domi fuæ fe cõtinere iuffus fuerat) per eius familiarium quendam uocat: atque eum noctu ex portu impoftum corbi cum focijs in palatium atrahit. Illi Imperatoris cubiculum intrant: cumq; cum nõ inuenirent in confueto lecto, detectas infidias effe fufpicantes, iam fe ipfos erant præcipitaturi, nifi homuncio quidam obtigiffet ex gynæceo, quo duce in folo iacentem Nicephorum Phocam inueniunt. Cufpinianus.

Chilpericus, Sueffionum & Pariforū rex, auctus filio Clothario, quatuor pōft menfibus domefticis infidijs, probroq; uxoris FREDERVNDIS cecidit. Eam fcribunt, dum formæ curandæ intenta, capillum in fole ficcat, pe&itq; à marito per lufum furtim fuperueniente uirga ab tergo leuiter percuffam, rifu oborto, Mi Landrice, dixiffe, frontē uir fortis pete: mox difcriminatis capillis conuerfam, marito confpecto attonitam reticiffe: illum caput quaffantē ad fuos in equis præfolantes regreffum, uenatum, ut conftituerat, contendiffe. Landricus erat procerum longē pulcherrimus, idem Magifter equitum. Is continuò edo&us à Fredegunde, fua eam uoce proditam, amoresq; deprehenfos, immicentis certumq; periculum à fe auertens, duos ex fidis percuffores extemplo Chilperico parauit: qui cum fera iã nocte redeuntem, dū ex equo ab adolefcenulo, alijs digreffis, feffus mœrensq; excipitur, fingulis omnino uulneribus cõfo derunt: re tam prouidē acta, ut quafi externis infidijs inrerempro difcurfus fit in fyluā, quod eò particidas fe proripuiffe, ex compofito cõclamabatur. Ceterum illi per difimulationem fe trepidantium curfantiumq; turbę immifcuerant. Hæc ad Calam Pariforum uicum acta. Ementebatur Fredegundis immiffis à Brunehilde id feelus perpe traffe, ut Childoberto filio id quoq; regnum amote Chilperici eueniret. Landricus nullo confcientiæ figno edito, quibus affueerat rebus adminiftrandis fe reddidit: nec mulie bre feelus ulli prius fufpectum quàm mulieri fuit. Prima Brunehildis uociferari cepit uxoris confilio, fed alterius dextra Chilpericum cecidiffe. Guntrannus Aurelianorum rex, patruus tutelam Clotharij infantis regis fufcepit, fummaq; fide gefsit. Aemilius lib. 1. ex Gregorio Turonenfe lib. 4. cap. 29. & lib. 5. cap. 1. & 13.

Ingemarum, Gothorum & Sueonum rex, contra Haraldum Daniæ regem bellum fufceperat. VXOREM habebat Danā, Haraldum confanguineam, quę inita cum proceribus confpiratione, admiſſis clam in tra cubiculum latronibus, maritū à fuma trabe catena aurea fufpendi procurauit, non procul ab eo loco, in quo nūc Holmenfis ciuitas ædificata cõfpicitur. Scelere cognito, præcipui amici regis Ingemari unā cum fratre eius Olauo reginam in recenti crimine deprehendam, uiuam defoderunt. Deinde Ingello Ingemari filio ad regni folium fublimato, Danos adorti, ipfos & eorum regem Haraldum in fugam conuerterunt. Ingellus uictoriam perſequens, claſſe comparata Daniam inuaſit, & Haraldum ad interiora regni confugiente, Haraldum fororem raptam abduxit, & in uxorem duxit. Quæ cum impudiciſſimè multis feſte proſtitueret, rex Ingellus ea de re admonitus, cum monitoribus acriter ſucceſſerit, à fratre inter iurgium occiſus eſt. Et ita duo fortiſſimi reges Suetiæ, pater & filius, à duabus Danicis mulieribus infeliciter perdit, documentum poſteris reliquerunt, ut in ſimili rerum euentu maiorem prudentiam adhibere contendant. Narrant Daniarum hiftoriæ, omnes eorum reginas ex Suetiæ adductas, ſemper fuiſſe continentiffimas, & optimas, fuosq; maritos feliciffimos effeciſſe: at illas, quæ ex Daniâ in Suetiam uenerant, diſſimiles fuiſſe, hiftoriæ oftendunt. Ioan. Magnus libro 8. capite tercio & quarto.

ELISABETHA Britannorum regina, in Galliam ad Carolū fratrem, cognomēto Pulcrum, uiſendam profecta: poſteaquam Eduardum III. peperit, ortis inter uirum ac fratrem diſcordijs, in Britanniam à uiro reuocata, eum ſciret ei dedecora ſua non ignota eſſe, à fratre Britannicisq; ſeditioſis adiuta, partim ui, partim dolo uirum Eduardum III. adorta cepit, atq; in carcere iuſſit occidi: ipſaq; ſub filij nomine regnum adminiſtrauit. Verum poſt aliquot annos depreheſa cum Rogerio Mortimero adultero, à filio in uincula cõiecta eſt. Fulgoſus lib. 9. cap. 11.

Anno 1488. Galeotus Manfredus, Fauentiam obtinens, admiffis noctu ab VXORE ficarijs, ſuo & ipſe in lectulo confoſus, oppidum tumultu & ſeditionibus impleuit. Bemus libro 1. Venetæ hiftoriæ.

Galeotus, Foroliuj princeps, Ioannis Beatiuoli FILIAM du xit in uxorem: à quo dum ſpereretur puella, ſimulata ægri tudine, ficarios ſubornauit medicos, qui cum adorti in cubiculo confoderunt. Volaterranus.

NON LIBERANDO.

Intaphernis VXOR capto fratre & marito, & unius captiui

liberatione donata, marito fratrem antepoſuit. Herod. FRANCISCVM Gonzagam Mantuanum principem Venetæ cõſtituta eductum Nicolao Vriſino mortuo, ſuo præſecere exercitui uolebant, ſi filium daret obſidem. Lacrymans annuit ille. Verum VXOR parere uiro noluit, neq; filium ab ſe dimittere. Alfoſi enim ducis Ferrarienſis foror Gallicis rebus magnopere fauebat: quibus ſe impedimento, ſi uir imperium à Rep. oblatum accepiffet, pro explorato duce, bat: ita ea res exitu non habuit. Bemus li. 10. hift. Venetæ.

ADULTERIUM COMMITTENDO.

Vide Tit. Pena Adultærum. Item Tit. Adultærum. Eo ipſo enim, quod ſuprum patimur, erga maritos ſunt peſide.

ALTERI NVBENDO.

CLEOPATRA, Ptolemei Philometoris Aegypti regis filia, nuptui data Alexandro Epiphani Syria regi, cum tandem reliquit, & à patre Demetrio Nicatoſi locata, ex quo Antiochum Grypi ſuſtulit. Demetrio capto à Parthis, Antiocho Soteri fratri Demetrii nupſit, & ei Antiochum Cyzicenum peperit. Sotere à Parthis cæſo, Demetrius regno reſtituitur, & Cleopatram recipit. Verum ab Alexandro Zebenna prælio uictus, ab uxore Ptolemaide excluditur, & ab hoſtibus captus, Tyri poſt uaria tormenta miſerrimè moritur. Iosephus libro 13. capite 17. Antiquitatum.

Octauius Sagitta, Tribunus, PONTIÆ mulieris alteri nuptæ amore uacors, ingentibus donis adulterium, mox ut maritū, omitteret, emeratus eſt, ſuum matrimonium promittens. Vbi mulier uacua fuit, reperta ſe ditioſis cõiugis promiſſa exiit. Octauius poſtquam ſpernitur, noctem unam ad ſolatiū popoſiſſe dicitur, qua delinquit, modum in poſterum adhiberet. Statuitur nox, & Pontia conficiæ ancillæ uſu diam cubiculi mandat. Ille uero eum liberti ferum nocte occultum inſert, ac nihil mentuentē ferro tranſuerberat: accurrentem ancillam uulnere abſterret, cubiculoq; prorumpit. Acrioſius ex Corn. Tacito, lib. 13.

EVDOXIA fidem Conſtantino Duce Imp. marito datam ſellit, & ſecundas nuptias inuit.

Sigifmundus Imp. morti proximo, BARBARA Imperatrix de regno ſollicita, ad ſe clam Boemiæ conuocat regulos, iſiq; multis ſermonibus perſuadet, ad cauendas turbas poſt mortuum Ceſarem futuras, eam eſſe quietis uiam, ſi ſe uicium Poloniæ rex ducat uxore. Pollicentur operam Boemi proceres. Quæ iam anus, filia unica oblita, nouas nuptias meditabatur. Imperator in Morauiam uiſendæ filia cauſa ſe uehi iuſſit, Boemiæ non ſatis conſiſus ob incertam fidem. Znoymam uenit Imperator: ſubſecuta Imperatrix carceri traditur. Vxoris ad ſe utriuſq; regni primoribus, illos rogat atq; obreſtat, ſi ſe ſuos que ac regna ſaluæ eſſe uelint, Albertum Auſtriæ Ducem generum ſuum, uirtute, nobilitate, animi præſtantia, omnium ea tempeſtate excellentiffimum, ſucceſſorem ſuum nominent atq; eligant. Hanc eſſe ſupremam ſuam uoluntatem, ut illam explerent ac corrobore ſunt. Annuere Hungari & Boemi, qui aderant, Albertumq; regem ſalutarunt. Cufpinianus.

Anno Salutis MCCCXXIII. Hamfredus Gloceſtreſis dux, Angliæ rector, Henrico VI. adhuc puero, IACOBINAM principem Bauarię propter diuitias in matrimonium duxit, quæ nupta erat Ioanni duci Brabantino adhuc ſuperſtit. Armis loca ea, quæ dotis nomine Iacobina in Annonia poſt ſidebat, uindiciuit. Martinus V. pontifex cognita cauſa, ſecundum nuptias Iacobinæ cū Brabantino iudicauit: ſuaq; auctoritate matrimonium, quod Iacobinæ cū Gloceſtrenſi intercedebat, irritum decreuit. Atq; ita re peracta Iacobina ad priorem redijt uirum, Gloceſtrenſi non inuito, uipote quem ius æquè rexerat, ac mulieris imporunitatem ſupra modum iam ſatidire ceperat. Polydorus lib. 23.

EXPELLENDO.

La diſlaiſor IOANNA minor, regina Neapolitanorum ſalutata, in matrimonium paſſa eſt Ioanni Tarraconenſis regis fratri. Lætus à dolceſcēs uelut ad certas nuptias regnoq; dotale profectus, ex itinere ad ſuos redijt, allato nuncio Neapolitanam nupſiſſe Iacobo Borbonio Marchiæ comiti, præſtati corpore formaq; nec uirtute inferiori. Iacobum Neapolitani contententes, Tarentinorum principatu, ac geniali duntaxat Ioannæ thoro contentum, cæterarum rerum adminiſtratione, regioq; nomine abſtinere iubebant. Virratus de uxoris ſententia hæc agi, caputq; conſpirationi ſubtrahendum, de quibus uſum eſt ſupplicium ſumit, Ioannam in ordinem coactam, in arcem includit. Illa per diſſimulationem doloris gratias etiam marito agit, quod ſeditioſos coerceat, ſeq; cura rerum tanta mole agendam lenet, quæ uirtutem ſummi uiri poſſent: ſibi tranquillitate

ARCANA DETEGENDO.

SAMSON uxori nuptæ, ænigmaſo iuuenibus propoſitum narrat. Illa iuuenibus aperit. Similiter etiam Dalila meretrici roboris ſui cauſam magno ſuo cū malo narrauit. Quum Galli incurſionem facerent in Ioniam, ciuitateſq; depopularentur: in Mileto fortē Cereris ſacra Theſmophoria celebrabantur. Vnde mulierēs congregatas in templo non procul à ciuitate Barbari rapuerunt. Ex iſtis alia Mileſij redemere, alia Barbari ſecum abduxerunt: in quarum numero ERIPPE fuit, uxor Xanthi, hominis magnæ auctoritatis, ac primi generis in Mileto, relicto domi puero bienni Xachus, magna bonorum ſuorum parte argento cõmutata, comparatis aureis mille, primùm in Italiam tranſiit: inde per Maſſiliam in regionem Celtarum: ubi Erippen cum Principe Celtarum nuptam reperit. Ab eo hoſpitium exceptus, Celta perſuaſit, ut ſibi uxorem reſtitueret. Erippe perſida Celtae indicat multitudinem auri, ſuaſitq; ut occideret Xanthū, confentens; ſe ipſius amore plus quàm patriæ & pueri teneri, Xantho uerò ſe penitus eſſe inſectam. Occultauit indignationem Celta, & Xanthum comitatus, ubi ad ſines Celtae peruēnit, factum ſe facturum inquiens, Erippen uictimā aſtare iuſſit de more, & in cautæ caput amputauit: Xanthoſq; ſimul reuelans infidias ab ea paratas, omne aurum liberatim illi donauit. Parthen. de Amat. cap. 8.

ACCVSANDO.

SALOME Herodis regis foror, Iosephum maritum ſuum, Herodis patruum, falſo criminata de adulterio cum Mariam regina commiſſo, auctor fuit, ut indicata cauſa ab Herode interſiceretur. Nupta deinde Coſtobarō Idumæ præfecto, orta leui controuerſia, libellum repudiij marito miſit, præter legitimum morem patriæ: lex enim Iudæorum folis maritis hoc ius permiſit, mulieribus autem æ dimiſſis quidem fas eſt nubere, niſi prioris uiri permiſſi. Verum illa ex propria licentia fecit diuortium, & ad fratrem ſe conferens ait, ſe prætuliffe fratrem beneuolentiam coniugalē ſocietate conſpiraffe enim eum ad res nouas molliendas cum Lyſimacho, Antipatro & Doſitheo. Herodes Coſtobarum cum alijs etiam intimis amicis interſeci curauit. Ioseph. li. 15. c. 11.

OBLOQUENDO, CONTRADICENDO, RIXANDO.

INCORNELIUM quendam arguē inuechitur Henricus Stephanus:

Cur dominam aduerſus, Cornelies ſemper inaudax?

Cur non reſpondent uerbera uerberis autē?

Id eſt, à te uerba uerba, iam dictum uis ſatis antē eſt:

Nunc age dicatur, ut dicitur, ut dicitur.

MARITI PERFIDI ERGA VXORES, CAEDE, REVDIO INIVSTO, ADULTERIO, CRVDELITATE.

IN GENERE.

NERO Cæſar Octauiæ, Claudij Cæſaris ex Meſſalina F. cõaſuepudinem cõdiſpernatuſ, corripientibus amicis, ſufficere illi debere reſpondit uxoria ornaamenta. Eandem mox fæpè fruſtrā ſtranguläre meditatus, dimiſit ut ſterilem: ſed improbate diuortium populo, nec parcente conuicijs, etiam relegauit. Denique occidit ſub crimine adulteriorum ad eò impudenti caſoſq; ut in quaſtione pernegantibus cunctis, Anticum pædagogum ſuum indicem ſubiecerit, qui dolo ſupratam à ſe ſeraretur. Poppæam Sabina quæſtorio patenatam, duo decimo die poſt diuortium Octauiæ in matrimonium acceptam, dedit unicè. Et tamen ipſam quoq; icu calcis occidit: quod ſe ex aurigatione reò reuerſum, grauida & ægra conuicijs inceſſerat. Antoniam & ipſam Claudij ſiam, ſed ex Petina, non Meſſalina genitam, ipſius nuptias pertinaciter reſufantem, tanquam res nouas moliretur, interſecit. Suetonius. Tacitus lib. 6. Sab. lib. 2. En. 7.

IN SPECIE PVTA.

CAEDE.

Sohemio amico ſidiſſimo Herodes rex Iudæorum commiſerat, quando uictus M. Antonio ad Actium, de regno periclitans, quia Antonij amicus fuiſſet, Cæſari Auguſto Rhodi occurrere uoluit: ut ſi quid ſibi humanitatis accidiſſet, Mariam reginam occideret, ne quis tali forma potiretur. Quæ cum Mariam blanditijs à Sohemio extorſiſſet: HERODES re tandem quaſtionibus ab eunuchis cõgnita, Sohemum indicit cauſa tanquam adulterum ſecauit, & Mariam in diſſectum inſtigantibus matre & ſorore Salome, capitis damnauit. Iosephus lib. 11. Antiquit.

Miranatur multi, PARIANDRUM Corinthium inter eos numeratum, quos Grecia Sapientes appellat, qui Lyſidem uxorem (alijs Meliffam ſcribunt) in peſſic gratiam interſecit, ſciens uolentē eum Cratea matre concubuerit, filium relegauit, & Corcyrenſium natos Haliatti caſtrando miſerit. Herodotus.

M. Cæcilius apud Plinium lib. 27. accuſat CALPHURNIUM Beſſiam, quod dominices uxores ueneno peremerit.

Crito Vandalorum princeps, Chriſtiani nominis perſecutor acerriſſus, iam conſectus erat ſenio. Hæricus Godſcalci principis ad aram ab impijs caſi filius, egreſſus à Daniâ (unde illi maternam & regium erat genus) Aldenburgum, & totam maritimam Vandalorum prouinciam inuaſit. Crito ſimulata uoluit amicitia iuuenem (quem armis uincere non poterat) opprimere. Præmonitum ab SCLAVINA Critonis uxore Henricus (quæ annis puellaribus ſenem exola, ad nuptias aſpirabat Henrici iuuenis) Critone cæſo ſclauinam duxit: Sic occidua Vandalia ad Chriſtianifimum redire cepit. Cranzius lib. 5. Metrop. cap. 34.

DESERENDO.

TERENTIA Ciceronem maritum exulem neq; uiatico iuuit, neq; Brundifij eum, cum diu illic hæreret, inuiſit: neq; proficicenti eò filia adoleſcentulæ comitatum aut uiaticum præbuit tam longo itinere honeſtum. Imò uerò domum Ciceroni deſolatam & planē inanem reddidit, multoq; oppreſſam & graui ære alieno. Itaq; ab eo repudiata fuit. Plutarchus in Cicerone.

DESERENDO.

TERENTIA Ciceronem maritum exulem neq; uiatico iuuit, neq; Brundifij eum, cum diu illic hæreret, inuiſit: neq; proficicenti eò filia adoleſcentulæ comitatum aut uiaticum præbuit tam longo itinere honeſtum. Imò uerò domum Ciceroni deſolatam & planē inanem reddidit, multoq; oppreſſam & graui ære alieno. Itaq; ab eo repudiata fuit. Plutarchus in Cicerone.

DESERENDO.

ADPICENTINVM Martialis libro nono: Funera poſt ſeptem nupſit tibi Gallia uirotum, Picentines: ſequi uult puo Gallia uiros. THEODAHATVM, Amalafredæ reginæ F. ob Etruriam, cui præerat, expulſam, Amalafuenta regina iudicio cõuictum, ſua cuiq; reſtituere cõpulerat. Subiit inde cogitatio animi, præſtare, ut poſt mortem filij Athalarici Gothorū regis, quæ ſauiente morbo non longo credebatur ab eſſe, ipſum ad regnum proucheret, atque opes ſuas illius erga ſe ſtudio confirmaret. Itaq; accerſito illo, cum ſibi inſenium exiſtimaret, hac oratione demulcere contendit: Se, quod illum iudicio condemnafſet, iuſtam afferre cauſam poſſe: ipſum enim Gothis purgatum eſſe uoluiffe, ut, filio mortuo, cum nemo præter eum ex Theoderici genere ſuperſeſſet, eum poſſet ſine aliqua Gothorum criminatione prouhere: id autem ſe pro explorato facturam, ſi ipſe mores mutaret, & iureiurando affirmaret, ſe titulo regni contentum, ſibi adminiſtrationem imperij permiſſurum. Theodahatus extemplo in ſpeciem omnem animo offenſionem abiecit, ac tanto beneficio accepto, perpetuò fore ſe in eius arbitrio ac poteſtate, ſanctiſſimo ſe ſacramento adegit: atq; ita Athalarico mortuo, iubente Amalafuenta, à Gothis ad regnum eſt euocatus. Inde ueteribus ſimulatibus animo repetitis, omne ſuum ſtudium ad ulciſcendam ipſam, cui omnia debebat, Amalafentam, conuertit. Itaq; propinquos inimicorum eius reduciſe ab exilio non contentus, neceſſarios etiam morte affecti, atq; ipſam demum per cauſam conſeruadæ inter Gothos concordia: in lacus Vulſinienſis inſulam relegauit, ibiq; firmo cuſto diri præſidio iuſſit, cum nondum legati ad Iuſtinianum miſſi in Graeciam perueniſſent. Veritus autem, ne eam rem Iuſtinianus Imp. iniquo animo ferret, Liberium & Opilionem ſenatores ſummiſit, qui, ſe nihil durius in eam conſuluiſſe, licet grauiſſimè prouocatum, docerent: atq; Amalafuentam in eandem, quam ipſe, ſententiam ſcribere cõpuliſit. Liberius ſincere ac uerè omnia, ut acta erant in Amalafuentam, expoſuit: alter uerò Opilio Theodahatum crimine fruſtra niſus eſt liberare. Interim Gothi Amalafuentæ inimici Theodahati perſuaſerunt, præſens uir: eius pericu O o o o I qm

lum imminere, nisi Amalafente uitam eripuisset. Itaq; per missu eius ad insulam, in qua erat, uenerunt, atq; eam in balneo strangularunt. Sigonius libro 17. Imperij occidentalis, ex P. Diacono.

DA CI ANVS præfces Alexandram uxorem à beato Georgio ad fidem conuersam, suspendi fecit, & interfecit.

Iustina nobilissima Romana uirgo, ætatis suæ puellas forma supergressa, quum locupletis quidam, sed stolido & furenti VIRO in matrimonium esset tradita, de excellenti illa specie in suspicionem marito uenit: qui candidissimæ uxoris ceruicem conspicatus, inclinantis se ad exuendum calcæi, furore ex zelotypia correptus, teneram puellam & nouam coniugem obruncavit, de quo facinore est illud Epigramma ex Lud. Viuis lib.1. de Infit. form. Christianæ:

Immitis ferro secuit mea colla maritus,
Dum prope roniui soluere uincta pedis.
Durus & ante thorum, quo nuper nupta coiu,
Quo cecidit nostræ uirginis honos.
Nec culpa meruisse necem, bona numina testor:
Sed iacopo fati sorte premita mei.
Dicite ab exemplo Iustina, dicite patres,
Ne nubat fatuo filia uestra uiro.

CHILPERICVS Clotharij filius, Glosindam uxorem, Athanagildi Gothorum regis filiam, suauis Fredegundæ pellicis, noctu in gulauit. Volaterranus.

RICARDVS III. Anglorum rex, uxorem sterilem ueneno necauit. Polydorus.

Lucardis, PREMISLI ducis maioris Poloniæ uxor, à pedisse quis suis iugulata est, anno Christi 1283. Nec expers huius culpæ Premisus, quod ne quæstionem quidem de scelere habuisset, nec pœnas exegisset, habitus, & uulgari crimine notatus est. Causa huius parricidij Premislo ea fuisse fertur, quod nullus ex ea susciperet liberis. Quasi uero id in arbitrio sit cuiquam, ac non diuinitus concedantur liberi. Sed non inultum id scelus tulit Premisus. Quamuis enim alteram uxorem duxisset non multo postea, Rixam Suetiæ regis filiam, tamen ne ex ea quidem mares susciperet, unicam filiam Rixam. Ad regnum Poloniæ euectus, insidijs Marchionum Brandeburgensium miserè cõfossus, septimo regni mense. Cromerus lib. 10. & 11.

PHILIPPVS Vicecomes dux Mediolanensis, cum adolefcens esset, & propter Ioannis fratris immanitatem, magna paterni imperij parte amissa, pars quæ supererat, magno in discrimine uersaretur, omnium egens, Beatricem Facini Caris militarium copiarum suarum ducis uxorem, ipsius Facini hortatu qui paulo p̄d̄ decessit, in matrimoniu duxit: quia & militum animos, qui ei assueuerant, & pecuniam, qua Facinus abundabat, cum nuptiis secum trahebat. Eius igitur opes compositis rebus, quia ætas longè dispar erat, neq; Philippo coniux, sed aua superinducta uidebatur, ut se graui matrimonio liberaret, uxorem adulterij cum Orumbello ci tharædo admitti ream, nec in tormentis quequam contra pudicitia decus contentem securi percussit, imparis, ut ferunt, coniugij pertæsus, cuius tamen non dubijs opibus ad imperium peruenerat, ut demum Amadei Sabaudi filiam euentu sterilem duceret, non sine dote modò confectis nuptiis, uerum ut societatem promereretur, ultrò traditis Vercellis, Iouius in Philippo, & Fulg. lib. 5. cap. 3.

FRIDERICVS Celestis comes ob amorem concubinae Veronicæ, quam pater eius in profluentem demergi curauerat, uxorem legitimam ex Croatia comitibus natam, miserè interfecit: atque deinde inter scorta uitam turpissimam agens, ignominiosè uitam morte commutauit. Aeneas Syluius in Europa, cap. 21. & lib. 1. Commentariorum in res gestas Alphonsi regis.

INSIDIIS.

OLAVS rex Noruegiorum, Sigriham Sueciæ reginam ambiens, eâ conuerso in aliam amore perdere studuit. Vide Tit. Inimicitiam & odium astute excitare, fouerè.

ADULTERIO.

Alexander Priami F. Cebrenis filiam OENONEM fatidicam in uxorem duxit, pollicitus, se nunquam illam deserturum. Illa prædixit ei, quod Helenam nõ multo p̄d̄ rapturus sit, & patriam perditurus, uulneratum insuper in bello non nisi suis remedijs sanatum iri. Ridebat ea tamen Alexander. Verum raptam iam Helena, Oenone ad patrem reuersa est. Vulneratus à Philoctete Paris, Oenonem per præconem ac cersiri curat. Zelotypia illa, ab Helena auxilium petere iussit, uicta tamen amoris impotentia festinabat ad Paridem. At quia præco responsum ab Oenone citius retulisset, præ animi molestia Alexander expirauit. Oenone superueniens quum mortuum iam in terra iacentem uideret, seipsam interemit. Parthen. in Eroticus cap. 4. ex Nicandro in lib. de Pœtis, & Cephalone Gergithio in Troicis.

REPUDIÛ.

IASON perdidit erga Medeam uxorem. Vide Tit. Coniugium scœuita mutua, ob quamcumq; offensam.

Ca. POMPEIUS uxori Antistia, cuius pater Syllano bello, quod Pompeianus haberetur, interemptus fuerat, sine legitima causa repudium misit, ut Aemilia Syllæ priuigiam duceret. Syllæ fauorem, uirtuti & caritati Antistia, atque forceri pro se parfo sanguini, anteposuit. Antistia mater sibi ipsi manus intulit. Alex. lib. 4. cap. 8. & Fulg. lib. 5. cap. 3.

MANTONIVS Triumuir, cum Fuluiam uxorem inito Triuuiratu statim repudiasset, & Octauiam Augusti sororem duxisset: utramq; tamen ob Cleopatram, cuius amore flagrabat, contempsit. Hinc causa belli ciuiliis. Volater. lib. 13. cap. 3. Anthrop. ex Plutarchi Antonio.

C. Cæsar CALPYLA matrimonio contraxerat turpiss, an di miserit, an tenuerit, non est facile discernere. Litiuam Hostelliam C. Pisoni nubentem, cum ad officium & ipse uenisset, ad se deduci imperauit, intraq; paucos dies repudiatam biennio p̄d̄ relegauit, quod repetitè usum prioris mariti tempore medio uidebatur. Alij tradunt, adhibitum cenæ nuptiali, mandasse ad Pisonem contrà accumbentem, Noli uxorem meam premere: statimq; e conuiuio abduxisse eam secum, & proximo die edixisse matrimonium sibi perpetuum exemplo Romuli & Augusti. Lolliam Paulinam C. Memmio Regulo consulari, exercitibus regenti nuptam, facta mentione aua eius, ut quondam pulcerimq; subito expro uincia euocauit, ac perductam à marito coniunxit sibi, breuique missam fecit, interdito cuiusquam in perpetuum coitu. Dion & Suetonius.

DOMITIANVS Imp. Domitiam uxorem suam repudiavit propter admissum adulterium, capto consilio de sententia Viri. Verum mox cum nepe sua Iulia tanquam cum uxore coire deprehensus est, propter quam potissimum legitimam uxorem repudiassè dicitur. Dion.

ARVIRAVS, Claudij Cæsaris benignitate Britannæ regno potitus, uo adam coniugem, Caractaci Scotorum regis sororem (ex qua filium Guiderium & duas filias susceperat) in uincula coniectam repudiavit: & Genissam nobilem Romanam sibi iunxit, A. Plautij prop̄getoris Romani astu, ut subta affinitate inter Aruiragum & Caractacum, Britannis auxilioru à Scotis perendorum spes omnis adimeretur. Ea iniuria Caractacus accessus, cum Britannis in Romanos cõiuratus: Clades magna ultro citroq; illata. Aruiragus ut do medicæ perdidit publicam adderet, quod focis armis Romanos de se licet optimè meritis ex insula pelli posse speraret, ad Britannos defecit. Genissa nuncio accepto ex abonu perijt. Claudius Imp. Vespasianum cum nouis copiis in Britanniam mittens, magna strage confederatos uicit. Aruiragus se dedit. Thara Pictorum rex in acie occubuit, Caractacus uix fuga euasit: frustra que recollectis uiribus, tandem ab Ostro Scapula captus Romam missus, clementia Imp. uitam cum regno recepit. H. Boethius lib. 3.

CONSTANTINVS Irenes filius, cum quaereret causam ad repudiandam uxorem Mariam, & aliam ducendam: finxit sibi ab uxore paratum esse uenenum, quod ipse tamen subornauerat. Ignatius in uita Tarasij.

LOTHARIVS rex Lotharingiæ Tietbergam uxorem, Hugberti abbatis sororem, repudiavit, Quadradam pellicem superduccens. Sigebertus in Chron.

Anno 1086, PHILIPPVS Francorum rex, Bertham Baldwinæ Comitissæ Hollandiæ filiam repudiavit, ex qua liberis suscepit, Ludouicum Crassum, & Constantiam: à seque illam ablegauit. Montrolium maritimum oppidum: in cuius locum Bertradam pellicem à marito Fulcone Aspero Andegauensium comite abductam publicè accipit: cuius amore adedò occæcatus fuit, ut grauissima quæque totius regni ad illius arbitrium & libidinem regerentur. Adulterij tempore Philippum Florum & Cæciliam liberos suscepit. Nec postea Bertham reuo cassit, nisi summi pontifices Vrbanus & Paschalis illi aqua & igni interdixissent. Chronicon Francorum.

HENRICVS III. Imp. cum acerbum in Adeleidem coniugem, Rufcorum regis Rodium concepisset, in carcerem conditam omni contumeliarum genere afficiendam ac propè lacerandam suscepit. Itaque ad cætera illata probra cum Nicolaitarum more multis eam stuprandam prostrasset, idem Conrado etiam filio ut faceret, imperauit, addidit inde flagitio contumeliam: Conradum scelere se tanto obstringere recusantem, ira odioque accensus filium suum esse negauit. His de rebus Adeleis cum fortè pauens è carcere euassisset, ad Mathildem Lombardiæ & Tusciæ principem, Henrici hostem, in Italiam se recepit, ac supplex miseræ suæ subsidium implorauit. Mathildis benignè exceptam Vrbanò II. commendauit Pontifici. Vrbanus uerbis multicem consolatus, atque ut in monasterium iniret hortatus, remisit domum, atque eo etiam nomine Henricum Imp. è numero amouit priorem. Conradus similiter patre relicto ad Ma-

ad Mathildem Vrbanumque se contulit, & noxa paterna solutus, ex ipsius Vrbanus auctoritate regnam aduersus patrem in Lombardia suscepit: idque summa cum omnium gratia per nouem deinde annos administrauit, ac Rogerij Siciliæ Ducis filiam sibi matrimonio iunxit. Ad animi uirtutes ingentes decora etiam corporis forma accesserat, quæ ipsum impensius quoque populis commendauit. Ita uero aduersus patrem regnauit, ut tamen cum semper regem ac dominum suum uocaret. Sigonius lib. 9. regni Ital. ex Dodechino & Helmoldo.

ODOACER rex Boemiæ, legitima coniuge repudiata, aliam duxerat ex Ungaria. Quæ de re in iram uersus Orho Misnensis marchio, frater repudiatae, & dux Saxoniarum Bernardus, Philippo regi Germanorū coniunctissimi, effecerunt, ut Odoacro ad alterum regnum ademptum traderetur Theobaldo puero, Theobaldi filio, qui literas Magdeburgi dicebat. Tulit eâ rem indignissimè rex, & Hermannò Turingiæ Landgrauio federatus, in Philippum pariter uersus, ad Othonè IV. æmulum transtulit. Crantz. lib. 7. Saxoniarum, cap. 16.

Beatricem Aragoniæ, Mathiæ Coruini Hungarorum regis uidua, VLADISLAVVM Boemiæ regem ad regnum quoque Hungariæ promouerat, spe coniugij facta. Regio uero potitus, Alberto fratre, Ioanne Hunniade spurio, & Maximiliano Cæsare æmulus prosligatus, quantumuis sæpè interpellatus fidem datâ seruare neglexit, sterilitatis prætextu. Româ proinde à Beatrice in ius uocatus, dum ibi conseruandine Romana causa de anno in annum diu ampliatur, ad extremum multo auro redempta dicitur, ut Vladislaò aliam quamcumque ducere uxorem liceret. Duxit autem apud Vâcones, filiam Herois de Gandala, cui nomen Annæ fuerat. Dubr. 1. 31.

SVPERINDVCTIONE ALTERIVS, SIVE PELLICIS.

DAPHNIM bubulcum alij perhibent in delicijs Mercurio fuisse, alij filium, nomenque ex euentis inuenisse: dicitur enim natus ex nympba: & postquam in lucem esset editus, sub lauro expositus. Boves uero quas paut, aiunt forores fuisse boum Solis, quarum in Odyssæa mentionem facit Homerus. Cum autem in Sicilia patceret Daphnis, una ex nymphis cum amare coepit: pactumque iniuerunt, ut ad nullam aliâ accederet: alioquin enim in fatis esse, minata est, uo oculis caperetur, si fuisset ea transgressus. Aliquibus diebus post, cum regis filia deperiret eum, uino inebriatus, uiolauit fidem, & cum puella commercio agitauit. Hinc Bucolica primum cantari coepit, quibus hoc oculorū Daphnidis in commodum materiam dedit. Primus id genus carmina Stesichorus Himeræus scripsisse traditur. Aelianus de Varia histor. libro 10.

UXORIS.

Cum obisset Fridericus dux Austriæ sine liberis, soror eius Margarita hereditatem accepit. Nupsit hæc olim Henrico Imperatori, Friderici secundi filio, eoque sine sobole uita: suucto in patriam redierat. Eadem iam anus OTHO CARVM Boemiæ regem sibi uirum adiciuit, qui non tam con-

iugis etatem, quam dotem animo uoluens, sterile matrimonio contraxit, & principatum nobilem consecutus, quanto plura possedit, tanto maiora concupuit. Quinetiam uerente legitima uxore, per quam tantum impertum pepererat, alteram superduxit Cunigundam regis Marchoniæ filiam, ex qua S. Venceslaus filium suscepit. Aeneas Syluius in hist. Boem. cap. 27.

IA COBVS Fortunatus, Aragonum rex octauus, adolefcens adhuc, puellam quandam adamauit nomine Tiresiam, Ioannis Bidauræ filiam. Quam cum neque blanditis ullis, neque muneribus allicere posset, nocte quadam in domum patris puellæ se contulit, ibiq; latuit. Post mediam noctem cunctis iam dormientibus puellæ cubiculum ingressus, ad eam tandem peruenit. Quæ eum nullo modo admittere uoluit, nisi coniugium promitteret. Ille amoris stimulis agitatus, uiro quodam adhibito, qui eum obseruabat, Tiresiæ fidem coniugij dedit, & ex ea duos filios progeniuit. Caterum post à quibusdam peritusus, ut Alphonsi Castellæ Regis filiam duceret, legatos eò misit ad matrimonium constituendum. At Tiresia statim procuratores in Castellam misit, qui die sponsaliorum matrimonium Iacobi cum Tiresia factum publicè denunciarent. Hinc sibi metuens à Rege, paruo comitatu Romam se contulit, & Regi literas citatorias misit, ad causam pacti patrimonij, coram summo Pontifice disputandum. Pontifex partibus auditis, cum Tiresia sine testibus (nam miles unicus, qui iurcurando Regis interfuera, è uita discesserat) matrimonium sola probare nõ posset, Iacobo Regi permisit, ut cum Leonora Castellæ Regis filia matrimonium contraheret. Marineus libro 10. rerum Hispanicarum.

DESERTIONE.

Ariadna THESEVM secuta, ab eo in Naxo insula relicta est, quum Aeglen quandam amare coepisset, ut Hesiodi carmè demonstrat. Qui eam in Naxo relictam scribunt, nupsisse aiunt Ariadnam Onaro, qui sacerdos fuit Bacchi, unde uideri possunt poete fabulandi materiam sumissè, qui eâ à Baccho raptam, celoq; illatam prodidit. Sab. lib. 6. En. 1.

Capta à Rom. Carthagine, erat Aesculapij templum in arce opulentissimum. Hinc supplices ad Scipionem uenere, qui rogant, ut iis, qui ex Byria excedere statuissent, salutem donaret. Concessit id Rom. Imperator omnibus, prater quam transfugis. HASDRUBAL dux cum uxore & liberis & nō gentis transfugis desperata uenia templum non nihil tutati sunt. Demum omnibus fame, uigilijs, labore fessis, Hasdrubal occultè ad Scipionem transfugit. Quem ubi, qui in templo erant, ante pedes ducis constitutum uiderunt, eius perfidiam exerati, ædem incenderunt. Hasdrubalis uxor, quæ sese quantum in eo rerum tumultu & ultima desperatione potuit exornasset, ex aduerso hostium summo fastigio templi constitit, duobus filiis ante pedes constitutis. Ibi alta uoce Hasdrubalem, ut patriæ, coniugis, liberorum proditor insecrata, ambos filios in conspectu patris & Romani exercitus obruncavit, seq; cum illis in subiectam deceret flammam. Sabell. lib. 9. Enn. 5. & lib. 4. cap. 7. Exemplorū, & Fulgofus libro 9. cap. 13.

SERVI PERFIDI ERGA DOMINOS, PER

INOBEDIENTIAM.

HAGAR Aegyptia ancilla Abrahami, cum permittente Sara ex Abrahamo Ismaelem concepisset, cepit heram suam committere. At Sara uicissim eam tanquam seuam domo expulit, & in desertum Domini Hagarem consolatus, ad dominam redire iussit. Genesis 16.

IMPERIVM IN DOMINOS, SERVI IMPERIOSI.

SERVI Volunienfium inuadunt dominum. Vide Tit. Volunienfium omnis generis dedit. Claudius Imp. LIBERTORVM imperijs (teste Aurelio) ita subiectum, in Actis legitimum Apostolorū. Pofidi eunuchus, post triumphum Britannicū, inter militariū fortissimos, arma insignia tanquã participij uictoriae dono dedit, haustaq; pura donauit. Polybium inter Consules medium incedere fecit. Hos omnes antebat Narcissus ab epistolis, dominum se gerens ipsius domini, Pallafque prætorius ornamentis sublimatus: adeoque dies, ut causante eo inopiâ fieri, lepidissimè famoso elogio uulgatum sit, abundè ei pecuniâ fore, si à duobus liberis in societatem reciperetur. Hinc itaque adductus, non principem se, sed ministrum egit: horūq; studio ac libidine, honores, exercitus, impunitates, supplicia largitus est. Et, ut Sextus inquit, liberi summam potestatem adepti, stupris, exilio, cæde, proseriptionibus omnia se dabant. Culpinianus.

REBELLIONEM BELLA

SCYTHIAE in Asia bellum gerebant. Interea temporis Scythiades ex seruis liberos procreauerant. SERUI reuersos dominos recipere noluerunt, bellumq; constatum est. Serui instructa acie dominis obuiam progrediebantur armati. Scythia quidam metuens, he ex desperatione prælium committerent, suis consilium dedit, ut arma & arcus deponerent, flagellisq; protensis obuiam seruis irent. Qui cum extensis flagellis impetum facerent, illi conscientia scruitutis stimulati, repente se fugæ mandarunt. Polyænus lib. 7. & Hero d. lib. 4.

ARGIVORVM serui contra filios heredes bellum mouent. Vide Tit. Vrbes desolatae.

Cum Sparta terræ motu sceddè disiecta esset, HELOTEÆ, captiui scilicet Messenij, publicæ operæ, in Ithomen montem concesserunt. Lacedæmonij ab Atheniensibus auxilia petierunt. Missus est Cimon Miltiadis F. cum lecta manu. Sed Lacedæmonij cum eos suspectos haberent, domum remisserunt. Ea iniuria accessit Atheniensibus, cum Argiuis Lacedæmoniorū hostibus fœdus fecerunt. Decimo uix tandem anno serui sunt domiti. Diod. lib. 11. & Pausanias in Atticis.

In Chio insula seruis quidam, PRIMAVS nomine, fugitiuus in montes, seruorum dux declaratus est. Multis uicibus citroq; datus & acceptus cladibus, tandem fœdus initum. Ipse mensuras, pondera, ac sigillum proprium fecit, eaque Chiis ostentans, Sumâ his mensuris ac ponderibus, inquit, ea quibus opus habuero, hocq; sigillo precium obfignatur deponam. Seruorum autem uestrum fugientium causas di-

0000 2 iudicabo:

iu dicabo: si intolerabile quid perpessi uidebuntur quare au fugerint, eos mecum retinebo: si nihil iustum comprehendero, eos rursus dominis restitua. Cum reliqui serui Chios promptè conditionem complexos esse cognouissent, multo pauciores aufugiebant, timentes illius iudicium. Qui uero fugitiui erant cum illo, multo magis illum timebant quam suos dominos, omnia que illi que conueniebant, ueluti exercitus imperatori obediens ministrabant. Castigabat eos qui minus ordinatè quid facerent, neque ullum aut agrum prædari, aut iniustum aliud agere patiebatur, sine ipsius imperio. Capiebat ex hostico placidè uinum uictimasque, ac quacunque domini darent. Si quem uero sibi insidiantem, uel fraudes subtendentem sensisset, continuo puniebat. Edictum postea fecit ciuitas, se multos numeros ei daturam, qui autillum cõprehenderet, ac capere uisus afferret. Primacus ergo iam senex amasium suum se infestificare, & capite Chiis oblato mercedem accipere iussit, renuentem cogit, tantoperè illum amabat. Chij ab aliis rursus seruis iniuria affecti, deprædationesque passi, mansuetudinis illius mortui recordati, heroicam statuum illi in regione exererunt, ac Benigni Herois nominarunt, eisdemque nunc etiam fugitiui primitias omnium rerum offerunt quas capiunt. Referunt, hunc etiam compluribus Chiorum per somnum apparuisse, seruorumque insidias significasse. Quibus uerò apparuit, hunc in locum, ubi illius simulacrum est erectum, uenientes sacrificant. Athenæus libro 6. cap. 7. ex Nymphodoro.

Posidonius ATHENIENSIVM seruos defecisse à dominis narrat, atque omnes metallorum custodes interemisse, arcemque Suij occupasse, ac diu deuastasse Atticam regionem. Erat autem id tempus, quo secunda seruorum rebellio facta fuit in Sicilia, multaque & alia: rebelliones fuerunt, in quibus mortuæ sunt plures quam centum seruorum myriades: atque de bellis seruilibus cõmentarij extat à Cælio thetore literis editum. Athen. lib. 6. cap. 7.

Plebe Romana ob legem agrariam cum patriciis decertante, **EXVLES** seruique ad quatuor millia, Appio Herdonio duce, Capitolium & arcem noctu occupauere. Erat is Sabini generis, nec obscuro ortu natalibus, dubium, ut ipse tyrannidem exerceat, an ut Romano principatu sublato, in Sabinos caput & arcem imperij transferri uellet. Cædes in arce per noctem edia: & ad arma repente conclamatur. Vbi illuxit, Herdonius ex Capitolio feruitia ad libertatem uocabat, qui ut ipse clarè prædicabat, miserimi cuiusque causam suscepisset, ut exules iniuria pulsos in patriam reduceret. Serui igitur domi, & hostes fortis timebantur, ne Volsci & Equi, quorum in Romanos odia nulli ad id tempus ignota erant, aut cæteri finitimi, qui & ipsi Romanos captus èderant, præsentem occasionem nacti, magno Reipublicæ periculo, parte ciuitatis capta, legiones portis admouerent. Interea tantus furor tribunos tenuit, ut non id bellū esse conderent, sed uanam belli imaginem ad auertendos à legislatione plebis animos, patriciorum hospitesque arcem infestasse: quippe qui perla lege, sua sponte essent in de abituri, concilium inde perferendæ legi cogebant, plebe ab armis auersa. L. Manilius Tusculanorū Dictator, suis auctor fuit, ne expectarent dum ab urbe Roma auxilium legati petrum uenirent, nunquam maiorem occasionem Romani nominis demerendi Tusculano affuturam. Romā prima luce itur. Præbuit agmen procul conspectum hostiū specie, Volsci Equique, uenire primò crediti sunt: ubi uerò qui essent cognitum est, in urbem accepti in forū sub signis descendere. P. Val. Consul, collega ad portarum præsidia relicto, ipse in foro aciem instruit, pollicitus Capitolio recuperato, ubi demonstrasset quid fraudis in lege esset, se consiliū plebis non impediturum. Tum tribunis nequaquam reclamantibus, multitudo consulem secuta est. In Capitolij clauum acies dirigitur, adiungitur Tusculana lege certare inter se ciues sociisque, utris recuperatæ arcis laus deberetur. Valerius inter primores prælium ciens, superne iclus concidit. Tanto ardore impetuque res gesta est, ut prius miles uicerit, quam se sine duce pugnare senserit. Plerique exulum sua ipsi cæde templum fœdauere, quidā uiui capti. Herdonius telorū multitudine obrutus, fortiter pugnando occubuit. Atque in hunc maximè modum Capitolium recuperari contigit. De captiuis summum est supplicium. Tusculani ut socij fidelissimi laudati. Sab. lib. 3. En. 3.

Quadringenti serui apud Enneses in Sicilia, duce **EVNO** Syro diuinitatem affectante, & futura prædicente, contra dominos suos rebellarunt, Damophilij & Megaclidis eius uxoris crudelitate accensi. Itaque facta manu Damophilum ex suburbanis hortis unā cum uxore rusticantem in urbē prostraxerunt, uariis iniuria contumeliis affectos. Ipsum in teatro serui occiderunt. Megaclidem miserè cruciatam præcipi tarunt seruæ. Soli filia pepercerunt, ob humanos mores, & animum ad cõmiserationē erga seruos propensum. Quod

quidem argumento fuit, seruos non crudelitate naturæ talia perpetrare in alios, sed illatas sibi iniurias ulciscentes. Ex Ennesibus omnes interfecere, qui fabricationis armorum imperiti erant: peritos autem, uinctos operi faciundo addidit. Eunus quoque proprios occidit dominos, Antigene & Pythonem. Tandem imposito capiti diademate, rebuque suis omnibus regali splendore ordinatis, sua ite uxore (quæ & ipsa Syra erat, eiusque ciuis) declarata regina, ex eorum numero, qui prudentia cæteris antecellere uidebatur, aliquot sibi consiliarios delegit. Ex quibus erat Achæus, nō tantum nomine, sed & natione Achæus: qui cum trium dierum spacio sex hominum armasset millia, totam regionem prædæ agens peragrata. Vt etiam Romanorum imperatores bello ausus fuerit laceffere, plusquam decem hominum milia ducens. Interea Cilix quidam, **CLEON** nomine, defestione aliorum seruorum auctor fuit, & Euno cum quinq; milibus se subiecit. Non multo post commissa pugna cum imperatore Lucio Hipsæo Roma ueniente cum octo millibus Siculorum militum: uictoria potiti sunt serui, utpote qui uiginti milia essent. Aliquantu post autem eorum numerus usque ad centum milia creuit: quomodo; aduersus Romanos prælia subinde gererent, sæpè ex iis gloriam reportabant. Cuius rei quum dissipatus esset rumor, iam serui quinquaginta Romæ conspiratione inter se facta ad defestionē incensū erant, in Attica autem plusquam mille: itidem uerò apud Delum, multisque aliis in locis. Sed tumulum ibi tum sopitus est. Cleon tandem cæso in acie, Eunus afflumis stipatoribus fœxentis, ad loca prærupta, ut erat ignauus, fuga se recepit. Sed qui cum eo erant, exitium inuitabile sibi impendere scientes (iam enim Rutilius Imperator ad eos contendebar) ut hostiles manus prouenerent, sibi mutuo ceruices abfcedebant. Eunus in speluncas confugiens, unā cum quatuor ex suis inde extrahit (coquo, pistore, & eo, cuius manu in balneo fricabatur: quarto autem eo qui inter epulas oblectamenta ei afferebat) & in carcere coniectus, in magnam pediculorū uim resolutus corpore, apud Morgantiā dignum suis temerariis ausibus nactus est uitæ exitum. Rutilius, tota Sicilia cum parua eaque, selecta manu celeritè omnium spe peragrata, à prædonibus eam omnino liberat. Diodorus Siculus lib. 34.

Bello Cimbrico rebellantium seruorum tumultus uarij in Italia excitati fuerant, sed parui ac minimè diuturni: uelut numerum, quam atrox futura esset in Sicilia rebellio, præsignificante. Primū apud Nuceriā triginta serui coniuratione facta pœnas dedere. Capuæ ducenti serui rebellantes sine mora delati sunt. Tertius tumultus miro quodam exortus est modo. Erat quidam **TITVS** Minutius, eques Romanus, prædicto natus patre, qui alienæ famulæ amore captus, ut in eius amplexum ueniret, effecit. Tandem uerò eam à domino septem talentis Atticis emit, die persoluendo precio constituta. Illa ubi aduenit, is, quod soluendo non esset, ut sibi dies triginta prorogarentur, obtinuit. Rursum & hoc spacio exacto, quum dominus pactum precium exigeret, neque hic ullam soluendi nominis rationem inire posset, interea uerò amor inualefceret: coemtis quingentis armaturis, fideque impetrata, eas clanculum in agrum deferendas curauit. Deinde quum suos ipsius seruos sollicitasset ad defestionem, numero quadringentos, sibiq; diademata imposuisset, purpuram quoque cum aliis insignibus regis assumptisset, tandemque seruorum auxilio regem se constitisset: primū quidem eos, qui pactum precium exigebant, uirgis caesos securi percussit: postea uerò quum sua illa seruitia amasset, uicinas uillas peragrare placuit: in quibus eos, qui se prompto & alacri animo socios defestionis adiungebant, armabat: quotquot autem repugnabant, eos in terrefcebat. Missus contra illum (tria seruorū milia & D sub signis habentem) L. Lucullus: qui largitionibus & impunitate promissa Apollonio imperatori seruilis exercitus, ad prodendos eum socios compulsi. Omnes itaque defestionis participes cæsi fuerunt, præter eum qui illos prodiderat Apollonium. Et hæc quidem antequam maximam quæ in Sicilia contigit defestionem, quasi quæ eius quoddā prælium essent. Ea autè hinc orra est In Maij aduersus Cimbro expeditione Senatus auxilia ex transmarinis nationibus accesserit potestatem Mario dederat. Marius igitur ad Nicomedem Bithyniæ regem de mittendis ad se auxiliariis copiis scribit. Is responsum dat, bonam Bithynorum partem à uictigallium publicorum redemptoribus direpta, feruire seruitutem per propinquit. Quum autem senatus cõsultum esset, ne quis ex populi Romani sociis, qui quidem liber esset, in provincia ulla seruiret, & ut imperatores curam eorum manumittendorum gererent: accidit, ut imperator Licinius Nerva, qui tum fortè in Sicilia erat, decretum Senatus obseruans, multos ex seruis iudicis constitutus manumitteret, ad eò intra paucos dies plures octingentis in libertatem aliterentur. Iamque erant animi omnium illius insula

insula seruorum in spem libertatis erecti, cum graues auctoritate uiri ad ipsum imperatorem conueniunt, cumque, uero omnes ore, ut ab incepto desistant, rogant. At hic siue peccatis expugnatus, siue gratiam aucupatus, iudicium hæc de re accuratius exercere desistit: & ad se uenientibus, ut libertate donarentur, ut ad suum quisque dominum reuertentur imperare cœpit. Tum uerò serui coitione facta Syracusas relinquere, & ad Palicorum delubrum confugere, ibique se de defestione sermones conferre. Fama autem huic tam audacis seruorum facinoris per diuersa loca iam uulgata, primi se in libertatem uendicarunt triginta duorū diuissimorum fratrum serui: quorum duos erat quidam nomine **OARIVS**. Hi primū suos heros noctu dormientes iugularunt: deinde ad uicinas etiam progressi uillas, seruorum animos ad libertatis studium accendunt: adeo ut illa ipsa nocte concursus ad eos factus sit aliorum centum & uiginti, atque amplius. Hi, occupato loco natura munito, arte haud paulo munitiore reddiderunt: armatis & aliis octoginta seruis, qui armati erant. Licinius Nerva cum aperta uino posset, proditione per C. Titinium duces seruorum castellum occupauit. Sic defestio prima compressa. Interea serui P. Clouium equitem Rom. interfecere, factaque manu, regem creant **SA LVIVM** quendam, qui aruspici peritus habebatur, & in mulierum corona cantu tibarum ad insaniam usque, perstreper solitus erat. Hic regnum adeptus, ubi desiderium molliciemque uitas diuidans, defestoribus tres in partes diuisit, totidemque; ducibus unicuique parti tribuitis, effulsis populationibus peragrare regionem totam, omnesque certum ad locum certoque tempore remeare imperauit. Illi cum aliorum animalium, tum uerò eorum copiam suis excursionibus adepti, breui pedum uiginti milia, equitum duo effecerunt: idque hominum, qui iam tyrocinium non sine summa laude posuerant. Hi Morgantiā obfidentes, Neruam iusta acie uicerunt. Simul eam apud Aegestanos & Lilybæncis eadem defestio per seruum **SPARTACUM** ferpebat, ducē **ATHENIONEM** Cilicem. Hæc quum res domesticas duorum opulentissimorum fratrum dispenseret, & eius quæ sit ex aris diuinationis peritissimus esset, seruos in suam sententiam pertraxit, primū quidem eos, quos sub potestate habebat, numero circiter duceat: postea uerò & uicinos, adeo ut quinque diertim spacio mille & amplius congregarentur. Ab his rex creatus, imperioque capiti diademate, non omnes, quorū quot defestiebant, recipiebat, sed ex iis strenuissimos quoque in suorum militum nutrium allegens, reliquos cogebat, repetitis pristinis officijs, unumquemque; eundem, quem antea locum teneret, & quarum rerum dispensatio esset eius officij, eam studiosè suscipere. Quæ ex re largum etiam comparabat suis comæteum. Porro fingebat deos per astra futurū se uniuersæ Siciliæ regem præsignificare: ideoque oportere tam ipsi regioni quam animalibus & fructibus, qui in ea essent, tanquam propriis parere. Tandem uerò cum X milia hominum coegisset, Lilybæm inexpugnabilem urbem obsidere est ausus. Sed se operam perdere animaduertens, obsidionem tanquam deorum impetio soluit. Cum igitur ab urbe recedere pararet, appulerunt naves quædam delatam Maurisiorum aduenteque manum, auxilio Lilybæncibus missam: cui præerat quidam nomine **GOMON**. Hic cum suis noctu Athenionem adortus, cum multis iter facientes prostrasset, ad urbem pedem reuulit. Quare illa Athenionis ex astra uaticinatio in precio & admiratione erat. Inter ea autem ualde confusus erat rerum Sicilia status. Neque enim serui duntaxat, sed etiam ex liberis hominibus ij, qui egestate premebantur, omne latrocinij flagitijque genus exercebant. Ac ne quis hanc perditam eorum nequitiam nunciare posset, obuium quemlibet, seruum pariter & ingenium trucidabant. Saluius in Leontinis recentio exercitū, XXX milia selectorum habuit militum, & regis ascito nomine, pro Saluio Tryphon dici uoluit. Et tanquam regi præter omnium spem sese conianxit Athenio: quum ille metu insidiarum in carcere coniecit. Trio cala urbem munitissimam occupauit, & pro regia sua habuit. Ex prudentissimis consiliarios elegit. Iam uerò & toga prætexta tunicaque; lati clauū amictus ius reddebat, licitorumque; illi cum securibus præibat: quæ demique; regiam dignitatem efficiunt & quæ ornant, ea omnia consecrabatur. Imperatorem aduersus defestores Senatus Rom. delegit L. Licinium Lucullum cum **XVI M**. Tryphonem Athenionem condonans, ad deliberationem de bello in Rom. gerendo cum adhibuit, & Tryphonis quidē consilium erat, ut in castello ipso Trio calis manentes, inde pugnam committerent: Athenio autem auctor erat, ne scipios obsidione circumcludi paterentur, sed potius in aperto campo dimicarent. Itaque propter Scythæam castrametati sunt, X. L. M. non pauciores. Cum tandem die accipiti Marte pugnam uiceret, Athenio genu utroque; uulneratus, postea & teruo uulnere accepto, pugne utilis esse desit. Quam obrem

fugitiui animum despondentes, fugæ se dederunt. Athenio cum mortuus crederetur, latrauit: & simulata aliquatisper morte, cum primū nox aduenit, fugā sibi salutem peperit. Seruorum cæsa **XX M**. Adeo autem abiecerant animos serui, ut etiam de redeundo ad dominos, seque eorum potestati committendo deliberatio ad dominos, seque eorum potestati men uicit sententia, qui auctores erant, ut ad extremum utque spiritum dimicarent, nec ipsi scipios per dentes in manus hostium traederent. Trio cala obsedit Lucullus frustra, itaque Romæ multam subiit. C. Seruilius, qui Lucullo successit, cum Athenioni, qui Tryphone mortuo rex dictus est, nō resisteret præ ignauiā, exilio multatus est. C. Acilius tandem interfecit Athenionem, & reliquias belli persectus, mille seruos, quorum dux erat Sartyrus, cum legis missis se dedissent, in præsens quidem pœnam remisit, sed Romam abductos cum bestijs commisit. Vbi proditum est à quibusdam eos maxima cum laude uitam finiuisse. Nam certamen cum bestijs detrectasse, & ad publicas aras mutuis uulneribus occubuisse, cumque; ultimum ex iis ipse Sartyrus interfecisset, cum post reliquos omnes sibi manus attulisset. Bellum igitur serule in Sicilia cum annos deditisset propemodum quatuor, hunc uerò tragicum exitum habuit. Diodorus lib. 36. Medio Sertoriani belli ardore inopinatum & atrox periculū Rom. Pop. est ex seruitis ortum. Nutriebat Capuæ Lentulus quidam Bartiatus (uel Batiatus) grandem familiam ad gladiaturam usum, erantque; plurimi Galatæ aut Thraces. Ex his plerique; lanistæ scæuitiam pertraxi, quum fugiendi consilium cepissent, indicio proditi, cæteris metu implicitis duo & octoginta fugam expediere. Alij septuaginta scribunt. Horum princeps **SPARTACVS** fuit, Thrax genere, uiribus & audacia inter sitos longè princeps. Is quum primū uenialis est Romam ductus, draco in spiram conuolutus ad quiescentis caput apparuit. Quod prodigium sagā mulier intuita, formidabilem in homine potentiam portendi dixit, sed quæ infelicem habitura esset exitum. Primò itaque; ex Capua Vesuuium Spartacus occupauit, quò breui ad decem milia fugitiuorum confluxere. (Athen. lib. 6. cap. 7. ex Attica quoque; seruos ad se traxisse scribit) & ex agris spe prædæ multi sese his altero agglomerant, gladiatorum armis ut in utilibus abiectis bellica induunt, partim à uiatoribus rapta, partim ex uillis uicisque; contiguas quasita. Montem inde arduum insident, circumquaque; præterquam à una parte, eaque; per angusta altis rupibus præruptum, in eo præcipuè occupati, ut armis corpora munirent, quorum inopia quidam uiminos clypeos superinecto corio texere, latrocinari adhæc atque; ex proximo querere sibi prædam. Hac primus omnium Claudius uenit cum tribus millibus armorum, quam manum ex agris, quum ad eum motum opprimendum ueniret, tumultuosè concucerat. Appianus Varium pro Claudio posuit. Is concluso montis aditu spem præceperat seruilis manus illius breui opprimendæ, ut sedendo fame domaret. Spartacus ubi omnem aliam ad euadendū uiam sibi ab hoste septam conspexit, auctor fuit sociis, ut uitigineis rebus noctu sese ex rupibus ad imum demitterent: demissi atque; armis instructi Rom. stationem à tergo inuadunt. Nec ibi ullum negotium uictoriam retardauit. Fuga à Rom. facta, Spartacus castris potitur omnifariam comæneat referitis. Fama præclari huius facinoris magna uim fugitiuorum ad Spartacum traxit: coite huc & ingeniuorum multi in horam, ut iam iusto opus esset exercitu ad inchoatum latrocinium opprimendum. P. igitur Vatinus siue **VORREUS** (Plutarchus P. Varium, Florus Q. Varium habet) cum duobus legatis exercitum in Spartacum est ducere iussus. Qui acie cum eo congressus, ne difficili quidem pugna uictus est. Nec multo post & **COSINIUM** proconsulem (L. Titius Cassium scribit) cum maioribus copiis missum hostis ex improuiso adortus, cum incautè circa Salinas lauaretur, parū absuit, quin captum in suam potestatem redegerit. Cæterum Cosinius impedimentis exutus, incolorem inde exercitū duxit. Vatinus præterea leuibis aliquot certaminibus fatigatus, uno ingeni prælio uictus, equum & lictores amisit. Et iam ad **LXX** milia armorum Spartacus habebat, indicisque; eius opes inualefcebant, quum Romæ L. Gellius & Gn. Lentulus consules facti sunt. Ad hostem profecti, Critium unum ex Spartaci ducibus cum **XXX** millibus atq; armorum circa Gargarum montem obuium habere. Hic demum hostis à duobus consulibus duobusque; exercitibus uictus, post tetram suorum eadem mortem occubuit. Ducere interim Spartacus per Appennini iuga in Galliam abiturus, quem alter consul post uictoriam uiarum compendio præteruictus, atque; fronte occurrentis instruto itinere auertit, nec collega procul aberat abeuntis uestigio insistent. Tū uerò Spartacus necessitate adductus, utroque; uersum agmè conuertit, duosque; consules cum duobus consularibus exercitibus per partes uicit, uictorque; **CCC** Romanorum captiuos Criso immolauit. Inde præsentis successu elatus, cum in-

genti exercitu Romam iter conuertit. Cursu inde a uerso Turum petit: cui abeunti M. Licinius Crassus, tertio seruilis belli anno Imperator ad id creatus, oportune occursum, Mumium (quidam Miuutium pro Mumio scribunt) legatum praemittit, qui cum duabus legionibus abeuntem assecutus, tunc eius uestigio inhaereret, abstineretq; interim ab omni certamine. Caeterum ferox ille ubi primum est hostem adeptus, in pugnam temere descendit. Hic quoq; disiectae caesaeq; sunt legiones Romanae. Mumius eius cladis auctor cum paucis ad Crassum reuersus est. Ille legato grauius increpito, ex militibus decimum quenaq; sorte ductum capituli supplicio affectit. Milites iterum armans sponsores exegit arma non amissuros, praetium commisit acerrimum, in quo duodecim millibus trecentis caesis solos duos inuenit Crassus, qui a uersa uulnera haberent, reliqui in acie omnes stantes & dimicantes cum Romanis occubuerunt. Spartacum post horam cladem recipientem se ad montes Petilinos, Quintus Crassi legatus & quaestor Scropha tergo inhaerentes carpebant. Verum ubi ille agmen tandem conuertit, sedē fugerunt Romani, atq; aegre laucio erepto quaestore, in columas euasit. Haec uictoria, quod nimios spiritus fecisset fugitiuis, perdidit Spartacum. Nolebant enim ultra pugnam delectare, neq; ducibus dicto erant audientes: sed in itinere armis cinctos coegerunt retrō per Lucaniam ducere in Romanos, eodemq; quo Crassus properauerit. Pluribus semper hinc inde affluentibus cernens Spartacus necessitatem, omnes copias explicauit. Primum stricto gladio ad motum equum (satus uictorem multos se & eximios hostium equos habiturum: si uictus esset, non fore sibi eo opus) confodit. Deinde impressioe facta per tela multa & uulnera Crassum petens, illum non est affectus: uentum duos centuriones, qui manus cum eo conferre, interemit. Postremū effulsit in fugam is, qui circa eum erant, dum ipse locum tenet, & hostium globo cingitur, femore uulnere in genu concidit, alteroq; poplite demisso non nihil hostem se clypei oblectu distulit. Ad postremum eo cadente, caetera multitudo multa cum strage fusa ad montes fugam intendit, ubi instaurato praedio ad unum sunt omnes caesi, sex millibus exceptis, quos captos Romanus uictor crucibus affixit. XL millia eo die ex Spartaci exercitu Liuius interfecta prodidit. Sabell. lib. 4. En. 6. ex Plutarcho. Appianus ait, Spartacum uno praedio uictum ad mare contendisse, conatumq; freto in Siciliam ratibus traicere: sed a Crasso, qui praedictum affuit, traicere prohibuit, in pugnam descendisse, duobusq; praediis, matutino uno, altero ad uesperam commissis, ad XXX laetronum millia interfecta. Liuius quinq; & XXX praedidit, cum ex Licinianis tres duntaxat occidissent.

Quum Imperium Occidentis obtineret Valentinianus III. in Gallia ulteriore rustici, seruitiaq; BATTONE duce conspirant, a Romanis desciscunt, grauisimum excitant motum, BA GAVDARVM sibi nomen in dunt. Factionis plebeia id genus est, aduersus nobilitatis superbiam, & luxum sacerdotum saeuientis. Germani a calcamento rustico, Bundo, schucham uocant. Aetius dux Valentiniani, capto Battone, caeteris ueniam dedit: auctores seditionis partim necauit, partim in uincula coniecit. Eudoxius Medicus Bagaudae auctor primarius aufugit ad Hunnos. Auentinus libro 2. Annalium Boiorum.

Anno Christi 337. SERUI dominis suis Sarmatis rebellant. Liberi Sarmatae cum coniugibus & liberis ad uictobalos confugiunt, & ab Constantio Imp. opem petunt. Promissum est auxilium, & rex Ziza eis praefectus. Hunc breui subsequutus Imp. ad Paphlagoniam amnem exercitu suo circumfusus, obruncari iussit. Post hos domitos & ad internecionem caesos, supererat adhuc pars seruorum, Picensis a loco dicti. Hi undique a Romanis ac Sarmatis liberis circumdati, legatos ad Romana castra mittunt, qui deditionem faciant. Accepta publica fide, cum coniugibus, liberis, opibus translati sunt in Pannoniam, ubi tranquillē uiuerent. Nominatur adhuc ibi Seruia locus, ubi confederunt. Illi tamen paulo post rebellantes, ad unum caesi sunt. Auent. lib. 2.

In Saxonia LIBERTI conspirantes contra dominos suos, arma ceperunt, freti occasione intestini belli inter Francos. Sed Ludouicus rebus in Galliis nonnihil pacatis, in eos exercitum duxit, atq; capitali supplicio seditiones affectit, anno Domini 843. Sigebertus.

DE CAEDE.

Consule Tit. Penseficorum: quatenus illic exempla habentur Medicorum, qui dominos suos erant omni olim plebique serui, praeter Asclepiadas ueneno sustulerunt.

GYGES regius pastor in Lydia, cum inuenisset anulum, cuius beneficio a nullo uidebatur, ipse autem cuncta uidebat: trucidato rege Candaulo, reginam stuprum, cognomero Latnam. His Republicam domi administrantibus (nam res

ipse ex pastore rex factus est. Plaro lib. 2. de Repub. Cic. lib. 3. Offic. Herodorus lib. 1.

SIDONI Perfarum bellis diu uariisq; fatigati, uictores quidem fuere, sed attritis uiribus, a seruis suis multitudine abundantibus indigna supplicia perpeffi sunt: qui conspiratione facta, omnem liberum populum cum dominis interficiunt, atque ita positi urbem lares dominorum occupant, rempublicam inuadunt, coniuges ducunt, & quod ipsi non erant, liberos procreant. Vnus ex tot millibus seruorum suorum, qui miti ingenio senis domini paruuliq; filij eius fortuna moueretur, dominoq; non truci feritate, sed pia misericordia humanitate respiceret. Itaque cum uelut occisos occullasset, seruisq; de statu reipublicae deliberantibus placuisse Regem ex corpore suo creati, eumq; potissimum, quasi acceptissimum diis, qui solem Orientem primum uidisset: rem ad Stratonem (hoc enim illi nomen erat) dominum occulte latenter delulit. Ab eo informatus, quum medio nocte omnes in unum campum processissent, caeteris Orientem spectantibus, solus Occidentis regionem intuebatur. Id primum alius uideri furor, in Occidente solis ortum quaerere. Vbi uero dies aduentare coepit, editissimiq; culminibus uerbis Oriens splendere, expectantibus aliis ut ipsum solem aspicerent, is primus omnium fulgorem solis in summo fastigio eiuitatis ostendit. Non seruilis ingenij ratio est uisa, requirentibusque auctorem de domino confiteri. Tunc intellectum est, quanto dominorum ingenia praestarent, maliciaq; seruos non sapientia uincere. Igitur uenia senti filioque data est, & uelut arbiter quodam reseruatō arbitrans, regem Stratonem creauerit. Post eius mortem regnum ad filium, ac deinde ad nepotes transit. Alexander Magnus quum inuictis tempore in Oriente bellum gereret, uelut ultor publicae securitatis: expugnata eorum urbe, omnes qui praedio superseruerant, ob memoriam ueteris caedis, crucibus affixit: genus tantum Stratonis inuolutum seruauit, regnumq; stirpi eius restituit, ingenium & innocis incolis insulae attribuit, ut extirpato seruili germine genus ubiq; ex integro conderetur. Iustianus lib. 18.

Selinuntis praedium aduersus Carthaginenses committentibus, multisque ex ipsis qui occubuerant iacentibus in sepulchris, quos instante nocte nec sepelire poterant, nec in sepulchris relinquere uolebant: capto consilio THERON petit, ut triginta serui sibi darentur, qui ligna secare possent, se cu ipsis egressurum, & caedera igni traditurum, & polyandrium erecturum. Laudarunt Selinuntij sententiam, eique concesserunt, ut seruos quos uellet fumeret. Qui robustos & flores deligens, eduxit eos & peruersit, ut dominis insidias struerent. Itaque sero uespere in urbem reuersus, & a moeniorum custodiis receptus, custo des ipsos trucidauit, & plurimis ciuibus in lectis interfectis, ciuitatem occupans, Selinuntiorum euasit tyrannus. Polyb. lib. 1.

Lauda Pompeia, Insubriae oppidum, Turrianis Mediolanensibus prius paruerat. Bassanus Veltarinus populi consensu circa annum salutis 1321. princeps creatus. Cui Ioannes Iacobus & Succius Veltarini successerunt. Eos PETERS Terracollus iporum famulus, homo pari astutia & audacia in structus, carceribus inclusos, eodem famis supplicio, quo in alios fauere confueuerat, necquit. Corius in hist. Mediol. & Leander in Lombardia transpadana.

Sub Eugenio IIII. Angelotus sancti Marci presbyter Cardinalis, & uita & fortuna, quas tanta cum auditate aggregauerat, a suo CYBICULARIO priuatus est. Captus sceleratus ille, ac uariis cruciatibus necatus, qua drifariam diuisus, ad quatuor urbis portas suspensus fuit. Platina.

DE INSIDIIS, CONIURATIONEM.

Posthumio Commio & T. Largo. Coniuratio est delatum, SERUOS quamplurimos in perniciem ciuitatis coniuersit, ut urbe pluribus locis noctu incensa, ipsi altiora ciuitatis loca occuparent. Consules confestim portas urbis claudijubent, praesidiisq; ad oportuna loca dispositis, quaestioneq; de coniuertis habita, conuictos sceleris, uariisq; cruciatibus affectos, ex Tarpeio saxo praecipitauerunt. Sabellius libro 8. Enn. cad. 2.

Circa urbem Romam coniuertio SERUORVM non paruam ciuitati terrorem iniecit. Hi Sciam, Norbam, & Circeios occupare constituerant. Id flagitium ad L. Cornelium Lentulum praetorem Vibianum in dicio delatum, subito eius ocursu, capitibus coniuertis necatis, pauca est diebus oppressum. Consilium a seruis Carthaginensium, qui obides Seriae custodiebantur, ortum ferebatur, atque ob eam rem Poeni per eos dies iussu patrum sunt intentius atq; in priuato obseruati. Sabell. lib. 6. Enn. 5.

Romae Tribuni consulari potestate fuerunt, Sp. Nautius, P. Lucretius Tricipitinus, & Menenius Agrippa, cognomero Latnatus. His Republicam domi administrantibus (nam res

foris pacatae erant) SERUITIA urbem incendere destinant, ciuitateq; praesenti clade occupata, Capitolium & arcom inuadere. Coniuertione ad Tribunos indicio delata, sumtum est de fontibus supplicium. Libertas & dena millia grauis aeris, quae tum diuitiae habebantur, indicibus data. Sabellius lib. 7. Enn. cad. 3.

DE ACCVSATIONEM FALSAM.

SIBA Mephibosethi Sauli regis filij famulus, cum Dauid rex (qui Mephibosetho omnes paternas facultates benignē condonarat) ab Absalomo filio regno pulsus, Hierosolymis excederet, dominum suum claudum, cum duobus afinis comitatu instructis, Dauidem comitari uolentem, reliquit, afinisq; abactis, Dauidem praeproperē insecutus, Mephibosethum Hierosolymis occasionem regni arripienti expectare falsē asseruit. Dauid uerum id esse putans: & simul Sibae liberalitatem atq; fidem erga se commendans, ei omnes Mephibosethi tanquam hostis facultates donauit: quorum tamen dimidium Mephibosetho sese excusanti restituere fuit coactus. 2. Reg. 16. & 19.

Domitius, cum tribunus pl. M. Scaurum, principem ciuitatis, in iudicium uenisset, & crimina in dominum delaturū se esse dixisset: comprehendi hominem iussit, ad Scaurumque deduci. Cicero pro Deiotaro, & Val. lib. 6. c. 5.

DE FVGAM. SERUI FVGITIVI.

Cum Diogenes patriam relinqueret, unus ex seruis cum secutus est, nomine MANES: qui non ferens eius conuersationem, aufugit. Cumq; Diogenem hortaretur aliqui, ut eum quaereret: An non, inquit, turpe esset, cum Manes Diogenis non egeat, Diogenem Manis indigeret? Verum Diogenes ille capus deinde, Delphosq; abductus, a canibus dilaniatus est, fuga poenam hero peroluit. Aelianus Variar. hist. lib. 13.

Seruos fugitiuos, scribit Pompeius Festus, CERVO S nuncupari, de animalis celeritate facta nominis ratione. Caellius lib. 23. cap. 24. A. L.

DE INTERVERSIONEM BONORVM.

CONTRABATORES serui ueteribus dicebantur, qui domini pecuniam elidunt, ac reliquamenta subducunt, id est, parte seruant sibi. Sic Alphenus de Institutia adione, lege Quacunque: Si quis pistor seruum solutus fuit, ad certum locum mittere ad panem uendendum, deinde contrab-

DOMINI PERFIDI ERGA SERUOS. VTPVTA

DE CAEDE.

NERO Caesar libertos diuites, & senes, olim adoptionis, mox dominationis fug fautores, atq; retores, ueneno partim cibis, partim potionibus in dinto, intercepit. Suetonius.

DE VERBERIBVS.

Semilis belli in Sicilia principum fuit tale. Ennensis quidam nomine DAMOPHILVS, indignis modis supra quam crederetur, seruos suos accepter, ac uxore MEGALLIDE certatim eos suppliciiis uariis afflicte, & omnem erga eos humanitatis sensum exuente. Exasperatis ergo atq; ad eum feratis eorum animis, in quos ita sauebatur, in defectionē & dominorum eadem inter se coniuertant. Vide Titulum praecedentem.

DE MVLTILATIONE, EXCAECATIONE.

SCYTHAE seruos omnes excacauerunt. Vide Tit. Pastorum.

DE CONCVBITV.

Alfonso adhuc adolecente, regnorum Siciliae & Hispaniae gubernacula in Aragonia suscipiente, accidit ut cuiusdam seruula ex DOMINO praegnans facta, mox pariens, ad libertatem proclamaret, ex lege Hispaniensi siue Catalanensi. Dominus autem ueritus seruam amittere, negabat ex se filium procreatum: ratus hoc pacto se seruam non amissurum, & filium simul habiturum. At illa acrius instante, & natum ex

PERFIDI FRATRES, SORORES.

Ex Tit. Libidinis dominandi. Item, lucefus inter fratres & sorores, exempla petantur. Illic Ambitionis & Incontinentiae in seipso, hic Perfidiae erga alios habetur ratio. Sic uitium quoduis respectu habentis aliam, aliam respectu eorum quibuscum uersatur speciem habere uidetur.

DE CAEDE INTENTATA OB RELIGIONEM.

Anacharsis philosophus, Scythia genere, dum Atheniensium leges & Graeca sacra apud suos introducere conaretur, ut pa-

baucrit. Caellius lib. 25. cap. 23. Antiquarum lectionum. DISPENSATOR ille iniquus in Euangelio Lucae, c. 16. cum male res domini sui administrasset, ut locū haberet in quo reciperetur, repulsus ab administratione illa, debitoribus domini sui conuocatis, alteri quidem, qui C olei batos debebat, L, alteri uerō qui C tritici batos, XX remisit, ut hoc beneficio eos sibi obnoxios redderet. Laudauit autem Dominus dispensatoris iniqui prudentiam.

Plautus in Truculento Actus 2. Scena 7. furacis SERUI ratiōnes explicat.

— quando qui domi ipse, — Perditum fecit: secreta herede, quidem illum adiutabo, neq; mea ille quidem.

Opera unquam, nihilominus properē quam potest, peribit.

Nam iam de hoc obsonio, de mina dimini modō quinq;

Nummōs, mihi detraxi partem herculaneam. nam hoc assimile est,

Quasi de fluuio qui aquam deriuat sibi, nisi deriuetur tamen,

Omnis aqua abeat in mare. Nam hoc in mare abiit, mihi serēque

Periit, sine bona omni gratia. Haec quum uideo fieri, suffuro,

Suppilo, de praeda praedam capio.

DE PRODITIONEM.

MYRTILVS Hippodamiam, Oenomai filia, curruli certamine dimicantē prodidit, pacta mercede corruptus a Pelope. Agrippa Herodis Magni nepos, quodam die dum unā in lectica gestatur cum Caio, Tiberij nepote, incidit in confabulationem de Tiberio: & quia soli erant, precatus est Tiberio, ut quamprimum principatus locum Caio digniori cederet. Has uoces excepit ERYCHVS, libertus Agrippae, & auriga, ac tum quidē filius. Insimulatus deinde a patrono quasi uertem ei furto subduxisset, sicut reuera subduxerat, & ex fuga retractus, cum perditus esset ad Pisonem urbis praefectum, rogatus fugae causam, ait se habere secreta quadam quae cuperet indicare Caesari, ad salutem ipsius pertinentia: quapropter uinctus missus est Capreas. Diu in uinculis detentus, urgente tandem Agrippa, & nihil tale suspicāte, haec ipsa domini uerba Tiberio recenfit. Tiberius Agrippam statim in uincula duci iussit. Post mortem tandem Tiberij solutus est a Caio. Iosephus lib. 18. c. 8. Antiq.

DE IEICTIONE, VENDITIONE, DERELICTIONE.

TSEMPRONIVS seruos iam senio debilitatos, tanquam animalia bruta eiicere & uendere solebat: quasi commo ditate sublata, nihil ipsi hominibus humanitatis debeamus. Volat. lib. 14. cap. 2. Anthrop.

M. PORCIVS Cato accusatus est publicē, quod qui domi cōseruauerant serui, eos ut parum iam utiles uenales faceret. Iure quidem: nam quanquam serui, tamen quod homines, & quod operas suas in nos liberosq; remq; nostram familiarum diuturnis contulerint, liberalitate & gratitudine complotendi sunt. Plut. in eius uita. Eius exemplum imitati ROMANI cum seruos aegrotos & languidos exponerent, tanquam ad labores inuites, & cibo indignos ac potu: Claudius Caesar legem sanxit, ut agra & affecta mancipia si exponerentur, ab omni famulatu & seruitio immunita forent. Alex. lib. 3. cap. 20.

BOLESLAVS, Vratislavi F. Drahomira uxoris idoloratris in-

INVIDIAM, AEMVLATIONEM

Virtutis.

Omne scelus & flagitium proinus cum homine ortum uide-

Acaco, Iouis & Aeginae F. filij fuerunt ex Endeide Scyronis F.

FROTHO V. Danorum rex, cum parū prosperē praeiacta ten-

C. Maximus cum filios haberet Similiū & RHE SV M, ex qui-

ABIMELECHVS Gedeonis F. spurius, LXX fratres ex legiti-

IO RAMVS Iofaphati F. primogenitus, Iudaeorum rex a patre

constitutus, fratres suos sex interfecit, & Israhelitarum princi-

ARISTOBYLVS rex Iudae, Antigoni fratrem (quem prius

Orta inter Dardanum & Iafum contentione, DARDANVS

Olyris cū in Aegypto iuste regnaret, a TYPHONE fratre im-

CAMBYSES, ex infomnio ut regnantem in Asia fratrem Smer-

ALYARCHVS Arcefilium, regem Cyrenaeorum, Batti F. fra-

PTOLEMVS Philadelphus, Argeum fratrem (a quo in-

CLEOPATRA Aegypti regina, Arsinoe in sororem in templo

Cleopatrae Aegypti reginae filia SELEUCE Cleopatram so-

ORODES Phraatis filius, Parthorum rex, Mithridatem secum

Sunt qui tradant Remum in contentione de regno, cum utra-

Maxima fuit inter ANTONINVM Caracallam & Getam fra-

THEODERICVS Vefthgothorum rex, unā cum Fridērico fra-

ST GEBERTVS Clotharij Francorum regis filius, fratrem Chil-

CONRADVS IIII. Caefar, occupato regno Neapolitano &

Post Gorbodionem Britannorum regem FERREX & PO-

EDOVARDVS IV. Eboracensis dux, capto & interfecto Hē-

RETTABANT fratres duo proligandi. Curcuk uterinus fra-

rem ducem Clarentia comprehensum in dolo vini Creti-

Pritho Danorum rex, tres habuit liberos, Haldanū, Roem &

BIRGERVS Gothorum & Sueonum rex, fratres suos Valde-

LECHVS Craci principis Polonorum filius, fratrem, cui Cra-

MAHOMEVS II. Amurathus II. F. dōminandi libidine &

PIVVS Orelaphus Foroliuensis, ut solus regnaret, Franci-

IOANNES Iudae pontificis filius, quintus Hebraeorum pon-

ATILA Hunnorum rex, post subactā Mysiam, Thraciā & Ma-

cedoniam, cum ex Gallia Sicambriā rediisset, fratremq;

Budam inuenisset Sicambriam, quam muro cinxerat, non Ati-

læ, sed suo nomine, contra mandata, Budam nominasse: eū

dolo captum, propria manu obrucavit. Diuersas alij fra-

ternæ mortis causas referunt: aut quōd mitionis ingenij uir,

ter tres habuit filios adolefcentes, de more patriæ egregiè

institutos, quos praeiust, ut orationibus elegantissimis pa-

truum placarent, offerentes sua seruitia & patri, qui eū ut

Imperatorem adoraret. Selimus nepotes corā se strangula-

ringi iussit. Censent enim indignum Turci, Caesarem sanguinè

attingere terram: ob id chordis ex arcibus strangulat, quos

cunq; Caesarei sanguinis esse norunt. Curcuk in montes su-

ga clapsus, fame & inedia confectus, a familiari suo prodit-

tus, captus est & strangulatus, mortuusq; Imperatori allat-


us. Achmat maior natu frater, patri fratrisq; morte audita,

incertus quid ageret, matrem prudentissimam feminam

consuluit. Quæ filio suavit, rem esse ense transigendam. Is er-

go exercitū XVM. conscripto, Amurathe quoque filio X M

Perfarum adducente, in Bithynia contra LXX M fratris pu-



ille tractaret: aut quia cum Scythis inimicus ageret. Bonfinius lib. 3. Decadis j. & Siebertus.

REPREHENSIONEM. MENELAVS Onia pontificis F. cum sacra uasa depecularetur, & ab Onia fratre pontifice reprehenderetur, donis Andronicum procuratorem Antiochi Epiphaniis corrupit, uti Oniam, qui in suburbium Antiochiæ Daphnen, tanquam in asylum se receperat, blandis promissis euocatum interfecit. 2. Machab. 4.

RICARDVS II. Anglorum rex, Thomam fratrem ducem Gloucestris, ignauam sibi exprobrantem, in uenatione seductum ex insidiis interfecit curauit. Ioannis ducis Lancastri fratris filium Henricum, paterna hereditate spoliatum, in exilium egit. Sed tandem factione procerum Henricus Ricardum cepit, & regno ultrò deposito in carcere mori coegit. Polydorus libro 20.

LVCTVM. CAMBYSES Cyri filius, Persarum rex, cum in somnis uocem audisset, Smerdem fratrem solum sedere regio, Prexaspem ad eum interimendum misit, & sororem quoque de medio sustulit, quod mortem fratris impensè lugeret. Græci quidem iunt, dum Cambyse duos catulos, alterum leonis, alterum canis committit, hanc interfecisse spectaculo: & cum à leuculo catulo superaretur, alterum catulum, huius canis fratrem, abrupto loro superuenisse: & cum duo essent, ita superiores leuculo exitisse. Cambyse igitur capiente uoluptatem, foror ei affidens illacrymavit. Ea re animaduersa, Cambyse interrogauit, quidnam lacrymaretur? Respondit illa, se uiso catulo suppetas fratri ferente, idcirco flere, quod subierit memoria Smerdis, cuius sciret neminem fore ultorem. Ob hoc dictum à Cambyse interentam memorant. Ac gyptij uerò ob id, quod cum ad mensam discubere, mulier lactucam sumit: eiusque, deceptis foliis uinum Cambysem interrogauit, Vtrum discerpta lactuca, an defusa pulcior foret? cum is respondisset, Denique, inquit, lactucam aliquando imitatus es, qui Cyri domum denudasti. Ibi Cambysem indignatione percitum, insidiis calcibus in pregnatam, camque, abortu edito decessisse referunt. Herodotus lib. 3. & Iustinus.

Primus apud Romanos HORATIUS ex trigeminis illis, uictor de Curia, forore maritum casum lugere interfecit, perduellionis reus factus est, & uix patris lacrymis à Pop. absolutus. Liuius.

RUSTICITATEM. CRITOLAVS Tegeates fororem interfecit, quod sibi è uictoria redenti non gratularetur, cum tamen ceteri omnes ei applauderent. Demaratus apud Plutarchum.

INDICIUM. TROPHONIVS Agamedem fratrem interfecit. Vide Tit. Oraculorum lib. 1. & 2.

FVGAM. MEDEA cum Iafone fugiens, Aegyptum siue Absyrtum fratrem membratim discerpit, discerpti per agros passim proiecit, ut Aecetem patrem se persequentem in colligendis filij ossibus remoraretur.

LIBIDINEM. SAXO lib. 3. FENGONEM Danorum regem testatur insidiis positus fratrem trucidasse, eiusque uxorem absumit, incestuosam libidinem patris adhaerente. Quam atrocitatem ut beneuolentia simulatione tegetet, feminam ad hoc induxit, ut confiteretur suum maritum regi insidiantem à se interfecitum fuisse.

FACTIONEM. L. CATTILINA cum sustulisset proseriptione Syllana nondum decreta fratrem, rogauit L. Syllam, ut quasi incolumem pro scriberet: & proscriptus fuit. Hanc ob rem ut Syllae gratiam referret, M. quendam Marii ex aduersa factione occidit, caputque in forum Syllam reulit. Inde ad Amulam se Apollinis propinquam contulit, ac manus abluit. Plutarchus in Sylla.

INSIDIIS. PHEROAS, Herodis regis frater, quauis multis à fratre acceptis beneficiis, contra eum tamen conspirare cum Archelao Herodis fratre uisus. Eius primùm calumnias Herodè detulit, quasi Alexandri filij uxorem Cleopetram amaret. Ea re detecta, Herodè uerbis tantum cum eo litigante, uenenū ab Antipatro accepit, quo regem sustulisset, nisi morte preuentus fuisset. Iosephus lib. 16. & 17. Antiq.

LVCELLA Comodo Imp. foror, Pompeiano uiro suo persuasit, ut Commodo insidias faceret. Sed scelere patrefacto, occisa est. Xiphilinus, & Herodianus.

IOANNES, Ricardus Anglorum regis frater in bello Hierosolymitano absente, cum Philippo Gallorum rege contra fratrem conspirauit, & regnum occupare uoluit. Eius perfidia coactus Ricardus domum reuertit, & pulsus Gallis, fratri ue

niam perenti, licet pessimè de se & Repub. Christiana merito, respondit: Se parere quidem, sed tantum optare, ut quandoq; iniurias ab eo acceptas penitus obliuisci posset. Quibus uerbis confirmatus Ioannes iurandum dedit, pollicens se errores depositurū, officioq; superaturū. Polydorus, lib. 13. de Varia historia.

DESERTIONE. DIONYSIVS Syracusanus, non tantum matrem suam ueneno necauit, sed Leptinem etiam fratrem, quem in prelio nauali facile seruare potuisset, interfecit passus est. Aelianus lib. 13. de Varia historia.

HENRICVS Rheni Palatinus, Othonis regis utpote fratris partes contra Philippū, de regno Germaniæ certantem, sequebatur. Philippus Henrico minabatur, nisi relicto Othone se sequeretur, Palatinus dignitatem se in alium collaturum. Henricus Philippū minas fratri commemorans, ab eo uicissim in castris cum Brunuico urbe arcem Liechtenberg pergit. Esti autem rex benignè promittebat, tamen iam animo auersus à fratre, cum copiis suis ad Philippū transfuit. Cuius lib. 7. Saxoniæ, c. 17.

REBELLIONE. ONESILVS Gorgi Salaminiorum regis frater, natu minor, cum sepe uenit ante Gorgum sollicitasset ad rebellandum ab rege Dario, audiens Ionas ducem Aristagora Militum non rebellasse, uehementius urgere Gorgum instituit. In quo quia nihil proficerebat, obseruato tempore, cum Gorgus oppidum egrediretur, unā cum suis militibus eum portis exclusit. Gorgus oppido exiit, ad Medos transfuit. Eo patitur Onesilus, omnibus Cypris ut rebellarent sua debent per suasis ceteris, Amathusios rebellare abnuentes obsequio circumdedit. Herodotus lib. 5.

MUTILATIONE, EXCAECATIONE. SAPORES Persarum rex, nec à fratrum persecutione & suppliciis immanib; sibi temperauit. Alterum enim oculis priuauit, ut Zonaras scripsit, alterum Hormisdam nomine uinctum in carcerem coniecit.

CONSTANTINVS IV. Pogonatus, duos fratres adhuc pueros, naribus ablati dehonestaui, ne ad Imperiū quandoq; aspirarent. Volat. lib. 23. Anthrop.

ALEXIVS Angelus, cui à Turcis captus ab Isaacio fratre magno auri pondere redemptus esset, ingratus sumus per dolium eum cepit, excæcauit, ac in carcerē coniecit. Tandem Venetis Gallisq; armis adiutus Alexius pueri, Isaacij filij, Alexii deiecit, & egeo patri Imperij sceptrū restituit. Egnat. li. 5. c. 3. ALFONSVS III. Ordonij filius, cognomēto Magnus, à morte patris, qui imperium Gothorum suscepit, cum fratres suos suspectos haberet, ac si necem per insidias sibi molirentur, omnes oculis priuauit. Ritius Neapolitanus lib. 2. Regum Hispaniæ.

EXILIO. CALIGVLA Imp. non tantum auiam suam crudeliter traxit (quam, eo quod fuerat aliquando ab ea increpatus, eod deduxit, ut mortem sibi uoluntariam afferret) sed forores proprias stuprauit, atq; easdem relegauit in insulas remotissimas. Dion in eius uita.

ROMANVS Iunior Imp. impius in matrem Helenam ac forores, quas regia eiecit, ac cenobio relegauit, exutis imperialis ornamentis. Quæ ob dolorem regio uestitu spoliata, impudicitia se se reddiderunt, & meretricium quantum amplexæ sunt. Vnde mater in summo lucu paulo post uitam finiuit, diris imprecationibus filium execrata. Cuspia.

LIBIDINE. Vide Titulum, Incestus cum fororibus.

AMNON filius Dauid, simulato morbo fororē Thamar, quasi de manu illius cibum sumere deberet, ad se uocatum per uim consumptauit. 2. Reg. 13.

SOBOLIS EXCITANDAE NELECTV. ONANIS impietatem erga fratrem Erem, pete ex Tit. Libidinis coniugalis.

SOBOLIS INFAMATIONE. Gerardus dux Slesuiciensis, cum coniugem accepisset de domo Badensi Argam, nuptiis peractis in eius patria, secum duxit in Holsatiam prægnantem. Et cum graui lapsu afflicta mens septimo peperisset gemellos perfectos, occasionem dedit maledicendi, quasi ex alio ante nuptias conceperit. Gerardus frater ADOLFVS, fratrem hereditari inhians, feminas peritas ex uicinis urbibus conuenire fecit, quarum iudicio cõspecti paruuli, Gerardo patri ab omnibus ad iudicium tauri. Phisici quoq; testati sunt, in illum diem ex hora primi coitus potuisse partum fieri septimo mense, aut etiam ante, accider-

accident lapsu, qui partus tempus accelerarit. Ita omniū rum iudicio defensa est matronæ pudicitia. Sed tamen præuolere linguæ maledicæ: & Adolphi ducis indignatione casta femina in patriam suam tristis reuersa est. Sequutus ab eunte marii ut reuocaret. At illa in itinere perit, in oppido Emeric, ad ripam Rheni. E gemellis puella quidem seruata est in monasterio: puer autem interit de cuius interitu ferunt inconsolabile postea luxisse Adolphi: nec utquam sui corporis heredem meruisse, qui inuiderit frater. Cyprianus lib. II. Saxoniæ, c. 21.

VENVDATIONE. ILLI Iacobi Iosephum fratrem infentem, ac Deo patriq; gratum, primò interficere cogitarunt: sed admoniti ab eorum uno, præcipitauerunt in profundum puteum: inde exentum Imaclitis uen didere, manifesta cœli prouidentia, ut per eū, quem perdidissent, perditu seruarentur. Sab. lib. 4. c. 5.

VSRPATIONE IMPERII. Inter Polyneicem & Eteocle fratres conuenerat, ut alternis annis regno Thebanorum præessent. ETEOCLES, cui prima fors obigerat, anno exacto regno cedere noluit. Polyneices Argos confugiens, lacrymabile illud Thebanum bellum excitauit, ducum Argiuorum cæde nobilitatum. Ipsi fratres inter se congressi, mutuis concidere uulneribus. Proca rex Albanorum, duos filios habuit, Amulium & Numitorem, quibus regnum alternis annis dimisit regendū. Quā autē prior AMVLVS regnasset, peracto anno fratri cedere noluit: quinetiam Laulum eius filium interemit: & illā Syluiam siue Rheam Vestalibus præfecit, ut obtentu religionis prole perpetuò careret: quæ tamen gemellos, Romulum & Remum ex incerto patre edidit. Ouid. lib. 4. Fastorum. MORTUO Guiljelmo Conqueritore Angliæ rege, HENRICVS F. absente Roberto in bello sacro, rex declaratus est, repugnantibus tamen quibusdā proceribus, qui se Roberto fratri maiori natu adiunxerant. Reuersus Robertus spe regni fraterni, Hierosolymitano, quod sibi à Latinis offerrebat, repudiato, armis illud uindicare uoluit. Verum pax ita facta, ut Henricus, qui patre rege natus esset, Angliæ regnum obtineret cum Constantiensi comitatu in Neustria, & quotannis tera millia marcharum Roberto daret: & qui prior sine liberis decesseret, alterum heredem testamentum scriberet. Non multo post Robertum uirum quam facilem Henricus ita blandis uerbis alio cuius est, ut sponte sua illa tria millia marcharum in perpetuū ei remisisset: atq; ita uacuis paucis post diebus in cõtinētē reuersus est. Ad dit Amilius, Henricum proceres suæ ditiosis, qui cum Roberto senferant, in exilium egisse: eaq; iniuria irritatum Robertum, Constantiensem ducatum à fratre ad se reuocatum proceribus illis attribuisse. pœnituitq; eum liberalitatis erga fratrem exhibite, & animo inimicissimo ab eo se fallaciter circumuentum fuisse dixit. Hæc ubi Henricus rescituit, infestis armis Normanniam inuasit, & parte eius occupata, in Angliam rediit. Robertus imparem se tanto hosti uidens, cum paucis in Angliam profectus, fratri supplex factus, cum nihil æqui impetrasset, illius superbiam exacerat, summis uiribus pugnas uictus est, atq; perfidia suorum captus, honoribus fortunisque omnibus exutus, in carcerē datus est ad oppidum Walliæ, quod Cardifium dicitur, ubi XXVI. post anno, partim senio, partim animi morore confectus, mortem obiit. Ameliius lib. 5. & Polyd. lib. II.

Godofredus Martellus, Comes Andegauenfium, moriens hæredes instituerat fororis filios, Godofredum Barbatum, & FVLCONEM à moribus cognomine Asperum. Barbatum maior sibi reliquis dominatibus auunculi retentis, Aspero fratri ætate minori, sed ferocia roboreq; superiori, Vastinetensium omnino Comitatum dederat. Is fauore populariū in spem omnium bonorum erectus, fœdere cum Philippo I. Francorum rege facto, ei Vastineto cessit, ne fratri, cui bel-

lum inferebat, adesset, sed tacitum spectatōre se præberet, quem iudicem uindictæq; esse oporteret. Barbatum ab Aspero armis captus, ac in custodia perpetuū traditus. Philippus accepta dissimulationis mercede conuincit, animo minime regio. Ameliius lib. 3.

DIGNITATIS PRÆREPTIONE. MENELAVS à Iafone fratre, pontifice, ad Antiochi Epiphaniem missus cum CCC talentis, in seipsum transtulit pontificatum, fratremq; Iafonem ad Ammonitas profugere coegit. 2. Machab. 4.

NUPTIARVM INVASIONE. HERODES Antipas, Magni F. tetrarcha, uxorem habebat Arretæ regis Arabum filiam, cum qua iam multo tempore conuixerat. Romam deinde iter faciens diuertit ad Herodè fratrem, sed genitrice natum alia, Simonis pontificis filia. Huius uxoris Herodias amore captus (quæ erat Aristobuli communis fratris filia, & Agrippæ thauris foror) ausus est de impetrando eius coniugio mentionē facere. Quæ assentiente, conuenit inter eos, ut quàm primū ille Roma reuerteretur in patriam, mulier migraret in eius domicilium. Intracessit autem & hoc pactum, ut Arretæ filiam eiceret. Roma reuersus uxor, comperto quid pactus sit cum Herodia de, dissimulante rogat, ut se mittat Machæruntem, castrum situm in confinis regionis Arretæ subditæ, quantum poterat celans suum propositum. Morem gessit Herodes mulieri, putans eam nihil sensisse. Illa apud Machæruntem à præfecto patris excepta, deducitibus Arabibus, magna celeritate peruenit in ædes patris: eiq; indicauit Herodis animū. Vnde similitate nata sequuta est de Gamaliticis agri finibus contentio: & contractis utriq; copiis bellum per legatos gestum est, commissioq; prælio Herodis exercitus interuentione perit, pro diuis à quibusdam exulibus. Iosephus lib. 18. cap. 7. Antiq.

Cum Pexodorus Carie satrapa, necessitudinis uinculo se ita Philippi societatem insinuans, cuperet filiam suā stirpis maximam Aridæo Philippi filio despondere, atq; Aristocritum hac de re in Macedoniam misisset: sermones agitati & calumnie sunt apud ALEXANDRVM ab amicis & matre Olympiade, id agere Philippum, ut splendidis nuptiis & insignibus subsidiis imponeret regno Aridæum. Hinc commotus Alexander, Theffalum tragædiarum histriōnem in Cariam legat ad agendum cum Pexodoro, ut misso adulterino & mentis impote, traderet ad Alexandrum affinitatem: quæ cõditio longè magis Pexodoro quàm prior arrisit. Id Philippus cum olfecisset, Alexandrum in cubiculo, adhibito uno ex amicis & familiaribus eius Philota Paimenionis filio, grauitur increpauit, & amarè obiurgauit ut degeneret, & spe, quæ eum manebat, indignum: qui hominis Caris & regi seruiens Barbafo ambiret gener fieri. Theffalum autē scripsit Corinthiis, ut uinctum ad se mitterent. Ex ceteris uerò amicis eius Harpalum, Nearchum, Phrygium insuper & Ptolemæum ex Macedonia relegauit: quos reduxit deinceps Alexander, atq; in summo honore habuit. Blut. in Alex.

ACCVSATIONE FALSA. ANTIPATER Herodis F. fratres suos Aristobulū & Alexandrum, ex Mariamme (quæ Herodes interfecerat) susceptos, clandestinis conuitiis apud patrem & præfens & Romæ absens criminari non desistit, tanquam uitæ & regno illius infidiarentur: ita ut tandem iuuenes innocentes securi à patre percussi fuerint, ipse in regno successerit. Iosephus lib. 16.

EXHAERATIONE. Olympionices quidā facie propter uulnera defœdata, à FRATRE hæreditate excussus est, quasi peregrinus esset. Confusa Tit. Deformium, ex lib. 2. Epigr. Græcorum. Pompeius Rheginus à FRATRE perfidè exhaustus. Vide Tit. Fidei erga fratres.

PERFIDI ERGA CONSANGVINEOS QVOS libet alios, Videlicet

ERGA PATRVOS, AVNCVLOS, AMITAS, PERFIDINEPOTES. OCHVS Artoxerxes Persarum rex, patruum cum centū & amplius filiis ac nepotibus, uacua area destitutum, iaculis confixit, nulla iniuria lacessit, sed quod in his maximā apud Persas probitatis & fortitudinis laudem cõsistere uidebat. Val. Max. lib. 9. cap. 2.

MANTONIVS Triumuir auunculum dedit, ut interficeret Ciceronem, rem per se execrabilem atq; immanem: ut uix in eo ignoscas Antonio, si salutis auunculi Ciceronis cædes merces fuisset. Plutarchus in Vitis.

CAIVS CALIGVLA ueneno Tiberium patruū aggressus est, moriens

ut quidam opinantur: spirantiq; adhuc detrahi anulum, & quoniam suspicio nem retinens dabit, puluinem iussit inliceri: atq; etiam fauces manu sua oppressit: liberto, qui ob aruocitatem facinoris exclamauerat, confestim in crucem acto. Nec abhorret à ueritate, cum sint quidam auctores, ipsum postea, esse nō de perfectō, at certè de cogitato quondam parricidio profectum. Gloriatum enim esse assidue, ut cõmemoranda sua pietate, ad ulciscendā necem matris & fratrum, introisse se cum pugione cubiculū Tiberij dormientis: at misericordia correptū, abiecto ferro recessisse: nec illū, quanquā sensisset, aut inquirere quicquā aut exequi aut sum. Suetonius. Tiberio succedēs, statim Tiberium Gemellū, Tiberij ex Drufo F. nepotem sustulit, quamuis Tiberius moriens

moriens cum summo per eum commendasset. Iosephus lib. 18. cap. 3. Antiq. NERO cum amitam ex duntaxat alui cubantem uisitare: & illa tractans languinem eius, ut assolere, iam grandis natu, per blanditias forte dixisset: Simul hanc excepero, mori uolo: conuersus ad proximos confestim se posuit ut uelut irridens ait: praecepitq; medicis, ut largius purgarent agram. Nam necdum defuncta bona inuauit, suppresso testamento, ne quid abscderet. Suetonius.

RADAMISTVS, Pharsamanis Hyberiae regis filius (quae regio his temporibus Georgiana appellatur) sicta cum patre discordia, quod ei noueram superinduxerat, ad auunculum Mithridatem, Armeniae regem profugit. Ab eo benigne exceptus, filiae quoq; matrimonio dignus factus, clam Mithridatis datis populos subornauit: fingens se cum patre in gratia reddisse, ad eum profectus, omnia quae egerat detexit. Itaq; paratis ingentibus copiis, sub eo praetextu, ut in Albanos arma moueret, in Armeniam aduersus auunculum signa ferri iussit, cumq; ab omnibus suis destitutum, in arce Gorneas obfedit. Sed cum non omnia pro uoto succederent, noua prodicione primam cumulare uolens, data fide auunculum ad colloquium traxit. Hic cum gentis more ambo- rum pollices colligandi essent, ut haustum ex eis sanguine uterq; gustaret: is, cui uinciendi munus erat inuentum, fingens ad terram suas concidisse, illis Mithridatis pedes implicuit, atq; ita cum cum uxore ac liberis, cepit: & quoniam neq; ferro, neq; ueneno eos se laerum permissit, calcitris oppressos, praclusa anima, miserè necauit. Fulgofus lib. 9. cap. 6.

Rodolfi Imp. F. Rodolfus dux Suenig, IOANNEM F. ex Agne te uentilii Boemorum regis F. heredem reliquit. Is ab Alberto I. Imper. patruo, tutore, instinctu nobilium quorundam, qui pueri stultitia abutebantur, regiones paternas sibi restitui petiit. Caesar corona ex arboris uiciniae frondibus pueri caput ornans: Haec tuam aetatem ferta decent, filii, inquit, non scepra. Eo facto magis irritatus, cum quibusdam suorum contra patruum coniurauit. Itaq; cum Imperator Themis Helueticis mense Maio Rinfeldam peteret, & Vrsam fluuium ad Vindonifensem traiecit: nauis superaturus esset, Ioannes Imperatorem pone sequitur, officij causa, expectante interim comitatu in ripa, donec nauis rediret. Posteaquam traiecere, occurrunt Cysari coniurati, quibus conspectis, Ioannes equo delapsus, freno equum Imp. apprehendit, & Nunc uindictae tempus est, clamauit. Accurrunt reliqui, & Albertum in colle, qua a traiecit ascenditur, occidunt, cum comites eius trans fluuium eadem frustram spectarent. anno Salutis humanae MCCCVII. Imp. in gremio scorti, quod aulam sequebatur, expirauit. Eius mortem Leopoldus F. crudelissimè ultus est, & ex proscritorum atque damnatorum bonis Agnes filia Alberti, regi in Hungariae, monasterium monialium in Konigsfelden prope Vindonifam ueterem edificauit. Stumpfius in Chronico Heluetiae. Cranzius lib. 7. Vand. c. 32.

Mindacus Lituanoorum dux, à STRONATO fratris filio per insidias dormiens cum filiis interfecit, & Stroinatus dominatu potitus, anno MCCCXIV. Capta Orfmonia arce, mares puberes trucidauit, impuberes cremauit, feminas cum caetera praeda captiuas abduxit. Sed cito seclerum suorum poenas dedit. Nam & a uoifalco Mindaci interfecti filio superstitite, qui monasterii uita institutum apud Russos professus erat, & a Theophilo eiusdem Mindaci consobrino, uenationi uacans captus, excruciatu, atque necatus est. Cromerus libro 9.

LIVERO TTVS Firmianus patruum suum Ioannem Frangianum trucidauit. Vide Titulum, Regna ambitiosè suscipere, ambire.

ERG A NEPOTES PERFIDI PATRVI, AVNCVLLI.

DANAVS & Aegyptus fratres, Beli filij. Fuerunt Danao quin quaginta filiae, filij totidem Aegypto erant. Cum autem accepisset oraculo Danaus, quod manu nepotis occideretur, neferetq; ex tam ingenti multitudine, cuius suspectas haberet manus: contigit, ut iam pubescentibus utriusq; filiis, peteret Aegyptus, ut Danai filiae omnes filiis suis iungentur coniugio. Quod Danaus excogitato faciliore pessimo concessit ultro: desponsatisq; filiabus nepotibus, cum nuptiale sacrum pararetur, eas omnes inuouit, ut si saluè suam uellent, una quaeq; uirum suum non sit prima, dum uino epulisq; madentem, somnoq; ligatum graui cognosceret, ferro perimeret. Quae omnes cultis clam cubiculis suis latis, crapula oppressos iuuenes, iussu interfecere parentis. Hypermetra sola uisistit: ceperat etenim iam uirum suum Linum nomine (ut moris est puellarum) cunctisq; diligere: quamobrem illi suauis fugam. Tandem Danaus à Li-

no occisis occubuit, & pro eo Linus regnauit Argis, edu. Stamq; e carcere Hypemnestram, regni sociam fecit. Guido Bituricensis.

TYDEVS Oenei filius, Alcathoum & Lycetheum nepotes. apud Calydonem interfecit, ac demum Argos profugit. MAMERTES Corinthius, filius fratris sui Sisiphonis regnan di libidine interfecit, maximo suo malo. Nam ubi Sisiphofacium rescituit, cum thembrati in discepfit. Ouid. in libm.

PTOLEMAVS Ceraunus, Macedoniæ rex, Arsihoe forori fug insidiatus, filios, quos ex Lyfimacho enixa erat, tollere, ipsamq; Cassandriae urbem occupare studebat. Nuptias igit fororis post longas preces impetras, ipsi diademata imponit, & regnum appellat. Sotor uerbis fratris fidens, diem festu urbi in fratis & mariti aduentum indicit, & Lyfimachi ac Philippum filios coronatos utriusq; obuam ire iussit. Eos Ptolemaus primu cõplexus, duo ofculis fatigauit: mox uer bem ingressus, arcem illic occupari iussit, puerosq; interfecit. Qui cum ad matrem uisus perculsibus confugissent, in eius gremio & complexu obrucunt. Sab. lib. 8. En. 4. AMVLVS stabiliendi regni causa nepotem Laufum interfecit, neptem Rheam Syllium Vestale cepit. Vide Tit. Regnan di libido ambitiosa.

TIBERIVS Caesar cum ex Germanico tres nepotes, Nerone, & Drusum, & Caium, ex Druso unum Tiberium haberet destitutus morte liberorum, maximos natu de Germanici filijs Nerone, & Drusum P. C. commendauit: diemq; utriusq; tyrocinij, congiorio plebi dato, celebrari. Sed ut com perit in eunte anno, pro eorum quoq; salute publicè uota suscepta: egit cum Senatu, non debere talia praemia tribui, nisi expertis & aetate prouectis: atq; ex eo, patefacta interiore animi sui nota, omnium criminationibus obnoxios reddidit: uariaq; fraude in ductos, ut & conuincantur ad conuicia, & conuicti perderentur, accusati per literas, amant simè congeffis etiam probis: & iudicatos hostes fame necauit, Nerone in insula Pontia, Drusum in ima parte palatij. Putant Nerone ad uoluntariam mortem coactum, cum ei carnifex, quasi ex Senatus auctoritate missus, laqueos & uacos ostentaret: Druso autem ad ed alimentum subducta, ut momentum è culcitra tentaret: mandaret: amborum se reli quis disperfit, ut uix quandoq; colligi possent. Suetonius. Sex. Aurelius scribit AVRELIANVM Imp. fororis suae filium interfecisse.

CHILDERTVS Clodouci I. F. fratris sui Clodomiri filios, pupillos & clientes suos, ad se uenire iussos, ut eorum partimionem potiretur. Rausifus.

EGBERTVS Sigeberti F. rex Anglorum, fratris filios (quos patre mortuo educabat) impuberes occidit. Volat.

SANCTIVS Alfonso regis Castellonensis F. perfidus in nepotes ex fratre Alfonso. Item SAPHADINVS patris uisus. Vide Tit. Regna ambitiosè suscipere, ambire.

PAVLVS Fulgofus, Cardinalis Genuensis, cum operta fo. baptiste Campo fulgosi ducis, sui ex fratre nepotis Cardinalatum accepisset, eidem prodicione ac seclere in patria principatum ademit. Fulg. lib. 9. c. 6.

OCCISO à coniuratis Mediolani Galeacio Sforcia principe, LVDOVICVS Galeacij frater, Jo. Galeacio nepote ad huc puto, imperio praerant, anno MCCCXCIV. Is multis ante anis animo agitant, quibus maxime consilijs imperij adsequeretur, Cicchum Simonetam uirum graue, & pro puero rem Mediolanensem fide administrantem, falsis obiectis criminibus, capitali supplicio affecti: Mediolani oportunitasq; aliis in locis ueteres ac puero fidos custodias at cibus eiecit: praefecit copias atq; urbibus notos homines: & quos ceptis suis obfata uidebat, uariis circumuentos at tibus oppressit. Eo modo ad imperij prouocatione cuedi, cum Veneti caeteribum Italic principum armis in Petrarjen si & Brixiano premerentur, prius à secleratis descituit, & pace ad Balneolum oppidum firmata, exploitata uictoriae cursum interrupit, scilicet ut Veneti hostes immortali beneficio sibi obstringerentur, quorum ope atq; auxilijs Mediolanense imperium, amoto fratris filio, se adepturum confidebat. Iouius lib. 3. Hist.

ERG A PATRVELES, CONSOBRINOS, PERFIDI.

IVGURTHA, Manababalis filius nothus, Adherbalè & Hiem palem, Micipsae patri sui filios, interfecit, ut solus Numidis imperaret. Salustius.

DOMITIANVS Imp. Flauium Clementem patruelum suum contemnitissimè inuicis, cuius filios etiamnam paruulos secessores palà destinauerat: & abolito priore nomine, alteru Vespasianum appellari iusserat, alterum Domitianu: repta tã ex tenuissima suspicione tantu non ipso eius consilium intetemit. Quo factò, maxime maturauit sibi exitum. Suetonius.

PERFI

PERFIDI ERGA AFFINES QVOSLIBET.

SOCERI VEL SOCRVS PERFIDI ERGA GENEROS, NVRVVS.

SAVLVS rex Micholem filiam suam Dauidi uxore dederat, eaq; maritum unice diligebat. Posteaquam uerò glorie Dauidis Saulus inuidere, & uitae illius insidiari cepit, filia quoque suam, Dauide exulante, Phalti Laif F. Gallimensi locauit. Dauid exul hac iniuria affectus, duas alias duxit, Achinoam Izraelana, & Abigail Nabalis uidua. i. Reg. 25.

PARYSATIS Artoxerxis mater, cum ob Cyrus F. interfe sum in praelium plurimum doleret, & odium iam inueteratum atq; emulationem concepisset in Statiram Artoxerxis uxorem, instruxit ei insidias, de summa, uti arbitrabatur, aulam iacens. Ancillam habebat fidam, quae plurimu apud ipsam poterat, Gigim dictam, quam administrata ueneni Dinon tradidit, conficiam modo inuitam Ctesias. Illi, qui uenenum dedit, hic Belitarum appellat, ille Melantam. Insi tuentes autem ex superioribus suspitionibus ac similitate congressi denus, & una cenare, cum metu tamen & cautio ne illidem epulis atq; ab isdem urebantur paratis. Nascitur apud Perfas exigua auis, quae omni caret excremento, habetq; intestina omnia adipe differta: unde uento arbitran tur & rore hoc animal uitere: Ryntaces dicitur. Hanc autem mat Ctesias cultello, què altero latere illeuerat toxicò, dissecuisse Paryfadem, atq; infecisse alteram partem ueneno: partem sinceram & pura ori ingestam ipsam mandifit, Statiram uerò dedit insulentam. Dinon non Paryfadem, sed Melantam medicatas carnes fecuisse cultro, & Statirè appo fuisse. Cum animam igitur magnis cum cruciatibus & doloribus ageret miger, & ipsa olescit maleficiis, & suspicio nem regi aduersus matrem attulit, feritatem illius & animu implacabilem cognoscenit. Plut. in Artoxerxe.

PTOLEMAVS rex Aegypti, hospitijs praetextu urbes Alexandri generi occupauit. i. Machab. II.

PTOLEMAVS Auleres à Romanis regno Aegypti donatus, quo propter flagitia eiectus fuerat, Artachelai Cappadociae regis filium, filiae suae Cleopatrae maritum (quam Aegyptij regis sibi delegerant) unam cum sorore interfecit. Strabo l. 17. ARIVS Aper, Numerianum Augustum, cuius praefectus, praetor, & focer erat, propter oculorum aduersam ualitudinè le dia utentem, bello Persico occultè necari iussit: neq; dete ctae fraus fuit, quam clausa lectica putrefactis cae dae nis fetore emisit. Eutropius, & Sigon. lib. 3. Imp. occid.

MAXIMIANVS Imp. perfidus erga generum Constantinu Magnum. Vide Tit. Regna ambitiosè suscipere, ambire.

Herodians scribit, MAMMEAM matrem filio Alexandro in matrimonio puellam patricij generis dedisse, marito carà gratamq; inprimis. At cum ipsa tantum uocari Augusta uel let, camq; appellatione puellae inuideret, eò contumeliarū prouecta est, ut puellae pater, quamuis magnae auctoritatis, ad Alexandrum generum, impatiens Mammeae iniuriarum, quas ipsi natae, in ferebat, confugerit in castra, gratia se habere Alexandro dicitans habiti sibi honoris: caeterum Mam meam accusans, nihil non contumelias inferebat. Qua re indignata mulier, interfecit eum iussit: puellam uerò ædib. imperatoris exactam, in Aphricam relegauit. Culpin.

Iulianus I. Imp. à Leoncio pulsus, & Chersonam relegatus, quia res nouas moliri ceperat, nisi fuga esset elapsus, ad supplicium Apfimarò, qui Leonciu deiecerat, fuisset delatus. Sed ad Auares delatus, à CALIANO eius gentis rege honestè habitus, in generum est adscitus, ducta Theodora eius sorore in uxorem. Fretus affinitate & regio hospitio, per annu apud Auares mansit, donec Barbarus rex ab Apfimarò pecunia corruptus, illum trahere promisit, hospitem & generum suum. Sed fugam praeccepit, seclus praesentens, à Theodora, quae per seruum insidias suo marito loca ritellexit, eumq; ad nouit, ut percussurus duos ad se uenientes, seorsum utrunq; uocaret, & fracta gula ambos intemeret. Quo factò, uxorem relinquens, ad mare profectus est, ac se imminenti periculo ita subtraxit, & à Trebelio (ad quem fugit) Bulgaro rege susceptus, armisq; protectus, ac in patriam reductus est. Cuspianus.

OFFA Merciorum rex Ethelbertum generum per scarios iugulat. Vide Tit. Regna ambitiosè suscipere, ambire. Gundonis Rupes Sequanam frenat, oportuna rebus in Normannia gerendis. Guido eam obtinebat, Ludouico Crasso Franco regi fidus. Eius SOCER tanta in Franco rabie Henrico regi Anglorum cupiebat, ut nihil tale mentem generum intromissus intererit: Rupemq; cum suis occu parit. Nintimi nulla fama facinus atrox in hunc hominem rati, cum magna pars data fide cum elucissent ad colloquium, ipsi manu sua non uiolauit, sed trucidandum reliquere iis, quos suorum ad id iniuratos reliquerant. Corpora quoq; & eius & comitum lacera, cratibusque imposta, secundo

flumine demifere: ut Rotomagensibus, ac quicunq; Anglorum studiosi Sequanam accolunt, spectaculo forent. Aemilius libro quinto.

GENERI VEL NVRVVS PERFIDI ERGA SOCEROS, SOCRVS.

IXION Phlegiae filius, ut sensit Euripides (ut Aeschylus, An tionis: ut Pherecydes, Pisones & Acthonis: ut alij, Martis, & Pisidices) Diam filiam Einai, uel Deionei, uel Hestionei, uxorem duxit. Cum pollicitus esset se multa munera focero daturum, & ad illa accipienda uenisset Deioneus, cum Ixion in foueam carbonariam, quam tenuissimis tabulatis superius infrauerat, detrusit. (Diodorus Hestioneum equos illius cepisse scribit, cum uideret illum capti non stare) Ob eam caedem furor correptus, cum nullum uel deorum uel hominum reperiret, à quo expiaretur, quia primus ausus esset in affinitate coniunctum manus inferre: Iupiter eius misericordia capus illum expiauit, & in caelum acceptu à feretris constituit. Ibi Iunoni stuprum inferre conatus est. Quod cum illa Ioui significasset, nubis Iunonis forma Ixioni obiect. Cum qua congressus, Centauros suscepit. Ob id facinus cum gloriaretur Ixion, è caelo ad inferos deiectus, rotæ ferreae alligatus, circa quam angues complures uoluebantur, perpetuo rotæ motu agitur. Virgil. lib. 3. Georg. Natalis Comes Mythol. lib. 6. cap. 16.

OCHVS cognomine Artoxerxes, Ocham sororem, atq; eandem focrum, uiam de fudit. Val. lib. 9. c. 2.

PTOLEMAVS Abubi F. orae Hierichuntij praefectus, cum Si monis ducis & pontificis Iudaeorum gener esset, imperadi cupidine inflammatus, foceri blandè in castello Doco excipiens, cum in conuicio cum duobus filiis natu maiorib. Matathia & Iuda interfecit, uxorem eius miris modis excarnificauit, Hyrcanum etiam natu minimum insidijs circueunire, sed frustra conatus fuit. Ab eo enim pulsus est, & principatu exutus. i. Machab. 16. & Iosephus lib. 13. c. 15.

HERODES Iudaeorum rex, à C. Iul. Cesare post uictoriam Aethiacam magnum sibi periculum imminere uidens, quonia M. Antonij partes secutus fuisset, eumq; pecunia & comia iuuisset, uidens prerer Hyrcanum focerum suum nemine superesse regij generis, statuit eum è medio tollere: siue eua surus esset periculum: ruitus ruitus neminem extare digniore imperio: siue opprimendus esset à Cesare, successione illi inuidens. Itaque falsis in cum criminibus confectis, tanquam rebus nouis studeret, & regnum ambiret, & ad Malchum regem Arabum trans fugere cogitaret, uirum opt. & de se bene meritum iam octogenerum interfecit. Iosephus lib. 13. cap. 9.

AMPHICTYON gener Cranae Atheniensium regis, foceri regno expulit. Pausan. in Atticis.

Leonidas Cleonymi F. grandis admodum natu successit Areo in regno Lacedaemonioru, cum quo graues inimicitias Lyfander, Lyfandri F. Aristocratis nepos, exereuit. Naq; CLEOMBROTVM Leonidae generum, in familiaritate allectum, subornat, ut & aliorum criminum focerum reum faciat, & inprimis quod puer Cleonymo patri (irato Spartanis, quod in regno sibi praelatus fuisset Acrotatus fratris Arei F.) iurciurando promiserit, qui Spartam deleteret, se confilia initurum. Cum igitur regno se Leonidas abdicare coactus esset, in eius locum Cleombrotus inuasi. Pausanias in Laconicis.

PTOLEMAI crudelitatem erga focrum, pete ex Tit. Toleraua Ethica tormentorum.

SELEVCVS rex, Demetrio Poliorcete à se capto, quanquam focero, petenti tamen Tyrum, Sydonemq;, in quibus agere uitam possent, cum ipse ab Indo mari à Syria litora cuncta teneret, dare omnino recusauit: adeoq; inops animi, & suprà quam dici potest à misericordia alienus fuit, ut maximo regi, ingentibus fortunæ malis prostrato focero, deniq; intra latissimos regni sui fines, uix angustum hospitium concesserit. Pontanus de Libetal. c. 16. ex Plut. Demetrio.

RADAMISTVS Pharsamanis Hyberij regis F. erga focerum suum Michridatem Armeniae regem perfidus. ANTONI NVS similiter Caracalla Imp. erga foceri Artabanu Parthoru regè. Vide Tit. Vitæ alioru astute insidiari extra iudiciu.

Iugurtha à Cecilio Metello cos. mox à C. Mario uicq;, ad Bocchum generum suum, regem Mauritaniae confugit. BOCCHVVS iam pridem focerum perofus erat, & timebat Iugurtham. Tunc fracto & ad ipsum confugiendi insidias strués, acciuit L. Syllam Marij quaestorem: quod per illum potius, q per se corripere traderetq; Iugurtha. Re cū Mario com munita, praesidium habens paucorum militum maximu subiit periculu: q, dum Barbaro necessariis suis coniunctis insido cõfidit, ut alium acciperet, in manus eius com-

PppP missit

mississet se. Verum habens Boechus utranq; in arbitrio suo, cum se in eam necessitudinem demississet, fidem ut violaret in altero, post multos animi aestus, tandem primam proditorem coprobavit, tradiditq; Sylla lugurtham. Hec prima exitit atrocissimi illius & grauiissimi belli ciuili, quod penè imperiū Romanū euerit, fementis. Quippe coplures inuidia Marij adscribent eam rem Syllae. Atq; ipse Sylla sigillum habebat, in quo Boechus erat, lugurtham ei tradēs, insculptus: quo sigillo usus est perpetuē. Plutarchus in Mario, & Sylla.

MAMMÆA mater Alexandri Imp. erga nūrum perfida. Vide Tit. Aemulationes ambitiois ob Imperij insignia.

RICIMER Sueuus natione, magister militum à Valentiano III. Imp. in locum Actij Alani suffectus, Auitum Aruernum, qui purpuram sumerat, officij causa Placentiæ cōuenit, & tumultu concitato se imperio abdicare cōegit. Patriatus inde dignitate à Leone Augusto exornatus, Maioria nūquem Leo Occidentis Imp. designat) filia in uxore ducta, foecurum nihil tale expectantē Derthonæ occidit, & Seuerum Patricium Augustum dixit: quem nō multo post ueneno sustulit. Suffectus à Leone Anthemius, Ricimeris potentiam ueritus, eundem filia in matrimonij data sibi conciliauit. Ceterū perfidus homo leui de causa foecurum Romae obsessum, urbe capta miserēque direpta, in potestatem redactum interfecit: nec multo post fauiss. corporis doloribus extictus est: qui tanquam alter Stilicho post Valentiani obitum propè in Rep. imperauit, in hoc etiā Stilichone felicio, quod non plures Imperatores creauit quā si sustulit. Sigonius lib. 14. Imp. occid.

HENGISTVS Saxo à Vortigerio rege Britannorum in auxilium accitus, re contra Scotos atq; Pictos praclarè gesta, sedes in Cantio habitandas accepit, Roxienam filiam regi remulento despondit, uxore priore repudiata. Sed imperio inhians, nobilitate Britannam ex insidiis trucidauit, generum in extremam Valiam ablegauit, insulæ imperium occupauit. Beda, Polydorus, Boechus lib. 8.

DRAVONICIA Boemoru regina, Ludmillam foecurum, religionis obseruantissimam, interfecit iussu. Eiusdem iussu Boleslaus filius Venceslaui fratrem iam interfecerat. Volat. & Aeneas Syl. in Boemia.

ADELBERTVS Eporegiæ ciuitatis Marchio, perfidus in foecurum Berengarium. Vide Tit. Vita in deterius mutata.

Rodolphum Erlacensem equitem, cuius in Lupensi pugna contra Austriacos mitifica extitit uirtus, GENEER eius, incertū qua simulatoe oborta, in arce Richenbach incautum adoratus, uo ipsum gladio in pariete pendente obruncauit. Anno MCCCLX. Stumpsius.

Conuenerat Maximilianus I. cum Britannia duce Francisco, ut unicam eius filia cum dote acciperet opulenta: nam ducatus ille dos erat unice proli. Misit rex solennes ad contrahendum absens de presentis matrimonium oratores, sufficienti mandato instructos. Interim Fraciscus dux in fata cōcessit. Romanorum regis oratores puellam deposedunt, pro uinciam committentes gubernadā quibus eam dux moriens permisit, donec ueniens rex cuncta propius inspiceret. Securus iter ab rege Francorum Carolo IX. depon-

sunt: non negatur. Cum puella & honesto comitatu iter per Franciam instituunt. Iam peruenere in locum qui Francie regi ad institutum suum usus est idoneus. Aderat rex ipse cum aliquot proceribus, puellam sibi sisti iubet, dignatē uenientem honorat. Tum seiscitatur ex Britonibus, quid de prouincia illam deduxerat, si omnia legitima, quae ad deponationem puellae perlinerent, ex persona Rom. regis esse impleta. Illi respondent, uoluntate mortui ducis patris esse additam Rom. regi, cetera se ignorare: ad hoc exisse, ut sponsam regi sponso deducant. Tum rex communita cum suis consilio, iussit responderi missis à rege Rom. liceat quod uelint: puellam nulli nuptam, nec per uerba de presentē cuiquam deuinctam, suo thoro afferuare. Ibi uolentem nolentem incertum) puellam dominabus de suo regno permittit, ut inclinent ad regis assensum: & mox thoro suo impositam habuit pro coniuge, omnibus de more impetis: remisitque Maximiliano Margaritam filiam, spe & multum repetitam, quam in spem nuptiarū iam inde à morte Mariae Burgundae uxoris Maximiliani ad se receperat. Cranzius lib. 13. cap. 15. Saxonia.

SORORII PERFIDI.

POLYMNESTOR rex Thraciae, Polydorū Priami foecurū filium iugulauit. Verg. lib. 3. Aeneid. & Eurip. in Hecuba. PYGMALION rex Tyri, Sichæum fororis Didonis maritum, agri inter Phœnicas ditissimū interfecit, ut mortui diuitias ariperet. Vergil. lib. j. Aeneidos.

Ille Sichæum Impius ante aras, atq; auri cæcus amore, Clām ferro incautum superat, foecurus amorum Germanæ.

Armeniorum regis FILIUS, cum filio Gobryæ principis uiri, fororis nuptias propediem adituro, uenatum profectus, in ueniū ardore de praesentia iaculandi uenandiq; contendere cepit. Mox ubi urfa cōspēcta, uterq; cum impetu in eam proruit, regius quidem iuuenis aberrauit, Gobryæ uerō filium eam confecit. Et tum quidem iram rex dissimulauit. Posteaquam uerō leonem quoq; qui sese obulerat, Gobryæ filius pati dexteritate proftrauit: tum rex prae inuidia dispēns, furere amens, creptum spiculatori telum in Gobryæ filium contorsit, & per medium pectus adegit. Eam iniuriā adeo grauit tultit Gobryas, ut cū patri filius in regno successisset, ab eo ad Cyrum decesserit, atq; ad eō non parū momenti ad euerendum Armeniorum regnum contulit. Xenophon lib. 4. Pædiæ.

Vastante Campanos Annibale, L. Imbricus filii Rusciū cū magno auri pondere VALERIO Bestio genero suo seruandū commisit, quem is obruncauit, ut auro potiretur. Plut.

CATILINA Catulum, fororis suae maritum, & equitem Romanum, partium nullarum, tantumq; quieti stitudentē, iussu Syllae interfecit. Afconius Pedianus.

CÆSAR Borgias Alexandri VI. pont. F. Aragoniā adolefcentem Bilelij principem, ac Alfonso regis Neapoli F. suæq; fororis Lucie ux. maritum, in atrio Vaticani templi uulneratum, & quoniam spes esset curari posse, in ipso cubiculo lectoq; nuptiali fororis maetari iussit. Louius in Confaluo.

PERFIDI ERGA HOSTES, PVLBICE, PRIVATIM.

Perfidiam occultam ad Asturiae Titulos, iussu uandū hosti datum eludere, callidè interpretari, retinimus, propter Dolum: huc transferri potest causa Perfidia. Exempla quedam ex Tit. Vindictæ nimis erga hostes, petantur.

INSIDIIS VITAE.

Græcis Troiam obfidens, ALEXANDER cum Menelao singulari certamine pro Helena dimicans, iaculo ictus ceci derat. Menelaum educto gladio approperantem PANDARVS Lyciorum dux sagitta uulnerauit, & foedera turbauit, à Diomede paulo post interfecit. Dictys lib. 2.

Post multas res ad Troiam praclarè gestas quas Homerūs recensuit, Achilles Polyxenæ Priami filiae amore captus significauit Priamo per nuncios, se pro Troia pugnaturum, si sibi puella concederetur. Tum Priamus eam se daturum pollicitus est. Qui cū illa de causa in templum Thymbræi Apollinis conuenissent, PARIIS clām ex insidiis illum sagittatransfixit. Eius corpus non prius deditur est Græcis, quā recepissent illa ipsa munera, quae pro redimendo Hecitore data fuerant. Propter huius mortē dictæ sunt Musæ & Nymphæ omnes fleuisse, teste Lycophrone in Alexandra. Natalis Comes Mythol. lib. 9. cap. 12.

Erat in praesidiis Mithridatorū Dardatiortum dynastes OLTHACVS (est autem Dardariortū gens ex barbaris illis, qui Maeon paludem accolunt) omnibus uir in bellicis factis insigniter manu promtus & audax, & consilio cumptrimis bonus, in consuetudine præterea ciuili & obsequiosus. Hic quod

semper cum aliquo popularium suorum dynastarū certamē & æmulationem de primis haberet: recepit Mithridati ingenis factum, Lucullum se interfecurum. Collaudatus ab rege, atq; in speciem iræ probis ab eo ex cōposito sigillatus, equo arrepto transfugit ad Lucullum, à quo est receptus benignè, q; magis nominis in castis eius esset. Ad id usu comprobati sagacitate obseruantiamq; magni fecit, ut adhiberet subinde eum mentæ & in consilio. Vbi datario res matura uisā est, iussit pueris suis, ut equum prodicerent extra uallum. Tum perrexit militibus meridianibus & quiescentib. ad prætorium, neminem ratus prohibentē ingressu se, qui familiaris esset imperatori, ac de re graui agere diceret uelle se cum imperatore. Et ingressus liberè serauit: nisi, qui multos perdidit duces, Lucullum seruasset. Nā somno operā dabat, & Menedemus à cubiculo, ad limina stans, intempestiuè ait Olthacū uenire, mox dō Lucullum quieti se ex longis uigiliis & tantis occupationibus tradidisse, qui cū iussus nō discederet, sed in uito eo ostendit se ingressurū, ac rem delaturū ad eū necessariā & magnam: ibi istoma chabundus Menedemus nihil tantū esse ait ac Luculli salutem, hominemq; ambabus manibus repulit. Quare metuēs ille subduxit se ex castis, atq; cōscēso equo in

in castra Mithridatis re infecta, p̄fugit. Plut. in Luculli uita. Viriati cædes duplicem perfidiam accusationem recepit: in amicis, quod eorum manib. interemtus est: in QSERVILIO Cephione consule, quod is sceleris huius auctō, impunitate promissa, fuit, uictoriamq; nō meruit, sed emit. Val. li. 9. c. 6. RAONARE S Brito natione, Gothorum post Teiam regem à Narsee caesum dux, Cassini obsessus à Narsee postulat, ut sibi colloqui copiam faceret, quod semet ei dēdere statuisset. Qua facta, cū uerba superbia atq; arrogantia plena iactaret, dignus, qui irritō colloquio dimitteretur, est uisus. Ceterū cū in collem regressus non longè à muris abesset, sagittam clām in Narseem occidenti hominis gratia iecit, quae quamquam irrita cecidit, plurimum tamen perniciū secum attulit. Quam ob causam Romani iracūdia inflammati propere arcus omnes intenderunt, ac sagittis in eum certatim contortis, ipsum lethali uulnere affecerūt: ex quo relatus in oppidum post biduum mortuus est. Illo duce extincto, Gothi uiribus suis diffisi, nuncios ad Narseem missis, pacta salute, eius se fidei permiserunt. Sigonius libro 20. Imperij occidentalis.

INDVCIIS.

Bellicofissimi Indi militabant mercede, hi urbes strenuè defendebant, multisq; modis ALEXANDRVM Magnum fatigabant. Cum his in diuicias in oppido quodam fecit, mox repientes se in itinere oppressit. quae rebus illius bello gestis iussu alias & regulariter bellantis quasi labes adhaesit. Plutarchus in Alexandri uita.

CLEOMENES Spartanos Argiuos induciarum fiducia confopitos nō inuasi, aliosq; contrucidauit, alios duxit captiuos. Herod. & Plut.

THEODERICVS Ostrogothorum rex, cū Odoacrum Helorum regem Rauennā obfideret, & factis induciis, armis agendi ius suspensum esset, ut de inuenda pace ageretur, multa Odoacri horrea, contra induciarum fidem, incendit: nec multo post infidiosa inita pace, qua Italicū regnum uiriq; communē fiebat, Rauennam ingressus, Odoacrum occidit; atq; Italia Herulos expulit. Fulg. lib. 9. c. 6.

BELISARVS, dux Iustiniani Magni Imp. cū Gothi, qui in Portueni praesidio constituti fuerant, sese ad Vitigem regē fiducia induciarum trimestrium contulissent, astute locum illum occupauit: urbem maritimam Centumcellas, ciuitatemq; Albanam intercepit, & communiuit. Praeterea ut Datus Mediolanensis Antistes, & totus eius loci populus à Gothis descerneret, effecti: & Gothorum simplicitatem irridens, dicebat se illas Gothorum ciuitates minime occupare potuisse, si milites intra castrum moenia resistentes inuenisset. Proinde Gothorum oratoribus abscedere iussit: Redire, inquit, ad regem uestrum, eiq; dicite, quia Gothi eas urbes perdelictis habuere, si uisisset mihi ipsas etiam tempore induciarum occupare. Sabellicus.

DOVARDVS III. Anglorum rex, Guinas oppidum non procul à Caleto situm, cum arce occupauit proditione profecti, induciarum tempore. Ioanne rege Franco postea iniuriam exposulanti, Anglus respondit, De reum emtione nihil induciarum religione esse exceptum. Polyd. lib. 19.

PACIS, FOEDERIS SIMVLATIONE.

APOLLONIVS Thraesæ F. capta urbe ab Antiocho Epiphane Hierosolymam missus, pacē simulando, die sabbathi Iudeos omnes ad spectaculum egressos obruncauit: mox in urbe reliquos interfecit. 2. Machab. 3.

GRÆCI Troianos simulato foedere deceperunt. Vide Tit. Proditores patriæ.

Cum octo menses Persæ Barcen urbem obfedisent, & multi uiriniq; eaderent, nec pauciores ex Persis, AMASIS dux pe ditatus animaduertens Barcæos uir non posse superari, iatā fossam per noctem depressit, eiq; fragilia superstravit ligna, & super ea humum induxit, reddens solū cætero æquabile. Simul atq; illuxit, Barcæos in colloquium euocat: foedus ledum super oculum fossam ferit. Quo ad humum ita haberet, tam diu foedus ratum fore: Barcæis quod æquum esset se pensuros regi promittentibus, & Persis se nihil rerum nouarum aduersus Barcæos esse molituros. Barcæi foedere fre ti, ex hostibus cuiusq; libebat intrandi urbem faciebāt potestatem. At Persæ rescisso ponte occulto, in urbem irrupunt: refracto ponte, non manere foedus in ea regione amplius interpretantes. Herod. lib. 4. Pollianus uerō lib. 7. hoc stratagemā tribuit Aryandi.

Cyro fratre interfecto in praesidio, ARTOXERXES cum Græcis Cyri auxiliariis pacem composuit: his legibus ut tutum illis transitū per regiones concederet, duces itineris ad mare cum foro uenali omnium rerum necessariatū exhiberet: mercenarios q; sub Clearcho Spartanō & Aridæo Lydo essent, omnes sineret incolumes, mox dō ab iniuria illi abstine-

rent, permeare per regionem. His compositis ad iter continuandum se comparat. Copias rex Babylonem reducit. At Tisaphernes cognoscens regem infenso animo in Græcos esse, pollicetur se facile cunctos interenturum, si copias sibi tradidisset, pacemq; cum Aridæo clām composuisset, ab eo Græcos omnes per iter proditum iri. Regi consilium placuit, ac fortissimos quoq; ex toto exercitu tradidit. Cōstitutum nuncios Tisaphernes ad hostes properare iussit, qui dicant Clearcho cæterisq; ducibus, ut placeat ad se uenire, habere se certa, quæ coram exponi oporteret. Tum duces fermè omnes cum Clearcho securi fraudis accedunt: ducenti milites qui ad emendos commeatu & uectigalia conuenienda ire parabant, duces sequuntur. Tisaphernes duces intra tentoria sua uocatos, capit, iniectis uinculis, decuriones foris expectantes obrunecat, reliqui eos qui ad forum uenerant milites adorti, cædunt: ex quib. unus elapsus ad castra profugit, perpetratum barbaricis insidiis & fraude scelus clademq; suorum nuncians. Quo percussis oēs, ad arma confusi, quippe nullo duce, concurrūt. Post ubi cuncta circū diuitiūs quæta, nec ab ullo se insulanti uident, curas ad rem consultandam conuertunt, duces ex numero multos deligunt, summam imperij rerumq; omnū deserunt. Chirifopho Lacedæmonio. Igitur rebus cōpositis agmine ad iter directo, quā sibi facillimū tutissimumq; cernunt iter, in Paphlagoniā tendunt. A Tisapherne aut uincti duces ad Artoxerxen mittunt. Ille reliquos oēs iussit necari, Menonē Thessalorū duces solū dimitti iussit incolumem: q; solus ille seditionibus focios agitare solitus, uideretur ad prodendos Græcos idoneus. Tisaphernes copiis paratis Græcos cōscitatus, nec iustitia acie collatis signis pugnam committere ausus. Vbi nihil infectado proficere posse uidet Tisaphernes, relicis illis copias in Ioniam ducere cōcepit. Diod. lib. 14. & Polyæn. lib. 7.

TISSAPHERNES Persarum dux, cum Agesilao foedus metu adductus percussit: hac lege, ut Græcas ciuitates sine re liberè, suisq; uiuere legib. mox ingentibus copiis à rege suo acersisset, bellum illi denūciat, in Asia decederet. Hoc foedus uolatum libenter arripuit Agesilanus, legatis hilari uultu respondēs: Se magnam habere gratiam Tisapherni, q; piurio suo & deos & homines sibi infensus reddidisset, aduerfæ uicō parti propitios. Plut. in Lacon.

FIMBRIA, qui Val. Flacco consule occiso, exercitū Romanum in suas pertaxit partes, & cōtra Mithridatis F. egregiè rem gessit, Marij alioqui partib. addictus, Asiam ingressus, multas hostium regiones populatus, Ilium obedit. Iussit ad L. Syllam Coss. miserunt, qui illi urbem dederent. A quo legati benignè accepti, iussu sunt ad Fimbriā ire, nunciareq; Ilienses in Syllæ potestate esse. Collaudauit eos Fimbria ut focios & amicos, & quia cognati essent & pgenitores Romanorum, uisere se uelle dixit eorum urbem. Ceterū intra moenia receptus, ferro in omnem sexum & æratem immisso, miserabilem Iliensium stragem edidit, urbē incendit. Qui auctores fuerant, ut ad Syllā mitteretur, alios alii cruciantibus affecit, omnia sacra & profana, cæde & rapina uiolauit. Mineruæ templum cum iis, qui eō uelut in asylū confugerant, concremari iussit. Aedificia publica & priuata solo adæquauit. Atq; ita Ilium mille & quinquaginta annis post excidiū, quod sub Agamemnone & Græcis acciderat, à Romanis est funditus euerfium. Sab. lib. 3. En. 6.

ANTONINVS Caracalla Artabanum Parthorum regē frequentibus literis & muneribus pellexit, ut sibi filiam matrimonio locaret: ex ea affinitate futurum prædicans, ut duobus mundi imperiis, Parthico & Romano, foedere & necessitudine coniunctis, omnes gentes in terris quietè agerent, ac si quæ minus pacatæ essent, fore ut non multo post imperio subigerentur. Abnuuit primò Artabanus, causatus nō licere Romano homini externarum gentium sectari conuuium. Verum studium & caritatem rei uxoriæ iureiurando Romanus Imp. pollicitus, eō regem perpulit, ut filiam se locaturum promiserit. Hanc antam ille nactus, Artabanū foecurum, seq; generum uocat. Barbari eo connubio læti, tanquam sempiternam cum Rom. populo pacem habituri, q; maximo poterant rerum apparatu Romanum uenientem expectabant. Vbi igitur appropinquare dictus est, rex cum magno procerum comitatu extra regiā genero prodit obtiniam, Parthiq; cum eo indigenis floribus coronati, auroq; & purpura uestiti, ad tibiaram tympanorumq; cantū choreas agētes. Romani armis instructi, inermes Parthos ex cōposito inuadunt. Foeda ibi cædes edita, uix Artabanus à suis in equum sublarus celeri fuga seruatus est. Ingens hominū multitudo in uestigio cæsa, sed multo maioris fuga. Sunt inde Romana arma longè lateq; per Parthicos fines cum uictorum & uillarum incendio, multa; hominum cæde ad libitum euagata, multiplexq; præda parta. Sabellicus lib. 5. Ennead. 7. ex Herodoto.

THEODATVS rex Gothorum bello undiq; pressus, ad Iustinianum mittit, pacem petens, eiq; totum Gallorum & Italiae P p p 2 lorum

incerti, intra paucos dies hominibus ac fortunis conseruat, & Astoris Manfredi sui principis libertate, & ei uti quocunq; uellet, ueliceret, utq; propriorum praediorum fructibus fruere pacti, Valentino urbem dederunt: quae Valentino, quod ad Fauentinos attinebat, inuoluta fide seruauit: sed Astorem, qui nondum XXX annum attingebat, excellenti forma praeditus, aetate & innocencia, uictoris perfidiae crudelitatiq; cedente, quasi illum in sua aula habere uellet, honorifice ut uidebatur, apud se retinuit: sed non multo post Romam perductus, alicuius (ut dictum fuit) prius libidine expleta, cum fratre notho clam interfecit fuit. Bembus lib. 5. & Guicciard. lib. 3.

Miserant in Flaminiam Veneti Ioannem Iacobum Carolidii, uti Raucennam urbem, reliquaq; Venetae ditionis in Flaminia municipia abductis tormentis, receptisq; iis, quos bello captiuos hostes fecerant, Senatus auctoritate LV LII II. Pp. ministris traderet. Ii cum fide scripto data, sese & tormeta afortari permitturos, & captiuos libertatem donaturos, & praeter haec, quod erat primum atq; maximum, uti euestigio interdictionem antiquaretur, curaturos, oppida ipsa recepissent: in nullo eorum quae pepigerant, persistenter, retentis tormentis, & captiuis Romam missis, non in modo qui bello capti fuerant, sed illis quoq;, qui praefecti oppidorum atq; arcium illa ipsa pacate tradiderant ciuibus Venetis uncticerant, & interdictione non rescisso.

Bem- bus lib. 3. Venetae hist.

Peregrinos cognita Byzantiorum clade, MAHOMETO II. Turcorum tyranno deditioem fecere. Muri contra foedera diruti, bona direpta, feminas ac uiri ludibrio habiti, eandem experti sunt scruitium, ut Constantinopolitani. Eodem enim die uino madidus literas dedit ad Subasidem, id est, tribunal militum Galatae, quibus iussit Latinos ad unum omnes occidi. Quam atrocitatem cum Subasidis obstupesceret, & ad uesperam factum distulisset: interea temporis Mahometus, cum uinum obdormisset, per literas contrarium mandauit. Cuspinianus.

Capta a Selymo Turcorum Imp. Alcairo, bona Mamaluchorum pars in magnam quandam Melchitam concesserunt: ubi cum pugnando defessi, etiam fame laborare coepissent, uitam cum Turcis prius pacti, sese dedidere. Verum SELYMVS promissis minime stetit: nam eos omnes Alexandria missos in carcere decollari iussit. Iouius in Selymo.

Oppugnabatur a Venetis Vicetia urbs, defendentibus GERMANIS Maximiliano militanti. Vicetinus ciuis Guidus cum suis porta occupata, Leuites Venetorum intromisit. Illis uero a Germanis expulsi, portaq; capta, cum Guidus reliquiq; de superiore loco se defenderet, neq; Germani expugnare illos possent: dato ab eis iureiurando nihil sibi nocituros Germanos, sese eis dederunt, statimq; omnes ad unum contra fidei religionem partim ab illis interfecti sunt, partim se e turri praecipitauerunt, atq; ita interierunt. Bembus lib. 9. Venetae hist.

Anno MDI. cum Galliae Ludouicus XII. & Hispaniae FERDINANDVS, reges, regnum Neapolitanum occuparent, & iam Federicus Aragonius deditioem fecisset: CONSALVVS FERRANDVS, Hispaniarum copiarum dux, Taranto per deditioem accepto, solenni ad sacra altaris mysteria sacramento confirmauit, se Calabriae ducem Ferdinandum libere abire permitturum, qui occultum a patre Federico regem mandatum habebat, si fortunae amplius repugnare non posset, ad se in Galliam contederet. Sed nec Dei metus, nec apud homines suae existimationis ratio, plus quam regni causa, potuerunt. Cum enim Consalvus ipsum in Hispania regis potestate non esse, olim plurimum interesse posse animaduerteteret, iureiurando contento ab eundi facultatem minime dedit, sed bene comitatum in Hispaniam misit. Guicciardinus lib. 5. Multi testantur, neminem Consaluo pace belloq; meliorem extitisse: sed ei maximorum ducum exemplo prorsus euenisse, ut in extremo uitae actu tamquam semiculus non plane felix moreretur, quamquam saepissimè diceret, se nullius improbe facti poenitentia offensum laxissimè ex hac uita fuisse migraturum, nisi Ferdinando Federici regis filio, & Caesari Borgiae Valentino fidem suam improuide dedisset, ut ea demum a rege Hispaniae Ferdinando, cum sui nominis fustigatione, uiolaretur. Iouius in Consaluo.

GALLI uictoriam a pontificio exercitu consequuti, ad Raucennam moenia, reducis castris, atq; urbe in deditioem accepta, ut duci suo Gastoni Foissieo & amissis sub muro sociis parentarent, contra fidem barbara feritate miseris Raucennates inuadunt, inermes ubiq; trucidant, domos templaq; diripiunt, & in primis D. Vitalis templum, quod erat perantiquis Gothorum donariis ex auro & argento summo summe

exornatum, Iouius in Leone X. lib. 2. Bembus lib. 12. Venetae hist. & Guicciard. lib. 10.

Gallicus dux Vandenesius, Comi ab Caroli V. Caesaris copiis obsessus, consumto omni puluere, & desperatis auxiliis, Piscario deditioem facit, iis legibus, ut ipse incolomis cum equitatu totoq; reliquo praesidio, impedimentisq; & uexillis ad Lotrechij Galliarum copiarum Imp. castra deducatur, & nulla Comensibus inferatur iniuria. Accipit laeto animo deditioem Piscarius, solenes tabulae conficiuntur: ipse Vandenesius armatus ex muro descendit, & claues portarum urbis de manu, spectate exercitu, Piscario tradit. Eo modo compositis rebus, Ioan. Dorbinus castrorum magister, perrupta munitio custodia imponitur, ut Hispanos ab ingressu urbis arceat. Comeses soluti metu spectatum in castra exeunt, iurant in uerba Piscarii, & foederatorum nomine sacramento adigunt. Erant deniq; omnia, q; Gallos externos grauesq; dominos expulissent, plena gratulationis atq; laetitiae. Sed dum Galli collectis sarcinis profectioem sese accingunt, passim totis castris HISPANIA praedae audi repente arma capiunt, eo spectante: per transuersum murum qui intercedebat, usque ad angustia, ut singuli tantum transiret, fossam superat, & per uenas enititur. Io. Dorbinus & Vargas signifer, qui erat cum cohorte in summo muro custodiae praepositi, non modo repantes & scandentes non arcent, haestitue retrudunt, sed eos porrectis dextris excipiunt, & alacriter introducunt. Ita incredibili celeritate, si loci difficultate reputemus, Hispani oes ac demum ipsi Germani in urbem irruerunt. Vrbis tota miserabili conditione est direpta: Patritij pleriq; aetate praegrades ut maiore pecunia salutem redimerent, uulnerati, alij occisi, tanta crudelitate & rapiendi auditate, ut nunquam impudenter uel atrociter, si uiolata fides publica spectes, urbs ulla direpta fuisse uideatur. Vnu Piscarius, qui cum Vastio stare satis mature irruerat, diligenter cauit, ut Vandenesium & Gallos seruaret inuolutos, quibus equos, arma, uexillum uti potuit, secura facta coquisitione restituit. Sed Vandenesius ubi ad castra Gallica fuit deductus, eam contumeliam iracundo ingenio minime ferens, per praecone missis & euulgatis epistolis, Piscariu ad singulare certamen prouocauit, tanquam priuatae publicaeq; fidei uiolatore, q; se & Gallos omnibus uexatos iniuriis foede uiolari, & urbem solenni deditioe pacatione, non militum sed latronum more, impudenter diripi permittisset. Iouius lib. 2. de uita Piscarii.

BELLVM INIVSTE INFERENDO.

Sparta circa 78. Olymp. misere terrae motu concussa. MESSENI cum floribus seruis transfugis coniuncto agmine primu Spartam adiungunt, se facile eam euersuros rati, quod defensionibus desertam audierat. Vbi compertu habuere, eos qui terrae motibus superficierant, cum Archidamo rege institutos armis, ac pro uicta patria adesse ad periculum omne paratos, ab incepto destiterunt. Tum Ithomam Messeniam locum munitum occupantes, inde assiduis eruptionibus incescere Laconicam. Spartiate ad Atheniensium opes confugientes, subsidia ab eis imperarunt, nec ad reliqua sociis undiq; coacta manu, seruis decimo uix anno domuerunt. Diod. l. 1. CARTHAGINENSIS senatus Saguntum contra foedus, qd Hasdrubal publico consensu cu pop. Rom. ierat, expugnata & excidium ab Annibale, non solum probauit: sed tanquam iure id fecisset, etiam aduersus Romanos in curia factum defendit. Sed cauillum, quo cum illi usi sunt, in ipsius demum ciuitatis conuexum est excidium. Sabell. lib. 4. cap. 5. Exemplorum.

ANUMA instituti sunt pacis Feciales arbitri, qui nomen ex officio suo trahentes, disceptatione comprimebant certamina: neq; prius quam abscissa omni iuris obtinendi spe ad arma iri suabant. Pacem enim uocant, cum uerbis non ui mutuas contouersas diremunt. Feciales Romani frequenter comcabant ad eos, qui iniuriam inferret, posebantq; res reddi. Si non redderent, deos testati, multa diraq; sibi ipsi ac patriae suae, ni iuste iniuriam uindicatum irent, imprecabantur: ita indicebant illis bellum. Interecedentibus his aut improbantibus, neq; militi licebat neque regi Romano arma mouere: sed ab his auspicandum ei bellum ut iusto duci erat, inde quid expediret, expendendum. Ac cladem quide Gallicam his uiolatis ceremoniis inuictam urbi, fama est. Na cum obfiderent Clusinos Barbari, Q. FABIVS Ambulius in castra missus legatus fuit ad imperandam obsessis pacem. Qui duriore accepto responso defunctum se munere ratus legationis, praepcepta arma induit pro Clusinis, ac fortissimè dimicantem inter barbaros prouocauit. Obtinuit quidem uictoriam oppresso Gallo. Verum legentem spolia ubi Galli agnouerunt, misso Romam dedecatore uocauerunt Fabium in crimen: quod bello non indicto contra ius gentium arma in ipsos tulisset. Ibi agentibus in senatu Fecialibus, ut Gallis dederetur, confugit ad populum Fabius, studioq;

studioq; plebis perrupt periculum. Mox Galli agmen Romanum rapuerunt, urbemq; demto Capitolio deleuere. Plur. in Numa & Camillo, & Diodorus lib. 14.

ROMANI M. Caronis aliu ad excindendam Carthaginem adducti, occasionem sumere ex eo bello, quod cum Massinissa rege finium causa Carthaginenses gerabant. Legatos missi, ut seque specie compositionis. Illis occultè mandatum erat, ut si Massinissa inferior esset, pacem suaderent: si res eius melior quam Punica uideretur, sinerent bellum trahi. Quo apparet, Romanos parum sanctè ius sociale per id tempus custodisse, ut quantum Pœni prioribus bellis perfidia egerant, tantum tertio hoc Punico bello Romani dolo malo egeste merito uideri possunt. Carthaginenses à Massinissa eam sunt inopiam redacti, ut equos primò, mox scutorum lora, & habenas mandere sint coacti. Tela adhac lignorum defectu combusta. Sequuta est inde pestilentia, famis alumen, magna pars exercitus paucis diebus tetrissima illa clade consumta est. Tum desperatis rebus, Hasdrubal tria milia argenti talenta in quinquaginta annos, & exulum restitutionem pactus, ut ipse & sui cum singulis ueximentis domum abirent, pacem cum rege sanxit. Gelosus regis filius, dubium ignaro patre, Numidicum equitatu in agmen morbo & fame affectum immisit, tantaq; caedes est edita, ut ex octo & quinquaginta hominum millibus (tot enim fuisse dicuntur) preter paucos, qui cum ipso duce Carthaginem peruenere, ceteri, est alij alio casu, ad unum perierunt. Ea clade affecti Carthaginenses, Hasdrubalem ducem & ceteros bellum Numidici auctores in exilium eiecerunt. Senatus bellu Carthaginensibus inferendum statuit, & M. Manlio, L. Martio Coss. occultè in Africam transmissurus negotium dat Carthaginis funditus euerrendae. Carthaginensibus non uitate rei terret, C. C. obfides pueros nobiliss. dare iussit, dedere: armorum uim ingentem in castra deducere iussit, parueri, fenatoribus & sacerdotibus subsequenter. Tum consulēs urbem quoq; relinquere eos iubent, & nouam decem milia passuum à mari condere: Carthaginem enim funditus euerendam. His auditis tanta rabie exarserunt miseri Carthaginenses, ut desperata salute cum patria interire maluerint, quam iniquissimè Rom. postulationi parere. Arma igitur summo studio & festinatione comparant, Hasdrubalem reuocant, & cum precibus non possent, armis se tucri conantur. Classem certe Rom. incederunt, & classem ipsi ex ueteri materia comparauerunt, portum nouum offodere, nec nisi à P. Scipione uicti, cum patriae ruina perire. Sab. lib. 9. En. 5. In uteriori Hispania LEPIDVS Proconsul Vaccæam gètem (quae in Castellae confiniis ad Nauarram spectat) innoxiam ac simplicem, prohibente Senatu expugnare tentat. Sed ab eis praedio uictus, sex milia Romanorum amisit, atq; exultis castris uix cum paucis fuga euasit. Ioannes Gerund. lib. 7. Paralip. Hispan.

GENSERICVS Vandalarum rex, immani crudelitate notus, cum pacem cum Honorio Augusto iniussit, qua ei ab Honorio Africæ pars concedebatur: ut accepit, in Gallia Honorio nouo implicari bello, proditione Carthaginem occupauit, atq; diripuit, & regni Vandalicæ fundamenta iecit in Africa. Fulg. lib. 9. cap. 6.

AISTVLVS Longobardorum rex quia contra datam fidem Gregorio III. Pp. arma inferrebat, pontifex pacis formulam de uexillo crucis suspensam exercitui praeferi curauit, cuius Deum contra perfidum hominem inuocantibus. Blondus lib. 10. Decadis 1.

Abimelechus Saranenorum Ammiras, pacem ab Imperatore IVSTINIANO II. petiit. Quae data est, Africæ recepta: & foedere sancitum, ut Saraceni in decē proximos annos, singulis diebus penderent mille aureos Romano Imperatori, equum unum, & mancipium unum suae gentis. Sed Iustinianus uiolatio foedere, in Mesopotamia & Perside multis Saracenos affect incommo dis. Nam cum iam nouas scripsisset legiones, & XXX. Sclauorum millia duce Nebulo sibi adiunxisset, quem Acquistum populum appellabat: Arabibus pacem cessam fregit, quod annui uexigalis pecunia missa, Romanorum nota signata non esset: haud enim licebat aureo numo aliud signum, quam Imperatoris imaginem imprimere. Cum Arabes efflagitarent, ne ob id scripta foedera uiolaret: illi scriptas pacis conditiones haste alligarunt, sublatasq; in acie instar uexilli, cum Romanis manus conseruerunt. Sed mox uiginti millia populi Acquisti ad Arabes transfugerunt: & inde uictoria potiri, in fugam Imperatorem & Romanos compulerunt, & Mesopotamiam eiecerunt. At pari fultitia in aliud discrimen incidit. Quoniam pacem cum Bulgaris & Sclauis à patre Constantino instituta nulla necessitate rupit, & bellum ex improuiso intulit, ac utranq; Mysiam, quae Bulgaris foedere cefferant, foedera caedibus ac incendio, Bulgari ab initio timore perculli ac consternati, obuiare haud poterant iniurie, donec animaduersa Imperatoris temeritate & imperitia bellandi, uiderunt signa

Iustiniani licenter nimium euagari, & spe praedae loquens milites Graecos à signis aberrare. Quare in spe erecti uictoriae, obstruunt salus & locorum angustias, per quas erat hostis retrò abiturus: Imperatoremq; in id impellunt necessitatis, ut captiuus cum omni praeda restitueris, pacem sibi precario redditam, suo suorumq; sacramento sanxerit. Cuspinianus ex Paulo Diacono li. 20. & Zonara, & Sigeberto anno 693. & Blondo lib. 10. Dec. 1.

In Persia rex FERDINANDVS contra Nephthalitas Hunos bellum mouens, captus pacem petiit. Quam Nephthalitarum dux non prius admisit, quam Perozes corpore inclinato se adoraret: & insuper sponsonem daret cum iuramento, se Nephthalitis nunquam bellum illaturum esse. Domum reuersus Perozes, cum ignominiam eam nullo modo posset concoquere, contra iurissurandi religionem cum exercitu contra eosdem rediit: sed cum exercitu, in poenam uiolati iuramenti, caesus est. Niceph. lib. 16. cap. 36.

Ludouico Bosonius F. Prouinciæ rege ab Italicis principibus contra Berengariu II. Imp. euocato, Berengarius cum multo maiore exercitu occurrit, atq; illum ita circumuenit, ut copiam euadendi omnem ademerit. Qua difficultate oppressus Ludouicus, missis nunciis Berengarium, ut se incolumē redire pmitteret, obsecrauit: scq;, si id faceret, nullis unquam in posterum conditionibus Italiam repetiturum esse, iureiurando asseruit. Quo accepto Berengarius, mitis sinceriq; in genij uir, ipsum haud grauatè dimisit. Postquam uero Adelbertus Tusciae Marchio, cum Italorum tum uxoris Bertae uoluntate permotus, legatos ad Ludouicum de repetenda Italia misit: Ludouicus iurissurandi praenimia regnandi cupiditate ratione non habita, cum maiore quam antè copia rum numero Alpes uerius iter intendit, ac tota sibi ferè occurrente Lombardia eas traiecit. Berengarius praedio rem experiri non ausus, subito Papiam reliquit, Veronam quæ retulit. Inde etiam pulsus, in Bauariam se recepit. Posteaquæ uero Adelbertum à Ludouico alienatum sensit, clam repetita Italia, & custodibus corruptis, silentio noctis Verona potius, Ludouicum in latebris deprehensum, & ob uiolatam iurissurandi fidem seuerè inlecepatum, luminibus orbatu. Sigonius lib. 6. regni Ital.

Saladinus Hierosolyma occupata, & capto rege GVIDONE Lusinianno, anno propè circumsacto, iureiurando cum adegit se ius regni armis ultra non persecuturum. Quam sponsonem sanctam non esse ratam habendam, Orientis patres sanxerunt, quod hostis ipse protinus Regem, ut pactus fuerat, Ascalonitis non reddidisset: nec uisitori fidem seruandam, praecipue in communi terrarum religionisq; causa. Itaque tentauit quidem regnum recuperare, sed inuito conatu. Amilius lib. 5.

Rogierus, Iacobi Tarraconensium regis classis praefectus, CAROLVM Claudum Caroli Andegauensis Siciliae regis R. occupata prius Sicilia, ceperat neq; multo post naues Francorum ad unam omnem in potestatem suam redegerat. Eduardo Angliae rege intercedente, foedus istu fuit his legibus, ut Carolus Claudus dimitteretur: uiginti millia pondo argenti penderet: Pontificem Maximum exoraret, ut Tarraconensibus ius Siciliae infusae adiudicaret: eosq; in ducto ditarrum decreto in gratiam reciperet: Carolo ualefio Comitè persuaderet, ut cederet iure regni Tarraconensis, quod Martinus Pontifex ei attribuerat. Ea omnia nisi intra triennium praestaret, in custo diam, unde emitteretur, rediret: ea ita futura obfides daret: quos & dedit, duos ex filiis, Robertum miræ indolis, & Ludouicum miræ sanctitatis, adolefcentulos: ac quadraginta praeterea è prouincia Phocensi nobiles uiros. Ita deportatus è Sicilia exercitus. Quarto quam captus fuerat anno Claudus Rex in Franciam ex Hispania rediit: atq; inde cum Nicolaus Pontifex maximus foedus Tarraconense ratum nollet, nec iniussu suo transigi potuisse de regno sedis Romanae beneficiario contenderet: cum egregio equitatu in Italiam transiecit. Eum Hetruria bella excepere. Guelforum partes ea tempestate inualidas tutadas susceperunt, neq; pactis stetit. Amilius lib. 8.

IVLIANI Caesarini Card. opera Crucifigati contra Turcos suscepta expeditione, duce Ioanne Huniade, clariss. retulere uictoriam, in montis Hemi uallibus casto Carambeio & Sciabadeno Bassa bellicosissimo Turcorum duce. Turca metu potius quam armis uicti, totius Occidentis uires in se coiuuasse ueriti, inducias decennales deterioribus iniere conditionibus, Deo etià utrinq; adhibito teste, Christianis in Euagelio, Turcis in Alcorano iuratis. Molestu id Iuliano Cardinali fuit, cui prosequenda uictoria uidebatur. Eugenius quoq; III. scripsit Cardinali, nulli ualere foedus, quod se incognito cum hostibus religionis periculum esset: Vladislao regi Poloniae, qui eo tempore Hungaria occupabat, uti conuenia dissolueret, imperarit, iuramenta remisit, nouum instaurari bellum, tum precibus, tum minis extorsit. Ex Christianis principibus auxilia petiit: preter Philippu tamen Burgundiae

contineri. Ea res proverbio locum fecit. Ουκ ανησ παροργισ, Thracium inuentum. Erasmus in Adagiis. DEDITIONE. Quum Miltiades uehementer urgeret Paris, iamq; tractari...

ARTHURVS, Vteri Britannorum regis spurius, patri in extremam Vualliam a Saxonibus compulso succedens, Pictos & Saxones superauit, Londini recepit & Eboracū, Occam Saxonum regem expulit, Colocemum Northumbriae principem Saxonum occidit, Saxones aut regno cedere, aut Christi fidem profiteri coegit.

MATHIAS Coruinus Vngariae rex praeter spem & expectationem designatus, post Vladislaum Alberti Imp. F. absque liberis defunctum, ut quod sibi a Friderico Imp. Alberti fratrem bellum impendebat euitaret, se, ut post suum obitum id regnum ad Fridericum eius filios perueniret, uxorem non ducendum promisit.

LYDOVICVS XII. Francorum rex, a Maximiliano Caesare & Henrico VIII. Angli bello pectus in Morinis, ab Heluetiis premebatur in Heluis. Diuioni muris disiectis, Heluetios iam iam irrupturos Tramulius uel iniquissimus conditionibus pacis delinuit, & obfides eam in rem dedit.

HELEVS filius Hegeton & HIPPOCLI mandarar, ut insulas illas in mari parfas subigeret. Deinde ubi Hegetor multas esset aggressus, Hippocles unam modò Myconum, uel letq; nihilominus reliquarum etiam omnium ex aequo particeps esse, consuluerunt super hac re oraculum.

ALEXANDER Jagielonis nepos, Casimiri Regis Poloniae F. magno Ducatu Lituaniae potius, Ioannis Magni Ducis Moscouiae filiam Helenam in matrimonium accepit, in sponsalibusq; conuulsum erat, ut templum Ruthenico ritu in castro Vilnensi destinato loco exadificaretur, eiusq; certae matronae ac uirgines eiusdem ritus iungerentur.

uerat. Guaguinus in descriptione Lituaniae. INDICIUM PREMIO. Alexander Medicus dux Florentinus, cum QUIDAM amissa bursa cum XL aureis promississet se duos aureos indicidatum: at rustico bursum afferenti quicquam dare negasset, quò duo coronati de summa descenderunt.

MERCATOR Germanus ad mercatū Francofordensem profectus circa annū Christi MCCCVI, uino madidus hippopentā ostingentis aureis onustam in itinere amisit. Die scilicet pro concione iacturam eam proclamari fecit, & indicidatum aureos se daturum promissit.

ALBERICVS Marforum episcopus, ab Othone Magno Imperio, Angeli de Baregio, quoad uiuere, impetravit: quo defuncto, ad Cassinenses ut rediret, inter ipsos conuenerat. Is ob artem Guinifio filio notho episcopatum regendum dedit: ac Cassinense quoque monasterium in filij potestatem redigere laborauit.

GERARDVS de Oldenburg Comes, Christierni I. Danorum regis F. anno 1471. in Lubicenses & Håburgenses mercatores graffatus, tandem pacem cum illis fecit. Venit mercator Lubicensis ad Gerardum in arcem Delmenhorst, saluum postulans conductum pro panis qui esset in itinere, in promtu numerans aureos quinquaginta dono: acceptisq; literis, uelut benè gesta re, adduci curauit merces.

GERARDVS de Oldenburg Comes, Christierni I. Danorum regis F. anno 1471. in Lubicenses & Håburgenses mercatores graffatus, tandem pacem cum illis fecit. Venit mercator Lubicensis ad Gerardum in arcem Delmenhorst, saluum postulans conductum pro panis qui esset in itinere, in promtu numerans aureos quinquaginta dono: acceptisq; literis, uelut benè gesta re, adduci curauit merces.

Cresphontes cum Thera, Aurefionis filio, Thebano (qui tutor erat liberorum Aristodemi Laconum regis fratris ipsius) cōtendebat, & sibi Messeniam propter agri bonitatem deprecabatur. Theras clientum causā id negare. TEMENVS Argiurorum rex a Dorienfibus arbiter constitutus, togarem ut sorti committant. Cū assentirentur, in stilum aqua plenam fortēs mittit, re ita constituta, ut fors utra potior existeret, illi Messenia adiudicaretur.

Cresphontes cum Thera, Aurefionis filio, Thebano (qui tutor erat liberorum Aristodemi Laconum regis fratris ipsius) cōtendebat, & sibi Messeniam propter agri bonitatem deprecabatur. Theras clientum causā id negare. TEMENVS Argiurorum rex a Dorienfibus arbiter constitutus, togarem ut sorti committant. Cū assentirentur, in stilum aqua plenam fortēs mittit, re ita constituta, ut fors utra potior existeret, illi Messenia adiudicaretur.

Suidas scribit IDOMENEVM Cretensem, cum illi negotium esset datum, ut aes quod è spoliis ab hostibus detractus collectum erat, distribueret, sibi partem longe optimam delegisset. Vnde pro uerbium, apud, in illos, qui fraudant alios, suisq; commo dis impendit ubiq; student.

MPOSTHVMIVS Regillensis, tribunus militum, auctoritate consulari ad bellum contra Quos missus, exercitum conscripserit, & ad Volas ducto, in oppidum irrupit: & cum inter oppugnationem praedam militis fore edixisset, capto oppido, ad eum mutauit. A suis igitur hanc ob causam lapidibus obrutus est. Linius lib. 4.

MCRASSVS, cum oppidum Vmbriae Tudet cepisset, praedam totam habitus est interuertisse. Qua de causa apud Sylam est delatus. Plut. in Crasso.

BOLESLAUS rex Poloniae reliquit, Boleslaum legitimum natum, & Sbgneum nothum, quem pater usq; adeo carum habuit, ut aequa penè regi portionem illum cum legitimo filio exaequaret. Dissidio hinc orto, atq; utroq; ad arma spectante, Sbgneus à Boemis & Morauis auxilia emercentur: BORIUORVS rex Boemorum Chlumetium, Suatoroplucum patruelis, qui Morauiam obtinebat, suum quoq; tributum militum copiis suis praebent. Iamq; ambo illi uerbis conuictis progressi fuerant, cum Boleslaus legatos ad Boriuorium mitteret petiitum: Ne se, fororis ipsius nepotem, dum alieno gratificari studeret, iret oppugnatum. Si quā iniuriam uel priuatum, uel publicè se accepisse Sbgneus exstimator, legibus illam, non autem armis persequendam ducere: paratum esse Boleslaum iudicio indicibusq; parere. Ad hæc Boriuorio respondente: Non amplius in potestate sua se habere milites, qui in Polonia abierint: Legati munera promunt, multamq; pecuniam adnumerant, per illam deniq; impetrant, ut Chlumetium cum Boemis ex Polonia reuocaretur. Reuocat mox & Suatoroplucum suos, expectatque, dum in communionem eorum, quae allata dona erāt, ipse quoq; admitteret. Vbi nihil à Boriuorio sibi offerret, appellare eum incipit, & postquam ne appellando quidem aliquò extorquere potest, auaritiam Boriuorij detestatus, ad principatum Boemiae Boriuorio eripiendum animū adiecit, & tandem uoto potius est. Dubrauius lib. 10.

HEREDITATIS. Vide Titulum, Persidia in Testamentis. Hestodus libro 1. Operum & dierum, scribit ad fratrem PERSAM, perfidiam illi exprobrans: Ηθη μιν δ' ελθρον εδωσαν αρεβ, ελθα τε παλλα Αρραλον εφθραε, μερα κωδαιναν βασανητας Δωροφωρους, οι τω δ' εδωκεν εδωκεν δ' εδωκεν, Νηπιου, εδ' εδωκεν, εδωκεν τω ηδωκεν ηδωκεν παρθε, Ουδ' εδωκεν οη μωραδωρα τε ηδωκεν εδωκεν ηδωκεν. Iamq; patris nobis erat hereditanda facultas: At uel ultra fortem rapiebas plurimam, reges Domiuoro tibi concilians, qui solueret litem hanc Affectant: uerum stulti nescire uidentur Dimidium quam sit toto praestantius, & quam Magna sit utilitas maluae aphodeliq; uirentis.

PROMETHEVVM carnium distributioni, quam uocant creonomiam, praepositum, lepide admodum & festiue doli adortum imponere: quippe nil ueritus diuinitate summatis dei, sibi quidem praepinguia & sapida subduxit, Ioui autem ossa modò apposuit obducta, uirgineq; duxit, ut Hestodus inquit, id est, pinguitudine cādida. Quo nomine, simul quia homines finxisset, & ignem furto conciliafset hominibus, Vulcano & Mercurio dicitur ab Ioue traditus in Caulo suffigendus. Ex hoc item facto Lucianus in sermone, qui est de Mercede feruentibus, uice pro uerbis usurpat, οση μωραδωρα, id est, Promethei portuinculam, uidelicet εδωκεν εδωκεν ηδωκεν, id est, pingui contecta ossa. Caelius libro 7. cap. 19. Lect. Antiq.

AERE ALIENO. VEL CONTRAHENDO. Consule Tit. Prodigiorum: quatenus perfidiam aliquam in ere committunt alieno, doloq; malo agunt. Alioqui Oppressi ere alieno, sub fortuna malis e- runt enumerandi.

CABADES rex Persarum anno regni sui XI. primū cum Romanis pacem fecit. Deinde uerò cum ab Anastasio Imp. pecuniam mutuò accipere uellet, & Anastasius cautionis syngrapham postularer, eam ob causam pacis foedus rupit, & Romanis bellum intulit, atque in Armeniam ac Mesopotamiam irruens, lacè populatus est omnia. Theodosiopolim cepit, Amidam expugnauit, quae postea Anastasius magnis impensis uix recuperauit. Veram Hunnis in eius terram in-

uadentibus, domum reuerti coactus est: & cum illud bellū diu duraret, septem annorum inducias cum Romanis fecit. NON DISSOLVENDO.

PLUTARCHVS in libello, cui titulus, εδωκεν τε μη εδωκεν εδωκεν, scribit PERSIS duo fuisse peccata: primum debere, proximum mentiri. Nam ea iudicabant coherere, quòd qui sunt obarrati, saepius cogantur mentiri. Herodotus lib. 1.

PYTHON Atheniensis, orator audacissimus, captus ob aelium, & custo dia in Macedonia aufugit. Suidas apud Volaterranum lib. 18. Anthrop.

DE AESCHINE Socratico Lyfias ita scribit apud Athen. lib. 13. capite ultimo: Nonne caupones etiam qui propius habitant, quibus potum capiens non soluit, ob illum iudicati sunt, cauponasq; clauerunt? ita grauius ab eo uicini patiuntur, ut domos suas relinquentes alienas longius conducant. Tot uerò primo die domum illius ad petenda debita sibi conueniunt, ut transeuntes ad efferendum nunc mortuum conuenire arbitrentur. Ita uerò in Pirgo uiri iudicauerunt, ut minus periculo propius sit in Adria nauigare, quam huic esse obuios. Multò magis sua ea esse credit, quae ad foenus accepit, quam ea quae sibi pater reliquit.

VSPEPTILIONE S uidentur appellari, qui grauari aere alieno, luce domi se continent, ne à creditoribus appellatione, noctu prodeant. Vlpianus libro Pandectarum 21. titulo, de Euictionibus.

QVI apud ueteres Romanos aes alienum fecisset, idq; cumulatam usuris foret, abducebatur à creditore, non in seruicium, ut sepe: sed in ergastulum quo dammodo & carnicinam. Et, quòd grauius multo est, abducebantur item filij, immò etiam nepotes, quòd Dionysius scribit, & obscure significat Linius. Si quid contradicerent, seruilitate uerberabantur, obstita erat squallor uestis, foedior corporis habitus, pallor & macie perempti. Ad hæc ferè proluxa barba capilli, efferebant speciem oris, uix ut noscitantur in tanta deformitate. Hi sunt, quos in historia nexos saepe dici audimus. Nam qui conflarent quidem aes alienum, nec tamen à creditoribus in uincula essent abducti, Obarrati modò dicebantur. Necti uerò pronuntiabant eos, qui creditoribus tra derentur. Caelius lib. 12. cap. 20. A. L.

DE LINO Martialis Epigrammatum lib. 1. Dimidium donare Lino, quam credere totum, Qui mauult, mauult perdere dimidium.

AD QUINCTVM, idem libro octauo: Soluere do drantem nuper tibi, Quincte, uolebat Lippus Hylas: Iuscus uult dare dimidium. Accipe quamprimum, breuis est occasio lucris: Si fuerit caecus, nil tibi soluet Hylas.

CHRISTIANVS I. Danorum rex, quum ad constitutum terminum magnam à Lubicensibus pecuniam mutuam accepisset, dedit fideiussores ex proceribus Holfatia, hac lege: ut nisi praestitura die pecunia numeraretur, Lubicensibus facultas esset euocandi fideiussores in suam urbem, non egressuros nisi solutione peracta. Inde factum est, ut multi pro rege expenderint omnem facultatem, scq; ac liberos in extremam pauperiem redegerint. Grauius proinde querelis exortis, in arcem Zegeberg euocantur, ut quisque rei suae ratione iniret. Erant qui non aliud praetenderent quam simplicem literarum tenorem: regium asserentes, ut literis suis, in quibus rex ipse loqueretur, testimonio sigilli fidem haberet, reponeretque de qua illa loquerentur pecuniam. Alij poterant exactum rerū suarum calculum ponere, praetendentes illo loco tantam impensam pro rege pecuniam, tempora quoq; signantes: ibi fidem interposuisse, posteaq; soluisse. Maior erat numerus eorum qui inuidè acceptis dono ab rege literis, quum pecunia nulla numeraretur, obligationem in literis habuere. Usuras item adiecerunt summæ, ut alijs datis literis cum sorte prima cumularentur. Erat autem rex ea facilitate, ut nihil petenti negare posset: largus proinde etiam in dandis literis. Sed quum immensa excre sceret summa, uoluit omnes una ratione abigere, nemini responsurus deliteris, quæ de nihilo conceptæ dicerentur. Erat in illis qui obsecraret, ut rex omni sua substantia accepta sola sibi arma cum equis militaribus relinqueret, & h- dem, qua se pro rege obstrinxisset, impleret: ipse abiturus in alienas terras, quomodo posset militando panem inueniret. Non tunc lacrymas qui audierunt: sed semel indurato callo nihil humanum illi reu respondit. Alius quidam, quum promittam pro rege pecuniam multis uicibus impendisset, cum ceteris abire recusat, poscens ad regis praesentiam peruenire. Quum non admittetur, ipse depulso ianitore ingreditur, explicans quib. locis & temporibus es suū impendisset pro rege, quoties pro eo capitis discrimē subisset, suaque se pecunia redemisset, non abiturum se, quin aliud audiat: alio qui caelum & terram contestaturum, ut tam impendere, quam suos linquere paruulos pauperes malle, illum rex uerbis placatum, iussit ad constitutum diem sua

sua praestolari. Reliqui stentes abierunt. fidei exolunda causa ad extremam inopiam redacti. Vix tandem eo moruo con-

VENESLAUS V. Bocomorum rex uenatum proficiscens, arcem quandam a priuato homine, qui eam certa pecuniae summa redemerat, possessam praeteribat. comitibus quibusdam insularantibus, indignum esse, regiam arcem ab alio praeterquam a rege possideri. Rex dissimulans, reuersus domum, ollas complures affert, & in ordinem disponi locariq; iubet, ac in conspectu illorum amborum comitum, unamquamque nomine illius ciens, qui arcem oppigneratam sibi haberet, singulas bacillo confingebat, insultans: Redde Regi, quod regis est, alio qui tergiversanti caput ad hunc modum comminuetur. Nec multo post ludico in serium uerfo, occupatorum alteri Gradecam cum oppido Lautio ad Albim sito, alteri Zuicouia per uim ademit. Sed uicissim Hermanno Marchioni Brandenburgenfi, totam in Misania regionem, quam nuper magno aere parens eius redemerat, uendit. Dubrauius lib. 19.

HENRICVS VIII. Anglorum rex, anno 1524. bello Gallico exhaustus censum habuit, partim ut constaret de populi sui statu, partim uero quod ex censu cognosciliceret, quantum quisque tributum conferre deberet ad communem reipublicae utilitatem: qua estimatione habita, ille facile nouit populum non egentem esse, & gauisus est: quoniam quae populi sunt, sunt etiam principis, quando opus est bonis eius uti, pro commo do totius regni. Quare a populo & praesertim a locupletibus accepit pecunias per mutuationem, pro quibus synographas fecit, ut suo tempore redderet omnibus quaequid mutatus esset, imitatus Henricum VII. patrem: qui cum bellis propè continuis ab aduersa principum facti one uexatus egeret, creditas sibi pecunias accepit a suis, quas ad certum diem & dissoluit. At Thomas Wolfæus legatus Apostolicus, cum tempore reddendi debiti instaret, unus ne id fieret obstitit: praedicans, neminem hominem repetiturum esse id, quod gratuito principi suo equè de omnibus bene merito ante dedisset. Qui ut imprudens nihil cogitabat, neque de creditorum futura offensione animorum, neque de macula, quae nomini regio aspergi posset. Ita pecuniae creditae ad suos creditores minime postea rediere. Polydorus libro 27.

FOENORE VEL

REPETENDO.

Palintocia foenoris iam peroluta a creditoribus repetitio. Quod fecisse MEGARENSIS constat, qui tyranno excusso insolentes, plebiscito cauerunt, ut a foeneratoribus usurae, quas persoluebant prius, repeterentur. Quae res ex facto dicta palintocia est. Caelius lib. 8. cap. 9. Antiq. Lect.

EXIGENDO.

COELIVS Plotius foenerator T. Veturium, C. Veturij F. nexum & addictum, ob reliquum foenoris non redditi, stuprare uoluit, & uerberibus affect: qua patefacta re, foenus simul & uersura omnis additis poenis sublata est. Valerius Max. de Pudicitia.

PAPYRIVS C. Publium nexum ad libidinem pessexit, cum deesset, quod cum foenore accipere deberet. Quae causa traditur fuisse, ut nexi solueretur, neque in posterum quisquam nequeretur. Val. Max. de Pudicitia.

PIGNORE.

Miles quidam argenteam patinam a diuo Ladislao Vngarorum rege, suo patri dono datam, apud PRO CEREM non medio cre oppignerat. Cum pignus repeteret, alter impudenter pignus negabat. Praetor patinam diui Ladislai sepulcro imponi iubet, ac illi adiudicari, qui eam impune de loco facto accepisset. Qui pignus negarat, prior numen periclitatus, neque patinam capere, neque loco mouere potuit. Miles uero quum supplex orasset, ut quod patri quondam primipilo dono dedisset, filio ratum faceret, patinam accepit impune. Bonfinius lib. 4. Dec. 2.

Ioannes Hispaniae rex, Perpennianum ditissimam urbem in ipso Hispaniae aditu, qua Pyrenaei montes supra Salsulas Narbonensium litus attingunt, & cum eo Rusticannonensem agrum opulentis pluribus castellis florentem, quae ad Gerundam & ueteres Emporias spectant, LUDOUICO XI. Gallorum regi oppignerat, quum aliter Celtiberio bello in summa rei pecuniarum difficultate constitutus, Caroli filij, qui a se patre regeque cum multo maxima nobilitatis parte deficiuerat, uim atque impetum sustinere non posset. Sic Gallorum pecunias atque auxilium oportune aditus, belloque cesserit, qui post aliquot annos collecta atque oblata Gallis ea pecuniae summa oppida redimere uellet, furdas Ludouici aures semper inuenit, qui oportunitate eius regionis longè maxima

captus, parum sincera fide, ueteris pacti conditionem, quod minus ea restitueret, multis iuris cauillationibus inuolubatur. Vnde postea Ioannes & Ferdinandus filius, quod de sepius legatos ad repetendas res suas frustra mississent, ad arma descendunt. Sed ea res parum feliciter armis tentata est. At post dum Galli omnes Neapolitani belli cupidine deflagrarent, Carolus VIII. reuictorum contra ius oppidorum infamia pernotus, Perpennianum caeterisque oppidis insigni liberalitate decessit, ne Aragonis interea Ferdinandus ulla in parte faueret. Louius lib. 1. Hist.

MUTVO, COMMODATO, VEL CONFINGENDO.

HYLDRICVS Vuagner, caupo Villisouiciensis in Heluetia, Egidium Spilmannum ciuem Bernensem locupletem hospitio exceperat. Ei oculos suos Egidius bona fide seruandos committit. Caupo perfidus apertis oculis sigillum Egidij reperit, eoq; chirographum Egidij nomine scriptum, magnam pecuniam uim sibi a caupone commissam, in triumphum praesentia fatentis, obstrinat. Aliquot annis post cum testes duos (nam tertius iam obierat) pecunia corripisset, Egidium in ius uocat, depositi reddendi causa, literas profert, testes producit. Egidius cogentibus amicis cum copaciscitur, & moram solutionis uix impetrat. Interea caupo nouum facinus prioro additurus, Lucernae Archigrammatei acillam, illo absente, occidere aggressus, ut domum inde compilarer, idu aberrans, ancillae clamore proditus & capillus, qui postquam perfidiam suam erga Egidium deprexerat, rotè supplicio affectus est. Testes falsi Beinæ bullienti oleo immerfi perierunt. Stumpfius lib. 7. Heluetia.

NON REDDENDO.

LAOMEDON erga Apollinem & Neptunum in mutuo accepto perfidus. Vide Tit. Sacrilogum.

AMPHARES Spartanus in mutuo perfidus. Vide Tit. Libertati aliorum aduersi insidiari.

L. MUMMIVS Achaicus capta Corintho plurima signa, tabulas, statuas secum Romam auexit, magis amicorum causa, quam quod illis multum delectaretur. Quidam aedem Fortunae dedicatus statuas Mumij ornatas causa commodari sibi petiit, eas post restituitur. Acceptas dea una cum sano dedecauit. Mumio de fraude querenti, non se prohibere, respondit, quin dedicatas etiam auferat, uideret modò quam pie id faceret. Mummius religione tactus, liberalitate maiore eas deae reliquit, q̄ alter obtulerit. Strabo lib. 8. Perfidus in mutuo reddendo IVDAYS Constantinopolitana. Vide Tit. Iudices prudentes in iudicio.

EMPTIONE, VENDITIONE INIUSTA.

IVDÆORVM perfidiam in uendendis uictimis Aristobulo, quem in templo obfidebant, pete ex Tit. Poena crudelitatis erga sacros homines.

PISCIVM uenditores quibus utantur technis, pete ex Athenaei libro 6. capite 2.

Aristonicus legislator legem tulit, ut si VENDITOR piscium minoris, quam pronunciaisset, piscem uenderet, in carcerem duceretur: nec sedentes, sed stantes uenderent. Athenaeus lib. 6. cap. 2.

Solon legislator ut iustitiam aëris alieni gratiam facere, & orationem rei congruentem, & honestum quaereret exordium: ad amicos, quibus maximam fidem habebat, quibusque imprimis utebatur, CONONA, CLINIAM & HIPPONICYM, agros retulit se non moturum, sed in animo habere aë alienum inducere. Hi praeuicentes illic & praeuertentes, foenerati sunt a diuitibus ingentem pecuniam, qualatos agros comparauerunt. Proposito inde decreto, cum hi possessionibus fruerentur, nec redderent argentum creditoribus: foedo crimine Solonem & calumniam, non quasi defraudaretur una cum aliis, sed socius esset fraudatorum, inuoluerunt. Verum hoc crimen mox dilutum est quinque talentis: ea enim summa foenus exercebat, quam ex lege expunxit princeps. Alij in quibus Polyzelus est Rhodius, quin decem tradunt fuisse. Amicos eius tamen perpetuo appellauerunt decoctores. Plutarchus in Solone.

HYPEROVS fuit quispiam Chremidis filius, uersuti, in fallendo praefignis. Nam quum lucernas facitaret, plumbum immiscebat aëri, ut ponderosiores factae maius demererentur precium. Mentionem huius facit in Themistocle & Alcibiade Plutarchus.

Fama est, fuisse Athenis Diomedem hominem non malum, amicum ALCEBIADIS: qui palmam Olympiacam auens obtinere, cum esse curum publicum accepisset apud Argiuos, magnam autem Alcibiadis aueritatem Argis fecisset, multoque ibi habere hunc amicos, induxit eum ad emendum currum. Emrum Alcibiades suum proprium profectus est: Diomedes uero frenenti, ac dum hominum que fidem testanti,

testanti, ualedixit. Videtur iudicio quoque hac de re adsum, atque oratione scriptis Iloocrates de curru pro Alcibiade pueri: in qua Tisias nominatur, non Diomedes, qui iudicium, eisdem dicitur. Plut. in Alcibiade.

Pythius quidam cum audiisset, C. Cannium equitem Romanum Syracusas oriandi causa, non negotiandi (ut ipse dicitur) se conuulisse, ut hortulos emeret, quod inuitare amicos, & ubi se oblectare sine interpellatione posset: dixit, se quidem hortos non habere uenales, sed licere uti Cannio (si uellet) ut suis, & simul ad cenam hominè in hortos inuitaret in posterum diem. Cum ille promississet, tum Pythius, qui esset, ut argentarius, apud omnes ordines gratioris, piscatores ad se conuocauit, & ab his petiuit, ut ante suos hortulos postera die piscarentur: dixitque eos facere uellet. Ad cenam tempore uenit Cannius. Erat opiparè à Pythio apparatus conuiuium: cymarum ante hortulos multitudine, pro fe quisque, quod ceperat, afferebat, ante pedes Pythij pisces abijciebatur. Tum Cannius: Quae so, inquit, quid hoc est, Pythi? Et ille, Quid mirum, inquit, hoc loco est Syracusis quicquid est piscium: hic aquatio, hac uilla isti carere non possunt. Incensus Cannius cupiditate, contendit à Pythio, ut uederet. Emit homo cupidus & locuples tanti, quanti Pythius uoluit. Inuitat sic Cannius postridie familiares suos. Venit ipse maturè. At scalmum nullum uidens, à Pythio, se fraude deceptum esse cognouit. Cicero lib. 3. Offitiorum.

Roma, cum in aere augurij Augures asturi essent, iussissentque illi T. C. O. Centimalum, quia: ades in Celio monte habebat, demoliri ea, quorum altitudo officeret auspicijs: Claudius proscriptit insulam, uendit: emit Publius Calphurnius Lanarius. Huic ab Auguribus illud idem denunciatum est.

Pater Neronis DOMITIVS perfidiae tantae fuit, ut non modo argentarios precijs rerum coartaret, sed & in Praetura decessit palmarum aurigarum fraudauerit. Suetonius.

TORONII mangonis fraudem in pueris eiusdem formae uendendis, pete ex Tit. Formae similitudo.

De BASSO, Marcialis Epigrammatum lib. 3.

Emit lacernas millibus decem Bassus, Tyrias, coloris optimi, lucrifecit.

Adeo bene emit inueniendum non soluit.

MILLIUS perfidiam in emendo equo à quodam rustico, pete ex Tit. Iudices prudentes in iudicio.

Aetate anni 1496. ne possessores bona fidei omni tempore turbarentur (nonnunquam enim accidebat DELATORVM improbitate atque audacia, ut de suis rebus periclitari aliquem contingeret, etiam si per multos annos possedisset) legem Decemuirj Veneti iusserunt, quarum rerum quis triginta annos in possessione fuisset, earum rerum peti ab eo nihil licere, neque deferri quenquam licere, nisi si Decemuirum magistrj permisissent. Bemus lib. 3. Venetae Hist.

LOCATIONE, CONDUCTIONE, tum

OPERAE OPERISVE. PVTA Doctorem.

Corax quidam primus Syracusis, post mortem Hieronis, instituit attem rhetoricem mercede profiteri. Cum hoc adolescens quidam TISIAS, siue LYSIAS, hac lege pactus esset, ut dimidium iam tunc daret: reliquum dimidium cum solueret, quo die primam causam apud iudices orasset & uicisset. Verum ubi arte iam cognita, praemium cunctararet, neque causas recipere, Corax in ius discipulum uocat. Ibi iuuenis huiusmodi dilemma proponit. Percontanti quis esset artis finis, ubi Corax respondisset, persuadere dicendo: Age, inquit, si per sua deo iudicibus, me nihil debere, non reddam, quia uici causam: si minus persuadeco, non reddam, quia non perdidici artem. At Corax Tisias dilemma tanquam uictorium & uictoriam, in discipulum retorisit ad huc modum: Imò, inquit, si persuades, dabis, quia tenes artem, & debes ex pacto: si minus dabis, quia sententij iudicium damnatus. Quod commentum tam uasum, tamque callidum ubi iudices audissent, admirati uersutiam adolefcentis, succlamauerunt, quos uocauerunt. Quosdam uero causamque in longissimam diem dilulerit. Sunt qui narrat hoc succlamatum à corona circumstantium, cum alter alteri litem intendere. Huiusmodi sententiae leguntur in Prolegomenis in Hermogenis rhetoricen. Ex hac fabula, ni fallor, efficta est ea, qua narrat A. Gellius in Noctibus Atticis lib. 5. cap. 10. de Protogora sophista, & huius discipulo Euathlo. Erasmus in Proverbis.

Medicorum.

CIVEM quandam Londinensem, uirum egregie numatum, & habitum ad primè probum, arte curaque sua liberat: Germanus quidam medicus non sine suo ipsius periculo. Nam is pestilentissima febre reuebatur. Et, ut sit in periculo, me-

dico montes aureos fuerat pollicitus, si non graueretur sibi in tanto uitae discrimine dexter adesse: obreftatus & amicitiam, quae illi cum eo intercedebat. Quid multis? persuasit & iuueni, & Germano. Adfuit: nihil non fecit. Reuixit ille. Vbi uerecundè de pecunia medicus admonuisset, elusit nator, negans de mercede quicquam addubitantum: egerum atque numarig clauem penes uxorem esse. Et nos, inquit, mulierum ingenij. Nolo sentiat tantam pecuniae summam à me datam. Deinde post dies aliquot hominem obuium forte factum, iam nitidum, & nulla morbi uestigia praesentem, appellauit, & nondum datam mercedis admonuit. Ille constanter assuecrare pecuniam suo iussu ab uxore numeratam esse. Medicus negare factum. Hic uide quam anam bonus ille uir arripuerit, cum forte medicus eum Latine numero singulari appellasset, ibi uelut atroci laceffitus iniuria, Vah, inquit, homo Germanus tuiffas Anglij? moxque uelut impos animi, praeritacudia caput mouens, diraq; minitans, sub duxit sese. Atque ad eum modum honestus ille ciuis elusit, dignus profecto quae sua pestis repetat. Erasmus in Proverbio. Virum impium uel mus mordeat.

Causariorum.

Quidam uir Praetorius à Senatu perierat, ut sibi instituire in agris suis nundinas permitteretur. At cum primò Legatis Veicetiorum contradicentibus TVSCILIVS Nominatus adfuisset, atque dilata causa esset: proximo Senatu uenerat quidem paratus ad agendum, sed repente abierat, deserta & destituta aduocatione. Itaque cum Veicetini sine Aduocato intrassent, quæsti sunt praenariari Aduocatum: se decepro ac prodito esse. Interrogati à Senatu, Nihil aliud docuissent, & an eis Nominatus antea gratis adfuisset? responderunt, Neque se Aduocatum aliud de intercessione sua docuisse: & cum sex millibus numum antea sibi adfuisse: nunc etià ut denuo ageret, ei numerasse mille denarios. Itaque Nominatum introduci placuit. Respondit, non fidem sibi in aduocatione, sed constantiam defuisse: descendisse ut ageret, ideoque se ab omnibus usum esse in Curia: sed amicum sermonibus perterritum, discessisse: monitum, ne desiderio Senatoris, non tam quasi de nugis, sed gratia, fama, dignitate certantis, adeo pertinaciter, praesertim in Senatu, repugnaret, si muneri necessario operam dare non persequeretur, id se humanitate & precibus, non precio, passione, aut denique dolo malo commississe, quod ei aduocationibus interdicti debeat. Pronunciatum est, uideri melius quidem Nominatum fuisse facturum, si causam Veicetiorum eodè animo quo susceperat pertulisset: quia tamen in hoc genus culpae non fraude incidisset, nihilque dignum animaduersione commississe argueretur, liberandum esse, ita ut Veicetinis, quod acceperat, redderet.

Muscorum.

DIONYSIVS tyrannus, nobilè eicharcedu audiens, ostendit talentum se ei donaturum. Qui cum promissum postridie flagitaret: Heri, inquit, oblectatus abs te, quantisper canebas, oblectauit te uicissim spe. Itaque delinimenti tui praemij inuicè delinuit illicò recepisti. Plut. orat. 2. de Alex. fortuna.

Mechanicorum.

Neptunum tradunt, propter operam ad edificanda Pergama impensam, iratum LAOMEDONTI regi ingrato, è mari cetum in terram misisse, à quo maritima incolentes loca coloriq; absumebantur. Peste praeterea, quae terrae fructus corrumperet, propinquos agros afflixit. Consulentiibus oraculum responsum est, Neptuni iram causam esse malorum: quae mitigaretur, si puerum Troiani sorte ductum ceto traderent deuoandum. Itaque singulis in sorte cõiectis, cum in Hesionem regis filiam fors cecidisset, coactus est Laomedon nam tam in litore uinctam, beluae futurum cibum exponere. Interim Argonauæ temp estate acti ad Sigæum Troiae appulere. Hercules cognita rei causa, uincula dissoluit, regique obtulit se id monstrum interfecit. Laomedon equos illi iniuctos dono se daturum cum sponddisset, cæcus ab Hercule periit. Colchos inde profectus, reuerfusque cum Argonauis, equos Hesionemque iuxta promissa postulat. Laomedon oratores captos trusit in carcerem: reliquos Argonauas per insidias occidere tentauit. Verum socij per Priamiu de periculo edoati effugerunt, interfectis custodibus. Hinc acti certamine commisso Hercules Laomedontem occidit. Hinc acti certamine commisso Hercules Laomedontem occidit. Hinc acti certamine commisso Hercules Laomedontem occidit. Priamo uero ut uiro iusto amicoque regno tradito, cum reliquis Argonauis discessit. Diod. lib. 4. c. 3.

AVGÆS Elei Ppeorum regis (qui postea Elei dicti sunt) filius, adeo diues fuit armatis & gregibus, ut simo obducta agri pars maxima, otiosa & inculta iaceret. Hercules uel mercedem uel agri partem pactus, immisso in campos Mynycio flumine, eos purgauit. Augæas Herculi mercedè abnegauit, ut qui magis arte quam labore opus perfecisset. Hercules contra Augæam expeditionem instituit. Verum

cum a filijs Actoris, etate & audacia uigentibus Hercules facile repelleretur, cu illi ad Isthmicos ludos proficiscerentur, eos Hercules ex insidijs ad Cleonas occidit. Quod cum Molione Actoris uxor rescuisset, neq; alia ratione uel Argiuos (quorū ciuis erat Hercules) uel Corinthios (qui Argiuos Isthmicorum celebritate interdicerere nolebant) uelici possit: diris Elcos ciues suos deuouit, quocunq; in postero Isthmicis ludis non abstinuerit. Quo d edictū Elci religioissimē obseruauit. Illis ergo occisis, faciliē Augeam Hercules domuit. Eius tamen filio Phyleo (qui cum patri non consensisset in fraudādo Hercule, ab eo abdicatus fuerat) pœnam patris remisit, & Elce regnum concessit. Pausanias lib. 5.

Cum Perdiccas Temeni F. cum duobus fratribus ex Argo in Macedonia ad urbem Lebœam uenisset, operamq; suam Regi locasset: panis Perdiccæ dū coqueretur, semper duplo, quam erant reliqui, maior fiebat. Id cum Regis uxor animaduertisset, regi indicauit. Ille hoc ipsum uident, accitis mercenarijs, ut illic dē sua domo discederēt, imperauit. Illi mercedem petere. Rex id audiens, Hunc Solem, inquit, dignam uobis mercedem reddo. Penetrabat autē in aedes Sol perimpluuium. Perdiccas igitur, Accipimus, rex, quædas, inquit, gladio circumscriptis in pauimento, domus Solem circumscriptumq; cum ter in sinum suum haussisset, abiit cum cæteris. Hinc egressi, non multo post pluribus ad se cōsuetibus loco munito occupato uarietam Macedoniam subegerunt. Herod. lib. 8.

Athenienses cum uiderent regionē, quæ erat sub Hymetto, quam Pelasgis habitandā dederant (mercede muri circa arcem productendā) bene exultant, quæ prius mala fuisset, & a nemine accipi digna: liuore capti, & libidine terreati uindæ accensi, Pelasgos exegerunt. Herod. lib. 6.

Auarū princeps CHAGANVS, à Tiberio II. Imp. fabros sibi proftrudendo balneo mitti petijt. Quos cum uenissent, uicopulit, ut pontem super Danubium struerent, quō facilis illis esset aditus populandi agros Romanorum. Cuspinianus.

Militum.

Perfidie Tit. Persidi auxiliarij. Illic Personarum, hic Contractus habetur ratio.

Perseus Macedonia rex ingenti prelio ad Pydnam uictus à L. Paulo Aemilio, cum thesauro suo Samothracam ad templum Castoris & Pollucis supplex confugit. Cn. Octauius, qui unā cum Paulo bellum administrabat, classe Samothracam appulsa, Perseu religione deorum reliquit inuolatu: mari tamē & effugio præclusit. At Perseus clam OROANDEM quendam Cretensem, qui lembum habebat, induxit, ut se cum pecunia sustolleret. Ille arte Cretica usus recepit pecuniam: sed cum nocte uenire ad portum Demetrium cum liberis & seruitijs necessarijs iussisset, eo relicto statim primis tenebris soluit. Plut. in Aemilio.

Adolfus Nassauensis Eduardo regi Angliæ, cōtra Philip-pum Franciæ regem in Vasconia bellum gerenti (iam enim erat, inunctus & coronatus Rom. rex) mercede conductus præter decorum opitulabatur. Ob id Albertus dux Austriæ dicere solebat: Si Romanorum rex stipendiarius est Anglorum, cum nullo dedecore ego stipendiarius ero regis Francorum. Cæterum promissa regi Anglorum Adolphus non præstitit. Accepit enim centum millia marcarum argenti à rege Angliæ, ut copias adduceret: quæ in usum suum conuertit Adolphus, ac Marchionatū Misnæ hac pecunia comparauit à Marchione Misnensi Thieremanno, nepote olim Frederici Imp. Secundi ex filia, quem uēdidit in odium proprij filij. At non multo post filius Marchionis Fredericus, omnia recuperauit, & Adolfo opera & impensa petijt. Cuspinianus.

Legatorum.

Contractus uoluntarij hic habetur ratio. Ex Tit. Legatorum inuictorum exempla huc transferantur, ubi Personarum ratio fuit habita.

Domus.

Alexander Medices Dux Florētinus, sui cuiusdā CONSILIARII fraudem in conductæ domus precio persoluendo intellecta, uindam, cui iniuria fiebat, mane frequente senatu adesse iubet, & de iniuria conueni, ac suppresso nomine, ex Ducis tantum familiaribus unum esse dicere. Ergo ubi postera die causam suam perijt, Dux prudentiā eius colaudare, quæ summo iure cōtra suum consiliariū uti noluisse: uicissim uerō iubere, Huic tali, quisquis tandē ille esset, suo nomine diceret, nisi solutionem maturaret, malè cum illo actum iri. Et metu & pudore adactus consiliarius, qui præfens huic intererat actioni, quamprimū ad se redijt, uiduæ cumulatè satisfecit, id unum præfatus, Infelicem te, nisi nomen meum subticuisses.

Erichthonium recens natū Minerua in cista absconditum, et fo diendum commisit AGLAYRO, HERSE & Pandroso fororibus, easq; admonuit, ne curiosius quid intus esset inspicerent. Pandrosus paruit deæ mandato: at forores alie cista resignata Erichthonium inspexerunt. Quo uiso ita stris repentē percitæ sunt, ut se de prærupto arcis loco precipites miserint. Pausanias in Atticis.

Græcis Troiam obsidentibus, POLYMESTOR rex Thracū, Aiæcis Telamonij armis dedicationem facere compulsus, Polydorum Priami filiorum natu minimum, fidei suæ concredidit, Aiæci tradidit. Græci legationē Troianis miserere, redita Helena, Polydoru se reddere paratos, affirmantes. Cæterum Priami filijs in gratiā Hecubæ & Alexandri pædum renuentibus, & legatos ignominiosè dimittentibus, cōmuni ducum consilio, ubi legati ad exercitum reuenerē, pro ductus in mediū Polydorus, uisentibus, ex muris pleriq; Troianoru, lapidibus ictus, fraternæ impietatis pœnas luit. Ac mox unus ex præconibus nunciatū illensibus mittitur, ut Polydorum sepeliendū peterent. Missus ad eam rem latus cum seruis regis, se datū ac dilaniatum lapidibus Polydorum matri Hecubæ retulit. Diçys lib. 2.

Valente Campano Annibale, L. Imbricus filium Ruscium cum magno auri pondere VALERIO Bestio genero suo seruandum commisit, quem is obruncauit, ut auro potiretur. Plutarchus.

Adelbertus Epore diç Marchio, cū mortua uxorē Gisla, Berengarij filia, Ermengardam Berthæ Marchionissæ Tuscie filia haberet in matrimonio, à socru instigat cōtra Berengariū regē cū Olderico Palatii comite conspirauit. Re patēda Oldericus captus, atq; LAMBERTO Mediolanensi episcopo nouo beneficio obligato asseruandus, quousq; retereper, est datus. Paucis post diebus Berengarius Oldericū supplicij sumendi causa poposcit. Lambertus negauit se redditurum, in dignum esse asserens, sacerdotem ad supplicium hominem tradere. Iracundiam autem eius metuens, dimisso Olderico, & ipse se cum Adelberto & cæteris principibus iunxit. Ergo Rodulphum Burgundij regē, ut in Italiā ueniret, & Berengario ope sua exacto regnum arripere, inuitarunt. Sigonius lib. 6. regni Ital.

ANIMALVM.

Iouem, quo tempore cum metu Saturni Rhea in specum Cretensem abiit, præbita mamma Aex (capri uox sonant) nymppha aluit: eamq; Rheg iussu canis aureus custo diuit. Iupiter postquā, Titanibus pulsus, Saturno regnum ademit, Aegem immortalitate donauit, & eius imago extat in aëris: autē autē canem, templi Cretenis custodiæ præfecit. Hic suffuratus Pandareus Meropis F. in Sipyllum abduxit, custodiendumq; dedit TANTALO Iouis & Plutis F. Cū autē aliquanto post tempore Pandareus in Sipyllum uenisset, cantq; reperceret: Tantalus depositū eiurauit. Pandareū ergo Iupiter propter furtum in saxum, eo ipso quo stabat loco mutauit: Tantalum, ob perurium, de Sipylo in caput præcipitē dedit. Antoninus Liberalis in Metamorphosis.

Polychares quidā Messenius palam, cum cætera inimicè obsecrasset, tū uerō Olympica palma nobilitatē (quarta enim Olympiade, cum apud Eleos unicus esset de stadio certamq; uictos renunciatus est) boues habuit multas, quibus alendis eum propria nō suppedirent pascua, locauit eas Spartano homini EVAPHONO, in ipsius agro pascēdas, ea mercede, ut esset sorturæ particeps. Erat euifinodi uir ille, ut perfacili quæstui fidē posthabet. Is in Laconiā nauib. ueniens, pecunius mercatorib. uenundedit: atq; inde quasi inopinatē rei nūcius ultro ad Polycharē uenit: prædones excursionē in eū agrum cōpascuū facta, boues sibi illas per uim, & simul bubulos abegisse. Quæ eum propē iā Polychari persuaasisset, interuenit his sermionib. de bubulcis unus, qui à mercatorib. aufugerat. Hic Euaphnū redarguit. Ille ad preces cōfugit: supplexq; id sibi ut ignosceret, cum Polycharē ipsum, tū eius filios rogabat. Indicauit Euaphnus, quāti boues uēditæ essent: ac se precij reposturū, si Polycharis filius secū isset, reprimist. In Laconiam ubi uentū est: adolenscēt inuenerit. Ea immanitate cōmotus Polychares, Lacedæmonē ueniens, ad reges & Ephoros de filij cæde assidue, multisq; cū lacrymis querebatur: exponebat in super, quas ab epomine, quæ sibi hospitiē afficiuerat, cuiq; præ cunctis Lacedæmonijs fidē habuerat, iniurias accepisset. Verum cum eadē apud omnes magistratus iterādō, nihil omnino ad res pœnam profecisset: iam mētis parū compos, furorūq; suo nimio plus indulgēs, in quem cunq; incidisset Lacedæmoniorū, cū tanquā hostem morte multabat. Fuit hæc nō minima causa belli inter Spartanos & Messenios. Pausanias lib. 4.

In Sipiæonia, profectus contra Græcos, Xerxes sacrum Iouis curritum

curritum reliquerat. At PÆONES Thracibus cum dederūt. Repescenti autem Xerxi dixere, unā cū equis inter pacendum fuisse abactum à Thracibus, qui superiorā Strymonis circa fontes incolerent. Herod. lib. 8.

REGIONIS.

Autor est Ephorus, DAVILVM Crisæ Delphis finitimæ tyrannum, Metrapontum in Italia cōdidisse, & Leucippum ab Achæis ad ciuitatem habitandam socium legatū fuisse. Qui cum locum à Tarentinis in usum ad diē noctemq; petitum repetentibus non redderet, interdiū pōsentibus respondēbat, Si ad sequentem noctem pererent, se redditurum: si non, ad diē sequentem referēbat. Strabo lib. 6.

PECUNIÆ, THESAURI.

Cum primū Persæ in Eubœam militarēt, DIOMNESTVS uir Eretricus præerat thesaurorum custodia. Cū omnes fuissent mortui, nesciebatur Diomnestus habere pecuniā. Ast ubi rursum rex Persarum exercitū in Eretriam misit, atq; ciues omnes migrare iussit: omnes qui numos cōplures habebant, clam exportarunt. Qui igitur reliquū fuerat familie Diomnesti, ad Hipponicum Calliæ Ammonem cognomen, numos clam subtraxerūt Athenas. Cū omnes Eretrienfes ob Persas solum postea uertissent, isti numos habuerūt: ita ut Hipponicus ab eo Hipponico oriundus, apud quem numi depositi fuerant, locum in arce ab Atheniensibus extenuerūt, ubi numis domū extrueret, ac ubi habitaret: cū non esse tutum diceret, tot numos esse in domo priuata. Ac Atheniensēs eum conceperunt. Postea ab amicis amonitū rei peractæ penituit. Cū pecunię huius Callias factus esset dominus, uoluptarięq; uiuere: qui adulator, aut quæ amicariū multitudine ad hunc nō confluxerat: aut quos sumus ille non paruifacerebat: ueruntamen eū usq; miseriarum uitæ uoluptas cum cōpuli atq; perduxit, ut apud ueculam quandam barbaram uiuere cogereur, utiq; quodiani inopia laborans diem suum obiret. Athen. lib. 12. cap. 17.

MACAREVS Mitylenensis, sacrificulus Bacchi, uultu quidē singulare præ se ferebat mansuetudinem & æquitate: cæterum omnium hominū erat impijssimus. Accidit autē quodam tempore, ut hospes ad eum ueniret, & in eius fidē aliquantum auri deponeret. Macareus in recessu templi eruta terra, aurum de fido. Interfecto deinde tempore reuersus hospes, aurū reposcebat. Quem cum ille tanquā restitutus depositum in templum intro duxisset, morte affecit: atq; effosso auro, hospitem in eius loco imposuit: quem admodum homines, sic etiā Deum clam esse arbitrabatur. Verū euentus longē fecus declarauit. Quare paucis dieb exactis, triennis dici solennitas aderat. Tum, cum ille magna celebritate diuinā non obiret, duo filij canis aurei relicti, patris immolationē imitabantur: accedentesq; ad aram paternā, ardentib. adhuc holocaustis, iunior collū præbebat: adulator uerō gladio gruginoso inueto, fratrem ad similitudinē uictimæ maclauit. Familia conspecto facinore, uociferata est. Mater audito clamore exiijt, uidensq; trucidatū alterū, alterū etiam eū de mœrone interfecit. Allatū est cædis domitice nunciū ad Macareum: qui relicto sacrificio, quāmpoenit furētissimo impetu in aedes insijit: atq; taeda, quā habebat, uxorē interemit. Deinde re cōperta Macareus cōprehensus, & tormētis examinatus, cōfessus est, quæ in templo perpetrata: in ipsi uerō quæstionib. uitā amisit. Et sic Macareus ultione diuina, suo ipsius, uxoris & liberorū capitibus dignam pœnam luit. Aelianus lib. 13. de Varia historia.

GLAVCVS Spartanus, Epicydis F. iustitiæ homine inter suos atq; etiā exteros commendatissimus, à Milefio quodā hospite magnam auri summā depositi loco accepit. Multo post tempore filij, patre defuncto, exhibita nota pecuniā repetierunt. Ille negare depositum à principio: postea tamen quatuor mensium tēpus prestituit, quo se responsum datum affirmabat. Interea Delphos se cōsulit ad oraculū petendum: utrum iureiurando interposito pecuniam, depositam retineret. Ibi Pythia respondit his uerbis:

Ταυτὲ ἐπινοῶ ἀδὲρ, τὸ μὲν αὐτῆς καὶ δόλον ἔχει ἵσχυρὸν κηρύττει, καὶ ἰσχυρῶς ἀντιτάσσεται. ὁμοῦ ἔτι καὶ θεῶν τὸν γὰρ εὐδοκῶν μὲν ἐστὶν ἄλλο, ἀλλ' ὅπως πᾶσι ἐστὶν αὐθιγῶν, ἀδ' ἐπὶ χεῖρες, ἀδ' ἐπὶ πόδες, καὶ ἐπὶ τὸν δὲ μετ' ἵππων, ἐστὸν πᾶσι σὺν μακάρις ἰδέσθαι γενεῶν & οἰκῶν ἅπαντων. αὐτὸ δὲ εὐδοκῶ γενεῶν καὶ πόδων ἀμείνων.

His auditis, Glaucus ueni sibi eorum quę dixisset, ut daret, deum obsecrabat. Cui Pythia, Idē est, tentare deum, & facere. Glaucus deinde accitis Milefij, hospitis pecunias reddidit: sed eius soboles & familia ex Sparta radicatis extitæ sunt. Herodotus lib. 6. Historiam expressit Iuuenalis satyra 13.

Spartano cuidam respondit Pythia uates, Haud impunitum quondam fore, quōd dubitaret Depositum retinere, & fraudem iure tueri iurando, quærebat enim, quæ numinis esset

Mens, & an hoc illi facinus suaderet Apollo. Reddidit ergo metu, non moribus: & tamen omnem uocem adyti dignam templo ueramq; probauit: Extinctus tota pariter cum prole, domoq; Et quamuis longa deductis gente propinquis.

Has patitur pœnas peccandi sola uoluntas. Alcimēni & Theopompo, regibus Spartanorum, datum erat oraculum, ἄφιδος γενεάτω ἀνδρῶν ἔδει. teste Plut. in Laconicis. Itaq; cum aurum & argentum in urbem inferre non auderent Spartani, illud apud uicinos Arcades deposuere. Ea occasione ARCADES hostes illis sunt facti, fraudandi depositi ergo. Athenæus lib. 3. Dipnosoph.

SVRI cuiusdam in deposito, item DVORVM in fideicommisso perfidiam erga ancillam, quam Demosthenes liberauit, pete ex Tit. Iudices uel arbitri prudentes in foro.

Interfecto C. Iul. Cæsare, & cōiuratis urbem relinquentibus, Cæsaris amici cōiunxerūt se M. ANTONIO: uxoriq; eius Calpurnia huic fidens pecuniam magna ex parte, cuius fuit summa millies H. S. domo sua exportauit, deposuitque apud eū. Interea Octauius Cæsar appulit Romā, defuncti sororis nepos, & hæres patrimonij relictus, qui Apolloniæ sub tempus cædis Cæsaris agebat. Is statim ut paternū amicum salutans Antonium, fecit depositi mentionem (siquidem populo Romano ex testamento Cæsaris trecentos sestertios iuritim debebat) Antonius primū ut adolenscētē despiciens, insanitē dixit eum, bono quæ consilio & amicis carere, qui onus importabile subiret Cæsaris hereditatem. His uerbis cum non sedaretur adolenscēs, sed repeteret argentum: multa in contumeliam eius assidue dixit & egit. Verū Ciceroni se adolenscēs & alij, qui oderant Antonij, dedit: Cicero senatum perpulit, ut hostem illum iudicaret, Cæsaris lictores & insignia prætoris decerneret. Plut. in Antonio.

ORNAMENTORVM.

IO. IACOBVS Schütz, à Troubach, Argentinae hospiti cuiusdam cathenam orichalceam magni ponderis seruandā dedit, pro aurea. Mox ab hospite mutua pecuniā petijt. Hospes nō grauatiū dedit, pignore deposito fretus. Schützium cum locum, in quo cathenā hospes deposuerat, obseruasset, clam eam abstulit, & ita cloacam proiecit. Depositū inde repetijt. Hospes nihil de fide illius suspicatus, à fure quodam sublatam credebat. Commodū interea falsi crimine contūctus Schützius, cum iam ueritatem carnifici secandā præberet, fraudem contra hospitem suū commissam fatuus est. Beatus Rhenanus lib. 3. Rerum Germanicarum. Vidē Tit. Perfidie subditorum erga magistratum.

ARCANI.

TANTALVS Iouis filius fuit, qui conuiuio deorum adhibitus, arcana eorū publicauit: & propterea apud inferos pœnas luit, lapidem habens capiti imminentem, infra aquam multā, & frugiferas arbores. Quōd si quando poturus erat, saxo in eū irruente, siti conficiebatur. Cernebat enim, unde edendum & bibendū esset, sed edere & bibere nō poterat: cum mento aquam tangeret, mentum areficebat. Suidas. Acginam Iupiter rapuit, Afopi filiam. Quam tū Afopus insipiam inueniret, à SISYPHO pacta mercede, ut perennē aquā in Acrocorintho pro indicio obtineret, inuenit. Eius indicij pœnas apud inferos luere Sisyphum nonnulli tradiderunt, atq; Afopum, cum Iouē intequreret, fulmine percussum fuisse, ut ait Callimachus. Natalis Comes Mythol. lib. 8. cap. 16.

TVTELA.

Perfidie Tit. Turoris perfidi. Illic Personarum, hic Contractum habetur ratio.

GELON satelles Hippocratis, Geloum tyrāni, fortitudine bellica clarus, & Hippocratis liberis, Euclidi & Cleandro, tutor datus, ciues rebelles subegit, & imperium occupauit, filijs Hippocratis ciectis. Syracusas postea cepit, & totam Siciliam obtinuit. Herodotus lib. 7.

TESTIMONIO. TESTES PERFIDI, INIUSTI.

Testimonium quatenus falsum, ad locum Mendacii pertinet: quatenus autem perfidum, ad hunc ordinem. Consule item Tit. Perurij & Testimonij falsi pœna.

Fertunt Cyrenum, uxorē calumnia inductū, filium Tenem in arca positum in mare deiecit. Hæc tempestate acta, cum in Tentedum (Leucophryn prius dictam) appllisset: Tencs mirabili deorum ope salutem cōsecutus, insulæ postea imperauit, ut præclarus, ac iustitiā uirtutibusq; alijs honorē immortalium adeptus. Ergo propter cuiusdā tibiensis testimonium, qui noueræ Philonomes insidijs fauerat, legē fanxit, ne quis tibi cen templū ingrederetur. Dio. lib. 3. c. 17.

Apud Rom. serui testimonium contra dominum non ualuit. TIBERIVS ut contra Libonem per seruorum quaestionem inquireret, fraudem legi fecit, quod illos emancipari, & deinde per tormenta inquiri iussit. Alex. lib. 3. cap. 20.

LITE. INIVSTI IN LITE PERSEQVENDA.

Concinnator litium dicitur, qui nouas lites simulatis captiombus & cauillis improbis, in longum ducere molitur, cum sibi iure agere non liceret. Concinnare enim est rem effatis mendacijs, omnibus lenocinijs perpolire: sicut is qui ugentis delibutus, madenti coma & capillo copposito conspicitur, quos M. Cato uilitigatores nuncupat. Graecum autem ugentis dicitur, quasi sceleritium. Redemptor causarum is dicitur, qui quotidianas lites pecunia mercari, illasq; pactionibus, muneribusq; pellere conatur, haud secus quam qui domos adificiumq; faciendum utendumque precio conducit: qui etiam Quadruplicator & Interceptor alienae litis dicitur, quos homines tanquam inciuiles & malarum artium artifices, iureconsulti iure incensere. Alex. lib. 4. c. 13.

Præuarcatores eos appellamus, inquit Vlpian. qui causam aduersarijs suis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt: a uariando enim Præuarcatores dicti sunt. Hottoman. de Verbis iuris.

EVES Rom. & Vocontijs ouum serpentis in iudicijs uictoriae causa in sinu fouebat. Claudius princeps deprehensum eam solam ob rem interfici curauit. Plin. lib. 29. cap. 3.

ROBERTVS Atrebatensis comes in lite contra amitam Mathildem perditus. Vide Tit. Codicillorum falsarij.

BOLESLAI II. regis Polonorum in lite contra Stanislauum episcopum perdidit, uide sub Tit. Religiosas reprehensiones non ferre.

IUDICANDA.

Ex Tit. Iudicium iustorum exempla petantur. Illic Personarum, hic Contractuum ratio habetur.

Stelemus promiserat magnam pecuniam uim iudici BVLBO. Nam id erat iudici nomen. Stelemus autem qui totum hoc negotium condiebat (hinc enim dicitur esse conditor) adiunxit Bulbo alterum iudicem, cui nomen e Gutta: ea res Bulbum reddidit alacriorem. Solent autem coqui bulbis (id est ceparum genus) addere condimenta, quod sunt dulciores. Ad id alludens Cicero, Itaq; inquit, minimè amarus is uisus est. Hinc & guttatim fieri dicitur, quod fit paulatim. Erasmus in Adagijs, ex oratione pro A. Cluentio.

MATRIMONIO. INIVSTI IN MATRIMONIO CONCILIANDO.

Edgarus Anglorum rex, ATHELWOLDVM Comitem, qui ipsi a secretis erat, ad Horgerium Deuensum misit ducem, filiam eius sibi petiit uxorem. Legatus pulcritudine uirginis captus, sibi eam uxorem legit. Vide Tit. Perdidit legati. Rex Noruagiae OLAVVS Daniae inhians, ut in suas partes Sueones traheret, Syriham Erici Sueonum regis uide nuptias ambiuit. At SVENO Danorum rex duos satellites subornauit, qui simulata relegatione Olauum supplices peterent, & Suenonis insidiatione Thyrae eiusdem filiae formam atq; mores extolleret. Olauus igitur amore accensus, legatis missis, nuptias pactus est: suumq; amorè alieno opprobrio comprobaturus, Syriham colloqui simulatione accersiuit. Cuius precibus regina aliquandiu reluctata, ad extremum imperio cessit. Cum igitur pontonem pensilibus uicis subnixum conscenderet, eodem subduco, praiceps in mare decidit. Nec contenti nauae hoc dedecore ut libidinosam ei animum exprobrarent, clamorem sub hinnitus specie edidit. Syriha in iniuriam illius uisionem, Suenoni nuptias suas ambientem promitè obsecundauit. Sueno uicissim filiam Olauo denegauit. Ita Olauus duob. splendidissimis coniugijs destitutus, dum alterum temerè respuit, ab altero turpiter repelli meruit. Repulsè impatiens, bellum Suenoni intulit. Ceterum nauali prelio uictus, ne in manus hostiū ueniret, semetipsum in mare praecipitauit. Saxo II. 10.

NON PRÆSTANDO.

IVDAS Thamari nurui pacta concubinalia non seruat. Vide Tit. Incensus foci cum nuru. Filias rex ARTOXERES Mnemon complures habebat. Ex his Pharnabazo Apamam despondit, Rhodogunen Orontis, Tiribazo Amistim. Ceteris quidem collocauit eas, Tiribazon uero delusit: quod sibi ipsi matrimonio iuxerit Amistim, cuius loco pactus est Tiribazo minimam Atofam. Ut uero hanc quoq; impulsus amore, duxit: semel incensus in eum est Tiribazus, nec aliis moribus solidus, sed mobili

lis & uacors, & cum Dario contra regem conspirauit. Plin. in Artoxere. ARCESELAVS Macedoniae potius tyrannus quam rex à Platone appellatus, interfectus est ab adolescete Crateua, qui in delicijs habebat, quod sibi promissam filiam alteri dedisset. Aelianus de Var. hist.

Aristidis filias, ipso adhuc superstiti, matrimonio sibi desponderant. GRAECORVM praestantissimi. Non autem Aristidis uitam respexerunt, neq; iustitiam eius suspexerunt: quoniam si horum aemulatores extitissent, in posterum etiam sponsonem non destitissent. Iam uero cum ipse excessisset à uita, nullam rem amplius neq; familiaritatem cum puellis habuerunt. Posteaquam enim uita defunctus esset filius ille Lyfimachi, paupertas eius cognita est. Quae res illos etiam infortunatos homines à splendidissimis clarissimisque, ut mea fert opinio, nuptijs deteruit. Aelian. lib. 10. de Var. hist. Lyfandro Lacedaemonio sub Haliarti mœnibus interfecto, PROCVS qui superstitis adhuc filiae fidem dederat coniugij, puella orbata parente (cum Lyfander post obitum patris reperit esset) sponsonem antea factam reuocauit, & se nolle eam ducere dixit. Ob eam causam punierunt eum Ephori communi decreto. Aelian. lib. 6. Var. hist.

EVBATAS Cyrenensis, cum de contrahendis cum Laidem nuptijs pactus esset, sponso his conditionibus facta est, ut post ludos certamenq; rata deberet esse. Eubatas autè eum iam uictor abiret à certamine, ne conuentus non stesisset uideretur erga feminam: postquam Laidis imaginè deponit, se cum Cyrenas, in quibus, se Laidem ducere, & pacta non praeterire. Aelian. lib. 10. de Var. hist.

Romilda, Gislulphi Foroiliensis ducis uxor, prodidit Forum Iulum oppidum cum liberis & fortunis omnibus, CAENON Auarum regi, quem semel intuita perdidit amare cepit rat. Pollicitus erat, ubi in urbè reciperetur, Bauarus ille nuptias. Ceterum ne fidem prode uideretur, non stem unam habuit Romildam pro legitima coniuge: inde robustissimis militibus affido congressu uexandam dedit, & malè affectam palo affixit. Sabellius lib. 10. cap. 4.

OLHO I. Imp. ad maiestatem occidentalis Imperij pertinere arbitrat, totam in auctoritate sua esse Italiam, provincias Apuliam & Calabriam bello petere constituerat, ac pulsiss inde Graecis & Sarcacenis Italiae regno adiungeret. Interd Graeci Imp. NICEPHORI legati aduenere, ac simulata fide Niecephorum parati esse reuolere, Theophania (seu filia, seu soror) adolescenti Othoni Othonis F. coniugio copulare, & certa non solum amicitiae, sed etiam affinitatis fide ra iungere. illum puellam ad certum, quem nominabant, in Calabria locum, cum comitatu missurum: redè Othonè facturum, si suos & ipse, qui eam exciperent, & ad se deducerent, eodem mitteret obuios. Credidit uerbis legatorum Imperator, ac protinus exercitus partem cum pleraq; nobilitate ad constitutum locum iussit proficisci. Qui missi sunt, dum aduentum sponsoe opperiantur, nec opinantes à Graecis, ut secretò mandatum à Niecephoro habebant, contra fidem oppressi: & cum parati facti ad caput suum tuendum non essent, alij miserè trucidati, alij comprehensi Constantinopolim missi. Hoc ubi Otho cognouit, Graecam fidem detestatus, bellū, quod iam diu animo coquebat, haud ultra differendum arbitrat, Guntharium & Sigfridum duces, belli pacisq; artibus claros, Othone quoq; filio adiuncto, in Calabriam atq; Apuliam mittit. Hi Graecos post aliquot secunda praelia facta insolentiores & imprudentiores effectos in insidias pertraxerunt: ex quibus pleriq; caesi, reliqui capti, ac truncatis ad contumeliam naribus Constantinopolim dimissi. Ita Apulia Calabriaq; recepta iuris tandem occidentalis Imperij facta. Graecis ingenti tributo multatis, Germani duces optima praeda ditati, gloriosissimam ad Othonem uictoriam retulerunt. Sigon. lib. 7. regni Ital.

PHILIPPVS Imp. Bambergæ ab Othone à Vuitelispach Palatino in suo cubiculo ex insidijs obrutatus fuit, eo quod filiam Othoni pactam alteri despo disset. Anno 1208. Stumpfius. Vide Tit. Crudeles ob repulsam amatoriam. Mistauus rex Vandalorū, BERNARDO Saxoniae duci mille equitib. fidelem praestiterat operam, sequens eum in Calabriam usq; quò Saxo Othonem II. Imp. comitabatur. Eo beneficio Saxo adductus, filiam suam Mistauo in uxorem pollicetur. Venit Theodorici marchionis Brandeburgensis, conuictijs duce Saxoniae abalienato à Mistauo, quod is dicitaret, cani, hoc est ethnico, non esse dandam tam nobillem puellam: repulsam patitur Mistauus. Hac iniuria irritatus, in Saxonem arma mouit: Aldenburgi sexaginta presbyteris cutem capitis in modum crucis, incidit: circumdactos probris & uerberibus afflixit, donec uiribus destituti animam efflarent: reliquos canonicos pecudum more iugulauit. Eadem truculentia Hamburgensem ecclesiam conturbauit. Metrop. Cranz. lib. 3.

Vago, tertius Aldenburgis ecclesiae Vandalorum pontifex, fororem

fororē habuit speciosam: quam coniugem postulatit Obo-ritorum regulus BILVG. Quumq; interpellationibus crebris pontifex super hac re conuulisset, quidam petitionem eius repulserit, dicentes iniustum esse, pulcherrimam uirginem inculco & agresti uiro copulati. Ille contumelia distimulata preces iterare non desistit. Timens autem episcopus, ne ecclesiae inter Vandalos sub tribus Othonib. recens nate grauius aliquid, si pernegaret, occideret, postulatitoni eius annuit, data illi forore in coniugium. Procreauit autem ex ea filiam Hodicam: quā pontifex autunculus inuoluptu uirginum traditam, & sacris literis institutam, praefecit uirginibus Magnopolitanis. Id frater puellae Mizilla aegerimè uisit, odio oculo Christianae religionis: patrem quoq; sensim permouit, ut iam cogitaret de coniugis repudiatione, nisi quod Saxonū uires formidabat. Bilug ergo cum decima pontificale, pro quolibet aratro mensuram grani cum XL uestib. lini & XII numis cū decimotertio, qui colligenti cedebat, ab episcopo suis remitti obtinisset, eidem que uicissim uicos quosdam obtulisset: cepit sensim latrocinij episcopi uillos infestare: sed & fororē illius repudiari. Mortuo patre, Mizilla Hodicam per uim elocauit Boleslao cuidam, eorumq; illū uirginum sacrum dissipari. Et haec initia fure deflectionis Vandalorum à fide. Cranzius lib. 2. Vandalia c. 39.

GRAMVS Danorum rex, aduersus SVMBLVM Phinnorum regem bello suscepto, ad aspectum filiae eius Signes depositis armis, ex hoste proeus euasit, eamq; promisso conuictis suis Gro, Sictrugi Sueonum regis filiae, repudio pactus despondit. Quam cum bello Noruagico, quod aduersum Subdagerum regem ob sororis filij, stuprum susceperat, admodum occupatus, Saxoniae regi Henrico in matrimonium promissam didicisset: relicto exercitu tacitus in Phinniam contendit, incoatisq; iam nuptijs superueniens, extreme utilitatis ueste sumpta, despiciabili sedè loco discubuit. Rogatus Quindam afferret? medendi solertiam profiteur. Ad postremum omnibus ebrietate madentibus, elegantissime se quisnam esset decantans, Henricum inter facra mensae & amicorum complexus obrutauit, sponfamq; per uim raptam secū nauigio deportauit. Saxo lib. 1. & Cranzius lib. 1. Saxoniae c. 2.

OLAVS Triggonius, primus apud Noruegianos Christianus rex, ut iniurias, quas pridem Dani Noruegians intulerant, uindicaret, Suenonemq; Danorum regem in suam redigeret potestatem, in societatem belli Sueonum regē Olauum pertrahere studuit. Ergo missis ad Olai matrem Sigriham uel Syriham, Sueciae reginam, Erici Victoriosi uiduam, legatis, effecit, ut ipsa in suum coniugium cōdieret. At Sueno Danorum rex sibi metuēs, implicabile odium inter Sueciae & Noruegiae reges suscitare cogitauit, ne ipsi pariter Daniam impugnantib. opprimeretur. Itaq; duos satellites subornauit, qui transfugarum titulo ad Olauum Noruegianum supplices peruenirent. A quo benignè excepti, ceperunt Suenonem regē calumniari, & simul eius filiam Thyram eximia laude extollere. Olauus persuasus, filiam Suenonis per legatos sibi despondant impetrari: Sigriham uero ad se sub colloquiij simulatione in nauigiū, quò uentus aduenerat, inuauit. Quae cum nauem ascensura pedem pensilligno, quod in eum usum affixum erat, imponeret, praecipit in mare decidens, difficulter suorum auxilio à morte liberati, & in litus semianimis reportati. Posteaquam ad se rediit, perfidia hominis detestata, Suenoni Dano nupsit. Sueno filiam Thyram Olao despondant denegauit. Ita Olauus duobus illusterrimis coniugijs destitutus, dum alterum stolidè contemnit, ab altero turpiter repulsus est. Cum uero armis iniuria uindicare conaretur, bello nauali à Suenone Dano, & Olao Gotho superatus, è puppi in mare sese praecipitem dedit. Olauus Gothiae regno Noruegiae adiunxit. Io. Magnus lib. 17. cap. 17. ex Saxonis lib. 10.

Henricus Holfatia comes in Stormaria, cognomine Ferreus, fororem Elisabeth, Magni regis Suediae filio Aquino, iam regi Noruagiae, despondit: missò ad haec solennit nuncio, Hermanno de Vitre milite, in arce Plone, stans inter brachia Henrici fratris & Adolphi fratruelis, eidem regi in persona dicti militis, ad hoc speciale mandatum perferentis, per uerba de praesenti est coniux subtrata, reginaq; Noruagiae consalutata. Fratres germanam regio apparatu instuere. Trauenam relinquentes, Sinuedia petere. Sed aduersu uenti & tempestates per brumam solite nauem impingere in litora Daniae. Valdemarus rex hospitaliter accipiens uenientes, ubi quid ageretur intellexit, eos iussit custo diri, & mox emissis nuncijs ad reges patre ac filium, euocauit. Reges ubi cōuenere, inter se statuunt, ut Aquinus filiam accipiat Valdemari regis Daniae unicae Margaritae. Christophorus enim filius bello ceciderat. Id praemittens Henricus comes, nec ignorans uarium gētis ingenium, nuptias sororis suae illi antè cōditionibus firmarat, ut si ipse

fidem falleret, arcem Calmeren in regno Suediae, quā magno tenebat oppignorata aere, amitteret, & sexaginta millia argenti marchas regi persolueret. Sin rex, à proceribus suis desertus; Henrico cederet. idq; iureiurando procerum est firmatum. Ergo quum Valdemarus filiam Aquino tradidisset, Elisabetha seculo renūciavit, & in Suediam perducta in Vastèen monasterio sanctae Brigittae Abbatissae egit. Henricus cōmes ualidiora praesidia Calmeren arci immisit: & proceres per literas admonuit, ut quod polliciti essent adimplerent. Veniunt episcopi & milites de regno, Henrico regium deferentes honorem. Recusabat ille, cautus atatem: remisitq; illos ad Henricum Magnopolis ducem, cuius è tribus filijs quem ipsi deligerent, in eum suū ius omne refunderet. Veniunt: excipiuntur perbenignè. Producis in conspectum filijs, medium Albertum eligunt, ut rex fereat. Pater cum filio inijt nauigationem in regnum. Citatur rex obiectis responsurus: non comparet, deponitur. Albertus iunior in locum constituitur, cōsecratur: qui armis aliquando collatis, Magnum coegit angulū deligere, inq; eo confesecere. Cranzius lib. 9. Saxoniae c. 32.

Henrico VI. etiamnum puero Franciae & Angliae rege salutato, orta discordia inter Burgundos Anglosq;, tum Franciam armis occupatam opprimentes, comite Sarisburiensi incerto machinae bellicae, quam bombardam uocant, ictu occiso, aduersa uti fortuna coepere. Franci ex occasione animi munere, duce uirginem Ioannam secuti. ANGLI nouis amicitijs noua auxilia quaerentes, Lotharingae ducis filiam, Henrico regi adolescenti, spreta nobilissimi Arminia ci comitis filia prius illi desponsata, conciliarunt. Ac dum nouis amicis intenti sunt, ueteres atq; fideles interea amiserunt. Indignitate enim rei cōmotus comes Arminiacus, multis cum nobilibus, amicis, cognatisq; ab Anglorum desinitu societate. H. Boethius lib. 18.

Anno 1365. LVD OVI CVS Comes Flandriae Margaritam unicam quam habebat filiam, Edmundo comiti Cantabrigiae Eduardi III. Anglorum regis F. despondit. Sed paulò post à Carolo V. regē Franco subornatus, cā Philippo Burgundionum duci eius fratri locauit. Quae res Edouardi animū commouit, ut nouo bello inter Francos & Anglos occasio nem dederit. Polyd. lib. 19.

LVD OVI CVS XI. Gallorum rex Caroli Burgundi & Edouardi III. Angli armis pressus, Anglum auro expugnauit, & Elizabetham eius filiam Caroli V III. filio suo in matrimonium dari petijt. At postquam hostili metu liberatus est, non affinitatem modo cum Edouardo iam fide firmatam spreuit, sed promissā pecuniā pendere propè palam negare coepit. Eā postea filia Iacobus rex Scotiae filio suo Iacobo despo dendi curauit. At nec ista affinitas successit. Polyd. li. 24. Maximilianus Friderici III. F. mortua Maria Burgunda coclebs, nuptias cum ANNA Francisci ducis Britanno tum recens defuncti filia per procuratorē fecit, & ut puella quod promississet, seruare religioe teneretur, nouo res modo peragitur. Nocte enim insequenti, Anna nuda thorum coniugalem matronis nonnullis ac princtipib. rebus, ingreditur, & procurator mariti uice, cuius in eo negotio uicarius erat, alterum eius genu tenens, intra stragula inijcit, perinde quasi ita cum puella cubando, matrimonium pro consummato habebatur. CAROLVS VIII. Gallorū rex Anna nuptijs inhians, non cessabat interim Britannos bello premere, quo tandem & puella & principatu simul potiretur. nec Franci desistebant principes Britanniae singulos sollicitare, item Annam puellam uerborum omnium allecebris irretire, quò uellent se in fidem Caroli permittere, sed speciatim puellam per illas etiam honestas matronas, quibus in discipulnam tradita erat, aggrediendam curabant, ut tam splendidis nuptijs, nō reculeret se Carolo regi potentissimo iungi: & ne uirgo legum ant religionis metu commoueretur, ac ab auditione de ea re auerteretur, eius auribus instillabant, facta cum Maximiliano sponsalia nullius esse momenti, quò d iniussu Caroli regis, ad quem dominatus Britanniae proprietates pertineret, facta forent, essetq; matrimonij non consummatum. Praeterea Franci, quoniam Carolus iam diu apud se seruarat Margaritā, filiam Maximilianij sibi pactam, iudè affirmabant ea sponsalia non teneri, quò d puella id aetatis esset, qua nondum posset neq; dari neq; duci in matrimonium, ac ob id integrum esse Carolo eam repudiare. His artibus puellam nesciam mali in eam adduxere sententiam, ut ad extremum nonnullis Britannorum principibus, precio deductis ab officio, adiutoribus; ceteris se iure posse facere, quò d Franci petebant, non negauerit uenire in fidem Caroli, atq; illi nubere, ut hoc demū pacto se atq; patriam bello liberaret, quo duriter premebatur. Quod sane remedium principes illi Britannij, qui cum Franco sentiebant, ideo rebus quoq; publicis magis cōstantem iudicabant, quò d iam pro certo haberent, se frustra expectare subsidium à Maximiliano. Polyd. lib. 26.

LUDOVICVS XII. Gallie rex cum Maximiliano I. Imp. fecit, hac inter ceteras conditione, ut Claudiam F. Carolo Maximiliano ex filio Philippo nepoti desponeret. Ad maiorem eius rei fidem Gallie regis sacramento & subscriptione, itemq; Francisci Angolismensium domini, qui si regi mares filij non nasceretur, tanquam sanguine proximus ei erat successurus, & multorum preterea Gallie regni procerum manu confirmaretur. Verum non multo post Ludovicus Claudiam filiam Francisci Angolismensium principis, despondit: se tamē id suorum precibus facere simulans, cum hanc ob causam antea ab omnibus Gallie cōsilijs & praeceptis ciuitatibus legatos, qui id ad se uelut regno utilissimum, postquam in illo indies masculae prolis spes magis deficeret, supplices peterent, mitti curasset. Quod statim per proprios legatos, se tam uehementi totius regni & omnium populorum suorum desiderio repugnare non potuisse, Philippo regi significauit. Guicciardinus lib. 6. & 7.

DISSOLVENDO.

SAVLVS rex Michoem filiam suam Dauidi uxorem dederat, eaq; maritū unicē diligebat. Postea quā uerō glorie Dauidis Saulus inuidere, & uirē illius insidiari cepit: filiā quōq; suam, Dauidē exulante, Phalti Lais F. Gallimensi locauit. Dauid exul hac iniuria affectus, duas alias duxit, Achinoamam Iezraelanam, & Abigailē Nabalis uiduā. Regū 25.

ROBERTVS III. rex Scotorū filiū suū Dauidē Elizabethae, filij Georgij comitis Mercharum, accepta ingenti pecunia despondit. Archimbaldus comes Douglas indignē ferens, praelatum illum sibi, causatus absq; cōsilio consensuq; praelatum regni factum id esse, corrupto regni gubernatore, clam cōsiliū eius horatu a rege iudici curauit: ubi filiam suam Marioram Dauidi principi uxore dedit, ac quantum potest celerimē, ritu ecclesiastico celebrati nuptias maturat. Prius tamen quā ritē nuptiae perfectae essent, comes Mercharum regem adiens rogauit, Num id rege dignū esset, pactis non stare? uelut ne in has postremas pactiones prioribus repudiatis consentire? Ceterum quum haud satis placens animo suo responsum accepisset, satis constat minitatum esse, breuē iusta uisione eam perdidit uindicturum. Confessum igitur in Angliam abiit. Eum cum per legatos Robertus polceret, nec Henricus IV. Anglorū rex dare uellet, ad arma uentum est. Mortuo tandem Roberto, agris quibusdam multatus, ad sua rediit. H. Boethius lib. 16.

TESTAMENTO. PERFIDI IN TESTAMENTO

SYMVLATO.

M. P. POLLIVS senatorij ordinis, Oppium Gallum ab inenitate aetate familiarissimum sibi, moriens, pro uetusto iure amicitiae, & uultu benigno respexit, & uerbis magnum praese amorem ferentibus profecutus est: unum etiam de multis, qui assidebant, ultimo cōplexu & osculo dignum iudicauit: anulosq; suos ei tradidit, uidelicet, ne quid ex ea hereditate, quam non erat aditurus, amitteret. Quos Oppius, uir diligens, sed morientis amici plenum contumeliae ludibrium, in locellum repositos, & a praesentibus assignatos, diligenti simē haeredibus illius exhaeres ipse reddidit. Val. Max. lib. 6. c. 9.

Interfecto Caesare, & coniuratis urbe excedentibus, MANTONIVS accepit commentarios Caesaris, in quibus per scripta acta eius erant. His interserens quos ei uisum est, multis magistratus dedit, multos in senatu allegit, aliquos etiam reduxit exules, & custodiae soluit, tanquam ea decreuisset Caesar. Vnde omnes hos populus Romanus per ludibrium Charonitas appellabat: quando quidem ubi arguebantur, ad mortui confugebant commentarios. Plut. in Antonio.

T. MARIVS Urbinae, ab infimo militiae loco beneficijs Augusti Imperatoris ad summos caelestes honores perductus, eorumq; uberrimis quaestibus locuples factus: non solum ceteris uitae temporibus, et se fortunae suas relinquere, a quo acceperat, praedicauit: sed etiam pridie quam exspiraret, idem illud ipsi Augusto dixit, cum interim ne nomen quidē eius tabulis testamenti adiecerit. Val. Max. lib. 6. cap. 9.

Q. CAELIVS, siue Caelius, L. Luculli promissimo studio, maximaq; liberalitate, & honestum dignitatis gradum, & amplissimum patrimonium consecutus, cum praese semper tulisset, unum illum sibi esse haeredem, moriens etiam anulos ei suos tradidit: Pompeium Atticū testamentum adoptauit, omniumq; bonorum reliquit haeredem. Sed fallacia & insidiosi cadaver pop. Rom. ceruicibus reſte circumdatū per uiam traxit. Itaq; nefarius homo filium quidem & haeredem habuit, quem uoluit: funus autem & exequias, quales meruit. Val. Max. lib. 6. cap. 9.

T. BARVLVS Lentulo Spinteri, cuius amantissimum animum, liberalissimamq; senserat amicitiam, decedens, suos anulos perinde atq; unico haeredi tradidit, quem nulla ex parte haeredem relinquebat. Val. Max. lib. 6. c. 9.

BERCHTHOLDI ducis Zeringie, in hereditate, que ad pro-pinquos eius peruentura erat, perfidia summa. Quicquid auri argentiq; habebat facti infectiq; in unam cōsiliam fam curauit, de qua uel inuiti cogereſentur dimicare affines & cognati. Fulgosi.

FALSO. FICTO. SUBIECTO. SUGGESTO.

OCTACILIA Lateranensis legatam libidinis causa pecunia crediti nomine peti. Vide Tit. Creditum rescissum. Cum admodum locupletis L. Minutius Bassillo falsum testamētū QUIDAM in Graecia subiecit: eiusdemq; cōfirmandi gratia potentissimos ciuitatis Romanae uiros M. C. R. A. S. SVM & Q. HORTENSIVM, quibus Minutius ignotus fuerat, tabulis haeredes inferuisset: quanquam euidentis fraus erat, tamen uterq; pecuniae cupidus, facinoris alieni minus non repudiauit. Val. Max.

Sub **DOMITIANO** Imp. bona uiuorum ac mortuorum ut quequaq; quolibet & accusatore & crimine corripiebantur: factis erat obijci qualescunq; pactum dictumq; aduersus maiestatem principis: confiscebantur alienissimae hereditates, uel uno existenti, qui diceret, audisse se ex defuncto cum uiueret, haeredem sibi Caesarem esse. Suetonius in Domit. cap. 12.

Quidam Perusinus Monachi quibusdam testamento reliquerat bona amplissima. **AGNATI** eius multa in monachorum illoſum uitam atq; mores debacchati, persuasere illi, ut testamentum mutaret, & agnatos haeredes relinqueret. At consilio Angeli, monachi litem uicere. Testis ipse in l. fin. C. si quis aliquem testam. prob.

Instituerat quidam haeredem peregrinum hominem. Cum in agone esset, **AGNATI** eius adducit scribam, cui testamenti formulā dicitur, & praesertim curat, & an his assensurū interrogat. Ille importunitate illorum uictus, affirmat. At Paulus Castrensis testamentum prius neiniquam reuocari fuisse per hanc suggestionem eucit, tit. i. l. iudicibus. C. de his qui test. fac. possunt.

Marcus S. L. Liberis nouerum iuenculam certis pactis dotibus superinduxerat. Ei ex morbo decumbenti **AMICI** & consanguinei uxoris insisterunt, ut tertiam partem bonorum uxori relinqueret, & praeterea faceret de horro, quod id se socero pollicitum diceret. Dū res differtur, maior uimorbi Marcus corripuit. Adsumt uxoris amici, & tres Senatores cum scriba Senatus adducunt, interfecturos testamenti ordinationi, quod illum conditurum affirmarant, secundū formulam scripto conceptam, & sigillo ipsius munitā. Ad tertiam partem legatum annuit Marcus: ad praeterea horum uerbis uix intelligibilibus respondit. Querebatur, utrum testamentum ualeret. Hieron. Schurpius centuriæ 2. cōsilio 49. non ualere respondit.

DILATO.

Litiae Augusti sub **TIBERIO** mortuus fuit modicus, testamentum diu irritum fuit. Tacitus Annal. 5.

ANTIQUATO. ABOLITO.

P. Trebonius uiros bonos & honestos complures fecit haeredes: in his fecit suum libertum, is A. Trebonium fratrem habuerat proscriptum: ei cum carum uellet, scripsit, ut haeres iuraret, se curaturos, ut ex sua cuiusq; parte, ne minus dimidium ad A. Trebonium fratrem illum proscriptū perueniret. Libertus iurat. Ceteri haeredes ad eum ad C. VERREM praetorē urbis do cent, nō oportere se iurare facturos esse, quod contra legem Corneliam esset, quae proscriptum iurari uetat. impetrant ut ne iuret. dat his possessionem. At ille libertus, nisi ex testamento patroni iurasset, seclus se facturum arbitrabatur. Itaq; ei Verres possessionem hereditatis negauit se daturū, ne postea patronum suum profectum iuuare: simul ut esset poena, quod alterius patris testamentum obtemperasset. Cicero lib. 3. in Verrem.

Galba Imp. obseruauit ante omnes Liuiam Augustam: cuius & uix gratia plurimum ualuit, & mortuae testamento penē ditatus est. H— namq; quingentos cum praecipuis inter legatarios habuisset: quia uerō notata, non per scripta erat summa, haerde **TIBERIO** legatum ad quinquaginta reuocante, ne haec quidem accepit. Suetonius.

Caio Caligula factus Imp. statim tabulas testamenti Tiberij misit ad **SENATVM**, easq; irritas fecit: quod Tiberius eo tempore sanae mentis non fuisse, cum Tiberium nepotem suum puerum adhuc, cuius ius quidem erat introire in senatum, Imperatorem unā cum Caio designasset: eundemq; Tiberium mox sustulit. Dion in Caligula. De eo sic scribit Suetonius: Tiberius Caesar testamento haeredes aequis partibus reliquit Caio ex Germanico, & Tiberij ex Druso nepotes, substituitq; inuicem. Sed consensu S. P. Q. R. irrita Tiberij uoluntate, ius arbitriumq; omnium rerum Caio, qui Caligula dictus est, penmissum est, tanta publica laetitia, ut tribus proximis mensibus, ac ne totis quidē, supra centum sexaginta millia uictimarum caesa tradaturus.

Nero

Nero trimulus patrem amisit: cuius ex parte tertia haeres, ne hanc quidem integram cepit, correptis per coharentem **CALPURNIVM** Imp. uniuersis bonis, & subinde matre etiam relegata, penē inops atque egens apud amitam Lepidam auertrus est, sub duobus paedagogis, saltatore atq; tonfore. Verum Claudio Imperio adeptus, non solum paternas opes recuperauit: sed Crispi Passieni iutrici sui hereditate ditatus est. Suetonius.

Claudij Imperatoris testamentum **NERO** adoptatus non tantum uiolauit, ut imperij successor esset: sed Britannicum filium Claudij, & sorores eius interfecit. Xiphilinus in Nerone.

IVREIVRANDO. PERIVRI

IN GENERE.

SPARTANOS uelut infidos damnososq;, quibus nec ara, nec fides, nec iusurandum foret; taxat Euripides & Aristophanes. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 10.

DIONYSII tyranni dictum celebratur, sicut pueros talis, ita iuramentis homines decipiendos. Alex. ab Alex. lib. 5. c. 10.

GALLOS & Pnoens nulla iusurandi religione teneri fuerunt, qui ubi uisum fuerit, desistant, nullo rapinis modo aut sauitie praesinito. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 10.

IN SPECIE. PERFIDI IN IVRAMENTO PRAESTANDO, PRAESTANDO, SERUANDOUE.

De Innocentia peruerita.

MICHAEL Cubicularius, cum Zoe regina Romani Argyro poli uxore supri commercio habebat. Imperator ad se uocato Michaelē, de amore reginae interrogauit. Qui omnia inficitus, iuramento per sacra interposito, fidem fecit, dicens se ac execrationibus deuotens, ut regē falleret. Qui cum illi fidem haberet, aliorū sermones calumnias putabat. Ob quam deiterationē, fertur Michael morbo sacro correptus, qui usq; ad eius mortem durauit. Per circuitus enim quosdam animo linquebatur, cum oculorum conuulsione, uolentoq; corporis motu in terram decidens: ad se reuersus, pristinos sensus recuperabat. Quinimo postea quam imperium per Zoem adeptus est, domi plerumq; laetans, custodiam quorundam habuit, qui uela circumquaq;, cum signa perturbatae mentis adessent, obducebant: ne adstantes patientem morbum uiderent. Itaq; tamē cōnochio se inclusit. Cuspinianus ex Zonara.

LVDOVICVS Bosonius filius, Prouinciae ac Burgundiae regis, per Taurinos ingressus Italiam, regnum inuadit. Verum captus a Berengario iuniore, ea conditione dimittitur, ne in Italiam reuerteretur. Paulo post autem oblitus iuramenti, rediens cum exercitu, Veroniam cepit: sed captus a Berengario, oculis & testibus priuatus. Bonifinus.

ELFREDVS, qui conspirationis contra Eustanum Angliae regem princeps habebatur, dum Romae ad altare S. Petri, praesente Ioanne pontifice, sui purgandi gratia iurare congeretur, corripuit, & post triduum mortuus est. Vincentius lib. 24. cap. 63.

GOVINVS Cantianogimi Comes, Anglis mortuo Cando III. Alfredum Ethelredi regis exulis F. reuocantibus, ipsius uirtutes formidans, calumnijs circumuenit, per insidias in itinere necauit: auctoriq; fuit Anglis, Eduardū III. Alfredi fratrem ad regnum uocandi. Eduardus Goduino scelus in fratrem commissum condonauit, eius filiam Editham uxorem accepit, & per ductionis reum in integrū restituit. Verum Goduinus nullo cōsilio effugere potuit meritam supplicij. Accidit, ut Haraldus filius, qui regium poculum mitebat, Eduardo prandenti daret bibere. Is forte uno pede offenso penē lapsus, auxilio alterius pedis sese a casu recepit, stetitq;, uino nequaquam effuso. Tum pater qui cum rege ducumbabat: Nunc, inquit, frater fratrem iuuit. Ad hanc uocem est per locum emissus, Eduardus turbatus animo (nam in mentem ei uenit subito interitus Alfredi fratris) in Goduinum cōuersus ait: Sic mihi meus frater auxilio esset, si per te licuisset. Tū homo facinorosus iram regis ueritus, cepit se excusare, diuinumq; nomen ad innocentiam declarandam, iusurandum adiciendo, perinde quasi cum ignato uerget appellare, dicens: Si unquam, rex, quicquam in necem fratris tui, aut in te machinatus sum, precor, ut Dei nutu istud panis frustum me illic strangueret. Quae ubi dixerat, sumpto pane, subito praeculsi faucibus, suffocatus est: ac ita patricidium morte compensauit. Polydorus lib. 8.

In Amore.

APHRODISIVM iuramentum pro uapno haberi ueteres uoluerunt. Namq; ueteri adagio amantibus uerum iudicare permittum est. Alex. lib. 3. cap. 20. Extat de hoc ipso in Antiquitatibus Ioannis Marchanone, philosophi & medici; an. 1460. Patruj & Bononiae conscriptis, ex tabellis Diuini

sacra lex Tufuraria: quae uim, nequitiam, fraudē amatoibus qualemq; quomodo cūq; quando cūq; erga quascunq; permittit: siue illa a stulto quo dā antiquitatis imitatore ficta, siue ex ipsius Saburra naufragio erepta sit tabula.

De Amicitia, Pace, Reconciliatione.

Consule Tit. Persidia erga hostes, quatenus insinandum saluum. Item Titulum Abiicia.

CLEOMENES Lacon, assumpto uno ex familiaribus suis Archonide, cum confortem & adiutorem sui propositi fecit. Iurauit igitur ei, si uoti compos fieret, se omnia cū ipsius capite tranſacturum esse. Cum uerō potitus rerum esset, officio Archonide caput eius excutum uasi pleno mellis imposituit: & quotiescunq; aliquid agere instituit, oculos in unam deflexit, atq; sic omnia peregit, dicens se pactum nō uiolare, neq; iusurandum fallere. etenim consilium se cum Archonidis capite capere. Aelianus lib. 12. de Var. hist.

L. Sylla occupata urbe, pulsoq; Mario, quod odium plebis leniret, cōsulem creauit ex aduersis partibus **L. CINNAM** deuotionibus & iureiurando adactum, pro se facturum. Ille scandit Capitolium, lapidemq; manu tenens iurauit. Inde execratus in caput suum, ni amicitiam cum Sylla cōseruasset, ita urbe ut exigeretur, sicut ē manu sua excidebat lapis, multis praesentibus lapidem proiecit in terrā. At initio magistratu acturum moliri cepit res nouas, ac iudicium Syllae est machinatus, accusatorumq; apposuit unum ex tribus plebis Verginium. Quo ille unā cum subfellis relicto cōtra Mithridatem est profectus. Plutarchus in Sylla.

Otho Galba, inquit Plutarchus, **OTHO SENATVM** Rom. iureiurando adiecit in sua uerba, tanquam alij essent senatores, aut aliorum deorum cultores. Ita iurauit id, quod Otho ipse & Senatus, quum pro Galba iurasset, non tamē praestiterunt. Ludo. Vines de Concordia & discord. lib. 3.

ROMANVS Lacapenus sancto iuramento, nunquā se Constantino Imp. uel insidias struendum, aut regnū affecturum, promiserat. Sed nō multo post se & coniugē suam, cum filio Christophoro, & nepote, regio diademate ornari fecit. Porro Romanus Constantinum infra se collo calle nō contentus, occasionem quaerit etia Christophori illi praeposendi. Itaq; instructa Bulgarorum turba, ut per seditionem postularer, ut Christophorus ante Constantinum nominaretur: quasi propter motum illum, necessitati parendū esset scilicet, postulat illorum annuit. Deinde etiam duos reliquos suos filios ante Constantinum saluari iussit: & primus quintus est factus, eiq; minor etiam Romanus praepositus fuisse, nisi ante deceisset. Ita indigna Imperator, ad quem hereditario iure imperium pertinebat, instar adscripticij fuit. Zonaras tomo tertio.

ANDRONICVS Comnenus Alexium puerum quindēcimi annorum clam interfecit, praeter iurandi fidem, quam usu cenae dominicae in frequenti totū confirmarat: Nicetas in Annalibus, & Cuspinianus.

EDOUARDVS IIII. Anglorum regno ab Henrico VI. pulsus, Caroli Burgundi ope in insulam reuersus, Eboracum contendens, non regni, sed principatus auiti Eboracensis recuperandi causa se uenisse dicebat, & a suis ciuibus se recipi ut ducem, postulabat. Cuius spe praemiorum dicitur ad pacem uenerunt, ut si Eduardus iuratus promitteret, se eius suos benignē accepturū, & Henrico regi in posterum dicto fideliter audientem fore, eum reciperent mōnibus, opibusq; iuuarent. His conditionibus laetatus Eduardus, postero die prima luce facta per sacerdotē ad portā, qua urbem intraturus erat, re diuina, inter sacra urūq; se sanctissimē seruaturum iureiurando promittit, ac ita urbe recipitur: qui tamen tantum aberat, ut alterum seruare in animo haberet, ut etiam nihil prius sibi curandū, quā Henricum persequendū, de regniq; possessione deturbandum statueret. Nam urbem ingressus, deposta omni iurandam memoria, eam praesidio firmavit, & ne aliquid in ea inuouaretur, copias auxit, Londinumq; profectus, Henricō capto regnum recuperauit. Polydorus lib. 24.

Cum **Carolus VI.** Francorū rex ob aegritudinem a recto sensu aberraret, & de regni administratione orta contentione, Burgundiae dux Ioannes per noctem, in Parisiorum urbe, Aurelianensem ducem interim curasset, magni motus in regno orti sunt. Re tandem composita, et postea Burgundus dux, atq; Carolus VII. Delphinus affinitate se deuinxerunt, inducta iniuriarum obliuione, quā iureiurando supra Christianam hostiā confirmauerunt: tamen cum in colloquium ad urbem Monasterium contuissent, in ponte ipso suuū Ionae, Carolus Burgundiae ducem occidi iussit, atq; sine ullo honore tumulauit. Fulg. lib. 9. cap. 6.

LADISLAVS Vng. rex quum ad oppidū Themesuarum peruenisset, quod Ladislaus Io. Coruini maior nati F. cū praesidio tenebat: Elisabetha Coruini uxor, unā cū Mathia filio

De Expeditione suscipienda.
 Germani proceres Caesarem delegerunt RODVLPHVM Comitem Habspurgensem: expresseruntque, ut proficeretur in Italiam diadematis causa intra annum profecturum. Duo deingenti imperavit annos, nunquam Italiam ingressus, semper nouas occupationes publice cautas: sed apud amicos non dissimulans se ab Italia deterreri, quod Caesarem in Italiam uestigia, laeta, magna, plenaque boni spei uideret: ex Italia uero referentia, & foras uersa, tristia, misera, luuosa. Aemil. lib. 7.

De Viduitate seruanda.
 EVDOCIA Constantini Ducæ Imp. uxor, iurciurando marito morturo promiserat, à secundis nuptijs se temperaturam: ac in syngrapham iurauerat: quæ patriarchæ Ioanni Xiphilino custodienda data est. Sed Romani Diogenis amore inflammata, cum eum & Imperatorem & maritum expectaret, callidè syngrapham à patriarcha recuperari: Eunuchum quemdam subornans, qui diceret, Imperatorem suum à fratre nepotis amore captum esse, nihilque restare, quam ut chirographum reddat, quod iurciurando soluatur. Annuo Pontifex, & persuasus senatoribus, iurciurandi chirographum Imperatrici remisit. Quo illa accepto, nupsit Diogeni. Zonaras.

CERTAMINE PERFIDI IN CERTAMINE OBEVNDINO.

PARIS certis legibus prouocatione fecerat in hunc modum: Me uero in medio forem simul & Menelaum. Ve pro Helena atque opibus pugna committite cunctis. Decernamus: utri uictoria cesserit ista, hic Helenam simul & fortunas auferat omnes.

Iterumque HECTOR omnibus eius prouocatione pronuncians & proponens, pene iisdem uerbis utitur: Troiani reliqui cunctique, edicite Achium. Arma sua ut terra ponaant in luxuriosa: hic uero in medio fortis simul & Menelaus. De cunctis pugnent opibus: Victorem mulier simul & bona cuncta sequantur. Comprobata à Menelao conditione, pactum iuramento firmarunt, & auctor intercessit Agamemnon: Si Paris afficiat fortem letho Menelaum, ille exemplò Helenam ducat secum & bona cuncta: Si uero occidat hauius Paridem Menelaus, uxorem simul & fortunas auferat omnes.

Cum igitur superasset, non tamè occidisset Paridem Menelaus, repetita utriusque alterius partis postulatione urgebant uerba hostium: atque hi ut uictò Paride repetebant, illi ut uero occiso non redderent. Plat. lib. 9. Quæst. conuualium 13.

PHILENORVM fratrum Carthaginensium perfidiam erga Cyrenenses, in promouendis agni terminis, pect ex Tit. De uoti pro patria.

BARTOLVS & BALDVS Iurecofs, ea inter se contentione decertarunt, ut Baldo corruptorum iuris Codicum crimen à quibusdam imputeretur. Id quod Ioan. Eichardus iniuris Iurecofs. annotat. Certaminis summam hanc esse edicte Basilii Amerl. C. claris. Si creditor pactus sit, ne liceat debitori pignus uendere, & is uendiderit, quaeritur an ualida sit uenditio? Negat Bartolus, motus l. si creditor, §. fin. de dista pignor. E contra Baldus ualere putat, eodem §. motus, quem diuerso modo à Bartolo legit. Verba §. sunt hæc: Quæritur, si pactum sit à creditore, ne liceat debitori hypothecam uendere, uel pignus, quid iuris sit: & an pactio nulla sit talis, quasi contra ius sit posita, id eoque uentri possit. Et la sit talis, quasi esse uenditionem (sic legit Bartolus: Baldus uero Conuentionem) ut pactio sit. Bartoli lecturam ut uenditionem legamus, comprobant pandectæ Florentinæ (quæ olim Pisanæ fuerunt) Nullam esse uenditionem se pignoris, ut pactio à creditore apposto stetur. Baldus autè Nulla esse conuentionem (inter creditore & debitore) de pignore nõ alienando, ut pactio, id est, uenditionem stetur. Baldus ergo, si corrupit explearia, pro uenditione substituit Conuentionem. Certaminis meminit Bartolus §. fin.

De Odio, Inimicitia.
 Candianus Venetorum dux ex tribus filiis, medium Petrum nomine sibi collegam cooptauit. Is non multo post in tantam prouectus est insolentiam, ut patris uiri optimi consilia aspernatus, facinorosus aliquot homines ad aperta seditionem in ciuitate mouenda sollicitare sit ausus. Patres ferè omnes seni fauebant: seditioni & stulti atque nõ ad eum multi temerarium iuuenem sequebantur: eo usque diuersa utrorumque studia pro cesserunt, ut parum absuerit, quin media urbe sit inter ciues dimicatum: omni clero ac primoribus VENETORVM se uultu iurciurando altringentibus, neque patre uiuo neque mortuo passuros se Petrum Candianum, hominem seditionum, in eum principatum, unde meritò esset electus, aliquando adductum, ac dignum capitali supplicio à populo iudicatum, sed patre illius mortem deprecante in exilium actum. Exul ad Guidonem Berengarij filium se Rauennam contulit. Hoc annitente, à Berengario exul imperauit, ut Venetos, quorum iudicatus esset hostis, hostiliter insectari liceret. Sex naues ad hoc ipsum illi date à Guidone, quibus instructus breui tempore aliquot Venetas naues circa Raenennæ litora oppressit. Quo seclere ita pater affectus dicitur, ut mœrore & ægritudine nimia intra paucos dies exspirauerit. Inde publico decreto Candianus ab exilio reuocatus, contra cleri & optimatum iustitiam Dux patri furrogatur. Sed neglecti iuramenti ciuitas mox tyrannica Ducis administratione publicoque incedio, Petrus sita in patre ac patriæ temeritatis meritis pœnas luerunt. Sab. lib. 3. En. 1.

De Obedientia.
 Anno sal. 796. Caroli Magni auctoritate induci ROMANI iurauerant, se in posterum in pontificis potestate & obsequio futuros. Tamen post biennium conati sunt se in libertatem asserere, & Republicæ ac Senatui ascribere ea quæ Caesaris nimirum Constantinopolitani essent. Id molestè uoluit Leo tertius pontifex: nam ipse sperabat se potiturum illis bonis. Comprehensus à Rom. oculo altero priuatus est. Mox ad Carolum Magnum in Galliam confugit: cum ille restituit, & uno die 300. patricios securi percussit. Murius lib. 9. & Eutropius.

De Silentio.
 BATTVS mercedem pactus de Mercurij furto reticendo, si dè fallit. Vide Tit. Abigeorum.

ANIMI BONORVM INSIDIATORES, Corruptores.
 §. VIRTUTIS in genere. *Consule locum Institutionis uirtutis in genere, in specie Magistrorum Anaristæ, Libulinus, &c.*

§. PVDICITIAE. *Vide Tit. Raptorum, Lenonum.*

§. HUMANITATIS. *Sub Crudeletrati loco magis pro cuiuslibet uirtutis sententia explicauimus.*

§. INIUSTITIAE. *Huc Titulum, Iniustitiæ magistri.*

HOMICIDAE, INTERFECTORES HOMINVM.
 Complectitur hic Titulus omnes eos qui contra fas hominem occidunt. Illustrabitur autem ex Tit. Perfidie erga principes, coniuges, parentes, &c. item ex Tit. Perfidie & uindictæ nimie erga hostes, quatenus homicidium habent iunctu. Latrones quinetiam huc pertinent, qui eos quos spoliant interimunt. Consule Tit. Insidiatoru & Monomachie occultæ. ite, Tempia cade profanata.

CVR. VTPVTA CAUSA REGNI, IMPERII.

THERIVS princeps Alinum Gallum insignè oratorem, nulla manifesta de causa interfecit. Suetonius.

PREXASVS iussu regis Cambyssis, Smerdem eius fratrem interfecit Suis in uenatione, aut (ut alij uolunt) in mari rubro incantatum submersit. Herod. lib. 3.

CASSANDER Antipatri filius, post mortem patris uti succederet, Olympiadem cum Arideo priuigno, & Herculem interfecit. Volater. lib. 13. cap. 3. Anthrop.

DOMILCAR Iugurthæ regis Numidarum intimus, Massiam Guluffæ F. Massinissæ nepotem, qui Iugurtha omnium odij laborante, à Senatu regni petiturus & imperatorem uidebatur, ex insidijs Romæ interfecit: & licet publicè uadatus esset, profugit. Ille eidem Metello Iugurtham iam armis prosequente, adiuncto sibi Nadalsa uiro nobili, regi capitales stuxit insidias: pro cesseritque: haud dubie illis consilium, nisi Bomilcharis literæ ad Nadallam date, indicium fecissent, ex Nadalæ dormientis cubiculo à seruo subtraxit, & ad regem delata. Quo accidit, ut Bomilchar & omnes destinares cædis, confecti, confestim sint supplicio affecti. Sabellicus lib. 1. & 2. En. 6.

CONSTANTINVS junior Ablabium, quem parens illi Imperij rectorem adixerat, ut solus imperaret, interfecit. Euanapius in uita Aedest.

GRIMOALDVS dux Taurinatium, Godobertum filium Ariperthi regis Logobardorum dolo interfecit. Siegb. in Chron.

LI BIDINVS. DAVID Iudæorum rex, uiam militari uirtute ac fide insignè uirum (Berthabæ uix coniugis amore inflammatus, quæ ueniat illo potiri desperabat) ut explere libidinem posset, qua nimium stimulabatur, aduersus Philistæos, quibus eum bellum gerebat, uiam misit: atque ad militares duces suos in castra perscriptit, ut uiam in eas expeditiones mitteret (eum enim aduersum se conspirasse criminabatur) unde regredi non posset. Simul cum mendacio eadem atque aduersionem insigni prodicione perpetravit. Fulgosius lib. 9. cap. 6.

EDGARVS Anglorum rex, ut Alfreda potiretur, Ethelwaldum eius maritum necauit. Vide Tit. Legati perfidi.

AEVVLATIONIS. IOBYVS Dauidis polemarchus Amasam, quasi osculari eum uellet, item Abnerem, uiros fortissimos, æmulatione illorum uirtutis occidit. 2. Reg. 20.

APPIVS Claudius decemuir, non sine collegarum consensu, L. Sicium cum exercitu aduersus Cusulum inuadit, legatum misit: curauitque: ut qui eum in castra sequebantur, cum eo per noctem ad explorandum castrorum locum profecti, se in hostium insidias incidisse fingerent, atque ita eum occiderent. Fulg. lib. 9. cap. 6.

CVOS. INTERFECTORES REGVM.

FABIVS Fabulus caput Galbæ Imp. amputatum sinu occultauit, & ad Othonem detulit. Suetonius.

OPTARVS miles Gothus à Virige rege condactus, Theodatum regno deiecit, cum Roma Raueñam fugeret, in solore resupinatum, & instar uictimæ nihil resistantem trucidauit. Procopius.

LANDERICVS Chilpericum Gallorum regem, Fredègundis adulteræ suauis, noctu à uenatione domum redeuntem in saltu quodam obruncauit. Michael Ritus Neapolitanus lib. 1. de Regibus Francorum.

THEODORVS Lascaris Petrum Altiisiodorensis Imperatorem Constantinopolitanum iam clemum, in conuiuio gladio interfecit. Volater. lib. 23. Anthrop.

BRETIS AVS II. Bæmorum rex, sub Natalem domini uenationis causa Stebnam, ut sepe, uenerat, unum & alterum diem hilaris & securus. Ac rursus ad tertium diem uenatum educit omnes, pœnamque: in syluis à mane usque ad crepusculum noctis, ita ut necesse habuerint lucernas & faces accendere, qui Principem, necubi aberat, in pagum deducebant: nihil minus quoquam tunc illorum, quam de insidiatore cogitante, cum subito LORECVS Verfouicentis, Mutinæ & Bofej gentiliūm (qui prodicionis causa bonis exiit apud Polonos exulabant) instinctu, clam de latebris erumpens, uenatoribus se, quasi unus ex illis esset, immiscet, principemque: à tergo cum arcu tacitus affectatur: & antiquam pagum attingeret, ut tanta in illum sagittam dirigat, ut in alteram corporis illa partem transuolaret. Insidiatorem tandem in quodam prærupto loco, in quem per nebras unà cum equo iciderat, inueniunt. Ceruus equi fracta fuit, ipse enim confossus suane manu, an casu de uagi na ense excidente, non satis constat. Bretislaus ad tertium diem superiuit. Dubrauius lib. 9.

AMICORVM. ALEXANDER Macedo uinolentus præcipuos amicos in-

terfecit: Clitum, qui in mensa Philippum Alexandro prætulit, Philotam, Parmenionem & Callisthenem, Aristotelis propinquum, quem inter carissimos habuerat.

PARENTVM. *Vide Titulum Parricidarum.*
 FRATRVM.

PELEVS occiso per ludu disci Phoco fratre, & propterea ab Acaco patre in exilium pulsus, ad Euryonem Iri F. se confert, eiq; supplex fit, & cædis causa expiatur. Hunc Pelcus postmodò in uenatione, aprum ferite dum intendit, imprudens interfecit: profugusque ad Acastum peruenit. Is eum (quod uxor Peleum, à quo frustra concubitus expetierat, ad maritum de sollicitata sua pudicitia accusasset) in Pelio monte solum destituit. Peleus oberas ad Chironem uenit centaurum: ab eoque, supplex imperat, ut in antrum recipiatur. Inde multis ouibus & bobus collectis, ad Irum pergit, eaq; cædis nomine pro multa offert. Cum recufaret Irius: Peleus ea, oraculo monitus, custodiens uacua dimittit. Ibi lupus ea inuadit atque deuorat, isque lupus diuino iussu in saxum mutatur, quod diuinitimè permanit inter Locridem & Phocidem. Ex Nicandri primo Alteratorum, Antoninus Liberalis.

CVO MODO. VEL VI APERTA.

P. Clodius à MILONE interfecit. Vide Tit. Similitatis collegarum in repub. administranda.

CINNA, & C. MARIVS, post bellum in urbem recepti, cædibus omnia compleuere. Inter quos Gn. Octauium consulè, M. Antonium oratorem, L. Caesarem iugularunt, eorumque capita in rostris posuerunt. Volater. lib. 14. cap. 2. Anthrop.

L. BALLEIENS centurio, Catilinæ auunculus, Lucetium Afellam, consulem contra uoluntatem L. Syllæ pretentem, occidit in medio foro. Pedianus.

DOLABELLA partium Caesarianarum, Trebonium, unum ex Caesaris percussoribus, Smyrnæ crudeliter interfecit, ex quo hostis à Senatu iudicatus est. Volateranus lib. 13. Anthropologia.

CLAM, EX INSIDIIS. SICARIJ. Cum uenisset in Iudæam Festus procurator sub Nerone, offerdit totam afflictam à latronibus uicos passim populatibus, quorum ferocissimi appellati SICARIJ, tunc ad maximum numerum excreuerant, ut ètes gladiolis instar acinacis Persici incuruis, quales ficas Romani nominant, unde latronibus ipsis cognomen est inditum, multorum uerbum infamibus: qui, festis diebus admixti turbæ undique, in urbe confluenti religionis gratia, nullo negotio quotquot collibisset tollebant de medio: aliquando etiam armati inuadebant inimicorum uicos, direptosque: tradebant incedio. Iosephus lib. 20. cap. 7. Antiq.

OPILLIVS Macrinus (ut scribit Aurelius Viator, & Capitolinus) libertini generis, uenali fide, Caracallam Imperatorem sumum, dum ex equo mingendi causa descendisset, in secessu interfecit. Volateranus lib. 23. Anthrop.

EDRITVS Anglus, ut Canuto Danorum Angliæ regi, qui in regni societatem Edmundum admiserat, totum regnum assereret, clam in cloacas regias, ad quas Edmundum alui soluendæ gratia commutare solebat, ingressus, uerit ferreo Inghen Edmundi percussit, celerimeque se subducens, ad Canutum accurrit, regem eum salutans totius Angliæ: facinusque: suum enarrant, id quod ipse multo tempore optasset, iam tandem effecisse se ait: manu sua sustulisse Edmundum professus. ac tantæ rei dignum præmium Canutum postulat. Canutus etsi æmuli morte ex animo non dolebat, medio in foro Edrutum suspendit, meritasque: pœnæ dare coegit. Eo factò & suspicionem à se omnè cædis auertit: & conciliatis reliquis, regnum totius Angliæ maximo omnium consensu adeptus est. H. Boethius lib. 12.

SIMVLATA AMICITIA. CALIPPVS, quo pugione amicum simulans interemit Dionem, eodem post ipse ab amicis sublatu est. Plutarchus de tarda Dei uindicta.

Caco & Thasso Gisluphi Foro iulienis ducis, à Cacao Auarum rege occisi, filij, in patriam quasi possimilino reuersi, ducatus administrationem susceperunt. Il ultra patriæ fines eam Germaniæ partem suæ ditionis fecerunt, quæ hinc uulgo Zelia dicitur, olim Iulia. Quam opibus & celebritate florent, miraque: concordia ducatu administrarent, GREGORII Romani patricij fraudè perierit: quos ille qui ad se Opitergium magnis pollicitationibus traxisset, ubi oppidum ingressi sunt, ostendit clausis portis eum delecta comitum manu trucidauit. Nè inuenens fortissimi inulti perierit: sed ubi uim aperta fieri uiderit, illico stridens ensibus, aliquandiu pro salute decertauit: mox uero omni euadendi spe amissa, ne inultu id hosti foret, factò in oppidanis impetu, ingen-

tem strage edidere, donec fortiter dimicatio occubuerunt. Thafionis caput Gregorio allatum est, cui ille, ne periturus uideretur, barbâ rasi: ea enim spe Thafionem ad se traxerat, ut ubi primam iuuenti barbâ rasi dedit, in hæredem, ut mos gentis fuit, uideretur habiturus. Sab. de uictu. Aquil. lib. 4. Olo, Siuanu Noruagie regis filius, ex Haraldii Suecicæ regis germana, animi corporisq; dotibus præpollens: adeo uultu effecit, ut quod alij armis, ille oculis ageret in hostem terredo: Vermorû regis filia ambiens, oculorum fulgore ita affecta, ut subito conderet, nec nisi demissis oculis ab ea conspic-

posset. Cùm Danorû procerû cõspiratione STARCATHIRVS eius ob tyrannidē occidenti consilium cepisset, ingreditur ad regē in balneis nudus, ipse ferro succinctus. Rex ingredientem acriorib. oculis intuius, statim repulit: inuictu alloqui uirū. Sed mox ad se rediens, uirum per bella nū & armis fortissimum, ab eunte iussit reuocari, arbitratu magni aliquid allaturum. Vbi rediit, oculos rex submisit. Quid est, inquit, Starcathere? quid affertis? ille distichofeno assurgente transfuerat. Cranzius libro secundo Danicæ, capite 12.

FVRES.

Iniustitia hic solius habetur ratio. Quatenus autem uel opum, uel honoris cupidine ad furtum instigantur, sic ad Auaritiam & Ambitionis locos pertinebunt. Religiosa furta ad Superstitionis locum referenda. Consule Tit. Astuti fures.

LITERARI FVRES. FVRTA LITERARIA.

CELVSVS ex cohorte Tiberij Cæsaris, aliena pro suis edere solebat. De quo sic Horatius in Epistolis: Quid mihi Celsum agit, monitus, multumq; monendus, Priuatas ut querat opes, & tangere uicet Scripta, Palatinus quæcumq; recepit Apollo: Ne si forte suas repetitum uenerit olim Grex auium plumas, moueat comicula risum Furtiuis nudata colonibus.

Cùm Homerus Phocæam uenisset, erat ibi quidam ludimagister THESTORIDES, homo fidei parum probare: hic sub odorata poesi, paratū se inquebat uictum ei suppeditare, si carmina, quæ meditatus esset, describere pateretur, & alia subinde faciens, ad se deferret. Homerus necessarium indigens, commoratus est apud Thestoridē, & minorem illam fecit Iliadem, cuius initium est:

Phocidem quoq; Phocenses apud se condidit ab Homero afferit. Iam uerò Thestorides, ubi pleraq; ab Homero cõmunicata descripsisset, in Chium concessit: ubi erecto ludo, carmina illa pro suis euulgat, egregiâ simul laudē sibi parauit, & fructum haudquaquam uulgare. Herod. in uita Homer. Eupolidi Comico EPHIALTES seruus fabulas quasdam furripuerat. Eum in furto deprehensum Augæas Molossus canis, ab Augæa Eleuino dono datus Eupolidi, mordicis arreptum tandem interfecit. Aelianus.

ERIPHVS in fabula Melibœa integros uersus Antiphanis ab Athenæo dicitur furripuisse. Gyrald. in hist. Poet.

MENANDER nouæ comediarum princeps, antiquorum poetarum fur fuisse dicitur ab Eusebio & Porphyrio. Qua de Aristophanes grammaticus eum amicē sæpè monuit. Cratinus de Menandri furtis sex libros edidit. Clemens quoque in quinto libro Stromaton, eum multa ab Hebræorum poetis desumpsisse ostendit. Testatur idipsum Eusebius Pamphilus. Gyraldus Dialogo 7. hist. Poetarum.

Aristophanes comicus, cùm à Ptolemæo Philadelpho inter poetas certantes arbitri constitutus esset, præter omnium expectationem uictorem eum declarauit, qui & regi & spectatoribus ineptissimus esse uidebatur. Causam rogatus, cum rege in Bibliothecam profectus, RELIQUORVM furta detexit: & eum quem uictorē declarauerat, ob idipsum, quod sua attulisset, præmiū auferre uoluit. Virruuius lib. 7.

EVGAMNVS Cyrenæus poeta, eo tempore Theogoniam scripsit, quo Panathenæa ab Atheniensibus celebrari cepta sunt. Hic integrū uolumen de Theoprotis à Musæo furto sustulit. Gyrald. Dial. 3. hist. Poet. ex Clemētis l. 6. cõtra Gētiles.

Solebat CALLIPHANES poeta diuersorum carminum & orationū initia cõscribere, ad tres aut quatuor uersus, eaq; pronuntiare & ostentare, ut multificus uideretur. Rauiusius.

DEMETRIVS Latinus poeta, ab Horatio ridetur, quod aliena carmina surripere, & pro suis cantaret: unde & Simius dicitur ab eo, cùm ait: Simius iste

Nil præter Caluam & ductus cantare Catullum. Ad FIDENTINVM, Marcialis Epigrammarum lib. 1. Quem recitas meus est, ô Fidentine, libellus. Sed malè cum recitas, incipit esse tuus.

Et iterum: Nostris uersibus esse te poetam Fidentine putas, cupisq; credi? Sic dentata sibi uidetur Aegle, Emtis ossibus, Indicoq; cornu. Sic quæ nigrior est cadente moro, Ceruiffata sibi placet Lycoris. Hac & tu ratione, qua poeta es, Caluus cùm fueris, eius comatus.

Rursus ibidem: Fama refert noströs te, Fidentine, libellos Non aliter populo quàm recitae tuos. Si mea uis dici, gratis tibi carmina mittam. Si tibi tua uis, hæc eme, ne mea sint. Philosophorum.

STOICI non unam aliquam, aut alteram à Peripateticis, sed totam ad se philosophiam transfulerunt: atque ut reliqui fures, earum rerum, quas epeunt, signa commutant, sic illi, ut alienis sententiis pro suis uerentur, nomina tanquam rerum notas mutauerunt. Inquit M. Pilo apud Cic. lib. 5. de Finib. Victorius lib. 7. Var. lect. cap. 7.

CHRYSIPPVS Solensis alienis plumis opera sua exornate solebat, ita ut in quodam opusculo totam Eurpidis Medæa inferuerit. Vnde cùm quidam in manibus habens librum, interrogaretur, Quisnam in esset? Chryssippi Medæa, respondit. Apollodorus centē de eo sic scribit: Si quis tollat Chryssippi libros quæ aliena sunt, uacui illa chara relinquatur. Laert. lib. 7. & Volat. lib. 14. cap. 2. Anthrop. Cameades eum furem & parasitum appellabat, quod scripta Epicuri iisdem uerbis & numeris furaretur.

CN. FLAVIVS, libertinus & scriba Appij Claudij, librum Astionum ciuiliū formulas continentem patrono surreptum, populo exposuit: eaq; re populū sibi tribu denixit, ut & qdilis & tribunus fuerit factus. Vide Tit. Legillatorem.

BARTOLVS Iurecõssiprinceps, ueterum nominibus præmissis, eorum inuenta sibi ipsi attribuit, præcipuè Nicolai de Maurellis Mutinensis dogmata: ut ex Angelo & Castellan recitat Richardus in eius uita.

IOANNES Andrea Bononiensis, in Iure canonico excellentissimus, multa ex consilijs Oldradi Laudensis sibi uendicauit, suppresso auctoris nomine. Quapropter Baldus eum in ignem furem alienorum laborum esse exclamat, & furta eius prodit. Richardus in eius uita.

LEONARDVS Arctinus, Procopij Gothicam historiam ad se uersam, suppresso auctoris nomine, tanquam suam, & uariis historicis hinc inde collectam, Iuliano Cæsariano cardinali, qui ad Varnam ab Anurathæ cæsus perijt, dedicauit. Sed illius furū Christophorus Persona Romanus detexit, qui Procopium latine loquentem fecit. Ionius in Elogijs, & Cuspinianus in Iustiniano.

FVRES HOMINVM. ET VEL LIBERORVM. PLAGIARI.

Cùm ob remp. benè gestâ Athenis in magna gloria esset ANDOCIDES orator, affectauit naucleriam, fuitq; ei cum Cyprorum regibus multisq; aliis claris uiris hospitium. Pueblam eum, Aristidis filiam, consobrinam suam, in seipis propter iniquitatem, euexit, ac regi Cyprorum dono misit. Hac de re eum periculum ei crearetur, iuratus eum furim ex Cypro abduxit, capulq; ad regē & in carcerem datus est. Ex quo eum profugisset, uenit Athenas, quo tempore quadringenti tyrannorum potiebantur: a quibus in uincula datus, deuoq; post elapsus, conuulsa paucorum ditione, postquam summa rerum peruenit ad triginta tyrannos, in exilium iuit. Plutarchus in uita Andocidis.

CONRADVS Raufes, nobilis Saxo, cùm paterna hæreditate à Friderico duce Saxonie exutus esset: Altenburgi Misnie arcē, in qua duo filij Friderici impuberes, Ernestus & Albertus, educabantur, pædagogum pro ditione conscendit: mortemq; interminatus, si uocem eiderent, funibus colligatos extraxit: haud dubius, quin perductos in Boemiam magno precio uenderet. Iam syluâ Hercyniam (quæ Boemiam à Saxoniam diuidit) ingressus erat, & periculum omne euasille puabatur, cùm alter fratrum labore ac fame deficient, quietem simul & cibum poposcit. Cuius precibus commotus prædo ad carbonarium diuertit, afferriq; panem ac ce-reuissiam iussit. Interea Altenburgi es cognito facinorator-

ma cepissent, & prædonis uestigia infectantur. Syluam ingressi, fortuna duce, inter multos trames eum sequuntur, qui rectâ duxit ad carbonarium. Ibi Conradus ex improuisione capitur, & oblatu principi, audacissimi sceleris capite potus soluit. Fridericus eodem penè nuncio, quo captos atq; abductos filios audiuerat, recuperatos & domum redactos didicit. AENEAS SYLIUS cap. 32. Europæ.

TYTIGIAS plagarius quispiam fuit, q feruos & res alienas, quas furto sustulerat, in Pylæa (is est Arcadiæ locus) uenditare consuecit: atq; hoc quæstu diues euasit. Aucto Zenodorus. Erasmus in Adagijs.

FVRES ANIMALIYM. ABIGEI.

Antiquo seculo, cùm uita mortalium adhuc esset pastoralis, prima belli causa erant abacta pecora: quemadmodum eleganter indicat Homerus Iliad. 6. de pingens Achillis clypeum: Τὸν δ' ἔπειτα ἀπαλόδωκε ἄλο στυγροὶ θεοὶ λαόν, Διὶ δ' ἄρ' ἔπειτα κλέδα ἰδάλωτο κ' ἔλαυες βῆς. Οἳ δὲ τὰ μὲν ἀποκτείνοντο, θύια δ' ἄρ' ἔπειτα ποιεῖται, Τετραῖοι στυγροὶ, θόλον δ' ἄρ' ἀποκτείνοντο. Οἳ μὲν τὰ στυγρὰ ἄντες ἰπὶδ ἑαρον ὄντα δ' ἔπειτα τήμον δ' ἀμφὶ βοῶν ἀγέλας κ' πᾶσαι ἠελὼ Ἀρβύρων ἴων, κτῆνων δ' ἔτι ἠηλοκότῆρες.

Reliqua quæ sequuntur. Quos uersus ita uertimus: Dehinc procul his speculatoribus populi uisus & alter Obstruant, si fors uideant ouium uocem & Agmina. At hæc cõfessim adsumt, quæ post sequuntur Pastores duo, demulcentes peçora canis, Ignari fraudis: coacta illi ex composito mox Accurrunt, armenta bouum, niue osq; bidentum Cõcidere greges, caesis pastoribus. Ipsis. Erasm. in Adagijs.

CYVS Vulcani filius, boues & arma furabatur in Aëtino monte: quæ uersus uestigijs cauda trahebat in sua spelunca, ut furtū non agnosceretur. Hinc Hercules dedit morti. Argus Phrygi F. & Perimele Admeto nata, filii habebat Magnete nomine, a quo uicina Thessaliæ regio Magnesiæ nomen obtinuit. Filius ei fuit Hymeneus, excellenti forma. Hic cùm Apollo canentem audiuisset, amoremq; eius correptus à domo Magneti non discederet. MERCVRIVS armento bouum Apollinis, quod iuxta boues Admeti pascebat, insidias tendit. Ac primum quidem canibus armenta ea custodiens, ueterum anginamq; immittit. Mox buculas abigit duo decim, boues centum, taurum unum: caudis singulorum aliquid sylvæstis materie appendens, ad delenda bouum uestigia. Egit armentum in Peloponnesum per Corinthum & Larissam, Tegeam usq; inde secundum Lycæum & Menalum montes ad speculam Battii. Habitabat is Battus in summo scopulo. cumq; luuencorum qui præter agebantur uocem exaudiuisset, domo egressus, sensit eos esse furiosos: pastusq; est mercede silentium, de ijs recitendū. Eam Mercurius iurato se nemini de his quicquam relaturū Battu stipulatur. Mercurius cùm eas in spelunca Pronis ad Cocyphasium abdidisset compulsas, quæc est eregionē Siciliae & Italiae: ad Battum mutata forma reuertitur, periculū facturus, an is iuramentum esset seruaturus. Data ergo mercedis loco chlæna, percontatur, anne furiosus boues præterגי uidisset? Ibi Battus chlæna accepta indicium facit de bouibus. Mercurius bilinguam eum esse indignè ferens, ad actū baculo in saxum commutat, quod & frigori & æstui omni est obnoxium. Locus adhuc hodie ab ijs qui trahunt, Battii appellatur specula. Antoninus Liberalis ex Heciodi magnis Excis, Didymarcho libro Metamorphoseon tertio, Antygon Alterationibus, & Apollonio Rhodio in Epigrammatibus ut Pamphilus lib. 1. ait.

Idem de DIONE: Eὐπρόδου ἐπέεθ' ἴδων, οἷα χέρας, ἔν τε ἐὶ ἔρατι κλέβης, οὐ ἀνδραγαθίας, ἀλλὰ δ' ἰδὼν ἐκείθην.

Idem de DIONE: Eὐπρόδου ἐπέεθ' ἴδων, οἷα χέρας, ἔν τε ἐὶ ἔρατι κλέβης, οὐ ἀνδραγαθίας, ἀλλὰ δ' ἰδὼν ἐκείθην.

Idem de DIONE: Eὐπρόδου ἐπέεθ' ἴδων, οἷα χέρας, ἔν τε ἐὶ ἔρατι κλέβης, οὐ ἀνδραγαθίας, ἀλλὰ δ' ἰδὼν ἐκείθην.

FVRES FORTVNARVM IN GENERE.

Iurecõs, dixerit furta per lancem & licium manifesta, quod fures qui in alienas penetrabant ædes, plerunq; (ut est sagax furum solertia) licium ferebant, quo furta alligarent, & lancem præ oculis, ne innotescerent. Alex. lib. 6. cap. 10. Furaces homines Apændij citharistæ Græcis uulgò dicuntur, quod ut hi carminis, ita illi furtores essent occultatores. Batetur Asconium ad agionem etiam in illos aptè dici, qui multum intestinis suis commo dis cõsulunt præter honestatem. Erasmus in Adagijs. EFFRACTORES qui uel fores parietesue effringunt expulsi causa, uel carceres. AETOLYCVS Mercurij & Telauges Luciferi filia F. pater Anticleæ matris Vlyssis, à patre Mercurio donū accepit fu-

randi artem, & ea quæ furto sustulisset peregrino colore obducendi, ne deprehenderetur. Eustathius Iliados 2. Autolytus furum ingeniosus ad omne. Qui facere assuerat, patriæ non degener artis. Candida de nigris, & de candentibus arca.

TAVROS Scythas Herodotus scribit in Melpomene furandâ licentia sibi uictum comparare, atq; item ex bello. Aucto Pto. lib. 8. de rebus, id est, Lydos ostium claudit: de furacibus dicebatur, quod LYDI non discederent, nisi re quapiâ sublata. Erasmus.

ARGIVI antiquitus furacitatis infamia laborarunt: unde adagium, Argiui fures. Suidas.

AMASIS Aegyptiorum rex, cùm adhuc priuatus ageret, potandi iocandiq; cū diacitate studiosus fuit, & neutiquam rerum agendarū anxius. Quoties autē eum potantem ac se oblectantē, necessaria defecissent, solebat circumcūdo furari. Ac cùm reposederet ab his, qui diceret eum ipso habere pecuniā, ac negaret: adducebatur ad oraculū quocumq; eo in loco esset, & frequēter ab oraculis conuictus, frequēter absolutus fuit. Postquā asecutus est regnū, quicunq; dii eum furti absoluerant, illorū templa neq; curæ habuit, neq; ulla re donauit, tanquā nil mereretur, q redderet falsa respõsa. Qui autē eum pronūciauerant fure, hos tanquā uerē deos, nec mēdacia reddētes oracula, maximè coluit. Herod. lib. 2. Apud SPARTANOS, puerosum præfectus, qui leni dicitur, pueris imperat grandioribus, ut ligna adferat, & olera minoribus. Fertunt furto, partim ex hortis, partim in uirorum conuiuia perastute & caute irrepentes. Deprehensus multa uerbera flagello accipit, quod solutus in furadō & iners uideatur. Furantur etiā quæcumq; ualeant cibaria, insidiari cū solertia dormientibus meditantē, aut solitiorē custodia agentibus. Comperto uerbera & fames pro piaculo sunt. Adcō autē prædantur solliciti, ut perhibeatur quidam, qui modo uulpeculam surripuerat, quam inuoluerat amiculo, cū uentrē suum laniet bestia uguib. & dēibus, ne depregeretur, intermori sustinuit. Plutarchus in Lycurgo.

Prouerbio Græcorum olim circumferebatur, Οὐδὲ τὸ Πυλαίας τὸ αὐτὸ τὸ Τυττιγίας. Hæc & Pylæa nouit & Tytigijs.

Moç uelut anigmate ueteres innuebant, opes malis artib. quæsitæ. TYTIGIAS plagarius quispiam fuit, qui seruos & res alienas, quas furto sustulerat, in Pylæa (is est Arcadiæ locus) uenditare consuevit, atque hoc quæstu diues euasit. Author Zenodorus. Erasmus.

DEPERICLVS Lucilius in 2. Græcorum Epigram. sic scribit: Βυκόλι, τὸν ἀγέλας τῆς ἰσθμίας, καὶ τὸν ἠελὼν ἐκείθην, ὁ κλέβητος αὐτῶν βροτὶ κωμῆδαση.

Idem de DIONE: Eὐπρόδου ἐπέεθ' ἴδων, οἷα χέρας, ἔν τε ἐὶ ἔρατι κλέβης, οὐ ἀνδραγαθίας, ἀλλὰ δ' ἰδὼν ἐκείθην.

EVERYBATVM sunt qui dicant furem fuisse astutia singularis is cū deprehensus, captusq; seruaretur, custos des in conuiuio animi causa iusserunt ut ostenderet, quibus nā modis scilicet tanquā inuitus facturus esset, rogaret instantiū, ac uix tandē persuasissent: ille aptatis spongijs ac stimulis ferocisq; retinaculis, quas ἐκνευσθῆς Græci uocāt, parietē cepit cõscendere. Postò suspectantibus illis, & artificij nouitate admirantibus, Eurybatus prehẽso laqueari, per tegulas aufugit, priusquā illi domū circumire potuerint. Atq; hunc ad modū delusit custodibus, periculū euasit. Meminit huius & Eustathius in primū Iliados, admonēs eā uocē ambigū pronūciari ἀρβύλων κ' ἀρβύλων, dictū autē παρὰ τὸν ἠηλοκότῆρον, quod latè grassaretur. Hinc prouerb. ἀρβύλων ἰδὼν ἐκείθην, quod dicitur, arte quapiā elabatur. Erasm. in Adagijs.

PATECION fur quidam Atheniensis nobilis, mysticis Eleusinjs initiatus. Vide Tit. Superstitionis auctores.

Circa an. sal. 1481. deprehensum ferūt Vismariæ insignem furē ordine SACERDOTE M. Apud ecclesiā conducto manē hospitiō, talē in uultu & omni gestu præferbat honestatē, ut aliquāto uices impleteret in ea urbe sacerdotis parochialis. Vestes quotidie mutabat: iam rusticus, iam mercator, iā sacerdos noctibus ambulabat pro suo quæstu. Cingulum ferebat uncis per ordinem in circuitu pluribus, ut eo incinctus, haberet quo plurima efferret, uelut multis usus manib. Omnium generū suppellectile, merces omnigenas, uestes ad fartorē, necdū ad plerū pfectas, libros, & quicquid obuiū erat, cõgererat. Per quicunq; urbes circuibat: oēs locupletes singillatū descriptos in ordinē, in libro annotabat. Quos iā expulauit, signo factæ ueluti solutiōis adhibito absolvebat: ceteros p debitorib. inscriptos habebat, nulla tamē summa designata. Nec fuit in eo maritimo tractu ciuitas, quā non multiplici furto molestasset. Sarcinulā nunciū Gedanēsis (in qua aliquot erant florenorū millia, quæ ab occiduis mercatorib. in orientē deportaret) habitu mercatoris, quasi suam (dū nunciū obuerso dorso stare) ad lauacrum manē extulit, multiq;

multis pro ea re in suspicionem adductis. Reperit aliquando sacerdotis vestem lineam cum almucio, & iuxta ferratam militis tunicam: uno utraque, sed dissimilem vestem, sacco implicuit. Infinita sunt eius generis ludicra furta. Finaliter proditus est in libro, quem vicino abstulit. Vismaria in scalatis, in Sconenberge curri mancipatus, ibi perijt. Qui documenta protulerunt rerum suarum, sua receperunt que extabant: ceterum prompta pecunia. Cranzius libro 19. Vandalia, cap. 24.

30. FVRES FORTVNARVM PER SE CONSIDERATA- rum. Huc pertinet

31. PECVNIAE ABLATIO, MAR- supiorum incitio.

MI CHA matri M. C. argenteos furatum. Vide Tit. Superstitio- nis magistri.

Marsupiorum incitores, *βασανιστοί*, apud Aeschinem con- tra Crethiphontem Alconius Saccularius uidetur dicere: Plau- rus Zonarios fecerunt. Caelius lib. 10. cap. 6. Antiq. lect.

VRANVS Q. Lutatij Catuli furacissimus liberus fuit. Est quum deprehendisset numularius numos de mensa subtra- hentem, ac in calcos sibi infarcientem, Belle (inquit qui- dam) renumularius excalcavit. Caelius lib. 19. cap. 9. A. L.

32. MONETA Corruptio, adulterium.

Al Mendacium retulimus hunc Titulum superiore loco. Huc pertinet respectu Persidia. Confer Titulum, Pana corruptorum moneta.

Ruffinus Sylla cum Consul esset, repertum est in eius domo argentum non bonum (quod veteres stultum dixerunt) ad libras decem: & quia lege uetum erat, a senatu cum omni- bus suis remotum fuit. Quae ex re L. Corn. Sylla pauperimis parentibus ortus, domum propriam non habuit. Cui etiam pro conuictio dictum fuit. Quomodo uir bonus esse posset, postquam ex hereditate paternam nihil accepisset. Io. Gerund. lib. 8. Paralip. Hispan.

MONETARIJ sub Aureliano adulterantur moneta, suoque praefecto Felicissimo interfecto, intestinum bellum concita- runt. Eos Aurelianus nix subactos, exquisitis supplicij af- fecit. Suidas.

33. GEMMARVM, MONILIVM, Coronatum.

THEODORVS pedagogus gemmam discipuli collo detra- ctam suffuratur. Vide Tit. Perfidij praceptoris.

WILLA Burgunda Bosonis Marchionis Tusciae uidua, mul- tier uersuta, & in explebilis avaricia, balneum aureum gem- mis preciosissimis nobilem furata, post mariti obitum pu- dendis abscondit. Quem Hugo Arlatensis, rex Italiae, cum ab ea requireret, nec inueniretur, iussit eam demidari. Fur- tum prodidit corrigiola e locis muliebribus dependens. Vn- de extraeius balneus, multis ipsa opprobrijs afficitur, & in patriam Burgundiam remittitur. Cuspinianus.

Georgio Palatio, Strigoniensium pontifice mortuo, qui co- ronam regni, diuitemque regum supellectilem in arce serua- uerat, Albertus II. Imp. Vngariae rex eodem se confert. Arx regi- nae ELIZABETHAE deditur. Quae dum thesaurum regni coram Baronibus ad eam rem selectis recognoscit, coro- nam beati Stephani regis, quam sacrosanctam putat, clam surripit: auuque, custodiendam tradit, cetera obignatis oc- cludit arcis. Mortuo deinde Alberto, quum filium eius post- humum Ladislaum, regem proceres Vngariae declarassent: peracta coronationis celebritate, solutoque conuentu, mater cum puero & honesto procerum comitatu Viffegradum co- cersit, ut in arce munitissima, cui Ladislaus Gara praerat, sacrum diadema recondere: quemadmodum veteres edi- tissimum tutissimumque locum afferuanda coronae hunc uni- cum dicant. Atqui in arcem ubi conuentum est, omnes qui aderant optimates regina sefellit: quippe quae dum futura discrimina ueretur, quam recondere simularat, coronam ire- rum subtraxit: & praestigij dexteritate freta, spectatorum lu- mina elusit: mox reconditoria, obignato ab optimatibus thesauro, iussit occludi. Quae res non parum Vngaros ab Elisabetha regina, filioque Ladislauo alienauit. Paulo post enim, quum inter principes de coronando Ladislauo Polo- no conuentum esset, Viffegradam omnes aduerserant de aera- rium, accipiendamque sacrum diadema, co cesserunt. Patefacto aera- rario, cuncta integra inuenere. coronam tantum ab Elisa- betha subtrahit furti deprehendit. Hinc turba ingens in- ter proceres oborta, hinc prima perniciosi ac diuturni belli auspicia sunt edita. Mortua Elisabetha, coronam Ladis- lao puero in manus Friderici III. Imp. peruenit, a quo sex- aginta aureum millibus redempta est: Budamque splendido Vngarorum comitatu reportata. Quo minus aucti uera co- rona redderetur, Fridericus duas adulterinas fieri curauit. Sed Ladislaus Palocius, unus oratorum, primo aspectu, si-

gno quoda ueram agnouit. Bonfinius lib. 4. Dec. 3. & lib. 10. Dec. 3. & Aen. Syluius cap. 35. Hist. Bohem.

34. POLYORVM.

Diogenes conspicatus duci QYENDAM, qui phialam ex ara- rio furatus sustulerat (ducebatur autem a magistratibus, quos illic *νεμεσιφύλακας* appellant) Magni, inquit Diogenes, fures paruum ducunt. Laertius lib. 6.

De HERODE medico, Mart. Epigrammatum lib. 9.

Clinicus Herodes trullam subduxerat agro:

Deprensus dixit, Stulte, quid ergo bibis?

TITVS Iunius cum cenaret apud Claudium Caesarem, scy- phum argenteum furatus est. Quod ubi intellexit Caesar, uo- cauit eum postridie iterum ad cenam: cui, cum uenisset, pra- cepit ut nihil argenti, sed omnia scitilia offerrent & appo- nerent ferui. Hoc propter Caesaris lenitatem, quae magis co- mica fuit, risu potius quam ira uisum est dignum. Hic est Iu- nius ille, qui postea apud Galbam plurimum potuit, & sua avaricia in odium coeiecit populi & militum. Plut. in Galba, 3.

35. ALIMENTORVM, VINI.

Scribit Gregorius Dialog. lib. 2. ca. 18. EXHILARATVM pra- rum, iussu domini sui, Benedicto attulisse duo uasa uini, al- terumque inter eundem abscondisse. Commonefactum aut- tem a Benedicto, ne ex abscondito uasculo biberet, sepe- tem in uase reperisset.

D. AVGVSTINVS fatetur, se puerum de paterno penu ad ingluuiei causa, uel ut esset quod pueris collatoribus, daret, quaedam furto abstulisse, lib. 1. Confessionum cap. 19.

36. PVRPVRÆ.

Diogenes conspiciens FVREM purpurae comprehensum, Ho- mericum carmen in eum detorsit. *Μαλακίας, inquit, οὐκ ἔστιν ἐν βίβασιν: οὐδὲ μοῖρα νεκροῦν ἔστι, ἐν τὸν μὲν πορφυρεῶν ἀπρῆκται.* Parca. Laert. lib. 6.

37. VESTIVM.

Apud Aristophanem in Aulibus, *Ὅστις ἕλκεται ἐν ἰσχυρίσιν, ἴνα μὴ ἴσῃ ἀποδύσθαι, Ποστὰ Οὐρελί Τεξερε λαναι, ut ne horridulus spoliet quem.* Scholium ad monet ORESTEM *λαοπόδων* quempiam sum- lando insaniam in tenebris aggredi solere homines, eosque uestiu spoliare. Erasmus in Adagijs.

Cum Pharnaces Mithridatis F. Pompeio patris mortui arma dñi loco misisset, gladij uaginam, quae consisterat talen- tis quadringentis, PVLIVS furatus, uenit ad Ariarathi Cap- padocum regi. Cidarin CAIVS Mithridatis collatae Fausti Syllae filio petenti occulte dedit operis misticij, quod in praesentia Pompeij sefellit. At Pharnaces, cum post sefellit, set, in illos, qui ea auerterant, animam dedit. Plut. in Pomp.

38. MACHINARVM.

QVIDAM horologium Carolo V. Caesari abstulit. Vide Tit. Clementiae erga fures.

39. FVRES RESPECTV POS- sessionis considerati. Fortunatum

40. PRIVATARVM.

Lippiens anus. MEDICI opera implorauit, conuentiones- ta, si se curaret, partem mercedis ei daturam in minus, neobo- lu numeraturam. At Medicus quoties ab ea impositis colli- rijs recederet, furti fecit aliquid de domo aufererat. Demum cum conualuisset, de mercede a medico interpellaretur, Atqui, inquit illa, minus nunc quam olim uideo: plura enim in domo uasa instrumetaque, lippiens conspiciebatur, quam nunc sana conspiciari possim. Gilbertus Cogn. lib. 1. Narrat.

41. PVBLICARVM, PECVLATVS.

DEPECVLATORVM.

Victis ad Aegros potamos Atheniensibus, Lyfander dum ad op- pugnanda Samum se comparat, GYLIPIVM eum, qui cum nauali auxilio in Sicilia ad Syracusios defendendos missus olim fuerat, cum spolijs & argenti mille & quingentis talen- tis Spartam misit. Pecunia autem faculis imposita, in quibus singulis scytala erat, quae quae cuique impositum pecuniae fuisse nota- batur. Eius co siliij Gylippus inscius, piter faculis reu- dit, recerta talenta subtraxit. Quo per scytalas Ephorus dete- ctus, Gylippus aufugit, capitisque ob id commissum damnatus est. Diodor. lib. 13.

HARPAALVS, qui thesauris & uectigalibus seruauit Babylone praefectus fuerat, quum in Indiam Alexandri Magni intrasse audiisset: in eam uenit intentus, ut illinc ea haud amplius rediturum crederet. Itaque delicias & intemperantiae de- dedes, feminis uim primo inferre, & omne libidinis genus cum barbaris exercere incepit: cuius rei magna facultate, la- tissimae terrae imperas, habebat. Pecuniarum autem uim magnam in tuipium uoluptatum uisum impendere: a mari siquid uel rubro, quae maxime distat, pisces multos sibi afferri curabat, atque in omnium uisum tantum digebat, ut inde passim male au- dierit. Praeter haec, Athenis ad se insignem maximam coortu, cui Pythonice erat nomen, acciuit, uisumque in eum fecit, conditio ei in- donauit, & mortuam magnis fuit. Sepelini fecit, conditio ei in terra Attica preciosissimo sepulchro. Hinc Attica iride alia muliere,

muliere, quam Glyceram nominabat, uocata ad se, in fum- ma molliudine, & immo deratis impendit uitam ducebat. Ad omneis uero fortunae casus Atheniensem populum, quod, si opus esset, perfugium haberet, sibi praecipue demereri debebat. Quum igitur ex India reuerfus Alexander, praef- ctus multos sibi delatos, morte multasset, Harpalus idem de ceteris, colle ctis quinq; millibus talentorum argenti, secum adsumit ad sex millia mercenariorum militum; ex Asiaq; in Atticam contendit. Vbi quum a nullo recipere- tur, ad Tenarum Laconiae relicto milite, Aethenas supplex, cum pecuniarum parte est profectus. Superuenerunt ab Olympia de Antipatro nuncijs, qui cum ab Atheniensibus repofce- rant. Tunc ipse grandem pecuniam oratoribus, qui ad po- pulum pro se agerent, dilargitus, aufugit: atque ad suos mil- lites iuit in Tenarum. Illinc in Cretam transfugit, ubi Thim- brone, uno e suis familiaribus, per insidias effi interemtus. Thimbro Cyrenem nauigauit, tandem a Ptolemao interfe- ctus. Athenienses habita de his cognitione, qui pecunias ab Harpalo accepissent, Demosthenem alioque, quosdam pra- tores criminis eius damnauerunt. Diod. lib. 17.

POSTHYMVS Pirgentis publicanus reus peculatus. Vide Tit. Rapinae poena.

LACIPIO Afaticus peculatus reus. Vide Tit. Fortitudinis cu- iusque premia & honores.

PHILETVS & XANTHICLES reperundarum dampnati. Vide Tit. Seueritatis bellicae ducum erga milites perfidos. LTVBLLVS homo flagitiosus, quod multis sacrilegijs & peculatus uitam infamasset, multamque pecuniam malo cepisset dolo, Lucilij satyris notatus est. Alconius Pedianus ait, aurum fuisse pratorium aetate patrum Ciceronis, qui propter multa flagitia de exilio accessus, ne in carcere ne- careretur, uenenum hauserit.

WYLLVS Syllanus praetor reperundarum reus. Vide Tit. Perfi- diae magistratum erga subditos poena.

STIGMVS QVINQUEVICENSIS episcopus, sub Vladif- ho regis quae tor ararij, peculatus nomine accusatus, qua- dringentorum millium multam exoluens liberatus est. Bon- finius lib. 5. Deca dis 5.

CARAE reperundarum dampnati, in carcere strangulati, & securi percussi ad Pio IIII. Papa. Vide Tit. Inuitos accusa- re, condemnare in iudicio.

42. FVRES RESPECTV LOCI- considerati. Pura

43. PROVINCIAE RV, VRBIVM EX- PILATORES.

CONSTANS II. Imp. cum exercitu Italiam ingressus, specie quidem Longobardos opprimendi, reuera autem praedan- di causa, iactabat, imperij sedem se se iterum trasferre uelle ad ueterem Romam: esse enim magis matrem quam filias ho- norandas. Urbem ingressus, & honestissime acceptus a Pon- tifice, quinque diebus in perlustranda urbe consumtus, ad deprandam eam conuertitur. Laminas argenteas, quibus Pantheon tegebatur, & alia preciosa, reliquias hostilium praedarum atque in eandem uasa sustulit: ac quaeque antiqui operis ex aere & marmore fuerit, quod oculis delectare po- tuit, uel uisum ad nautes deseruissit. Plurij ornamentorum septem dieterum spacio unus urbi deraxit, quam Barba- ri ductorum quinque aginta octo annorum intervallo. Tot enim anni interfueraut a prima imperij inclinatione ad lu- duosam illam depradationem. Urbe spoliata, duo dena die Roma digressus, Neapolim primò, inde in Siciliam trasiuit, commemoraturus Syracusis, quoad tributum ex Italiae urbi- bus, insulis, ac prouincijs ad libitum exigerent: non tam aua- re quam superbe. Dum hic molliter & libidinosè uersatur, ac in balneis se lauat, a ministris suis, auctore Mazese, inter- fecit, cum regnasset annos septè & uiginti. Eo interfecto, Saraceni, qui per id tempus in Sicilia Panormum urbem oc- cuparant, in Africam omnes Constantis rapinas deuexerunt. Cui id contigit, quod plerumque avaris solet, ut opum, quas rapinis congregauerunt, hi possessores fiant, quos minime ar- bitrabantur, ac penes raptores auarumque infamia ac crimè maneat, cum alij recto Dei iudicio rapinarum commodo ac uoluptate perfruantur. Constantinus eius F. post eadem patris in Siciliam traiecit: quicquid spoliòrum Syracusis re- perti, Byzantium in nauis secum detulit. Cuspinianus & Ful- giosus libro 9. capite 4.

44. AERARII.

TROPHONIUS & AGAMEDES fratres, peculatum com- mittunt. Vide Tit. Oraeula futuri partus. Lycurgus Athenis nomen DIPHILI detulit, quae metallis ar- gentarijs fulcimentis, mesocrines appellata, quae impositas moles sustinebat, subtraxisset, atque inde magnas opes coorta- leges conuulset. ac cum item capitis aestimasset, peregrij eum: ex cuius bonis populo quinquagena drachmas utri- tum diuisti, quarum summa efficiebat talenta CLX: aut ut

sunt alij auctores, totidem minas. Plut. in uita Lycurgi.

CLEARCHVS Lacedaemonius a Pericle pecunia corruptus, in Atticam abstulit irrupere. Quamobrem in exilium ad Thurius Italiae relegatus est. GYLIPIVS patrenò melior, cum nauali auxilio in Siciliam ad Syracusios defendendos missus, & a Lyfandro Sparta remissus, cum spolijs & argen- ti mille & quingentis talen- tis faculis impositis, in quibus singulis scytala erat, qua quod cuique impositum pecuniae fuisse notabatur. Gylippus per iter faculis reu- dit, CCC talenta subtraxit. Quo per Ephorus reu- dit, aufugit, capitis que ob id commissum damnatus est. Diod. lib. 13.

PAMPHILVS uocatur, id est, Paphili sublatio. PAMPHILVS hic ueteris comediae conuictus notatus est, quod ararium expi- lassit. Conuenit in peccatores, qui de publico suffurantur. Erasmus in Adagijs.

MARIVS Priscus, pro consul Africae, tempore Domitiani, dam- natu reperundarum, quod Africanam expulisset, in exilium actus est. Volat. lib. 17. Anthrop.

HADINGUS Danorum rex de bello Suetico reuerfus, cum ara- rium suum exhaustum animaduertit, custo dem eius GLV- MERVM suspensio sustulit, callidoque comenti genere edi- xit, ut quicunque, ablata referre curasset, honoris locum quem Glumerus possederat obtineret. Quo promisso allesti fures, sese instar foricum prodiderunt: & ad magnos primium honores euecti, mox dignis affecti supplicijs. Saxo lib. 1.

45. GAZOPHYLACII.

TROPHONIUS & AGAMEDES Hyrici ararium depecu- lati. Pausanias.

STAMATVS quidam, Graij sanguinis homo Creta que insu- la natus, dum forte Venetijs esset, ostendereturque (quod magnis hospitibus praestari solet) Borso Estensi publici the- sauri, qui in parte aucte D. Marci aedis ascrantur: ita acci- dit, ut quasi unus ex illius domesticis ignotus Graeculus sic sacrarium ingressus. Tum uero ille ad stupendum rerum af- fectum non solum non animum remissit, sed ad nobilissimum furtum confestim adiecit. Est diui Marci aedis eius extraque circa inum marmoreis tabulis compacta. Ea igitur templi parte, qua puerorum ara sita est, marmoream tabulam sur ingeniosus exemit: inde nocturno opere defunctus (quia non tam cito murus penetrari potuit) applicita suo loco ta- bula, circumductoque rectorio ita, ut nullum fracturae uesti- gium appareret, exhaustam inde materiem ante lucem af- portabat: atque hoc modo plures noctes operatus ad inti- mum conclauae peruenit: tum inde eximere cepit amplissi- mos thesauros. Erat illi compater Zacharias quidam Grio; Cretensis & ipse, ac patrij sanguinis, homo uel hoc uno exemplo mirae innocentiae. Huic sacrae aere adhibito rem omnem Stamatus ordine enarrat: inde in angustissimum domicilium, quod Graeculus incolebat, abductum immen- sum illi furtum reuexit. Ad cuius conspectum quum probus uir obstupisset, scelerisq; atrocitate pauitans, uix factis suo consisteret uestigio: ferunt sa crilego homini in animo fuisse, cum obruncare, addidissetque omnino scelus sceleris, nisi ille ita occurrisset, ut diceret, se praenimia laetitia, quod ex insperato uideret se ad tantas diuitias perductum, penè desipere. Quibus uerbis confirmatus ille, caede abstulit. Acceperat interim Grio dono preciosissimum ab eo lapi- dem, atque ob id notissimum. Ferunt eum fuisse, qui priorè parte Ducatis insulae hodie conspiciunt. Per speciem igitur expediendi negotij ab fure digressus, se in curia proripuit: inde ad principis conspectum admissus, atrocissimum vete- rit facinus: celeritate opus esse dicere, ne ille (quem uix mul- to ambitu uerborum sefellisset) mutato repente consilio se aliquid cum bona parte furti illatebraret: & ne fides rei tan- ta deesset, gemmam dono acceptam sine depromsit. Qua conspecta confestim missi sunt, qui hominem comprehen- derent: atque ita cum eo in potestatem redacto, omnia que sustulerat, sunt recepta. ut nihil ex tam preciofo apparatu (cuius aestimatio uicies centena auroorum numerum millia aequasse dicitur) defuerit. Furti auctor ad geminas colum- nas est laqueo necatus. Indici praeter aurum, quod in praesentia dono accepit, percutuum est salarium ex publico de- cretum. Sabellicus lib. 6. Decadis 5.

46. HORTORVM.

Martialis libro 6. Epigrammatum, arguit furti CILICEN quendam, his uerbis: Fur note nimium rapacitatis Compilare Cilix uolebat hortum.

D. AVGVSTINVS lib. 2. Confessionum, cap. 4. furtum suum a se puero commissum hinc, uerbis fatetur. Arbor erat pirus in uicinia uisus nostrae pomis onusta, nec fama nec sapore gratis. Ad hanc excutendam inquisitissimi adolescentuli per- reximus nocte intempesta, quousque ludum produxeramus: & abstulimus inde onera ingentia, non famis, sed libidinis extant de causa. Ecce cor meum, Deus meus, ecce cor meum, quod miseratus es in imo abyssi.

47. HORTORVM.

Tri- ...

TRICLINIORVM, CONVIVIORVM.

ASINIVS Caulli carmine innotuit, ita scribensis: Inter cenam, Asini, manu sinistra Non bellè uteris, in ioco atq; uino, Tollens lintea negligentiorum. Quare, aut hendecasyllabos trecentos Expecta, aut mihi lintea remitte, Quod me non mouet ælimatione, Verùm est sympliciorum mei sodalis.

IN LVSCVM furem, Mart. Epigram. lib. 8. sic inuohitur:

Aspicis hunc uno contentum lumine, cuius Lippa sub atrita fronte lacuna patet: Ne contemne caput, nihil est furciosa manus. Non fuit Autolyçi tam piccata manus. Hunc tu conuiuium cautus uitare memento: Tunc furit, atq; oculo lufcus utroq; uidet. Pocula folliciti perdit ligulafq; ministri, Ex latet in tepido plurima mappa sinu. Lappa nec à cubito subducere pallia nescit, Et tectus lænis sæpe duabus abit. Nec dormitantem uernam fraudare lucerna Erubuit fallax, ardeat illa licet.

Si nihil inuafit, puerum tunc arte dolosa Circuit, & soleas furripit ipse suas.

De HERMOGENE fure, Martialis Epigram. lib. 12.

Hermogenes tantus mapparum Pontice fur est, Quamuis inuorum uix puto MASSA fuit. Tu licet obsecres dextram, teneasq; sinistram, Inueniet mappam qua ratione trahat. Certius gelidum sorbet sic halius anguem, Cafuras altè sic rapit iris aquas. Nuper cum Myrino peteret uulso lafo, Subduxit mappas quatuor Hermogenes. Cretatam prætor cum uellet mittere mappam, Prætori mappam surripit Hermogenes. Attulerat mappam nemo, dum furta timentur, Mantile è mensa surripit Hermogenes. Hoc quoq; si deerit, medios dirringere lectos, Menfarumq; pedes non timet Hermogenes. Quamuis non modico caleant spectacula sole, Vela reducuntur, cum uenit Hermogenes. Festinant trepidi substringere carbasa nauæ, Ad portum quoties paruit Hermogenes. Linigeri fugiunt calui, si tritaq; turba, Inter adorantes cum sterit Hermogenes. Ad cenam Hermogenes mappam non attulit unquam, A' cœna semper retulit Hermogenes.

BALNEORVM.

Balnearii fures uocabantur, qui uestimenta eorum, qui lauatum iterant, surripiebant: à loco enim, ubi potissimum studium illud suum prauum exercebant, appellabantur. Ca-

tullus cum malediceret VIBENNIIS patri & filio, hoc uultu ipfis exprobrauit his uerbis: O surum optime balnearium, Vibenni pater.

FRRES balnearios Athenis maiore pœna affici solitos, ut eos etiam qui è palæstra, aut foro, aut huiuscemodi aliquo publico loco, quam qui è priuata domo aliquid tollerent, commemorat Aristoteles in XXI. segmento Problematum, causamq; huius rei querit. Hinamq; te surrepta æstima, dupli condemnabatur: illi uerò morte pledebantur. Demosthenes quoq; contra Timocratem idem significauit: morte scilicet puniri solitos Athenis, qui è gymnasijs, portibus, publicisq; alijs locis, res etiam uilissimas furebantur. Inter argumenta alia apud Aristotelem hoc etiam est, quòd qui manifestè illic deprehensi sunt, ab omnibus fures esse statim intelliguntur: unde si euaserit, non amplius studeat, ne fractus quidem quæstusq; sui causa, prohibeant uideri: sciunt enim omnem operam, quam ponant in studio illo suo dissimulando, perfonasq; probi uiri induenda, irritam fore: cui rei incumbant toto animo reliqui fures. Vt deploratiores igitur, omnibusq; partibus iniquiores, meritò inquit grauius puniuntur. Victorius lib. 7. Var. lect. cap. 17.

CARCERVM.

ARISTOGITON Cydini filius, sycophanta. Huius pater cum esset aratus, in carcere obiit: in què postea hæres eius multæ Aristogiton est coniectus, matre eius publicè uendita. In carcere furatus tabulam, & à captiuis condemnatus, ei, cuius ea fuerat, nasum præmoridit: & Zobiam, quæ cum è carcere fugientem susceperat, ad eo iam in Republica potente gratiam reperentem, ad inquilinorum forum duxit, fororemq; suâ uendidit, ut peregrè abduceretur. Suid.

GYMNASIORVM.

BOETHVM quemdam malè poetam Tarfius extulerat M. Antonius ab initio, cum carmen in uictoriam in Philippis habitam ab illo compositi accepisset: sed multo magis eius facilitas, quæ apud Tarfenses maxima uidebatur, ad eum ex tempore & uno impetu ad omnem datam materiam diceret. Antonius gymnasiarum præfectum Tarfensem pollicitus, hunc in gymnasiarchæ loco constituerat, ac omnes ei gymnasijs impensas crediderat. Sed deprehensus cum alia surripere, tum etiam oleum, apud Antonium ab accusatoribus conuictus est. Cuius iram cum alijs, hunc hoc maxime declinauit, dicens: Quemadmodum Homerus Achillem & Agamemnonem & Vlyffem decantauit, ita & ego te quare iniquum est, ut huiusmodi apud te calumnijs agar. Quod excipiens accusator, At Homerus, inquit, oleum Agamemnoni non furabatur, nec Achilli, tu uerò furatus es: quapropter pœnas dabis. Cumq; iram obsequijs & cultu à se auertisset, nihilominus & ferre & tractare ciuitatem usq; ad Antonij euerfionem perseuerauit: tunc enim ab Athenodoro Stoico, iussu Augusti, eiectus est. Strabo lib. 14.

RAPTORES FORTVNARVM PER VIM QVARYMLIBET.

QVI VTPVTA

PRINCIPES.

CHRISTOPHORVS III. Bauariæ dux, Daniæ, Sueciæ & Noruegiæ rex dictus, uenit in Sueciam regno apparatu, ut regem se meminissent habere. Sacris ritibus de more peractis, ubi proceres conuiuium pro more accepisset, iam rebus omnib. compositis, quum omnia in naues reportarentur, comportati sunt etiam thesauri regij, à tot annis collecti. Navigatione in Daniam instituta, exorta tempestas seuissima naues regias uarè iactauit: unam, quæ aurum & argentum ultra C. millia cum cæteris regij apparatus insignibus uectabat, in oculis suis mergi rex ipse conspexit. Ita nò solùm inde non auctus opibus redijt, uerùm etiam plurimis, quas regno intulerat, amissis: multo maior iactura in amicis. Cranzius lib. 5. Sueciæ c. 38. Mira Sueciæ fortuna: nò patitur exportari thesauros. Si finit homines, mare prohibet: si pacatū est mare, homines uectat. Idè l. 8. Daniæ, c. 24.

GALEACIVS II. Vicecomes, arcem Mediolanensem splendè extruens, ædificio spacium quadratæ formæ ducentorum ferè stadiorum perpetuo muro circumplexa atq; opportunum ad omne genus uenationis addidit, fundis nonnumquã antiquis possessoribus iniquo precio ademptis, usque adeò impotenter, ut Bartolus è Xylta familia quem paterno agro pelleretur, iniuriam frustra deprecatus, equitanti Galeacio uentrem cultello perfo derit, leui quidem inflato uulnere, quòd magno casu in ipsam balthei fibulam cuspis incidisset. Iouius in uita Galeacii.

DYCES.

M. CRASSVS cum contra Parthos exercitum duceret, pecunias templi Hierosolymitani, quas Pompeius non attigerat, duo millia talentorum abstulit, nec non & totum re-

liquum aurum usq; ad octo millia talentorum. Tulit etiam trabem auream uersatilem, trecentas minas pendente. Mina uerò apud Iudæos duæ & semis libræ existimantur. Tradidit uerò ei hanc trabem custos pecuniarum, Eleazam sacerdos, non malo animo, sed dum commissâ ei fuisset custodia uelorum templi, quæ mira pulchritudine resplendebant, in hac trabè pendentia, & Crassum uidisset templi aurum colligere, uentus ne templi omnem ornatum auferret, auream ei trabem pro redemptione omnium dedit: iustitiam autem ab eo exigens, nihil aliud è tēplo crepturū. Crassus uerò accepta trabè, fidè nò seruauit, & tēplo omne spoliauit: cuius perfidiæ pœnas dedit, cæsus à Parthis cū exercitu, & auro per os eius infuso. Iosephus l. 14. c. 13. & Sab. lib. 7. En. 6.

MILITES.

Quum Ferdinandus II. Aragonius, occupata iam à Gallis rege Carolo VII. Neapoli, profugere esset coactus: GERMANI, quos in arce Noua Neapolitana præsidio reliquerat Ferdinandus, magnis cōflicti in commo dis, ducè Gaspare ad diripiendam regiam gazam cōuolant, loculorum claustra refringunt, qui omni ueterum regum opulentiæ atq; apparatus referri erant. Tum uerò ditati omnes potius quæ expleti, cum in tanta nobilis prædæ copia, quæ precii decies centum millium aureorum nummum excessit, neq; facci, neque mantice militares asportantib. sufficerent: quin & tanto facinorosi ipsi quoq; perfidiæ scelus addiderunt. Actum nanq; est cum Carolo per Germanos, qui in partib. Gallorum militabant, Bussacco interprete, ut tradita arce certis conditionibus, Gallicæ militiæ a dicerentur. Sunt qui afferant, Ferdinandum prius quàm arce excederet, de Gasparis & commilitonum fide dubitasse, obiectisq; gazæ regie partem Germanis diripiendam, ut eo spacio se-

manib. illorum eriperet. Cæterum constat, discedente Daulo, tum primùm preciosiores supellectilem in prædam fuisse conuersam: quamobrem non multis inde annis Maximilianus Cæsar Gasparem ipsum in Germania eius patri feceris conuictum secuti percusserit, absoluto Godofredo altero præfecto, qui militum omnium iudicio, ne tantum facinus admittetur, egregiè reuictus. Iouius lib. 2. Historiarum.

HISPANI milites primi omnium in Italia, profus ex populorum foronibus, stipendijs à suis regibus propter inopiam non solutis, tantæ licentiæ causam necessitatemq; præbentibus, uicere cœperunt, à Magno Consaluo circa annum 1503. usq; donec pecunias cōparasset, alere possent, in uaria loca, in quibus populorum sumibus, ijsq; immoderatissimè ad arbitrium suum abutentes (quod hospitij genus milites Arbitrarium ac Moderatum appellatur) distributi, ex quo initio, quia mali imitatio semper exempli superat, quemadmodum contrà boni imitatio semper est inferior, aucta corruptela, postea ijdè Hispani nec minus Itali, siue stipendia numerantur, siue non, idem facere incitauerunt: adeò ut summo cum huius æui militiæ dedecore, amicum fortunæ non magis quàm hostium, à militum scelere tutæ sint. Guicciardinus lib. 6.

VENETORVM exercitus anno 1509. Treuium oppidū diripiens, Ludouici XII. Gallorum regis copijs Abdum impune transgredi potestatem, magno suo cum damno, præbuit, cum cas à transitu facillè prohibere potuisset. Quam occasione Venetos duces cognouisse, & arripere uoluisse, manifestum est: sed neq; auctoritate, neq; precibus, neq; minis unquam milites in direptione & præda occupatos educere potuerunt: cui rei cum nulla alia ratione prospici posset, Barth. Aluianus ut illos ad excedendum serum fuit, cum Galliam hostium ignauiam imprudentiamq; deridentes, summa læticia penitus tracicissent. Guicciardinus lib. 8.

Mos est, ut defuncto TVRCORVM principi, lu dæi & Christiani expostis Turcarum iniurijs, qui Byzantij, Peræ, Hadria nopolis, Thessalonice, Prusæq; mercaturæ causa degunt, à prætorianis per tumultum mercionis omniq; substantia spoliatur, prædæq; habentur. Neq; prius milites sacramentum rogati in uerba noui principis iurant, quàm is omnem prædam donatiui nomine concesserit, & per caput suum (quod maximum apud Turcas iusturandum existimatur) asfirmarit, se nullam ex fontibus petituram pœnam, atque omnem eius malefici memoriam aboliturū. Sabellicus supplement. lib. 3. ex Iouio.

SAROHARI milites Turci habent stipendium ab Imperatore asprum quatuor per diem (L autè aspri ducatum aureū faciunt) Homines sunt agrestes sequentes exercitum, omnia uilla opera exercēt, sicut Mulsini & Iaya. His omnibus militia terrestri efficitur. Habet autem Turcorum Imperator præter ordinarium hunc exercitum, alium quemdã particularem triginta millium militum, astutissimum magis quàm sortium, qui quasi grassatores nocte magis operantur quã die. Hi singulis annis, nonnumquam bis aut ter prædædam exeunt occultè miro silentio, ut ne uicini quidem egressum intelligant: tanta arte corpora sua & equorum curantes, ut labor nullus aut inedia illis possit officere. Cum enim ex otio diurno saginati corpora pingua habent, diebus quibusdam quadam lege ac certa disciplina exercitijsq; moderato corpulentiam deponere curant, ut sagina interior medullis inhæreat. Exiturū aliud iter diuulgant, ut fallant exploratores. Tum exeuntes duce aliquo cœniter, tãto impetu, tam celeriter currunt diè & nocte una, ut nemo absque admiratione audire possit, uel uidere talem exercitum: frigoris, caloris, inedia, uiarum difficultatis patientissimi. Nec impedimento leui commoti reuertuntur sine præda. Mira habent industria cognoscendi equos simplici intuitu ac iudicâ di homines de uiribus, quos circa sanguinis effusionem (nisi necessitate coacti) uiuis capiunt, & abducunt. Malunt enim è uiuis tributum capere & usurâ, quàm

frustrâ occidere. Habent autem hi secum mercatores, qui captiuos mox emtos catenis includunt & abducunt, ut sint milites in suo itinere expediti. Quandoque uerò deferuntur mercatoribus in oppidis habitantibus, qui captos emant. Cuspinianus.

VICTORES.

HERODES rex, captis Hierosolymis, omnem regiam supellectilem in unum cōgessit: à diuitibus quoque ablata & collecta magna ui auri ac argenti, totum id M. Antonio eiusq; amicis donauit. Interfecit etiam XLV primates ex factione Antigoni regis, appostis ad portas custodibus, qui etiam cadauera serutabantur, ne quis eorum efferretur pro mortuo. Et quicquid auri aut argenti inueniebatur, id totum ad regem referbatur, nec ullus finis malorum aderat. nam bona eorum avaritia domini egentis absumebat: & agri incul timanebant propter tempus anni Sabbatici, quo Iudæis non est fas ferere. Iosephus lib. 15. cap. 1. Antiquit.

SYLLÆ uictoris crudelitas in Marianos quanta fuerit, historijs abundè satis perhibent. In illo enim bello secuta est honestam causam inhonestissima uictoria. Est enim ausus dicere, hasta posita, cum bona in foro uenderet, & honorum uitorum & locupletum, & certè ciuium, prædam suam se uendere. Cicero libro Officiorum 2.

QVARYM FORTVNARVM RAPTORES SCILICET

MVLIERVM.

EVROPA, Agenoris filia, ex Sidone Phœnicia à prædonibus dicitur rapta, uectaq; in Cretam nauis, cuius insigne erat taurus albus, de cuius nomine ferunt tertiam orbis partem, hanc quam nos incolimus, esse dictam. Hero dotus Cretenses Græcos fuisse raptos scribit, ut raptum Ius, quam ceperant Phœnicies, uindicarent. Paridem quoque, ut Asianos uel cisceretur, Helenam rapuisse, & hinc initium malorum. Paphlaphatus Parius sic narrat, fuisse Gnosium quemdã uirum Taurum nomine, hunc cum bellum Tyriæ regioni faceret, & alias rapuisse uirgines, & Europam Phœnicis filiam è Tyro: unde nata sit fabula. Lud. Viues in librū 18. Augustini de Ciuitate Dei, capite 12.

Filiam Cydippâ Ochimus Rhodius Ocricioni despōdit. CERCAHVVS autem Ochimi frater, qui puellæ amore deperibat, induxit præconem (nam sponsas de more interprete præcone petebant) cum accepisset Cydippam, domum eam ad se deduceret. Eo factò potitus Cercaphus puella, fugam conuenit. Post, cum iam conuenisset Ochimus, domum regressus est. Huius iniuriæ causa apud Rhodios esse receptū, ne ad Ocridionis heroum accedat præcō. Plutarchus in quæstionibus Græcis.

MVNDI MVLIERIS.

Magnus dux Brunfuitensis nefarius, quum uiduam fratris Ludouici, Othoni de Scouenborg Comiti despōdisset, mundum muliebrem eius omnem diripuit. Quum res ad bellum puenisset, ausus fuit Comes Duci occurrere in myrica (ut ferunt) Lunenburgensi. Varia aliquandiu fortuna Dux comitè equo deturbat, prostrato incumbit, uitæ eius imminet. Nobilis quidam ducem hosti toto corpore incumbentem perfodit. Hic fuit exitus Magni, quem ferunt iurasse, illa se nocte futurum in hostica terra. Tum Comes ne perituro notaretur affinis suus, duxit eum domum: & inde remisit suis ad sepulturam. Cranzius lib. 9. Saxoniæ, cap. 36. & 39.

MERCIVM.

Missis quibusdam legatis cum Grippone uiro cl. à Childeberto Francorum rege Carthaginem, ad lugundis sororis suæ mortem explorandam: QUIDAM ex comitibus in frequenti emporio uni mercatorum odoramenta quædam præpalam abstulit, in diuersoriumque suum se proripuit. Postridie cum mercator, in publicum procedentem legatum aggressus, suum repeteret, fixæq; obortæ essent: Austrasianus Astum interemit. Vnde tota urbs correptis armis ad ades, in quas deduci oratores erant, concurrunt: eosque incautos obruendo, duos ex collegis Gripponis interemit. Amil. l. 4.

LATRONES, PRÆDONES, PIRATÆ.

Prædones propriè sunt, quæ cum bellum non indixerint, hostiliter tamen grassantur. Hæc est mantia de Verbis iuris.

VNIVERSIM QVI PRÆDANTVR

MARI.

Corycus mons excelsum Ciliciæ & Pamphylia: Dicunt totam Coryci præternavigationem latronibus plenam, qui CORYCALI dicuntur. Hi nouum insidiandi genus adinuenerunt. Disperit enim per portus accedunt ad mercatores qui applicerint, aufcultantes quid rem ferant, & quò nauigent. Postea cum illi soluerint, & in altum se receperint, cōgregati eos adoriuntur ac diripiunt. Ex quo omnes curio-

sis & oculos a secretis aufcultare conantes, Corycaos appellamus, & in prooerbio dicimus: Hunc Corycaus aufcultauit: cum quis aliquid dicere uel facere secretò uideri uelit, quod minimè uideri uelit, propter eos qui speculantur, & scire student, quæ non continent. Strabo lib. 14.

ILLI CES haud multò post, quàm cum Mithridate Rom. popululus terra mariq; bellare cepit, suis egressi finibus, obscurò paruq; initio rem maritimam: latrocinio infestare adorati, paulatim prædæ dulcedine alleciti, ad iustis, Mithridatis opibus,

opibus, latè maria suis cursibus infecta reddidit, idontam grassandi occasione nacti, quod ea potissimum tempesta te res Romana ciuilibus esset bellis inter Marium & Syllam implicata, atq; ita concessa, ut ne domesticis quidem malis, non modo externis, satis mederi posset. Abiecta itaq; pelagi cura, quum nulla usquam praesidia essent, nullæ classes, quibus tali iniuriæ ireretur obuiam, Calices haud tantum nauas, sed maritimas urbes, insulasq; praedari: quorum opes, quia assiduis successibus crescerent, multos quaestuosos latrocinij commercio allectos, in societatem traxerunt. pluribus itaque locis eorum stationes esse, naualia maritimaque praesidia. Postremo eò res processit, ut assiduo quaestu eorū quidam auratis nauium rudentibus uterentur, purpuris uelut, remosq; argento aëris loco praemunitent. Naues iam mille & amplius piraticæ circumquaque litora infederant: quadringentæ ab his urbes tenent, asyla religiosaq; deorum templa passim uiolant, & in his Clarium, Didymeum, Samothracium, Telluris phanum in Hermione, in Epidaurō, Aesculapij, in Isthmo & Tanaro & Calabria & Troezenis Neptuni, in Actio & Leucade Apollinis, in Samo Argis, & Lucania Iunonis. Duo Romani praetores ab his capti Sextilius & Belinus, qui cum lictorum fascibus, & cæteris magistratus insignibus, in eorum potestatem uenere. C. Iul. Caesar, qui postea dictator fuit, iuuenis admodum, quum priuatus adhuc esset, & in Rhodum nauigaret, ab istis circa Pharmacusam captus, essi, ut magno fuit & elato animo, suam breui ultus est iniuriam. P. Clodius, qui Ciceronem in exilium egit, in id quoq; discrimen incidit, magnaque se pecunia redemit. Venere & femine quaedam nobiles in eorum potestatem, & in his Antonij triumphalis uiri filia, quum fortè in agrum iret. Adiectum presenti iniuriæ libidinum, ut quum captiuorum aliquis se Romanum esse fateretur, uel subito pauore percussit, manus & femur percuterent, inde illum roga indutum, & nauis uelut in terram dimissuri, in subiectum mare praecipitabant. Tam foedum latrocinium quicquid pelagi à Gadibus in Syriam excurrit & Hellespontum, longè lateque occupauerat. Debellati sunt tandem à Cn. Pompeio Magno. Sab. lib. 4. En. 6.

UT CLICES piratae fierent, causa fuit Diodorus Tryphon, qui ab Antiocho Demetrii F. Syriæ fecit desicere, & regum ignauia, qui tunc Ciliciae ac Syriæ ex successione imperabat. Sed maximè mancipiorum exportandorum licentia ad maleficia exhortabatur, quæ & facile capiebantur: ac Delus, quæ non admodum procul aberat, emporium magnum & pecuniosum exhibebat. Ea enim multa mancipiorum millia & recipere & emittere eadem die poterat. Ex quo praerubriū, & mercatores uelut dicitur, & mercatores nauiga, & expone, iam omnia uenūdata sunt. Causa erat, quia Romani, post Carthaginis & Corinthi euersionem diuites effecti, multis seruis utebantur. Quapropter piratae & praedandi & uendendi oportunitate oblata, mirum in modum coaluerunt. Hunc per multi Cypri & Aegypti reges adiuuabant, Syris scilicet inimici. Sed cum nec illis Rhodij beneuoli essent, nihil auxilij afferebant. Ad hæc cum piratae contuē alia corpora caperent, maleficia perpetuū faciebant. Demum Romani illos opibus auctos, per Seruilium Isauricum primò, deinde per Pompeium Magnum & bello & exercitū deleuere: quos ne auergerent, non prohibuerunt. Strabo libro 14.

CRETENSES olim optimis legibus utebantur, ita ut ad illarum imitationem reliqui se Græci accōmodarent. Postmodum uerò ad latrocinia se conuertēre, & mare internum piratica infestum reddidit, demum Cilicibus loco cessere. Vtrosq; tandem Romani superauere. Strabo lib. 10.

CYRNVS insula quæpiam est eregiōne Apulias, cuius incolæ longæui perhibentur esse propter mel, quo plerunq; uescuntur, uicini Sardonice insulae. Nam eius illic summa copia, quemadmodum auctor est Stephanus. Hæc olim nauigantibus erat inaccessa, propter praedonum ac piratarum circa illam frequentiam. Atq; hinc uulgò pro uerbis increbuit, *zugula 77*, Cymna tellus, regio latrocinij infesta. Plinius lib. 4. cap. 12. nominat Cymnum, sed diuersam à Corfica, quæ Strabo lib. 5. tradat Cymnum esse quam Romani dicunt Corficam, insulam aegre habitatam, ob locorum asperitatem, & regionem multis locis imperuam: sed præcipuè quòd qui montes obtinent, ac latrocinij uiuunt, feris ipsi sint efferaiores. E quibus si quando aliquot capti per duces Romanos Romam deducantur, dictu mirum quam feruorem quiddam ac belluinum præ se ferant. Nam aut sibi mortem consciscunt, aut si uiuunt, stoliditate & amentia sic fatigant dominos, ut quæuis eorum emptos, tamè emisse pœniteat. Erasmus in Adagijs.

HISPANORVM gentes circiter XXX traetum inter Artabros & Tagū inhabitant, cum fertilissima sit regio & fructuum, & pecoris, & auri, & argenti, multorumq; similia. Ex his complures, omnis agrorum cultibus, in marinis la-

trocinij uitam agitant, uel assiduis inter se bellis distabant, uel traicido Tago finitimos asmis infectabant, donec Romani eos represserunt, & plurimos eorum redactis in uicos urbibus, plerisq; manufactis ipsi incoluerunt. Huius impietatis initium à mōtanis (uti par est) ortum fuit. Sterilem namq; colentes agrum & paucorum praedonum possessiones tenentes, alienorū auditate trahabant. Quuero illos propulsare conabantur, operum suorum dominio priuati, ea in necessitate constituebantur, ut pro agrolatione bellis implicaretur, uenit igitur, ut neglectus ager, innatis priuatis bonis, à latronibus habitaretur. Strabo lib. 10.

NORMANNI Danis finitimi erant, Oceaniq; accola. Carolus Magnus reliquarum nationum septentrionalium dominor, eos prælio deuicit, leui clade affectos: nec religionem, nec iura, nec Magistratus à Francis accipere coegit. Mortuo Magno, ad piraticam faciendam redierunt, tantum oram maritimam infestare: ac primum Francorum occursum resugiorum. Carolo Caluo rege fessa malis ciuilibus Francia, interiora petere, aut aegre sustineri poterant. Lutetiam usque mari progressi, ingentem prædam auertēre. Regressi domū, prædæque exposita, multo plures spe Franciarum diuitiarum adducti, anno eius seculi quinqueagesimo tertio, maiore classe longius quam priores euecti, Ligetis orlia cum sub iussu, Fræcis religioni deditis Sabbato sancto Nanactes inuadunt, episcopumque ciuitatis rem diuinam facientem occiderūt, frequentē ad sacra populū trucidarūt. Ea urbe direpta euastataque, Andegaum, atque inde Turones, utranque urbem fuga ciuium desertam, sine certamine ingressi, diripuerunt. Aemilius.

In prouincijs Aquilonis frequēs fratru regū ea fuit hereditatis partitio, ut alius terra, alius mari dominaretur. Piraticum enim iustum putabant militiam: ea que loquebantur, inter suos erant honoratior. Quumq; deessent qui maria transuētes spoliarent, in proxima uersū littora, prædant agebant. Itaq; diu per multa secula cum finitimis luctabantur. VANDALI fuere, qui tenebāt litus Germanicū à Cherfonte Cimbrica usq; in Prussiam: quibus assidua bella ab incurstantibus Danis. Illi uicissim audebant inferre que paterebant. Orientem uersus Sembos, Ethones, Russos habuerunt, quotidianam belli materiam ac uirtutis palastram. Sepe in oceidētem uersū, Angliam uitabant, præcipuè ea parte que respicit Aquilonem in regione Northumbriorum. Neque Saxonia neque Frisia immunes fuere. Sed crescente paulatim audacia, ausi sunt in Gallias arma trāsferre, cōmuni nomine Nortmāni dicti, eo tempore quo Lotharius Ludouici Pij filius, Caroli Magni nepos, cum fratribus de regni sui bus certabat, & maritima Francia iniurijs piratarum patebat. Ex illo tempore, quum Danica classis Gallias gulfauit dulcedinem, facile Saxoniæ prædas omisit: quòd ibi diuina exciperet uerbera, & minores inde prædas abduceret. Cranzius lib. 2. Noruegia, cap. 1.

APUD DANOS olim piratica in honore fuit, nō minus quam apud Lacedæmones furtum, arbitrantibus in paganismo Barbaris iuste possideri, quicquid ui aut armis quaeretur. Vandali proinde, Germanici maris accola, eodem quaestū prouocati nauigabant. Ita factum est, ut crebrò Vandali cū Danis manus conferuerint. Cranzius lib. 1. Vandaliæ, cap. 7. ex Saxone Grammatico.

SUB SUCONE III. Danorum rege, uaria fortuna contra Cannum regni æmulum decertante, propter incursum, qui à maritimis crebri praedonibus fiebat, apud Roskildjā **VEHEMANNO** auctore piratica cepit: cuius hæc disciplina, hi mores fuere. Nauigia piratae magis idonea sibi uisa absque possessoris permisso assumendi potestatem habebant, odia uacquistorum parte nauium daturi. Nauigationem onerari, apud sacerdotes præterita uitæ piacula deplorabant, eorumq; religiosam animaduersione lustrati, perinde ac statim decessuri, diuina altaris libamenta sumebant: cūcta prope riuus cessura rati, si ritè Deum ante bella placassent. Pannu uaticio sumto, onera & impedimenta uitabant, armatura ac cibo simpliciter contenti, nihil que quòd nauigationem morassetur amplexi. Multæ illis uigiliae, multaq; parsimonia erat. Remiorum manubris considendo innixi, somnum capiebant. Quoties propter littora illis nauigatio erat, eadem antè speculatonibus perlustranda mandabat, ne quid incertum fortè uel impiuissimum occurreret. Insulas ad quaerentem agerentur petebant, missis qui loca procellis aucteris percurrerent, quòd peregrina classis traq; uicillis soleat portubus delectari. Crebrum eis cum hoste certamen, sed ubique facilis ac penè inuicta uictoria fuit. Prædam ex æquo partiebantur, nec maior gubernatoris portio quam priuati remis erat. Christianos quos expugnata classe captiuos repererant, amictu donatos ad propria dimittebant: tanta eis in contentione humanitas erat. Octogenas & binas piraticas puppes uariè & uicissim cepere, nunquam ipsi classem uiginti duabus frequentiore habebat. Stipendijs de-

fecti, impensas à ciuibus mutuabant, præmij loco prædæ dimidij recepturis. Hic piraticæ cultus, Roskildia ceptus, ab urbis gremio etiā ad agrestes manauit, ab omni ferme Sialandæ parte subsilij mutuatus. Et quidem angustus primam ac tenuis, magis bacui inuicta contraxit. Sed neque ante redidit certis pacem uicem ea parte remissior fuit. Saxo libro 14.

ASCOMANNI olim dicebantur piratae Dani, Saxoniciq; litus infestantes. Cranzius lib. 6. Metrop. cap. 24.

SCLAVI, licet Christianæ religioni colla sua submississent, tamen à latrocinij, quòd uicini à maioribus hereditario quasi iure trahabant, cōhiberi nō potuerunt. Helmoldus c. 84.

ANTIATES olim cum Etruscis latrocinandi societatem inabant. Alexander itaq; Macedo & Demetrius postea, missis qui prædones in potestatem redigerent, eos Romanis reddidit: Græcis quidem, in quibus, eis se donare corpora: propter antiqum cum Græcis necessitudinem, in dignum autem esse, ipsos qui regni Italiae ambitum, latrocinia exercere. Cumq; in foro Castoris & Pollucis templum ædificatum uicinerent, quos uicineri Confœratos appellat, prædones interim Græcia immittit. Romani deinde illos ab eius generis exercitatione represserunt. Strabo lib. 3.

ALEXYS Angelus Byzantinus Imp. Constantinum quendam Francopulum cum VI triremibus in Pōtum Euxinum misit, per speciem de mercibus nauis cuiusdam, quæ ex Phaside Byzantium nauigās, iuxta Cerasuntum fracta esset, inquitenti, reuerti autem; ut oneraria nauigia foliaret. Is, ut iussa Imp. exequeret, nulli naui peperit. Rucratius Iconiensis Sultanus suorum damnis offensus, bello iniuriam profectus est. Nicetas lib. 3.

SUB BONIFICIO VII. pontifice, Apulias pace inter Gallos & Tarra conuictæ composita, aliquot **EMPORTITAE** aliarumq; promiscue gentium naues bello uicere affluere, Rogerium Templarium sibi præsciunt. Ex Apulia in aduersam oram trāsierunt. Saloniāq; expugnauerunt, ac diripuerunt. Mare infestum, littoraq; faciebant: iūdiq; prædas agebant. Piraticum bellum erat, ac ne illud quidem, ut (quod facere nobiles latrones solent) duci suo parcerent. Rogerium occiderunt, nec eum tantum, sed cum neciuitum nec inuictum patiposset imperium, alios atq; alios creabant occidebantq; duces. Et quòd mirum sit, sublata imperandi parendiq; disciplina, duo decim tamen annis hoc bellum tenuit, cum uiginti omnino triremes, & aliquot minora nauigia ipsi haberent, sed agnosciantibus se illis etiam exulibus Græcis. In terram Atticam igitur delati, Athenarum ducem Brenne nobilitatis uirum occiderunt, urbemq; ceperunt: & in Peloponnesum retrò acti, eam occuparunt, occisissq; Francis proceribus, qui ea magna ex parte potiebant, illorum domos, uxores opef; sibi uicinerant: locumq; sibi cum domicilio delegere, in mores finitimorum paulatim abituri, prædonum tandem depositori. Aemilius lib. 8.

TE R R A.

TAVROS CYTHAS furandi licentia uictum sibi quaerere, Herodotus scribit.

ARABES æqua ex parte latrocinant, aut mēscaturam exercent. Plin. lib. 6. cap. 28.

LATRONES Arabes ab Hero de expugnati, & inter eos senex quidam admirabilis audacia. Vide Tit. Loca munita expugnare.

Numidae uno nomine dicti **ARABES** cum Aëtis bella gerunt, uenalemq; pacem habent. His mos est belli causa excitare, alere controuersias, semper armis exerceri, pecuaris, colendiq; agri ministeria per seruos obire, præsertim Aethiopes, quum se omnium gentium nobilissimos iactent, quòd impermixti sanguinis ab antiqua Pœnorum origine progeni ducant. Diuisi in multa agmina à Nilo amne introitus ad Atlanticum Oceanum extendunt, & cum incertas sedes habeant, certis tamen pagorum finibus imperia præscribunt. Hyeme longius à mari ad Aethiopum fines recedere solēt, tepore soli & clementia aëris inuitati: æstate uerò ad uixtum maturas segetes reuertuntur, ut alieni laboris fructum interceptant. Iouius lib. 1. & 13. Historiarum.

GARAMANTES in Libya locorum natura freti, latrocinio uicti, in nauas, ut enipessatis in breuita Syrium delatos, uadantim fuggiantes. Sab. lib. 6. cap. 1.

LESTRYGONES & **CYCLOPAS** Aetnae & Leontinis uicina loca incolentes, immanes & efferos quosdam homines fuisse memorant, & maleficos, & latrones. Natalis Comes Mythologiae lib. 9. cap. 8.

HEPTA COMETAE in Ponto, super arboribus ac turribus habitant. In festina carne & arborum fructibus uiuunt, atque ex lignis deflentes, peregrinos adoriuntur, iter agentes. Strabo lib. 12.

Appianus lib. 11. de bellis ciuilibus, de Dyrrachio disputans, mentionem etiam facit **LIBVRNO** rat. Octogenas & binas piraticas puppes uariè & uicissim cepere, nunquam ipsi classem uiginti duabus frequentiore habebat. Stipendijs de-

locibus nauibus, & Romanos Liburnidas ab illis appellatas, celetes inprimis naues putasse, cum primum illas cognouissent. Victorius lib. 10. Var. lect. cap. 9.

Probus Imp. quum multa Barbarorum loca pluggasset latrocinij, ubi peruicisset ad **ISAVROS**, dixit: ab illis locis facilius arctri latrocinia, quam tolli. Sentiens, esse dandam operam, ut latronibus illuc esset aditus, nec iuuenes latrocinari dicerent. Itaq; loca omnia, quæ angustum haberent aditum, ueteranis concessit: addens, ut eorum filij ab anno decimo octauo ad militiam mitterentur, ne ante latrocinari dicerent, quam militare. Vopiscus. Strabo Isauris gentiliū esse latrocinia exercere, scribit: Confirmant idem Marcellinus & Sozomenus.

M. Popilio Lena, & **C. Manlio Imperio** Coss. ceteris & sexta Olymp. in Italia circa Lucaniam colluio quædam hominum, omnium ferme fugiuorum, & locis uariis in unum confluxit; passimq; primò latrocinabatur: dein & excubias agendo, & incursionibus crebris, aliisq; exercitationibus cepit assuefacere se ad militares ordines seruandos. Itaq; iusta acie cum locorum eorum cultorib. cōgressi, semper uictores euadebat: auctisq; iuribus, ad urbium oppugnationem conuersi, Terinam oppidum captum diripuerunt. Postea in ditionem suā redactis Arponio, Thuris, & aliis aliquot urbibus, sibi suam Rempublicam instituerunt: uocatiq; sunt indigena appellatione **BRTTI**, quòd eorū pleriq; serui essent. Vernaculo enim sermo nō fugiuū appellabantur **Brtij**. Huiusmodi originem habuit is Italiæ populus. Diod. lib. 16. Trogus alla in opinatur nominis causam. Verus peculiaris eius gentis fuisse ait, ut Lucani inter pastores liberos ab initio pubertatis haberent, sine seruilii ministerio, sine uicte quam induerant, aut stramento, cui incubarent, ut à primis annis parsimonie assuefcerent. Cibis his uenatica præda. Potus mellis & lactis & fontium liquor, ut per ea ad bellicos labores perferendos habiliores fierent. Ex his igitur quinquaginta primò, mox alia maior manus, latrocinia in finitimos exercuit. Opposuit huic iniuriæ, sociorum quætelis fatigatus, Dionysius Siciliæ tyrannus sexcentos Aphros. Quorum praesidium ad excursions inhibendas communitum, per mulierem, cui Brutia fuit nomen, latrones expugnauerunt, ibiq; ciuitatem pastoribus ad opinionem nouæ urbis concurrentibus constituere, Brutiosq; se à mulieris nomine appellauerunt. Sab. lib. 8. En. 4.

IBERI & **LVSITANI** ætate audacia, præsertim inopia oppressi, qui robore præstant atq; audacia, in montibus asperis manu facta diuersis per Iberiam locis latronum more leui armatura agiliq; corpore ueloces discunt: populatiq; agris, ad montes uelut tutam patriam, quum ob locorum asperitatem nullus eò exercitus adire possit, configunt. Aduersus hos profectum exercitū septius Romani, eorum audaciam represserunt, latrocinia nequaquam tollere potuerunt. Diodorus Siculus lib. 5. cap. 9.

GERMANI olim permilla re domestica feminis, rapinis insereuire & armis fas habebant: materia enim munificentiae erat, per bella & cades, non arare terram, nec expectare annum, sed prouocare hostes potius, & uulnera mereri: pigriti nempe & iners uidebatur, sudore acquirere; quòd possent sanguine parare. Polyd. lib. 8. cap. 7. de Rerum inuent.

Strabo Posidonium facit testē, **CIMBROS** latrocinando incertis errabundis sedibus, ad paludem usq; Maotim militiam profere. Inde cōtracto uocabulo (quòd Cimbrū ueteri Gallorū lingua latrones uocentur), ab eis uocitari Cimmerium Bosporum, quasi Cimbrum, cum Græcorum lingua Cimmerios Cimbro uociter. Plutarchus autem in Mario de Cimbris testatur in hunc modum, populos esse Germanicos ex his qui ad boreum Oceanum sedes haberent, homines magno corpore horrendisq; oculis præditos. Apud Germanos autem (ait ille) Cimbrū prædones appellantur. Cranzius lib. 1. cap. 8. Saxonia.

AMBRONES olim uulgò dicebantur, qui raptò malisq; artibus uiuerent. Originem indicat Fests Pompeius, admonens eam fuisse Galliarum gentem: quam quum mare inuadantibus se suosq; alere ceperunt. Manus erat formidabilis non numero tantum (dicunt enim fuisse triginta millia) uerum etiam tum animorum ferocia, tum ratione pugnant. Siquidem conferti sthythis & concēntū quòdam in hostem ferebantur, subinde in tonantes, Ambrones Ambrones: siue ut hac uoce suos in unum cōnuocarent, siue ut hostibus terrorem incuterent. Ab his uicti fuerant Romani duces Mālius & Cæpio: sed primū à Liguribus fracti sunt; mox à C. Mariō proftrati; tandem ad Aquas Sextias unā cum Cimbris ac Teutonibus delati sunt. Ita ferme Iulius Florus in Epitome libri 68. & Plutarchus in uita C. Marij. Simili modo Cilicis uocabulum abijt in cōuictum rapacitatis ac praedationis. Erasmus.

Scribit Posidonius, **BOIOS** prius Hercyniā habitasse syluā, Rrr 3 & Cimi.

& Cimbros agmine facto, hunc inuasisse locum: à Boiisq; cictos, Istrum & Scordiscos gentem Gallicam petentes descendisse, mox Tauriscos, & deinde in Helucios diuertisse, abudanteis quidem auro uicis, ceterum in pace degentes. Cum autem HELVETII uidissent ex latrocinio quaestas opes suis longè maiores, commotos fuisse, præcipuè Tigurinos ac Tuginos, ita ut cum eis in militiâ profecti fuerint. Vniuersos uerò deleuere Romani, & Cimbros, & alios tantumotus socios partim in Alpium transitu in Italiam, partim extra Alpes. Strabo lib. 7.

LICATII Vindelicorū ferocissimi, quorum ueluti arx quedam Damafia, cum uicem aut urbem quandam in ditione latrocinia exercentes traheret, non modò puberes, uerum etiam infantes mares trucidabant, prægnantes mactabant mulieres, quascunq; illorum uates marem concepisse dicebant. Strabo libro quarto.

Terra HYNORVM in Pannonia nouè circulis, quos Teutonici Haga dicit, cingebatur: quorū singuli ita quercinis rotibus, siue faginis, siue abiegnis, erant extructi, ut de margine ad marginè uiginti pedū spaciū tederent in latū, & totidem erigerentur in altum. Concauitas autè uniuersa aut durissimis lapidibus, aut creta tenacissima replebatur. Superficies uallorum eorum de integerrimis cespitibus tegebatur: inter quorū cōfinia plantabantur arbutulæ. De primo autè circulo ad secundum uiginti millia passuum Teutonici protendebantur, & inde similiter ad tertium, & ita deinceps usq; ad nonum: quamuis ipsi circuli alius alio multo ferè contractiores, in orbem redeunt. Inter hos aggeres ita ut ci uillæq; erant collocatae, ut de aliis ad alias humana uox posset exaudiri. Contrà eadem adificia inter inexplugnabiles muros, porta non satis lata, per quas latrocinandi gratia non solum exteriores, sed etiã interiores solebant exire. De circulo quoq; ad circulum sic erant possessiones & habitacula quaquersum ordinata, ut clangor tubarum inter singula posset aduerti. Ad has munitiones per ducentos & amplius annos omnium occidentalium opes, raptores Hūni congregantes, orbem occiduum penè euacuauerunt. Quos rex Carolus Magnus euerfa Cacanū regia ita perdomuit, ut ne minima quidè reliquæ superesset. Cranz. l. 2. Saxon. c. 6.

Sidonius Apollinaris Nāmatio duci Romano ab Anthemio Imp. contra Saxones misso, de Saxonibus ita refert: Archipiratae SAXONES simul omnes imperant, parentq;, docent, discunt latrocinari: hostis est omni hoste truculentior, improuolus aggreditur, prouolus elabitur: spernit obiectos, sternit incautos: si sequatur, intercipit: si fugiat, euadit. Ad hæc exercens illum naufragia, non terrent. Est eis quaedam cum discrimini pelagi non solum notitia, sed & familiaritas: si qua tempestas est, securos efficit incautosq; eos qui petuntur, atq; Saxonas hostes nihilominus irruentes prospici uetat: in medio fluctuum, scopulorum confragosorum spe imminenti lethi periclitantur: præterea priusquam de continenti uela laxat, hostico uado anchoras uellunt. In patriam reditibus mos est, decimum quemq; captiuorum sorte legere, superstitioso ritu necare, in crucemq; agere. Talius uotis atque uictimis solunt, hocq; sacrilego sacrificio, de captiuo magis exigunt tormenta, quam præcia. Auentinus lib. 2. Annalium Boiorum.

VANDALIAM latrocinii ab omni æuo infamem fuisse, & porro etiam talem futuram, Cranzius lib. 3. Vandalia, cap. 2. asserit, ob peculiarem astrorum influxum.

Austriaci post obitum Alberti Caesaris Friderico se commiserunt, ea lege, ut si masculum prægnans regina Elizabetha pareret, tutor eius esset: si feminam, terrè dominus. Nato Ladislauo, tutelam eius Fridericus accepit. MILITES qui sub Alberto meruerat, cum stipendio se fraudatos diceret, prouinciam latrocinii ac incendiis uastauere. Eorum uexatio LXX millibus aureis à Friderico redempta est, cum Boemi & Hungari excursions in Austriam facerent. Mortuo Ladislauo rege, latrones trans Danubium in Austriam ad Morauæ fluminis ripam, munitum locum occupauere, omnemq; circa regionem rapinis atque incendiis uexare ceperunt. Aduersus quos profectus Albertus Friderici Caesaris frater, latrones ui cepit, interfecitq; pugnando compluribus, quingentos & quinquaginta captiuos abduxit, ex quibus LXX furca suspendit. Quæ res magnum ei apud Austriales & nomen peperit & fauorem. Aeneas Syluius cap. 22. Europa.

Quum Ioan. Coruinus regno Hungariæ gubernatoris loco præficeret: Boemi in Hungaria inita simul societate, quam fraternam caritate sanxerant, & seminuò hinc FRATRIBUS appellarant, multa latrociniorum gratia in Hungaria iam castella exerebant, quæ militibus & munitionibus obfirmatæ, & longè lateq; grassati rapinis & latrocinii uictabant. Facinorosum & ignobile hoc erat genus hominum, è gregario tantum milite constatum, cui partim castella erant quæ ui ceperant, partim quæ nuper exerebant. Monachorum zi-

tu se Fratres appellabant, ferinis tamè moribus utebantur: quippe quib. nil aliud placere uidebatur, quam rapuere uia ducere, uastare agros, late populari, cædes passim agere, nihil æqui sanctiq; dignoscere. Duces creant, quib. in agendis latrocinii ritè parerent: & quicunq; apud eos maiori facinorū grauitate clauerat, hi potiores habiti. Finitimasiq; tur regiones cædibus, flāmis & populationib. infestabant. Vexabant omnia, & aut ad pendenda stipendia, aut ad emigrandū colonos adigebant. Gubernator cōperta optimam inuidia, qui superiores Hungariæ oras incolabant, à propugnandis corū oppidis, in hibendiq; iniuriis animū aliquantulū auertit: & ut per se quādoq; respiceret, proprio & alieno facinore uexari puniriq; permisit. Bonfin. lib. 7. Dec. 3.

BOEMORVM & Veteranorum copie (quibus rex Hung. Vladislaus, pacata ab incurfionib. fratris Alberti ulteriore Hungaria, Budam se recipiens, inter Vaciam & Agriam statua concefferat) nullis ad tempus stipendiis procedentibus, pro libidine cuncta rapere, atq; undecunq; sibi uictum quaerere instituerunt: neq; uerò frumentum solum, pecora aliūq; diripiunt, sed colonos etiam de propriis laribus pellere, & lectos, curus, cæteraq; uel familiaris uel rusticæ rei instrumenta asportare, templaq;, quò agrestes homines res suas, ut essent tutiores, conuexerant, dimperet, & tormentis ac uicariis eos ad res absconditas offendendas adigere ausi sunt. Eoq; perniciofa eorum licentia est prouecta, ut cuidam sacerdoti Eucharistiam loculo argenteo inclusam ad mortuum hominem ferenti, loculum è manibus eripuit: alij uirgines quadam, sponfam mariti domum deducentes, stupravit. Ex quo factū est, ut multis inedia diuturna quædè morientibus, alii uerò uitam duro asperiq; uictu sustinentibus, grauis & sæda pestilentia consequuta sit. Bonfinius lib. 1. Decad. 5.

Post obitum Mathie Hungarorum regis, quidā ex illius exercitu NI GRÆ cohortis nomine, ex insidiis occupata arcem, Austriam & Morauiam latrocinii infestabat. Eos cum exercitu Fridericus III. Imp. uix tandem deleuit. Stumpfus Pedites eius generis, qui HAIDONES, Vchochi, MARTELLOSI, Chimariotæ, & MORLA CHI uulgò appellantur, agreste hominum genus est, syluis atq; nemoribus prædandi causa asuetum, sed durum & uelox, in domo itiq; uigilans aduerfus omnes caeli iniurias, & in omne belli facinus paratum atque expeditum: utpote qui nudis pedibus, aut tantum carbatinatis per rupes & cautes cōfragosorum uallium, asperitiorumq; mōtum crepidines, maria, ut in ca preis uidere est, celeritate discurrant, & sagittis & fundis eminus, cominus autem præcipitatis quibusdam sparis, paruūq; securibus, ab incipiti mucrone, quum eas nonnuquam contorqueant, mortiferis in hostes urantur. Iouius lib. 37. Historiarum.

Anno Sal. 1397. cum in Butrotio litore Solymanus haberet castra: ACROCE RAYNII agrestes feriq; homines, qui Chimæriam incolunt montem, immane consiliū susceperunt, ita bernaculi regij non ita inuadendi, concitante eos Damiano quodam latronū duce, abstrusorum collium, qui sunt in iis rupibus & syluis, peritissimo. Non reformidabant ullum uel certæ necis periculum, uiri rerum omnium egentes, ideòq; latrocinii assueti, & nullo certos colentes deos, ut incredibili præda atq; usitati facinoris gloria potirentur, si longè maximum terrarum orbis Imperatorem in tabernaculo semisopitum, & frustra tot custodiis consensum occiderent, magno siquidem silentio, ferarum more, sese insinuaturos concubia nocte in stationem facile sperarant. Sed Barbaris ad id audendum facinus paratis, fortuna defuit. Nam dum ipse Damianus è notis rupibus delapsus ad explorandum prætorij situm, & circumiectæ stationis formam, uigiles & excubantes prætorianos non fessellit. Conspectus enim in arbore ex fragore abruptæ frondis, uti erat semipennis & speculabundus, à Ianizis est comprehensus, & per tormenta detectis quas parabat insidiis, iussu imperatoris, belluæ capræ modo discerptus est: unde mox magna illis agrestibus clades illata est, emissis scilicet in eos Alapis & Acanzis uenationis modo, ad trucidandam, & quàm maxime possent, delendam horridæ atq; infamis gentis stirpem. Ab hac enim genus ducunt Hæcochi maritimi prædones, Dalmatiæ scopulis auctori: & Haidones à Turcis Martellosoj dicit, qui Illyricis nemoribus inerrant, & cunctis mortalibus explorato hostes, usq; ad interiores Pannoniæ limites latrocinia exercent. Iouius lib. 36.

DE SINGILLATIM.

IEPHTHA Galaadites à fratribus pulsus, latrocinia exercuit, iuxta postea Israëlitum constituit. Vide Tit. Auctoritatis. Fortitudini alterius multum tribuere.

RAZON Elia de F. cum ab Adarezero Sophenæ rege dominum suo aufugisset, latronum dux extitit: & Dauid rege contra Sopheno: exercitum ducente, asu Damascum occupauit.

uit, Syriæq; regno potitus, Solomōnem regem infestauit. 3. Regum capite undecimo.

BARABAM fuisse latronem, docent sacrosancta Euangelia. DISMAS latro, ad Christi dexteram in cruce pependit, & scelerum ueniam impetrauit.

EZECHIAS latronum princeps Syriam uastantium, ab Herode Antipatri F. Galilææ præfecto, cæsus. Iosephus lib. 14. capite decimo octauo.

Post Herodis regis mortem, Archelæo confirmandi regni causa Romæ absente, latrocinii miserè afflicta fuit Iudæa. Nāque IUDAS Ezechiae latronum ductoris olim per Herodè magno labore expugnati filius, apud Sephorium urbè Galilææ, collecta circa se hominum desperatorum manu incurfabat regis ditionem: & potius eius armamentario, armatisq; inde suis ad unum omnibus, pecuniam quoq; regiam in illis locis occupauit: iamq; formidans accolis spoliabatur in quoscumq; incidere, aspirans ad regnum, affectansq; hoc saluigium non bonis artibus, quarum imperitus erat, sed nocendi licentia. SIMON etiam Herodis regis seruus, uir alioq; & forma & statura & robore egregius in primis habebat, ausus est dia dema fumere: stipendijs numerosis copijs, & rex consularum ab infama multitudine, placebat sibi præ quouis alio. auspicatus potestatem dissipanda ac incendenda: Hierichuntina regia: passimq; crematis alijs regis palatis, & præda concessa suæ factionis hominibus, maiora etiam ausurus uidebatur, ni Gratus regionum militum dux, cum Romanorum partes foueret, cum profugisset. ANTHROGES quoq; pastor obscurissimus, uasto satum corpore, & manuum robore insignis, attētauid dignitatem regiam, paratus animæ periculo depasci nocendi licentiam: huic erant quatuor fratres, & ipsi grandi statura, & manu promti ad quoduis arduum facinus, instrumentum, ut ipsi uidebatur, idoneum ad occupandam tyrannidè, quòd eorum quicquid ductaret cohortem militum: magna enim ad eos turba conduxerat: quam in fratres quasi legatos distributam obire iubebat præta: ipse diademate ornatus cōsultabat de rebus agendis, quarum penes se seruabat arbitrium, duratq; diu potestas huius, & non inanis regis appellatio, dum quicquid collibuisse exequitur, maxime in Romanos cædibus fauens, & milites regios, utriq; ex æquo insensus: his propter licentiam qua sub Herode usi fuerant, Romanis propter recentem iniuriam. Tandem tamen à Grato & Romanis, atq; etiam Archelæo uicti sunt. Iosephus lib. 17. cap. 12. Antiquit.

ELAZARVS Dinæi latronum princeps in Iudæa, data fide à Felice præside circumuentus, Romam uinctus missus est. Iosephus lib. 2. cap. 6. Antiquit.

Bello Iudaico, cum feditiosi quidam & fugitiui IVDÆI Ioppen à Cestio Syriæ præside captam denuò occupassent, latrocinia & piraticam exercere ceperunt. At Vespasianus non urbem occupauit. Ioppen omnes in naues confugerunt, & iis in mare sagittæ ita dum productis pernoctauerunt. Maie coortus Melamboreas uentus, naues in obiectas cautes afflixit, ut omnes ad unum interierint: etiam, qui enatabant, à Romanis in litore obruticatis. Iosephus libro tertio, capite decimo quinto belli Iudaici.

Bocæcius in deorum Genealogiis tradit, LYCAONEM Arcadiæ regem, deuictis Moloijs, oblidit quendam ab iisdè accepisse: qui cum ad certum tempus non remitteretur, per legatos reperitum fuisse. Ibi cum Lycaonem, occiso oblide, carnes eius legatis edendas apposuisset. Sed ex conuiuii Lyfaniam quemdam nomine, qui postea Iupiter dictus fuit, cognito scelere, in publicum profuisset, Arcadèq; contra regem immanitate facinoris concitasse. Atq; ita deuidum atque eiectum regno Lycaonem, in syluis abiisse, ibiq; reliquam ætatem latrocinii & cædibus, luporum more egisse. Gilbertus Cogn. lib. 2. Narrationum.

Phorcyn uir fuit Cyrenæus, quod genus est Aethiopicum. Habent uerò insulam Cyrenem, extra columnas Herculis: astant uerò agrum Libyæ ad Annona fluuium, non procul Carthagine: sunt auri dices admodum. Itaq; Phorcys tricubitam Mineruæ statuam stuxit, quam priusquam confecerat, mortem obiit. Illi uerò deam Gorgona nominant. Tres reliquit filias, Sthenen, Euryalem, Medusam: quæ nulli uoluerunt nubere, sed patrimonium inter se diuiserunt. uenicique sua insula obyenic: simulacrum autem neque dedicauit, neque sunt paritæ, sed thesauri loco reseruauerunt, ut per uices possiderent. Erat Phorcyni socius in omnibus fidelissimus, quo non aliter quam oculo utebatur. PERSVS Argis profugus, cum piraticam exerceret, agebatq; ex maritimis locis prædas, audissetq; Gorgonas insulas mulierum esse, auri eius copiam, uirorum inopiam, primum in fretis inter Corsicam & Sardiniam delituit, in quo uirum illum, qui iam de ministerio Oculi uocabatur, cum ab alia ad aliam mitteretur, intercepti, cognouitq; non esse quod posset rapere, præter Mineruæ simulacrum, in quo ef-

set tanta auri uis. Puellæ cum demirarentur, quid esset factum suo oculo, Perseus appulit, qui significauit se habere, quæ se negauit redditurū, nisi sibi indicaretur Gorgonas simulacrum: addidit insuper minas, occisurum se illas, ni dicerent. Medusa insitit nihil prodere, reliquæ prodiderunt: ita Medusa sola est occisa: duabus oculum suum reddidit. Caput Medusæ in triverni posuit, & nauem de nomine illius Gorgona nuncupauit. Tum pergens latrocinari, pecunias ab insulanis exigebat, occidens & uexans, qui non da rent. A Seriphis cum postuisset, illi urbe cesserit, in quam Perseus ingressus cum suis desertam, uidit in foro tantum maximos lapides stantes humanæ magnitudinis: Aspicite, inquit Perseus reliquis insulanis, ut mea Gorgo homines uerit in lapides: cauete ne & uobis idem accidat. Hæc Palaphatus, qui multum in topographia fallitur. L. Viues in lib. 18. August. de Ciuitate Dei, cap. 13.

In Græcorum commentariis inuenio, trivernem fuisse quandam miræ pernicitatis, cui nomen fuerit inditum Scyllæ, quæ rō anhelens, quòd hæc grassantes PI R A T Æ mare Tyrrenum ac Siculum infestarent, reliqua q; naues quotquot præterissent, dispoliarent. Hinc occasio nem datam fabulæ de Scylla in monstrum marinum conuersa. Erasim. in Chil.

Quum PRÆDORUM quispian in agrum Lacedæmoniorū fecisset incurfionem, atq; ubi captus esset, dixisset, Ideo hæc se fecisset, qd non esset quo aleret militè, proinde ad eos uertisse sese, quib. superesset, nec impartiretur. Cleomenes, eorum rex, & proreus, i. Compendiaria, res improbitas. Erasim. in Adag.

Palaphatus BELLEROPHONTEM Phrygiū fuisse dicit ex genere Corinthiaco, qui pirata iuxta angustias illas Asiæ & Europæ prædas agebat, longa nauis, cui nomen Pegasis. In Phrygia mons erat Telmissus, cui adiunctus is, qui Chimæra dicebatur, pximus ualli unde incendia prodibat. In Chimæra feræ erant permultæ agricolis noxia, ut leones & dracones. Bellerophon totū montè incendit: ita feræ perierunt. Pindarus, & Plin. lib. 2. Solinus capite 42. CHIMÆRAM Amifodori filiam, quæ in Lycia cū Leone & Dracone filijs latronibus grassaretur, fuisse perhibent nonnulli: dissentit Plutarchus in libello, cui titulus proreus, & Palaphatus in Bellerophonte, & Seruius Aeneid. 6.

Proteus maris deus, in Pharo Alexandriæ habitauit, Thorone riq; ex Aegypto in Phlegrom Pallenes profectus, uxorem duxit. Nati sunt illi filij è Thorone TMYLVS & TELECOONSVS, quorum meminit Euripides in Helena. Hi peregrinos crudeliter interimebant. Quorum scruitiam cum Proteus æquo animo ferre non posset, impetrasse à patre Neptuno dicitur, ut in Aegypto rursus ferretur. Cuius preces cū audiisset Neptunus, è quo dam Palenes hiatu speluncam sub mari fecit, in qua illū in Aegyp̄tū usq; sicum perduxit. Dein de eum Hercules ob crudelitatem, qua in hospites utebatur, neq; lacrymas emisit, quia nefarij essent homines, neq; tistit, quòd essent filij, ut scripsit Theopompus lib. 8. rerum Græcarum. Natalis Comes Mythol. lib. 8. cap. 8.

BYSIRIS rex Aegyp̄ti fuit, qui Busrim urbem condidit, & Nomon, loco importuoso & inhospitali, unde initium fabulæ, quòd occiderit hospites. Nam bubulci, qui eo loco tenent pascua, suis gregibus appulso hospites, simbecilliores sunt, spoliant. Eusebius Busridem latrocinia exercuisse ait, quem Hercules Aegyp̄ti occidit, totamq; eam regionem ex infesta pacatam tranquillamque reddidit. L. Viues in lib. 18. August. de Ciuitate Dei, cap. 12.

Ferit SPHINX prædatrix fuisse, quæ iuxta Moabem locum, Phycumq; montem, rapinas exercuerit, atq; ex insidiis erūpens ad hominum prætereuntem pernicem cōuolauerit. In eo autem monte in insidiis confedit, donec Oedipus, superata loci difficultate, cum Corinthiorum exercitu cam suam perauit, ut scripsit Strabo lib. 9. & Phano demus lib. 5. rerum Atticarum. Idem Strabo, & Pausanias in Bæoticis, memorariæ produnt, mare illud prius, quòd est apud Anthedonem, piraticis incurfionibus Sphingem infestasse, deinde ad terrestres insidias & latrocinia se contulisse. Dicta est ænigmatem locorum nemo illam uincere poterat, ante Oedipodis exercitum, qui omnes illas occultas ambages & locorum difficultates superauit. Alij dicunt illam, cum latrocinia exerceret, ænigmata captiujs proponere solita: quæ si quis soluisset, liber cum omnibus suis rebus dimittebatur. Ad huius autem crudelitatem & celeritatem exprimendam, uaria diuersorum animalium membra attributa sunt. Crudelitatem & rapinas significabant unguis leonis & griphi: aulæ, sociorum prædonum eras celeritas. Scribit Philochorus in libro de Sacrificiis, & Suidas, Mineruæ consilio Oedipum, societate rapinæ simulata, se ad Sphingem contulisse: atque nouis semper socijs Oedipo se addentibus, denique illam cum magna suorum manu oppressisse. Natalis Comes libro 9. capite 18.

In prima Isthmi Corinthiaci fronte locus est, ubi SINIS latro curuatis ad terram diuersarum picearum tamis, ad eos, quos pugnando uicisset, arctis utrinque uinculis alligabat, ut cum in suam naturam arbores redissent, miserabilem illi in modum distraherentur: quo ipse postea supplicij genere a Thefeo affectus est. Totam enim eam uiam, quae Athenas a Troezeno ducit, Thefeus a latrocinijis perpurgauit, Sini interempto: item PITYO CAMPTI, qui in Cromio Corinthiaci agrum uico habitabat: & Epidauri PERIPHETE, quem Vulcanonatum putabant, quique in pugna aenea claua utebatur. Pausanias in Corinthiacis.

PROCVSTES latro fuit insignis in Attica, hospites interimes. Tandem & ipse interfectus est ab Hercule. Ouid. lib. 7. Vidit & inimicem Cepheas ora Procustem.

CERYON Atticam regionem latrocinijis infestauit. Ouid. Ceryonis lethum uidit Cerealis Eleusis.

SCIRON cum Megarensum copijs praefecit, primus uiam, quam Scironem appellat, munuit, ita ut expeditis hominibus aqua esset, prope Moluridem petram, & qua sese Ino cum Melicerte filio in mare praecipitauit. Vicina saxa infamia & conculcra sunt, eo quod Sciron inde, quoscunq; nauas esset hospites, deturbaret, officium ab illis exigens, ut sibi pedes lauarent, quos adnans marina testudo conficere dicebatur. Sed eodem postea mortis genere a Thefeo affectus est. Pausanias in Atticis. Eius ossa in saxa mutata, fabulatur Ouidius lib. 7. Transmutacionum.

Trans Erymanthum fluium Elidis, SAVRI latronis ab Hercule interfecti sepulcrum conspicitur, a quo locus ille Sauriugum dicitur est. Pausanias lib. 6.

ARSAECS, premente inopia, latrocinijis periuuentam dedit operam: coactaq; exulum manu, quos Parthos nuncupat, de iusto Seleuco & Mandragora, in regem Parthorum assumptus est: quos ita rexit, ut diem uictoriae tanquam natalem libertatis post multos annos solennem celebraret: cuiusq; nominem tam sanctum esset, ut qui post illum regnarunt, Parthorum reges, cognomen Arsacis sibi posterisq; sumerint. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 2. & Fulg. lib. 3. cap. 4.

ATTABAS & NVMENIVS latrones famosissimi, adagio locum fecerunt, Conueniunt Attabas & Numenius, quoties improbus aggregatur cum improbo. Ex Diogeniano Eraclato quidam EVBOENSIS ab Apolline necatus. Vide Tit. Sacilegorum.

Sicyoniorum tyrannus CLEON fertur, id est, pira ta fuisse prius, qui non praeda contentus, captos etiamnum in mare dabat praecipites. Caesius lib. 2. cap. 38. A. L.

MACAREVS latro. Vide Tit. Perfidii hospites.

PIRATA quidam populabundus discurrerat per agros Lacedaemoniorum. Is ut captus est, rogatus, Cur id ausus esset? Quoniam, inquit, decerat mihi commentus, quem militibus praerem, ad eos ueni, qui & habebant, nec sponte dabat, ui crepturus. Ad id Cleomenes: Compendiosa, inquit, malitia. Detestatus praedonis nefarium scelus, probauit tamen orationis expeditam breuitatem. Plut. in Lacon. Apophth.

DIONYSIVS Phocensis, dux fortissimus, commissa apud Miletum nauali pugna contra Persas, cum Ionis, quibus ipse auxilio uenerat cum tribus nauibus, uictos esse uideret, capitis tribus hostium nauibus, recta contendit in Phoenicem: ubi nauibus oneratis spoliatis, raptaeque ingenti pecunia, in Sicilia nauigauit, & latrocinia exercuit, in nullum quidem Graecorum, sed in Carthagenenses ac Tyrhenos. Herod. lib. 6.

SCIRPALVS piratarum princeps, a quibus Diogenes Cynicus in Aeginam nauigans comprehensus, & in Creta Xeniadis Corinthio uenditus fuit. Laert. lib. 6.

LIPARENSES piratae Romanorum legatos capiunt. Vide Tit. Legati uolati.

BARGVLVS Illyricus latro, de quo est apud Theopompum, magnas & amplissimas collegit ex latrocinio opes. Cuius mentionem facit Cicero lib. 2. Offic.

IARPALVS insignis & felix praedo, diis illudebat, quod in illa fortuna tam diu uiueret. Cicero lib. 3. de Nat. deor.

MNAS pirata, sub Sexto Pompeio oras Italiae, & omne circumpelagus praedatoria classe infestauit.

BALISTA Iudimagister quispian, ob infamiam latrociniorum lapidibus cooperatus est in cruce Maro etiamnum per hoc distinctio luit.

Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus. Nonne dieq; tuum carpe uiator iter.

Fama est Romae ferum hominem & latronem fuisse, qui multis spoliatis uix tandem captus & supplicio est affectus. Hunc dictum MARCELLVM fuisse: cuius ex bonis publicum est extractum macellum, quod nomen ab illo mutatum est. Plutarchus in quaest. Rom.

SPARTACVS latro, & gladiatorum princeps, collecta fugitiuorum & perditorum hominum manu, bellum Romanis intulit. Hunc uicit P. Crassus. Vide Titulum, Serui erga dominos perfidi.

In excelsis Tauri partibus est Olympus, ZENICETI piratae sedes, & mons & castellum eodem nomine, a quo tota Lycia & Pamphylia & Pisidia tenentur. Zenicetes capto monte a Seruilio Isaurico, se cum tota domo conseruauit. Erat Corycus, & Phaelis, & multa Pamphyliae loca, quae omnia in Isaurici uenerunt potestate. Strabo lib. 14.

Romani Sicilia potiti, cognita solitudine, montes & campestria plurima eorum pastoribus, bubulcis & opilionibus fruenda praebuerunt, a quibus insulae saepenumero in maxima rerum discrimina constituta fuit. Primum quidem pastores ipsi ad latrocinia spatium uerbantur: inde coadunatis in unum copijs, uicos populabantur. EVNVS seruus Aetnam occupauit. SELVVS quidam, qui sese Aetnae filium praedando discursaret, missus est Romam, ubi in foro gladiatorum certamine instituto, in sublimi positus aedificio, perinde ac in Aetna, cum de repente diluuitum uia concidisset, in belluaria caueas, ad hoc ipsum praeparatas, praecipitatus a feris disceptus est. Strabo libro sexto hoc se uidisse testatur. Vide Titulum, Serui erga dominos perfidi.

VIRIATVS homo obscuro sordidoq; loco apud Lusitanos natus, ex pastore primum uenator factus, & mox ex uenatore latro, ad postremum iustus quoq; exercitus dux, uniuersam occupauit Lusitaniam. Quo motu tantum incendium exarsit, ut quatuordecim ferme annos ultra citraq; Iberi, uario sit marie de Hispaniae possessione certatum. Primum M. Vellium praetore Barbarus hostis cepit, fuso fugatoq; eius exercitu. Nec multo meliore euentu C. Plautius postea id bellum administrauit, qui pluribus praesidiis fractus, fugientissimis cessit in pacatum. Claudius inde Vnimanus, & ipse quidem praetor tertio est loco in Viriatum & Celtiberos missus. Fufus est eius ductu, magnaque ex parte caesus Romanus exercitus, trabeas, fasces, caeteraq; magistratus insignia, quae uictor hostis cepit, in trophaei speciem, in montibus quibus latrocinari erat solitus, suspexit. Caecilius Metellus proconful Celtiberos cecidit, & a Q. Fabio Maximo, qui pari potestate cum exercitu in Lusitania erat, magna eius pars est armis subacta, circumducto ad singulas urbes exercitu, infregitq; Fabius usque ad eum Viriatum opes, ut in possessione uictoriae Romanus esset. Caeterum eam speciosè ademptam Pompeius qui Fabio successit, nimia uincendi cupiditate fecit: qui dum finire bellum nimis properat, perdidit omnem finitum laudem, domesticis percussoribus hosti subornatis: qui quum ille saepius uictus iam de ditionem ageretur, eam gloriam uicto contulit, ut aliter uicini non potuissent uidetur. L. Iulius Seruilius Caepionis consilio Viriatum interfecit auctor est: qui quum percussores paratæ caedis praemia repercerent, respondisse fertur, ut puerum credo consilium celaret. Nūquam Romanis placuisse imperatorem a suis militibus interfici. Perit Viriatum decimo quarto anno, ex quo bellare cum Romanis ceperat, dux maximus, & qui cum hoste congressus saepius uicisset. Eum extinctum Barbari honorificentissime fuerunt. Sabellus libro nono, Eneid. 4.

C. Caesar cum Syllam fugeret admodum adhuc iuuenis, incidit in PI RATA S. Ac primum cum poposcissent ab eo summam argenti: praedones, quod ignorarent quae tenerent, dissiptumq; tantum promittit se daturum. Deinde custodiendis se, dum argentum cogitur, imperabat, ne dormientes interceptarent, & silentium tenerent. Orationes etiam & uersus scribebat, quos eis recitabat. Eos nisi ualde laudarent, in sulcos appellabat & barbaros, ac per uicium suspensurum eos se mitti abatur: quo d breui post fecit. Si quidem praedones in alio dimissis, contractis hominibus, ex Asia nauibusq; redegit in potestatem praedones, ac cruci suffixit. Plut. in Apophth. Mytiae mons Olympus in uertice syluas habuit ingentes, aen dis latrocinijis accommodatas, & loca optime septate: quibus saepe tyranni & praedones uicinas gentes infestauerunt, inter quos fuit CLEON latro uico Gordo: quem postea augens urbem fecit, & Iulio polim appellauit. Is Antonio ualde utilis fuit: nam profectus ad eos qui pro Labieno tributa colligebat, omnia impediuit, quo tempore ille Africum uicinat. In Actiaco autem bello quum ab Antonio desertus uisset, Caesaris ducibus, adhaesit, & ultra munera ab Antonio data, accepit etiam quae Caesar dedit, ita ut pro latrone principis habitus gereret. Erat autem Iouis Abretanij sacerdos, quem deum Mytiae colebant: postea Comanorum sacerdotum in Deum accepit. Ad quod cum uenisset, intra mensem obiit, ex nimia crapula morbo correptus. In eo phano prohibitus erat suillarum eius carnium, unde nec in totam urbem sus inferebatur: sed Cleon latronum more consuetudinem praenarietis est, atq; iccirco creditus ira deum interfecisse. Aeneas Syluius cap. 59. Afric. ex Strabonis lib. 12.

SEXTVS Pompeius, Pompeij Magni filius, piraticam itinidem exercuit. Lucanus:

SEX

Sextus erat magno proles indigna parente, Qui mox Scyllaeis exul grassatus in undis, Polluit aequoreos Siculus pirata triumphos.

CO R A C O T A latro insignis in Hispania fuit. Eum qui cepisset uinum, decem aureorum millia ab Augusto accepturus uidebatur. A postquam is ultra Augusti fidei se commisit, immunitatem ei concessit, & muneribus insuper affectus. Dion in Augusto.

TRINI VS latro, quum postularetur, eos qui postulerent Terminus esse, ait Caligula Imp. hoc est, ipsos accusatores latrones esse, & tales, qualis dicebatur Terminus. Sueton.

BVLAS famosissimus latro, sub Seuerio Imp. uariis bellis occupato per totam Italiam, comparata manu sexcentorum latronum, posteaquam Centurionem uitae infidiatorem cepisset, raso capite ad Seuerum Imp. remisit. Nuncia inquit, dominis tuis, ipsos seruos suos alere, ne latrocinentur. Habebat enim Bulas multos apud se Caesarios, partim exitua mercede conductos, partim nullo certo stipendio. Cuiusdam mulieris, cum qua scorbatur, ope deprehensus, & a Papiniano L. C. praefecto praetorio interrogatus, Cur latro cinium fecisset? Respondit: Et tu dic, cur praefectus sis? Erat nimirum Papinianus homo praediuus, & magnae apud Caesarem eximiationis, & propter opum suarum splendorem in aulam admittitur: Bulas uero penuria rerumq; egestate uictratus, latrocinio uictum quaerere coegit. Dion in Seuerio.

Amniamus Marcellinus scribit, A R S A C E M Parthorum regem inter adolecentie rudimenta ductorem fuisse latronum: uenim mutato postea in melius proposito, multa gloriosè & fortiter egisse, superato etiam Nicanore Seleuco, Alexandri successore. Alex. lib. 1. cap. 2.

MOSSES Aethiops natione, praeful antea Saracenois, captus deinde ab Aegyptiis, ob uictia a domino repulsus, in latrocinijis aliquandiu uixit. Conuersus deinde ad frugem peruenit, & monasticam uitam amplexus est. Ex historia Tripart.

DAUID latro in Thebaide superiore apud Hermopolim, cum aliis triginta praedonibus, tandem meliore ductus spiritu, inclusit se monasterio, ubi ad mortem usq; sanctissimè uixit. Fulgosi lib. 6. cap. 9.

CAPITON latro, poenitens annis quinquaginta mansit in quodam antro.

RAYO, uel BAN O, uel ALLOVINVS, praedo, ab Amato episcopo Senonense conuersus, clericus factus est in monasterio Gandauensi. Cum in eum incidisset, quem olim captum uendiderat, ad pedes eius prostratus, se uinciri, publicèq; custodiri tradidit imperatui. In uinculis illis mortuus est, anno 630. Vincentius lib. 24. cap. 6.

VIMRIS Bononiensis. Vide Tit. Poenitentiae religiosae.

CARAVIVS per Belgicam & Aremoricam pacado mari a Maximo Imp. praepositus, quod a Franci & Saxones infestum habebat, praedam barbaris captis ademptam neq; prouincia lib. reddebat, neq; Imp. tradebat, ingentesq; hoc modo diuitias cumulauit. Mox in Britannia naues Romanum in modum construxit, legionem Romanam, quae ibi in praesidio erat, abduxit, aliquot militum peregrinorum cohortes interclusit, mercatores Gallicos ad delectum contraxit, barbarorum & maximè Fracorum innumerabiles copias spoliis prouinciarum diuisis illexit, atq; inde praedonum more omnia Galliae, Italiae, Hispaniaeq; litora latrocinis infesta habere instituit: unde illud piratici belli nomen inuenit. Sigonius lib. 1. Imp. occid.

OTHOMANNVS primus Turcarum Imp. agricola, in Bithynia latrocinia exercuit. Egnat. lib. 3. cap. 4.

Tempore Michaelis Cōneni Palaeologi Imp. in Bulgaria quidam exiit, subulco patre orsus, sed uersuto uir ingenio, nomine LA CHANAS, ab oleribus quibus uictibat: qui magna nebulonum manu facta, latrocinando uitam tolerauit. Vnde breui tempore magnas diuitias, & iustum exercitum, coegit. Huius continentes in cursiones & detrimenta non ferens Constantinus Bulgarorum princeps, acie congressus uincit, & eum regno uitam amittit. Laebanes praeter principatum, etiam coniuge Constantini potitur. Gregoras lib. 4. Hic Pachimerius Bulgaricè Corducubam nominat. Qui cum pane & agrestibus herbis uictians, principatum sibi diuinitus destinari, suis gregalibus subinde aarraret: eadem manu facta, cum Constantinus ob fractum crus negligenter, Scytharum inuisione saepe ultus est.

COTTANITVS latro captus, supplicij metu factus est monachus: simulataque ad tempus religione, per occasionem ad Seniae Cratem elapsus, dux copiarum factus, ab eo tandem Andronico propter Simonidem coniugium captiuus traditus est. Pachymerius.

RONZERI VS uir arate iuuenis, toruo uultu, in exequendo destinata uelox, in agendo uehemens, euentu Prolemaide, monasterio relicto, piraticam exercuit Idem.

TAMBERLANES siue Temires Sāgalis F. equorum pastor, fure latronum dux, facta manu magnas praedas egit. Eum

Massagetarū rex suis praefecit copijs. Mortuo rege, reginam duxit uxorem, & res maximas gessit. Chalcocondylas lib. 3. ALVILDA Suardi Gothorum regis F. piraticam cum uirginibus exercet. Vide Tit. Mulieres fortes.

LATRO quidam sub Iacobo I. Scotorū rege ob uisum dāuā cū tota familia exultus. Vide Tit. Crudelitatis in dolos. ANGLI nauigatione in Luoniam instituta, quum in mari Regni sereno aere fruerentur sine uentis, obuiosq; uiderent Luonens mercatores, onulis nauibus occiduas petere partes, amica salutatione de nauibus iacentibus afflittere: inuitantq; per maris quietem stantes ad anchoram suas in naues ad epulas. Nihil illi uentis fraudis, quod omnia essent pacata, descendere in eorum naues. Illi eos in mare proturbant: captisq; nauibus, in Angliam redierunt. Misere oratores Calistam ad Anglos, an. fal. 1433. Rex Henricus literas dedit de aliquantibus millibus nabalorum exoluentis: quae li tera etiam nunc extant, necdum tamen pecunia est exoluta. Cranzius lib. ii. Vandaliae, cap. 37.

PRI GNIS A Vandalorum habitatores, ad depradationem publicorum iurium (quem illi propè iustum habent quæstum) semper sunt expediti. An. fal. 1440. CXX equites uenere Magnopolim, ducem habentes tanti equitatus Hericum Pinguem. Nemo enim paulo lionestior in latrocinijis hominum suum profectur: sed hominem rusticiani generis praeficiunt, quem sine nomine sequuntur nominatissimi. Cranzius libro 12. Vandaliae, capite 13.

ALEXANDER Stuart, Roberti I. Scotorum regis nothus, praedonum stipatus manu, templum cathedralis Morauicenses, ornamentum Scotiae Borealis, incendit, propterea quod iniquis eius postulatis episcopus Morauicenses consentire nolisset. Inde Aberdonia profectus, eius loci episcopum Adamū ad necem inquisitū pertraxit, dicitur fauore eum auctoremq; antistiti Morauicenses non obsequendi suae uoluntati exiisse. Verū offerente uero canum caput uenerando sene, permoti reuerti uiri socij Alexandri, intercessere atq; obstitere, ne occideretur. Non multo post in carcere coniectus est usq; ad patris mortem. Eius filius Duncanus, paternis insitens uictis, Angulā plurimis affectis incommodis, Roberto III. regnante: ualiter Ogily uicecomite Angulianum cum amicis filijsq; ac magna militum multitudine obuium caecidit. A Comitē Craufurdia fugatus, H. Boethius lib. 16.

Insignis latro EXAMITES, natione Boemus, Hussitarū affecta, sub Sigismundo Imp. milites praedandi cupidos undecunq; ad se uenientes benignè collegit, eosq; fratres appellauit, & uniuersam Hungariam trans Danubium (Sepulium uocant) tributariam sibi reddidit, exaequatis munitionibus locis oportunis, praedas in sine cuiusq; mensis uiritim diuidens. Ex quibus non plus accepit, qui totum mensem, quam qui diem unam ante diuisionem in castris fuit numero fratrum ascriptus.

Hac societas cum longè lateq; rapinas ageret, & iam quinque milia pugnatorum in armis haberet, indiesq; cresceret, non aliter dissipari potuit, quam dūce ipso Examite ad stipendia Ladislai regis uocato. Aen. Syluius cap. 1. Europae.

Nobilis quidam BOEMVS, Hussitarū sectae, ingressus monasterium Oppatouitū, hospitioq; cum tribus comitibus, a Petro Abbate benignè exceptus, tres mox alios induxit, ac deinde uiginti simul praedones, dato illis negotio, ut obuios quosq; monachos trucidarent: adhibita insuper seni Abbati crudelissima tormeta, ut thesauros monasterij praedecret. At illè nullum omnino uerbum per cruciatū emisit. Quare exasperatus immanis hospes, in omnia loca occlusa inuadit, armaria refringit, cistas recludit, & quicquid in illis aureae, argentaeq; monetae inerat, id totum diripit. Mox donario per quā opulento impias manus admouet, signaq; inde & calices, & cruces, atq; alia huiusmodi utensilia ex auro & gemmis pretiosa, plaustris imponit, secumq; aucta domum asportat suam. Trigentes festerium aestimata fuerunt bona illa ablata. Ipsi quoq; Abbati uitam abstulerunt. Dubrauius lib. 23.

Paulo ante Sigismundi Boemię regis mortē IOANNES quidam

dama Robacius,uir oprimo genere,at pessimo ingenio,non longe à Cuthnis montibus in edito colle castellum crexit, quem montem Sion appellauit, auguratus ex eo quandoq; loco promanaturã esse ueritatẽ, quã Boemicam gentem in libertatem uindicaret. Quum ceteri proceres, audito Sigifmundi Imperatoris aduentu, Iglauiam cum uniuersa nobilitate proficiscerentur, ut eum pro dignitate exciperent, hic domi remanens prædas exercebat. Infestat finitimos, & regem demum laessere non ueretur. Boues ac uina, quæ ex Hungaria ad Imperatorem aduehebantur, intercipit, formidolosa reddititina. Ad hunc latronem expugnandũ Henricus Præcon à Sigifmundo missus, quum mensis quatuor castellum natura & arte munitissimum oppugnasset, capto tandem Robacio, ceterisq; latronibus, expugnauit. Cum his etiam Hussitarũ antistes captus est, qui sacris apud eos operabatur. Pragam perducti, omnes laqueo cæci sunt: duo & nonaginta numero. Bonfinius lib. 3. Decad. 3.

IOANNES GILERA, Boemorum latronum (qui ab Elisabetha Ladislai Posthumi matre contra Vladislauum Polonum introducti, superiorem Hungariam atrocissimi infestam reddebant) princeps, postquã in magnas angustias ab Mathia Coruino Hungariæ rege redactum se conspexit, armis salutem se impetrare posse diffidens, per literas culpam ingenue confessus, fidele quoq; obsequium in posterum pollicitus, ueniam precatus, impetrauit, & duo insuper oppida, cũ quinque & uiginti aureis millibus à rege dono accepit. TELLERPHVS autem alter latronum princeps fufus & fugatus, in Boemiam reuersus, cum datam nemini fidem præstitisset, eò miseriam redactus est, ut in foro sportulam circumferret: & tix quandoq; obolum haberet, quo ad popinas paululum carnis emeret. Bonfin. lib. 10. Dec. 3.

CHRISTOPHORVS Sarracenicus, nobilis genere ortus, & non contemnendis opibus præditus, facta manu perditorum hominum sub Casimiro rege anno 1482. uias publicas infestabat, mercatoribus Cracouienfes complures copiosos & honestos Lublinum ad nudinas proficiscentes diripiendos & trucidatos. Hac de causa proscriptus, & cum proscriptioem contemneret, circumuentus & captus, Cracouia iussu regio capitali pœna affectus est. Cromerus lib. 29.

ERICVS Thrax, qui piraticam multos annos exercebat, plurimãq; damna Venetis hominibus intulerat, quòd ex Africa ueniens naufragium ad insulam fecerat, captus à Meliis (ad quorum insulam Melum paucis ante diebus Pisaurus, Venetæ classis contra Baiazerem Imp. fere contulerat) Pisauri à Venetæ classis præfeto, propterea quòd is aliquot ante annos ciuem Venetum Ambrosium Contarenum Francisci filium, cum quo mercaturæ societatem interat, nihil ab eo metuentem, cum eius nauis per insidias, contra iuristurandi religionem, apud Thessaloniam à se capti, igni ex cruciatum necauerat: uiuus exustus est. Bemus lib. 6. Venetæ historia.

MENALDVS Guerra Cantaber, pirata immatis, ex atre portusq; Ostiensis Tiberinas subuersiones ita intercipiebat, ut populus Romanus multarum rerum uiniq; præsertim inopia premeretur, & aduenç Hispani ac Ligures, et delatatem Barbaritantes, aliò cursum dirigeret: nam ut quodq; nauigium quis Ostiam adegisset, nisi nauis sese diripiendos capiendosq; continuò demissis uelis sublatisq; remis ad ripam arci subiectam sifteret, coniectis ex propinquo tormentis demergebatur. Nec ad eò multũ abfuerat, quin Pontificias turrets incaute ad amnis fauces prouectas interciperet, aut certe demergeret. Eum tandẽ Confaluis Magnus ab Alexandro VI. Rp. ad ferendam opem uocatus, uictum uinctumq; Pontifici tradidit. Iouius in Confaluo.

PAVLVS Catinensis pirata monachus factus. Vide Tit. Monachorum Christianorum.

HORVICVS Barbarussa, & HARIADENVS, patre Græco, atque eo Mahometis sacra secuto, in insula Lesbo geniti, quum in opiam domi ferre nõ possent, arrepta bireme spes suas omnes mari commiserunt, sese Camali archipirata in disciplinam tradentes. Sub hoc Camale Horucius, qui uti natu maior ad se ducis nomen trahebat, cum Haria deno multa præda multisq; seruis atq; nauigijs adactus, ac demum a suis in societatem minoribus piratis prædabundus in Mauritiam peruenit. Eo tempore Algerij regulus cum fratre armis de imperio contendebat. Hic quum Numidas equites, qui hodie Arabes appellatur, precio sibi in auxilium ascisisset, alter oportuno nouæ gentis adueniu magnopere lætatus, pecunia cum Horucio transfegit, ut se defendendum susciperet: paucisq; diebus Horucius cum ualida manu susceptorum, quibus præcipuè Numidæ terrentur, eo impetu gessit atq; confecit bellum, ut Turcarũ nomen cum Numidis, cum Mauris omnibus terribile esset. His rebus gestis, repente hostis factus, Algerij regno potitus est: & finitimum quoq; regulum, Circello imperantem, uel doliq; aggressus expulit. Inde mare undiq; infestum reddebat, & in

mediterraneis cum expeditis cohortibus euagabatur, ita militie munera cum fratre alterna sorte partitus, ut nihil terra marie pacatum relinqueretur. Bugeam magno apparatu inuadenti dextra manus tormenti icu abrepta est: inde ferream sibi fecit, qua ad cubitum religata, multis in preliis postea feliciter est usus. Multa interim præclara contra Hispanos gessit. Ad extremum immo dicæ spei plenus, quum Tremisij regem, amicum solumq; à Carolo V. Imp. appellatum, regno expulisset, immineretq; Orano, Portuicque magno, quæ Hispanorum præsidis tenebantur, Punica simul & Christiana arma aduersum se concitauit. Eo bello superato, & fuga in solitudines euadentem, Hispani Maurisq; equites consecuti, cum paucis ex familiaribus interfecerunt. Horucij caput in Hispaniam transfusum, circumlatumq; in lancea, populis, præsertimq; maritimis, insignem attulit lætitiã, quòd sublato prædonum rege, diu exopta securitas litoribus reddita uideretur. Sed Haria denus ne que spiritu, neque bellica laude Horucio inferior, acclamatibus militibus imperium suscepit. Is non modò regni, sed artium cogitationumq; omnium, quæ in fratre eximie fuerant, hæres factus, ad optatumq; etiam in fratre cognomen, ad imperium totius Africæ aspirans. Vocatus inde ob nominis celebritatem à Solymano Byzantium, tribus Bassi quartus addi meruit, & Roscetti Muleassis Tunetani regis fratrem, reduendi specie, reuera autem regni Solymaniaci acquirendi gratia classis præfectus, Muleassim imperatum regno expulit, eoq; potitus propter rei naualis peritiam à Solymano Amiras declaratus, purpuratorumq; collegio additus est. Iouius lib. 33. Hist.

HARIADANVS Smyrnenus archipirata, cui Caeciadiabolo cognomen fuit, Portundum Hispanicæ classis præfectum ad Colubrariam insulam cum octo turremibus uicis & interfectis. Cuius uictoria spolia cum Barbarussa Constantinopolim misisset, tum primùm inclarescere cepit. Iouius.

SENAPITATE cognomento Iudæi, turrem præfecti filius, Tuneti captus, quãdo Barbarussa à Carolo V. regno pulsus est, Appiano lxxx insulæ & Populini regulo seruiebat, & facris Christianis initiatus, Barbarussa à Gallis euocato, qui Turcica classe Italicum litus deprædabatur, insulæ uastationem minanti, redditus est. Hunc adolescentem Barbarussa honoris causa septem turremibus præfecit, sicut postea miteretur tanquam postliminiò redditus ad patrem Sinam, uel que ad Suetiam Rubri maris portum, Memphis urbi propinquissimum, qui antiquitus Arsinoes fuit. Ibi enim Sinas, propter naualis disciplinæ peritiam, ad discendam adducendq; in Indiam classi aduersus Lusitanos à Solymano fuerat præpositus. Verum senex inexpectatam singularemque ex recepto filio lætitiã diu sustinere non potuit, quò præ gaudio supremum animæ deliquitum incurrit. Erat Sinas ipsi Barbarussa opinione uirtutis ferè par, & ætate æqualis, prudentia uerò æquitateque iudicij facili superior, uel ipso captiuorum testimonio, qui cum Barbarussa, uti sæpe itacundo atq; acerbissimo, mitiorem dominum experti fuissent. Iouius in Historiis.

An. 1509. cum pirata quidam Gallus, nomine MONDRAGONVS, nauẽ ex India uenientem cepisset, & Emmanuel rex Lusitanicæ, per legatum suum de hac inlutiã apud Galliarum gem conquisitus fuisset, & nauem cum opibus, quæ in eam fuerant impostæ, sibi frustra festiui postulasset: quatuor nauces parari iussit, quibus Odoardum Pacicum præfecit. Is uerò qua celeritate peruenit, in Mondragonium inuectus est, quem in ora Callaica, ubi Finem terræ nominant, offendit, qui certamẽ minimè delectauit. Fuit utrinq; acerrima contentione dimicatum. Pacicus tamen nauem unam pirate depressit, & tres cepit, ipsumq; piratam uinctum ad Emmanuelem traxit. Qui cum omnia, quæ ceperat, restituisset, fidei demque dedisset se fore semper Regi Emmanueli deditissimum, neminiq; Lusitano iniuriam deinceps illaturum, custodia liberatus, in patriam reuersus est. Ofor. lib. 6. rer. Em.

VERTICILLVS, famosus in Campania latro, quũ exul præteriti maleficij ueniam ab Philiberto Auratio Caroli V. Cæsaris exercitus imp. impetrasset, Cæsaris milites Neapoli à Gallis & Venetis obfessos, in uicem multo peccore, mirifice adiuuit. Ei siquidem, saltuosus & nemorosus locis asseuto, notissimi erant obliqui tramites, quibus Campania, suburbanaq; præsertim, ad iterum iter obfita est, eratq; ita familiaris uicis atq; oppidis, ut quot botũ iugis ager araretur, in numerato haberet, solerissimq; insidiosus, unde maximè nocere cuperet, quam uolbat prædã abigeret: usque ad eò feliciter uitatus aut decepsit Gallis, ut una nocte supra centum bonos Neapolim perduceret. & usque ad belli exitum nihil indutiam suam, uti pollicitus fuerat, usquam remittens, sæpe iuxta hostium castra impune prædaretur: sic ut Gallis frustra indignantibus magno detrimento foret, & Cæsarianis singulare commodum attulisse diceretur. Sed hic confecto demum bello ita inexpectatũ eius beneficij præmium

mium tulit, ut à prætor Capug, uiro Hispano, & ut pleruntque sit, eius spoliis inhiante, comprehensus in furca suspenderetur: iusta quidem ueteris maleficij pœna, sed omnino iniqua, si recentis publici beneficij memoria spectaretur. Io uis lib. 26. Historiarum.

FRANCIATA, Fracti montis Heluetiorum incola, qui mirã sanationiam & scelerum suorum poenitentiam aliquot annis simulauerat, Lucernam ueniens, à uida quadam hospicio exceptus, eam uel libidinis uel auaritiæ nomine aggressus est. Illa exclamante, accurrit iuuenis domesticus, quem in cautum enchiridio Eremita confodit. Vidua elapsa facinus nefarij hominis in platea diuulgauit. Rusticus irruens in cubiculum, ab eodem exceptus necatur: mox etiam honestus ciuis cum famulo. Superuenere alij, qui cautiore aliorum facti periculo, armis scelerum aggressi occiderunt. Ille occidens, hoc unum locutus est, Jey hab ichs uff der rã sphen. Stumpftus in Heluetia.

PAVLVS cognomine Sutor, Basileæ natus & educatus, in pagu quodã Solorum ditionis textoriam exercens, abjectissimus homunculus, cum otio & conuersationi improborum se dedisset, neq; ob paupertatem uitii suis indulgere posset, rem scelerum commentus est. Erat quidam senex Basileæ librorum cõpactor, Andreas Hager, qui Pauli ex facro fontem uerat, & eiusdem turclam mortuis parentibus, pietate motus, susceperat. Eum clam interfecit, & domum compilare constituit. Itaq; Nonis Feb. anno Christi 1563. summo mane, ab ancilla nihil mali à domesticis suspicantem intromisus, in lecto decubentem Andream, annis atque morbis confectum, de aduentu & uxoris liberorumq; ualitudine amicè interrogantem, mallo e librario interfecit. Saram Falckiam, Andream affinem, quæ pridie eius diei Io. Hospinianus Philosophiæ doctõri de spõsata fuerat, & senis domum sola regebat, strepitu audito accurrentem, mallo eodem

prostrauit, strenueq; reluctantem cultro librario iugulauit. Mox ferinis omnibus referatis, pocula aliquot argentea, & pauculos numos, spe sua multum frustratus, secum abstulit. Tegendi sceleris causa, hypocaustum iticẽ dit: speras fore, ut oborto incendio domus cum eadentibus configaret. Verum cum incendium in tempore à ulcibus extinctum fuisset, eaducta duò miseris modis lacera fure iouenta. Ille, diris ultricibus exagitatus, cum interdiu scelerum conscientia iter facere amplius non posset, in pagu uicino deprehensus, & Basileam adductus, ut & latrocinij, & furti & incendij pœnas lueret, rotæ, crucis & ignis supplicio uiuus affectus est. Prid. Cal. Martij.

THOMAS Rodolfus Scafhufiensis, ex eorum numero, qui emeticò studio solum titulo, disciplina prætextu suæ alimentata quærunt inertiæ, cum obseruasset Io. Schuanfelderum cum uxore Francofurtum abiisse, prope Sprendelingam, pagum uicinum, cuius Ecclesiæ Ioannes præerat, petiit, eum dem cũ amicis hospitibus paulo post affuturum fingit, ancillam piscium afferendorum causa ablegat, filiam eius Ameliã blandis uerbis unum sibi offerre iubet. Illa patris aduentum expectandum esse dicente, ira percitus, cultrum ab ea flagitat, pomò decorticandi causa. Eo accepto, puerũ quadrimum Ioannis nepotem iugulat, Ameliã opem ferre conantem, septem uulnibus conficit. E fuga retractus à rusticis, Offenbachii in arcem ducitur, latrocinium fatetur, noctu mira ratione solutus uinculis, cum nullibi pateret exitus, in Comitibus, qui tum peregrè aberat, cubiculum se insinuat, ibiq; per duos dies later, serinia compilat, DC florenos in sacco ad subiectam Mœni ripam præcipit: ipse alia ex parte per funem nauticum, qui fortè clathris erat alligatus ferreis, delapsus, Francofurtum reperit. Ibi à rusticis congnitus, à magistratu captus 22. Feb. anno Christi 1570. ignitis laceratus forcipibus, rotæque supplicio est affectus.

HONORIS, FAMAË, EXISTIMATIONIS CORRUPTORES, INSIDIATORES.

Consule Tit. Astutia in inferenda ignominia, in honore impediendo. Illic quidem Fraudis habetur ratio, hic uerò Inæqualitatis & Iniuriæ, qua præter meritum alij afficiuntur.

LIBERTATIS INSIDIATORES.

Vide Tit. Astutia in libertate aliorum tollenda. Hic Iniustitiam in tollendo eo quod non debet, illic Fraudem perpendimus.

PRODITORES.

Complectimur hoc Titulo omnes eos, qui uel iudicio, uel defectione, uel exhibitioe, uel deductione, alios aliorum iniurie exponunt. quod Latini Prodere uocant. Itaq; huc etiam Transfugarum titulus referri potest. Consule Titulum, Pena proditorum. item, Pena perfidiæ erga principes, patriam, amicos. item Tit. Perfidiæ erga eosdem.

QVI. VT SVNT REGES.

Defecerat Sidonij à rege Artaxerxe. TENNES rex Sidonis ab Aegyptiis Græcos mercenarios milites ad quatuor milia, quibus Rho dius Mentor præerat, obtinuit. Paraturũ cum rex Babylone in Phœniciam cum exercitu contenderet, MENTOR, cuius magna erat Sidone potentia, audito ingentem numerum Persarum aduentare, iudicans Phœnicis eis minime pares esse, salutis suæ priuatim consulere statuit. Itaque ex suis familiaribus Thessalonem clam Sidoniis omnibus misit ad Artaxerxem, Sidone ei pro dero recipi, simulq; ad bellum Aegyptium cum eo proficiscim quo, ut pote locorum & eruptionum, quas Nilus faceret, cognitionem exactam habens, adiumentum magnum afferre posset. Thessalonem omnia ea narratam rex audiens, mirifice est gauisus: commissisq; defectionis gratiam Mentori se facere respondit. Tunc Sidone Thessalio reuersus, Mentori quæ egisset renunciauit. Tennes in proditiõis societatem acceptus à Mentore, hanc reliquit loci cuiusdam præsidio in urbe, ut proditiõis negotium curaret: ipse cum militibus sexcentis egressus, simulauit eundem esse ad Phœnicum quen dam conuentum: accepitq; secum nobilissimos centum ciues, ueluti forent consiliarij. Cũ iam haud longè ab ipso rege esset, comprehensus eos centum Sidoniis tradidit Artaxerxi. Qui Tennes ut amicum benignè accepit: acceptum uerò illos, ueluti defectionis auctores, telis obrui fecit. Aduenit & ex urbe quingenti primores uiri, ramis oleæ preteritis ei supplicantes. Ibi rex Tennes seductum, Num urbẽ sibi posset tradere, est percunctatus: (plurimum namq; laborabat, ut citra pactioem ullam Sidonem reciperet, quòd clade aliqua immani eam afficiens, reliquas urbes castigatione ea perterret.) Tennes se id facturum confirmante, rex

impotentem iram in animo fouens, omnes eos quingentos uiros supplicantium insignia gestantes, confodi fecit. Tennes postmodum ad mercenarios Aegyptiorum milites accedens, eis persuasit, se & regem intra moenia reciperenti perq; huiusmodi proditiõem Sidon in Persarum potestatem deuenit. Tunc rex, cum Tennes opera non amplius indigeret, eum interficere curauit. Diodorus lib. 16.

DV CES.

CILICON, cognomentum ACHÆI Meropis filij, à nutrice Cilissa, patriam Miletum Priencensibus prodidit, cùm dux exercitus esset. Fuit autem diues: unde pro uerbium, Bonã Ciliconis habet. Rogatus autem sæpe, Quid acturus esset? respondebat: *ὅτις ἔργα*, Bona omnia. unde pro uerbium, Omnia bona, ut aiebat Cilicon. Sed tandem cùm ad Theagenem quendam carnis emurus, ingressus esset: isq; iussisset monstrare, unde reserari uellet: extantam ab eo manum amputauit: ista, inquit, manu nõ prodes urbẽ aliam. Sidas. DIOGNETVS Erythraeorum dux, proditor suorum militum amore Polycritæ puellæ. Vide Tit. Hostibus prodendis fidem erga patriam declarare.

Clades, qua affecti sunt ad Aegos flumen Athenienses à Spartanis, nõ iusto prælio, sed PRÆTORVM proditiõne, quos pecunia hostes corrupissent. Dona enim à Lyandro Tydeum & Adimantum accepisse, cuius rei testimonium ex Sibyllinis carminibus afferunt. Ac tum Cecropidis lustum gemituscq; ciebit Iuppiter altionans, rerum cum summa potestas. Nauibus exitium, & ciuilia funera bello Ille feret: culpaq; ducum dabit omnia pessum. Pausanias in Phocicis.

MILITES.

Consule Tit. Ad proditiõem hostium milites impellere. EPI.

Mortuo Ludouico Francorum rege, Carolus Lotharingia dux, patruus eius, ad capessendum regnum in Galliam uenit: sed Gallis, eo quod Germanorum imperio prorsus additus fuisset, minime probatur. Obuium igitur habuit Hugonem Capetum, ualida factio forum manu stipatum. Commisso ad Laudunum urbem praelio, Caroli exercitus caeditur. Ipse dux fuga clapsus, Laudunum urbem ingreditur, ubi uxor eius commorabatur. Noctu ab ANSELMO Laudunensi episcopo uetulo (quem Nauclerus Anselmum, Aimoius libro quinto uerò Alcellinum uocant) referatis portis, Hugo intromittitur: qui uinctum Carolum, ad Aurelianenses cum uxore carceri includendum misit. Robertus Gagauinus lib. 5. & Paulus Aemilius lib. 3.

Henrico IV. Salomonem Hungariae regem in regnum restitue re uolente, Geysa, qui Salomonem eiecerat, immensis largitionibus Germanos principes, in primis uerò Patriarcham Aquilensem corrupit: ut partim somniorum terculamentis, partim falsis prodigiis, partim uanis consiliis Imperatorem ad suscepta expeditione remoueret. Id quod effectum dedere, seditionem militum missionem petentium astute excitata. Bonfinius lib. 4. Dec. 2.

LEGATI.

DOSITHEVS cliens Hyrcani, foederi Herodis regis, missus ab eo cum literis ad Malchum regem Arabum, quibus Hyrcanus fugam meditabatur, literas eas Herodi tradidit. Et Herodis consilio deuotè obsequens ad Malchum detulit, & cum Malchus Hyrcano opem polliceretur, Malchi quoque literas Herodi ostendit. Tum Herodes Hyrcanum uirum optatum, annum agentem othogestum, interficiendum curauit, cum iam pridem occasionem aliquam eum necandi quaereret. Iosephus lib. 15. cap. 9.

Pallantida, qui sperauerat regnum se, orbo defuncto Aegeo, occupaturos, ut declaratus Theseus successor eius est, iniquo animo id ferentes regnare adoptatum à Pandione Aegea, neque ulla contingente Erechthidas cognatione: nunc autem iterum aduenam Thesea & hospitem regnaturum: bellum mouerunt. Erat caduceator in coetu illorum Agnustus LEVS nomine. Hic detulit ad Thesea consilia Pallantidarum, qui repente insidiatores adortus, cunctos oppressit. Eare nunciata, Pallantis cohortes dispersa est. Inde aiunt Pallantidarum curiae cum Agnustis conubium non esse, neque pronunciari eis illorum more, Audite Leos, quae dictio populum significat: nam ob illius proditorem est nomen hoc his execrabile. Plutarchus in Theseo.

Lacedaemonij ARISTVM legatum Syracusas mittunt, nomine quidem ad soluendam tyrannidem, sed rem magis ad reliquias iuris popularis euertendas, dominiumque tyrano confirmandum. Arbitrabatur enim Dionysium, si sua ope communitum imperium, remque stabiliret cerneret, eius se opera cunctisq; opibus pro arbitrio uisuros. Aristus Syracusas nauigans, clam tyrannum adit, cumque eo secreto colloquitur, componitque inter se cuncta. Post Syracusanorum concione habita, cepit eos ad pristinum statum hortari, polliceri; operam suam ad recuperandam liberatam. Inter haec Nicotem Corinthium Syracusanorum praefectum neci dat: quos ex ciuibus adductos suasionibus induxerat, tyrano prodidit. atque ita sublati de medio aduersarii, tyrannicas partes auxit, & corroborauit: neque ueritus est tam tetro facinore per fraudem & proditorem summe ipsius nomen, patriaeque maiestatem sceleratissime inquinare. Diod. li. 14.

Theodericus Metensium rex ad Hermensfredi regem Thuringorum, saepe uictus, ne bellum resumtis uiribus renouaret metuens, missi legationem de pace. Credidit rex, & quod uerum esse cupiebat, facile persuasum habuit. Lam egerat cum IRINGO legato Hermensfredi Theodericus, ut in suo conspectu dominum perimeret. Ergo ubi Hermensfredus procidit, ut genua regis amplecteretur: Iringus stricto gladio eum confodit. Theodericus proditorem mox abire praecipit. Iringus furcens iam, certus mori, gladium intorsit, ut Theodericum cederet: sed frustratus in se uertit enssem, & dominum cadens amplexu petiuit. Theodericus promissam Saxonibus terram donauit: urbem, quam expugnauerat, perpetuo concessit habitandam. Haec ex Saxonum historiis. Cranzius lib. 1. Saxoniae, cap. 27. & 28. & Aemil. lib. 1.

Anno Salutis 796. Carolus Magnus CXXIII millia contra Saracenos duxit. Aigolandum superauit, Hispaniam subegit. Erant adhuc Marurius & Bellingadus debellandi, quos Babyloniae Admurathus ad Hispanias obtinendas miserat. Ut igitur bellum, quod iam magna ex parte profligatum habebat, ad exitum perduceret, GANALONVM (quem Ganum circulatores uocant) ad hos misit Carolus, ut has illis conditiones ferret, ut Christi fidem & pacem acciperent, aut certum auri & argenti sibi pondus tributum nomine penderent. Peregit Ganalonus Caroli mandata: ceterum hosti li auro captus, ex caduceatore factus est proditor, cum Mar

furio & fratre consilium capit, qua ui, qua arte, omne Gallici exercitus robur his praebat trucidandum. Magno itaque aurum pondere ab hostibus accepto, auditor fuit regi, ut Cistareos portus cum cetero exercitu transgressus, Rolandum cum uiginti millibus lektorum militum relinqueret, qui tributum ab hoste acciperent, essentque subsidio suis, si genualio qui inconstans, in Pyrenaeo superando noui aliquid moliretur. Rolandus ac leuissimum ducit, qui cum eo relicti sunt, in Runciualle (id est loco nomen) in Vasconibus, castrametati sunt. Hos Marsurius & frater, qui in ea stabant occasione crecti, ex improuio adorti, Rolandum cum flore totius Gallici exercitus ceciderunt. Scribit Turpinus (nam is cum Carolo erat eo die, quo clades illa insignis est à Gallis accepta) se facris apud regem operantem, media caeremonia, sibi uisum cernere audireque cetum animarum ad caelum cum tu ascendentium. Carolus tam atroci nuncio percussus, retrò in hostes conuersus, abeuntes per magna spacia insecutus, ad fatitatem cecidit: Canalonum inde proditorem uictum fero cissimis quadrigis distractum, scelerè lanauit. Sa bellicus lib. 8. Ennead. 8.

Cum Mastinus Scalanus Venetorum sociorumque armis premeretur, MARSIIVM Carrarium Patavinum Venetiae inuadente causa. Marsilius cum Principe secretiore sermone egit de Patauina defensione, qua non nisi per uictum est. Ferunt, eum astante legatorum corona, demisso sermone, Dan dulo deduxisse: Equid si tibi, Princeps, Paduam da remus? Tum illum, & uoce & uultu rem, quae interim agebatur, dissimulando, Eam tibi habendam traderemus, respondisse. Marsilius domum reuersus, Mastino ad Brixiam obfidiione leuandam, Patauinis finibus abeunte, Petrum Rubrium Venetorum ducem cum copiis accersitum, aperta illi porta, quae Pontis curru dicitur, intra moenia admisit. Hic pro concione ciuitatis regimem, Venetorum nomine Marsilio Carrario miro omnium consensu delatum est. Sabdellius libro 2. Decadis 2.

CONSILIARI.

Conradus dux Glogouienis bellum aduersus Henricum Legnicensem animo uersabat, ob interuersum Vratislauensem dominatum. Et cum imparcon se illi esse uiribus intelligeret, incautum dolis circumuenire fudebat. LVTCIVM unum de familiaribus & consiliariis Henrici, gente Habdanum, donis & promissis ad proditorem heri induxit. Erat hic Luticus in intimis Henrici, & magnis ab eo beneficiis affectus: sed patrem eius Pascolam, gratia & fauore Principis insolentem, Henricus capite plecti iusserat, quod is homicidij reus, crimen, frustra dissuadente ipso iudice, gloriabundus fateretur. Lenierat tamen eum Lutici dolorem Henricus postea, collatis in eum plurimis & magnis beneficiis. Et ille iure casum patrem professus, iurcurando dato, persuaserat Henrico, ne quid ob eam rem de fide sua dubitaret. Conradus itaque cum facies Lutici animo subderet, haec male curatum uulnus reficere, effecit, ut plus apud eum ualeret uetus dolor, quam tot recentia beneficia. Fortè in balneo ad Odrum, haud longe ab arce Vratislauenfi corpus curabat Henricus: aduolat eo Luticus cum armatis: Henricumque praemonitum quidem de aduentu suo, sed nihil tale suspicantem, nudum è balneo extrahit: & uili palliolo tectus, atque quo impositum, continuato nocte dieque, cursu Sanduouitum, quod in ditone Conradi erat, asportat. Inde uinctus Glogouiam perducitur, in angustum uas ferrum concluditur: in eo duo erant parua foramina, alterum quo cibum sumeret, alterum quo alium purgaret. In eo sex totos menses asseruatus, neque sedere, neque iacere potuit. Ad extremum eo redactus est, ut iam tabescente corpore, sanies & uermes de scapulis & femoribus eius scaturirent. His malis uictus, tandem durissimis conditionibus à Conrado dimittitur. Cromerus lib. 10.

QVI PRODIDERE

REGNA, REMPV.

PHRYNO & PHILOCRATES, ambo proditores, alter ob proditorem Athenis exulauit, & ob lenocinium male auduit Phryno autè ob prostitutum suum filium, quem ad Philippum Macedonem adduxerat. Suidas.

DORYLVS Taciticus, proauus matris Strabonis Geographi, cum maximis aliis honoribus, & Cumanorum sacerdotium ab Eupatore accepisset, regnum prodere Romanis comprehensus est. Illo euerso, totum genus in calumnia fuit. Strabo libro 12.

Proditor perdit uno tempore, quae longo parta seruat; extiteret, ut de RYFFINO scribit. Claud. 2. in Ruf.

Heu heu quam breuibus pereunt ingentia caussis, Imperium tanto quaesitum sanguine, tanto Seruatum, quod mille ducum peperere labores, Quod tantis Romana manus contexit amnis, Proditor unus incers angusto tempore uertit.

FRAN.

FRANCISCVS Carmaniola, obscurissimo loco natus inter Allobrogas, quamuis non male meritis de Philippo Vicecomite Mediolanensium duce, quum eum fugiens ut ingratum principem, uita sua infidantem expertus esset, uirabundus eius dolos, in Senatus Veneti tutelam Venetias cum uxore & reliqua familia confugit. Qui tanta cum benignitate excepit, ut nihil iracundiam tanti principis ueritus, et summam totius Reipub. suae ueluti mancipio crediderit. Is tandem post claram uictoriam Maclodiensem suo ductu auspicioque ex hoste partem, Cremonam urbem è manibus suis elabi passus est, classet Venetam in Pado agentem negligit, & de tota re Veneta proditorem se fore, Philippo principi promissit. Id quod quum literis manu sua scriptis cognitum persequeretur; foret, ceruix ei publico decreto inter geminas columnas abscissa est. Egnatius lib. 5. cap. 3.

EXERCITVM.

PHARNEVS Cyrestes, Ventidij exercitum contra Parthos prodere nititur. Videlicet Stratagematum, Consilia sua occultat. COMMENTIOLVS dux pro dit exercitum Barbarorum. Vide Tit. Sautia bellicae erga suos milites.

VRBEM.

Ex Tit. Prudentia bellicae, Vrbes capere, per Portas inuadendo, huc quadam.

THARBS Aethiops regis F. patrie proditrix. Vide Titulum, Insurandum hosti datum si dicit interpretari.

AENEAS & ANTENOR patriam Troiam Graecis, cum illos per portam, quae equinam habuit effugim, intro duxissent noctu, prodidisse dicuntur: rumor incerto. Vide de hac re Sab. lib. 7. En. 1.

Peloponnesiacis bello, quod inter Athenienses & Spartanogestum est, Agidi Lacedaemoniorum duci XENIAS Eleus Elin ipsam tradere est aggressus. Pausan. in Achaicis.

Philippus frater Antiochi Dionysij Syriae regis, opera MILLESI arcis praefecti urbe Damascenorum potius, per ingratitude non remuneratum eum, quod uellet uideri terrore urbem, non proditorem cepisse. Quapropter suspectus Milesio redditus, rursum Damascum amittit. Progressum enim in circum animi gratia Mileis exclusit, & urbem seruauit Antiocho Dionysio. Iosephus lib. 13. cap. 23.

LASTHENEVS, qui Philippo Macedonum regi Olynthi prodidit, querebatur se ab illius amicis, ut proditorem infamari. Et Philippus: Macedones, inquit, natura rusticiores sunt ac rudēs, & scapham dicunt scapham. Caelius lib. 8. capite 3. Antiquarum lectionum.

PRAEFCVS Buntiorum prodit Q. Fabio Maximo Tarentum. Vide Tit. Vrbes, propugnacula, arces capere, propugnatores in diuersum locum distractendo.

Theophilus Imp. ab Agareno uictus, Amorium communit. Cuius expugnatione iam desperata fortiter propugnantis, qui intus erant, Agareni discelsuri erant, nisi Amoricenses quidam BADITZES ob contentione quandam, prodicia patriam, monuissent Agarenos, ut ab ea parte urbem oppugnaret, qua facilis in muros euadi posse norat. Cedren.

OLIVERVS, in aula Gulielmi Scotorum regis sui uersatus, ob futurum exilio damnatus, ad Saracenos confugerat. Qui quum linguam ac mores perdidicisset, creditus exipositorum esse numero, stipendia Prolemae mereret (quam Richardus Anglorum rex, Dauide Scotorum regis fratre comitante, obsidebat) ac tum forte fortuna portam quandam, ubi ciuitas unico tantum muro cincta erat, arcibus fortissimis idcirco munitam obtinebat. Quum extra muros inter stationarios milites, qui ex stipendiariis Dauidis erant, procerum quendam Ioannem Duiruard nomine conspiceret, cui in aula olim familiaris fuerat, uoce cum uernacula compellat. Ioannes animum hominis tentat, ut portam eam aperiret. Annuit ille, si confecta re, patriam ac agrum sibi Dauid restitueret uellet. Itaque constituta hora noctis, Dauid cum magna militum manu intra portam receptus, caedibus omnia compleuit. Sub lucem Richardus captam urbem ingreditur. Hector Boethius lib. 13.

Mortuo Philippo Maria Vicecomite Mediolanensium Duce, Franciscus Sforcia, quod Philippi gener esset, principatum ambit, & inita cum Venetis societate Mediolanum obsedit. CAROLVS Gonzaga, qui à Mediolanensibus deficiens ad Franciscum uenerat, rursus Mediolanenses sine ullo duce relictos uidens, ad eisdem relicto Francisco transiuit, spe nimirum tyrannidem inuadendi. Sed expectatione frustratus, per interueniens Francisco reconciliatur: & magnis allecus praemiis, Laudam illi prodidit: tertioque iam fidem fallens, non sine magno Mediolanensium damno ad plebis consternatione ad eum transiuit. Aeneas Syluius capite 49. Europae.

Gallie, quos contra Ludouicum Sforciam, Galliae rex Ludouicus XII. anno 1499. misit Valentiam, Insurbiae ciuitatem, in

qua multi militēs ac tormētā erant: DONATI Raffagnini Mediolanensis in ea urbe arcis praefecti, Triulij promissis corrupti opera ceperunt: ab eo enim per arcem in ciuitatem introducti, omnes milites partim ceperunt, partim interfeceunt, inter quos Octauianus Saueuerinatis notus frater captus fuit: & erat notatu dignum, hunc eundem praefectum ante annos uiginti principi Bonae, & paruo duci Ioanni Galeacio fide fracta, eodem die quo Gallos in Valentiam urbem intro duxit, Ludouico Sforciae Dertonae portam tradidisse. Guicciardinus lib. 4.

Obsidentibus Albam Graecam Turcis, MILITES quidam de urbe tradenda, autem spe facta, consilium cepere. Eos Paulus Kinifius, inferioris Vngariae praefectus, comprehensos, se mutuo deorare coegit, singulis diebus singulos affos sociis apponens. Qui ordine ultimus erat, famis rabie ipse se ipsum dentibus laniasse fertur. Bonfin. lib. 3. Dec. 5.

ARCES.

SENEX quidam petram Ariatorum Alexandro prodit. Vide Tit. Certamina gloriae ob fortitudinem.

Bello Neapolitano anno 1461. Motram Russam castellum munitissimum, quod Ioannis Andegauis partes sequebatur, Alfonso Ferdinandi regis F. obsidebat. Castellans sese acriter defendentibus, ANTONIVS quidam, qui è monacho per summum scelus factus esset miles, atque ob morum improbitatem agnominatus Gabadeus, cum esset ipse unus è turris custodia, obulit popularibus clam se transitarum in hostium castra, tormentaque claus ferreis confixurum, ne displo dierè post id possent. Cuius cum esset consilium ab illis laudatum, ipse furtim castra ingressus Centiliam ducem hostium adit, offertque proditurum se Alfonso Ferdinandi regis F. turrim, soluto precio, signaque ac diem constituit. Re ab Alfonso comprobata, redit intra Castellum, hoc prius cum Centilia composito, ut perinde atque tormenta confixa claus essent, ne quo modo aliquandiu displo dierent. Reditus eius maxime acceptus popularibus, praesertim non displo dentibus bombardis, confirmata fide promissorum. Igitur Gabadeus diem ad dictam turrim ascendit, aliquantumque castra munitionesque conspicatus, ac si magnum etiam aliquid animo aduersus hostium munitiones agitaret, quod sol esset ardentior, rogauit socium, qui unus cum ipso ascenderat, pileum ad se uti deferret, feruentissimum sub aestum itergendo capiti. Itaque ob eam illi causam ubi è culmine descendit in imum turris, confestim Gabadeus sub ductis sursum repente scalis, pallium haesta infixum (quod signum proponendum cõuenerat) è propugnaculis praetulit. Milites qui ad munimenta instructi paratiq; aderant, signum conspicati, turris ad uallum magno impetu concurrunt, atque inde intra turrim excepti in Castellum irrumpunt, captumque confestim ac direptum, atque Alfonso iussu incensum est. Ioianus Pointanus libro 3. belli Neapolitani.

Nicolaus, Henrici Felrei Holstiae Comitris fratres, domi sedes, dum ille peregrinè militat, arces quas in luita tenebat, cuidam eius gentis MILLITI (Calf lingua Danica dicto) commisit: Cum ille se Comitri factamētis alligasset, se duas arces quas tenebat, bona fide seruaturum. Comes plurimum illi habens fidei, certam quoque commendauit. Sed quum interim rex Danorum Valdemarus etate prodegeret conualesceretque, arces regni paulatim tentate recipere, iure iniuria, parum pensitans. Tentatus à rege miles Calf, facile transiuit à Comitè ad regem, oblitus decoris & iustitrandi. Cuius factum ipse rex dignum risu putauit, dicens circumstantibus, Bonus uirtutis boui comparandus: cum duabus arcebus abibat, una audior reuertitur. Cranzius libro 9. Saxoniae, cap. 25.

Christiane Salutis anno 1499. Septembri mense, BERNARDINVS Curtius, obscuris ortus parentibus, cum duobus fratribus à Sforcianis principibus in aulam acceptus, ad summas opes summoque honores à Ludouico Sforcia tenebat. Quae cum coniugio, multis praesertim, ac festiuitate demum honore Ludouicus auxisset ornassetque, Iouis insuper arci, non Mediolanensis tantum urbis, sed Italiae totius propugnaculo praefecit, quo tempore amissa Alexandria Ludouici XII. Gallorum regis copia imminerebant, imposito duorum millium armatorum praesidio, tantis comitatibus, ut in biennium ali praesidium posset: tanta pecunia argenteoque, ut in par tempus stipendium sufficeret. Cum praeterea omnia etiam adhibuisset, quibus satij agrique in magna & pacata urbe commo dius curari nequeat: & tormentorum omniumque armorum tanta uis inesser, quanta toturbi, nedum arci, sufficere uideretur. Et tamen arcem illam munitissimam, in qua aduersus totius Europae uires & arma nihil praeter praefecti fidem atque uirtutem desiderari poterat (non populo modo Mediolanensi, uerum Gallico quoque toto exercitu, ob perfidia magnitudinem admiratione capto) Bernardinus, cum Ludouicus in Germaniam

S S S ad ex-

ad exciendum Maximilianum abiisset, intra quartumdecim diem, nulla ui ab hoste tentatus, Ludouici regis duci Trulleo prodidit, auri libris ducentis quinqueages numeratis, concessaque Ludouici & Galeacij suppellestiles sane regia, quae in ea erat. Ita Ludouicus Dux, cui fides ab sese data rata atque sancta nunquam fuisse, neminem habuit suorum, qui ei fidem, quam dederat, cum id facere nullo negotio posset, tam duro eius tempore pauculos modò dies praestaret. Fulgofus lib. 9. cap. 6. & Bembus lib. 4. historiae Venetae.

REGES.

AMPHARES, DEMOCHARES & ARCESILAVS Spartani proditores Agidis. Vide Titulum, Libertati aliorum astute insidiarum.

EQUITES Mithridatis filias Pompeio produnt. Vide Tit. Cladis bellicae tolerantia.

Perseus Macedoniae rex Samothracae obsessus à Cn. Octavio, cum Oroande Cretense, cui thesaurum suum commiserat, summo mane nauis abiturus, ex angusta fenestra cum uxore & liberis se demisit ad mare. Ibi cum Oroandem uela fecisse conspiceret, omni spe destitutus, confugit ad murum, non iam tectus: uerum praenitit tamen cum uxore Romanos. Liberos ipse tradidit in manus IONII, qui pridem fuerat ei in deliciis: tum uerò proditor eius, in causa potissimum fuit, cur Perseus compelleretur, ut fera, capris nauis in manus uenire & permittere corpus Romanis, qui liberos tenebant. Plut. in Aemilio.

Maximus gemino praetio uictus à Theodosio Magno, & Aquileiae obsessus, infirmitatem suarum uirum contemplant, propter instantis periculi magnitudinem propè de potestate decessit. Quod ubi MILITES animaduertuerunt, ut ante urbis expugnationem sibi consulere, ipsum pecuniâ exercitui partem commiserunt, ac regis insignibus nudatum & uinctum ad Theodosium perduxerunt. Maximus, ut inquit D. Ambrosius, destitutus est à suis, quod ante ipsos expeditionis dies cum audisset Romae synagogam incensam, editum statim eò miserat, quasi uindictae publicae disciplinæ: cum diceret, Rex iste Iudaeus factus est. atque idecirco Scisicæ, & Pærouione, atque ubique terrarum uictus est. Sigonius lib. 9. Imp. occid.

Selimus Turcorum Imp. Aladolum regem, montanis regionibus in Tauro & Antitaurum imperatorem, prodicione SAXOVAROGLI equitum praefecti uicit, cuius pater olim ob afectionem regnum ab Aladolo fuerat interfecus. Sab. supplementum lib. 7. & 8. ex Iouio.

SOCCIOS.

Bello Iudaico, Giscala Galilaeae oppido à Tito exciso, IOANNE S dux Hierosolymam confugit, & factioni Zelotarum clam fauens, simulabat tamen sese pontificum & plebis studiosum esse. Itaque omnia optatum consilia Zelotus indicauit, iisque plebem prodidit, ut multa millia, in auxilium accesserit Iudaeis, de populo & nobilibus ceciderint. Iosephus lib. 4. Iudaici belli.

EXVLES.

PIESIDAE Senes Alceram produnt Antigono. Vide Titul. Fidei terga confederatos.

CEILANI Dauidem, à quo contra Palaestinos defensi fuerat, Saulo regi tradidissent. Nisi diuino monitus oraculo aufugisset: similiter & ZIPHAI Saulo indicauerunt latere apud se Dauidem, sed eum comprehensuros promiserunt. Sed diuina opè Dauid euasit. Regum 23. & 26.

Sub Leone III. suasu Nicetae Xylinitis magistri militiae, Arthemius à Theodosio III. ab imperio deiectus, & monachus factus, cum magnis BVLGARORVM copiis uenit, Byzantium occupaturus, arbitratus à populo benignè se suscipi. Sed cum haec res ex sententia non successisset, Bulgari magna accepta à Leone pecuniarum copia, Arthemium Leonis tradiderunt: indeq; re infecta domum reuersi sunt. Arthemius cum Xylinitè occiditur: omnisq; Xylinitè facultas, quae magna erat, publicatur. Cuspianianus.

SUPPLICES.

Bello contra CAROLVM ducem Burgundionum suscepto, cum Ludouicus Lucenburgenfis, Magister equitum, & regi Francorum Ludouico XI. & Carolo hosti simulata amicitia suspectus esset, conuenit, ut uter eorum prior illum in potestatem redigeret, uel intra octauum diem supplicium de eo sumeret, uel puniendum alteri traderet. Ille neutrum se credere audens, quò tutior munitiorq; esset, Fanum Quintini occupat, deiecto regio Praefecto, fidelissimè que sibi milite firmat. Rex uentus, ne ex pfecto hostis factus, ac duci reconciliatus, eum oppidis arcibusq;, quae munitissima à patre habebat, recipere, quacumque ratione reconciliare sibi statuit. Sed quòd utriq; ex quo suspectus erat, clam cum Burgundo foedus pepigit, ut caput regi, bona cum Quintiniana arce, quam Lucenburgenfis aitu regi eripuerat, ducerent: uter eo prius potiretur, is intrà octauum diem uel alteri traderet, uel ipse supplicium sumeret. Ab amicis, à militibus, ab omnibus propè desertus, uariis consiliis agitabatur, quònam se reciperet: ubi confisteret propinquasque hostilia, externa imperia longo interuallo dirempta. Arce se tuta & inexpugnabilem habere, sed quo praesidio eas firmaret? Ducis ira placabilior uisa. Proinde fide ab eo petidos uiros, quos paucissimos sibi reliquos aduersae res fecerant, accepta, in Annoniam se recepit ad ducis Praefectos. In stabat tunc per oratores rex, ut quando Magistrum equitum in potestate haberet, eum, ut conuenerat, uel dederet, uel se cuti ferret. Simul ei à suis nunciabatur, delectissimè regnum equitatum proximis in finibus in Campania esse. Veritus ergo, ne si id denegaret regi, ab eo prohiberetur ab Nancio recipiendo, scribit in Annoniam, ut certa circumacta die Magistrum equitum regis traderet: regi in praesentia satisfaciens, & sperans interea potiturum se Nancio, ac tunc sibi ueriora consilia fore. Iam praestituta dies ierax, cum iam magistro equitum tradito, tribus horis post literae allatae sunt iam de deditione à Nanciatis facta, ne uir dederetur. Tam leui momento salus petisq;, summorum saepe hominum pendit. De uiro Lutetiae sumtum publicè supplicium: nec quicquam posthac prospere duci cessit. Aemilius lib. 10.

SOCCERVM.

BOCCHV S Maurorum rex, Iugurtham Numidia regem adfocerum uel generum suum L. Syllae, qui Quaestor erat. Marij Goss. tradidit, cum diu anceps fuisset, Syllamne Iugurthae, an Iugurtham Syllae traderet. Sylla uinctum ad Marium adduxit. Vnde nefaria illa discordia inter ambos orta est, quae rem Romanâ pessimo exemplo ad internecionem perduxit: hinc Sylla Iugurthae capti ad se laudem trahente, contra Mario praedicante, quacumque Sylla & alij in Numidia gessissent, suis auspicijs geri contigit, totamq; proinde laudem suam, non Quaestoris esse, qui suo iussu ad Bocchum profectus fuisset. Sab. lib. 2. En. 6.

ALVMNOS.

Mahometes II. Turcarum rex Mustapham F. ALIAZI pocillatori educandum commiserat. Eum mortuo patre Amurathii prodidit Nicaeae. Amurathes fratrem Mustaphâ netuo arcus suscecauit. Chalcocondylas lib. 5.

CONSILIA. ARCANAE.

DALILA Samsonis mariti arcana Philistaeis reuelauit. Iudicum 14. & 16. capite.

TANTALVS Iouis filius, diuitijs & gloria insignis, in ea Aesq; parte, quam nunc Paphlagoniam uocant, habitauit, plurimum diis ob generis claritatem carus. Postmodum felicitatem suam insolenter ferens, immortalium secreta, quae mensae communionis ususq; deorum nouerat, palam protulit hominibus. Qua ex causa & uincis poenae tulit, regno pulsus ab Ilo Trois F. & post obitum, secundum fabulas, tormentis apud inferos inter sceleratos perpetuis punitur. Ex eo Pclops & Niobe orti sunt. Diodorus lib. 4. cap. 11. Ouidius: Querit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit.

Pallena, odio LEI Agnuij proditoris, qui conspiratione eorum aduersus Thecum ipsi patefecerat, nomen sua ita oderunt, ut se Aesq; dici noluerint. Plut. in Theco.

Carthaginenses post cladem Nihilicone duce ex pestilentia acceptam, reparatis uiribus Siciliam Hannonis ductu petiuerunt. De quo hostium apparatu quum Dionysius, praeter rumores, SVNIATORIS uiri Aphriliteris fieret certior: erat is Hannonis inimicus, longè alioqui opibus inter Pconos praepotens) codicillos, quos ille ad Dionysium dederat, deprehensos Hanno Carthaginem misit. Quibus publicè recitatis, Suniator capite damnatus, cautumq; lege est, ne Pconorum quisquam Graecas deinceps literas diceret, nec cum hoste quidem sine arbitro loqueretur. Sabellicus libro 9. Enneadis 3.

Cum Datis in Aticam impressione fecisset, IONES aiunt, eodigressu, confensis arboribus, significasse Atheniensibus equites non adesse: & Militiadem, intellecto discessu eorum, confluisse ac uicisse. Vnde & prouerbium, Xogis ierax, uictu in eos qui aciem dissoluant. Suidas in uoce Xogis.

IOSEPHVS Herodis regis patris, relictus ab eo custos uxoris Mariammes, cum ad Herodis amorem commissum ducem fecerò sibi ab eo Romam abeunte commissum diceret, ut si quid sibi humanitatis contigisset, Mariammem interficeret, nullus alius tam praecleara forma potiretur, & id Herodi reuerso Mariammem exprobrasset: Herodes iam ante speculum habens Iosephum, tanquam in manifesto deprehensum adulterio interfici curauit. Iosephus libro 17. capite 7. Antiquitatum. Quemadmodum idem post SOHRIMVM custodem corporis, quòd is ipsi Mariammem illud idem ab eo sibi mandatum fuisse dixisset, ut pote de adulterio suspectum, statim interfici iussit, licet in fontem, ipsam uerò

uerò reginam ueneficij accusatam ad supplicium duci imperauit. Iosephus lib. 15. cap. 11. Antiq.

FLAVIVS Caesaris Augusti amicus, annis iam grauem deplorantem audierat orbitatem suam, & quòd dauobus nepotibus amissis, Posthumio, qui unus reliquus erat, ex calumnia exule, uxoris filium adoptare imperij successorem cogere: itaque miser corda ductus, Posthumij ab exilio reuocandi consiliu caperet: aperuit id uxori suae, illa Iuliae. Lituia exposulauit cum Caesare acriter: quòd qui iam pridem id statuisset, non accerseret nepotem, sed offensionem & bellum cum successore imperij sibi cõcitaret. Fuluius cum mor suo cum mane accederet, diceretq;, Salue Caesar: tum ille, Vale, inquit, Fului. Ille percipiens id quòd erat, contulit exemplò se domum, ac itaque uxore: Rescuiuit, inquit, Caesar me arcanum illud detexisse, ideo conciliabo mihi ipse mortem. Merito, inquit mulier: qui cum tam diu matrimonio tenueris meum, non periecitam & suspectam habueris incontinentiam meam. Verum sine me priore emori, arreptoq; pugione ante uiri lethum traiecit e. Plutarchus de Garrulitate.

Cinna Gothorum rex octoginta millibus armatorum Entefia urbem oppugnabat, quam monumetum uictoriae suae Trajanus crexerat, captam à gente Sarmatarum. Ed Imperator Decius cum exercitu contendit. Cinna statim retro cessit, contenditq; in Thraciam, Philippopolim opulentam ciuitatem expugnaturus. Decius uestigia eius illico legit: secutus in Thraciam, ad radicem Haemi montis quieuit. At Gothi expugnauere urbem, quam possedit Imper. ferre auxilium: expugnatamq; milibus concessit diripiendâ. Locupletati inde Gothi exercere animos, aut in aciem se opponere Romanis exercitibus. Victor autem in primis congressibus Decius, hostes in angustias locorum, quae in Dardanijs sunt, compulsi & obediens dux periecitq; fame, nisi prodium sibi fuisset. Gothorum dux per legatum dicitur postulasse, ut omnium praeda relicta, sineretur abire cum suis trans Istrum. Romanus Imperator negauit, audivit illos perdendi, quia toties fractis foederibus irruerant. Iamque ferè uoti compos, TREBONIANVM Gallum, ducem limitis Maesiae, ad obsidendum aditus, ne fugerent, cum bona parte copiarum misit. Ille consilium Gothis patefecit: eosq; monuit ut se diuideret, & alij confisterent in insidijs propè paludem, alij in primo congressu fugam simularent paludè uerius, ut Romanum militem pertraherent in insidias. Gothi non nihil addentes Galli consilio, rem peragunt. Quum in pugnam descenderent, admiratus Imperator nouam fiduciam, quòd qui modò percussu metu erant, arma poscerent, ignarusq; proditoris, certus uictoriae, copias educit. Illi statim terga dant: Imperator insequitur. Quum peruenit ad insidias, fit atrocissima pugna, utrinq; caedes magna. Decius pater cum filio occubuit. Senior forte equo insidens, ne uisus in hostiu ueniret, in uoragine insiliit, post cadauer eius nusquam repertum est. Sed Iordanes aliquantulum rem diuersius narrat, Decium cupientem Philippopolim ferè opem, citò petiisse Berceam: & inde fugatum ab Cinna, reparatisq; in Maesia uiribus, redisse ad hostes, qui Philippopolim ceperant, & Pricum ducem sibi conciliauerat. Ita ipso congressu idem sagitta Decium filium occubisset & patrem, uel ut filij caedem uiliceretur, uel ut morte sua finem dolori inueniret, in fortissimos se immisisset hostes, & nusquam apparuisset: sed diis suis ante congressum immolasse, ad Abritum Maesiae urbem, inde factum loco nomen, ut Ara Decij appelleret. Cranzius lib. 2. Sueciae, cap. 7.

Ludouicus Lucenburgenfis magister equitum, à LVDOUICO XI. Gallorum rege ad Carolum Burgundum hostem inclinabat. Rex quauis ratione illum reconciliaturus, cum Burgundo clam foedus iecerat, Vter illum prior in potestate redigeret, intra octiduum uel supplicio afficeret, uel alteri traderet. Interea rex Francus ad illum mittebat laetos in speciem nuncios, multis etiam de rebus per simulationem confilens. Vicissim & ille ex suis fidos mittebat, illud maximè captans, ut si quid prospere Francis eueniret, id se adnitente factum uideretur. Inprimis misit Ludouicum Creuillanum. Is cum quae acceptat mandata, his quibus iussit rex exposuisset, tunc rex certissimos ducis amicos loco praetentis aut laeis occulto abdidit. Pro aulais palam sedens intro duci Ludouicum iussit, ac eum sibi ipsi eadem mandata exponere. Homo insidiarum ignarus dicit, agente per internuncios Magistro equitum, propè à societate Anglicana ducem disiunctum, eaque indignatione concitatum, ut terram pede pulsans, Eduardum neget regio sanguine peccatoris esse: eum esse a dulterio procreatum: gregarij militis nomine appellaret, quem patrem diceret. Haec Ludouicus dicens, gestum irati ducis agebat: uultum quoque ac uocem notam regi effingebat, tam scire, ut in scena rem agi diceret: rexque se iam lurdastrum distans, reuocaret, ac repeti iuberet, quòd res testatoribus amicorum ducis, ac per eos duci foret.

Magister equitum miserat ad regem, renunciari sibi permultos esse qui fallis suspicionibus infamem se facere conarentur, sed se ipsa ostendisse, se falsa inuidia laborare, quòd in tanta rerum temporumque uarietate, quae oppida tutanda accepisset, ea inuicta seruasset, atque inde hostem repulisset. Rex constantiam uirtutemque uiri fando extulit, renunciarique iussit, in consilijs capiendis tali capite opus esse. Nuncius dictum non quo animo proferebatur interpretatus, locus dimittebat. Rex ad amicos fidos uertus, submissiore uoce, Opus mihi est, inquit, hominis capite, sed ita, ut hic caput, illic truncus iaceat. Tandem cum Lucenburgenfis Caroli fidei sese commississet, ab illo deditus regi, Lutetiae capti tali supplicio affectus est. Aemilius lib. 10.

Selimus Turcarum rex Aegyptium Sultanum Tomumbeum euerurus Matharea, ubi balsamum nascitur, ab Alcairo cititer quinque milliarijs distantem, peruenit: quem locum Tomumbeus areis machinis, fossis & apertis & occultis, maximisq; propugnaculis, ne pateret hosti transitus, muniterat, ibique castrametatus milites sub papilionibus esse iusserat. Ceterum quum Turcicus exercitus illic appropinquasset, duo MAMALVCHI ex Albania oriundi, meliorem fortunam quaesituri, è castris ad Turcas ipsos transfugere, Tomumbeiq; consilia Sinamo conterrano suo (nam Circassi erant) manifestantes, loca ostenderunt, ubi fossae crenibus cannis cooptatae, quae praecipites exciperent equos, la titabant. Adhaec ubi & quomodo areae machinae dispositae essent, in dicitauerunt. Id quod proculdubid in causa fuit, ut postea Selimus uictoria potius sit: magno enim circuitu ad sinistram arrepto itinere, praeparatas insidias euitauit. Iouius in Selimi uita.

PETRV S Medices Florētinus princeps, quum apud se Stephanus Tabernius, qui pro Ludouico Sforcia Mediolanensium principè legationis munereungebatur, secretiore in cubiculo de magnis rebus disputaret, Ioannem Mattaronium Caroli VII. apud Medicem legatum turpi quadam, aut certe parum uirilī astutia sub aulais condidit, ut illo audiente arcana omnia, Sforciani que animi recessus, quae Tabernius ignarus fraudis ingenue proferebat, regi Gallo prodicerentur. Quae res Ludouico apud Carolum incertae uoluntatis uel perfidiae ignominiam conlauit. Iouius lib. 1. Hist. Gallica & Caesarea factio inter Venetos patricios ultra quam libertas patriae sineret, tam altas egerat radices, quo tempore calamitosum illud cum Solymanno bellum gessere, ut cuncta Senatus decreta inexcusablem silentio religiosae custodia, non modò ad praesentes legatos Caesaris & Gallici, sed in provincias quoque literis emanarent. Erant ex ordine Rogatorum, qui dicerent sententiam, & in suffragium irent homines ferè ducti. Hac multitudine offensus Marcus Foscarus Senator prudens, ad quinquaginta uiros, qui usu rerum, fide caritateq; patriae probarentur, grauissimi atque maximè arcana consilij summam reuocabat. Ita rebatur multorum infamiam paucorum sapientia superari. Sed tanta mox Foscarus inuidia deflagrauit apud multitudinem, quum ea se consilijs excludi, notari que infamia leuitatis atque imperitiae minime pateretur, ut uir ille inter summos senatores facillè excellens, Rogatorum ordine se eiecit. Verum ei non multo post quòd diuine & sapientissimè prouidisset, magna gloriae cessit, detestis his qui reipublicae arcana prodiderant, non Christianis modò, sed & per illos ipsi Solymanno. Hi fuerunt patricij ordinis MAPHAEVS Leonius, & CONSTANTINVS Cobatius, decemualis collegij scriba. Reliqui autem complices cum Francisco Valerio, qui patricio patre ex damnato coitu genitus, perfidiosa largitionis minister & interpret exiterat, laquei poenae inter geminas columnas in foro tulerunt, quò pau lo ante Leonius atque Cobatius in Galliam per fugissent. Aloyfio Badoerio legato ad Solymannum iniunctum erat, daret operam cunctis ingenij artibus, largiendo que praeter tim, ut Nauplium & Epidaurum Veneto nomini seruarētur. Quòd si id impetrare nequiret, necessitati daret manus, & quauis conditione pacem conficeret: eam enim decemuirū è repub. fore existimabant, secreto que de deditione urbiū in mandatis adscripserant. Quòd tamen ipsum cum per Gallieum legatum, ut quidam suspicantur, Solymannus rescidisset, quum Badoerius apud Byzantium, impetrandae pacis gratia certam pecuniam urbium loco polliceretur, tyrannus cum tanquam impudentem minaciter obiurgauit, ac non aliter se daturum pacem, quam acceptis urbibus restitutum esse: quoniam de decemualis decreto certior factus, eius rei tranfigendae potestatem legato datam esse ex literis ostenderet. Badoerius pudore redargutus, persulsusque non dubio mortis metu, ubi arcana mandatorum Solymanno & purpuratis detesta esse conspexit, in eas conditiones pacem accipere coactus est, quae Nauplio atque Epidaurum ita ditis sanciretur. Postquam de tam iniua transactione Venetiis est rescriptum, Badoerius atroci inuidia deflagrauit, ut

quacadeo in eius nomen asperè concitato populo, ut uix demum detecta Cobatij perfidia, quin exilio & bonis uel infons multaretur, ægerimè seruatus sit. Sabellici Supplementum lib. 23. ex Iouio.

Selimus Turcorum Imp. Tomumbeium, qui Campsoni Sultano Aegypto successit, prope Memphin aggressus, insignè cladem accepisset, nisi à MAMA LVCHIS aliquot, qui fidei cum fortuna mutarant, de tormentorum impetu declinando admonitus fuisset. Sabellici Supplementum libro 7. & 8. ex Iouio.

Cum Memphi pulsus Tomumbeius ex Aegypto extrema nouum exercitum comparasset, securum Selimum Turcorum Imp. oppressisset, nisi ALBVCHOMARA Aegyptius potentissimos eius conatus detexisset. Sabellici Supplementum libro 7. & 8. ex Iouio.

THE SAVROS, PECVNIAM.

SIMON Beniamites, templi Hierosolymitani thesaurarius, Oniæ pontificis optimi, qui licentiam quæ uellet perpetrandi, ei non concederet, asper & atrox æmulus, secreta omnia Seleuco Philopatori Syriæ regi enunciat, & templum opulentissimum, quantum in se erat, spoliandum tradit: estque nec surdo locutus, neque segnem extimulauit ad rapinam. Miso enim quæstorie suo Heliodoro, thesaurus rex mandat asportandos, & de Simonis studio atque ope, suum quæstorem edocet. Cum Heliodorus miraculosè esset de coelo uerberatus: proditor ille Oniæ fallacia & præstigijs id euenisse calumniabatur, uirumque sanctum, ut insidiatorem & magum regi traderebat: nullo uidelicet factio notus memorabili, nisi flagitijs & perfidia. In tumultu publico Hierosolymis oppetit. 2. Machab. 3.

BRANCHIDÆ, Didymis in agro Milefio habitantes, in gratiam Xerxis, fauam Apollinis eius loci Barbaris prodiderunt. Itaque donaria penè infinita sunt direpta. Sed ueriti proditores, legum & magistratum ultionem, mercedem turpissimam illius proditoris petunt, ut in quandam Asiæ regionem transferantur. Is uero pro iis quæ male & impie tenebat, concessit, ut in eo loco habitarent, unde nunquam in Græciam reditari essent, quò timore illo & ipsi & genus eorum leuarentur. Cæterum malis auspicijs fortitio locum, urbem condunt, ac Branchidas appellant, non Milefios tatum, sed ipsam Iustitiam se effugisse rati. Sed nõ dormitauit Dei prouidentia: nam Alexander, Dario uictor, Persici regni potitus, cognito facinore, & familie illius propagationem perosus, omnes interfecit, improbos iudicans improborum posteror, ac falsi nominis urbem euerit atque deiecit. Suidas.

EVRYBATVM scribit Ephorus, Ephesium fuisse, qui accepta à Cræso pecuniam ad conducendum militem aduersus Perfas, Cyro tradiderit. Hinc Eurybates, improbos & proditores dici. Suidas.

QVO MODO. PRODERE DESERTIONE, EVGA.

ASILISCVS frater Berinæ Augustæ, Leonis I. uxoris, naua li prælio Carthaginem sæpè aggressus post conflictum, cupiditate & auaricia corruptus, pecunias eam uendit: Vandalorum regi Genferico. Videns enim rex Basilicis indulgentiam, tarditatem atque ignauiam, primùm subditos suos omnes uelociter cum nauibus, quibus potest, armat: partim uiris uacuas mittit, ut repente ad nauigantes cum instrumentis ac munitionibus sint præstito parati. Interim ad ipsum legatos mittit, ac inducias quinque dierum ad deliberandum petit, Imperatori an se dedere, an manus debeat conferere. Miso quoque ingenti auri pondere, animum avari ducis fleuit: qui hanc nactus opportunitatem, cum dies instaret conflictus, prætoriam turrem uerit: & cum à puppi oppugnaretur, fugam arripuit, & cum paucis euasit, relicti qui prælio nauali occubuerunt. Cuspinianus.

Cum Guido Lusitanus, morte Baldwini V. priuigni sui, ad regnum Hierosolymitanum peruenisset: æmulatione accensus RAYMVNDVS Tripolitanus Comes, Saladinus Aegyptij opem implorauit. Postquam uerò aperta uise impatiens esse uidit, dolo rem tentat, regisq; reconciliatur. Contra eum ob desertum fœdus mouet Saladinus, & Tiberiadem obsidet. Raymundus Guidonis auxilium poscit. Commisso prælio, Raymundi prodicione & turpi fuga ex acie, Christiani miserè cæsi, rex captus. Saladinus uictoriam persequens, Hierosolymam regni caput anno 1187. cepit. Interea Raymundus nocte quadam mortuus in cubili inuenitur est, & quidè circumcisus: quod apostasiæ certissimum fuit argumētum. Sic Hierosolyma ambitione & prodicione Tripolitani in Barbarorum manus rediit, octogesimo nono anno postquam iis admeta fuerat. Vincetius lib. 29. cap. 43. & Tyrus. Frederico Misniæ marchione in Norimbergensē conuictu absente, Hussitarum incursionem metuens uxor eius, collecto undique exercitu, præfecit ei BVSSONEM Vicecomitem.

num. Is in Bœmiam ducens, hostes ad pugnam prouocauit, sed ab initio statim fugæ se mandans, uictoriam hostibus reliquit. Cæsa feruntur duodecim milia eo die, cæteris turpi fuga elapsis. Ferunt eum consulum prodidisse exercitum, ut se iudicaret de principe Friderico, à quo nuper germanum suum, proditoris reum, capite damnatum miserat. Cranz. lib. 11. Vandaliæ, cap. 7.

MILOTA Morauie Capitaneus, pecunia corruptus à Rodolfo I. Imp. contra Othocarum Bœmorum regem ad oppidum Morauie Lauam pugnante, cum Polonorum equitatu ab Othocaro præfectus esset, initium fugæ fecit. Eo prælio cæsus Othocarus. Milota summus in Morauia magistratus præmij loco, additis benè multis possessionibus, ad arbitrium uoluntatemq; ipsius prorogatus. Donatus & Polonus oppido Glatio, cum tota eius ditione. Sed quantò maiora præmia proditoris erant, tantò maior infamia eminebat & apparebat. Dubrauius lib. 17.

In eo prælio, quo Ioannes Baliolus Scotorum rex ab Eduardo I. uictus est, tradunt quidam Robertum Brusium, Ioannis in regno olim competitorè, ab Anglo astutè persuasum, secessionem necessariam suis, qui cum Scotis erant, imperitasse. Quæ re territi reliqui Scoti, uidentes se à suis proditos, fugæ initium fecere, ubi uelut pecora omnes abiectis armis mactandos se iugulandosq; præbuerunt. Mox cum ROBERTVS præmium proditoris ab Eduardo regnum Scotiæ posularet (ignorans proditores, dum uisus esse possint, benignè ab hostibus excipi: uerum ubi quod potuere pefecerunt, etiam illis, in quosum gratiam ea fecere, execrandos ac detestandos haberi) Credis fortasse, inquit ille, non habere nos quod agamus aliud, nisi ut uobis regna semper subiugemus. Fraudem igitur regis Robertus intelligens, tristis admodum in Angliam in prædia sua abiit. Post ubi de re Ioanne Eduardo Scotiam subegit, hinc ad Gallicum bellum profectus est, Scoti rebellauerunt, duce Yualla. Vixit aliquoties Angli. Tandem ambitiosa contentione inter proceres orta, Eduardus occasione accepta, signa inferret. Robertus sub Eduardo militans, Scotos à tergo inuadit, bis popularium suorum uel proditor uel desererè. H. Bœth. lib. 14.

Selimus Turcorum Imp. Campsonem Sultatum Aegyptium ad Alepum Syriæ ingenti prælio superatum interfecit: cum in medio pugnae ardore CAYEBEVS Alepi præfectus, ut Campsonem sibi infestum hac ratione interficeretur, ad hostes descenderet. Sab. Supplem. lib. 7. & 8. ex Iouio.

Calatiæ comes IO. FRANCISCVS Sanfeuerinus ab Ludouico Sforcia, cum Gallie regis Ludouici XII. armis grauior exararetur, Papiam, ut GALEACIO fratri ad Alexandria. In suburbia oppidi, defensionem, iungeretur, ire iussus: Galeacii rhinorem natu fratrem, militari quoque, exercitatione inferiori, in exercitus imperio omnibusque honoribus & gratia sibi anteponi indignatus, innumerorū ab fe & fratribus beneficiorum ab Ludouico acceptorum memoriam ira superante, clam cum Gallie rege conuenerat. Aliqui huius fraudis nuncium, aliquot menses ante ad Ludouici aures peruenisse asserunt. Quo audito, cum aliquandiu tacitus cogitabundusq; fuisset: tandem cum gemitu ei qui id significauerat, non posse sibi tam ingratis animis facinus persuadere respondit: quod si tamen uerum esset, quanam ratione a uendum esset, si uel ab intimis pluribusque beneficijs affectis prodere, cui amplius fidere posset, ignorare se nõ minorem minūse perniciosam calamitatem interficere, uana suspicione se fidorum hominum opera priuare, quam incauta credulitate illorum se fidei committere, qui suspecti esse debebant. Ergo dum Calatinus pontem ad Padum, ut fratri coniungatur, facit, & rem artificiosè protrahit, cum Galli iam biduum circa Alexandriam fuissent, eamque tormentis percuterent: Galeacius cum Lucio Malucio consilio communicato, leuis armaturæ equitum parte comitatus, clam Alexandria diffugit. Cognito Galeacii discessu, relique copie omnes quæ Alexandriæ erant, illic autem in fugam se coniecerunt, aut latebras quaerere coeperunt. Qua occasione Gallicus exercitus sub solis ortum ingressus, non modo milites qui reliqui erant, spoliavit, sed militari licentia totam urbem diripuit. Fama est, Galeacium literas cum Ludouici Sforciæ nomine scriptas, ac eiusdem signo obsignatas, quibus quoniam motus aliquis Mediolani esset exortus, quam citissimè cum omnibus copiis eò aduolaret imperabatur, accepisse: & aliqui postea à Calatino, ut hac arte Gallis uictoriam faciliorem redderet, conscriptas suspicatasque literas deinde Galeacium quasi illis literis, non ut exercitum incolumem, idque si effici posse anima duceret, adduceret, sed ut temerè eum desereret, inuictum fuisse, ad defensionem suam ostendere solebat. Quam perfidiam suam Calatinus colore aliquo ut tegeret. Ludouico, fuga sibi consilio Germaniam uersus contendenti, obuiam factus dixit: postquam ipse imperium suum defendebat, se ipsius militum sacramento liberatum, suique ad quamuis conditionem

arripicem

arripendam iuris esse existimare: & repente se nomine & signis Gallie regis militum declarauit: & cum eadem turma, quam Ludouici ære comparat conferuaratq; ad illius stipendia transtulit. Guicciardi. lib. 4.

Magnus Sforcia infelici euentu ad Viterbium cum Braccio Mononenfi ex amico hoste acerrimo pugnauit, sed desertus & proditus à GILBERTO & NICOLA O Vrsino, qui cum Braccio paucis ante diebus occulto fœdere ito, ubi occasione fortuna præbuerit, se Sforciam in acie deserturos promiserant: cuius sceleris indices tabulas Nicolai subscriptas manu Braccius in colloquio ad Sacconamiam syluam Sforciæ postea ostendit, quo in gratiam redierunt. Pugnauerunt summi duces summis incensè odijs, summissq; uel ob id annixi uiribus à meridie ad occasum solis: cum nemo (teste demum uictore Braccio) è tantis copijs (quando quidè ab octo millibus equitum pugnauerunt) ipso Sforcia aut maiore arè, aut uehementiore impetu, aut diuturniore constantia dimicasset. Cæterum Sforciam frustra reuocantem suos, ut in prælium redirent, lethale uulnus ceruicæ acceptum tardauit, amissis subinde mille & septingentis equitibus. Iouius in uita Sforciæ.

Calcutienfis rex regem Cochimensem ob fœdus cum Lusitanis initum bello petebat. VINCENTIUM Soderium clastro præfecerat rex Lusitanorum Emmanuel, qui Arabum litora infestaret. Is cum classe Cochimè peruenerat. Cum uerò inde rursus abire constitueret, Iacobus Fernandus Correa, qui fuerat Cochimi relictus, ut quod esset in rem Emmanuelis Regis administraret, illum obtestatur, ne uellet eo tempore Regem amicum, propter Lusitanum nomen & gratiam in tanto periculo constitutum, deserere. ea namque potissimum de causa in illis paribus cum instructissima classe relictum fuisse, ut ab amicis inimicorum impetum propulsaret. At is respondit, illud sibi negotiū à Rege minime datum fuisse: sed ut cum nauibus, quæ ex Arabia in Indiam nauigant, bellum gererent. Valuit plus apud Soderium sine timore, siue prædæ ingentis spes, quam fides aut officium. Itaque profectus inde Solis occasum uersus, angustias Arabici sinus obsecit. In insulas delatus, non procul ab aditu sinus Arabici naues refecere instituit. Saraceni insulas colebant, attores, & à bellandi studio nimis abhorrentes. Iam tunc, ne diutius in eo loco morerentur: nam initio mensis Maii omnes naues Septentrione uehementissimo ad litus iactari & allidi, nullaq; ratione exitum uitari posse, si tempus illud exspectaret. Soderius monita contempsit: & cum illi multis obtestationibus uterentur, & reliqui etiam duces instarent, & dicerent, non esse negligendum consilium, quod tā facili negotio suscipi posset: Soderius tamen in instituta sententia permansit. Quæ quidem pertinacia Petrus Raphael, & Fernandus Rodericus Badarensis, & Iacobus Perreius, trium nauium duces, offensi, ab eo discesserunt, & se in aliam insulæ partem contulerunt. At Soderius in nauim cuius uacuo atque soluro consistebat, cum subito coorta à Septentrione rēpessas naues ad litus eiecit, & allisit: tan tique fluctus exiterunt, ut omnes ferme, qui in nauibus erant, interirent: inter quos Vincentius Soderius, & Blasius Soderius illius frater fluctibus obruti sunt, & illorum cadauera in litus cum reliquis eiecta. Diuino autem iudicio factum existimabatur, ut non modo Soderius eo genere mortis interiret, sed ne particula quidem prædæ, quam ceperat, colligi posset. Fractis enim nauibus, cum funes, arma, menta, mali, dolia, tabulae, multæque res eiusmodi fluctibus eiecerentur, non tamen aurum ex prædæ, nec aliquid quod esset precio dignum, neq; arce, in quibus lauitissima supellex asseruabatur, unquam comparuerunt. Tres illi duces, qui uim tempore effugerant, ea sedata, ad locum, unde fuerant à Soderio digressi, reuertuntur. Omnium sententia hæc fuit, Soderios fratres perfidias pœnas exoluisse. Idcirco nihil à se, nec ad numinis placationem sanctius, nec ad nominis claritatem illustrius fieri posse, quam naues in Indiam reducere, ut auxilium Trimumparq; atq; Lusitanis, qui cum eo manserant, asserent. Orosius lib. 3. iterum Emman.

INSDIIS.

Egillus Gothorum rex, contra Danos tributa negantes exercitum conscripsit, eique Danum quendam THONNONEM præfecit, qui antea ex Dania sub profugi titulo in Sueciam, deinde in regis militiam peruenerat. Erat enim colloquio blandus, obsequio promptus, conuersatione supplex, atque in omnibus artibus, quibus Suecica simplicitas decipi poterat, instructissimus. Omundus Danorum rex re intellecta, unicè studuit Thonnonem in suas partes pertrahere. Thonno maximis promissis sollicitus, totam Egilli familiam in caput proprii principis animauit. Iamq; Egillus eisdem domesticis insidijs ferè oppressus fuisset, nisi copijs tumultuariè comparatis presentissima pericula auerteret. Itaque octo seruilia bella à Thonnone contra Egillum gesta fuerunt, suppeditante semper Omundus Danorum

rum rege recentès copias, & commentum. Tandem Thonno, in nouo bello cum uniuersis copijs à rege Egillo superatus, laqueo strangulatur. Io. Magnus lib. 3. cap. 13.

Philippus Vicecomes agrè ferens, Bononienses cum Venetis ac Florentinis sentire, amicos quosdam Baptistæ Cannedolæ suarum partium principis subornat, auxilium eis pollicitus, ut Hannibalem Bentiuolum aduersæ factionis principem è medio tollant, quò principes ipsi cum sua factione in ciuitate remaneant. Berotius ergo Cannedolus BONONIENSEM quendam subornat, cui tum casu filius natus erat, ut Hannibalem in baptismate pueri compatrem sibi deligat. Quo exorato, dat operam, ut sequenti die infans ad sacerdotem deferatur. Baptizato puero, Hannibalem pater ad ædem sancti Ioannis Baptistæ, cuius tum solenne erat, inuitat. Obtempertat etiam ea in re proditori Hannibal, nullam fraudem subesse ratus. Qui dum in uia esset, à conuicatis circumuentus occiditur, resistentibus aliquandiu duobus famulis, caritate domini uim propulsare conantibus. At Bononiensis populus indignitate rei motus, sumtis prope armis Cannedolæ factionis principes obruit: maximè uerò Baptistam, cuius cadauer & per urbem trahunt, & cum magna ignominia sepultum est. Platina in Eugenio 1111.

CAMPOBACHIVS post mortem Nicolai Calabriae ducis egenus & exul, à Carolo Burgundo duce liberalissimè exceptus, & equitatu etiam Italico præfectus, beneficiorum immemor, cum Renato Lotharingo & nonnullis ducibus, quos in Campania rex Ludouicus XI. habebat, consilia communicauit, & Caroli uel ex insidijs trucidandi uel capiendi curam suscepit, xx millium aureorum & ditionis allicuius in Gallijs idoneæ precio. Commæus lib. 7. Com.

ARMORVM CORRUPTIONE.

Cruciferi arcem Pomeraniæ Suecam, Polonis parentem, iam diu frustra obsederant. Proinde cum animaduertent sedendo se tempore terere, & aperta uel nihil proficere, ad dolos sese conuertunt. ANDREAM Cedrouiciuim auro corumpunt, ut arcem sibi proderet. Is nocte quadam chordis catapultarum & ballistarum, quibus nostri maximè hostiū uim eminus reprimabant, succis, ad Cruciferos transfugit: & quid egerit exponit. Igitur Cruciferi magna fiducia arcem aggressi, deditione ceperunt. Cromerus lib. 11.

INDICIO FALSO.

Præfectus Gabullæ urbis Syriæ maritimæ Aegyptius à Calipha suo Sultanoque impostus, aduentu ducum Latino-rum, quibus Antiochia non restitisset, territus, illis cœtum pondus auri pacificebatur, si adituri comiteu pacati abirent. Hostem à tergo relinquere uolebant: nec cum aliquid mari posse passuri erant. Ad RAYMVNDVM Comitum Tolosatem Aegyptius clam misit aurum, ut arte aliqua duces res infesta reuocarentur. Ficti euulgatiq; sunt rumores, Perfas, quantum nunquam ante, exercitum ab intadis bello extremisq; Orientis regionibus coegisse, appropinquareq; necesse uideri omnes Latinos ommissis parulis conatibus in unum coire, ac undique uires contrahere. Itum in Tolosatis castra. Rumores falsi deprehensi, arq; cognita. Magis in uisus Tolosatis proceribus, militumq; uulgo. Aemilius lib. 4.

Stephanus II. Vngarorū rex, adhuc iuuenis, susceperat in Bœmos expeditionem. Proceres detestati temerè motum bellum, Bœmorum ducem ad colloquium inuitant, ut absq; sanguine res transigeretur. Bœmos citò adfuit ad Orsonam amnem. Eum SOLTHA Vngarus sequebatur exul, qui occasione communis exitij non prætermittendam ratus, ad regem Stephanum clam scribit, Bœmos, interim cum suis ad colloquium uenientem, armis circumuenturos capturosque. Contra Ducem Bœmorum admouet, ne regem inermis adeat: paratas enim esse insidias, & sagittariorum manum iam præmitti. Bœmi, ducis edicto, arma capiunt. Interea Soltha regem clam edocet, ut sagittariorum cohortem ad Bœmica castra præmittat, quæ eorum aduentum interceptat. Monitis rex facillè credès, cohortes aliquas præmisit. Quibus conspectis Bœmi, terribissima Solthæ dicta rati, in eas imperum faciunt & in fugam uertunt. Rex conspecta suorum fuga, & populatione castrorum, cum caphractorum equitatu Bœmos in castris adortus egredidit, eo solo infelix, quòd Soltham huius cladis auctorem capere non potuit. Bonfinius lib. 6. Dec. 2.

Buthuc, Godscalci F. Vandalorum princeps, exul, ope Saxo-num Plutense oppidum apertum ingressus ceperat. Interim Sturtmariorum, Hollatorum Thiermariorumque collecta manus accelerabat, ut obsessis ferret opem. Quum quæ turmatim peruenissent ad ritum Zuale, determinantè Vandalos à Saxonibus, præmiserunt uirum Saxonem, gnatum Vandalicæ linguæ, qui exploraret quid apud hostes ageretur. Ille captus ad Critonem Buthuc æmulum ducitur, & præmio illectus, reuerti ad suos iussus, falsò renunciat, Buthuc

thue esse extra omne periculum. Alij dicunt, proditorem a Vandalis persuasum, transisse pontem, & oblectis fuisset, ut consulerent saluti suae: Saxones enim auxiliarios inter se tumultuantes distulisse. Itaque Buthue ad dedicationis consilium fame coactus. Ei mulier Teutonica, forte obuia, Prædare, inquit, si uoles, & abi celeriter: hostes enim in insidiis sunt. Qui spernens mulierculæ uerba, nocte illa permansit in præsidio, lacu profundissimo undique cincto: aditum pons præbebat altissimus. Orta luce, infinita manu hostium ualatur oppidum: nec ulla usquam supererat nauicula, quæ spem daret oblectis ad abitum. Buthue igitur obsidionem cum sociis in magna rerum penuria aliquantisper tolerans, sese dedit: cultioraque sumit indumenta, & positis armis (ut conuenerat) egreditur cum sociis. Transierunt pontem bini ac bini, arma tradentes: atque in hunc modum perduci sunt in conspectum Critonis. Erat femina in oppido primaria, quæ mandauit per nuncium Critoni, ut perderent pessimos, qui ea nocte uim intulissent feminis atque puellis. Ea re exasperati Vandalis, facto impetu trucidauerunt inermes armati. Cranz. lib. 3. Vandalicæ, cap. 9.

CONSILIO HOSTI DATO.

Post acceptam ad Lamiam cladem, cum Antipater festinaret in Asiam transmittere, conuersusque ad illud bellum opibus, facile uideretur Atheniensibus pacem daturus, quod rationibus suis minimè alienum putabat, si Athenas ipsas atque ad eam uniuersam Græciam liberam esse sineret: DEMADES, & alij consiliorum socij, homini a sententia oratione sua deducto, nihil mite aut benignum, in Græcos cogitandum persuaserunt. Quin cum Atheniensem populum uehementer pertimescendum uiderent, & Athenis, & in alijs urbibus ut Macedonum imponerentur præsidia, auctores fuere. Confirmat id rerum euentus. Athenienses enim est magnam acceptam in Bœotidis cladem, bis mille ex acie sua captis, mille occisis, non continuè tamen Philippi imperata fecerunt. Ad Lamiam uero ducentis ferme ac nihilo pluribus militibus amissis, Macedonibus succubuerunt. Pausanias in Actiaca.

Coruinus, anno suæ gubernationis regni Vngarici quarto, compenaturus cladem in pugna Varniensis ab Turcis acceptam, bellum inferre Amurathi Imp. Turcico cogitabat. Coactio itaque exercitu Istrum traiecit ad Scuerinum oppidum. At postquam in aduersa Danubij ripa consistere: Coruinus GEORGIUM Despotem, qui clandestinis cum Turca internuncijs, recuperato Mysie regno pacem seruare nitentur, per legatos hortatur & orat, ut sepe à se rogatus ad sacram expeditionem ueniat, beneficiumque, quæ ab Vngaris accepit, memor esse uelit, & ingratitude magis dehonesta. Despotes ægrè ferens Coruinum hominem nouum, sibi Imperatoris genere nato, in gubernatione regni Vngarici esse prælatum, multa causatus, auxilia recusat. Quinetiam abeunte Coruino, ad perfidiam illis conuersus, celeribus internuncijs Vngarorum aduentus, & copiarum multitudinis, Amurathem admonuit: præterea quotidiana significat itinera, cum inuidiæ, tum gratificatiõis gratia, quæ pacem cum eo facile seruatum iri confidebat. Item edocuit, Coruinum cum modicis illac copiis traiecisse, nil ipsi timere oportere. Præterea hosti haudquaquam occurrendum, sed permittendum ultra progredi, mox à tergo iter obstruendum: quod si fecerit, illum nunquam inde rediturum asseruerat. Amurathes Despotis consilia nequaquam aspernatus, Coruino regnum inuadenti non occurrit: permittit hostem ultra progredi, atque ipse duorum triumue dierum itinere subsequitur: à tergoque, ne retrò pedem referre possit, iter obstruit. Tandem in angustiis redactum Coruini exercitum, non sine suorum hostiumque sanguine, fuga Coruino sibi consulente, oppressit. Bonfin. lib. 7. Dec. 3.

OPERA HOSTI LOCATA.

Cum CCC Lacedæmonij in Thermopylarum angustiis Xerxis exercitum strenuè repelleret, Phocenses uero iter in monte obsedissent: EPIALTES Trechinus Eurydemi Regi indicauit tramitem, qui per montem ad Thermopylas ferebat. Et sic Xerxes Græcos circumuentos ad unum interfecit. Epialtes postea Lacedæmoniorum metu in Thessaliam profugit: cuius profugi, Pylagoræ Amphylionis apud Pylæa congregati, caput pecunia licitati sunt: qui interfecto deinde tempore, ab Athenæ uero Trechimo, Anticyræ (nam illuc redierat) interemptus est. Quem et aliam causam Athenæ des hic inferentem, nihil tamen fecit ab Lacedæmonis præmio affectus est. Herodotus lib. 7.

Profecto Vladislao rege Vngarorum in Bulgariam, Amurathes 11. cognito hostium aduentu, quum Græcis ac Turcis Europæis non satis fideret, exercitum ex Asiaticis militibus, corruptis precio speculatoribus, infra Callipolim, quæ fauces Hellepontis arctissima sunt in Bosphoro, in Europæ

deportauit, coniunxitque suis, qui non procul ab Istmo Thracij Cherfonnesi haud sane memorabili numero congregati fuerant. Dicuntur GENVENSES pro singulis capitibus aureum numum accepisse pro uctigali, numerumque ultra centum millia ascendisse: tot enim milites tradidit. Hinc memorabilis illa & sancta clades Varniensis Christianis illata. Cuspinianus.

CVR. PRODITORES ALIORVM facti ob

IMPERIVM.

Decius Imp. cum filio ad liberandas Thracias profectus (quod quidem Scythæ & nauilibus & terrestribus copiis omnia instabant) uictor in primis congressibus, hostes in angustiis locorum, quæ in Dardanils sunt, compulsi, & obsidit: expugnasseque fame, ni proditus ab suis fuisset. Hostium enim dux per legatos petiit, uti relicta omni prædæ, se ret cum cum suis abire trans Istrum. Romanus Imp. negauit, audis illos perdendi, qui toties fractis foederibus intraperant, & qui prouincias Romani imperij quiescere non sinerent: & sua strage uix domuit, amisso rege Decebalo, Neua Traiano illuserunt. Iamque ferè uoti compos, TREONIANVM Gallum, ducem limitis Mœsiæ, ad obsidendum aditus, ne fugerent, cum bona parte copiarum misit. Gallus consilium Barbaris patefecit, & eos monuit, ut se diuiderent, & alij consisterent in insidiis prope paludem, alij in primo congressu fugam simularent, paludem uertis. Barbari non nihil addentes consilio Galli, rem peragunt. Cum in pugnam descenderent, admittat est Decius, quod quidmo dō percussis metu erant, iam arma poscerent: ignarusque, prodicionis, certus uictoriae, copias educit. Illi statim tergèdant, Imperator insequitur: cumque uentum est ad insidias, atrocissima fit pugna, utrinque magne cædes. Deciani difficillimè præliabantur, luto palustris afferente eladem: tamen non moriuntur inulti, & loco & fato aduersantibus peruenit Decius pater cum filio occubere. Senior fortè equo sedens, ne uiuis in manus hostium perueniret, insiliit in uoraginem paludis: inter densas hostium turbas elapsus, gurgite paludis submersus est: nec cadauer eius diligenter quaesitum, inueniri potuit. Gallus à legionibus Imp. creatus est. Cuspin.

AVARITIAM.

A rege Persarum Artaxerxe multi Satraparum, militæ ciuitates in Asia defecerunt, & totius belli curationem & potestatem commiserunt ORONTI Mysia præfecto. Is cum accepisset exercitum & pecuniam, prodidit eos qui crediderant. Exitimans enim se splendidis amplisque muneribus à rege ornatum iri, & totius maritimæ regionis satrapia potiturum, si tradidisset Persis in manus defectores: primùm quidem eos qui pecunias atulerant, comprehensos ad Artaxerxem regem misit: deinde multas ciuitates atque mercenarios milites duobus à rege missis prodidit. Diod. lib. 15.

Magnus Sforcia ARMALERIVM Asculanum, cui ut equitum turmam, & cohortes pedum simul duceret, contra uetus institutum indulsit, unum omnino è tantis copiis & beneficij oblitum, & summa cum perfidia alienatum sensit. Hic enim ducem Neapoli custodiam tradito, urbem Orbium naturali munitione inexpugnabilem, quum fidem cum fortuna mutasset, Braccio uenalem proposuit & prodidit. Nec diu Armalerius auro illo flagitiosè quaesito potitus est. Hostilia enim molitum, accumulataque perfidia, nouæ prodicionis consilia fallaci ingenio uersantem, Vitellius Patriarcha Corneranus laqueo necari iussit. Lou. in uita Magni Sforciæ.

VINDICTAM.

Ostauo iam mense Antiochia Syriae metropolis à Christianis principibus obsidebatur, nec ulla spes supererat ea potius, di, nouis Persarum auxilijs aduentantibus. HEMIRPHERVS Antiochenis ciuis, Cassiani principis scriba, sed Christianus, ex familia Benizera, ira corruptæ à quodam Turcicæ iuuentutis nobilissimo uxoris incensus, simul rebus Cassiani deploratis, prodendæ cum præsidio duceque Turcarum patriæ, consilium cepit: utque occultis id moliretur, ex omnibus Latinis unum Boemundum Tarentinum delegit, ad quem ipse deficeret, Antiochiamque traderet, fama admiationeque uirtutis eius pernotus. Ergo Boemundus per Coronam militem Tarentinum præmonitis socijs ductus, hora noctis cum Hemirpherio composita, copias suas silentio circumduxit ad eam turrim, quam obtineri ab Antiochenis sciebat: nec statim admittis, quod Turca uigilium præfectus non ita excubias oppidanis credebat, ut non ipse omnes circumiret, ac sepe repentinus opinantibusque superueniret, & tunc fortè eam turrim inuisens, saluare benigne Hemirpherio, collaudatoque, quod id temporis uigilaret, eius fidei uirtutisque custodiam commendauit: inde digressus alias inuisabat. Tunc scilicet demissa, ut Chri

Christiani conscenderent: primusque in muros euasit Longobardus nomine Paganus, animosque cæteris fecit, ut certatim transcenderent. Turcarum domus familiaque prædæ, ludibrio pænæque fuere: non uxoribus, non paruis liberis temperatum per impotentem iram: aliqui ciuium interempti uel per errorem, uel studio prædæ, cum diripientibus restiterent. Ad decem millia cadauerum fuere. Ingens magnique precij rerum prædæ facta. Eridie Calendas Iunij urbs capta, octauo amplius mense obsidionis. Amilius lib. 4.

Aloisius princeps Genabensium, Astæ à Carolo VIII. Galliæ

rege Neapolitanum regnum occupaturo relictus, uastatis Ludouici Mediolanensis principis finibus, transmissio furtim Pado flumine, Nouariam per prodicionem cepit. Erat eo in oppido CIVIS, cuius fratris fundos ualde quidem fructuosos Ludouicus Sforcia post eius mortem dolo malo, suorum cuiusdam addiderat, ipso ad sepulcrum in iudicio sisti iussit. Is fratrem uisceribus manes studio, milites Aloisianos, reclusis bene manè portis, intra moenia recepit. Bemus lib. j. Venetæ hist.

TRANSFVGAE, DEFECTORES, DESERTORES.

Qui deficit, ab uno ad alium deficit: qui deserit & transfugit, similiter. Quatenus igitur eum, quem minimè debet bar. suo exiit auxilio, Transfugere & Deserere: quatenus uerò eundem aliorum exponit iniuria, ita Prodere dicitur, & ad Titulum Proditorum transferri potest. Consule Tit. Pana transfugarum. item Tit. Perfidi auxiliarij.

QVI. VERBI CAUSA

REGES.

Cum SEDECIA S Indæ rex, Nabuco donofori Babylonio, iurcurando interposito, se fidelem futurum affirmasset, & postea tamè, frustra dissiadente propheta Hieremia, ab eodem defecisset: captus, & excecatus, cum omni populo Babylonem abductus est. 3. Edræ, c. j.

Vt Hungaris Pannonias occupantibus, propulsandis par esset ZYNEBALDVS Sclauorum Marauentis rex, Arnulfus Imp. ei ducatum Boemorum, qui hadenus à principe eius gentis administratus fuerat, cōcessit. Verum ille immemor beneficij, fretus suis uiribus, tributa Imperatori reddere de negat, & iugum eius excutere parat. Arnulfus re cognita, copias contra eum duxit: & gentem Hungarorum, fractis munitionibus, quas Clausas uocant, in auxilium uocauit: atque ita Zuenteboldum Morauerum regem domuit. Luitprandus lib. j. c. 3. Sigebertus anno DCCCXIII.

DE OCS.

DIODORI Tryphonis res gesta, uitaque omnis, prodicione atque perfidia infamis fuit. Nam cum is Demetrii Syriae regis copiarum dux esset, ab eo, cum aduersus Parthos bellum gereret, rebellauit: atque Antiocho, qui Deus cognominabatur, se coniunxit, cumque Syriae regem constituit. Non multo autem post, cum Demetrius à Parthis occisus diceretur, idem manu sua Antiochum interemit. Fulg. lib. 9. c. 6.

EVRBATVS S missus à Croeso cum multa pecuniarum ui, ut contraheret exercitum, ad Cyrum Croesi hostem defecit.

DOMITIVS S Pompeianorum partiū, ter uictus in potestatem Caesaris uenit, toties dimissus: contra iururandum tamen præstitum aduentu suo Massilienses postea confirmauit: sed repente defecit, & postremò in acie Pharsalica occubuit. Volat. lib. 15. Anthrop.

PESCENNIVS S Niger in Syria, SEVERVS S in Illyrico & Pannonia, suis exercitibus à Iuliano deficiente in Pannonia, illic Oriente declaratus Imperator. Cuspin.

ANDRONICVS S Angelus (cuius filij Isaacus & Alexius post eum ad Imperij fastigium ascenderunt) post acceptam ad Pharam ab Andronico Comeni imperio inhiantis militibus, cladem, cum statim Constantinopolim uenisset, repetita est ab eo pecunia, quam ad bellum administrandum acceperat. Videt igitur casum eum sic accipi, quasi ex amicitia Andronici rem de industria peius gessisset, à sex filijs impulsus, qui omnes cordati & manu strenui essent, domum suam in exteriori Cionio sitam firmare præsidij instituit, aliquot ex plebe adiutoribus additis. Sed cum aduersarijs resistere non posset, mutato consilio sex filijs & uxore in nauim impositis, ad Andronicum abiit. Qui eo uiso dixisset fertur: Ecce mitam Angelum meum ante faciem tuam, qui uiam tibi præparet. Nicetas de Imperio Alexij Porphyrogeniti.

Baldunus IV. Hierosolymorum rex, cum morbo detererent uxorem ducere nolisset, sororem suam Sibyllâ Gulielmo Montisferrati Marchioni, cognomine Longaspata, uxorem dedit: qua primo anno filium peperit, nomine Baldunū, anno MCCCXI. Gulielmo Hierosolymæ defuncto, Baldunus rex nepoti consulturus, Sibyllæ alium uirum dedit Guidone de Lusignam, Pistorum gente oriundum: ea lege adiecit, ut se mortuo, Guido pro nepote Balduno, quo ad pueniam supergredetur, regnum gubernandum acciperet. Guido Hierosolymitanis regni administratione suscepta, cum nimis superbe ageret, à Balduno rege deiectus est: à quo & Baldunus puer rex unctus, Berrando Comite Tripolitano tutore designato, & administratore regni constituto, Balduno mortuo, non potuit Tripolitanus Comes, tutor, quinti Balduni curam suscipere, Sibylla pueri matre & Guidone prohibentibus. Baldunus puer ad octauum postea mensem defunctus est: cuius mortem genitrix tam diu occultauit, donec largitionibus ac blanditijs patriarcha & proceribus in suas partes adductis, Guidonem creati regē

obtinuit. Tulit eam iniuriam grauer Raymundvs Comes Tripolitanus, atque in ultionem regis inducias cum Saladino fecit, per quas Tripolitanus comitatus à Christianorum iurisdictione separatus est, simulque Tyberiadis & Galilææ principatus, qui Raymundo per uxorem acceptam parerbat. Is tandem Tripoli morte subitanea defunctus est, & cadauer eius circuncisum repertum: Saracenus enim fuerat effectus. Saladinus itaque & Guidonis ambitione & Raymundi perfidia Hierosolymas cum uicinis urbibus recepit, & Christianos Syria tandem expulit. Blondus lib. 6. Dec. 2.

EDRICVS S Stratonius Anglus, consilio & auctoritate pollens, occupata à Dacia Anglia, & exulante Etheldredo rege, cum Edmundo Etheldredi F. contra Canutum Suenois F. missus pro recuperando regno, ad hostes defecit. Cum uerò post singulare certamen inter reges cōmissum Edmundus in regni societatem Canutum admisset, miserè Edrici insidias perit. Quidam tradunt, filium Edrici, impulsore parente, re gem corpus purgantem furtim adortum, ac ferro uentrem & inguina interfecisse. Alij perhibent ipsum Edricum ita domi suæ aptasse in manu cuiusdam imaginis mucronem, ut quoties uellet, accedente eum ad eam ferret, atque dedisset Edmundo cœnam, & dum ille contemplantur imaginem, cō mucrone fuisse cōfossus. Alij postremò, ut ceteros omitamus, morbo periisse. Peruasit tamen per animos hominum fama non incerta, Edricum istud edidisse scelus, ac statim post interfectum Edmundum, saluasse Canutum totius Angliæ regem, capturum, & interenti obtulisse: & id facinus Dacū detestatum, proditorem Edricum merito affectis supplicio. Alij contra scriptum reliquerunt, Canutum miro amore hominem esse profectum, ad summumque perduxisse honores, quod per eum tandem aliquando regnum integrum obtinisset. Polydorus lib. 7.

Sigismundus Imp. PIPO Florentino, magni nominis ducè cum decem millibus equitum in Forumiensi missis, Vtinè in potestatem redegerat. In medio rerum gerendarum ardore, auro corruptus Pipus, exercitum in Pannoniam præter omnium expectationem reduxit. Imperator Parthos imitatus, ut hi Crasso mortuo, sic ille Pipi uiuentis faucibus aurum liquerit infudit, auro satiari, quod stultis, ingeminandum. Sabellius lib. 3. de Veturitate Aquilæ & Bonfinus lib. 3. Dec. 3.

Ferdinandus II. Aragonij, regnum Neapolitanum recuperare molientis, rebus PROSPERI prius, post etiam FABRICII Columnæ transitio non parum commouit: qui etsi nondum militiæ sacramento, quo se regi Galliarum Carolo IX. obstrinxerant, liberati, statim ferè Neapoli recepta, ad Ferdinandi stipendia transferunt, hoc prætextu, quod stipendia ipsi non essent idoneis temporibus persoluta: quodque Virginius Vrsinus, Pitilianusque, hostes sui essent ab rege liberati accepti, suorum uerò in regem meritorum perexigua esset habita ratio: quæ quidem causæ plerisque, beneficiorum ab rege acceptorum magnitudine inferiores sunt uisæ: sed fortè illud quis uerius existimabit, id quo tanquam fræno retineri debuerunt, calcar potius extirpsisse, quo ut secus facerent, sint impulsis: quippe, quod maiora erant præmia, quæ à rege Galliarum in Neapolitano regno possidebant, tantò forsitan in eis, Gallorum res iam inclinari cernentibus, ea conseruandi cupiditas potentior extitit. Guicciard. lib. 2.

IOANNES S Iacobus Triulcius, cui Capuæ cura ab Ferdinando II. Aragonio commissa fuerat, ad regem Galliarum Carolum IX. defecit. Quæ perfidia multis ante bellis partam gloriæ fœdissimè fugillauit, præsertim cum nulla defectionis causam habere uideretur. Iouius lib. 2. & Guicciard. lib. j.

BENADVEXERA S fuit in Mauritania uirtutis opinione & potentia clarus, & opib. & existimatione princeps. Is sub signis habebat supra mille & quingentos equites, & pedum non mediocrem multitudinem, Fessensisque, regis imperium detestabatur: ea de causa bellum cum illo gerebat. Cum uerò magno prælio uictus fuisset, ad Norognam Lusitanie re-

gis Emmanuelis in urbe Azamoro praefectum defecit, & Ferem fratrem suum in Lusitaniam cum multis munitibus ad Emmanuelem misit. Emmanuel illum per benignè in fidem recepit, & muneribus affecit, & fratrem etiam beneficiis ornauit, hominemq; promissis ornatum in Africam dimisit. Benaduxera interim contra Fessensem regem auxilio Lusitanorum rem praclare gessit. Ceterum cum se in gratiam Fessensis regis restitui uehementer expeceret, clam per amicos suos id, quod cupiebat, assequutus est, ea lege, ut quos posset Christianos, ad ipsum regem dolo perduceret. Ergo cum specie excursionis xv equites & aliquot pedites Lusitanos in suo exercitu haberet, Ferem fratrem ad proditiōnis societatem impellere uoluit. Feres e contra facinus dissuadere: sed quia in proposito obfirmatum uidebat, euicit saltem, ut uexillum & tabernaculum, quod fidei ergo ab Emmanuele acceperat, remitteret, & Christianos saluos redire permitteret. At cum fratres ad regem Fessae peruenerent, rex eos non admodum hospitaliter accepit: utriq; enim caput abscindi iussit. Illos enim, quod multum nobilitate & opibus excelleret, & metueret, ne defectione rursus sibi molestiam exhiberent, de medio tollēdos esse statuit. at interim eam causam obrendit, quod Benaduxera Lusitanos cum uexillo & tabernaculo abire permiserit, & quod Feres à fratre, ut id faceret, enixè contenderit. Orosius lib. 12. rerum Emm.

PRÆFECTI.

Cum Syriae ac Mediæ reges inter se dissiderent, EUTHYDEMVS primò Baetrianam, quæ ei commissa erat, atq; omnē finitimam regionem ad defectionem perduxit. Postea ARSACES Scythia, cum ex Dais quosdam haberet, Parthiam inuasit, atq; obtinuit. Strabo lib. 11.

FLAVIVS Lucanus suæ gentis prætor, ad Pœnum defesturus, bello Punico secundo, multo meliori federe se in amicitiam uenturum ratus, fidem Romani ducis sanguine sanxisset, pactus occultè cum Magone defectionem, cum in pacatum uenire iussit, atq; in insidiis federe, quo Flavius Gracchum, per speciem colloqui, uelut plerq; Lucanorum ad Romanum imperium retracturus, quorum fecum uenturi essent, ad insidiarum locum cum paucis equitibus pertraxit. Ibi Gracchus ab hoste circumuentus est. Sabellius lib. 4. Ennead. 5.

REGNARES Gothus, qui Tarenti præfecturâ gerebat, à Totila Gothorum rege ad Narsetem, qui eo tempore imperij auspiciis aduersus Gothos bellum gerebat, transfuit. Cum autem postea Totila obiisset mortem audiuisset, eiq; Teia in regno successisse: atq; Burgundiones ac Gallos, iuncto cum Teia federe, in Narsetem arma mouere: mutato cum fortuna etiam animo & fide, ad Paccurium, qui Hydruntum Narsetis nomine præsedebat, misit, qui nunciaret, à se Gothorum expectari exercitum: & propterea petere, ut è suis militibus subsidio sibi aliquot mitteret. His uerbis Paccurium motus, cum equites quinqueaginta ad Regnarum misisset, eos in custodia Regnaris posuit, atq; Paccurium scripsit: Si recipere equites suos uellet, ante obfides, quos ab eo acceperat, incolumes restituere oportere. Qua re indignatus uehementer Paccurium, cum Tarentum cum magna manu, ut rem uisceretur, profectus esset, Regnare equites quos ceperat occidit: nec multo post gratiam, quæ per tantum fecere debebatur, ut equum erat, accepit. Tarento enim in certamen cum Paccurio egressus, prælio fustus est: & tunc se effusa fuga Tarentum reciperet, à Tarentinis exclusus fuit. Fulgofus lib. 9. cap. 6.

LYDOVICVS Lucēburgensis magister equitum, cum à Ludouico XI. rege Gallorum clam ad Carolum Burgundum hostem spectaret, & arcem Quintianam eicctis regis occupasset, ne palam descenderet, à rege blandiss. conditionibus tentus fuit. Interea rex cum Burgundo reditus icit, ut qui prior Lucēburgensem in potestatem recēgisset, uel supplicium de eo sumeret, uel alteri traderet. Itaq; cum Lucēburgensis ab amicis desertus ad Carolum transfisset, ab eodem regi traditus, Lutetiæ capitali supplicio affectus fuit. Aemilius libro 10.

THESAURARI.

PACTYAS Lydus, à Cyro Persarum rege thesaurum (quem Croeso eripuerat) custo diendum suscepit. Cyro autem Ecbarana profecto, à Tabalo (quem Cyrus Sardis præfecerat) defecit. Tandem à Chiis uinuis Tabalo traditus, & ad Cyrum perductus est. Herod. lib. 1.

HARPALVS compulsi Alexandri Magni thesauris in Græciam profugit, & illic tum alios, tum præsertim Atheniensium oratores ad sui defensionem muneribus adduxit.

LEGATI.

LABIENVS Cæsari familiarissimus, qui eius in Gallia legatus fuerat, ac sub eo per totum bellum decertauerat fortissimè, à bellis ciuilibus illo relicto transit ad Pompeium. Ceterum huic remisit etiam pecuniam & sarcinas Cæsar. Plut. in Cæsare. Lucanus:

dux fortis in armis
Cæsareis Labienus erat, nunc transfuga uilis.
L. MAGIVS, & L. FANNIVS, legati à Michridate ad Sertorium missi, defecerunt ad Romanos.
Contra Claudium Imp. bellum ciuile mouit Furius CAMILLVS Scribonianus Dalmatæ legatus, quem exercitus Imperatorem elegit, Anno Vinicio procurante, quod Romani de moribus Claudij deseperarent. Sed cum die dicto in unum undiq; ad nouum Imperatorem conueniretur, neq; a quibus ornari, neq; conuelli quoquo modo potuerunt. Exerctus tanta & tam inusitata miraculi fide motus, & conuersus in poenitentiam, Imperatorem Scribonianum quinto saltem die destitutum interfecit, seq; sacramento prioris militiæ continuit, ut Orosius scribit. Licet quidam scribant militibus non parentibus Camillo, manu se propria transfuerasse. Huius filium Furium Scribonianum tradidit Cornel. Tacitus in exilium missum, quasi sine Principis per Chaldaeos seruatorem, unâ cum matre Iunia. Sed exuli non longa uita fuit, siue sit ueneno extinctus, siue fœrta morte Culpinianus.

SVBDITI.

SICHEMITÆ, duce Gaale Obedi Fab Abimelecho Gedeonis spurio (qui eorum instinctu LXX fratres, excepto Iotha mo natu minimo, qui latuerat, interfecerat, & imperium occuparat) defecerunt, anno imperij illius tertio. Verum Abimelechos uere per insidias capta, oppidanus interemit, & eos qui in castellum adis Baalberithi confugerant, ad mortem igni uiuos exussit: ipse in oppugnatione turris Thebes urbis periit. Vide Tit. Tyrannorum.

ISRAELITARVM decem tribus à Roboamo rege ad Hieroboamum deficiunt. Vide Tit. Confiliis malis parere. Cum aduersus Cyrenos Apries rex Aegyptiorum exercitum misisset, magnam cladem accepisset, id ei imputantes AEGYPTII rebellauerunt: opinati, se ab illo in apertam penicem fuisse dimissos, ut his interregione delectis, ipse cæteris Aegyptiis imperitaret securus. Id ubi rescituit Apries, mittit ad eos uerbis sedandos Amasim. Qui cum ad eos peruicisset, reprehendensq; dissuaderet ne talia facerent: quidâ Aegyptiorum ei à tergo stans galeam circumdat, eaq; circumdata inquit, se illum ei ob regnum imposuisse. Apries mitit ad Amasim Patarbem cum mandato, ut ad se uiuum Amasim perduceret. Is ubi eod peruenit, Amasim ad se uocat. Amasim (sedebat autem in equo ad suos cohortandos) iussit uicissim hunc ad se adducere Apriem. Et cum Patarbemis eum rogaret, ut regem adiret: respondit, se iam dudum dare operam, ut id ageret. nec de seipso Apriem esse questurum: se enim illi prædico futurum, & alios adducturum. Patarbemi rediunt, quod Amasim non adduceret, nullo uerbo edito Apries ira percitus, præcidi aures iussit, namq; Id intuentes cæteri Aegyptii, qui cum Aprie hæcenus senle rant, uirum inter eos probatissimum ita fœdè indignèq; affectum, ad Amasim omnes defecerunt. Puga commissa, Apries ab Amasim superatus, & in Saim ciuitatem ductus, quibus repugnante Amasim, ab Aegyptiis strangulatus est. Herodotus lib. 2.

Sethon Vulcani sacerdos, & Aegyptiorum rex, cum Aegyptios tanquam imbelles sperneret, & externo tantum milite uretetur, eis quinque annos, quos à superioribus regibus dno accepisset, adimeret, ita in eum concitati sunt AEGYPTII, ut cum paulo post Sanacharibus Arabi & Assyriorum rex contra Sethonem arma caperet, nullus Aegyptiorum Sethoni auxiliari uoluerit. Herod. lib. 2.

Ptolemæus Philometor Aegypti rex THEBANIS, quod ab ipso defecerant, bellum intulit: ac tertio à defectione anno in potestatem suam redactos, tam grauitè multauit, ut qui antè Græciæ ditissimas quasq; ciuitates, Delphos etiam ipsos, penes quos erat sacra deo pecunia, & Orchomenos opibus superarant, nullum pristinae fortunæ uestigium retinuerint. Pausan. in Atticis.

Traiano Agarenos Arabes oppugnante, IVDAEI qui Cyrenæ incolabant, duce quodam Andrea, Romanorū Græcorūq; indiscriminatim ad ducenta & uiginti millia trucidarunt: quos partim ferris mediis difficere, partim bestis obsecere, partim inter se decertare coegerunt. Nec tanta cæde contenti, præcingi cæcorum intestinis, inungi sanguine, uelari cure, uelci deatq; humana carne non exhorruere. Par facinus atq; atrox nefas in Aegypto ac Cypro insula patrum est, duce quodam Artemionem: ibiq; rursus circiter ducenta & quadraginta millia hominum obruncata sunt. Ob cuius facti atrocitatem, Iudæus Cyprum poenis attingere prohibebatur, ac legibus. Si quidem uel tempestate, uel per errorem illic delatus, statim supremo supplicio multabatur, ceu capite dânatûs. Nâ Traianus missi cuo exercitu Lucio Quieto, tū antecederet. alii ducib. Iudæos q; per uniuersum ferè tetrarū orbem tantū cædis ediderant, prosligauit, magnaq; eorū multitudinem strauit. Cuius facinoris gratia (ut Eusebius

bius lib. 4. Sacre hist. scribit) L. Quietus præses Iudææ ab Imperatore factus est. Cuspin.
Odoacer Herulorum & Italoium rex, triplici prælio ab Theoderico Ostrogoto uictus, maturato itinere Româ contendit, sperans, si Vrhem tenuisset, facillè totius Italiæ imperiū feruaturum. Verum, cum ad urbem accessisset, clausis portis à ROMANIS exclusus est, Theoderico, ut iusto domino (iam pridem enim ipsam Zenonis Imperatoris uoluntate acceperant) se obtemperare uelle dicentibus. Itaq; ira incensus suburbana ædificia omnia, quæ potuit, repetè aur hostiliter diruit, aut subito igne combussit. ac Roma repulsa, quod secundum erat perugium, animum ad Raucennâ saltem in tam aduersa fortuna obtinendam applicuit. Cum autem & hanc Libilla magister militum, castris ante urbem positis, pro Theoderico sibi custodiendam sumisset: prælio grauissimo facto cepit, ac Libilla interempta, inde Raucennam inuit, in qua Theoderici oppugnationem diu fortiter sustinuit. Sigonius lib. 15. Imp. Italici.

ADERA Dalmatij urbs, præcis temporibus Romano florent imperio facis florens, postea Pannoniæ regibus seruis, satis celebris, commutato imperio Venetis patens, septies Venetæ bonitatis immemor rebellauit. Egnat. lib. 9. c. 6.

CRETENSES Venetorum coloni cum sæpe alias, tum atrocissimè à Venetiis defecere circa annū MCCCLXI. & qd nunquam antea, patricij ordinis uiri M. Gradonicum ducem creauer. Permanerant quidam in fide, & in suburbana secesserant. Hi Calergi cuiusdam pneumatici crudelitate, insule imperium Græcis tradere conantis necati. Calergus à Gradonico captus, & in urbem Candacem deductus, ex superiore parte Ducarij in Veneti sanguinis ultionem præcipitatus, nudus enbus excessit, atq; in plures partes cadauer disseptus. Veneti classem eod mittunt. Terrestres copie dum fortè exponuntur, ad centū milites temerè ad molas progressi, ab hoste insidiis excipiuntur, exceptiq; ad unum trucidantur omnes: his iacentibus, uirilia & linguas abscondunt Græci: illa dentibus, has nauibus inferentes. Non tam cædes post ignominia illa Venetorum animos in hostes exasperauit. Vnico prælio uicti Cretenses, Candacē urbem dedidit. Dux nouiter creatus, securi percussus est: auctores defectionis & ipsi capitali supplicio ad unum affecti, multi fuga dilapsi. Sab. lib. 4. Dec. 2.

Cum Albertus Imp. Ioannes ex fratre nepos interfecisset, & Clericus V. Pontifex in Gallia esset: omnes ferè CIVITATES Cisalpinæ Gallie, dominos sibi eos delegere, quos antea capitaneos habuerant. Capitaneos enim præfectos urbium uocant. Vt Verona Scalligeros, Mantua Passerinos, Pataniuum Carrarienses. Estense qui iam pridem dominatum Ferrariæ potiebantur, tunc Mutinam in potestatem suam redegere. Platina.

Ariminum urbs, BYCCOLINI cuiusdâ hominis popularis, & sacerdotum immitte ac triste imperium non ferentis consilio & audacia, in maxima Italia pace ab Innocentio IIX. Pontifice defecit, & uenia desperata Turcam accersere auxilio destinauerat: nisi Laurentij Medicis Florentinæ Reipub. principis opera Pontifici reconciliati ciues, Buccolinus incolumis dimissus fuisset, qui paulo post Mediolanum à Ludouico Sforcia euo catus contra fidem datam supplicio affectus est. Bruus lib. 8. Flor. hist.

ANNO MDIV. Philippus Maximilianus I. Cæsaris F. Belgarum princeps, in Hispaniam nauigauit, ut Isabella socrus dotale regnum adiret. Receptus est ab Hispaniæ PROCERIB. ita studiosè, ut Ferdinandum Aragonum regem socerū defererent: cui tanquam seni & parum liberali, & genere Catalano, facillè omnes florentem ætate & splendore uitæ nouum regem anteponebant: usq; ad eod ut Federicus Toletanus Albæ regulus ferè omnium solus integra sacramenti religione fidem seruaret. Quibus procerum studiis Philippus eo sese exultit, ut socerum planè exutū ulteriore Hispania, inueniit quada alacritate contemnere uideretur, maneretq; sola inter eos imago necessitudinis & amicitia, non expressa quidem mutuis officiis, sed inanimè. tantum epistolari & uerborum titulis sustentata: tanta quidem utriusq; suspitione, ut cum ad constituendas leges, quibus in regendis prouincis uterentur, spociemq; coniuicti animi populis præbendam necesse esset, ut in colloquium deueniret, delecto campestris loco parum familiari habitu, tanquam ad hostilem aciem promotus utriusq; equis fiat congressi. Non multo post tamen Ferdinandum Neapolim nauigante Philippus ab intemperie noui coeli, cui Belgicæ epulæ minime cōgruebant, oborta febre surreptus est. Eius mortè luridus cometes portendit, qui per aliquot dies ad occidentum plagam arserat. Iouius lib. 9. Hist. & in uita Hadriani VI.

Ludouicus I. Hungariæ rex, Nicolaum Garam ad Palatinatum honorem euectus. Rege mortuo, cum apud Elizabetham matrem & filiam Mariam reginas, non minus posset: PROCEPERE eius splendoris inuidia à Mariâ deficiunt, Ludouicus

ci ex Andrea fratre nepotem Carolum Parium Neapolitanorum regem euocant. Nicolaus Elizabethæ suauis per Blasium Forgach, Carolum iam inauguratum, tanquam ad nuptiale festum filia: uocat, uulneratum captumq; in Vissegradenst arce, obstructo animæ meatu, necari curat, anno 1385. Regina eo successu elata, cum Nicolao & Blasio nimium secus sine prætoriana cohorte Symium proficiscébatur. Io. Croatia præfectus Caroli mortè uulturus, reginas in itinere capit, Nicolaum & Blasium obruncat. Elizabetha noctu in Bozotham amnem demersa. Mariæ, q; culpæ ferebatur expers, uita concessa, mox etiam libertas, in nuptias eius aduè tante Sigismundo Boemorum rege. Bonfin. lib. j. Dec. 3.

CIVES.

Regnante Neapoli Manfredo, cum Gibellina factio, urbe Florentia ab aduersariis pulsâ, Manfredi atque Senensium opè subnixâ, redire in patriam contenderent: ingentibus copiis ad amnem Arbiâ aduersus Florentinum populum terga dare egressum acriter dimicabat. Eo ipso tempore GIBELLINI, qui in castris Florentinis erant, facta ad hostes transiitione, auctis exulum uiribus Florentinum populum terga dare egresserunt. Florentinorum igitur ac fœderatorum multa hominum millia desiderata fuerit. Ad eod Gibellinorū pectoribus odium in Guesum nomē infederat, ut nulla honoris aut patriæ caritatis habita ratione, suos euertere, & gloriâ hostibus tradere non erubuerint. Fulg. lib. 8. c. 5.

SO CII.

Loxipon oul'nyy, id est, Loerensium pactum, de fœdè fragilis dictum, cuiusmodi quondam habiti LOERENSES, q; fœdè re prodito, quod cum Peloponnesis inierant, ad Heraclidarum partes defecerunt. Vel, ut quibusdam placet, q; Siculos eluserint, non præstita fide. Zeno dorus. Refertur iudem fermè uerbis ab Eustathio in Boeotiam Homeri. Erasmus.

Erat quidâ auxiliariorū Amasis regis Aegypti, nomine PHANES, genere Halicarnassens, uir consilio præstans, & in re bellica strenuus. Hic nescio quid Amasi successus, nauigio profugit ex Aegypto, uolens in colloquium uenire Cambyfis. Eum Amasis, quod inter auxiliarios non parui momenti esset, quodq; de rebus Aegypti non nihil compertissimū haberet, insequitur cum tremi eunuchorum fidissimorum. Phanè igitur affectus in Lycia, cepit: sed non reulit in Aegyptum, ab illo prudētia superatus. Nam Phanes maactis cultodibus, abiit in Persas: Cambysemq; molientem aduersus Aegyptum expeditionem, & quo pacto carentia aquis loca transmitteret ambigentem, adiit. Herod. lib. 3.

THESSALIS ex fortuna fidem pendere, poetæ scribunt: cum bello Peloponnesiaco fœderū & deorum obliu, in ipsa acie ab Atheniensibus ad Lacedæmonios, mutatis ordinibus, transfugerint. Quare Thessala fides, uelut uana & fluxa, ita prouerbum uenit. Alex. ab Alex. lib. 5. c. 10.

Xerxe contra Græcos expeditionem parante, AENIANES, DOLOPES, MILESI, PERRHÆBI, & MAGNETES Barbaris adhaesere, cum adhuc præsidium in Tempe cōsisteret. ACHÆI deinde, Phthoræ, Locri, THESSALI, & plerique Boeotiorum, discedente præsidio Græcorum, ad Barbaros defecere. Qui Isthmon tenebant, cum reliquis Græcis in officio perstantes, in communi cōuentu decreuer, Græcos diis deuocendos decimandosq; quicunq; Persicas tenuissent partes, si uictores euassent. Diod. lib. 11.

In pugna nauali, ad Artemissium contra Xerxem à Græcis commissa, solus è Græcis, qui cum rege erant, ANTIDORVS Lemnius ad Græcos transfugit: quem Athenienses ob eam rem tractu soli in Salamine donarunt. Herod. lib. 8.

Cum CCC Lacedæmonij, duce Leonida, contra Xerxem ad Thermopylas pugnatuuri essent: THEBANI, quorum dux erat Leontides, uerenti, à partibus Græcorum dimicauerunt. At uerites Persarum superiores esse animaduertent, manus ad Barbaros protenderunt, clamantes (quod uerissimum erat) sese cum Medis sensisse, terramq; & aquam regi inter primos dedisse: at uicinos ad Thermopylas uenisse, & à culpa cladis illatae abesse. Itaq; seruati sunt. Barbari qui eos cepere, aliquot obruncauerunt: pluribus, iussu Xerxis, regias notas inusserunt, à duce Leonida exorfi. Cuius filium Eurymachum postea Plataenses quadringentorum Thebanorum ducem, quod urbem ipsorum occupasset, interemer. Herod. lib. 7.

SCYLLIA ex classe Xerxis transfugit ad Græcos. Vide Tit. Vrinatorum.

Cum Iones trecentis nauibus contra sexcentas Persicas Antemiletum pugnatuuri essent: SAMII ab Aeace, Sylofontis F. qui è Samo pulsus Darij partes sequebatur, clam persuasit, immunitate sacerdot, qui per aliquot dies ad occidentum focis datam, sublati uelis ex mari exceperunt, cum L nauibus, Samumque aberunt: præter decem naues, in quibus trierarchi permanerunt, nolentes dicto audientes esse suis ducibus. Quo ex factō commune Samiorum concilium eis denauit, ut ipsorum nomina à maioribus repetita, tanquam egregie

egregiorum uirorum, in lapide scriberentur: extatq; is lapis adhuc in foro. LE S B I I uidentes Samios fugere, idem fecerunt cum L X X nauibus. Pauci admodum cum Chioru centum nauibus perfliteri, & contra hostem fortiter dimicantur: uicti tamen sunt hostium multitudine. Herod. lib. 6.

ARISTOCRATES Arcadi rex, Messenios socios in acie deseruit. Vide Tit. Perfidia erga socios poena.

METIVS Suffetius Albanorum dux, quoniam pactum atque conditum cum Tullio Hostilio populi Romani rege perfidè ruperat, binis quadrigis uinctus, atq; immaniter laceratus est: ut habes apud Litiuum lib. j. Dec. j. Plut. cap. 14. Parrall. Alexarchum tertio rerum Italicarum libro, Plin. cap. 4. de Viris illust. Gcl. lib. 20. c. j. Volat. lib. 16. Anthrop. Eutrop. lib. j. c. 6. Dionysium lib. 3.

Romanis ad Cannas uictis, ubi CAMPANI exiis legatis, qui ad Varronem consulem officij pretextu Venusiam, quò ille cum paucis ex acie fugerat, missi fuerant, cognouere res Romanas, supra quam credi possit, accisas, immemores ueris Romanorum in se meriti, Samnitium olim iugo de ip forum ceruice excusso, non solum rem collapsam, ut fideles & gratos socios decuit, non iuuerunt, sed Virij Subij sibi & ciuitati magis quàm Romanis funesta perfusione decreta rulere, ut cum Hannibale foedus iniretur. Annibalem uictorem non solum sibi societate iuauerunt, sed etiam incredibili honore acceperunt in urbem, sperantib. manibus, confecto bello se inter Italos potentia atque opibus longè primò bertatis obliu, non fo cium in urbem, sed dominum accepit se uiderentur. Præter alia, petenti Annibali sibi tradi Deciu Magium principem factionis aduersa, nò modò seruilis decreto est lenatus assensus: sed etiam passus est, ut spectante populo arenis uinctus in castra duceretur, ut antiqua societatis memor, rei q; publicæ magis, quàm barbaris gentibus affectus ciuis. Fuerunt qui tradant, priusquam Campani apertè defecissent, eorum legatos Romæ in curia petuisse, ut alter consul Campanus fieret, si Romani à se iuari uellent: ad quam impudentem postulationem tanta sit indignatio orta, ut Campani curia summo ante noctem iussu sint Romanis finibus excedere. Sed hi nò contenti fidem prodidisse, Romanorum plerosque, qui tum fortè Capuæ erant, in balneas custodiae specie clausos, feruore & æstu interclusa anima, crudeliter necarunt. Sabellicus libro tertio, Enneadis quinte.

Victis ad Cannas Rom. multi Italiæ pop. rem Rom. in perpetuum cõcidisse rabi, ut leuia sunt hominum studia, & in meliorem fortunam propensiora, ad Pœnum defecere. Fuere hi ATTELLANI, Calatini, SAMNITES ferme omnes, Surrentini, LV CANI, Brutij, & omnis magnæ Græciæ ora, Crotoniatæ, Metapontini, Locri, Apulorum pars non parua, Hirpini, & Cisalpini omnes Galli. Neq; tamen frequens hæc ciorum defectio Rom. mouit. Sab. lib. 2. Enn. 5.

Mulæ SICYLIORVM urbes Romano presidio, aut pulso aut oppresso ad Pœnos defecerat. Quam Siculorum ad hostes defectionem ueriti qui Aennam presidio obtinebant, quorum L. Pinarius erat præfectus, cum cernerent AENNENSIS ad defectionem spectare, eosq; frustra precibus & beneuolentia in officio continere studuissent, conuocatis in conuentione Pinarius milites immisit. Ibi alij super alios Aennenses cæsi, si qui dilapsi sunt, passim sunt per urbem obruturati. Ea Aennensis clades uno propè die totam Siciliam peruasit. Seder enim id oppidum in medio fermè tractu insulæ. Quæ res effecit, ut si qui dubij erant, tum demùm ad Pœnos defecerint. Sab. lib. 3. Enn. 5.

HERONYMVS Syracusanorum tyrannus, XV annorum puer ab Hierone auo relictus, Andronodori impulsu (erat is Hieronis gener, & puero tutor cum pleriq; alijs relictus) à Romanis breui alienatus est. Obstitit aliquandiu Thraso tutorum unus, qui falsò, Theodori cuiusdam indicio, uelut pupillo capitales tenderet insidias, interfectus est. Eo subleto, puer apertè ad Hannibalem defecit, missis ad hoc ipsi legatis, qui cum eo de foedere agerent: sed patiens diebus, quibus hæc citrò ultroq; iactata sunt, quum fortè in Leonetinos uenisset, ibi à conuatis multis est uulneribus confectus. Facta spe à conuatis regie pecuniæ militibus distribuendæ, ad eò repentè uniuersus exercitus, qui ab initio tumultiuari cæperat, mutatus est, ut passus sit regem in sepulchrum iacere. Leonetini & ipsi libertatis nomen libenter complexi sunt. Theodoros & Sofis ex conuatorum numero, qui statim perpetrata cæde, celeritimo cursu Syracusas contenderant, sub noctem ingressi urbem, exuuias cæsi regis ostentantes, Syracusanos ad libertatem uocant. Sic recuperata libertate felices erant futuri Syracusani, nisi cõtra Rom. armis sumtis, M. Marcellum Cos. in sese concitassent. Sabellicus lib. 3. Ennead. 3.

SYPHAX Massessulorum rex, qui Masinissam regno expulerat, cum P. Corn. Scipione foedus contraxerat. Cæterum po

stea mutatus animo, ducta Afrubalis Barchini filia Sophonisba, ad Carthagenenses defecerat. Tandem à Scipione in Africa capitur, & cum multis nobilibus uiris ad Scipionem perducitur. Ceperat primùm lætitiâ omnium animos, cum Syphacem in castra adduci nunciatum est: deinde ubi uinctus in conspectum multitudinis est perductus, tanta uis præsentia, & priusquam maiestatis recordatio, misericordiam intuentibus mouit. Meminerant enim quàm celebre eius regis nomen, quàm florentes opes & amplissimi regni uires paulò antè existerant: postea uerò ex tanto fastigio prolapsum cernentes miserabantur. Ipse autem imperator Romanus benignè eum affatus, quasi uis, quæ nam tanta causa animum eius mutasset, impulsissetq; ad inferendum Romanis bellum? Tum rex ueteris hospitalitatis iunctaq; detrahe memor, fidenti animo Scipionem respondit, Se coniugis Sophonisbæ amore captum, tantum facinus, quantum omnes scirent, in pop. Rom. admisisse, atq; extremò eas de se se pœnas, quas cæteri pro documento habere possent, utinam fide atq; officio permaneret. Sed in extremis malis hosti. bi solatijs contigisse, quòd inimicissimum hominem Masinissam eadem insania, qua ipse laborasset, correptum uideret. Nam post uictum captumq; Syphacem, Masinissa Cyrrham caput regni petens, cum urbem in potestatem recepisset, Sophonisbâ multis precib. sibi blanditè ardere ceperat, mulieriq; fidem dederat, se eam à Romanorū manibus uindicaturum: & ut id commodiùs præstare possit, nouis nuptiis sibi deuinctam uxorem duxerat. Auctori eius uis, Romani duce M. Antonio Parthorum regionem ingressi, ab urbe Phraatis, quam frustra obsederant, recedentes, XXVII diebus iter fecerunt, & Parthos præliis XXI X sudere. Cæterum non fuerunt uictoriae hæc integræ uel solidæ, quòd parum neque usquequaque infecti uis hostes fuissent. Quamximè re cõstitit Armenium regem ARTAVASDEM illum belli Antonium effectum fraudasse, qui statim in obsidione Phraatae discesserat. Nam si quos ex Media abduxit, equitū sex & decem milia aduissent, pariter ac Parthi instruiti, ac cum illis aduersi pugnare: Romanis pugnantibus pellētib. illis in fugam effusis persequētib. hæc ualuisse toties recolligere se profligati, & denudò repetere pugnam. Quare Antonium omnes infesti ad uindicandum in Armeniõ conuocabant. At ille consilio uisus, neq; prodicionem exprobrauit ei, neque de consueta in eum comitate & honore quicquam, quòd infirmus ab exercitu & omniū rerum effectus, detrahit. Pòst tamen iterum Armeniã ingressus, multis pollicitationibus & inuitationibus induxit Artauasdem ad congressum: ac tunc comprehendit eum, uinctumq; deduxit Alexandriam, ubi de eo triumphauit. Quæ potissimè re populum Romanum offendit, quòd prima patriæ ornamenta in gratiam Cleopatrz deferret Aegyptiis. Plutarchus in Antonio.

Quum in conuiuiu RHYMITALCES Thracum rex, qui ab Antonio ad Augustum fuerat, insolentius iactaretur erga Cæsarem merita, ac sine sine exprobrans belli societatem, molestus esset: Cæsar dissimulata illius petulantia, alteri cuidam regum propinans dixit: Prodicionem amò, proditores non laudo: significans, his qui prodicione præsumunt, nihil deberi gratiæ: licet enim officium quod præstant pro tempore gratum est, ipsi tamen habentur pro malis ac sceleris fragis. Plut. in Rom. apoph.

Belisarius Neapolim ceperat. Gothi regis Vitigis suauis, Roma relicta, Rauennam petunt. Romani, ut Gothos securiores efficiant, grauisimo iurciurando sese (teste Procopio) obligauerunt, ne defectionem molirentur. Vitiges quatuor milia electorum militum ad custodiam Urbis reliquit, quibus Luderum præfecit. At non multo pòst ROMANI unà eum pontifice Syluerio nullis bellorum incommodis affecti, sponte à Gothis defecerunt: & misso oratore Fideio Mediolanensi, Belisarium ceperunt. Gothi fide publica impetrata, Rauennam cum impedimētis incolumes abiere. Accidit autem, ut die una, eodemq; tempore & Belisarius cum imperatoris exercitu per portam australem (quam Afnariam, siue Cæliomontanam uocant) urbem ingrederetur, & Gothi per portam Aquilonarem in Flaminiam excederent. Et sic urbs Roma à Gothis annuo post sexagesimum recepta est. Procopius.

Mahumetes Arabes Christianiani erat miles in bello Persico sub Heraclio, & Arabes, quos in suam opinionem pertraxit, maxima ex parte Christianiani. Sed ARABES odio Heraclij, & Græcorum, ac Latinorum, qui sub illo merebant, non dubitarunt ab iis discedere religione, à quibus primùm animis ac uoluntate discesserant. deinde etiã corporibus & armis, electo Mahumete duce defecit manus, cui non solum in uis re bellica perditu ac desperati homines, uerum etiam in uis ac morum institutis, deniq; in omnibus sine exceptione parerent. Viues de Concor. & disc. lib. 2. in fine. Vide Th. Expediciones sacræ Christianorum.

ABRO-

ABRODITI, ueteres Francorum socij, amicitq; ac agris Saxo num à Carolo Magno donati, Saxonico in solo Saxo animos susceperunt: & grauiores propè hostes erant, q; Francorum militarem disciplinam diuturna societate armorum perceperant: iidem mores, eadem instituta, idem armorum genus, idem ornatus, eadem propè uirtus, non eadem fortuna. Eam solum nomen præbet, in rebus potissimùm bellicis: & Francus regum rex, tantæq; opes uinci bello ab una ea gente non poterant, sed fortissimorum uiuorum morte Augusto ea uictoria stetit. Aemilius lib. 3.

TASILO Bauarorum dux, dum stultè credit uxori, temerè quoq; dominatam amittit. Huic Desiderij Longobardorū olim regis filia uxor erat, quæ usque ad eò die noctūq; uirū nexasset fertur, donec eū impulsit, ut ab Imp. Carolo Magno deficeret, ut patris exilium per maritū hoc bello ulcisceret. Quod eo faciliù fieri posse sperauit, si gentem Hungaricā bello acerrimam, Bauaricis finitimam, in societatem adscisceret. Sed quum facili sit uxori imponere uirum, ad Hungarorum duces legatos Tasilio repertè mittit, quibus eos hortatur & orat, ut pro utriusq; partis commodo societate secum transigant. Hunni occasione utendum rati, sedes cum Bauaris inueniunt. Carolus amplissimò delectu habito ad Lechum amnem propiciat, Tasilonis anum per legatos statuit experiri. Qui ubi duces in consiliū adiecit, amicitq; uerbis defectionem eius & inconstantiam corripuit, in respicientiam reuocauit hominem. Ad ille facti pœnitentia ductus, mutato repente cõsilio, luppex sese Imperatori dedidit: Theodon inter cæteros obfides filius datus est: quin & iureiurando perpetui obsequij confirmata fides. Bonifilius lib. 6. Decadis j.

Adalgisum ducem Beneuentanum, cuius ductu Campani & Lucani ad Græcum Imp. defecerant, armis imperata facere coegit. ADALGISVS beneuolentiam simulans, sua ad Imperatorē, uti pacata regione exercitum dimittat. Pius Princeps proditoris uerbis deceptus, exercitum dimisit, & cum paucis corporis custodijs remansit. Adalgisus nactus occasionem, in meridie cum Imperator quiesceret, palatium cum cõiuratoribus ingredi tentat. Sed strepitu armorum excitatus Imperator, cum suis ab ingressu illos areet. Cum itaq; illud non procederet, palatium flammis absumere cum Imperatore minatur Adalgisus, nisi iuramento affirmet, se abiturum, & nunquam reditum Beneuentanum, neq; calumniam hanc ulterum. Tanta necessitate implicatus Imperator iurat, & postero die Beneuentū cum suis exit, Romamq; diuertit, summo Pontifici Ioanni ac Senatui tyrannidem Adalgisij conuestus. Qui mox publicus hostis iudicatus est, & Imperator iuramentum solutus. Benignus Princeps nolens uideri & non esse bonus, ne à suis periturus uideretur, comparato insigni exercitu, reginã mittit contra Adalgisum. Qui sua ac uicinia concisus, uitam fugare redemit, ac in Corsicā infulatam: de cæteris sumtū est supplicium. Cuspinianus.

CAMPANI qui Othoni II. Rom. Imp. contra Græcos auxilio uenerant, & BENEVENTANI ex acie profugij, nò solum prælium detrectassent, uerum etiam signa deseruissent: cæteræ Imperatoris copie ad internecionem usq; cæse, ut si Græci uictoria potius sciscissent, iam tunc de ueneris Italia fuisset actum. Otho ad litus deuolans, cum scapham conscendisset, ut ea salutem fuga quaereret, à piratis interceptus, in Siciliam delatus, promissaq; ingenti pecunia, Romam dimissus est. Quod ubi sensere Siculi, à piratis supplicia sumere. Legendis fugati exercitus reliquis omnem quã potuit operam Imperator intendit, copiarum præsidio destitutus, cum in Romanos signorum desertores sequere non auderet, in Beneuentanos iram exercuit. Nam cæteram Romani populi multitudine armorum compositè, cum reducib. eduxit. Beneuentanos nil tale timentes adortus, sub pretextu defensionis urbem cepit: captamq; populatur, diruit & incendit. Bonifilius lib. 10. Dec. j.

Christiani Antiochiã Syriæ metropolim obsidentes, fame crudelissima affligebantur. Vix duo milia eorum bellatorū supererant, cæteri aut inopia pabuli, aut militari fame nulli resparente abstumi. Sunt etiam inuenti qui corporibus hostium uitam tolerarent. Quidam nobilium cum ex castris clam se surrepissent, ex fuga à Tancredò duce Apulo terrati: in quibus GVILELMVS cognomento Carpentarius, & PETERS Ambianensis Eremita, auctori facri belli: hique ob nobilitatem Hugoni Magno, Philippi regis Francorum fratris redditi, ut de eis ipse statueret. Verbis grauisimis probisq; ad desertores signorum, statum commilitonumque productores, sacræ causæ præuicacitores euertoresq; increpiti, & nouo iurciurando adacti. Otho obfidiõnis meste, cum ingentes copie Perfarum superuenire dicerentur, nec spes ulla salutis superesse uideretur: STEPHANVS comes Blesensium, qui primas prudentiæ partes sibi opinionie honorum uendicarat, per causam ualeatentes Alexandriã Sy-

riæ, propinquam Antiochenis finibus, secellit nò solus, sed magno comitatu, circiter quatuor milia militum cum secuta sunt: nec aberat suspicio, id metū potius quàm morbo factum. Capta interim urbe per prodicionem, cum grauius à Corbana Persa obsideretur, quàm ipsi Cassianum obsedissent, uelut rebus deploratis, ac certa remanentibus pernicie, GVILELMVS Maifilla, cui soror Tancredi Tarentini nupserat, & VID O Truffellus, nouer per funè è muris se demiserit, ac ad classem cum se recepissent, res perditas esse dicitabant. Simul quoq; Alexium Imp. Græciū superias Latinis ferentem, quasi iam certò amissa esset Antiochia, ita terrere, ut copias suas dimiserit, magno Latinorū ducum, qui Antiochiæ obsidebantur decore, qui à suis alienisq; deserti reliquie, supra quàm à mortali expectare quicquam potuissent, præstiterunt, ac humanas necessitates deuicerunt, cæsis Perfarum centum millibus. Blesensis omni genere ignominie notatus à ducibus fuit, quoad nouo exercitu coactò, aliquanto pòst Hierosolymitano bello nò minorem uirtutis bellicæ quàm prudentiæ glorian promeruit. Aemilius lib. 4.

VRINA factio in plures Italiæ principes & populos diffusa, cum Cæsaris Borgiæ ductu & auspicijs (fuit is Alexandri VI. filius) militaret, eius successum & potentiam cernens (dubium sua sponte, an alieno impulsu: nam utrumq; traditur) secessionem cum suis copiis fecit. Adduxit ea defectio res Cæsaris in discrimen, omnesq; eius conatus, si in proposito mansissent, qui ab eo defecerat, faciliè eueri potuissent. Cæterum siue ambitio fuit, seu fatum potius familiæ quod uitare non potuit: paucis diebus, quibus defectionem ostenderant, ultro in fidem rediere. Sed quàm audacter res mota est, inconsiderateq; Cæsaris imperiū receptum, tam grauius eius motus auctores, uiri alioqui fortissimi, spem pacis senti, à Cæsare afflicti sunt, sub eius potestatem redacti. Sabellicus lib. 4. cap. 9.

MILITES.

Emasfor, miles erro. Desfor, miles fugitiuus. Ille redit, non hic.

Perdicca contra Ptolemæum in Aegypto rem gerente, cum Nilum magna suorum cum clade superasset, & scilicet ad duo milia ui fluminis peruenissent: alienati sunt militum ab eo animi. At Ptolemæus eorum corporibus, qui ad ipsum unda ceciderant fuerant, combustis, exequijsq; procuratis, misit ossa ad necessarios amicosq; defunctorum. Quo facto Perdiccani MACEDONES in Perdiccam multo magis efferati sunt, & in Ptolemæum beneuolentiam inclinauerunt. Vbi nox uenit, plena erant castra ciuiliu atque luctu, tot uiris infelicitis amissis sine istu hostili, & eorum non minù mille deuoratis à bestijs: Multi ducum coire, & Perdiccam incensare: totum quidem agmen peditum animis alienatum, minaci uoce alienationem præ se ferre. Itaque primi ducum defecere: ceteri centum, quorum erat illusterrimus Pitho, is qui Græcos omnes debellauerat, & uirtute atque gloria nulli amicorum Alexandri cedebat. Postea etiam equitum nonnulli facta conspiratione, Perdiccæ tabernaculum adeunt, & aggressi eum uniuersi iugulant. Dio. lib. 18.

Iocrates in oratione de Pace declarat, infames olim habitos, QUI uel ordinem deseruissent, uel clypeum abiecerint. Idè indicat Aelchines a ducesus Timarchum, quòd qui non fuisset in bello, aut qui hastam abiecerit, ei non licebat in conuentione quicquam agere. Erasmus in Adagis.

Demetrium Poliorcetem rebus gestis maximis, cum conspiratione Seleuci, Ptolemæi & Lyfimachi undique premeretur, contra Pyrrhum Macedoniam inuadentem mouit. At ut ex propinquo castra Pyrrho contulit, cum MACEDONES semper Pyrrhi fuissent in armis mirati strenuitatem, & plane iam inde antiquitus regno dignissimum essent soliti habere eum, armis qui foret præstantissimus, & uerò tunc eius in captiuos lenitatem accepissent: omnes autem & ad alium, præcipuè ad hunc ab Demetrio quaerent defecere: clam & exiguis agminibus primùm descenderet, deinde apertè totus in motu & seditione fuit exercitus. Postremò non dubitauerunt nonnulli adire Demetrium, & monere, abiret, sibiq; confuleret. Fatigatos enim iam esse Macedonas pro illius luxu bellare. Moderatissima hæc Demetrio oratio præ aliorum uisa asperitate est, tabernaculumq; ingressus, ut si non rex, sed esset histrio, tragicam illam chlamydè puluam commutauit, ac furium subduxit se, & in Asiam traiecit. Vbi à Seleuco genero pressus, cum ex desperatione pugnam committere pararet: Seleucus dimisso equo, galeaq; detracta, & parma sumta, processit in primam aciem, monstrans se mercenariis: hortatusque est eos, ad se ut transfrent, tandemq; intelligerent, hoc tam diu egisse se, ut illis parceret, non Demetrio. Ibi omnes saluantes eum, & regem appellantes, transiõnem fecere. Demetrius desertus à suis, ad portas Amanidas Seleuco sese dedidit. Plut. in Demetrio. Porro

Porro de iusto in Syria Demetrio, securus iam Lyfimachus, & negotiis uacuis, mouit confectum in Pyrrhum: cumq; ad Edessam annoæ difficultate primū macerauit, dein de prin-

Erat in exercitu Timoleontis in Sicilia contra Carthaginienses miles quidam, THRASTVS nomine, qui cum Phocælibus direptioni sacri templi interuenerat, uir temeritatis & confidentiæ incredibilis. Hic uita suæ improbiſſimæ accommodatum planè facinus eiusmodi commisit. Cum enim solus, omnibus ferè aliis qui oraculum expulauerant, merito supplicio à deo affectis, nescio quo pacto diuinam uisionē cui tasset, Timoleontis milites ad seditionem concitare ausus est: eum passim dicitans proculdubio insanire, qui ad certissimam cædem milites suos duceret: quiq; Carthaginienses sexies suis copiis plures, omniq; apparatu bellico instructissimos à se superatum iri, non uereretur cōfirmare: itaq; militum suorum animas in aleam conicere uellet, ne stipēdia longi temporis debita, indigentia oppressis, perfolueret. Proinde consulebat Syracusæ redirent, ibiq; stipēdij, quod eis deberetur, satisfactionem postularent: nēc ad expeditionem, in qua nulla uincendi spes appareret, illum sequerentur. Admonitio hæc multorum animos commouerat: iamq; tumultum facere cōperant, cum Timoleon precibus & pollicitationibus multis, summa cum difficultate ad officium eos reduxit, præter mille, qui Thrastum sequuti sunt, eorum punitionem in tempus magis idoneum differens. Timoleon literas ad amicos, quos habebat Syracusis, dedit, uti benignè hi milites reciperentur, & eisdem stipēdia perfoluerentur. Sicq; omnis tumultus sedatus est. Et uictoriæ quæ deinceps parata est gloria contumaces illi mille caruerunt. Post uictoriam Timoleon reuersus Syracusas, primum omnium milites qui à se discesserāt, duce Thrasto, urbe tanquam desertores expulit. Hi transiuerunt in Italiam, oppidumq; ibi maritimum in Brutis occuparūt & diriperunt. Quæ iniuria Brutij commoti, coactis magnis copiis, contra eos profecti sunt: oppidoq; in quo erant uipotiti, omnes eos trucidarunt. Diad. lib. 16.

Carthaginiensibus post primū bellum Punicum bello Africano stipendiariorū pressis, MILITES, qui in Sardinia erant, Bolstarem & Pœnos, qui cum imperio in insulam uenerant, in potestatem redactos, crudeliter trucidant, atq; arce occupata in apertam erumpunt defectionem. Huius motus fama Carthaginem delata, confectum Hanno cum nouo exercitu est in Sardiniam missus. Hunc noui milites, inita eū ueteranis cōiuratione, cruci affigunt. Nec duplici scelere cōtenti teitium adiciunt, quicunq; Carthaginiensium in tota insula fuere, ad unum interficiunt. Arcibus inde & oppidis potiti, insulam nonnihil tenuere, donec orta inter eos & insulanos discordia, milites expulsi in Italiam abierunt. Atq; ita Sardiniam à Pœnis alienari contigit. Sabellicus libro 9. Enneadis quartæ.

Scipionis consulis EXERCITVS, cum aduersus Syllam proficisceretur, & Syllæ iam appropinquasset, ad eū ducis imperium spreuit, ut cum neq; arma capere, neq; tueri castra uellet, à L. Sylla, qui non ultra XX cohortes secū habebat, Scipionis autem exercitus LX millium numerum excederet, in tentoriis suis Scipionem capi passus sit. Fulgofus lib. 9. cap. 7.

M. Lepidus Triumuir, cum in Sicilia duodecim legionum, & quinque millium equitum, præter auxiliares copias EXERCITVM haberet, per seditionem ab eo desertus est: quem neq; lacrymis, neq; minis unquam retinere, atq; ad officium reuo carè potuit, quā ad Octauium, qui cum sex cohortibus tantū uenerat, transfret: cui, si cōditionem accepisset, obtulit, se eius arbitratū Lepidum interfecit. Quamobrè cum alia salutis ratio nulla esset, Lepidus inermis ad Octauium, ipsius munere uicturus, se contulit. Idem.

Octauius Pelusio capto, obsidebat Alexandriam ad Hippodromum. Erumpens infestus M. Antonius certauit strenuè, atq; equitatum Cæsaris profugauit, effusumq; egit usque ad castra. Hac elatus uictoria ingressus est regiam, & Cleopatram in armis osculatus est: atq; eū, qui fortissimè dimicauerat, commendauit illi. Cleopatra premium ei auream loriam & galeam donauit. MILES uerò his acceptis transiit nocte ad Cæsarem. Plut. in Antonio.

M. Antonius ab Octauiō Alexandriam obsessus, ultima experiri statuit. Itaq; pediatū in tumultis, pro urbe collocauit. Classē uerò in altum prouectam, atq; in hostem spectauit pergentem. Constitit ibi præstolās, ut successum eius cerneret. CLASSIS TIC postquā remigio appropinquauerunt aduer-

sæ classis, salutauerunt Cæsaris milites. Quibus salutem redentibus deficiuerunt ad illos: atq; ex omnibus nauibus una effecta classis urbem infesta petiit. Dum id contemplantur Antonius, extempdò desertus est ab equitibus, qui transiitionem fecere. Pediatu suo recepit se in urbem, proditum se à Cleopatra uociferans iis, in quos illius causa sumerat armā. Plut. in Antonio.

Interfecto Caracalla, & electo Macrino homine fordidissimo, cum MILITES cognouissent ex muliere quadam, cui nomen erat Mæsa, Helio gabalum filium esse Antonini Bassiani, à Macrino defecerunt, & Iulianum Præfectum cum exercitu interfecerunt. Macrino proditione militum uictus, eū paucis fugiens, in uico quodam Bithyniæ cum filio Diademeno occisus est: suis partim deditis, partim occisis. Cusp. Philippus Gordianum Imp. suum fraudulenter circumuectum necauit, & imperiū arripuit. Scythæ interea Romanas provincias incurant. Expeditioni præficitur Marinus dux limitis Sarmatici, quem MILITES Illyrici Imperatorem salutarunt, & paulo post militari seditione trucidarunt. Ergo Decium cum supplemento mittit Philippus. Qui cum ad exercitum peruenisset, concordi assensu milites Illyriciani inuitum ac repugnāntem stricis ensis Imperatorem fecerūt. Dux experientia rerum cautus, ne à principe accusari posset, nēc locum calumniis præberet, fidissimum nuncio literas ad Philippum dedit, quibus se excusabat, suppliciter orans, ne turbato animo ferret, se abdicaturum dignitatem promittens, ad quam inuitus trahus esset. Philippus uerò Punicæ fraude deterior: qui ut scelerata tegeter, cultum Christiani nominis simulabat, expeditionem, scriptis quædam nouis legionibus, contra Decium parauit: & cum per duces posset bellum gerere, ipse eductis copiis profectus est, minis ingentibus palam asserens, se Decium cum toto scelerato exercitu perditurum. Hac mente turbatus, ueluti furor concitus ferebatur. Itaq; à militibus ipse Veronæ cæsus est, medio capite supra ordines dentium præciso, cum filius duodenarius Romæ à pretorianis occideretur, anno imperij v. ut Sex. Aurelius, & Eutropius scribunt. Idem.

Galerij EXERCITVS, spreto imperij iure, Censorinū Imperatorem creauit. Is per omnes honorum gradus ascendit: & tunc uulnere, quod in prælio acceperat, debilitatus, in agro suo latebat. Ad imperium autē euictus, quia militis disciplinam seruare cogebatur: ab illis, quoniam insolentia affecti, ferre eius seuentatem non poterant, cæsus fuit. Fulg. lib. 9. c. 7.

Galerij Augusti EXERCITVS, quo tempore cum Seuero Cesare aduersus Maxentium, urbem Romam tyrannidē prementem, missus fuit: ut se hosti propinquum uidit, concita tumultu signa militaria cepit, atq; ad Maxentium transiuit. Quamobrem desertus ab exercitu Seuerus, cum inde profugeret, apud Rauennam capite multatus est. Idem.

Valens Imp. exercitum contra Procopium misit: quem parua felicitate lætatum, in Phrygia superauit, multis MILITIB. ad eum ex Procopij castris transiuitibus, scuta inuenta gestantibus, quod defectionis signum est. Cusp.

MILITES Romani à Gratiano Imp. ad Maximum deficiunt. Vide Tit. Regnum ambitiosa consuetudo.

TROILVS Pignatellus, anno MDXXXVII. ad Solymanū Turcorum Imp. defecit, militiæ inter Murfaracas adscripsit, cuius ordinis equites è toto terrarum orbe lectissimi, quæ uelint numina colere permittuntur, peculiaremq; tantū uni cuncti ad bellum Imperatori operam præstant. Hunc purpurati maxime idoneum fore iudicabant, quem ipsis inuadendæ Apulie consiliis adhiberent, tanquam multa de situ litorum atq; oppidorum conditione oportuna traditurū, & cuncta ad id bellum secunda fore pollicentem. Troilus etiam quarundam machinarum artificia, ligneis atq; minutis exemplis, apud rudes earum artium Barbaros protulit, ad sustinendum uel improuistum hostium impetum, si peroram maritimam descensiones fieri prohibere cōharenter cuius artificij formis Solymanus ita oblectabatur, ut quū plures curules, præfixosq; ferreos uenabulorum microtribus, uti apud Rauennam Petrus Nauarrus, anno MDXII. excogitarat, maxime miraretur, hominem tanquam subtilioris maximeq; efficacis in dustris purpuratis magnopere commendaret. Iouius lib. 36. Hist.

FRATRES.

Philippus & Otho IV. de regno Germaniæ certabant. Othonis uotepote fratris pares HENRICVS Rhēni Palatinus sequebatur. Philippus Henricō minabatur, ni relicto Othone se sequeretur, Palatini dignitatem se in alium collaturū. Ergo Henricus fratrem Othonem in castris compellens, inquit: Audis quæ hostis minitetur? Itaq; nisi me aliqua parte patremq; ditionis subleuaris, non uideo quibus modis & sumtus perferam in exercitu, & comminata discrimina euadā. Parum est quod ex te uolo, ut quoniam uniuersum Imperium iam propè tibi parat, cum Brunswico urbe concessas

concedas Lichtenberg. Otho exceptis his uerbis: Cernis qui bus implicere difficultatibus. Fauere Deo & propitia fortuna: non hoc solum quod nunc poscis, sed feres ex me multo grandiora, modo quod instat agamus. Hostis adest, iunctis armis occurramus: uictores regni ista partemur. Henricus iam animo auersus à fratre, cum copiis suis ad Philip-pum transiit. Cranzius lib. 7. Saxoniæ, cap. 17.

CVR. DEFECTORES OB

AUARITIAM.

HARPALVS. De quo paulo antè. SACRAMORVS Vicecomes à Maximiliano Sforcia principis suo ad Galliarum regem Ludouicum XII. ualido exercitu infubriam circa annum MDXIV. inuasurū defecit: uir principis orsus familia, sed maiorum suorum uirtutis & gloriæ penitus oblitus: utpote qui fortuna sua minimè contentus, ad antiquum inclytæ domus decus nequaquam bonis artibus aspiraret. Alebat enim circa se audaces ueteranos ab egestate atque superbia cædibus auferatos, & maleficiis infames: & in his aliquot primæ nobilitatis adoleſcētes ac dissoluta uita perditos & effraens, qui à parentum imperio gratiā dilapsi, licentiæ militaris liberatam quærebant. His omnibus in turmas cohortesque descriptis, Sacramori fratrumq; domus, penurians copis inconditè & liberaliter expositis, ita patebat, ut quum extra modum prodigo, neque patrimonij prouentus, neque stipēdia sufficerent, uacordia præcepit ad retinendum instituti luxu nomen, nonnau quam in pecuniisq; seneratores & opifices noctu grassaretur: atque inde infame noui Catilinæ nomen apud Instabres referret: nec inuisè quidem, quum multo arde alieno oppressus, ne deo cequeret, sibi omnino coniuandum arbitrarer. Quibus de causis, quod se multis iniuriam, & principis suspectum noſset, cum Triulcio Gallico duce transfegit, ut alæ equitum præfectus regia stipēdia mereret. Iouius lib. II. Historiarum.

AMBITIONEM.

AGESILAVS Lacedæmoniorum rex, accepto stipendio, TACHO Aegypcio, qui à rege defecerat, sese cōiunxit. Ad postquam non pro spe sua totius exercitus ad eum delatus ducatus est, sed mercenariorum tantum: classi autem Chabrias Atheniensis est præfectus: summæ uerò rerum ipse præfuit Tachus: id primū Agēsilaum totis. Dein de reſque Aegypcij insolentia & uanitate fatigatus ferre cogebatur, ac commitatus est nauigantem in Phœniciam, præter dignitatem suam & ingenium obsecundans illi, atq; imperis sibi, dum est ei oblata occasio. Neſtanabis enim Tachi patruelis, qui partem copiarum ducēbat, defecit ab eo: ac rex ab Aegypcijs renunciat, missis ad Agēsilaum legatis petiit, ut sibi uenire auxilio. Idem egit apud Chabriam, magna præmia utriq; ostendens. Ea cum Tachus odoratus præberet se illis supplicem, Chabrias Agēsilaum consulendo & leniendo retinere in amicitia Tachi studuit. Cui Agēsilaus: Tibi Chabria, inquit, qui sponte tua huc ueniſti, uo utendi consilio facultas est. Ego à patria datus sum Aegypcijs dux. Quare improbè fecero, si ad quos missus socius sum, hos impugnem: nisi aliud imperet patria. Ita fatus certos ablegauit, qui Tachum infestarent, & commendaret Neſtanabim. Lacedæmonij auditis Aegypcijs, propalāim responderunt, Agēsilaum eam rem curæ fore. Cæterum illi per literas mandauerunt, aegeret quod è republica foret. Ita aduictis mercede militantis transfegit à Tacho ad Neſtanabim, absurdum & indigno facinori commo dū prætexens patriam: quando hoc quidem uelamento detracto nomen istius facti uerissimum erat, proditio. Tachus à mercenariis desertus, fugge se mandauit. Neſtanabis uerò contra alium regem Mendesium Agēsilaū ductu feliciter pugnant regnum confirmauit. Plut. in Agēsilao.

Baldino v. Hierosolymorum rege puero defuncto, Sibylla mater reddidit sibi à Templarijs regni coronam, quam filius eius fraterq; ac pater auusq; gestassent, marito suo Guidoni Lusiniāno impoſuit. Continuo renata simulatas inter nouum regem omnia ad se reuocant, ac RAYMVDVM comitem Tripolitanum, maximam rerum partem capeſſere solium. Barbarus obsidebat Tiberiadem. Ne urbs nobilissimæ socia amicaq; amitteretur, auxilio eundem erat. Tripolitanus se regi coniungebat. Loco iniquo cum hoste ad occasum usq; solis dimicauerit, nec capere locum destinātū calis potuerit, quod eum hostis occupauerat. In sitientē iniquoq; nonstem sollicitam egerit: nec facultas fuit aq; interclusit se equosq; rescindendi. Antequam affecta iam uires totē deficerent, repetito prælio postidie decernendum erat, ac uirtute salus tendenda. Inter multas sententias una maximè assensu adiebat, ut in eam partem acie, ubi Saladinus cum Volonibus suis siue Mamaluchis stabat, id quod ex signo cognosci poterat, omnibus uiribus cuncto itinerent: ea una aut sublata, aut fugata dissipatæ, de reli-

quis facilem futuram uictoriam. Tripolitanus hoc consiliū aspernatus, periclit ut dilatare acies, ne circumiri possent: quæ res & illi liberam fugam præbuit, & ut nouis uariis ordinibus sub signis staret, hosti penetrabiliores essent, effectit. Eductis militibus, structaq; acie, antequam præliū undiq; confereretur, Tripolitanus in fugam se suosq; surripuit: reliqui pugnarunt egregiè. Nobilissimus quiq; cum rege Guidone à Saladino capti. Capta sacrosancta Crux. Cum Saladinus continuò Templarios omnes præter Magistrum iussisset occidi, certatim se quiq; nostrorum Templarium profitebatur: & martyrij gloria de hoste triumphabat. Tripolitanus Ducis solus effugit, haud dubio postea rumore, illum cum Barbaris clandestinū foedus icellit. Omnes uires nostrorum concidit: Hierosolyma dedita: cæteraq; omnia Saladino prona exitere. Vacua propè urbes in potestate redegit. Tripolin cum Comes tradere conatur, noctu mortuus in cubili inuentus est. Vespillones dicuntur circūcūctum eū reperisse, certo signo defectionis, nō modo à rege inuiso Guidone, sed etiā à seruatore Christo. Aemilius li. 6.

REGNUM, IMPERIUM, TYRANNIDEM.

Defectionis indicium, Athenionem uocare. Is enim ATHENIO Siculus fuit, qui Drepanetis deficientibus, cum capita factionis assumeret, interento domino, & ex ergastulis coacta seruorum manu, & comitibus uoluntariis, regnum sibi adiecit. Alex. lib. 4. c. 2.

Contra illum magistrum officiorum, qui ob falsò accusatam Imperatricem à Zenone imp. eiectus Orientem inuaserat, LEONTIVS eū exercitu missus, & ab eo uerbis plectus, diadema arripuit. Simulq; Leonius & Illus Reip. inimici effecti, in Oriente ciuilem motum fecere, & addito solito Ifauris dono, omnes conspirauerunt contra Zenonē, eius thesauris in Papyrio castello munissimè repertis. Sed haud diu lætati de præda ac spoliis, à militibus Zenonis in eodem castris inopinati capti & obruncati fuere: eorumque capitata hastis infixa, Constantinopolim delata, Cusp.

Regnante apud Hierosolymas Almerico, SYRACINVS Noradini Damasceni principis dux, simulatione ferendi auxilij Calliphæ Aegypcio, qui tunc à Christianis oppugnabatur, eum obruncauit. Soldanumq; se primum Aegypci constituit. Huius Saladinus successor, Hierosolymæ Syriaque regnum, Christianis expulsis, in potestate recepit: processuq; temporis, & ipsi Saracenicum nomen ex Turcis, quod inter Arabes uersarentur, usq; in hodiernū diem accepere: perpetuaq; postmodum lege sanxere, ne quis Turcus aut in secta Mahumetana natus, Sultanus esset: sed aut Christianus fidei defensor, aut alterius nationis captiuis ac seruus. Cusp.

Tempore Sigismundi Hungarię regis, ANTONIVS quidam Transiluanus, coacta ingenti agrestium manu, sub prætextu euendæ seruitutis, à regia fide defecit. Mox in oppida castra mouere cepit, quæ rebellionem istam detrectarent: aduersantem his nobilitatem collatis signis protegit, multos cædit. Qui partes se qui recufarent, à pagana turba trucēdati, in uincola coniecti. Quare sub libertatis noua specie, Antonius tyrannidem sibi comparauit. Id ipsum MARTINVS, uir agrestis in regione, quā Nyrium & Zamoskeniū dicunt, ausus est: & cum quadrato rusticorum agmine longè lateq; grassatus, maximam per uicos & oppida nobilitati calamitatē intulit. Singulis utriq; præliis profligati sunt: cæsisq; seditionis auctoribus, ex agrestis multitudine alij oculis, pars magna naso, auriculis, labijsque aliqui multati sunt, nonnulli præcisīs manibus pœnas luere: ut omnes illi, quæ nefaria scelera patrasent, fœda cicatrice uulgo referrent. Bonfinius lib. 3. Dec. 3.

Mortuo Selimo, GAZELLES Syria præfectus, tanquā sacramēto liber, Solymanum, qui patri successerat, contēns, Syria occupandæ consiliū cepit. Itaque reliquias omnes Mamaluchorū excipiens, regionis simul incolas ad se blanditijs alliciebat: præterea scilicet magno Rhodi magistro inuauit, ut machinas aereas, quæq; iis necessaria sunt: insuper arma ac triremes inde acciperet. Ad hæc legatum occultè Alcairam ad Caierbeium præfectum misit, qui eum hortaretur, ut de iniurijs & sanguine Circassorū à Selimo effusis uindictam sumeret: atq; occisis Turcis principem se constitueret, Sultanumq; imperium denuò inflauraret. Caierbeius enim à Sultanis defectione prius facta, magnum Selimi rebus momentum attulerat. Verum Caierbeius Gazellis ueteris inimici uerbis minimè fidem adhibens, aut fortasse maiorem quàm pro suis uiribus difficultatem in huiusmodi peragendo negotio futuram considerans, legatū interfecti iussit, ac Solymanum eius rei admonuit. Solymanus Faratem Bassam cum ualido exercitu statim in Syriam misit. Quod cum audisset Gazelles, licet iam Baruti ac Tripoli alijsq; in locis plura Turcarum præsidia expugnasset, terrore tamen percussus, Damascum sese recepit, quod quidem & Farates longis itineribus tandem peruenit. Cæterum

nihil aliud suis rebus magis expedire arbitrat, quã ut for- tunã omnia committeret, quã aut uictoriam aut mortẽ ge- nerofo duce dignam afferret, exercitum, quẽ congregarat, extra urbem duxit, ac mox cum Farate confluxit. Sed enim in confiftu ipfe unã cũ Mamaluchis omnib. trucidatus est. Farates uerõ una hac uictoria & Syriã recepit, & Cæterbeij rotasq; Aegypti fidelitatem erga Solymanum confirma- uit. Iouius in uita Solymani.

CRUDELTATEM, ASPERITATEM.

Senex Cefar Nigro uicto, quum eius exercitum illi fe deden- tem asperis modis & crudeliter, ut erat natura sæuus, acci- peret: complures ex ueteranis MILITIBVS coegit trãs Eu- phratem ad Parthos confugere. ij quum barbarorũ discipli- nam, & Romanã militandi exercitia docuiffent, effecerunt, ut illi in pofterum moleftiffimum Romanis copiis negotiũ subinde exhiberent. Ludouicus Viues de Concordia & di- fcordia lib. 3.

INSIDIAS.

Cũ SARBARVS archiftratpes uictus semel ab Heraclio a- pud Costroen regem Perfaram aculearetur confiliorũ, quã cum Romanis clanculum habuiffet, Costros de eius neceli- teras miffit. Nuncius ab Heraclio interceptus, Constantino- polim est ductus. Reip. curatores uifis literis, & tabellariũ & literas Sarbaro miferunt. Qui ut Costroẽ malum animũ perfpexit, alteras confinxit literas, quibus fua & multorum præfectorum ac tribunorum militarium, aliorumq; qui or- dines ducebãt, cædes mandaretur: induxitq; nuncium a re- ge miffum, uti literas illas ab eo fe accepiffe confirmaret. Tum habito confilio ubi primores omaes aderant, palãm literas recitari fecit: quã maximam indignationem omni- um commouerunt, ad eũ primores omnes quicunq; or- dinibus præerant, ad Romanum Imperatorem tranfire con- ftituerent, & extremum odium in fuum Principem concepe- rent. Cufpinianus.

REPREHENSIONEM.

ABNER Neris F. polemarchus, ab Ifobetho Sauli regis filio ad Dauidem defecit, eo quõd Ifobethus cum reprehende- rat, quõd cum concubina patris fui rem habuiffet. Nec folũ ipfe defecit, fed omnes Ifraelitas Dauidi fubiecit fua aucto- ritate. Regnum enim diuinitus Dauidi debebatur. z. Reg. 3.

INVIRIAM ACCEPTAM.

Britanni fub Nerone à Rom. defecere, PRAEVIACVM Tigge- rorum regem duces fecuti. Sic ob uxorem à ueteranis mi- litibus pullatam, duasq; filias pollutas fupro, ueritus ne adhuc peiora pateretur, infulanis auctor fuit, ut confeflim in Romanos arma fumerent. Primo itaq; infulanorum mo- tu ueterani metu percufi, Emplum quoddam occupant, u- bi omnes ad unum interfecit. Inde legio una, quã Pe- tilij Cerealis ductu his auxilio mox paulõ affuit, fufa cæfa- que est. Peruagata inde est infulanorum ira per Romanorũ ciuium & fociorum capita, cæfaq; dicuntur eximbelli mul- titudine ad feptuaginta hominum millia. Paulinus Suetoni- us Rom. præfectus non multõ pòft affuit cum decem mil- libus armatorum. Cæratum est loco angufto, & ob id Ro- manorum paucitati ad uictoriã perutili, fuitq; pugna ab initio atrox: pòftremõ hostes fufi fugatiq; funt, ac cum mul- ta exde paffim difcefti, octuaginta ferẽ millia Britannorum funt eo prælio cæfa. Sab. lib. 2. Enn. 7.

Anno MCCCXXV. initũ maximi belli Anglici, quõd tam atrox, eruentum, & funeftũ fuit, ut ex quo Gallia Romano- rum arma fenfe, nullum cum eo fit conferendũ: fæpius in- termiffum, fæpius renouatum. ROBERTVS Atrebas Comes Bello montanus, cum licem amiffiffet quã illi erat cum Mathilde Burgundionis uxore, atq; ob id inimicitias cum rege Philippo Valerio exercens, iactatis quibusdam uerbis contumeliosis, quamuis regis fororem haberet uxorem, fe male acceptum, iniuriamq; fibi factã exiftimans, Burdega- lam ad partes Angli fe recepit, uxore liberisq; Ioanne & Ca- rolo relictis. Anglus cum honorificẽ excepit, & remunera- uit comitatu Richemondie. Chron. Francorum.

Anno MDX. IOANNES Franciscus Gambara inter ciuitatis Brixianæ principes clarus. turmã equitum reip. præfectus, ob fimulatẽ, quam cũ uno ex Lauredanis ciuibus Venetis grauitè ab eo offensus exercebat, in clade exercitus ad Gallos hostes fua cum turma tranfit. Sed mox Gallici per- cufus imperij, cum fibi S. C. caueri de priftina gratia curaf- fet, fponfore Iulio II. pontifice, Venetis recipiendã Brixiaẽ fuit auctor. Bemus lib. 10. Hift. Venetã.

INDICIVM.

PARSODES Perfa, Artoe Medorum regi apprime carus, ex quodam iudicio infensus regi, cum tribus millibus peditũ, equitibus mille ad Cadufios aufugit. A quibus fufceptus foredem dẽponit uni, & fufcit Cadufius, ut fe in libertatẽ uindicarent. Dux ipfe belli ob uirtutẽ ereatus, exercitum maximum ad ducenta hominum millia coegit: castrisq; in finibus Cadufiorum pofitis, Artoem aduersus fe cum oĩtin-

gentis millibus hominũ profectum, pugna fuperauit. Ad quingenta millia interfecit, reliquos abegit extra Cadufio- rum fines. Hac uictoria insignis, & Cadufius rex creatus, in Mediã tranfit: omniq; prouincia uaftata, magnam glo- riam affecutus est. Vergens in fenium, cum inftaret uitaẽ fi- nis, exeretis est fufcelfores, qui odium inimicitiamq; in- ter Cadufios ac Medos delerent: qui pacem procuraret, exi- lio multaretur, fuprognes fua, feu Cadufius effret. Qua- propter Cadufij femper Medis hostes exitere, nunquam il- lorum regibus fubditi, ufque ad Cyrum Perfarum regem. Diodorus lib. 2. cap. 9.

ROBERTVS Atrebatium comes genuit ex fe Philippum & Mathildem. Hæc nupfit Othoni Burgundie comiti. Ille an- te patris obitum uita exutus reliquit Robertum filium. Exin Roberto comite in pugna Curtraceni cum Flandro facta, interfecit, Philippus Pulcer rex Atrebatium comitatu O- thoni Mathildis uirõ dedit, tamẽ reclamãte Roberto, he- reditatem à Roberto auo paterno & diuino & humano iu- re fibi uenire debere. Sed uis ualuit, fic ut iudices po- ftea de re controuerfa cognofcentes, regis præiudiciũ fecit, & contra atq; ius pofcebat, fecundũ Mathildem fen- tentiã tulerit. Cepit Robertus magis inde apud fuos que- ri atq; indignari, quõd amitã quam dote tantũ contentam iura uolunt, cum fupis uirtutibus fuperebat, ppercrãt fuus auitus principatus effret attributus. Haud longo pòft tempore cũ Philippus Valerius ad regnum euocaretur, Robertus eius cum primis caufam aduersus Anglum, regnum Francie re- petentem, acrius defendit idq; fecit, partim quõd eius foro- rem in matrimonio haberet: partim uerõ, quõd confideret futurum, ut auctoritate regis tandem aliquando fuum reci- peret comitatu. Sed contra accidit: Valerius enim Mathi- di apertẽ fauens, nullo paffo est paffus rem utcumq; iudicia tam reficidi. Robertus ex ea caufa alieno tum à Franco iam animo fuit, & uxore ac duobus filiis Ioanne & Carolo reli- ctis, ad Edouardum III. Angliẽ regem profectus est, quẽ il- le, quõd honesto loco natus effret, liberaliter accipiens, ma- gno in honore habere, ad omnia que fua confilia adhibere cepit, ac non multõ pòft Richemondie comitatu donauit. At Robertus uindictã caufa funeftiffimum illud toti Gallie bellum Anglum excitauit. Paulus Aemilius lib. 9. & Poly- dorus lib. 19.

GODFREDVS Haricuriã comitis frater, proditionis po- ftulatus, fui copiam in iudicio non fecit. Abfens damnatus ad Anglum tranfit, altera fax belli, fecundusq; ab Atrebatie exul peregrinis armis patriã oppugnaturus, & magifter militum ab Anglo creatus. Huius ductu ad Crefciaci Fran- ci funeftiffima clade fuit affecti. Eo prælio cecidit pro rege Franco in Anglos egregiẽ pugnant Haricuriã comes, ingen- tiu luctu fratris Godofredi Magiftri militum Anglorum: qui poftca pœnitentiã duci uifus, quõd priuato dolore ftimulan- te Franciam uexaffet, fratremq; clariffimum uirum fe cõtra armato amiffiffet, relictis Anglis, uincta laqueo ceruicẽ, re- gem Francum adit, ad eiusq; pedes procubuit. Rex laqueũ foluit. Aemilius lib. 9.

CAROLVS Borbonius Gallie regulum opulentiff. fangui- ne coniunctus regie domui, Magifter equitum à Francico rege fuerat appellatus. Fuit ei pater Gilbertus Mompen- tierius, qui Gallorum Imper. uictus ab Aragónis, apud Baias interijt. Duxerat uxorem ex fore Caroli III. regis geni- tam: unde ei dotali nomine Borbonij principatus acceffe- rat: ea morte fublata, & ob id cum fociu contraftã fimulata te, ad Heleonorã Cæfaris fororem oculos adiecit. Inter- riu Ludouica Francicã regis mater, quõd ex eadem Borbo- niana domo maternum genus duceret, non ambigo iure ea oppida, quib. Carolus Borbonius hæreditate creuiffet, contefata lite repetebat. Tum uerõ Borbonius tantam ini- iuriã deprecari, obfecrari Francifcum, ut matrem oppido- rum fuorum iniqua cupiditate deflagrantem compelleret, rex eum, ut bono animo effret, hortabatur: nec de fuma- eius litis omnino dubitaret: in eo tamen perfeuerabat, ut cõtrouerfa fenatus iudicio finiretur, ne maternum animũ ulla prorius offentione perftringeret. Cæterũ fi oppida- matre effent ad iudicata, ingenti liberalitate fe oftentum pollicebatur, quantum uirtuti ipfius ac dignitati egregia ani- mi propenfioẽ tribueret. Sed Borbonij animo femel a- lienato, & cuncta equo grauius æftimanti, alia contumelia acceffit: nam ea die qua in finibus Neruorum ad Valentia num oppidum Francico regi cum exiguis Cæfaris Caroli V. copiis ad certiffimam fperã uictoriã fuit configendum, primã acie cura, quã magifiro equitum debebat, Alan- conio regis fororis marito fuerat attributa: quõd adeõ ini- quo animo Borbonius ruit, ut iam in ftructa acie, & confpe- ctis hostibus non modõ copias fuas Scaldam amnem, pon- te quo rex antecesserat, non traduceret: fed etiam malignã cunctãdo Ludouicum Normanniã Senefchalcum, cum ala nobiliũ equitum impigre tranfeuntẽ, in ripã fua impo-

tuno confilio retentare conaretur. Hinc nefario fufcepto confilio, cum paucis & iis quidem leuiffimis hominib. con- iurat. Cæfari & Henrico Britannie regi pollicetur, fe Galliaẽ regnum, cũ diuuantibusq; Regulis, qui unã confpiffent, di- centibus, adiuantibusq; Regulis, qui unã confpiffent, proxi- mos inuafurum. Erat hoc factũ nequaquam difficle, quoniam Francifcus nihil de fide fubdubitan, eum Galliaẽ præfidio cum regia poteflate relinqueret. Sed eum effret in- iurare Francifcus, indicante Arguto quodam ex coniura- tis, infidiã deteguntur. Borbonius tandem noftru profugit, auisq; tramitibus calonis habitu, comite Pomperano, cui uitam ante feruauit, in Sequanos & Cæfaris fines peruenit: atq; inde in Italiam effret profectus. Iouius in Pifcario, & lib. 22. Hiftoriarum.

IGNOMINIAM ACCEPTAM.

Pof Nouogrodum magnum à Mofchis fubactum, RVSSO- RVM Seuerienfium principes uerõ ad Mofchos à Polonis defecerant, non maxima re offenti. nẽpẽ quõd cum Vilnã ueniffent ad Cafimirum regem, quõd am tempore intronif- fi non funt: cumq; unus quifpiam ex iis importunus urge- ret, ac digitum foribus paululum adaperit inuiffet: iani- tor eum attrahtis uehementius foribus, preffit & confregit. Re- luit quidem capite pœnam inaitor, non fuit tamen eo fa-

tiata ira principum: quin ij profecti refã ad Mofchorũ du- cem, eius imperio fe fuaq; omnia fubiecerũt, anno 1490. Si- ue autẽ hæc fuit caufa defectionis, fite illa potius, q̃ deſpi- catu fe effe Lituaniã anima duceret, ac de religione ritũq; facrorum ab illis quidẽ difſentiret, cum Mofchis uerõ con- ſentiret: illa tamen occaſione permoti, mediãtũ fortã- ſis iam antẽ facinus maturarunt. Cromerus lib. 29.

BASSVS, equitum Italicorum præfectus, bello Neapolitano contra Tarraconenfes pro Andegauenſib. ftererat. His bel- lo uictis, in Galliam fe contulerat, Ioannem primũ ducẽ, deinde Nicolaum fecutus. His defunctis, ducis Burgundio- nis Caroli fupediũ ordines ducebat. Iam inde ab initio de- hortator fuerat Lotaringici belli capeffendi, eius etiã iurũ in concilio auctor erat deponẽdi. Non tenuit iram dux, Lo- taringie potiunde cupiditate flagrans: atrox conuitiũ ho- mini fecit, ac alapa os pulſauit. Eam uelut fummã ignomi- niã militaris uir in imum pectus immortalis memoria raci- tus demiffit. Dux aut oblitus, aut oblitum ratus, aut eum nõ indigantem ad Imperatore in mercenarium exiffimã, uti eius opera perfeuerauit. Is Burgundũ Nancium obſiden- tem, paulõ ante pugnã que ei fatalis fuit, perfidẽ deſeruit, & ad Robertum Lotharingum cum CLX egregijs equitib. defecit. Aemilius lib. 10.

INCENDIARI.

Conſule Tit. Incendiorum, quatenus improbitate aliena excitantur.

TROSTRATVS Dianæ Epheliæ templum igne immiſſo cre- mauit, ut æterni fcleris memoria nomen ſuum æternitati confecraret. M. Tullius in Philippica XIII. docet, pro uerbio fuiſſe iactatũ in C. PLANCIVM, eum perire non poſſe, niſi crura ei fra- ctã fuiffent. Is incendit curiam, ob quõd facinus quum effret eiectus in exilium, tamẽ pòft armatus auſus effret redire in ur- bem. Adagium autem ductũ eſt ab his qui ob fclera ſubi- guntur iua cruce, tantaq; eſt maliãtã grauitas, ut nec illic mori poſſint, niſi fractis cruribus mors acceleretur. Iocatur autem Cicero, Planco fuiſſe fractã crura, quum legibus eſ- ſet adema potefas redcundi in ciuitatem. Et tamen uixit, ac rediit. RVFFVS & MVNACIVS Plancus incendiarij. Vide Tit. Sedi- toſorum pœna. HERACLIDES Tarẽtium architectus Rhodiõrum triremes & naualia iniecto igne incendit. Vide Tit. Claſſem diſſicere, naues inuitiles reddere.

NERO cum per cuncta eſſet ſclera euagatus, ne quid demũ intentatum relinqueret, quõd ad furorem & fcleritiam per- tineret, patriã incendit: abſumitq; magnum illius partem nefarius ignis, ſex continuos dies ac totidem noctes per ur- bis ædificia ſacra & profana euagatus. Ad leuandum igitur ſcleris atrocitatem, omnem cladis illius inuidiam in uerã pietatis cultores, uiros inno centiffimos reiecit, ſubornatis qui Chriſtianos eius incendij auctores falſõ criminaretur: eamq; ſeuiendi materiam adeptus, plurimos pientiffimi il- lius ordinis arreptos affectit ſupplicio. Sabellicus lib. 2. En- neadis 7. Bello Flandrico, anno MCCCXXII. Curtracum receptum FRANCI incenderunt per iram, cum in gde ſacra uiderent affixa aurata calcaria Francorum procerum, prægio Curtra- cenſi ab Anglis cogſorum, octoginta antẽ annis, cum Rober- tus Atrebas cecidit. Aemilius lib. 9. RVSTRIVS tormenta Veneta ad Veronã incendit. Vide Tit. Machinas hoſtium uel deſtruere, uel inuitiles reddere.

VENEFICI ET VENEFICAE.

Comprehendimus hic omnes eos, qui uel magicis artibus, uel naturalibus ueneris aliorum uitae fortunifque infidiam- tur. Exempla ueneficiorum pete ex Tit. Magorum, item Comœtium hoſtium corrumpere, item, Veneno mortui. item, Veneficã pœna. item, Seruati à morte per uenenum intentata.

QVI. PVTA MULIERES.

Feminas ab initio ad ueneficium fuiſſe procliuiores uiris, gra- uiſſimi teſtatur auctores. Refert Diodorus lib. 5. de Anti- quorum geſis, HE CATEM feminam omnũ primũ aco- nitum inueniſſe, & ad uenena mortifera conficienda ſum- mum ſtudium operamq; impendiſſe. Quin apud Romanos feminã ueneficis primũ uſe ſunt, ut teſtatur Linius lib. 8. & Val. lib. 2. Tit. de Inſtitutis antiquis, & nonnihil D. Au- guſtinus lib. 3. de Ciuit. Dei, cap. 17. Plinius autem lib. 25. c. 2. ſcribit, ſcientiam ſeminarum in ueneficis præuallere. Quid enim (ut ſubdit) non repleuere fabulis Colchis Medea, a- liaq; inprimisq; Italica Circe, diis etiam adſcripta? Vetus eſt pro uerbium de mulierũ ueneficis, ἡδοναὶ τῶν γυναικῶν, id eſt, Theſſala mulier; Suida memorat, quõd ſcilicet utitur in ueneficis mulieres: quoniam ea gens, & præferent femi- nã, præ cæteris hoc nomine ſunt notatã. Quintil. lib. 5. Orator. inſtit. Tit. de argumentis: Latro cinium, inquit, facilis in ui- ro, ueneficium in femina credam. ERICHTHO maga Theſſala, multis ueneficis famoſa. Luca- nus lib. 6. Hos ſclerum ritus, hæc diræ carmina gentis, Ef- fera damnarunt nimia pietatis Erichtho.

quãdam (quicumque uolet cognofcere lenam, Audiã) eſt quãdam nomine Dipsas anus. MYCALE uenefica apud Ouid. lib. 12. Metamorph. Mater erat Mycale, quam deduxiſſe canendo Sæpe reluclantis conſta- bat cornua Lunæ. MEDICI. CYNEAS (aliis Timochares dicitur, aliis Nicias) medicus Pyr- rhi, etiã literas ad ſenatum Romanum ſcripferat, quib. pe- cunias petebat, & pollicebatur ſe Pyrrhũ pharmaciã inter- emturum. At illi promiffionem hanc repudiãrunt. Etenim Romani uirtute fortes eſſe didicerunt, non reclinis, callidi- tate, uel inſidiis hoſtem debellare. Sed & Cyneã confilium ſententiãq; Pyrrho regi aperuerunt. Aelianus lib. 12. de Va- ria hiftoria. FRIDANCVS medicus ueneno ſuſtulit Guntherum comitẽ à Schuartzenburg, Germanorum regem. Vide Tit. Dignita- te & magiftratu quocunq; alios aſtutẽ priuare. SEDECHIAS Iudeus, Carolum Caluum Francorum regem, cuius medicus erat, ueneno ſuſtulit. Ritus libro primo, de Regibus Francorum. HAMMON Iudeus medicus Bajazetem II. Turcorum Imp. ueneno tollit. Vide Tit. Regnandi libido ambitioſa.

QVOS VENENO PE- TIERINT. Videlicet

REGES.

HERODES Iudæorum rex, deprehenſam in ueneficio DOR- IDEM uxorem, matrem Antipatri, ſpoliatam multorum ta- lentorum ornamentis, eiecit òregia. Repudiata etiam pon- tificis filia, altera regis uxor, quaſi ſecretoũ horum om- nium particeps. Flavius Joſephus lib. decimoſeptimo, cap. ſexto, Antiquitatum. DIPSA S uetula uenefica apud eundem lib. ij. Elcgarum: Eſt

GYGE famula Parifadid, Cyri matris, ueneficiorum perita, & propterea tandem morte affecta, ſublata è medio Stati- ra Artocæris uxore. Vide Titulum Perfidiaẽ erga affines quolibet. AIUNT ANTIPATRVM, quem in Europa duces Alexander Magnus reliquerat, ueniſſe in magnas controuerſias cum regis matre Olympiã. Ac primõ quõd Alexandrum expo- ſtulationibus de fe fidem non adhibere nouerat, feminam

ter aquas defixis. Vnde plurimi mortales postea ex aqua uenenata usum immedicabilibus morbis correpti, miserabiliter extincti sunt, cum ferius mali causa animaduersa esset. Cromerus lib. 10.

MEDICAMENTO.

Socrus GENER quidam ueneficus cantharides, extractae castiae mixtas, obulit Bohoniae. Quae uesicae cruciamentis tam atro citra afflicta, ut etiam sanguinem largu ex uesica excreuerit, felici successu curauit Helidæus Paduanus Foroliuensis, clarissimus medicus. Vicrus lib. 2. cap. 30. de Praetigijs dæmonum.

Arnulfus Imp. Guidonem Italiae regem fugarat, & Firmum urbem, ubi Guidonis VXOR degebat, obsidebat. Illa corrupto pecunia intimo Augustalis aule ministro, clam ad se de dacta, Caesaris, inquit, animum in me immerita ira successum placare cupio. Haec pocio (poculum manu gestabat) tri stitiam discatit: lætitiā, amores, festiuitatē, ludos, iocōs q; & omnia gaudia menti affert: eo uiri mei animum furentē ad sanitatem reuocauit, & ut sine noxa sumi scias, experire. Simul seruo uel ægro, uel ægrum agenti introducto, poculum porrigit. Quod cum is ebibisset, intra horae spacium ualidus uigensq; extitit. Illa Germano alteram & aliter medicatam portionem, uimq; auri tradidit. Arnulfus epoto uene no correptus lethargo graui, per triduum excitari in clamātibz suis uellentibusq; non potuit. Euigilans tandem soluta obfisione domum reuertit, ac aliquantū post phthirasi decessit. Aemilius lib. 3. & Cuspinianus.

DIGITO UENENATO.

In digito mori, de animalibus intelligendum, quorum genita lia uel corporis partes aliā oportuna, digitis ueneno litis contāctae, mortem inferunt. Cicero pro Scauro: Libertus patronum non occidit, sed duobus digitulis gula obliuit. Plinios: Sed antiquorum curam diligentiamq; quis possit fatis uenerari? cum conset, omnium uenenoium ocysimum esse aconitum, & tactis quoq; genitalibus feminini sexus animalium, eodem die inferre mortem. Hoc fuit uenenum, quo interemptas dormientes uxorē a CALPHVRNIO Be stia, M. Caelius accusator obiecit: hinc illa atrox peroratio eius, In digito eas mortuas. Caelius lib. 23. c. 13. A.L.

SAGITTIS.

Morem fuisse SCYTHIS peruerterem, scribit Plinius, sagittarum aciem tingere uiperina sanie & humano sanguine, irre mediabili scelere. Nam mortem illic affert, etiam leui tactu. Obseruabant autem Scythae ubi iam peperissent: sic enim ca ptas diebus aliquot liquecere sinebant: mox ubi computruisset uiderentur satis, in ollam sanguinem hominis unius totum infundebant, adobruantq; in sterquilinio, uase diligenter oburato: ubi uerō & hic contabuerat, eximebant, fumantesq; quod supernatastet iam aquosum, saniciq; uiperinae permiscentes, ita lethale conficiebant uenenum. Celsus lib. 23. cap. 10. A.L.

Scribit Paulus Aegineta, toxicum uideri nominatū, quod eo ā BARBARIS inficerentur sagittae, quas dicunt Graeci τὸ ξύγγυλον. Approbat idipsum & in Alexipharmacis Nicædri interpres. Idem.

Auctor Strabo est, Transalpinæ GALLIÆ peculiarem haberi arborem sicuti persimilem, lacte cuius perniciosissimo sagittas inficiant. Quanquā & artifex præcipua, uenena miscendi olim fuisse, tradatur mundi portio illa. Quod in Cimbrū Tallium significat Maro: id quod obseruatum Hermolao

est. Sed & lib. 8. meminit Fabius: Cimber hic fuit (inquit) quo fratrem necatum, hoc Ciceronis dicto notatū est: Ge manum Cimber occidit. Ibidem.

In HARMATIS, quæ Brachmanum ciuitas est, linebantur sagittae uenenata sudoris uis, ex serpentinum quarundam canibus folis ardore colliquatis, deprompti. Ea malo inerat potentia, ut primum obfuperet corpus, mox peracuti insequerentur dolores cum tremore ac contractione. Cutis antior mirē frigefcebat, reiectabatur subinde bilis quoq; prolucibat ex uulnere nigrum umus, ac spumofum, cuius conta ctu contabesceret omnia. Idem.

CHIROTHERICA.

VXOR Crescentij consulis ab Orthone III. Imp. suspensi, forma eximia cunctas Italiæ mulieres superabat, & spe regnan di Imperatorem ad amorem sui pellexerat. At ubi reditum in Germaniam maturatē uidit, chirothecis miro ingenio affabrē factis, uenentū intulisse fertur uenefica mulier, & Ca sari muneris loco dedisse: quo paulatim intoxicatus ac con sumpt, inter remeandū in Italia interit, anno imperij XIX. Germani Imperatorum corpus cum imperij insignibz per Galliam in Germaniam deculerunt, armis uiam sibi paran tes Aquigranum usq; ubi imperiali pompa honorificenti ssimē sepultum est. Cuspinianus.

INVENTIO CORONIDIS.

Apud Pedemontanos Casalij QVÆDAM nomine Androgy na cum intraret in alicnas sedes, & paulo post homines in terirent, comprehensa, Sagarum omnium consortium eius dem malefici detexit conuirationem (erant autem XL. fere det) quæ exteram ianuaram manum ad enecandos homines perungebant. Id anno M D X X V I. accidit. Geneva quoq; postea idem effectum est, anno M D L X I X. ubi ad septennium fuit pestilentia, ex qua occubuerunt multi. Bo dius lib. 4. Dæmon. c. 4.

CVR. UENENVM DATVM ALTERI CAUSA VLTIONIS.

GAMMA Galla Erafinorigem mariti interfecit ueneno interfecit. Vide Tit. Amor uxorum erga coniuges.


ROSIMVNDIA, Cunimūdi Gepidarum regis filia, interfecto primo marito Alboino rege Longobardorum, secundum quoq; Helmigem nomine, Raucennā principē, ueneno presentateo perdere conata est. Cuius partem cum hausisset, ubi sensit contagium per uenas serpere, euaginato gladio, eam coegit reliquam poculi partem bibere. Quo facto, am bo suffocati sunt. Paulus Diaconus.

TYRANNIDIS.

HANNO Hamilcaris Carthaginensium ducis F. Senatū Car thaginensem ueneno tollere aititur. Vide Tit. Crudelitas ob tyrannidem affectatam.

QVÆSTVS.

Gemes Othomānus ā Baiazete Turcorum Imp. strate pulsus, Petro Buffonio Gallo Rhodorum equitū magistro se com miserat: qui præter expectationem eum carceri includit, factusq; postea Cardinalis Romā trāstulit. Ibi ab ALEXAN DRO VI. Pp. Carolo IIX. Gallorum regi, regnum Neapo litanum occupanti, & Turcis consequētē formidoloso (in gratiam Baiazetis, qui ducenta aureorum millia, cum Chri sti incōfutili tunica, pro hoc officio pontifici promittebat) lento ueneno potionatus traditus, non multo post in Gal lia periit. Iouius lib. 2.



FIDEI NIMIA OBSERVANTIA. NIMIVM FIDIS seruata indignis.

Præter Fides indignis seruata ad iniustitiam referri debeat, dubium est. Cui in Officiis, fidem latronibus datam non modo non esse seruandam ait: sed eum quoq; qui seruet, iniustitiam committere asserit: ea potissimum de causa, quod latrones omnium sint hostes. An potius si quid constante ratione promiseris, siue latroni, siue piratæ, illud sine iniustitie crimi ne inficiari non potes? Ut enim dignus sit latro, cui fides non seruetur: at certe tu indignus, qui fidem frangas. Maius enim est, & deterius, iniusta agere, & fidem fallere, quam iniusta pati, & decipi ab alio. Sin uerō affectu potius quam ratione coactus, aliquid promiseris, ut metu, uel amore, uel ira stimulatus, quia non cum ratione promissisti, ne secundum rationem quidem prestare cogaris. Itaq; promissum mente constante obseruare, iustum est: negligere, iniustum, siue latroni siue piratæ data sit fides. Fides enim in eo cui fidetur, ipsa iniustitia est: at in eo qui fidit, iniustitia præconcepta opinio: quam opinionem qui perfidia sua tollit, & erga alios iniustus est, & erga seipsum iniurius, ut Plato uolebat.

ERGA PATRIAM. Pro patria

IMMOLARI.

Conuenerant in portu Bœotiae Aulide Græcorum principes, ut ad euertendam Troiam nauigarent. Tanta consecuta est coeli tranquillitas, ut uelis uti non possent per tres menses

integros. Calchas uates Dianæ Aulidensis IPHIGENIAM Agamemnonis F. immolandam respondit. Agamemnon peruersus ā Menelao fratre, filiam prætextu nuptiarū cum Achille accersit. Achilles indignatus, quod ad caedem uirginis suo nomine essent abusi, in concilio defendit eam, ne peccimatur: sed uincitur suffragiis. Itaq; cum res ad summum

immittum spectare uideretur, reliquo exercitu postulante puellam, contra Achille cum uniuersis depugnare parato, ipsa ultro mutata sententia suadet matri, fatius esse speciosam oppetere mortem, quam ob suam uniuersum, aut tot principes in certaminis periculum uocari, uti rem tantam omitti. Ducta igitur ad aram deæ, ipsa quidem sublata est in Tauricam regionem: at eius loco cerua supposita est. Euripides in Iphigenia Aulide.

Scribit Suidas, Erechthei regis Atheniensium filias magnas excellētē appellatas sex fuisse numero, Procreniam, Pandoram, Procrin, Creusam, Orithyiam, Chthoniam. Ex iis PROTOGENIA & PANDORA pro regionis salute iugulandas se obtulerunt, ingruente Bœotio bello contra Eumolpum. Immolatas uerō ferunt in pago Hyacintho: un de & παρθένος, uirgines Hyacinthides sunt e gnominatæ: sic uti Phano demus restatum reliquit, atque item Phrynichus. Caelius lib. 13. cap. 7. A.L.

Cum Epimenides Cretenfis Atticam terram ob odia quedam antiqua humano expiandum sanguine assereret, cunctantibus cæteris, CRATINVS Atheniensis adolefcens seipsum pro patria immolandum obtulit. Aristodemus amator comes mortis esse uoluit. Athenæus libro 13. capite 27. Dipnoph. ex Neanthe Cyziceno.

SIBI MANVS INFERRERE.

Hercules Eurytheum fugiens, ad Ceycem Trachiniorum regem amicum sibi hominem uenit. Eo mortuo, Eurytheus eius sibi liberos tradidit postulat. Trachinius uerō cum propter opum tenuitatem bellum sustinere se posse cum dederet, Athenas eos ad Thecum misit. Cum igitur is supplicium habu uenisset, Peloponnesios ferunt, quod Thecus petenti Eurytheo pueros edere constantissimē recusasset, Atheniensibus bellum intulisse: Oraculum monuisse, uictoriam in spe fore, si se unus ex Herculis liberis ultro deuouisset. Ibi MACARIA Hercules ex Deianira filia, cum sibi mortem consciiisset, & uictoriae compotes Athenienses & fontem in Marathonem nomen dedit. Pausanias in Atticis. Athenienses Macariae tumulum floribus & coronis decoratas, dicebant: Βάρη τις ἄνευ γέρας: id est, Mitte in Macariam. Hinc ortum adagium, de his qui sese per uirtutem in periculum sponte demitterent: deinde de quouis piculo dici ceptum. Erasmus in Prouerbiis.

Cum Thebani duce Hercule cum Orchemoniis prælium commissuri essent, oraculum reddidit, cuius belli uictoriam penes eos fore, quorum se cuius, qui generis claritate præstaret, sibi ipsi manus, consciferet. Erat Antipeneus natalium dignitate Thebanorum omnium suorum ciuium facile princeps, sed adduci non poterat, ut libenter mortem pro populi salute oppeteret. At eius filia ANDROCLEA & ALCIS alacriter se deuouerunt. Necem itaque cum sibi ipsæ consciferent, publicos promeritæ sunt honores, in æde Dianæ Eucleæ sepulta. Pausanias in Bœoticis.

Argiuis duce Polynece Thebas obsidentibus, Tiresias uates cæcus, & senex iam, uocatus ā Creonte fratre Iocastæ, de iussu & consilio Eteoclis, fratris Polyneicis, cui regno cedere uolebat, prædixit uictoriam penes Thebanos futuram, si MENOECYVS filius Creontis uictima Marti offerretur. Pater Creon id uaticinium iniquissimo tulit animo, & filium pro patriæ salute omnino non exhibendum putauit. Adolefcens autem animo excelsio præditus, patriam iuuandam censuit. Ascendens itaque turrim altam, gutturi gladium infixit. Euripides in Phœnissis. De eo sic Status libro 16.

— Insignemq; animam mucrone corusco, Dedignantem artus pridem, moestamq; teneri, Arripit, atq; uno quæsitam uulnere rumpit. Sanguine tunc spargit turres, & moenia lustrat, Scq; super medias acies nondum ense remisso Iecit, & in fauos cadere est conatus Achiuos.

THEMISTOCLES Atheniensis exul, postea quā ad Xerxem confugit, Magnesiæ sedes habens, magnisq; cultus donis, atq; pari in honore ac primores Persarū habitus, per diu uitā egit securam: quod superiorū prouinciarū rex distractus negotiis non admodū attendere animū ad res Græciæ. Ut uerō Aegypti rebellio adiutoribus Atheniensibus, nauēq; Græcorum usq; ad Cyprum & Ciliciam prouectā, do minantq; Cimon mari regem ad occurrendū Græcis, & ad eorum reprimendum aduersus se incrementū reuocauerit: iamq; delectus habebatur, duces dimittebantur, & Magnesiā ad Themistoclem cum mandatis regis ueniebant nūcij, ut res Græciæ susciperet, præstaretq; promissa: neque ira inflammatus in ciues suos illa est, neque tantis honoribus & potentia incitatus ad bellum, sed & effectum rei fortassis in expedito nō ratus esse, præsertim quod haberet ea tempestate duces Græciæ inclytos, & mirifica esset Cimonis in rebus Græcorum gerendis felicitas: maxime autem ru

bore gloriæ rerum gestarum, & illorum itopæorum, opū me deliberauit, uitā conuenientem colophnem impone re. Itaque sacris operatus, cōuocatq; complexus amicos, hausto ut celebris fama est taurino sanguine, ut aliqui uolunt, ueneno præsentaneo sumto, annos natus quinque & sexaginta, quos ferē in republica administranda & imperio transegit. Magnesiæ uitam cum morte commutauit, & in fu ro magnificē sepultus est. Causa & ratione mortis intellecta, regem opinionem de eo maiorem habuisse amicisq; eius & familiares perpetua benignitate memorant complexum. Plutarchus in Themistocle.

MOTHO uictus ā Vitellio ad Bœriactim prope Cremonam, cum milites mirificē affecti, mori pro illo statuisent, & odio Vitellij flagrant, cōstanti uultu quo uouerus aciem circumferens. Hunc inquit, commilitones diem illo, quo me imperatorē primum creastis, fastidiosum existimo: cum ita in me propensos uos cenam, & ita me uobis charum. Verum nolite bono me fraudare maiore, honeste pro tot & talibus ciuibz uo uitam deponam. Si Romano imperio dignus fui, profundenda mihi est pro patria anima. Scio ego uictoriam non stabilem neque solidam hostibus esse. Nunciantur legiones ex Mysia non multorum dierum iter ab esse. Iam descendunt ad mare Adriaticum Asia, Syria, Aegyptus. Legiones, quæ cum Iudæis belligerant, nobiscum faciunt. Senarus apud nos est, etiam liberi aduersariorum atque coniuges. At non est cum Annibale neque Pyrrho neque Cimbris nobis de Italia bellum: sed cum ciuibz bellantes, utriusq; patriam & uictores & uicti offendimus. Quippe res lætæ uictoris lædunt illum. Credite quæro honestius mori me, quā imperare posse. Neque enim uideo, quid uictoria mea tantum profectura populo Romano sit, quantum si uitam meam ipse pro pace & concordia, & hinc alterum diem Italia aspiciat talem, profundā. Sic fatus, insistentibusq; aduersariis & ipsūm excitare reniis, amicis & senatoribus præsentibus facessere iussit. Breui post tumultum & strepitum ad fores audiuit. Milites enim digredientibus exitium denuntiant senatoribus, nisi permanissent, sed deserto abissent principe. Itaque metuens illis iterum prodiit, militesq; non iam precabundus, neque leni, sed truci uultu & cum flamma tumuluantes contuitus, abscedere iussit: qui & abfesserunt & diffugerunt. Sed iam diei stitit, hasto que pauillo aquæ, cum duos haberet pugiones, utriusq; aciem longo spacio explorauit. Tum altero reddito, alterum sub axilla retinens seruo accessit, benignēque pecuniam iis, uni amplius, alteri minus largitus est: non sicut profundens aliena, sed pro merito & modum seruans accurat. Quibus dimotis reliquum iam noctis dedit se quieti, ut stertentem cubicularij sentirent. Prima luce acci to liberto, qui eum curauerat, receptum senatorum, qui factum iis esset, præcepit explorare. Qui ubi renunciauit omnibus subministrata, quibus cuique fuisset opus: I ergo, inquit, tu, & militibus te ostendē, nisi perire illorum manibus uelis, quasi operam tuam ad mortem mihi præberis. Quo digresso, in pugione directum, quem pectori ambabus manibus subiecit, superne incubuit. Sent hæc tunc, ut unum gemitum ederet, dolorem: & illi, qui foris erant, eum exaudiuerunt. Reliquit non infectoris neq; pauciores, qui mortem ipsius laudibus ferrent, quā qui infectarentur uitam. Nam cum nihilo Nerone modestius uixisset, mortuus est ge nerofius. Plutarchus in Othone.

PRÆCIPITEM DARE.

ANCHVRVS Midæ regis filius, cum audiret ex oraculi respō so, terræ hiatum nequaquam coiturum, qui multos homines quotidie absorbere circa Celænen Phrygiæ oppidum solebat, nisi res eo preciosissimas cōiicerent, nihil in uita humana preciosius anima existimans, datis genitori complexibus, & Timotheæ uxori, equum ascendit, inq; hiatum terræ pro salute patriæ se præcipitem dedit. Callisthenes lib. 2. Metamorphoseon, & Plutarchus in Parall.

C. Genutio & L. Aemilio Cels. Romæ specus ingēs medio foro uasto repente hiatu patuit: incertum, motu terræ, seu ui aliqua occultiore. Ea uorago quum multo terræ ingestu ex pleri nequiuisset, caneant uates, id, quo plurimum Romanomen possit, ipsi loco dicandum, si rem Romanam incolu mem uellent. Quærebatur, quid esset illud, quo plus Pop. Rom. possit, quā M. CVRTIUS iuuenis militari uirtute nobilis, castigata hominū inficitia, uiris armisq; Romanos præcipue polere ostendit. Equo inde sedens, nunc Capitolium & alia templa intuens, nunc manus ad deos inferos porrigens, pro patriæ incolumitate se deuouit, nec maius ullum carmen effatus, cum bellatore equo armatus sese in subiectū detecit spēcūm. Dona & fuges desuper ā multitudine uiuorum promiscuē & mulierum congestæ. Estq; lacus ipse Curtius ab hoc, ut quidam crediderunt, appellatus, in qua Liuius fuit sententia, potius quā ab antiquo illo T. Tatij equite

e quite, qui ut hostium in lacum impulsus, equo ad suos ena- ruit. Ex Valerio Maximo lib. 3. cap. 6. & Livio libro 7. Deca- dis 1. Sab. lib. 3. En. 4.

DEVOVERE SE PRO EXERCITV.

Cum Dorianes bellum Atheniensibus inferrent, quod exules Peloponnesum, atque inter alios Melanthum Messenium susceperunt, oraculo accepto, fore ut urbem caperent, si regi hostium pepercissent: edictum proposuerunt, ut in prelio omnes a CODRO Melanthe Rege Atheniensium abstine- rent. At ille (nam erat vespera) samentarii habitu progres- sus a fossa, ligna secabat. Venerant autem etiam Peloponae filij signatum. Cum his Codrus pugnam incipit, ita ut exten- ta falce vulneribus eos afficeret. Illi falcebus cum confecerunt: atque cum gaudio discesserunt, quasi strenuo facto sa- cinore. At Athenienses clamore sublato, (quid enim mora traheret impleto uaticinio?) ira & robore maiori in pre- lium procedunt: & ante pugnam misso praecone, corpus regis ad sepeliendum repetebant. Peloponnesij re cognita, in fugam versi sunt. Athenienses parva victoria, Codro decre- verunt diuinos honores. Polyenus libro 1. & Valerius libro 3. cap. 6. & Socrates lib. 2. de Thracibus: qui cum Thracibus hoc bellum fuisse asserit, & Plutarchus in Vita, & Sabellicus lib. 8. Enneadis 1. Alij sic narrant: Codro Athenis regnante, cum Laconia sterilitate laboraret, usum esse Lacedaemoni- is, Athenas expugnatum ire: pulsique Attica incolis, inter sese partiri agros. Consultoque oraculo & responso acce- pro, potituros urbe, nisi regem occidissent, expeditionem suscipiant. Sed Cleomenem Delphum, qui oraculum audif- set, id misisse Atheniensibus. Quo Codrus cognito, progref- sus ex urbe, samenta collegit: quem cum duo rogarent, Quis esset: altero falce occiso, ab altero fuerit interfectus. Suidas. Vnde Verg. Ecloga 5. auturgia Codri. August. lib. 18. de Civitate Dei, cap. 19.

T. Manlius Torquatus, & P. DECIUS Coss. contra Latinos du- os exercitus ducebant. Ibi utrique consuli eadem per quietem obuerfata species, uiri statua angustiore humana ha- bituque maiore dicentis, ex una acie Imperatore diis ma- nibus, ex altera exercitum debent, utrius exercitus Impera- tor se super hostium cateruas deuouisset, eius populi uictori- am fore. Conferunt inter se consules nocturnum illud o- raculum, uictimaque uterque credidit ad iram deum auerru- candam. Hic quum aruspicum responsa deceptis animo religioni responderent, inter se comparant, ut utrius cornu prius inclinasset, sese pro patria deuoueret. Caeterum ne uo- luntariae mortis causa ignoraretur, essetque proinde ducis interitus milibus terrore, Legatos & Centuriones occulte consilij huius faciunt participes. Haud procul radicibus Ve- stuij praelium commissum in Campania. Manlius dexteru- cornu, laeuum Decius tenuit. Qui ubi suos laborare animad- uertit, salenni carmine praecente pontifice, sese deuouit, ut- que Gabino tinctus, in medios hostes irruens, perit. Li- uius lib. 8. Val. Max. lib. 3. cap. 6.

Romanis contra Samnites & Gallos ad Clusium pugnantibus, P. DECIUS cum Q. Fabio Maximo consul, ubi neque precibus, neque minis sibi posse fugam uidit, paternum fe- cucus exemplum, M. Livio pontifice, quem ad hos casus pe- nes se in acie habuit, praefari carmen iusso, se & hostium le- giones diis manibus deuouit. Deuotus Gabino ritu cin- ctus, qua conseriffima erat Gallorum acies, bellatorem e- quum immisit, ibi infectis telis undique petitus extremu- concidit. Ducis interitus, qui terrori alioqui militibus esse solet, mirum dictu inclinatum aciem a fuga reuocauit. Hor- tari pontifex ac testari, uicisse Rom. fato consulis, defunctos esse omni periculo. Gallos & Samnites Telluri & diis mani- bus deuotos iam pugnae immemores alienata mente as- ta- irent deuotamque aciem sternerent. Ita pugna non solum ea parte instaurata est, sed coeptus etiam stemi hostium glo- bus. Sab. lib. 7. En. 4. Liu. lib. 10.

DECIUM Imp. bello contra Scythas arbitratu Pomponius Laetus, se pro futura uictoria deuouisse, cum id Decij anti- quitus facere consuerint. Nam prioribus seculis alter bello Etrusco, alter bello Latino, constanti animo inter confer- tissimos hostes pro uictoria patriae se deuouentes occubu- ere. Iornandes scribit, in ipso congressu ictum sagitta Deci- um filium decessisse, & patrem, uel ut caedem filij ulciscere- tur, uel ut morte sua finem dolori inueniret, in conseriffi- mos se immisisse hostes, & in uoraginem paludis delatum nusquam apparuisse, & diis ante congressum immolasse, ad Abrittum Moesia urbem. Inde factum loco nomen, qui Ara Decij appellatur. Cuspin.

FINES AMPLIARE PER NEFAS.

PHILEN fratres Carthaginenses praeter condictum citius quam par esset domo egressi, Cyrenaeorum duobus adole- scentibus longè ulteriore quam quisquam sperasset spacio occurrerunt. Conuenerat autè sic utrinque populus, ut quo

sibi inuicem loco occurrissent, is finium terminus esset. Lu- gio orro, Cyrenaei conditionem illis proponunt: Fines eos quantumuis perfidia acquisitos sibi placere, si Phileni terra sese ibi obrui paterentur. At hi, ut perfidiam noua fide obli- terarent, ibi se uiuos defodi permiserunt. Val. lib. 5. cap. 6. LACEDAEMONII primam honeste partem reipub. rationi- bus tribuentes, neque discunt neq. sciunt quicquam iusti, nisi quod amplificatum Spartam putant. Qua ipsa fidei persuasione falsa demerati, erga alios iniurijs esse non ue- rentur. Plutarchus in Agesilao.

ERGA REGES, DVCEs PRAETER honestatem fidi. Idq. uel

OBEDIENDO IVSSIS.

Primus Tartarorum rex Changuisa, alij Changium uocant, ad periclitandas uires imperij, septem PRINCIPVM, qui Mongali dicuntur, ex iis qui uniuersa genti ante constitu- tum regnum praesuerant, filios parentum manu iussit inter- fici. Facessunt illi imperium, etsi acerbum & atrox, quu- mul- titudinis metu, tum religione adacti: credere enim uulgo ceceli numen eiusmodi regni initijs interfuisse: non regem, sed eum ipsum uiolari arbitrantur, si illius dicto minus ob- temperassent. Sab. lib. 6. En. 9.

Gens CHASTIORVM, suos principes ita uereri & obseruare, & in iussis eorum exequendis adeo alacris esse dicitur, ut si tantum supercilio magistratus innucri, statim de rupibus se praecipitent, in unum das desiliant, in ignem se coniciant: & ad eos missi, quos eorum principes occisos uolunt, ut hospites & amici aduent, & aut se habere quod eis dicant, aut legatos uenire simulant, saepe de minorum suorum aduersarios pugionibus occidunt: nulla difficulta- tis & explorati supplicij ratione habita, etiam si alterum no- occiderint. Nicetas lib. 4. de imperio Isaacij Angli.

ASSASSINI gens Persica in Syria, ad montem Antilibanum ad 60. millia, nihil antiquius habebant, quam regi, qui sua lingua Senem uocabant, obedire. Itaq. cum illuc publica fide accepta profectus esset Henricus, Campaniae comes, & ab Antiochia Tyrum uersus iter haberet, horum populoru- princeps, ut hunc obediendi morem Henrico praesente de- clararet, ostensis in alta turris summitate aliquot homini- bus, unum nominatim euo cavit: & is nulla mora facta, in i- mporum conspectu a turri se demisit, qui ex casu desens sta- tim uitam obiit. Et cum alios etiam uocare uellet, Comit- tis praecibus, qui totus admiratione simul atq. horrore ob- stupuerat, uix retentus fuit: adeo populi illi sola religione moti, uita suae prodigi sunt. Fulg. lib. 1. cap. 1. & Egnat. lib. 3. cap. 6. Vide Tit. Aftus in regno alruendo.

COMMORIENDO.

Apud AETHIOPEs Merorem incolentes ferunt consuetudi- nis esse, amicos ultro in regis morte uita defungi: existiman- tes eum interitum gloriosum, ueraque amicitiae testem. I- deo haud facile est Aethiolorum regibus aduersus talem a- micorum consensum infidias parare. Diodorus lib. 3. cap. 6. & Strabo lib. 17.

CELTIBERI nefas esse ducebant, praelio superesse, cum dux caesus esset, pro cuius salute spiritum deuouerant. Quorum animi praestantia laudanda, quod & patriae incolumitatem foriter tuebantur, & fidem duci constanter praestabant. Val- ler. Max. lib. 2. de Instit. antiq. Tacitus lib. 44.

Apud GERMANOS turpe & in omni uita infame, suo duci superstitem in praelio esse, nisi uictor is ex acie decessisset. Sab. lib. 2. Ennead. 6.

Georgius Britius Malacensis praefectus, in Zamatra insulae portum anno 1521. aduectus, hostium multitudinem circum- uentus perit. Nondum omnes sciebant, ducem intra urbè occidisse. Ludouicus Rapostus, & Petrus Villosus, uiri, qui multa decora uirtutis militaris obierant, cum in ipso litore percepissent, Britium occisum fuisse, dixerit, sibi nullo mo- do tantam turpitudinem sub eundam esse, ut ex praelio, in quo dux occubisset, euaderent. Itaq. in hostes ruunt, neq. caedendi finem faciunt, donec uulneribus concisi & debili- tati conciderent. Oforius lib. 12. rerum Em.

CONDOLENDO.

MAGNVS Noruegiae rex, ab Haraldo Hybetno Erici Dane- rum regis ope instructo captus, antonius, oculis ac genita- libus spoliatus, ne aut regnum resumeret, aut ultorem pro- crearet. Interrogatus a suis, An quem infelicitatis suae cu- peret habere consortem? paucos ea re delectari respondit. Inuentus est tamen inter armigeros, qui facie & corporis habitu simillimus esset Magno: qui ob regis sui caritatem, ut cui uidentis similibus fuisset, caeco quoque non dissimilis haberetur, idem sponte pati uoluit. Cranzius libro quin- to Noruegiae, cap. 6.

ERGA

ERGA AMICOS NIMIUM FIDI. Nimum in amicorum studiis remissus & infractus AGESI- LAVS rex Spartanorum, ut Euripidis Pegasus Meum trepidauit ac cessit plus quam satis:

Meum cum in calamitatibus propensius quam decebat suc- cureret, consentire uidebatur eorum flagitijs. Phebidam in eximen adductum, quod Cadmiam sine ulla auctoritate publica occupasset, seruauit, talia iactans ultra faciend. Sphodrias de facinore selesco & atroci accessus (nam in Atheniensium fines amicorum & sociorum incursionem fe- cerat) contendendo perucit, praecibus filij amatoris infle- xus, ut liberaretur: atq. epistola eius ad dynastem quendam circumfertur: Niciam, si nihil commisit fraudis, dimitte: sin fraudè commisit, nobis dimitte: omnino uero dimitte. Plutarchus in Apophthegmatibus.

ERGA LIBEROS.

Alfonfus III. Asturum rex Gasiam filium regno inhiantem in uincula coniecerat. SEMENA regina, filij quam mariti fundiosior, grauibz tributis popularium animos a rege ab alienauit, & filios reliquos ad conspirandum contra patre- induxit. Itaque Alfonso regno se abdicauit, & Gasiam regem declarauit. Rodericus Toletanus libro 4. rerum Hispani- carum, cap. 19.

ERGA VXORES NIMIUM FIDI. Puta

OBEDIENDO.

IO RAMVS rex Iudaeoru, Achabi filia in uxorem ducta, plus illecebris uxoribus, quam Domini prophetis paruit. 4. Regum 8. & 2. Paralip. 21.

SYPHAX rex Phoenisbae uxori parens seipsum perdit. Vi- de Titulum, Transfuga.

HERODES Antipas Magni F. uxori Herodiadi plus iusto ob- ediens, in exilij a Caio Imperatore pellit. Vide Tit. Inuidij.

ATHALFVS Vestgothorum rex, post obitum Alarici Ro- manum deuotus spoliatus, Imperatore Honorio nihil resistere audente, cuius & germanam Galliam Placidiam, Theodosij Imperatoris ex altera uxore filiam, captiuam abduxit: qua- tamen ob generis nobilitatem, formaeq. pulchritudinem, a- pud Forum Cornelij suo matrimonio copulauit: Honoriu- que Augustum, quamuis opibus exhaustum, quasi cognat- um grato animo profectus est. Proposuit sibi Roma funditus euerfa, alteram edificare urbem, Gothiam nomi- ne, & Athalfo ex se denominari reges, non Augustos. Ver- um coniugis Placidiae prudentia tantum mutauit senten- tiam, ut Romanae dignitatis, cuius nequiret esse imitator, fore optauerit restitutor. Itaque Honorio Imperatori liber- tatem & pacem concessit, Romanq. & totam Italiam sum- ma liberalitate restituit, aut potius donauit. Inde constitu- ta cum Honorio pace, Italiaeque relicta, in Gallias accelera- uit: inimicos Romani imperij Sueuos, Alanos, Francos, Va- dalos, qui tunc eas tranfito Rheno iuxta Stiliconis machi- nationem occupauerant, expugnauerunt. Quibus in Hispan- iam cecidit, Galliam quoque Honorio, Placidij suauis, con- cessit, & in Hispaniam mouit. Paulo post prodigalitate suae penites, ingrattissimo existente Honorio, a Gothicis proceribz ut dilapidator imperij caesus est. Io. Magnus 1.3. hist. Goth.

AMANDO.

Ad illos, qui ad coenam magnam uocati fuerunt, & non iue- runt, ILLE, qui uxorem duxit, non rogauit se excusatum ha- beri, sed ait: No possum uenire, plus uxoris illecebris, quam magni illius Imperatoris benignitati tribuens. Luc. 14.

MANTONIVS III. uir Cleopatrae Aegyptiae illecebrisa de- mentatus, Octauiam uxore formosissima & honestissima ne- glecta, se suosq. perdidit. Ad bellum profectus Parthicum, cum Cleopatrae desiderio, ut cum illa hybernaret, id eisd co- ficere studeat, machinas ad oppugnandas urbes necessarias Parthis corrumpendas reliquit: quarum penuria Phraata urbem frustra oppugnavit, & tandem re infecta summo cu- periculo uix reduxit exercitum. Iam regi Medorum dissen- sio cum Partho Phraate intercessit, exorta quidem, ut fama est, ex praeda Romana: sed quae in suspicionem Medum & mecum, ne regno spoliaretur, adduxit. Vnde Antonium per legatos accessit, ei que auxilium ostendit copiarum sua- rum. Antonius igitur magna in status spe (nam quae una res ad debellandos Parthos uidebatur ei defuisse, quod minus ab equitatu & sagittariis firmus uenisset, eam accedere sibi putabat danti magis quam accipienti beneficium) parauit iterum per Armeniam pergere, conuenitq. ad Araxem am- nem Medorum bellum mouere. Caeterum Cleopatrae irre- silius amoribus, & metuens, ne morte sibi conferret Cle-

opatra, Alexandriam regreditur, Medumque in aestatis ho- ram reiecit. Interim ad bellum ciuile contra Octauium in- genti classe instructa, Cleopatra fecum duxit, quamuis praecipui eius amici hoc ei dissuaderent. Ad Actium quo- que, ut cum Caesare classe pugnaret, auctor fuit Cleopatra, quae ipsa res Antonium euerit: quando legionibus Rom- quibus praecipue nitebatur Antonius, in terra quiescenti- bus, cum Phoenicibus & Aegyptiis nauiculariis contra Ro- manam classem dimicauit. At Cleopatra ut expeditius fu- gere posset, mari quam terra pugnare maluit. Plutarchus in Antonij uita.

ERGA MARITOS. PRAETER honestatem

OBSEQVENDO.

Vt si corpore quassum facere, uel idololatriam com- mittere maritus iubeat.

COMMORIENDO.

Vetustissimi scriptores HALCYONEM referunt, Cyeci mari- to non passam esse superuiuere, sed in mare se de disse praecipitem. Addunt fabulae, uersos in Halcyones aues, sic ca- ras Thetidi, ut quoties nidificet, maxima sit in mari & coe- lo tranquillitas: idque statis quorannis diebus contingere, qui ea de causa Halcyonij uocentur: hoc a diis tribui pietati uxoris in coniugem.

EVADNE, ex petra alta desiliens in rogam mariti Capanei, spectante id fene patre Iphide, quia, cepto eam prohibere non poterat, inquit apud Eurip. in Supplicibus:

— Άλλή τις

ἑὺκλέος γῆρας ἔβην ὀδυρόσα, τίς δ' ἄν' ἀπὸ πόντου κηδομένη τρυφῆς ἔσθ', ἠδ' ἀπὸ πόντου φρονητὴν πόντον ἀντιπρόσωπον φέρον, ἡγῆσατο γῆρας ἀπὸ δεινῆς, περὶ φρονέουσα ἕξαι ἡρώδους, ὅς τιν' ἑσθλὸν ἢ πῶς ἔπειτα ἀπὸ δεινῆς ἔσθαι γῆρας ἕξαι ἡρώδους.

Sed fam- mam propter bonam hinc ruam ab hac petra, saliens in i- gnem, corpusq. ardente flamma marito commissis caru, corpus corpori propè ponens, ad Proserpinam ueniam thala- mos: te mortuum nunquam mea deserens uita, super terra. Valeat lux & nuptia.

LAODAMIA ubi nuncium accepisset, Proteflaum uirum ad Troiam ab Hectore interfectum esse, ipsa se occidit.

Apud Indos quae MVLIERS uiuorum sunt amantes & pud- ice, consistantur inter se & pugnant de igne. Quae obtinuit, ut rogo una cum marito imponatur, eam beatam canunt caetera. Plutarchus an In quo uitium, ei nil desit ad infeli- citer uiuendum.

Apud CATHAROS Indos irroboraerat mos, uti cum de- functis uiris deflagrarent uxores. Natum id ex uencij crim- ine, quo sublatis a quapiam dicebatur maritus. Caelius lib. 18. cap. 31. Antiq. Legd.

PANTHEA Abradatae Susorum regis uxor, pro eius salute u- niuersis effusis opibus, occisum uioluntaria morte proscu- ta est. Xenophon lib. 7. Paedia.

Baneanes sancti homines Narfingensium Indorum, semel in uita uxorem ducunt. Illis defunctis, VXORES prope illo- rum cadauera uiuae sepe iungunt. Reliquae, quae aliis homini- bus nubunt, post uiuorum mortem uiuae in rogam cum ma- gno suorum comitatu, & multis cantibus atq. laudibus in- feruntur. Oforius lib. 4. rerum Em.

Rex Narfingensium Indorum unam praecipue VXOREM, quam praeter caeteras eximiam habeat, minimè ducit: ma- ximum tamen concubinarum numerum habet, quae & Prin- cipum genere deliguntur. Cum Rex moritur, pyra de lignis odoratissimis incenditur, in quam regium cadauer inferitur. Ibi CONCVBINAE omnes, & omnes illius familiares, & quicumque illi ministrauerant, aut magnum apud illum no- men obtinuerant, in rogam similiter inferuntur. Tanto au- tem studio, ut crementur, ad rogam accelerant, ut appareat eas in ea mortis, qua Regem suum prosequuntur, societate summum decus postu arbitrar. Oforius lib. 4. rerum Em.

PORCIA Catois filia, M. Bruti uxor, uisio & premito ma- rito, mori statuit: ferrum est ablatum, ipsa se prius ardenti- bus in os ingestis suffocauit. De ea Martialis Epigramma- tum libro 1.

Coniugis audisset fatum cum Porcia Bruti, Et subtrahit sibi quaereret arma dolor: Nondum scitis, ait, mortem non posse negari: Credi deram, satis hoc uos docuisse patrem. Dixit, & ardentes audio bibit ore fauillas. In hunc, & ferrum turba molesta nega.

APICA.

APICATA uxor Seiani damnata non fuit, audita tamen libe...

PAVLINA Senecae coniux cum marito mori uoluit, & scif...

Apud VINEDOS Germanos laudabilis mulier esse iudica...

BLANCA Rubea Patauina, uxor Baptistae a Porta, in praef...

Anno 1501. cum Io. Menenius Lusitanorum dux Mauritanos in...

LEGVM rigida & obstinata obferuatio.

O uia & uia dicitur est. & uniuersalis preceptio, que...

VASTHIS regina, legi Persarum, quae uxoribus in uirorum...

Cinna & Marius arma infesta urbi aduenerant, & Ianiculum...

Cerus implicato cornu zonae BASILII Macedonis Imper...

HERODES Iudaeorum rex, Tetrarcha Galilee, cum in soleni...

Promiserat LEO I saurus Hebraeis duobus Astrologis, fipoti...

INGRATI PRO QVIBVSLIBET BENEFICIIS A QVOCVNQVE ACCEPTIS. PVTA

PRO INSTITVTIONE THEORICA. DISCIPLINAE ingratum erga Praeceptores.

Consule Tit. Discipuli perfidi erga praepceptores. Ferè...

Ingratè in Socratem ATHENÆ, uirum Apollinis iudicio o...

Aristotelicae philosophiae doctorem M. C R A S S V S habuit A...

APOLLONIVS Rhodius, poeta clarissimus, erga Callima...

PRO MECHANICA OPERA, CONSILIOVE.

Consule Tit. Persidia in loco & conducto.

Summa fide seruauit Iacobus auunculo suo L A B A N I per...

PRO LEGISLATIONE, CONSILIO BONO.

Solon, qui tam praeclearus, tamq; utiles ATHENIENSIBVS...

Neminem Lycurgo Eunomi filio aut maiorem aut utilio...

PRO NVNCIO, INDICIO QVALICVNQVE.

Praegulatorum Pharaonis regis M A G I S T E R, cum Iosephus...

CALLIAS ingratus erga Barbarum thesauri monstratorem.

TIGRANI Armenio, quod eum, qui aduentum Luculli pri...

MERCATOR in mercede pmissa ei qui amissam hippoperã...

PRO EDUCATIONE, NVTRITIONE.

Eluc omnis filiorum impietas & crudelitas erga...

ALEXANDER Magnus immemor primae nutritionis &...

ANTONINVS Carnicalla Romanorum Imp. factus, multos...

rat beneficia, quiq; Praefectus Urbis patris temporibus fue...

PRO ALIMENTIS.

Iosephus prudentia sua conseruauit AEGYPTIOS a fame.

CHRISTIERNVS Danorum rex, ingratus erga Stenonem...

PRO HOSPITALITATE.

Consule Titulum Persidia erga hospites.

IXIONIS erga Iouem ingratitudinem, pect ex Tit. Vitæ alio...

Philippus Macedonum rex habebat MILITEM manu for...

CONSILIOVE. Summa fide seruauit Iacobus auunculo suo L A B A N I per...

PRO LEGISLATIONE, CONSILIO BONO. Solon, qui tam praeclearus, tamq; utiles ATHENIENSIBVS...

PRO NVNCIO, INDICIO QVALICVNQVE. Praegulatorum Pharaonis regis M A G I S T E R, cum Iosephus...

PRO EDUCATIONE, NVTRITIONE. Eluc omnis filiorum impietas & crudelitas erga...

PRO MORBORVM CVRATIONE, INGRATI ERGA MEDICOS.

Ingratus magis an amens fuerit SAULVS Iudaeorum rex, non...


DECEM leprosis, NOUEM, qui Iudaei erant, uia recta ad sa...

Ingrati erga Paulum apostolum DOMINI puella Pythonif...



Ingratitudo.

EXEMPLA ex distributione simplici peti possunt: nã solo respectu diffe...



hil non fecit. Reuixit ille. Vbi uerecundè de pecunia medicus admonuit, elusit nugator, negans de mercede quicquam addubitandum, ceterum arcaë nummarie clauem penes uxorem esse: Et nos, inquit, mulierum ingenium nolo sentiat tantam pecuniæ summam à me datam. Deinde post dies aliquot hominem obuium fortè factum, iam nitidum, & nulla morbi uestigia præ se ferentem, appellauit, & nondum data mercedis admonuit. Ille constanter asseruere, pecuniam suo iussu ab uxore numeratam esse. Medicus negare factū. Hic uide quam ansam bonus ille uir arripuerit: cum fortè medicus eum latinè, numero singulari appellasset, ibi uelut atroci læcessit in iuriā, Vah, inquit, homo Germanus tuissas Anglum? moxq; uelut impos animi, præ iracundia caput mouens, diraq; minitans, subduxit sese. Atq; ad eum modum honestus ille cuius elusit, dignus profecto quem sua pestis repetat. Erasmus in Adagijs.

CANONICVS Lichtenfelsius Basilienfis, Theophrasti Paracelsi opera à grauiſſi. cardialgia exhibitis ternis Laudani pilulis liberatus, cum se centum libenter daturum spontè promississet, postea quatuor florens missis, illi luderet, & muscerdam nimis magno sibi constare diceret: re ad Iudices delata, occasionem quidem dedit Paracelso Basileam indignanter relinquendi, sibi interim æterna fordida impudentiæ stigmata inuisit.

PRO VITAE CONSERVATIONE.

IOAS rex Iudæorum à Ioiada pontifice creatus, & Athaliæ cædi ereptus, erga filium eius Zachariam, patre mortuo, ingratiſſimus extitit: quandoquidem agrè ferens reprehensionem idololatricæ, eum in atrio templi lapidibus obruit. 2. Paralipomenon 24.

THESEVS Ariadnam Minois filiam (per quam Minotauri laniam effugit, suos ciues seruauit, patriæ seruitio exemit) in Naxo aut Chio insula reliquit, captus fororis Phædræ forma: à cuius connubio si abstinuisset, nec ipse filio orbatu esset, nec Aegæi penates in cæsti amoris sugillati fuissent affectu. Sabellicus lib. 7. cap. 2.

Nihil magis ueteres poetæ mirati sunt, aut potius detestati, quam IASONS ingratiſſimam, qui Medeam Aetææ Colchorum regis filiam, cuius orum aureum uellus ex Colchide abstulit, grauiq; est periculo seruatus, ex qua pulcrum exitulit sobolem, noui connubij cupidus repudiauit. Sed mala libidinis illi uertit: quippe qui nouo ueteriq; thoro exutus, liberis amictis, exul patriā, iuctu & mœrore, confectus, uitam cum morte commutauit. Sab. lib. 7. cap. 2.

DIOMEDES direpta Troia rediens in patriam, uentis delatus est in Libyam, ubi Lycus rex Marti hospites immolabat. Callirhoe uerò filia Diomedem, cuius amore flagrabat, liberauit ab infidijs paternis. Ille spera salutis auctore, clam enauigauit, puella dolore animi se suspendit.

LEONIDAS rex in exilium pulsus, à Cleombroto genero immisſis percursoribus occisus fuisse, nisi Agis alter rex Eudamida f. fides comitibus stipatum Tegeam usque perduxisset. At Leonidas regno Spartæ recuperato, Agidem infidijs circumuentum, in carcere cum matre & auia strangulauit, iuuenem opt. & Lycurga legum reuocandarum studiosissimum. Plut. in Leonida.

Tam parum sobriè, quam eum ingratè fecisse uideri potest Magnus ALEXANDER, qui Clitum nutricis suæ filium in conuuiuo interfecit, quod aliquanto liberius Philippi patris gesta extolleret. Sed quantum Macedo in patrem, cuius laudi inuidebat, tantum nec minus in Clitum ingratus, per quem prelio ad Granicum amnem commisso à morte seruatus, ingens nomen & imperium sibi comparauit. Sabellicus libro 7. cap. 2.

LORNELIUS Sylla fugiens Sulpitium Tribunum, in Marij domum præter omnem expectationem se coniecit. A quo per posticum emissus dicitur, ut incolumis euaserit. Verum non parem gratiam Mario retribuit. Nam occupata urbe, in Marij caput pecuniam pronunciauit. Plutarchus in Mario & Sylla.

CINNA, licet ab Octauiō ex inimico amicus factus, & usq; ad iudicium dignitatem euectus esset: nihilominus tanti beneficij immemor, aduersus Octauium inſidias molitus est. Octauius uerò re cognita, cum eū separatim in cubiculum uocasset, ingratiſſimam exprobrauit. Seneca de Clemetia.

C. Cassius M. Brutum in suam sententiam de Cæsare interficendo petrauit, inde Q. LICINIUM Pompeij amicum, quem eo nomine accusatum exemerat Cæsari tribuens: sed, propter quam uocatus in periculum fuerat, dominationem perosus, ei inſensus erat. Bruto autem imprimis familiaris, cum illis conspirauit. Plut. in Bruto.

DOMITIUS Pompeianæ factionis, Cæsari inimicissimus, cum ter à Cæsare captus, & pro singulari clementia ab eo, in cuius manu eius uita erat, dimissus esset, tantum benefi-

cium ingratus nunquam agnouit: sed potius iusiurandum Cæsari datori uitæ uiolate non erubuit, aduentu suo Massilienses confirmans. Volat. lib. 15. Anthrop.

In Constantem Imp. in Gallia cōiuratio facta est, factione MAGNENTII, qua incautus, sessus in uenatione interfecit: quem ipse Constantis olim in Illyrijs, tumultu militati exorto, obiecto paludamento uict ac seruauit. Cuspi.

DECEBALVS rex Dacorum, uictus à Traiano, & uenia donatus, denuò rebellauit.

Ceruus ramo uno cornuum zonæ BASILII Macedonis Imper. infixio, cum cornibus suspensum sublimem ferebat. Ibi quidam accurrens, ense dissecta zona Imp. eripuit: cui mercedem salutis suæ præclarā reddidit ille capitis truncationem: speciosa causa quaesita, quod ensem contra Imp. strinxisset. Zonaræ, & Cedrenus.

PRO VRBIVM AEDIFICATIONE INGRATI.

Agrippa Iudæorum rege mortuo, CÆSARIENSES & SEBASTENI beneficiorum eius obliti, pessimam ei reuoluerunt gratiam, conuicta non dicenda iactantes in defuncti militum quoq; uulgus, qui tum fortè aderant, protractas palatio filiarum status unanimiter detulerunt in Iupanaria, eisq; ut poterant, illud ebant: instruitq; per loca publica epulis conuiuia celebrabant coronis redimiti, & delibuti unguentis, libantes interim Charoni, & sibi inuicem propinantes præ gaudio, quod ex obitu regis conceperant. Atque hæc agentibus nec Agrippæ recentia merita succubant, nec aus eius Herodes urbium illarum conditor, quas portibus & templis magnificentissimè orauerat. Ioseph. lib. 19. cap. 7. Antiq.

PRO ADMINISTRATIONE FELICI REIPVB. INGRATI.

Consule Tit. Persidæ erga principes. item, Ingrati pro hostibus profugatis.

ISRAELITARVM populus seruitio exemptus, sæpius delictis leuatus, manifestis rerum miraculis per deserta traditus, seditioni magis quam pietati indulgens, stultè impièq; Moslem ducentium maledictis in cæssiuit, minaciter occurrerit, imperium detrauit: communis exitij auctorem appellans, quem populi seruatorem multo uerius dixisset. Paucorum impulsu de imperio Mosi abrogando, & Aarone sacerdotio cogitauit, beneficiorum immemor: abrogassetq; haud dubie omnibus suffragiis, nisi diuinum oraculum, ad quod res delata est, Aarone sacerdotium stabilisset, reddidissetq; Mosi imperium adhuc augustinus: Abyro, Datan & Chore, seditionis auctores, manifesta numinis ira, subito terræ hiatu absorptis. Sab. lib. 5. cap. 5.

Detrahe ATHENIENSIBVS Theſea, nullæ, aut non tam claræ Athenæ erunt. Siquid ille uicacem displicentiam ciues suos in unam urbem contraxit, separatimq; & agresti more uenti populo, amplissimæ ciuitatis formam atq; imaginem imposuit. Idem sœua potentissimij regis Minois imperia, uix dum ætate pubescente, repulit. Idem effrenatam Thebanorum insolentiam domuit. Idem opem liberis Herculis tulit: & quicquid ubiq; monstrari aut sceleris fuit, uirtute animi ac robore dextræ comminuit. Huius tamen summoti ab Atheniensibus, Scyros exulis minor insula ossa mortui cepit. Valerius lib. 5. cap. 3.

Pro uerbis olim in ingratos circumferebatur: *Avr' εὐνοίας ἀπαμίμωνά ὄντων ἀρχαίων.* id est, Pro beneficijs uinxerunt Agamemnona Graij.

Agamemnon enim tot exhaustis laboribus in expugnanda Troia, pro dignitate GRÆCIÆ, domum reuersus, uelut inexplicabili inuoluitus, interfecit est à Clytemnestra, auxiliante Aegistho adultero.

Aristides Atheniensis, iustus cognomine, cum multa pro patria gessisset, postremò ob inuidiam ab ATHENIENSIBVS in exilium actus: precatus est deos (non sicut Achilles Græcis iratus) ut Atheniensibus, quæcumq; cuperent, bene fauereq; euenirent. Plut. in Aristide.

Phocion Atheniensis, Phocij filius, licet sæpè multumq; suam operam patriæ præstiterit: nihilominus tamen ab ATHENIENSIBVS morti adiudicatus, cicutam bibere coactus est. At cum iam uenenum hauriret, interrogatus, Quidnam filio suo nunciari uellet? respondit, Ne mortem parentis sui ulcisceretur, eiusq; interfeciores ne odio haberet. Aelianus lib. 12. de Varia hist. & Val. Max. lib. 5. cap. 3.

Timeſias Clazomenius benè iusteq; CLAZOMENIJS præerat, uir omni uirtutis genere ornatissimus. Trāſibat quodā tempore per scholā. Pucri dimissi à præceptore, ludis operā dabāt: cuiq; duobus de linea incidisset contentio, alter iurabat, Sic ego Timeſij cerebrū discusserim. Ille putās se in communi omniū hominum inuidia positi esse, siquidē & pueri odisſent, ultrò è patriā concessit. Aelianus Var. hist. lib. 12.

VENETI

VENETI Dominici Flabanici ducis sui odijs inferentibus, Vrsolōrum familiā urbe in perpetuum elecece, immemores beneficiorum ab eæ receptorum. Sic illuſtris ad carni diem familia, & quæ summos in repub. uiros habuit, præſenti gnominia eo usq; depressa est, ut ad proximam fortunā nunquam amplius emerit. Sab. lib. 4. Dec. 1.

IDE M cum Franciscum Foscarum Ducem creasset, ipsiusque auspicio Brixia, Bergomum, Crema & Raucana imperio Veneto adiectæ essent: quartum atque octogessimum ætatis suæ annum, Ducatus autem quartum & trigessimum agentem, causati eius decrepitam ætatem rerum administrationi magno esse impedimento, à bire magistratu coegit. Quæ iniuria, præ dolotis magnitudine, ita hominem cœcus sit, uix paucissimos dies superauerat. Ita qui in tam longo senio diuturnitate sibi in uita spōdere non poterat; crepta ob eam inuitiam pauci temporis uita, magnam nominis Venetò ingratiſſimam atq; inuidiā notam inuſit. Fulgofus lib. 3. cap. 3. & Egnatius eod. dem.

OB HOSTES DEPVLOS, PROFUGATOS INGRATI.

ISRAELITÆ mortuo Gedcone, qui eos à Madianitis liberat, ad idololatram denuò dilapsi, Baalberithum sibi deum sanxerunt, & simul Gedconis oblit, nullum illius posterum pro tot eius erga Israelites beneficijs gratiam rependerunt. Vno igitur eodemq; tempore & erga Deum, & erga homines ingrati fuerunt. Iudicum cap. 8.

NABAL ingratus erga Dauidem; qui eius pecora in Carmelocum suis conseruauit. Vide Tit. Vite prudenter consulere. David exul cum manu collectiſſa 600. Ceilam uerum Iudææ conseruauit, & Palæstina ingenti clade affecta. CELANI uerò tanti beneficij immemores cum Saulò regi tradidissent, nisi diuinitus oraculo admonitus, fuga sibi iussit; cōſu iussit. Libro i. Regum, cap. 23.

Miliadēs Cimonis, Lemno expugnata, Pelasgij multatis, & Marathōliā uictoria clarissimis, cum expeditioem cōtra Parisos susceptā parum prospere administrasset, parum abfuit, quin ab ingratiſſimo populo ATHENIENSI capite plecteretur. Quinquaginta talentis multatus, quia Coluēdo non erat, in carcere & uinculis mori coactus est. Imò ne corpus quidem eius sepultura prius mandare passi sunt, quam filius eius Cimon eidem uinculis se cōstringendū trade ret. Hanc hæreditatem paternam maximi ducis filius, & futurus ipse ætatis suæ dux maximus, solum se fortis, cathenas scilicet & carcerem, gloriarī potuit. Val. lib. 3. cap. 3. & Herodotus lib. 6. & Plut. in Cimonē.

Themistocles nobilissimis factis principatū ATHENIENSI BVs peperit Græciæ, neq; facta in Græciā maiora aut elatiora illius effulſere. Hunc tamen tam internecino perſecuti illi odio sunt, ut locum exilio aut ad salutem referendam aſylum in Græciā habere, quin eum ad eadem inuehigaret, non ualuerit, neq; securitatem nancisci loco potuerit alio, quam apud eos, quos profugauerat, & quorum spolijs urbem inſtaurauerat & decorauerat suam. Præclara illius circumferret sententia, *τὸ ἴδιον τὸν αὐτὸν τὸν αὐτὸν ἐπιπέποιον*: Quid itis negotium facessitis, qui uobis suere beneficii? Se quod; subinde Platano cōfirmile prædicabat, ad quam duceretur, quos inſectaret imber: mox uerò serentate red dita, uelleretur ab eisdem, interimq; conuictis proficineretur. Val. Max. lib. 5. cap. 3. Plut. in Themistocle: Aelianus lib. 3. Var. hist. Cælius lib. 25. cap. 1. A. L.

Pugnā ad Arginūſas, quā Atheniensēs uicere Spartanōs, omnium maximā memoratur, quas unquam Græci cum Græcis unquam decertauerunt. Naues Atheniensium ad quinque & uiginti perire cūm maxima hostiliū in eis parte: Peloponnesiæ ad septem & septuaginta. Tanto itaq; nauium dilacerato numero, cæſiſq; propè simul omnibus eorum uiris, per mare late naufragia conspicerē erat permixtis cadaveribus, Phocionemq; & Cumcorum oſas maritimas cadaveribus passim stratas, uidere erat. Post hæc consularibus inter prætoribus Atheniensibus, alij censebant cadaverū suorum in primis perquirenda legēdaq; cūm constaret, ab Atheniensibus grauiſſimè in eos uindicari solitum, quō mortuos sepelire neglexissent: alij potius uidebant, cōſeſſim Mitylenem nauigandum, eamq; quam primū obſidione liberandam. Verūm tempestas ingens & aspera conuere naues cepit, milites quoq; certaminis labore defatigati, tum fluctuum deterrit inſuperabili, perquisitionem cadaverum detrauerunt. Postremò tempestas procella inualeſcente, neq; Mitylenem contēdēre licuit, neq; legere mortuos: at cogente uentorum spiritu, fessūtur in Arginūſas. Perlato Athenas uictoriae nuncio, POPYLIVM lætitiā simul & dolor distrahere cepit. militum quicq; probare uitentem, neglectam uerò sepeliendū iis, qui pro imperio occubuerat, pietatē grauiſſimè ferre. Iam Thraſybulū & Thermanes Athenas ante redierant. A quibus reliquū Prætores

accusari se existimantes, calumniatq; fingi de cadaverum negligentia, epistolas contra eos confestim mittunt ad populum, quibus significabant illis mandatum fuisse, uti cadauera legi sepeliriue curarent. Quod utiq; fuit illis malorum causa. Nā cum licuisset in eo iudicio defensoribus uti illis, qui Theramenis factionem tuebantur, uiris utiq; eloquentia præstantibus, multorumq; amicitia & gratia communitis, quid; in eo prælio cunctis ferme gestis interfuerant, contra per eas literas aduersarios sibi acerrimosq; accusatores effecere. Recitatis in cōtione epistolis, extemplo multitudinis ira in Theramenem reuocatos infrendere cepit. qui cum se culpa omni oportūne purgasset, iracundiam omnem rursus in iudices conuertere. Dies itaq; à populo dicta illis, ac liberato culpa Cononi, decernunt copias tradidit reliquos accitos in urbē cōſeſſim accedere. Aristogenes & Protomachus populi furorē ueriti, fuga se prompuere. Thraſybulus, Calliades, item Lyſias, Pericles, & Aristocrates, cum multis nauibus Athenas reuertuntur, eorum multitudine freti, quos secum uehebant, quorum intercessionem sibi in iudicio sperabant fore præſidio. Post ubi in cōtione uentum est, cūm iudicium causaq; cepisset agitari, maxime eis hō ceterum cognati, qui complorando quicq; suos, orabant populum, ne tam impiam negligentiam impunitam finire uellent, erga eos, quorum sanguine patriæ salus redempta esset. Igitur capitis damnati sunt omnes, eorumque fortunæ in publicum redactæ. Diōd. lib. 15.

Constantius uir fortis. Vestgothorum regem Valliam imperata facere cogit: & Placidiam Honorij sororem recepit, quā in uxorem duxit: Constantinum Gallie tyrannum cū Constante F. Iouinum item & Sebastianum eius fratrem, Atrallum quoq; & Hæralianum in Africa res nouas molientes repressit. Dum contra Valdalos Hispaniense bellum moliretur, immatura morte sublatus, aduersa imperij sorte, septimo mense postquam Cæsar fuerat appellatus. Post eius obitum Placidia uida cū filiis Valentiniano & Honorio iussu HONORII ingratiſſimè hominis pulſa, ab Theodosio Arcadij filio, qui Orienti præerat, hospitaliter excepta fuit. Cuspin. Belisarius à IVSTINIANO Imp. in Italiā missus, ut Gothos Vandalosq; omni Italiā pelleret; eum se ducem gessit, ut quem illi conferre possis haberes nihilicem. Nam & urbem Romam recepit, & Gothos Italiæ sinibus expulit, ut Vitiagem Gothorum regem captum Constantinopolim duxerit, & militarem omnem rem summa felicitate administraret, ut nulla par oratio eius laudi excogitari queat. Hunc tamē redeuntē Constantinopolim, ingratiſſimus princeps eod redēgit, ut captus etiā luminibus eiusdem principis iussu, quodidianum panem mendicare coactus sit. id semper reperet: Datis stipem Belisario, quem uirtus exultit, inuidia excæcauit. Fulg. & Egnat. lib. 3. cap. 3.

Par propè laus eunuchj Narsetis esse poterat, sed felicior aliquanto quam Belisarij exitus, si non ille fastu femineum in primis exofus, Longobardos in Italiā euocasset. Meruit ille quidem Italia crepta à Barbaris, assertaq; in ueterem libertatem, præclarum æternūq; nomen, sed eum Iustiniani uxor SOPHIA illum redire in Græciam iussit, ut eunuchus lane pensæ expleret: Vide, inquit, & dicitō rediturum me statim, idq; pensum exorsum (quāndō tanta ingratiſſime mecum agit) cuius illa nec principium nec finem inuenit. Egnatius lib. 3. cap. 3.

ALFONSVS III. Asturum & Legionis rex, Sandiam Comitē æmulbrum uocibus in uincula coniecerat. Bernardus de Carpiō pro patre sæpè intercesserat, sua quintiam fortitudine præclarā optram nauauerat. Nam eum apud Benedictum Alfonso contra Mauros interfecto equo in terram prostratus, & à multitudine hostiū circumuictus, in extremo foret periculo. Bernardus suo equo regē excepit. Post cū eluitas Zamorensis à Saracenis obſideretur, strenuitate Bernardi liberata est: & tunc Alfonso Bernardō de patre liberando spem fecerat. Ceterum cū promissum de die in diē differret, Bernardus suis & amicorū cōpijs fretus terras regis uastauit, regis exercitū uicit, & duces cepit, sed statim dimisit, ut patri liberationem obtinerent. Rex id pollicitus est, si Bernardus arctem Carpiū regi traderet. Bernardo assentiente, Rex misit ad urbem Legionēsem, ut pater Bernardi adduceretur: qui quatuor ante diebus obiit. Ergo cadaver optimis panis uestitum, supra equum erectum & aligatum Bernardo misit. Qui ut primū eum mortuum cognouit, incōsolabiliter lacrymatus est. At Rex loco consolationis eum statim regno excedere iussit. Ergo Bernardus ad Carolū Caluū, regem Franciæ, abiit, ibique militans saluberriſſimā auxiliā patriæ contra Mauros tulit, maiorem consecutus gloriā odio quā obsequio æmulorum. Rodericus Santius parte 3. hist. Hispan. cap. 12.

Carolus Zenus (qui uirtute sua inimicj magnitudine Clodiā urbem recepit, Ligurum hostem naualibus prælis toties uicit, Bucicaldum Francici sanguinis uirum fudit, nauimque

Bichinoniam omniū ea tempestate opulentissimam expugnauit: senexq; postremū Cyprium regnū, pulso Ligure in insula tota, suo regi afferuit) infantiētis populi VENETI puerlo iudicio Procuratoria dignitate priuāt, carceri quoq; quamuis nō satis perspecta etiā nū causa, aliquandiu fuit inclusus, nulla uirtutis eius ratione habita. Egnat. lib. 3. ca. 3.

XYSTVS IIII. Pontifex, Roberto Malatesta mortuo (cuius uictu Alfonso Ferdinandū Aragonij F. in agro Veliterno fuderat, & res suas iam propē desperatas in integrum restituerat) uictu & pupillo eius ciecho Ariminum occupare, & Hieronymo Riario tradere instituerat, nisi Florentini uictuā defensionē suscepissent. Brutus li. 7. Hist. Flor.

OB PVLLOS TYRANNOS INGRATI.

Nulla Græciæ ciuitas habuit unquā tam claros duces uno tempore, nec qui tam concordī animo rempublicā administrarent, quā THEBÆ Epaminundam & Pelopidam: qui patria in libertatem aſſerta, Spartani Græciæ dominatu deicti, amplissimū rebus domi forisq; gestis insignes, paucorum ciuium obſtinatione maiestatis rei causam dixere. Adeo nulla unquam uirtus fuit tam aut suis utilis, aut tam mitis, quā nō domestica uellicari inuidia. Sab. lib. 7. ca. 2.

ATHENIENSES ob libertatem à Demetrio Poliorcete urbē, adeo illi indulserunt, ut decretum tulerint, quicquid Demetrius uellet, id ipsum apud superos sanctum, & inter homines iustum haberetur. Inceſſebatur interim Stratocles ut delirus, qui talis fuisset decreti auctor, quapropter Spartanus quidā dixisse fertur, Delirus esset Stratocles, nisi sic deliraret. Eo autem conspiratione regum magna affecto clade, cum unicuique refugium ad Athenienses haberet, ingratiſſimi omnium legatos eius urbe excludere. Quam iniuriam in presentia diffimulans, recollectis uiribus Athenis expugnatis non est ultus. Rex dignus qui in uerē gratos beneficiū contulisset. Sab. lib. 7. En. 9.

Dion Syracusanus tyrannum Dionysium urbe exutum in arce obſidebat, & SYRACUSANIS libertatem restituerat. Heraclides exul reuersus Syracusis, uir rei militaris alioqui peritus, & à Dionē classi præfectus, plebem eam ad popularem statū adhortari cepit. Itaq; XXV prætores creati sunt, & ijs Heraclides: Dionemq; falso tyrannidis insinulatū urbe exegere cum suis. Verū nō ita multo post cum Nypsius dux Dionysij ex arce impetum in Syracusanos fecisset, urbemq; cadibus & incendio miserē afflixisset, Dionem missis legatis supplices reuocauit: qui compulsi in arcem hostibus & obſeſſis, inimicis suis, & inprimis Heraclidi, uentam dedit, eundemq; sponte sua nauarchum constituit. Iam uerō arce per deditiōnem accepta, cum liberis Syracusanis leges ferre Dion pararet, eiq; Heraclides Democratiæ studiosus repugnare, & tyrannidem obſistere non cessaret, conuict ut mercenarij cum interficeret. Callippus inde Atheniensis, qui maximis honoribus à Dionē fuerat affectus, cū mercenarijs & Syracusanos falsis calūnijs contra Dionem tanquam tyrannum concitasset, ipso Proserpinalium festo in triclino sedentem interfecit, & Syracusas occupauit: ut ingratiſſimo erga liberatorem populo scelestissimus, erga benefactorem breui tempore imperaret. Plut. in Dionē.

Seruilus Hala, cum magister equitum Spurium Melium regnum affectantem occidisset, custodire libertatis CIVIVM exilio suo poenas pependit. Valer. Max. lib. 5. cap. 3.

Quis ignorat, tantum laudis Scipionem Nasicam toga, quantum armis utrumq; Africanum meruisse: qui pestifera Tibertij Græchi manu faucibus oppressam Rempublicam strangulari passus non est. Sed is quoq; propter iniquissimā uirtutum suarum apud ROM. æstimationem, sub titulo legationis Pergamum fecellit, & quod uitæ superſuit, ibi sine ullo ingratiæ patriæ desiderio peregit. Valer. lib. 5. cap. 3.

R. Corn. Lentulus, clarissimus & amantissimus Reipublicæ ciuis, cum in Auentino Caji Græchi nefarios conatus & aciem pia ac fortis pugna magnis uulneribus exceptis fugasset: prælii illius, quo leges, pacem libertatemq; in suo statu retinuerat, hanc mercedem tulit, ne in patria moreretur. Si quidem inuidia & obſtinatione POPYLI cōpulsus, legatione à Senatu libera impetrata, habitaq; concione, qua à diis immortalibus petit, ne unquam ad ingratum populum reuerteretur: in Siciliam profectus est, ibiq; perseueranter morando, compositum se uoti fecit. Valer. Max. lib. 5. cap. 3.

Bello primo Ligustico fames ingens per ciuitatem Venetā inuasit, frumentandi facultate ex Sicilia Apuliaq; negotioribus adempta. Genentibus maria infestibus nemo erat qui publicis commodis suo priuato periculo consultū uellet. Opus igitur erat ualida classe, quæ frumentatores citrō ultroq; nauigantes, ab hostiū iniuria tueretur. Sed id ipsum in tantis bellorum motibus, non ita facile præstari poterat: ad uicinorum itaq; opes est recursus. Missi Taurinum, Patrauium, Ferrariam, & ad alias uicinas urbes: qui ad ingen-

tem pecuniā quæ promittebatur, adderet preces, oraretq; ut si qua Veneti nominis in uicinis extarent merita, cum in alios, tum in PATAVINOS recentissima (quippe quibus, suo inprimis beneficio, seruitus iugum nuper fuisset ademptum: scire omnes, nullas aut maiores, aut præsentiores ad euerendam Ecelini tyrannidē opes affuisse, quam Venetas) ciuitatem de se bene meritam, in tanto discrimine nauarent. Quod si illa ipsa suo aduerso tempore illis excidisset (quando ita comparatum sit, ut omnium beneficia magis dantiū fortuna, quam animus commēdet) iure humanitatis saltē id à se impetratū uellent. Neq; preces neq; pecuniā uicinorum ingratiudinē uicere: negata ubiq; frumentatio est. Tum Veneti indignitate rei moti, ut sciret omnes, uel inprimis illi ipsi, qui id modō tā obſtinatē negauerant, quā ad hunc manē fecū ad eā diem actū esset: legē tulerunt, quæ ad hunc diem tenet, ut omnes qui intra Phœnaticum sinū, & Padū minis ostia negotiorū causa nauigaret, uetigal reipub. benederent: ad quod persolendum, & ad mercem ipsam (si magistratibus ita libuisset) æstimationē Venetas ueniret. Cui legi ne fraus fieret, nouus magistratū est creatus: huic aliquot nauigia, quibus omnem oram maritimā perlustraret, data. Hac de causa Bononiense bellum exortum. Sab. lib. 10. Dec.

OB AVXILIVM LATVM.

Magna perfidia DIODORVS Tryphon in Ionatham Machabæum, ludæorum sacerdotū principem, effudit. Nam cum is subſidio Tryphoni atq; Antiocho deo aduersus Demetrium profectus esset, ut pro lata ope gratiam referret: postulat ei Tryphon, ut exercitum dimitteret. Quo d. cum Ionathas egisset, cum Tryphon cepit, atq; omnes, qui cum eo erant, occidit. Nec uerō ea pro ditione contentus, perfidiam quoq; addidit. Nam cum iuecturam Simonī Ionathæ fratris promississet, si Ionathæ filios & centum auri pondō, quæ posebat, ad se misisset, Ionatham carcere emissurum: omnibus à Simone peractis, Tryphon postea Ionathā occidit. Sed haud lōga tantorum scelestū penes eum uoluptas fuit: quoniam ab Antiocho, qui Soter cognominatus est, Demetrii filio, in Asia apud urbem Apameam prælio uictus, atq; interfectus fuit. Fulg. lib. 9. cap. 6. & Marulus lib. 3. cap. 6.

Belli Peloponnesiaci anno septimo, duce Brasida Megarā ab Atheniensibus Spartani receperunt. Res mira accidit apud LACEDÆMONIOS, in eo exercitu comparando. Vbi publicē est edictū, ut seruitia, quæ eo bello de Republica sibi merita uiderentur, sese ab alijs fecerent, hi ad duo milia uero dicuntur. Qui quum coronati, uelut libertate donati, deorum templa obuiſſent, media luce subſtrati sunt, nec cognitum postea aut auditum, quo genere mortis fuerint exiisti. Thucydides eos publico consilio necatos credidit, quod seruitiorū manus ingens, post Pylū captam, ceperat uulgē ciuibus esse suspectā, ne quid ea temporum nouitate aduersus rempublicam molirentur. Sab. lib. 7. En. 3.

CLEOMENES Lacon assumto uno ex familiaribus suis Archonide, eum consortem & adiutorem sui proposuit fecit. Iurauit igitur ei, si uoti compos fieret, se omnia cum ipsius capite transfaturum esse. Cum uerō potius rerum esset, occiso Socio, caput eius exedum uasi pleno mellis imposuit: & quotiescunq; aliquid agere instituisset, oculos in unam deflexit. Acl. lib. 12. Var. hist.

CARTHAGINENSES Xanthippum Lacedæmonium, cuius optima opera primo Punico bello uis fuerant, & quo iuuantē Attilium Regulum ceperant, simulantes sese domum reuocare, in alto miserunt. Quid tanto facinorē petentes? an ne uictorū eorū socijs superſeſſet? Extrat nihilominus & quidem cum opprobrio, quem sine ulla gloriæ iactura inuolatum reliquissent. Val. lib. 9. cap. 6.

GEORGIVS Seruix Despota, ab Amurate Turcarum Imp. libet genero patria expulſus, diu apud Hungaros exulauit. Ioannes Huniades cum exercitu Seruiam ingressus, plurimis claudibus Turcas affectis, Seruix magnam partem recuperauit, non tamen Georgio cuncta restituit: multa dedit amicis, cum sua uirtute repulſisset hostes, & Georgij suspecta fides esset, qui medius inter Hungaros ac Turcas nunc hos, nunc illos fessisset. Cum malē pugnatū esset in prælio Varnensi, fugiens Huniades, in Seruiam se recepit. Senſit aduentum eius Georgius, atque obuiam factus uenientem interceptit, & quasi hostem coniecit in uincula: nec prius dimisit, quam oppida suæ ditionis ab eo pridem occupata recepit. Nec uulgo postea cum Ioannes uerſus Sophiam copias duceret, uidereturq; nō parua Turcis illaturus damna, Amurati omnia Hungarorum consilia patefecit. Vide ille admonitus maximum Christianis intulit cladem. Aeneas Syl. cap. 4. & 5. Europæ.

OB VRBES OCCVPATAS INGRATI.

PHARAO Aegyptius rex, Moſen post præclaram illam, quam

de Aethiopijs uictoriam reportauit, Merocq; ex hoste capta, haud dubiè interfecisset, nisi matura illa fuga se periculo subtraxisset: munis prouidentia, ut crederet est, seruatus. Sabellicus libro 7. cap. 2.

PHILIPPVS Antiochi regis Syriae frater, ingratus erga Milesiæ eius opera Damasco fuerat potius. Vide Tit. Proditoriū. M. Furij Camilli uirtuti & gloriæ inuidentes ROMANI, præsentim quia Tribunorum concionibus populū Veios traducere conātum sese opponeret, rogationem de migratione antiquarunt inuiti: sed omne odium conuenterūt in Camillum, adeo ut ne familiari quidē luctu eius (ex morbo enim fuerat altero de filiis orbus) leniti quicquam de odio remitterent: quamuis hoc uultus uir lenis & placidus ferere acerbē. Sed cum esset ei dies dicta, luctus eum domi cū mulieribus cohibuit. Accusator L. Apuleius crimē interuenerat: Hetruscæ intentauit, ad eiq; ualuas quasdam ex manubijs areas domi eius iactabatur apparere. Erat plebs in eū incensa, neq; dissimulabat se quauis ratione eum damnaturam. Ille igitur accitis amicis, commilitonibus & collegis, quorum erat ingēs turba, rogauit, ne se iniqua damnatione ob turpem noxam circumueniendum proderent, uel illudendum inimicis. A quibus re inter ipsos deliberata & communicata responſum tulit, non posse se illum, ut uidebatur, iudicio eripere, collaturus quanti damnatus esset. Ita ille tante impatiens indignitatis in exiliū abiit: in dicta causa damnato his ei est alium quindecim millibus æstimata. Quo summa ad argenti rationē relata efficit mille & quingentas drachmas. Plut. in Camillo. & Val. lib. 5. cap. 3.

LYLLA didator erga Lucretium Ostellam, cuius opera urbem Praenestinam ceperat, ingratus. Vide Tit. Magistratus cudeles in uel extra iudicium.

OB IMPERIUM AMPLIATVM.

Timothei uirtute ATHENIENSIBVS subacta multæ insulæ fuerat: cedebatq; Lacedæmonijs, mariūm imperiū adepti fuerant. Populus Atheniensis consiliū Mnestehe ſocro Timotheum dederat, quem aduersus Samios classi præfecerat. Is cum Mnestehe accusasset, quod eius culpa Samo potius non esset, Mnestehe autem in generum crimen triceret: ingratus credulq; nimis populū, pro eo quod imperitū Mnestehe multauit: & cum Timotheus soltendo non esset, in exiliū eiecit, ubi haud multo post morte obiit. Sed Atheniensis inde prauū iudicij poenitentia ducti, Cononi, Timothei filio, multas nouem partes remisit, decima ad urbis muros inſtaurandos assignata, quos Timothei pater Conon ex hostium præda construxerat. Fulg. lib. 5. cap. 3. & Acl. lib. 3. de Var. hist.

CARTHAGINENSES Hannibalem, qui pro illorum inco-lumitate & uictoria tot Imperatores, totq; exercitus Rom. tucidauerat, quot gregarios milites hostium si occidisset, magna gloriæ foret, & conspectu suo submouere in animū induxerunt. Valer. lib. 5. cap. 3.

Africanus superior, non solum contumax & contractam belli Punici armis Rom. sed penē iam exangue atq; morientē Carthaginis domū reddidit. Cuius clarissima opem inuicem pensando, ciuitatis ignobilis eum ac deserere paludis accola fecerunt: eiusq; uoluntarij exilij acerbitatē nō tacitus ad inferos tulit, sepulcro suo inscribi iubēdo: ingrati patriæ, ne ossa quidem mea habent. Val. lib. 5. cap. 3.

Nihil uirtute minor posterior Africanus, sed ne exitu quidē scelerior. Duabus enim urbibus, Numantia atq; Carthagine, impetio Rom. imminentibus, ex rerum natura depulſis, rapientem spiritus domi inuenit, mortis punitorem in foro apud POP. Rom. non reperit. Val. lib. 5. cap. 3.

Talia passio credo, quæ fratri eius F. Scipionis Asiatico accidit, solatio esse poterunt: ut rex Antiochus deuictus, & Asia impetio populi Rom. fuerat à PETILIO trib. pleb. & itū carcerem duci liberetur, causam præbuit. Valer. lib. 5. cap. 3.

Ciuius Agricola, cum in bello Britannico egregiam pro Re-pub. Romanæ operam nauasset, primusq; omnium Romanorum fuisset, qui Britanniam circumfusam etiam mari utri-dique cognouisset: Romam tamē ueniens, impetentē TITO Vespasiano, uitam suam summa paupertate & ignominia (eō quod maiora, quam prætorij par esset, effecit) trāſegit: & ob eandem etiam causas postea à DOMITIANO interfectus est. Xiphilinus.

BAIAZETHES II. Imp. Turcorū, tertio imperij sui anno Vā-lachia subacta Constantinopolim reuerſus, Acomathē Bala-m, cuius uirtute fratrem Gemem, quem alij Zizimum uocant, regi emulū, bis proſtigauerat, quā innumera ipsius officia rependere aliter nō posset, interfecit iussu. restans: ni-micum serui magnitudinem ac uirtutem domino timorem incuteret. Iouius in uita Baiazethis.

ODOARDVS Paciecus Lusitanorum præfectus, tribus solis

nauibus, CL militibus Lusitanis, regem Cochimensem, cōſtra regem Calecutiensem, incredibili fide, fortitudine, prudentia, disciplina militari defenderat, suiq; nominis terrore Indiam, fama Europam cōpleuerat. Domum reuerſus, tam à Rege, quam ab omni nobilitate cum maxima gratulatione acceptus est. Illius enim in gerendo bello celeritatem, in periculis animi magnitudinem, in laboribus perferendis constantiam, in exitu præliorum felicitatem, multis in cœlū laudib. efferebat. Rex Emmanuel supplicationem illius nomine decreuit, & à maximo urbis templo in templum Dominici cum solenni pompa cum suis inſeſſit. Illius latus Paciecus tegebat, ut omnes perspicerent, quanto honore Rex uirtutem honestaret. Vbi ad templum uentum est, Iacobus Ortisus Viſenſis Episcopus, orationem luculentam habuit, qua hominis egregia & admiranda facinora uerbis amplifsimis ornauit, ita tamen, ut omnia ad Dei gloriam, ut parerāt, & piē & sanctē reuocaret. Nec hoc tanto apparere cōtente Emmatuel, literas ad omnes fermē Christianos Principes dedit, quibus res à Pacieco gestas debitis laudibus illustrabat: ut nomen illius per omnem Christianam Remp. cū maxima nominis gloria uagaretur. Cum Rex intelligeret, Paciecum esse nimis tenuem (quod enim habuerat, erat in armis absumtum) neq; quidquam ex India præter egregiā laudem ex bello tam periculoso fortiter & feliciter administrato reportaret: illum præfecit urbi Aethiopiæ, quam S. Georgij nomine uocant, unde aurum in Lusitaniam importari solet, ut in ea præfectura commode posset rei familiari prospicere. Sed cum is inuidia maxima flagraret, fuit ab inimicis & inuidis insinulatus, quōd Regem maximo auri pōdere fraudasset, multaq; scelera & flagitia suscepisset. Rex igitur illum uinctum catenis in Lusitaniam perducij iussit, ubi lōgo tempore carcere inclusus miserimē uixit, usq; eo, dum re diligentius excussa compertum fuit, crimina illi ab inimicis illata, partim falsa, partim leuia fuisset. Tunc igitur uinculis expeditus, & in dignitatem restitutus fuit, sed non illo præmio affectus, quōd tam eximia uirtuti debebatur, adeo ut uitam in egyptate traderet. Ofor. lib. 4. rer. Emm.

OB PATROCINIUM INGRATI.

M. Cicero Cn. POPYLIUM Lenatem, Picenæ regionis, rogātū Marci Cælij, non minore cura, quam eloquētia defendit: eumq; causa admodum dubia fluctuantem, saluum ad penates suos remisit. Hic Popilius postea nec re nec uerbo à Ciceroe laesus, ultro M. Antonij rogauit, ut ad illum profectum persequendum & iugulandum mitteretur: impetratq; detestabilis ministerij partibus, gaudio exultās, Caietam cucurrit: & uirum, omisso quōd amplissimæ dignitatis, certē salutis eius auctorem, studio præstantis officij priuatim sibi uenerandum, iugulum præbere iussit: ac protinus caput Romanæ eloquētiæ, & pacis clarissimam dexteram, per summum & securum otium amputauit: eaq; sarcina, rāquam opimis spolijs alacer in urbē reuerſus est. Neq; ei scelestum portati onus succurrit, illud se caput ferre, quod pro capite eius quondam perorauerat. Inualidæ ad hoc mon-strum suggillandum literæ. Quoniam qui talem Ciceronis causam satis dignē deplorare possit, alius Cicero nō extat. Val. Max. libro 5. capite 3.

Quo nimbo, qua procella uerborum, impium P. SEXTII II caput obrui meretur? quōd C. Cæsariē, à quo tum studiosē, tum etiā feliciter grauissimi criminis reus defensus fuerat, Cinnanæ proſcriptionis tempore profugū, præſidium suū in fundo Tarquinienſi cladis conditione implorare, beneficij iurā repetere coactum, à sacris perſidæ mense, & altari-bus nefandorum penatum auulsum, truculento uictori iugulandum tradere non exhorruit. Finge, accusatorem eius fortuna publica in supplicis nomen conuersum, tam luctuosam illam opem genibus annixum orasse, crudeliter tamē repulſus uideretur: quin etiam quos inimicū inuisos faciunt, gratiosos miseræ reddant. Verum Sextilius non accusatorem, sed patronum fauissimæ inimici uolētia suis manibus obiecit: si metu mortis, uita indignus: si præmij spe, morte dignissimus. Val. Max. lib. 5. cap. 3.

Cn. Pompeius Magnus Cn. Carbonem, à quō admodū adoleſcens de paternis bonis in foro dimicās protectus est, bellis ciuilib. interim iussit, tam ingrato factō, plus L. Syllæ uiribus, quam proprio indulgens uerecundia: libidep.

PRO LIBERALITATE INGRATI.

Octauius Augustus æs. alienam ciuēdam SENATORIS, quem carum habebat, nō rogatus dissoluerat: ac pro eo quadragies humum exposuerat. Senator ea re cognita, pro gratularum actione nihil aliud scripsit Cæsari, quam, Mihi nihil ueluti expostulans etiam, quōd cum numerasset omnibus eruditioribus, ipſi nihil numerasset. Suetonius, & Macrobius libro 2. capite 4. Saturnalium.

TIBERIVS Caesar occidit Cn. Lentulum augurem, patricio genere, utraq; modestia ac uirtute insignem, posteaquam is eum heredem scripserat. Suetonius.

IDEM Imp. Ruffum Geminium, à quo haeres factus erat, in Senatu accusauit, nullam aliam ob causam, quam quod mollis & effeminatus esse diceretur. Dion in Tiberio.

CALIGVLA, si cum quis in testamento heredem nominasset, & postea feliciori fato superuivere contigisset, questus se ab eiusmodi homine contentum haberi, percussores immittere consueuerat. Suetonius.

PHILIPPI Vicecomitis ducis Mediolanensis ingratitude erga Beatricem uxorem, cuius opibus grauissimo bello se liberarat, pete ex Tit. Perfidia erga uxores.

Ludouicus Arcimbolus, cuius Mediolanensis, bis aduersa ualitudine correptus, testamento trecentos aureos numos TONSORI, qui ei ministrabat, reliquit. Sed cum liberatus esset, & post aliquod tempus in ualitudinem rursus incidisset, confor longioris morae ad consequendum legatum impatiens, ueneno uitam eius petiit. Ergo ut munus impensa opera sua dignum acciperet, in foro fracta ceruice uitam amisit. Fulgofus lib. 7. cap. 8.

DE OB REGNUM ACQUISITVM, CONSERVATVM, RECVPERATVM.

CASSANDER Antipatri F. cum Antigoni regis opera regnum Macedoniae conseruasset contra Ptolemaum Aegypti regem, ingratissimum tamen sese erga Antiochum praebuit neq; dubitauit illi cum Lyfimacho & Seleuco bellum inferre. Pausanias in Atticis.

AGESILAVS, Lyfandri opera Leotyehidi in regno praelatus, eiusdemque commendatione à ciuitatibus Asiaticis contra Persas uocatus, duxit secum inter triginta consiliarios Lyfandrum, quo esset praecipue & principe amico uoluntarius. Ceterum cum Lyfandrum in maiori esse gratia uideret apud Iones Agesilaus, inuidia & ambitione flagrans, primum nullius rei gerendae ei concessit materia. deinde quos uidebat Lyfandro magis addictos, semper inhonoratos dimittebat: Lyfandrum quoque diuidendis carnibus adhibuit. Demum quod cum à se penitus dimitteret, legatum in Hellefpontum misit. Plut. in Lyfandro.

Cum Chryfaphilus eunuchus abuteretur Theodosij iunioris Imp. facultate, Eutyehiana haereticus, assumta consilio rum tutorum aduicere EVDOXIA regina (quae tamen Pulcheriae intercessionem ab infimo loco ad supremum dignitatis gradum peruenerat, cum Leontij Atheniensis philosophiae filia esset) Caesari persuaserunt, ut Pulcheriae sorori serum administrationem adimeret. Illa relictis principalibus adibus, priuatum uixit: quousq; Caesar recepto animo, uenia à sorore petiit erroris, illiq; administrationem reuerti iterum commisit, eunuchum perpetuo exilio multato, atq; bonis euius publicatis. Cuspinianus.

THEODAHATVS, Theoderici Ostrogothi regis ex Amalafreda regina sorore nepos, Etruriae praefectus, literis egregie eruditus, atque in primis philosophiae Platonicae studiosus, ceterum auaritia supra modum deditus, repetundarum ab Etruscis accusatus, & ad sua cuique ablata restituenda compulsum, ab Amalafuenta regina, Theoderici F. post mortem Athalarici filij, cum se uitam morisq; mutaturum, & titulo regni contentum administrationem illi relictorum sacramento confirmasset, in thori regni que societatem acceptus est. Ceterum ingrattissimus homo Amalafuentam per causam conseruandae inter Gothos concordiae in lacus Vulsiniensis insulam relegauit, ibique post occidit. A Iustiano iteico Imp. bello petitus est. Sigonius lib. 17. Imp. occidentalis, ex P. Diacono.

BA SILIVS Macedo, à Michael Romanorum Imp. qui iam per decem annos cum Theodora matre regno praefuerat, ob fortitudinem in societatem imperij adiectus, uti solus eo potiretur, Michael em interfecit. Volat. lib. 23. Anthrop.

IUSTINIANVS II. ingrattissimus fuit erga Bulgarorum regem Trebellium, per quem imperium receperat. Orta enim inter Thraeces & Bulgaros de finibus contentione, bellum ipsi genti inuoluit: ingressusq; Bulgariam, affecisset haud dubie eam gentem magnis cladibus, nisi Trebellius progressus illi obuiam, uictum praelio ac male affectum suis eiecisset finibus. Primum enim ad Anchialium profectus Bulgarios, cegit eos se intra montes retrahere. Sed ubi Bulgari Romanos intellexerunt temere uagari inter pabulandum, refutis uiribus imperum in eos fecerunt, multis interemtis, multis captis. Ex parum abfuit quin imperator caperetur: qui se in uicinum castellum recepit, ac iugulatis omnibus equis, ne in potestate hostium ueniret, nauibus cum maximo dedecore est Byzantium delatus. Cuspinianus.

TIBERIVS III. Imp. cognomento Apfimarus, Philippicum, cuius uiribus milites fuerat ad imperium peruenerat, suspectum habens, in Ponto exulare iussit. Volat. lib. 23. Anthrop.

MICHAEL Calaphates Imp. Ioannem Orphanotrophum unuculum suum, cuius beneficio & intercessione à Michael Paphlagono auunculo ad optatus fuerat, homo ingrattissimus in exilium expulit. Mox ad cognationem suam uersus, uiros omnes suae familiae, & maritos, & puerosque parentes, & iam adolentes, genitalibus m embribus priuauit, spadonefque fecit. Vbi de proprio sanguine huiusmodi trophaum statuit, Zoem Paphlagonis uiduam, à qua adoptatus fuerat, falsis criminibus obiectis exegit palatio inauditam, relegauitque in insulam, quae nuncatur Principis, & monastico habitu induit. His perfectis, gaudebat superbia, ludis se tradens & uoluptatibus. Vtrum populus seditione mota, Zoem cum sorore Theodora regno restituit. De uita sua sollicitus Imperator, cum fratre Constantino Nobilissimo ex aula commigrans, & naui Perionnyon adij manfionem festinans, regi insignibus positus, monachi habitum assumpsit. Quod ubi populus rescieuit, gaudio clatus, ouans urbem circuit. Qui uero circa Theodoram erat, timentes ne Zoe eiechum reuocaret, & sacratio manfionis studij extractos, ingenti confluentem multitudinem oburgante ipsos atque iridente, ac compositis carminibus illudente, oculos utriusq; erucit, familiari Graecis pœna. Constantinus calamitatem magno tulit animo. Michael effeminatus, deos atq; homines testatus, muliebriter eiulauit. Cuspin.

TENDIUS Hispanorum rex, Amalafuntham Almatric regis matrem, à qua propter spem successioneis adoptatus erat, in balneo suffocandam curauit, ut citò impetij haeres esset. Ritus lib. 1. Reg. Hispan.

Ioannes Maria Vicecomes, domestica cõiuratione oppressus petiit. Aucores eadus, Bernabouis filios nepotiq; exules restituit. PHILIPVS fraterna eade. percussus, amicum suum Beatricem sibi matrimonio iungit, quae Facino Scalligero nuper defuncto fuerat conuubio locata. Sunt qui fubstant, Facinum morientem ad amicorum primoribus mandasse, ut Beatricem iam quadragenariam Philippo adhuc adolentem in matrem uerius quam in uxorem iungerent, cuius consilio & auctoritate sciebat futurum, ut ille facit paternum recuperaret principatum. Erat Beatricis abundans diuitiarum mulier, pollebatque auctoritate, apud eos multa, qui Facini ductu auspiciisq; militarant. Mirum est quam prosperè ea res Philippo cesserit. Verceclæ, Dertona, Alexandria, Nouaria, & caetera loca, quae sub Facini imperio fuerant, Beatricis nomine secuta, in Philippum fidem redierunt. Paul studio Montaneus Sicicus, & Fran. Carmaniola, duces fontissimi, qui omnes Facini copias fuerant inter se partiti, eundem se opibus adiunxerunt. His Philippus auctus uiribus, Astorgium Bernabouis filium Mediolanò expulit, expulsum in Modociae expugnatione interfecit. Sed post cum intempellium conuubium fallidie cepisset, eam intentato adulterij crimine, est illa constantissimè negaret, adolentem pincerna per tormera falso, necauit. Sabellicus libro nono, Ennead. 9. & libro primo, Ennead. 10.

DANVS à Gotharo Sueonum rege, post occisum Frothoneum patrem, Danis etiamnum puer praefectus, & deinde ab istitia Obotritorum sine Saxonum iudicatus, posteaquam ad maturam peruenit etatem, beneficiorum immemor, arma contra Adolfum Gothan fratrem sumit. Verum bello haud illic profligatus est, ut uix nunciatus tantae cladis euasentis. Magnus libro 4. cap. 9.

DE OB DIGNITATES DATA, AUSTAS, CONSERUATAS INGRATI.

Quam detecta esset Pompeij cum Caesare similtas, ac MA & CELLINVS, unus ex eorum numero, quos Pompeius eiecisse putabatur, à Pompeio ad Caesarem transfuisset animum, ad eum non ueritus sit in Senatu multa in Pompeium dicere, eum sic comperisset Pompeius: Non te pudet, inquit, Marcelline, ei maledicere, cuius beneficio ex muto factus es facundus: ex famelico eò pro ducatus, ut uonimut non tenetas? Grauior obiecte ingrattitudinem homini, qui hoc ipsum quod habebat dignitatis, auctoritatis & eloquentiae, abutebatur in eum, cui debebat acceptum ferre. Plutarchus in uita Pompeij.

MAXIMINVS Thrax, qui Seneri Imp. satelles fuerat, & postea in patriam concesserat, sub Heliogabalo iterum Romanam uenit. Sed cum impurum hominem inuenisset imperatorem, qui eum honore tantum tribunatus dignatus est, aegre ab amicis retineri potuit. Alexander uero imperator miro gaudio ac congratulatione hominem excepit, legatione tyronum praefecit, ut eos in militia institueret. Quos ita exercuit, ut breui omnem perdicerent laborem militarem, cum que is ludamina quotidie perficeret. Hunc cum Alexander in suam perniciem toti exercitui praefecisset, omnibus militibus, tribunis, ac cubibus gaudentibus, cum in Gallia feruens milites correxisset Alexander, illo persuadente militibus, quod Imperator sem bellicam negligenter

ardiusque administraret, quod Mamma mater auara femina (quae tamen sancta & bonis moribus fuerat) pecuniis congerendis ob sordes nimias inhiaret, & parsimonia erga milites uretetur, Alexander cum matre occisus est. Cusp.

MICHAEL Thraulus Leonem Imp. de medio sustulit, cuius beneficio multas dignitates fuerat affectus.

Alexius Imp. interfectus est ab ALEXIO Murziphlo, quae ad summum dignitatis gradum exulterat.

Berengarius & Anterior regis ex filia Gisla nepos, hic ex altera uxore Ermengarda natus. Horum rex Italiae Hugo poteriam metuens, eximius eos ad se allicere beneficiis studuit. Itaq; BERENGARIO Villà, Bosonis fratris sui Tusciq; Marchionis filia, matrimonio sociauit: ANSCARIVM uero postero anno, Theobaldo Camertu & Spoletanoru Marchione mortuo, ea ditione donauit. At quos sibi beneficiis magis obstrinxerat, eos capiti suo insectare adeptus est. Anscarium igitur, cum infidias occultè moliri deprehensus esset, per Sarhonem quemdam primùm Marchia, deinde uita quoq; priuauit: Sarhioni propter operam egregie nauatam, Spoleti Marchia condonata. Berengarius autem eadem furto ipsius capiti machinanti, manus iniicere, et uide oculos eiecere in animo habuit: sed consilio patefacto non potuit. Itaque Berengarius periculi uitandis caussa, anno 940. ex Italia per montem Iouis fugiens, ad Othonem Magnum regem Germanorum confugit. Sigonius lib. 5. regni Ital.

ANNO Coloniensis episcopus ab HÉRICO III. creatus, ipfius coniugi & filio pessimum reddidit gratiam. Rebus enim inter principes Imperij, uiduae & Henrici regis pueri domini detrectantes, ad seditionem spectantibus, Anno totius Imperij gubernatione sibi uendicauit. Nauigio enim per Rheenum ad S. Suiherthi insulam, ubi tum commorabatur rex, delatus, inter poeula eum, ut nauiculum suum mirifico opere exornatum contempleretur, rogat. Nihil fibe esse dolium autans rex, morem gerit homini fraudulento: ac cum simul in eam conscendissent, inde discessum est. Rex territus, nique & necem sibi paratam arbitratus, in flumen spe salutis se coniecit: sed inde per Ebertrum Comitem sese in aquam praecipitem agerent aegre extraxit, blanditiisq; delinitus, Coloniã tandem cum regis insignibus perducitur, anno 1062. Bello tandem contra imperatorem orto Saxonicò, aliquandiu rebus Imperatoris, quamuis inuitus, contra Saxones fuit ducta: hostes tandem, Vuezilonis Magdeburgici, & Bucconis Halberstadiani antistitum gratia transiit. Nam Gestungis oppidum est in Thuringia & Hassia confinio: quod pacis in eundem causa cum Saxonibus ab Imperatore missus fuerat, in Rudolphi electionem, Henrico repudiato, contra legationis suae fide consensit. Herm. Contra ad.

PAULI Fulgoli cardinalis ingrattitudinem erga Io. Bapt. Camposulgolum, cuius beneficio ad cardinalatum euectus fuerat, pete ex Tit. Perfidia erga confanguineos & affines. Carolus VIII. Galliae rex, occupato regno Neapolitano, quo Aragonios expulerat in patriam rediturus, cum solito ritu nomen, & regia insignia nondum cepisset, paucos antequam Neapoli proficere dices, folconiter maximo que apparatu ac celebritate in primario urbis templo, de more superiorum regum, ea cum honoribus & iureiurando uouis regibus praestari solitis, accepit. Nomine totius ciuitatis uerba fecit Io. Iouianus PONTANVS, cuius nomini propter excellentem hominis doctrinam, ciuiles actiones, morefque clarissimo, haud paruam hanc actio notam inuifit. Quippe cum Aragoniae regum diu scriba princeps, atq; à secretis fuisset, magnaeque apud eosdem auctoritatis & gratiae, Alfonso etiam in literis praceptor: uisus est, siue ut munus oratoris expleret, siue quod Gallorum gratiam magis sibi conciliaret, se nimium in illorum regum uituperatione dilatare, à quibus tantis fuerat honoribus affectus. Vique ad eum difficile intererum est eam moderationem, eaq; pracepta tenere & conseruare, quae aliis ipse praefcripserat. Etenim Pontanus magnitudine ingenij, orationisq; facultate omne doctrinae genus complexus, seripfit etiã de moribus libris, cunctos mortales crudierat, atq; ad sui admi-

rationem conuerterat. Guicciardinus lib. 2. PRO LIBERTATE DATA, conseruata, restituta, ingrati.

ADADVS Syriae rex, ab Achabo Israelis rege bis praelio captus, atque amictu habitus ac liberatus, post initam pacem, cum iniuriarum loco beneficia accepisset, iteru Iudaeis bellum intulit: atque ut ostenderet quam ingrattè Achabi regis meritorum memoriam seruaret, milites suos iussit aliis in praelio quantum possent parcere, uimq; in unum Achabum ad eum perendum uertere. Fulgof. lib. 5. cap. 3.

Misit Ionathas Machabaeus armatos, qui liberauerunt regem Demetrium de manibus Antiochenorum. DEMETRIVS ingratus non retribuit Ionathae secundum beneficia, sed uxauit eum assidue. Mach. II.

ATHENIENSES quotquot apud Chæroneam capti fuerat, cum gratis à Philippo Macedonum rege dimissi essent, uestes quoq; stragulaq; petierunt. Quae cum pro uoto accepissent, Macedones in ius uocauerunt: non solum gratias non agentem, quod ipsi & incollimes & gratis essent dimissi, ueritiam benefactores criminantes. Eraf. Rot. lib. 4. Apoph.

VXOR Fuluij erga maritum ingrata, qui eam libertate & cõiugio dignatus fuerat. Vide Tit. Perfidia uxori erga maritos. ROMANI Brucum & Cassium tyrannidas iniquè proscribunt. Vide Titulum, Tyrannidem opprimendo fidem erga patriam declarate.

THRAX mulier ingrata contra Scythiam, à qua fuerat redempta. Vide Tit. Captiui ex elemofynis redempti.

Isaacius Angelus Imp. cum fratrem suum ALEXIVM minorum natu (cui ad eum ille semper indulserat, ut praeter nomen imperij, quod penes se esse uoluit, cum eo ex aequo uiueret) à Turcis captum maximo aere redemisset, dolo ab eo circumuentus, & oculis priuatus, in carcere tam diu detentus est, donec filius eius Alexius, qui tyranni manus uix effugerat, auxilium Francorum atq; Venetorum implorans ac gemebundus petiit, patre lacrymis obtinuerit. Sed carcere post longam captiuitatem eductus, morbo ex aëris insolentia contracto, non diu superuixit. Cuspinianus in Caesariis.

ROLANDVS, Petri Siciliae regis frater spurius, de uicta classe à Roberto Neapolitano rege, quam Petrus Liparitanis aduersus Robertum auxilio miserat, captus fuit, miserq; carcere perire tenebrisq; maceratus. Eius misera Comiola nomine Toringa, diues admodum uida adolens, secretò misit, qui Rolandi mentem exploraret, An si pecunia redemptus foret, eam ducturus esset uxorem? Ille diuinitus oblati beneficij loco id habiturus, matrimonium per procuratores rite stabilis, & auri duab. unciarum millibus à muliere redimitur. Reuerfus autem Messanam Rolandus, non modo deponationem abnegauit: sed & gratiam dicitur mulieri egit. Comiola ingrattitudinis hominem ad tribunal Ecclasiasticum conuicit. Vbi, exprobrantibus sibi amicis ingrattitudinem, persuasus est, ut eam duceret. At Comiola cõmemoratis suis in eum meritis, palàm dixit: Se pactione de nuptiis cum eo renunciare, neq; ut tam ignauo homini nuberet, aequi duceret: sed se Deo seruiri dicare. Fulg. lib. 5. c. 3.

DE PRO VOTO AMICO.

CALIGVLA omnes, à quibus amabatur, odio habebat. Cum pro eius ualitudine, quae in discrimine erat, quidam se depugnatum uouisset: morbo liberatus, ut uotum solveret, exegit: neque abire campo nisi uictorem passus est. Alium, qui uitam pro eo uouerat, cum intelligeret, ad mortem, soluendi gratia uoti, nequaquam proferare, uindictam pueris tradidit: qui eum per urbis uicos flagellatum, ab agere demum praecipitarunt. Suetonius.

DE PRO CONDOLENTIA INGRATI.

Milefij, direpta à Crotoniatis Sybari, in argumentum doloris ob mutuum hospitium capita sibi raserunt, SYBARITAE uero cõtrà, Mileto à Perlis capta, in tanto malo nulli tristitia indicium praebuerunt. Sabel. lib. 8. Enn. 2.

NIMIVM GRATI.

Consule Tit. Superfitionis item Adulationis, quatenus iis, à quibus beneficium accepere, ita se obnoxios fatentur, ut cum deorum iniuria diuinis illis honores, uel etiam humanos, sed maiores quam qui illorum respondeant meritis, tribuant.

DE ERGA QVOS. VT ERGA

DOCTOS.

TIBERIVS Imp. Afellio Sabino H. S. ducenta donauit, pro dialogo, in quo boletis & ficulada & ostra & turdi certamen induxerat. Suetonius.

REGES.

Endymionem fuisse Elidis Regem tradunt, atq; ob iustitiam

ab ELIENSIBVS in deorum numerum relatum: mox in iustitiam à Ioue ut perpetuo dormiret. Natalis Comes Mythol. libro quarto, capite octauo.

Codrus, Atheniensis rex, eo quod pro patria se deuouisset, in numerum deorum ab ATHENIENSIBVS relatus est. Vide Tit. Fidei erga patriam deuouendo sefe.

ROMANI Romulo templum primo parenti Urbis in Quiriniali condiderunt, cum raptum & in numerum deorum iam V u u y 3 rela-

relatum esse quidam affirmassent. Illud templum perpetuo clausum erat: quasi arcanum haberi uellent, an humo reclusus, an inter diuos relatus esset. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 14.

MILITES.

M. FVLVIVS Nobilior coronis donauerat milites, quod ualium curassent, & puerum strenue fodissent. Vnde grauisime à M. Catone notatus est, quasi milites per ambitionem coronis leuissimis de causis donasset. Cuius uerba leges apud Gellium lib. 3. cap. 6. in fine.

C. MARIVS mille Camerinos, qui se in bello aduersus Cimbricos strenuos uiros praestiterunt, honore Romanis aequauit, idque praeter omne ius. Ad eos uero qui factum hoc reprehendebant, respondit, se ob armorum strepitum, legum uocem non potuisse exaudire. Nihil aliud nimirum inuuit, quam leges semper filere inter arma. Plut. in Rom. Apoph.

COQVOS.

M. ANTONIVS coquum suum ob lautè instructam cenam adibus amplissimis donauit. Vide Tit. Voluptatibus omnibus generis dediti.

ADVLTORES.

M. ANTONINVS Caracalla Romanorum Imp. dedit Iunio Paulino decem millia aureorum, quod ipsum, quamquam minus ex animo (erat enim mordax) ad praedam faciendam cohortatus esset, dixissetque eum, quoties iracundiam simularet, plane iratum uideri. Dion & Xiphilius.

DELATORES.

HERODES Iudeorum rex, Eurycleum Lacedaemonium delatorem L talentis donat. Vide Tit. Accusatores mendaces in specie.

BRUTA.

In AEGYPTO cum serpentum multitudo plurimum detrimenti hominibus & pecori adferret: felces quod aduersus serpentum & aliorum reptilium morsus plurimum conferret, non tantum in precio habuerunt, sed etiam pro diis coluerunt. Ichneumonem, quod crocodilos obseruaret, quaque eorum contereret ita, ne multitudinem infestum Nilum redderent, iidem pro deo coluerunt. Similiter accipitrem, quod scorpiones cerasatque, & similia animalia fugaret & occideret. Diodorus Siculus. Ferunt ex Arabia serpentes alapas in eunte statim uere in Aegyptum uolare: sed eis ad ingressum planicie occurrentes aues ibides, ipsos interimere. Ob id factum, ibi magno honore Aegyptij colunt. Herodorus lib. 2.

Cum lupi Aethiopes, in Aegyptiorum agros incursionem facientes, ad ciuitatem usque Elephantinam fugassent, lupi simulacrum crexerunt, & beneficij memores pro deo semper AEGYPTII coluerunt. Diodorus Siculus.

Periander Corinthiorum tyrannus nunciis missis quosdam NOBILIVM pueros castrantibus praeciperat. Nauim, quam nunciij uehebantur, quantumuis plenam uentis, echineis in mari remorata est Conchas igitur, quae id praestiterunt, apud Gnidiorum Venerem colere instituerunt. Plinius libro nono, capite 25.

OB QUID. NIMIVM

grati ob

INSTITUTIONEM QVAM-

LIBET CVNQVE.

Ceres, rapta à Plutone filia Proserpina, facibus in Aetna accensis, uarias orbis partes circuiuit, hominesque qui eam grate susceperant, tanquam beneficij memor, frumenti edocuit usum: in quibus primi post Siculos fere ATHENIENSES. Qua ex re publice hanc deam praeter ceteris coluere tum sacrificiis amplissimis, tum Eleusinae mysteriis. Diodorus lib. 3. cap. 2.

Ofiris Isis maritus cum totum terrarum orbem perambulans, HOMINES uites plantare ac curare pecora edocuisse: non prisca tantum, sed posteris quoque beneficij memores, pro uno ex maximis diis Osiridem habere. Diodorus Siculus lib. 1. cap. 2.

Isis, cum in Aegypto primum omnium triticum & hordeum inuenisset, AEGYPTII ne ob tantum beneficium ingrati uiderentur, uoluerunt ut semper in aestate messores spicas maturas ad manipulum exciperent, & Isidem inuocantes, deae afferrent. Diodorus Siculus libro 1. capite 2. de Rebus antiquis.

IANVS erga Saturnum gratus, cum ab eo ruris peritiam edocuisset. Vide Tit. Inuentores agriculturæ.

INDICIVM.

Nauis quaedam piratica appulsa ad insulam Ithacensem, in qua forte fortuna senex quidam erat una cum cadis fidelibus plenis pice. PYRRHIAS quidam Ithacensis portitor (Hecleidas Pariam uocat) senem dato precio redemit à piratis, non ob id, quod eo sibi foret opus, sed partim quod miserum esset senilis fortunæ, partim hominis oratione per-

suasus. Emit autem una cum senem cados illos picarios, idque auctore senem. Deinde profectus piratis, quod Pyrrhia gratiam referret senex, quod non ob lucri cupiditatem, sed ob beneuolentiam sese liberum fecisset, indicauit in eadem multam pecuniae uim, pice admixtam, abditam esse. Quare perita, cum Pyrrhia derepente diues esset redditus, cum magnifice collaudauit senis erga se gratitudinem, tum eidem bouem immolauit, officij praemium. Atque hinc etiam peruulgata, natum pro uerbum, de gratia prolixe relata: Nemo bene merito bouem immolauit, praeter Pyrrhia. Plut. in quaestionibus Graecanicis.

Veneris Meretricis sacellum est apud Abydenos, ut asserit Pannophilus. Nam cum ciuitas à feris teneretur, custodes, qui in ea erant, scribit Cleanthes in fabulosis, sacrificasse: ac cum meretrix quaedam ebrios dormientes uidisset, clauis surripens, murumque saliens ABYDENIS rem significauit. Illi igitur armati statim acceperunt, custodes interemerunt, urbeque positi gratias meretrici reddere decreuerunt, ac idcirco crexerunt sacellum Veneris meretricis. Athenaeus libro 13. capite 11.

VRBEM CONDITAM.

Theseum, qui primus Athenarum urbem constituisse uideatur, quum uicem prius habitaretur Attica: quamuis Quatuordecim credatur Accius appellasse Athenas, quod ex quatuor urbibus foret conflata, honoribus multis, ueluti tanti uiri attonita uirtutibus, profecuta posterior aetas est: mortuum siquidem sacrificiis, ut herodem, censuere ATHENIENSES honestandum: asylum quoque, id est, sanctum templum, ut inquit Litiuis, ad eius tumulum curauit dicandum, quod puro Theseum dicebatur. Caellius lib. 7. capite 23. Antiq. Lect.

Miltiadi Atheniensis, Cypseli F. defuncto, CHERSONITAE Thracis tanquam conditoris urbis sacrificant, certamque equestre ac gymnicum statuo tempore celebrant, in quo nulli Lampfacenorum certare permittitur, quoniam illi Miltiadem semel infidus ceperat. Restituit autem Miltiades ille Doloncos Chersonitas in suam patriam, cum ab Abinthiis pulsus esset. Herodorus lib. 6.

LIBERALITATEM.

Annae Perennae festum Idibus Martiis ROMANIS solenne erat, in quo plebs in gramine dissecta potabat. Varias causas libro tertio Fastorum Ouidius affert fabulosas: sed haec historiam, inquit:

Plebs uetus, & nullis etiam tunc tuta Tribunis, Fugit, & in Sacri uertice montis erat. Iam quoque, quem secum uulerant, defecerat illos. Vixit, & humanis uicibus apta Ceres. Orta suburbanis quaedam fuit Anna Bouillis, Pauper, sed multa sedulitate anus: Illa leui mitra canos incincta capillos. Pingebat trepida rustica liba manus. Atque ita per populum fumantia mane solebat. Diuidere, haec populo copia grata fuit. Pace domi facta, signum posuere perenne: Quod sibi defecit illa ferebat opem.

Laurentiae, quae meretrix fuit, honorem summum ROMANIS habent, sed diuersa ab Aeca Laurentia Romuli nutrice, quam mense Aprilis colunt. Auditus quidam Hercules solebat per otium diem se à alex & taxillis tradere. Cum aliquando exiis, qui ludere cum eo & eius studij socij solebant esse, nullo forte praesente langueret: deum ad ludendum secum alea pronocauit certa conditione: ut uicisset, ut ille qui pipiam sibi conferret boni uictus ut deo ipse lautum epulum & formosae puellae concubitum praebere. In hanc legem ita cit pro deo, inde pro se, ac uictus fuit. Quia uero stare patris uolebat, mentam instruxit deo splendidiorem, Laurentiamque excepit conuuito, quae quantum corpore publice faciebat, eique in sacello lectum strauit, foretque digrediens occidit. Fama tenet congressum cum Laurentia Herculem non humana specie, praecipisse, ad forum se mande cogeret, atque in quem incidisset primum, ad eum ut maxime se conuerteret, faceretque amicum. Ergo ut surrexit Laurentia, concessisse eam ad forum, conuenisseque diuitem quantum cohibere & magno natu uirum Tarutium nomine. Cum hoc iustam familiaritate, & uicentis rei familiaris praefuisse, & haerem exuisset mortui. Postea loci mortem hereditatem suam reip. reliquisset. In deo honores ei esse. Plut. in quaestionibus Romanis. Hanc ipsam alij Accalarantiam appellant.

Ioannes Conarius Cracouiensis episcopus factus est anno 1503. gratia & interesse REGINAE Polonorum, quam homo nulla doctrina, neque ingenio praeditus, probus tamen, uulgaribus officiis & caponibus subinde praebitis demeruisse dicitur. Cromerus lib. 30.

HOSPITALITATEM.

Hecale & quae de illa fabula hospitij & conuiuij commemoratur,

non omnino apparet ex uano esse. Satru Hecaleu circuncincti populi concilio in dicto Ioui Hecalo faciebant, & Hecalen colebant, diminutum nomine Hecalenen appellantes: quod illa quoque iuuenem admodum hospicio excipiens Thesea, senum more salutasset, & blandira fuisset ei diminitis nominibus. Quae quia pro eo, ad pugnam cum turo/Marathonio progrediete, si sospes reuerteretur, Ioui uouerat hostias, diem autem suum ante illius reditum obierat, haec reuoluit hospitalitatis THESEI iussu praemia, ut Philochorus tradidit. Plutarchus in Theseo.

FIDEM IN PATRIAM.

Codrus rex Atheniensium, Peloponnesibus, eiusdem hostibus ciuitatis, se interficiendum ignotus obiect. Resposum enim acceperat Peloponneses, tunc demum se uictores fore, si hostium regem non occidissent. Eum proinde ATHENIENSES tanquam deum sacrificiorum honore coluerunt. August. lib. 18. de Ciuitate Dei, cap. 19.

In PHIGALENSIVM Arcadium foro commune sepulcrum est lectissimae Oresthaesio manus: quibus eodem quo heribus ritu quotannis inferias mittunt, quoniam Phigaleis in patriam reditum suo sanguine parauerunt. Vide Titulum, fides erga socios.

PLATENSES in agro suo, quod in eo commissum à Graecis aduersus Persas praedium fuerat, quotannis in Graecorum memoriam, qui illic pro communi libertate occubuerant, solenni pompa sacra peragebant. Fulg. lib. 5. cap. 2.

LIBERATIONEM.


Cum Aidoneus rex Molossorum, Theseum in uincula coniecisset, quando uenerat cum Pirithoo ad rapiendam regis coniugetem, non ut sibi nuptias pararet, sed in gratiam Pirithoo illud illud faciens: Hercules profectus ad Molossos eum liberatum. Ob quam rem THESEYS gratus, aram in illius honorem erexit. Aelian. lib. 4. de Varia historia. Quinctiam in honorem eius omnia templa, paucis exceptis, consecrauit. Sabellicus libro 6. Eneadibus. ex Plutarchi Theseo, & Diodoro lib. 4. cap. 5. & Suida.

Demetrius Antigoni F. deiecit à Munychia Gassandri Macedoniae praesidio, Atheniensibus XV anno post Lamiaei bellum rediit. Eum ATHENIENSES immo dicis honoribus, quos ei decreuerunt, odio sum & gratiam reddidit. Nam omnium primum Demetrium & Antigoni reges appellauerunt, hoc nomen in eam diem auersit: quod quidem ex insignibus regis unum adicum Philippi & Alexandri generis illibatam aliis & intactam supererat. Soli eos Sciuato res deos in acta retulerunt, abrogatoque uetere magistratu Archonte, à quo denominabatur in fastis annis, Sciuatorum sacerdotem quotannis creauerunt, quem plebs istis contra tribusque praescripserunt: fueruntque, ut eorum cum diis nomina populo iatexeretur. Locum etiam, ubi primum descenderat de curru, consecrauerunt, posteruntque ibi aram, quam Demetrii Catabarae, id est, defultoris nominauerunt. Insuper tribus duas adiecit, Demetriadem & Antigoniadem, curiamque: quingentariam tum primum sexcentariam fecere: quod singulis tribus quinquagenos senatores praebent. Superatit omnia Stratoelis commentum. Iste enim fuit sciuatorum horum & praeclearorum designator blandimentorum, qui promulgauit, ut qui ex plebs istis ad Antigoni & Demetrium mitterentur, pro legatis dicerentur theori, sicut qui Delphos & Olympiam solennibus Graecorum uictimas pro ciuitatibus agunt. Rogationem alius quidam promulgauit, impuden-

tia superans Stratoelem, ut Demetrium, quotiescunque appelleret, Cereris & Liberi patris lautius exciperet. Qui sple dore & magnificentia in eo excipiendo excellisset, ut pecunia huic de publico tribueretur ad donum diis pondendum. Ad postremum, mensum Munychiona Demetria, & diem mensis trigessimum Demetriadem appellauerunt. Adhaec Bacchanalia mutato nomine uocauerunt Demetria. At in plenisque demonstrarunt dii portentis offensionem suam, quando peplum, in quo Demetrius & Antigonus ex plebs istis fuerant una cum Ioue & Minerua intexti, dum per Ceranicum transferretur, irruerit procella medium laceratum est. Circa aras illorum frequens in ambitu edita cicuta, cum nec ea regio passim istam fundat. Quo die agi solent Bacchanalia, pompam intermiserunt, quod ingens & intempesium gelu exitisset: & quia frequens deciderat pruina, non uincas modò & ficos omnes aduflit frigus, sed frumentum quoque maxima ex parte, in herba perdidit. Quod uero praeter ceteros honores modum excessit, & fuit absonum de consecrandis apud Delphos clypeis, Dromoclidus Sphettius rogationem tulit, ut oraculum à Demetrio peterent. Verba ipsa legis sic habent: Quod felix faustumque sit, uelut iubeat populus, unum ut populus ciuem Atheniensium designet: qui ad Seruatorem profectus, ubi litra uerit, consulat Demetrium Seruatorem, quem admodum religiosissimè, commo distimè & ocyssimè dona dedicaturus sit. Quamcunque dederit ditionem, eam ut populus sequatur. Ita hominem deridentes insuper demetriauerunt nec alias satis sanum. Obfessi à Cassandro, & à Demetrio denud liberati, Parthenonis partem posteriorem ei pro diuersorio attribuerunt: quod ille nefarius libidinibus puero- rum profanauit. Statuerunt insuper, uideri populo Atheniensium, quicquid iussisset rex Demetrius, id & apud deos fas & ius apud homines esse. Ibi cum quidam ex optimatibus insanire dixisset Stratoelem, eam qui promulgarer legem: Demochares Laconensis ait: Atqui inflammat, nisi insanat. Habebat enim admodum quaestuosam Stratoelis adulationem. Demochares ob id dictum delatus cum esset, in exilium datus est. Haec agebant Athenienses, cum liberati praesidio & agere uiderentur in libertate. E Peloponneso repetens Athenas, uelle scripsit se, ubi eo uenisset, illuc initiari, mysteriaque à paruis usque ad ultima & recondita sacra, quae epoptica appellant, cuncta percipere. Id nefas erat, neque uisum ante fuerat unquam: uerum peragebantur parua mense Anthestione, magna Boëdromione, recondita inspiciebant interfecto à magnis ut minimum anno. Lectis licentis eius, unus sustinuit intercedere tædifer Pythodorus, incassum tamen. Caeterum lata ex Stratoelis sententia lege, ut mensum Munychiona Anthestione nuncuparent & haberent, Demetrium initiauerit caeremoniis, quae publice fiebant. Mox iterum ab Anthestione Munychion conuensus in Boëdromiona reliquas caeremonias recepit, simulque ad inspectionem quoque admissus Demetrius est sacrorum. Plut. in Demetrio.

Demetrius Poliorcetes à iugo Ptolemæi Aegyptij SICYONIOS liberauit. Libertate restituta, diuinos honores ab iis consecutus est quibus, benefecit. Demetriadem enim urbem nominarunt, sacrificiaque & conuentus, itemque ludos ei in singulos annos sanxerunt, & reliquos honores tanquam conditori suo. Diodorus lib. 20.

POP. Rom. Chærea Caj Imp. interfectori singulis annis parentant. Vide Tit. Tolerantia mortis uiolenta.



OFFICIUM NEGLECTVM ALTERI DEBITVM OB

DOCTRINAM. INOFFICIOSI ERGA

DOCTOS IN GENERE.

Contemptus doctorum late patet, & ad varios locos reduci potest. Consideratur autem uel per se, uel per accidens. Per se quidem, tum respectu Internae formae, tum Extæris effectibus. Internam formam sive Habitum uoco, à quo contemptus procedit. Nam uel doctrina expertas sunt, uel participes. Expertas, ignorantia laborant uel simpliciter, sive deum, qui uel penitus sunt & indocti, eaque propitè docti, quibus cum uel libent communi, odio prosequuntur, uel composita sua sententia, qui eruditioris specie tumidi, ex sua suspensitate aliorum doctrinam metuntur, & contemunt. Sic philosophorum odio non tantum P. uetus laborat, sed & Sophistæ, hoc est, ii qui uel primariis laboribus literis degustant. Et hoc sane respectu contemptus doctorum ad Titulum Indocti peruenit. At qui doctrinam participes sunt, si quidem inuidia & ambitione alios expellere & contemere pergant, ut soli sapere uideantur, ad Astum in auctoritate comparanda,

& honore consequendo referri debent. Iam uero respectu externi effectus, qui ab ignorantia ista procedit, hoc est, ipsius Indocti temerarij de rebus aliorum, sic contemptus ad locum Indocti Theorici inepti peruenit. Quod si nunc contemptus perpendatur per accidens, hoc est respectu dæmoni conuicti, quod redundat in eum qui contemnitur, cui auferuntur ea quae tribui debebant, honor scilicet, aut praemium eruditioris, sic ad Inuictiam delinquendo peruenit.

PTOLEMÆVS Cæcergetes Aegypti rex doctorum summus hostis. Vide Tit. Praeceptores publici.

POETAS.

Alexandri Magni AMICI Callisthenem philosophum ob libertatem oderant. Vide Tit. Adulati nolle. Dantes Aligerius Florentinus paria ob ciuiles factiones pulsus, contulit se ad CANEM ueterem Scaligerum principem Veronensem. Suscepit ab eo Dantes frugaliter: nulla in eum dignitas, nullus honor, nullae opes collatae. At Florentinus quidam per facetias & dicacitatem multas ab eo dignitas

litas consecutus, cum in aula Ganis à Dante quiffet, Cui ipse, qui nullas hostet literas, tam diues euasisset: Dantes uero tanta sapientia & doctrina pauper efficit: Quando, inquit Dantes, ego meis studiis moribusque principem similem inuenero, sicuti tu tuis, & ipse per diues reddat. Quibus offenso principe, cum hinc inde uagus incerta spe errasset, Ratione tandem pauper obijt, ut æterna dignus memoria, & in poesi uernacula excellentissimus. Poggius de Felicitate principum.

Franciscus Petrarcha, cuius ingenio humanitatis studia, quæ in uleis annis sopita iacuerunt, plurimum excitata sunt, cum ad ROBERTVM regem Neapolitanum, qui tum inter principes Italiae excellebat, accessisset, tenui honore susceptus (omnia enim regi eius uirtute erat antiquiora) tantum uitatico adiutus, ad lauream in urbe suscipiendam, Romam uenit, acceptaque laurea in uilla priuata meliori uitæ deditus, spiritus principibus confenuit, ubi & defunctus est. Poggius de Felicitate principum.

ORATORES.

Cæsar Octavius M. Antonius & Lepidus Triuiri, cum CCC proscriptissent, & cædes cædibus mutarent, crudelissimè Remp. exagitarunt. M. Antonio Ciceronem Octavius, Octauio L. Cæsarem autem Ciceronem largitus est Antonius. HERENNIVS Centurio & P. PILLIVS Trib. pl. percussores Ciceroni immisit, cum is lectica de uilla Campana ad mare delatus esset, fores, quas offenderunt oclusas, ruperunt. Non inuento Cicerone, negantibusque, qui intus erant, scire: fama tenet, adolefcntulum à Cicerone ingeniu inuitum literis & doctrina, libertum Quinti fratris, Philologo nomē erat, lecticam tribuno indicasse per confitas arboribus & umbras ambulaciones ad mare deferri. Tū tribunus pauca assumtis, circumcurrat ad exitum. Herennium per ambulationes aduolantem cum sensisset Cicero, imperauit feruis, ut eò loci ponerent lecticam, ac sinistra mentum more suo contrahens, immotis oculis intueus est percussores, squallore & situ oppletus, & facie ex curis marida: ut plerique, dum Herennius eum obruncat, contexerint oculos. Ceruicem ex lectica protendit ad cædem, annos tum natus quatuor & sexaginta. Caput eius & manus, quibus scripsit Philippicas, Antonii impio prædicit. Plut. in Cicerone.

PHILOSOPHOS.

Consule Tit. Philosophie odium, ille sine odi, ignorantia scilicet, perpenditur, in eo qui odio habet: hinc uero in ista uita egra eum qui odio habetur.

NON LYSIMACHVS solum ex uniuerso suo regno per præconem Philosophos expulit, sicut Carystius inquit in suis Historicis commentariis, uerum etiam ATHENIENSES. Athenæus lib. 13. cap. 34.

SO PHOCLES Amphicliæ filius, legem Athenis promulgauerat, ne quis philosophus scholæ præficeretur, nisi id Senatus Populusque decreuisset: qui secus fecisset, ut ei capitale esset. Itaque & Theophrastus & philosophi reliqui urbe fecerant. Sed à Philone Aristotelis familiari deus ob id Sophocli cum sequenti anno, quo abierat præfectura, dictus esset: Athenienses lege abrogata Sophoclem quinque talentis multauerunt, & ut philosophus redire, ac scholam regere liceret, decreuerunt. Laertius lib. 5. in Theophrasto. Demochares Demosthenis confobrinus, in Sophoclis defensionem scripsit. Athen. lib. 13. cap. 34.

Ciuitates cõplures, atque in primis LACEDÆMONIORVM, neque Rhetoricam neque Philosophiam admittunt, ut Chamæ Leon inquit in libro de Simonide. Athen. lib. 13. cap. 34.

Plato sub maiore DIONYSIO, qui fuit Hermocratis filius, primò in insulam nauigauit, insulam & Aetneum craterem inspecturus. Cæterum cum seuisimo principe congressus, quia tyrannidem utiuperaret, parum abfuit, quin ab eo sit interfecus. A Dion exoratus & Aristomene, Polidi Lacedæmonio, qui publicè legatus Syracusas uenerat, ea conditione tradidit, ut pro seruo uenderet. Aegina uenditus est, & ab Anticeu Cyrenaico uiginti minis redemptus: quidam triginta prodiderunt. Sab. lib. 3. En. 4. Alij in forum productū quasi mancipium uiginti minis uenditi aiunt. Sed philosophi eò uenientes, eum eum in Græciam ablegarunt, hæc simul admonentes: quod uirum sapientem aut rarissimè, aut suauissimè uersari cum tyrannis conueniat. Diod. lib. 1.

ANTIOCHVS rex philosophos omnes è suo regno proferipit, graui edicto. Athen. lib. 12. cap. 24.

SABINVS philosophos inanis quæstionibus uexare solebat. Vide Titulum, inficitiam, curiositatem urbanè accusare, reprehendere.

LIBERTVS regius repentinis opibus inflatus, philosophos aliquot ad cœnà inuauerat. Qui cum de re uariis ex mote differrent, & quæstiones eorum non inuelligenti perdidit eula uiderentur, alludens libertus: imò agite, inquit, & conuig, dicite mihi quid cause est, quod ex albis nigriq; fabis non nisi unius coloris efficitur pulmentum? Tangit & mo-

destos animos indignitas. Igitur arridens unus ex philosophis, nõ passus has ineptias: Quin tu nobis ediffere, inquit, cur de albis & nigris flagris uniformes macule resultantis tuis mordaciter, præterit seruitutis eum admones. Petrarcha. ANTIOCHIA, probrosi uocibus Romanum principem Iulianum profcindere non desit, quia philosophus foret, ac barbã promitteret: qui ferme fuit temporu illoru inter philosophos mos uetus. Quib, ille libello illo, quæ ueritate in scriptis respondit. Cælius lib. 9. cap. 28. A. L.

PAVLVS II. Pp. humanitatis studia ita contemnebat, ut eius audiffos uno nomine hæreticos appellaret. Hanc ob rem Romanos adhortabatur, ne filios diuitiis in studiis literarum uersari paterentur: fati esse, si legere & scribere didicissent. Academiae nomen ita oderat, ob falsum crimen con iurationis Romanis obiectum Academiis, ut hæreticos eos pronunciat, quos quocumque ioco uel ferid nomen Academiae usurpassent. Platinam diu in tormentis habuit. Philippum & Geminiano Æthruæ oppido oriundum, qui Callimachi nomen in Academia sumtum postea retinuit, ad Cæsarium Sarmatiae regem profugere cõggit. Alios alia affectu pœnis. Platina.

MECHANICAM Peritiam.

Consule Tit. Mechanicarum artium contemptum.

VICTORIAM.

Miltiadi post fufos ad Marathonem Persas, coronam oleæ ginam petenti, surgens ex media concione SOCHARIS Decelenfis aduersatus est ei, uocemque misit non illam quidem æquam, sed populo id temporis gratam: Vbi unus, inquit, certaueris Miltiade, & barbaros uictris, tunc etiam unus petehonorem. Plut. in Cimone.

ACHÆI propter Oebote (qui primus ex Achæis Olympiæ eoronom stadii meruit) nullum exhibuit honorem, pœna t affectu, quod nullus eorum in Olympiis in posterum uictor euasit, priusquã Oebote honores promeritos uel mortuo deuulissent. Vide Tit. Curforum in stadio.

Imp. Græcus PHOCAS Narsetem insignem ducem contra iramentum uiuum combussit. Magnum hoc Romanis attulit dolorem. Nam ita formidabilis fuit Peris Narsetis, ut puros ij quoque, suos nominando Narsete terrenter. Cedrenus.

AETATEM. HVC PERTINET.

SENECTVTIS nullus honor.

Exempla quadam ex loco Sepulchre & neglecta, colligi poterunt, quatenus senectute confectos in sepulchros abiciunt.

INDI parentes senio confectos gentili more interfectos, Iohennibus epulis permixtos estant Sabellicus lib. 6. cap. 1. Cicerone lib. 1. Tusc. quæst. Val. lib. 2. cap. 1.

BACTRIANORVM efferatos mores explicans Onesicritus, quamuis non omnino Strabo assentiatur, senio iam fectos, aut etiam morbo implicitos canibus obiectari prodit, diu ad id opus destinatis, quos & proprio genitis uocabulo sepulchrales nuncupent. CASPIORVM pietas illa præcipua est, parentes, haud secus ac feras immanitate conspicuas, oclusas & artius asseruatos fame necare, præterit ubi septuagesimum emens annum stiterit. Sunt & qui ita scribunt: Quisquis eam transeuerit annorum metam, in solitudine destituit: alios rei essentem è proximo curiosus inspicere. Si quidem quem aduolantes aues unguibus a rostro conciperent, uiolentiis ex sandapila diripientes, felicitatis argumentum arbitrantur. Si à feris aut canibus conuellantur, non ita. Quod si à nullo attingatur, desent pende ac infelicissimum. Cælius libro 18. cap. 28. Antiq. Lect. & Alexand. lib. 3. cap. 2.

DEBILES Persæ septuagenario grandiores iugulant, aduocato ad epulas pximo quoque, miserissimos arbitrati, qui morbo intercipiuntur, ut scribit Hieronymus quoque. Vetularum carnibus non uescuntur, profectas modo condunt. Si cui fatalis aduenerit ante præritutã metam dies, iudem sepeliunt. Cælius libro 18. cap. 28. Antiq. Lect. ex Aelian. lib. 4. Variæ historiae.

TROGLODITÆ senio confecti, nec armenta sequi ualentes, gutture bouis cauda adstricto finiunt uitam. Qui mortem differunt, licet nolentes, eodem modo admonitos tamē antea, uita priuantidq; habent beneficij loco. Fehicitantes item, aut morbo incurabili correptos, simili afficit morte. Maximum enim arbitrantur malorum, ab eo uitam diligi, qui nequeat aliquid agere dignum uita. Pleriq; corpore sunt integro, ætate ualida: sed sexagesimum non excedunt annum. Diod. Sic. lib. 3. cap. 3.

HYPERBÆOS, qui in extimo orbis tractu siti sunt, homines rigetis barbariæ, & omni humano generi infociales, legimus eos qui logo xuo uixerunt, post epulas & familiarē

conuuium fertis redimitos, ex rupe abrupta in mare dare præcipites. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 2.

Penes CEOS ad Hellepontum lex aliquando lata fuit, cuius & Menander meminit: Καλὸν τὸ κατὰ νόμον εἶναι τὴν ψυχήν, ὁ πόθος τὸ κατὰ νόμον, ὁ νόμος τὸ κατὰ νόμον. Edixit enim, ut uideatur, lex, maiores annis sexaginta a conito uitam finire, ut reliquis cibaria sufficerent. Cumque ab Atheniensibus obfisione urgerent aliquando, decreuere ut ex eis natu maximi morti dederentur, definito annorum numero. Eos igitur illi obfide deliterit. Strabo lib. 10. Conseruato est apud eos, ut senio plane confecti, tanquam ad conuuium se mutuo inuinent, aut ad quoddam solenne sacrificium conueniant, & coronati cicutam bibant, cum sibi ipsi consij sint, se ad promouenda commoda patrie inuites amplius fecerit, animo iam ob ætatem delirare incipientes. Aelianus de Var. hist. lib. 3.

Apud MASSAGETAS genus mortis optimu iudicatur, ut senio confecti in frusta cedantur, & cum ouillis carnibus promiscue edantur. Eos, qui morbo moriuntur, ut impios abiciunt, & dignos qui à feris deuorentur. Strabo lib. 11.

CASPII eum, qui septuagesimum annum excefferit, fame necant, eoque in solitudine expolito, euentum eminus speculantur. nam quem ab auiibus lectulo distrahi uiderint, felitem putant: si à feris uel canibus, nequaquam: si à nullo, ducunt in felicem. Strabo lib. 10.

SARDIA lex erat, ut filij patres iam senio confectos fustibus cæderent, & interentos sepelirent: absurdum arbitrantur esse, si delirus senex ulterius in uiuis ageret. Aelianus lib. 6. de Varia historia.

Franciscus Focarus, dux in Thoniã Mœceni locum suffectus, cum quinque & xxx annos summa sua cum dignitate, & Veneti imperij amplitudine rebus præfuisse, quasi ingrauefcente ætate par tanto honori esse non posset, paucorum certè inuidia, publico tamen SENATVS decreto, si perites adhuc summa dignitate priuatus est. Qui cum ex latinis uerbis purpurea ueste succinctus, magna ciuium multitudine astante, decretumque publicum improbant, in priuatas aedes suas rediit, dolore animi intra tri duu obijt. Cuius mortem uniuersa ciuitas ægerimè tulit: ut illum Paschalis Mastipetrus dux, uniuersaque patricijs ordo ad Minoritanam ædem summa cum funeris pompa extulerit. Quem Bernardus Iustinianus funebri oratione longè celebrerimã laudat, quæ hodie quoque, excusa exeret: Monumentum etiam ad Minoritanã ædis atam maximã, ex Pario marmore, auroque, purissimo illi extructo. Egnat. lib. 3. cap. 3.

DIGNITATEM VEL

SENATORIAM.

COMMODOVS Imp. Senatuum uelut abiectum mæcipium ita neglexit ac contempsit, ut honores, præfecturas ac dignitates per seruos ac libidinum magistrus uendiderit. Ac plurimum eos in Senatuum conuocauit, qui nullius uirtutis merito cæteris contemtiliores fuerant, nulli ratione habita neque ætatis, neque census, neque generis, neque uirtutis. Cuspian.

LEGATORVM. LEGATI VIOLATI

Cede, Morte.

ÆGYPTII cum Cambyse rege Persarum signis collatis, nul lo ordine fugã dederunt. Ad quos, cum se recepissent Memphim, misit Cambyses ad uento flumine nauim Myricenam cum caduceatore uiro Persã, qui illos ad dedicationem hortaretur. Illi ubi nauim aduentare Memphim uident, frequentes ex urbe effusi nauim contumpunt, uirosque frustra dilaniatos in oppidum ferunt. Herod. lib. 3.

Cum Megabyzi ductu, quem Darius Helleponto præfecerat, Thracas à Persis superati essent, in Macedoniam legati Persæ uenerunt, petitum ab Amynta rege aquam & terram. Amyntas eos liberali hospitio excepit, & se regi dedens, in conuiuium tandem pertentibus id ex furore Persis, concubinas introduxit. Quas cum illi attrectarent & oscularentur, indignè eam rem ferens Amyntæ F. ALEXANDER, parem dormitum ablegauit. Ipse postea data optione Persis cum quacunque liberet concumbendi, iuuenulus dimisit lotum: & mox sub eorum specie introduxit adolefcen tes ephēbos, iidem amici uelimentis, & pugionibus clam instructos. Quos simulac Persæ attrectarunt, ipsi pugionibus eductis eos interfecerunt. Hanc eadem postea Alexander partim pecunia, partim forore sua Gygea uenit Persæ, qui unum erat ex inquisitoribus cædis, in matrimonium datus, redemit. Herod. lib. 4.

Legatos Darij regis, terram & aquã petentes, ATHENIENSES & SPARTANI partim in parathrum, partim in puteos deciecerunt, iussentes illic terram & aquam petere. Herodotus libro 7.

MÉGARENSIS Anthemocratum occidit, cum fecialis edictum missus fuisset, ne factam illi terram colerent. Pausanias in Atticis.

SYBARIÆ triginta Crotoniatarum legatos interfecere, & ante moenia feris dilaniandos abicere. Athen. lib. 12. cap. 8. Demades orator ambitiosus & auarus, legatus ad Antipatrum missus ab Atheniensibus, trahens filium sequum perrexit in Macedoniam, diuinitus haud dubiè illuc attractus eo articulo, quò Antipater iam morbo tenebatur, & CASSANDER rerum potius, epistolam reperit Demadis in Asiam ad Antigonom exaratum: qua illum ipcitauit ad imperium Græciæ Macedoniæque; asserendum, quod ex uetere & marci do flamine suspensum esset. Ita enim in Antipatrum erat cauillatus. Quem ut Cassander conpexit aduenisse, præhedit eum. Ac primùm ad mortem ei filium interfecit, ut cruorem patris acciperet sinu, eoque commacularetur: deinde ingrati tudine & proditiõe ei acerbè exprobrata, probriis lacratum interemit. Plut. in Phocione.

Belli Peloponnesiaci anno secundo Lacedæmonij ne non omnia ad Atticas opes euertendas experirentur, legatos ad Artaxerxem in Asiam miserunt, qui ab eo societatem & pecuniam in usum belli peterent, & ut iter per Thraciã facientes, Sitalcem tentarent, an ab Atheniensium abduci posset societas. Erat cum his Aristeus Corinthius, Timagoras Tegeates, & Pollis Argiuus suo nomine ad regem iturus. Eos Helleponto in Asiam traiecturos SADO CVS Sitalca filius (Herod. Sitalcem Tyrei E, regem facinoris huius auctorem facit) ATHENIENSIVM legatoru, qui tum forte in Thracia erant, suauis, oppressit, uindictaque Athenas per Nymphodorum Abderitã misit. Fu erat Sadoocus iam antea ab Atheniensibus in ciuitatem ascius, gratificariq; ob eam rem illis plus quam socium deceret. Legati in Atticam ad ducti, publico Atheniensium decreto interfecti sunt, & in foueas deieci: sicque Athenienses suorum sunt cædem ultri, quos in onerariis nauibus captos sub initium belli Lacedæmonij necarant, in sepulchro abiecerant. Sabellicus lib. 7. En. 3. ex Herodoti libro 7.

FAMILIARES quidam Tatij & propinqui, anno eius regni quinto, Laurentium legatos, in quos proficiscetes Romani incidant in itinere, spoliare sunt aggressi: quos repugnantes & se defendentes obruncauerunt. Romulus facinore perpetrato tam atroci, confestim supplicio afficiendos cent sebat auctores. Tatius rem reuicibat, ac dissimulabat. Vnde aperta est inter eos dissensio exorta, cū alio qui summa moderatione & concordia regnum administrarent communiter. Cælorum necessarij cum pœnas iure gentium, per Tatium non consequerentur, sacrificante cum Romulo Laurentium adorti interfecere: Romulum ut uirum iustum honorificè sunt cum fauore profecti. Ille corpus Tatij magnò honore Romam delatum, tumulauit in Auentino ad Armitulitium: eodem tamen plane neglexit persequi. Sunt qui scribunt, metu petulosos Laurentes Tatij percussores dedidisse, sed Romulum cæde penfatam cædem præfatam, eos nõ xa soluisse. Ideo sermonibus iactatam & habitum, ut à regni socio liberaretur, accidisse id eò nõ inuito. Plut. in Romulo. Vide Tit. Pestilentia.

Fidenas Romanorum colonia ad Larrem TOLVMNIUM uentium regem defecerat. Legati, qui ab urbe eò uenerant; noui consilij causam sciscitaturi, Tolmannij sunt iussu interfeci. Fugerunt qui regem sceleris absoluerent, quod in prospero reserantur, iactu uox eius perperam sit excepta. Cæterum siue errore siue consilio cæsi sunt, qui publico nomine Fidenas uenerant, fuerunt C. Fulcinius, C. Iulius Tullus, Sp. Nautius, & L. Roscius, quibus Romæ post eadem statuta sunt pro rostris postea. Sabel. lib. 5. En. 3.

TARENTINI Romanam classem ex occasione adorti, eius præfecto cum plerisque classiariorum, cæso hostiliter diripuerunt. Legatos ad res de more repetendas ex urbe missos, scelus sceleri addere ausi, contra ius gentium uiolarunt. Bellò proinde à Romanis petiti, cum imparès solibus Romanis essent, nec ob insitam superbiam bellum solui uellent, Pyrrhum in Italiam accessuere. Sab. lib. 8. En. 4.

Sub initia belli Iudaici, Agrippa Iudaeorum rex legatos misit ad seduciosos IV DÆOS Hierosolymam, quos illis hostillos esse sciebat. Borecum & Phœbum, ut postis armis Romanis conciliarentur. At seduciosus timens, ne populus ad Agrippam transiret, Phœbum, priusquam uerba faceret, interemerunt: Borecum uulntratus uix euasit. Iosephus lib. 2. cap. 24. belli Iudaici.

IVLIANVS apostata Imp. cum rabie nefanda cõtra Christianos scuiret, oratores quoque Persarum, qui ad eum Chalcedone uenerant, Manuclum, Sabellem & Imaclum, utolare contra ius gentium non est ueritus, propterea quod Christiani essent. Nicephorus lib. 10. cap. 11. & Zonaras.

Orthodoxi in urbe Constantinopolitana, spe concepta Clementis VALENTIS, legatos ad eum Nicomediæ degentem miserunt, sacri ordinis uiros 80. quorum duces erant Theodorus, & Curbagus, & Menedemus: quos uniuersos una ciuitati succendi iussit. Omnes itaque cum nauis conflagrante

que ad usq; ad Dacibiza duravit, ibiq; dissoluta est. Suid. Cum Constantipoli esset Iohannes Cardinalis ab Alexandro pontifice Manuelli missus ad eius precēs, qui Græcos ad unionem Ro. Ecclesie reducere niteretur, ab ANDRONICO Comneno, qui casu Alexio tyrannidem occuparat, est captus, & canis illi alligatus, cuius cauda os impleuit, ac trahebat per urbem, & tandem in focum præcipitatus ac combustus. Viri autem religiosi pietate moti, ossa sepelierunt. Culpinianus.

Haalon, Magonis Tartarorum regis frater Christianus, Perside occupata, Calipha sublato, Syria imminabat, ut Hierosolymam recepit Christianis restitueret. Mortuo Magone domum repetens, GYRBOCAM cum X. millibus militum in Syria reliquit. Christiani circa Sidonem loca quædam præsidio obtinentes, prædas ex eius prouincie finibus furto abegerunt. Qui res repetitum missi fuerant, contra ius gentium uiolati sunt, & in iis ipsius ducis ex sorore nepos iuuenis impiger interfecit. Ira itaq; & odio accensus Guirboea, Sidonem expugnauit, captamq; diripuit & incendit, maximo cum rei Christianæ detrimento. Aemilius lib. 7. & Sabellicus lib. 7. Enneadis 9.

Refonem, GOTRICI Danorū regis legatū, Suenones aperta ui necare ueriti, dormientem peremerūt. Quippe molarem superne appensum, rescissis uinculis, subiecti ceruicibus illabi fecere. In cuius noxæ expiationem singuli facinoris auctores bisseña auri talenta, & plebe uerò quilibet unam unciam Gotrico persoluere coacti. Vulpecula pensionem uocabat, quod illud cognomen Refoni fuerat. Saxo lib. 8.

HASMUNDVS Noruagiorum rex, Fridleui Danie regis legatos, filiam eius regi suo in uxorem petentes, odio gentis interfecit. Venit ad arma. Hasmundus uiolati generis iuris poenas morte dedit. Cranzius lib. 1. Noruagie, cap.

Florentinosū apud Volaterranos præfectus FRANCISCVS Ferrucius, Fabricij Maramaldi Cæsarianarum copiarū ducis tympanistam, scæcialium more ad eum missum, ut sibi illic dedi urbem peteret, insolenti uerbo offensus, insolentior dux miserum tanquam impiè locutum corripit, laqueoque suspendi iussit. Quod facinus contra militiæ morem superbe editum, ipsi demum Ferruccio exitiū peperit. Iouius libro 28. Historiarum.

ACHOMATES quod uoluntate non poterat, aperta ui à patre Baiazete imperium extorquere conabatur. Missi ad eum legati, qui eum ab insania reuocarent, aut certe bellum indicerent. Sed ille, qui quantum ambitiosus post repulsam ad imperium anhelabat, tantò acerbis atq; crudelibus sibi agendum arbitrabatur, principē legationis bellum atq; extrema quæq; audaciis comminantem in conspectu iugulari, & cæteros ante uesperam castris excedere iussit. Ea res tunc maxime Baiazetis exulcerauit animum, & ab Achomate complures mortales alienauit, quod legatos ad componendam controuersiam missos, contra ius gentium inhumanè admodum ac nulla paris reuerentia uiolasset. Prolinde hostis publicè declaratus, patre mortuo à Selimo fratre captus est & strangulatus. Sab. Supplem. lib. 4. ex Iouio.

Tomumbeius ultimus Aegyptiorum Sultanus, Mèthri pulvis à Selimo Turcorum Imp. in extrêmâ Aegyptum pro reparandis uiribus confugerat. Selimus ad eum uiros insignes, qui facis præcarent, misit, & cum his aliquot clari nominis Aegyptios, qui suaderent, ut arma deponeret, & ita tandem uictoris fortunam agnosceret uellet, ac simul data fide pollicerentur, eum si supplex accederet, regnum, quod tucri armis nequiuisset, uictoris humanitate ac beneficio consecuturum. At si renouare bellum pergeret, & suæ imbecillitatis obliuisceretur, diudicata belli fortuna, nullam eum postea dignitatis ac uitæ conditionem ex merito apud iratos inuenturum. Legati quum traicte Nilo in Scieiticam peruenerunt, antequam audirentur, à quibusdã MAMALVCHIS insana ac barbara crudelitate trucidati sunt. Nefarij siquidè & arrogatissimi homines, Tomumbeio nihil tale expectanti, se gratum facturos putabant, si ad declarandum studium suum atq; alienissimam à pace uoluntatem, tanti odij ac feritatis rabiem ea immanitate sceleris ostentassent. Quod factum superbe atq; atrociter, omnem Selimi patientiam abrupit, & mox funestissimo bello, ac Mamaluchis omnibus finem imposuit. Sab. Supplem. lib. 3. ex Iouio.

Pompeium Columnam sacris iam initiatum Hiscerus Hispanus ob exortam cum ipso simultarem ex Reatini sacerdotij redditibus, ad singulare certamen prouocarat. Pompeius proicte in solum pileo, & stola sacerdotali præiacundia dilacerata, congredi parabat, quando propinquorum cura prohibitus est. Ianus Bracalonius eques Romanus eius controuersia ferro finienda munus suscepit. Sed Hiscerus Bracalonium repudians, quum arrogantius quàm decebat, Pompeium itidè lacerando prouocationis libellis irritaret, res eum habuit euentum, ut præco Hispanus ad Columniæ domus arcam missus, quod Pompeium ad ignominiam tubæ

canu certamen deestasse pronunciarer, à SE RVIS Pompeij sit trucidatus, postquam ea atria superbo ausu uiolasset, quæ damniatis & perfugis, propter inueteratam familiaritatem existimatis, saluti securitatis, esse consueuisset. Ob id Rogerius Hispanie regis legatus, de præconis eadem multo factu & uehementi oratione apud Iulium II. Pp. quiescit, cum obnixè peteret, ut id facinus, quod ad publicam gentis iniuriâ pertineret, insigni exemplo puniretur: rectissime factum pontifex respondit, quod serui à pedibus, ut tantam iniuriæ indignitatè undecarent, Hispanicâ insolentiam Romana superbia contudissent. Iouius in Pomp. Columna. Cæsar Fregosus Genuensis, & Antonius Rinco Hispanus, missi à Francisco I. Gallorum rege ad Turcarū Imp. legati, cum Padum nauigarent, ituri Venetias, capti sunt ab HISPANIS & trucidati. Ea res offensus GALLVS, uenientem eum ex Hispaniæ Georgium Austriacum, Maximilianum Cæsarem norum, Valentium episcopum, Lugduni in uincula coniecit, & ut Lascum Ferdinandi legatum comprehenderet, Solimanno auctor fuit, bello etiam iniuriam hanc profectus est. Sleidanus lib. 14. & Iouius.

Insihiis.

Adrastus Argiuorum rex, Polyneicem generum Thebas reduce re uolens, Tydeum Thebas ad res ab Eteocle repetendas iubeat. Quæ non modò non reddita sunt à THEBANIS, sed contra ius gentium Tydeo uis intentata est. Quinquaginta ex omni iuuentute lecti ab Eteocle missi sunt, qui illi ad Adrastum reduentem infidius exciperent, exceptum obtruncarent. Verùm Tydeus ut iniucto fuit animo, in hostes conuersus, non solum fortiter resistit, sed iis qui secum primò congressi sunt, prostratis, cæteros in fugam actos, turpi ter disiecit. Sunt qui ad unum interfectos dicant, præter paucos, qui cladis ignominiaq; acceptæ nunciij domum abierunt. Tydeus Argos reuersus, quid Thebis sit actum, exponit, docetq; simul, Eteoclem non modò res non reddere sed sibi ad eas repetendas missos hostiliter insidiatum: hæc ait, simulq; recentissima ostendit cædis uestigia, quæ ægrè nuper fuerat reuulsus. His Adrastus commotus, bellum Thebanis inulit. Sab. lib. 6. En. 4.

Vespasiani exercitus aduersus Vitellium in Italiam cum Anio nio missus, cum apud Veronam castra haberet, PONTIVS Saturninus armis arreptis, in Mœsici exercitus legatum impetum fecit: & nisi se in balneo sibi abdidisset, atq; inde clam profugisset, nulla imperij habita ratione eum interemisset. Fulgosi lib. 9. capite 7.

Innocentius Romanus episcopus, de tantis iniuriis, quibus Iohannes Chrysothomus ab Arcadio Imp. præter omnem humanitatem affectus fuerat, certior factus, ex decreto synodi in Italia coactæ, ablegauit Constantino polim legatos, Aemylum Beneuenti episcopum, Cathegium & Gaudentium cum Valento & Bonifacio presbyteris: quos comitabatur Cyriacus & Demetrius, una cum Palladio & Eulysio, qui partium Iohannis Romam questum uenerant. Hi ut primùm Græciam attingere, insidiis excepti sunt à tribuno, in hocipsum ab EVDOXIA Imperatrice, Arcadij coniuges ubornato: & calumniis impetiti, quod orientale Imperiū turbaturi adessent. Itaq; in Constantino politanum suburbium diuersi in diuersas custodias ducti sunt: & cum nolent literas, quas habebat, aliis quàm Imperatori tradere, Valentinus uni pollice fracto, ui illis & literas & pecuniâ eripuit. Deinde oblata aureorum summa trium millium, tentat eos inuitare ad communionem Attici Constantino politani episcopi. Verùm illi præterdunt, se in somnis monitos esse, ne id facerent, ac reditum tantum sibi concedi obnixè petunt. Nauigio igitur ob uentilatè rimosi, mari quasi ad presentissimum exitum exponunt. Valde autem periculosa nauigatione uentres, ægrè quidem tadem incolumes Lampfacum ueniunt: ubi mutata naui, demum domum sunt reuersi. Nicephorus lib. 13. cap. 33. & Sozomenus lib. 8. cap. ult.

Hormisda Rom. pontifex Anno diuini Ticinensem episcopum cum Fortunato, Venantio, & Vitali legatum missi ad ANASTASIVM Imp. Constantino politanum, qui eum ab hære si reuocarent. At ille nauiculæ abscq; uelis remisq; impositos perdere conabatur, nisi nuntius benignitate seruati fuissent: iussitq; Papæ hoc responsum ferre. Imperatoris proprium esse imperare, non imperata pontificis accipere. Itaque Hormisda Imperatorem diuis deuoit. Nauclerus Volum. 2. Generatione 18. & Henricus Erphordiensis.

Vi intentata.

Lasciuientia Megaris populari ditione (in qua etiam eò sunt progressi, ut scenus iam solum extortum fuerit creditoribus, & facilegium admittum) profecti sunt Peloponnesiorum theori per fines Megaricos Delphos, ac cum liberis & coniugibus, tumultuanti in uehiculis pernoctarunt in Aegitis apud lacu. Ibi MEGARENSIVM audacissimi, crapula pleui, uehicula subuerterunt, atq; in lacum impulerunt, ut mul-

theori submersi fuerint. Quam iniuriam Megarenfes discipula soluta resp. non sunt executi. At Amphylionos, quod theoria sacrosancta esset, cura suscepta impiatorum, partim exilio, partim ultimo supplicio multarunt: quorum posteri ab uehementibus uehiculis sunt Hamaxocylitæ appellati. Plutarchus in quæst. Græcis.

Childebertus Fræcorum rex, ad Iugundis sororis suæ mortem explorandam (quæ Carthagine exulabat) Gripponem uirum clarissimum cum aliquot collegis in Africam miserat, ut inde ad Mauricum Imp. Constantino politanum nauigaret. Carthagine dum sedet, quiddam ex eius comitibus in frequentemporio uni mercatorum odoramentis quædam propagulam abstulit, in diuersoriumq; suum se proripuit. Postridie eum in publicum prodeuntē mercator circumstitit, manūq; iniecit suū repetebat. Ex altercatione iurgium triaxq; orta, Austrasianus Afrum interimit. In manifesta eade, tota urbs armis correpta ad ædes, in quas deduci oratores erant, cōcurrit: qui ignari totius rei meridie conquiscebant: sed reuoluntumultu exciti, egressi se ab armatis armis tuentur. Duobus collegis Gripponis ab efferata multitudinis occisio, ipse se, quoad uirtute poterat, tegebat. Vbi crescenti turbæ nulla uirtus obstitit: Præfeci urbis opportunè ad hunc motum accurrentis fidem obtestatur: legatum cum collegis Fræcorum optimatibus de pace ad Augustum missum, armis oppugnari, ignarum quæ causa huius tumultus, cuiusculpa esset. In die mitefcence ira, per colloquium res cognita, sedataq; est. Constantino polim Grippo profectus, uim CARTHAGINENSIVM, uiolaturumq; ius gentium conquectum, peractis mandatis dimittitur, mulctè iratum, affirmantq; Mauricio, ipsius arbitrio regisq; Fræci noxios poenas daturus. Duo decim uincti ab oratore Græco in Franciam ducti sunt ad Childebertum regem, quos fontes adstræ Grippone esse diceret, seq; eorum deditioem facere, finere ex capite, siue pecunia multare uellet. Tūc Grippon: Quam illi sunt ignoro illud factis ficio, me legatione regis Fræci suigentem, non à duo decim tantum Afris, sed à tota Carthagine oppugnatum, collegasq; meos nobilissimos uiros caelos. Paucorum & ignobilium capium deditioem, ut urbs tam pollens potensq; pœna nefarij sceleris defungatur, postulat Cæsar uester, quod excidio omnium, qui in noxa sunt, luendum sit. Læsa enim Fræcorum maiestate, si his ausis id impune sit, inuium orbem terrarum, clausaq; omnia itinera Francis pacis internuncijs erunt, qui armis cuncta sibi patesciant. Ita eo deditio non accepta, uultu tamē in specie peato rex Græcos ita dimisit, ut ei se crederent satis fecisse, & grauius uerbis quidem increpitos Afros, re ueniens imperasse. Post eam diem nihil rei fuit Francis cum Mauricio. Aemilius libro 4.

MALATESTA Balconus Florentinorum legatos pugione uulnerat. Vide Tit. Crudelitas ob deiectione à dignitate.

Verberibus, Flagellis.

MANTONIVS & Cleopatra, uicti ad Actium, ad Cæsarem legatos in Asiam miser. Pererat Cleopatra liberis suis regnum Aegypti. Ille Athenis postulat, si non daretur in Aegypto, ut priuato liceret uitam agere. Amicorum ob transitiones penuria & diffidentia præceptor filiorum eius Euphronius missus legatus est. Cæsar relictis Antonij postulat, Cleopatraz respondit, Nilil benignitatis ei, si sustulisset uel eiecisset Antonium, defuturū. Missi etiam unū liberum suum Thyrcum, hominem haud insulsum, qui oratione sua inuenis imperatoris nomine missus, inflatam mulierem, ac mixte formæ causa tumidam, posset mouere. Hic pollikerat oratione quàm alij, cum ea agens, & supra modum honoratus ab ea, suspicionem mouit Antonio. Itaq; corripuit eū, & flagellis eiecit, inde remisit ad Cæsarem, scribens insultatione & superbia illius se fuisse irritatum, qui esset ob ærietas irritabilis. Id tu si feris, inquit, inquit, habes libertum meum Hipparchum: hunc suspensum flagellato, ut par fera mus. Defecerat enim is ad Cæsarem. Plut. in Antonio.

Castriatione.

PANTALEON Eleorum tyrannus, legatōs, qui ad se uenissent, castrans, proprios testiculos edere coegit. Heraclides in Politis.

Mutilatione.

Thebis stat sub dio HERCVLES cognomine Rhinocolutes, quod caduceatoribus iis, qui ab Orchomeniis ad tributum poscendum missi fuerant (sicuti narrat Thebani) ad contumeliam nates præcidisset. Pausanias in Bœoticis.

Excœcatione.

EMMANVEL Græcorum Imp. postea quàm fama comperit Venetam ciuitatem graui pestilentia affectâ, Henrico Danulo uno ex legatis, quos Vitalis Michael princeps Græciæ deccdens ad eum miserat, per speciem colloqui in secretum abducto, æneam tabulam obiecit, ptius igni admotam, cuius aspectu propemodū luce priuatus est. Satis constat iam

inde semper hebeti uisu fuisse. Sabellicus lib. 3. Enneadis 9.

Proditione.

Cum Pacorus Parthorum rex Hierosolymam cepisset, Antigono Aristobuli F. regnum asserturus contra Hyrcanum: Hyrcano persuasit, ut cum Phasaelo Antipatri maioris filio, fratre Herodis, legatus iret ad BARZAPHARNEM satrapam Parthorum in Galilæam. Paruit Hyrcanus, quamuis diffidante Herode: & perfidio Barzapharne captus, Antigono traditus est. Is a uiribus Hyrcanum mutilauit, ne in postero ad sacerdotium aptus esset. Phasaelus illiso ad saxum capite, mortem sibi ipsi consciluit. Iosephus lib. 14. capite 24. & 25. Antiquitatum.

Retentione.

DIONYSIVS Syracusanus iunior, à ciuibus obfessus, missos ad se legatos loco obfidum retinuit. Iustinus.

Carceribus.

SAES à Cosroe Persarum rege cum magno exercitu contra Romanos missus, Heraclium Imperatorem simulata pacificationis spe ad colloquium de pactis inuitauit. Imperator Sais fallacibus uerbis deceptus, mitit cum eo LXX de proceribus suis legatos ad Cosroem: quos Saes uinctos, cum contumelia in Persidem abduxit. Sed Cosroes Sais, quod Heraclium uidisset, neq; cepisset, eum detrahi, legatos Romanos in custodia dari maleq; tractari iussit. Cedrenus.

Ioannes scriba, Honorio Imp. defuncto, imperium inuadit, & à Theodosio Imp. Orientis dignitatem sibi confirmari petit. At THEODOSVS legatis in carcerem coniectis, missis cum exercitu duce Aspare, tyrannum sustulit, & Valentinianum, amicitia suæ Placidie F. creauit Occidentis Imperatorē. Paulus in Iconus.



CHRISTIERNVS II. Danorū rex, Stenonis Suecorum regis legatos secum in Daniam captiuos ducit. Vide Tit. Clementia erga hostes.

Exilio.

CHILPERICVS rex Francorum, cum Venetam urbem tributariam sibi fecisset, ea que certis de causis episcopum ad regem legatum amandasset: rex ira commotus, etiam contra ius gentium in exilium episcopum egit. Almoius lib. 3. de gestis Francorum.

Inuisione, Contentu.

Ammonitarum rex HANON, Dauidis regis legatis ad se de obitu patris sui consolandum missis, obiecto q; terram suā exploratum uenissent, partem barbæ abradi fecit, uestesq; ad nates usq; succidi, & hac ignominia affectos abire iussit. Peruersa hac de amico suspicione in suam abreptus perniciem; pro barbæ rasis capitis diadema amisit: pro succis uestibus, regnum. Marulus lib. 5. cap. 1. & Sabellicus lib. 10. cap. 2. ex 2. Regum 10.

Romanorum legati fordibus perussu à CORINTHIIS. Eoq; nomine Corinthus à L. Mummiō Achaico solo equata est, & reliquis usq; ad Macedoniam tractus sub Rom. cessit imperium. Strabo lib. 8.

Hædo Augie diuitis magister, & pontifex Basilienis, Hugō Turonū dux, & Aego Foro iulio oriundus, ad NICEPHORVM Occidentis Imp. ab Carolo Magno legati, à Stauratio eius F. inhospitaliter accepti, GRÆCIS ludibrio fuere, & cum magna difficultate in Germaniam rediere. Interea Michael Cypropolitæ Stauratio dieceto rerum potius, Michaelent episcopum, Thæognostum præfatum equitum, legatos ad Carolum mittit Aquigranum. Magnus itaq; Græcos per longissimos maximeq; deuos anfractus Alpium circumduci imperat, donec pecunia omni absumta egeret inciperet. Vbi Aquigranū perueniunt, cum per quatuor summorum aulæ magistratum conciones, quæ ex industria ita subornatæ erant, oberrarent, & illos quod corporis habitu, cultuq; cæteris præstarent, rati esse Carolum, suō more adorarent, uerbis excomposito pugnisq; affectis extrussi sunt. Tandem Magnus ueluti omnium rerum ignarus, potentes, qui illos honorificè ad se deducant, ire iubet: Græci eum in conspectum Caroli uenissent, Hædonem & Hugonem à se ita spercos in tantò honore esse conspicati, conscientia delicti corpora humi sternali. Nec prius surge-re ausi, quàm Imperator polliceretur se errori illorum ignoscere. Ita accepta fide, ubi animum resumeret, legatione more gentis defunguntur. Pax inde, quæ cum Nicphoro conuenerat, cum Michaelē etiam confirmatur. Auentinus lib. 4. Annalium Boiorum.

Epulis.

Bocæcius in deorum Genealogijs tradit LYCAONEM Aferu uuuu 6 radiæ

cadit regem, deus dicitur Molofis, ob fidem quendam ab iisdem accepisse: qui cum ad certum tempus non remitteretur, per legatos repetitum fuisse: ubi tum Lycanem, occiso obfide, carnes eius legatis edendas apposuisse. Sed ex conuivis Lysaniam quendam nomine, qui postea Iupiter dicitur fuit, cognito sceleris, in publicum profluisse, Arcadesq; contra regem inhumanitate facioris concitasse. Atq; ita deuictum atq; eiectum regno Lycanem, in sylvas abiisse, ibiq; reliquam aetatem latrociniis & caedibus luporum more egisse, Glibertus Cognatus lib. 2. Narrationum.

36 CALAMITATEM, MISERIAM. Officij neglectus

ERGA PEREGRINOS.

GABAESESE Beniamite erga Leuitam inhospitalis, ut quae in foro cum uxore pernoctantem, nullus domum suam inuitaret. Vide Tit. Stupri poena.

IOSIAS rex Iudaeorum sanctissimus alioqui, cum Pharaone Aegyptiorum regem expeditionem contra Assyrios molientem impedire conaretur, & transitum ei negaret, cum ille missis legatis hoc ab eo petisset, in praelio uulneratus interiit. 4. Regum 23. & 2. Paralip. 35.

Fama est ATLANTEM nationibus Hesperis imperasse, habuisseq; responsum a Themide Parnassa, futurum esse, ut a quodam Iouis filio regno priuaretur, ut testatur Ouid. lib. 4. Metamorph. Ergo cum Perseus abscissum caput Medusae reportaret, petissetq; ab eo, ut hospitio susciperetur, reiectus fuit ab Atlante. Et Medusae caput Perseus ostendit, & in montem sui nominis mutauit. Polyidus tamen dithyrambius poeta pastorem fuisse ait Atlantem. Natalis Comes Mythol. lib. 4. cap. 7.

CARTHAGINENSES adeo peregrinos exosos habebant, ut qui Sardiniam aut Herculis columnas ad nauigaret, eos mari demergerent. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 10.

ERGA EXILES.

THESEVS factione inimicorum, Menestheo praefertim, pulsis, liberos in Euboeam elam ad Elephenora Chalcedontis misit. Mox in Gargetto deuotis Atheniensium capitibus, ubi nunc Araterion est, in Scyron nauigauit: quod amicitia ei cum incolis, ut arbitrabatur, & praedia paterna in illa essent insula. Obtinebat ea tempestate regnum in Scyris LYCOMEDES. Ad hunc postquam se contulit, postulauit agros reddi sibi, quasi illic commoratus. Aliqui eum autem auxilium ab illo contra Athenienses flagitasse. At Lycomedes, siue quod gloria tanti uiri uereretur, siue ut studium suum probaret Menestheo, eduxit in rupem eius agri Thesea, tanquam inde praedia ei monstraturus, & de saxo praecipitauerunt interemit. Nonnulli sua sponte ferunt prolapsam, cum a caena in deambulatio pro more suo offensisset. Plut. in Theseo. Post pugnam Marathoniam Cimon Miltiadis F. Scyron deleuit, & Thesea ossa Athenas reportauit. Pausanias in Attica.

Cleomenes dux Spartanorum, fugatus ab Antigono, ad PTOLEMAEVM se recepit. A quo benignè primùm exceptus, mox Nicagorae cuiusdam calumnia insidiarum suspectus, se interfecit. Interfectum rex pelle nudauit, cruciq; affixit. Plutarchus in Cleomene.

Bela Hungarorum rex magna strage ad Sauum uictus à Baltho Tartarorum duce, cum paucis è fuga seruatus, peregrino habitu circum fides Poloniae & Morauiae oberans, tandem ad uxorem suam, quam in Austria ablegauerat, peruenit. Ibi latentem, mox proditum, FRIDERICVS Austriae princeps adeo non est miseratus, ut ad nouam insuper miseriam, nempe ad egestatem illum redigeret, expressis ab illo pecuniis aureisq; & argenteis uasis, quae Regina secum extulerat, quasi à se Rex olim tantundem extorsisset, quando pro damnis in Hungaria illatis ei satisfacere coactus fuerit. Bela in Illyricum se contulit, & paulo post equitum Hierosolymitanorum ope, cum Tartari discessissent, regnum recepit. Praemiserat uero nonnullos qui antecederent, aduentumq; suum reliquiis Hungarorum praenunciarent, ut sine pauore interim & periculo suam praesentiam expectarent. Ad hunc morem Fridericus Austriae princeps excitus, tumultuarium militem collegit, obuiamq; Belae prodiit, petens ab eo uectigal in singula militum capita, & nisi daret, transitum denegat. Nouitate rei, indignitateq; omnibus qui cum Bela erant commotis, expediunt statim arma, impetumque in Austria eos faciunt ad Nouam urbem an. 1246. fauore Friderico, ac mox è uulnere mortuo, unica superstitis fratris sui Leopoldi gloriosi filia, uidua Margarita, ad quam successio in Austria pertinebat. Illam cum Vdalricus Carinthiae Princeps, ex forore Venceslai III. Boemorum regis procreatus, occupare conaretur, ab Austriae capti uaret. Igitur cum Albam custodiae causa relegauit. Val. lib. 9. cap. 6. GRIMOALDVS Beneuentanus Dux, à Gundeberto Papiensi rege in societatem belli contra Pertharitum fratrem,

Disidium inter duos fratres de regno Hungariae erat: Emethicus ad SOBIESLAVM II. Boemorum regem confugit, fidem eius implorabat, ut eiusdem fiducia securus ad inde regnum I. Caesarem perueniret, tanquam ad ultimum regnum Christianorum persequitur. At ille captum hospitem, reduci in Hungariam ad fratrem iussit. Caesar Sobieslam exulem, Vladislai I. F. ad conciliium principum uocauit. Moribym. I. le iurare, quam uenire maluit, id eoq; ad Friderici principis Boemicae à Caesare per uexilla, more solenni, delatus est. Is occupata Praga, Sobieslam expulit. Mox redeunt, illi ceteris acie uictorem, ultimo praelio ad Pragam uictum, in exitum denuo egit, in quo tandem periit. Dubrauius lib. 13. SPARTANI Secedat sum supplicem audire nolunt. Vide Tit. Iniusse absoluti.

HENRICVS VI. Imp. ad occupandam Siciliam proficiscibatur. Tusculani Romanorum hostes, audientes Caesaris aduentum, auxilium eius contra Romanos postulantes se fecerunt. Imperator accepto diademate, Celestino III. Tusculum ex pacto tradidit: à quibus ciues crudeliter mactati sunt, pedibusq; mutilati: sic ut oppidi solo equati uestigia uix appareant. Saxa ad memoriam conseruandam destruxit: urbis in cluio Capitolino posuerunt. Cuspinianus, lib. 13.

ERGA SVPPlices.

Artaxerxes Asiae rex, debellato Cyro, Pharnabazum miserat ad omnes maritimas satrapias recipiendas. Qui Cyri partes secuti fuerant satrapae, uanis curis uexati, ne quae in regem commisitissent luere cogentur, legatus ad Tisaphernem missus, cum sibi conciliare pro confirmanda gratia cerabant. Tamos potentissimus Ioniae praefectus in triremem pecuniam ac filios omnes congegit (uno demto, cui nomen Gao erat, qui aliquanto post tempore regij dux exercitus effectus) neq; confusus se Tisapherni fidei credere, cum classe tendit in Aegyptum, & confugit ad PSAMMETICHVM Aegyptiorum regem, qui nepos erat Psammetichi. Quem regem cum antea multis sibi deuincire cerasset beneficiis, existimabat se eorum ob merita illi fore, sibiq; illic uelut porcum quendam paratum, quo tuto confugeret, si quid à rege periculi sibi obiectum fuisset. At Psammetichus amicum supplicemq; iugulauit unà cum filiis, ut ea pecunia & classis se potiretur. Dio dorus lib. 14.

PTOLEMAEVS Aegypti rex, fugiens ex acie Pharfalica Pompeium ubi adesse intellexit, ueritus Caesaris iram si eum ceperisset, Pompeij, si neglexisset: fauore Theodoro rhetore, eum recipere & interficere decreuit. Misso itaq; Achilla Aegyptio cum Septimio, qui ordines duxerat quondam sub Pompeio, & Saluio centurione, nauicula cum è nauis exepere. Saluata ergo Cornelia, quae exitum eius iam ante deplorabat, duos centuriones, ex libertis unum Philippum, & seruum Scynem nomine praefecit in nauiculam iussit descendere. Porrigente dextera ei ex nauicula Achilla, ad uxorem & filium conuersus, Sophoclis iambica pronunciauit:

ἄλλοι τὸν τὸν ἄλλοις ἔστιν ἡμετέροις, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλοις ἔστιν ἡμετέροις. id est, Quisquis domum elatum tyranni accesserit, fit illius seruus, licet liber uenit.

His postremum cum suos esset affatus, ingressus est. Satis amplo intervallo inter terram & trirē, ubi nemo eorum, qui in nauicula erant, hilariter est Pompeium allocutus: inuitus Septimium: Equid te, inquit, ego commilitonem quondam meum agnosco? Ille tantum capite annuit, non est affatus, nec benignitatem ei ostendit ullam. Cui iterum iam immobiles starent: tenens Pompeius in paruo libello conscriptam ab se Graecae orationem, qua uti apud Ptolemaem statuerat, eam cepit legere. Postquam terrae appropinquauerunt, Cornelia cum amicis ex nauis anxia speculabatur euentum. Ibi Pompeium, qui Philippum manu prehendit, quod ferret eorum dominus, Septimium primus à tergo traxit: inde secundum eum Saluio, mox Achillas enses strinxerunt. Ille amabat manus facit toga intexit, nec quicquam indignum se locutus est, nec fecit, tantum suspirio edito patieretur exceptit. Annos natus undecaginta, postridie natalium suorum fato functus est. Illi, qui in nauibus erant, ubi caede spectauerit, gemitum edidit ex litore exaudiatum, anchorisq; prope solutis fugae se mandauere. Aegyptij caput Pompeij defecerunt. Truncum è nauicula nudum proiecerunt reliqueruntq; spectare id cupientibus. Plut. in Pompeio.

CNDOMITIVS iratus Bituoto regi Aruernorum, quod tum suam, tum etiam Allobrogum gentem, se etiam tum in prouincia morante, ad Q. Fabij successoris sui dexteram confugerat hortatus esset: per colloquij simulationem accessit, hospitioq; exceptum uinxit, ac Romam nauē deportandum curauit. Cuius factum Senatus neq; probare potuit, neq; rescindere uoluit, ne remissus Bituotus bellum renouaret. Igitur cum Albam custodiae causa relegauit. Val. lib. 9. cap. 6.

GRIMOALDVS Beneuentanus Dux, à Gundeberto Papiensi rege in societatem belli contra Pertharitum fratrem,

cuius

regno inhiabat, euo catus, astu Garibaldi Taurinacium ducis Gundebertum tanquam insidiatorem occidit, eiusq; regnum occupauit, & Perthariti Mediolano expulit. Mox legatos ad Cacanum Hunnorum regem misit, obsecratum, ut Pertharitum à regno suo dimitteret. Pertharitus eiectus ad Grimoaldum elementiam sibi confugit, exilium, in Italiam reuersus, cum Laudem peruenisset, Vnuisum ad eum unicum amicum suum praemisit, qui de aduentu suo commonefaceret, ac supplex sibi ueniam ab eo & incoluntatem exposceret. Grimoaldus misericordia tactus illum se summo studio receperunt esse respondit, atque hospitium Papii pro dignitate instruit, ac res necessarias expediri mandauit. Confluente inde ad eum uisendi ac salutando causa frequenti Papiensium multitudine, in suspicionem, ut antea, regni ab amicis adductus, subitò de sententia destitit, atque eum proxima nocte custo dit, & comprehensum interfecti per dispositos ad id facinus homines imperauit. Fortè accidit, ut amici beneficio Pertharitus id sentiret. Itaque singulari Vnuisum in duftria, expedito fugiendi consilio, habitum permutauit: & custo dibus deceptis, noctu domo atque ur-

be per auersam partem, qua dispositae uigiliae nullae erant, ad annem euasit, atq; arreptis, quos forte in pacuis nactus erat equis, ipse cum comitibus ab Vnuisio datus in Francia transit. Fugam Perthariti cognitam Grimoaldus iniquè tulit, ita tamen, ut Vnuisio, cuius opera saluus aufugerat, non solum non succensuerit, uerum praemia etiam propter fidem nauatam domino suo operam amplissimè impertierit: ac magnificè collaudato liberam & secum manendi, & Pertharitum sequedi fecerit potestatem. Sigon. lib. 2. regni Ital. PETRVS Castellonensis rex, cum Mahumetes Granatae rex ad eum opis petendae gratia aduersus alios Mauros uenisset, omne aurum, quod secum attulerat, ei ademit: & cum palam iaculati cum suis eum iussisset; primus fuit, qui cum manu sua iaculo pererit: hinc avarum, an crudellem, aut ignatum nuncupabimus: aut eo solo contenti erimus, quod infelix Maurus rex tunc coram ei obiecit? dixit enim, Pertharitum regem turpem nimis triumphum ducere de rege, qui opis, salutisque gratia in eius fidem se recepisset, uiolata fide, uiolato naturae foedere, atque omni humano neglecto more, spoliato atq; occiso. Fulg. lib. 9. c. 4. & Egnat. lib. 9. c. 4.

OFFICIUM NIMIUM. ERGA

MAGISTRATVM.

Plautiano, milicum Seueri Imp. praefecto crudelissimo, statuae multo plures & maiores quam aliis, à ROM. postae sunt, tum aliis in ciuitatibus, tum potissimum Romae: quae tamè deinde post mortem in magnam hominis ignominiam delictae penitusq; excisae sunt. Xiphilinus.

MILITES.

NICEPHORVS Phocas Imp. cum existimaret, robur Imperij & pacem publicam consecuari à uiris fortibus, qui arma gererent, neque dubitarent uitam ipsam pro communi salute profundere: decretum sanxit, atque Ecclesiae ministris auctoritate regia obtrudit, ut milites qui in bellis fortia facta edidissent, inter martyres publicè refererentur, atq; inter quos martyres hymnis aliisq; debitis honoribus coleterent. Verum patriarcha & nonnulli primarij sacerdotēs, imò & politici quidam Deum timentes, isti impio Imperatoris edicto se opponentes, triennio ab usu sacrae Coenae eum remouerunt. Zonaras in Nicephoro.

PARENTES.

Et qui plus parentibus quam Deo tribuunt.

AMICOS.

THEMISTOCLES ad illum, qui dixerat, praecelare impera-

OFFICIUM INIQVVM. INDIGNIS DATA PRAEMIA; HONORES. PVTA

IMMERENTIBVS.

Calligula Imp. à multis heros, & deus à QUIBUS DAM uo carus, omni humana cōditione superiorum se esse putauit. Igitur cum Luna coisisset, & à Victoria se coronatum esse dixit: louem se esse fingens. Fiebat se penumerò Iuno, Diana, Venus, ac praeter mutationem nominum uestes induit diis proprias & accommodatas. Xiphilinus in Calligula.

Nero Imp. cum in scenā habitu citharædi prodidisset, coronam citharædorum à IVDICIBVS obtinuit: quos ipse sanè nequaquam uicera, ceteris omnibus ut indignis uictoria iudicatis. Itaq; reliquae citharædorū coronae ad eum ex omniuidis certaminibus, quasi solus uictoria dignus esset, postea mitebantur. In Olympijs curram agitauit: cumq; ex eo decidisset, ita ut ferè eo casu areretur, attamen corona donatus est. Vnde Hellano dicitur (si iudices tunc Olympiorū) aureorum decem millia dedit, quam tamen summam postea Galba repetiuit. Xiphilinus.

Domitianus Imp. licet ignauus atq; ad belligerandum planè inuicilis esset, cum contra Geras uel Dacos pugnas per duces suos, literas de uictoria (quae ramentum non erat) scripsisset, in toto ferè terrarum orbe, qui sub ditione eius erat, statuae sunt ei aureae atque argenteae à POP. erectae. Xiphilinus in eius uita.

COMMODO Imp. ut nequissimo, sic ambitiosissimo, statua aurea mille librarum cum tauro & uacca Romae iussa S. P. Q. R. creata est. Dion Nicæus, & Xiphilinus. Pleraq; etiam statuae eidem Herculis habitu collocate sunt. Dion.

IMPROBIS IN GENERE.

CATVS Caesar turpissimos ac perditissimos homines in curiam induxit: maluisse quidem honestiores, sed per hos dicebat suam se dignitatem recuperasse: ut ostenderet, inuitum quidem se facere, sed tamen non posse excusare, aut praetermittere. Suetonius.

NIMIUM.

ipsum Atheniensibus, si aequus omnibus & communis esset: Nequaquam, inquit, ea consideram sella, in qua nullam praerogatiuam praer alienis habituri amici sint. Plutarchus in Aristide.

TIBERIVS Imp. Scianò uiuenti adhuc statuam aeneam in theatro collocauit: cuius imitatione statuae multae postea à multis factae sunt. Dion in Tiberio.

INIMICOS.

INIMICOS. Cornelium Baianum, qui potestatem a hostem Cornelium Baianum, qui potestatem a consilio compluribus priuatis uexatus litibus: ad ultimumque subiecto accusatore capitali crimine accusatus, praeritis aduocatis & patronis suis, solum haereditem reliquit. Nimirum consternatio animum eius transuersum egit: amauit enim fordes suas, & dilexit pericula, & damnatione uotis experit, auctorem haurum rerum beneficentia, propulsaorem odio insecutus. Val. Max. lib. 6. cap. 9.

LIBERTOS, SERVOS.

Prætoria ornamenta à senatu, iubente AGRIPPINA Claudij Caesaris, uidimus libertis, tantumq; non cum laureatis fascibus remitti illò, unde cretatis pedibus aduenissent: inquit Plinius lib. 35. cap. 18. Vide Tit. Serui imperiosi.

Ea erat natura CLEMENTIS VII. Pont. parsimonia & dissimulatione gaudens, ut illiberalis & durus potius quam saeuus atque maleficus esse crederetur. Neminem enim plane oderat, quum neminem ad amicitiam, praerquam ab occultiore causa conciliatos: his certe unis adeo intemperanter fauit, ut ad summos honores, aut ad summam auctoritatis locum itabilesequè diuitias nullo pudore proueheret: multorum uero constanter obliuisceretur, qui ab optimis literarum studiis ueteretq; obsequio commedationem & praemia meruissent. Iouius lib. 32. Hist.

INVENTORIBVS VOLVPTATVM.

Clearchus de REGE Persarum narrat, quod suae aliquod edulium inuenientibus praemia proposuerit. Athen. lib. 12. cap. 12. XERXES edidit praemium ei proposuit, qui nouum uoluptatis genus reperisset. Val. Max. lib. 9. cap. 1.

Si quis obsoniorum artifex aut coquus edulium aliquod dignum inuenisset ac magnificum apud SYBARITAS, nulli alij per annum id facere licebat, quo ille qui primus reperisset, per id tempus quae tui haberet, atq; ad auctorem inuenienti fructus rediret amplissimus. Eodem pacto qui anguillas uendebant, tributum non persoluebant, neq; ij, qui casu uenabantur. Tuñ eos, qui purpura marina tingebant, quidque inferebant, immunes fecerunt. Athen. lib. 12. cap. 6. MANTONIVS Trumuir in Asiam profectus, cuius Magnetis bona coquo, qui unam coenam, ut fertur, parauerat scitè, donauit. Plut. in Antonio.

POTORIBVS.

IN BACCHI festo, qui plus bibisset, aurea corona dabatur: quam meritis est Xenocrates Chalcedonius, qui summa corona, cum à coena reuenteretur, Mercurio (qui stabat ante fores) eam imposuit, iuxta praescam consuetudinem. Nam & sic.

& florida, & myrrhina, & hederacea, & laurea ferta solebat hic reponere & relinquere. Aelian. lib. 2. de Varia hist.

ALEXANDER Macedonum rex, cum in honorem Calani Brachmanis Indi sophista (qui seipsum combusserat) certamina musica, equestris & pugillatoria constituisset: uolens gratificari ludis, uisitaram etiam domesticamque concertationem in honorem Calani superioribus certaminibus adiecit, & potandi uini certamē instituit. Atq; primas obtinenti primum talentum: proximo triginta minas, tertio decem, in quibus uictoriam consecutus est Promachus. Aelian. lib. 2. Variæ historia.

TIBERIVS Imp. in ipsa publicorum morum correptione cum Pomponio Flacco, & L. Pisonē noctem, continuūq; biduum epulando potandoq; consumsit: quorum alteri Syriam prouinciam, alteri Praefecturam urbis confestim detulit, codicillis quoq; iucundissimos & omnium horarum amicos professus. Suetonius.

IDEM ignotissimum Quæsture candidatum nobilissimis anteposuit, ob epotam in conuiuio, propinante se, uini amphoram. Suetonius.

DE MERETRICIBVS.

Phrynes meretricis statuam **GRÆCI** exereunt, eamque posuerunt Delphis auream super columnā Pentelici lapidis. Fecit ipsam Praxiteles, quam cum Crates Cynicus conspexisset, in temperantia Græcorum inquit depositum. Collocata erat præterea ipsa imago inter Archidamum Lacedæmoniorum regem, Philippumque Amyntæ, inscriptionemque habebat, Phryne Epicles Thespia: uelut testatur Alceas libro 2. Depositorum in Delphis. Aelianus de Varia historia, & Athenæus lib. 13. cap. 22.

STYMPHALIS mulierem eam in honore habent, quæ cum pluribus uiris habuerit consuetudinem. Erasmus in Adag.

DE PATHICIS.

PHILIPPVS Macedo Alexandrū regnō Epirotarum stupri causa donauit. Vide Tit. Prædiconum.

ANTINOVS Bithynicus, **ADRIANI** Imp. libertus & amafius. De cuius nomine urbem apud Nilum ædificauit, & Mantinea templum extruxit, ut quandoquidem Bithyni ex Arcadia oriundi essent, Mantineenses Arcades tanquam patrio deo (o scelestam insaniam) annua initiā & quin quennale ludicrum celebrarent. Pausanias in Arcadicis, Eusebius libro 4. cap. 6. Iustinus in Apologia ad Antoninum Pium narrat, omnes homines fermē fuisse coactos Antinoi pro

deo uenerari, etiam si scierint quis & unde oriundus fuerit. Apparet autem ex Epiphaniū contra Hæreses libro tertio tomi secundi, non Romæ tantum mansisse Antinoi templum & cultus, sed ad alias quoq; gentes peruasisse, apud quas magno numero templa Antinoi cōdita, & cultus instituti sint. Consentit Dion, qui Antinoi statuas & effigies per uniuersum terrarum orbē erectas esse scripsit: Imperatore subinde referente, stellam se Antinoi uidisse: eoque peribenter audiente, qui ex Antinoi spiritu uerē stellam natam, ac tum primum conspectam fabularentur.

IVLIVS III. Pontifex, quo tempore Bononiæ fuerat legatus, adolescentē quendam Inno centiū infimæ fortis fouere cepit. Hunc tametsi reliqui minus probarent, imò reclamaret, in cardinalium adoptauit collegium, & in domesticam consuetudinem rursus admisit, eiq; cognomen suum & insignia quoque attribuit. Sabelli supplementum lib. 29.

DE SCORTATORIBVS.

LYSICLES, ouium mercator fordidus, eo quod post Periclis mortem cum Aspasia meretrice rē habuisset, principem locum inter Athenienses fuit consecutus. Plut. in Pericle.

DE SCVRIS.

MICHAEL Theophilus Imp. & Theodoræ filius, adeptus imperium, regias opes in res scuriles effudit adeo, ut Hierum quendam, quod uentris crepitu cereum extinxisset, auri aliquot libris donarit. Cedrenus.

Nostra ætate **COMES** quidam, & is Germanus, pollicitus est se maximè spurcum facinum committenti C. Ioachimico daturum. Ibi elegans quidam aulicus mensam ascendens, præsentibus comitibus & nobilibus, aluum exonerat, tetroq; fœdore omnibus fugatis, egregiè donatus uictoriam obtinuit. Andreae Iocifici Silicij acroama.

DE FVRIBVS.


Fur quidam à rege Aegypti **RAMP SINITO** ob astutiam suam, qua usus fuerat tum in thesauro regio spoliado, tum in eludenda filia regis, cui fratris abscissam manum pro sua porregerat, & uitæ impunitate donatus, & regis in superuiliam uxorem accepit. Herodotus lib. 2.

DE SICARIIS.

LYSILLA bellis ciuilibus, dum ciues prosciberet, ei, qui recepisset & seruasset proscriptum, multam se humanitatis capitalem sancire adscripsit nec fratrem, uel filium, uel parentes excepit. Percussori præmium tædis bina talenta: etiam si seruus dominum, etiam si genitorem interfecisset filius. Plutarchus in eius uita.



LIBRI TERTII TITVLORVM DISPOSITIO.



Voluminis Deciminoni Liber III.

DE INIUSTITIA Correctiua.

CORRECTIO MALORVM INIUSTA, RESPECTV Personarum erga quas exercetur.

DE ERGA SEIPSV M.
ADRASTVS, Gordij Phrygum regis filius, cum Atym filium Crexi in uenatione aprum petiturus imprudens occidisset, & Crexius eius errorem ueniam dedisset: ipse tamen seipsum super Atyis bustum transfudit. Herod. lib. 1.

DE ERGA ALIOS. PVTA ERGA HOMINES.
 Exempla peccati ex Tit. Scelerum uariorum, ut Prociuitatis, Adulterij, Proditionis, & similibus, quatenus pena sceleris uel diuinitus uel humanitus inflatum, sed non à quibus oportebat, uictam habent.

Ammon propter stuprum Thamar, sorori illatum ab **ABSA-**

LOMO fratre in conuiuio interfecit. 2. Regum 13.

ORESTES Clytemnestram matrem ob interfecit patrem Agamemnonem interfecit, dignam quidem quæ interficeretur, sed ipse indignus qui interficeret.

AGESILAVS rex Spartanus Sphodriā, qui Piræcum perfidē contra pacem occupare studuerat, capitis arcessitum ab Atheniensibus, ut Archidamo filio, qui Sphodria filium Cleonymum amabat, gratum faceret, perse qui cessauit. Itaq; absolutus Sphodria, Atheniensibus armorum sumendorum occasionem dedit. Plutarchus in Agesilao.

ALEXANDER Magnus, delato ad eum, aliquid sorori cumiformoso iuene interfecisse: non excanduit, sed ait, permittebam illi quoq; non nihil frui regno Parum rectè, qui talia

lia indulgebat, neq; ex dignitate sua. Non est enim imperij dissolutio & petulatia fruito appellata. Plut. in Præc. polit. Ptolemæus Aegypti rex, propter illatas suis ciuibus iniurias, cum ad Romanos fugisset, pecunia eos sibi concilians, Aegyptij statim miserunt legatos centum Româ, ut ibi regem accusarent. Quod cum Ptolemæus intellexisset, omnes ueneno clam necauit. Quod scelus licet crudele POPULO Romano uisum sit, nullas tamen poenas ob Pompeij (qui ipsum defendebat) potestatem dedit. Xiphilinus in Pompeio. Bello sociali cum Albinus uigum prætorium legatû L. Corn. SYLLÆ milites ipsius fustibus & lapidibus oppressissent, conuiuit, neq; uindicauit flagitium tantum: imò uerò sermonibus glorians distulit, promptiores idè eos in bello habiturum se uirtute peccatum eluentes. Plut. in Sylla.

T. IUNIVS cohortis prætoris præfectus, penes Galbam Imp. plurimum poterat. Is Tigillinum Neronis magistrum, hominem impuriss. auro corruptus, flagitante eum populo ad egedem, interfecit reliquis, seruauit. Nâ cum spectaculum populis Romanis nullum perinde exspectaret, atq; Tigillinum rapi uidere ad supplicium, neq; desisteret in omnibus theatris & circis deponere illum, Imperatoris edicto increpitus est. Tigillinum significauit, quod esset tabe confectus, haud diu superfuturum: petere à populo se, ne efferrer, neq; tyrannicum efficiat principatum suum. Decepto hinc in modum populo, Tigillinus pro salute adepta sacrificauit, & splendendum conuiuium apparauit. T. Iunius surgens ab Imperatoris cœna ad illum concessit comessatum, ducens secum filiam uiduam: cui propinauit Tigillinus duo decies H S, & pellicum suarum primariâ monile iussit collo suo detrahare, atque ex illius suspendere, quod sexcentis millibus numum dicebatur esse. Plut. in Galba.

ALBINVS Iudææ procurator sub Nerone, audito Gessû Florum sibi successorem uenire, uideri uolens gratificatus Hierosolymitanis ciuibus, productis uinctis, quotquot erant in

manifestè capitali culpa, iussit interficere: reliquos, qui leuioribus erant de causis cõiecti in uincula, reductos in carcerem pecuniis multatos dimisit alium post alium. atque in hunc modum uacuato uinctis carcere Iudæa repleta est latronibus. Iosephus lib. 20. cap. 8. Antiq.

Iudæi conuentum celebrem habuerunt in Vissenfelde, oppido Misnensis Marchiæ, circa an. sal. 1384. ex longinquis remis, eò uenere, publica securitate per itinera à principibus impetrata. QUIDAM militares per insidias captis omnibus, quibus dâletu casis, ingentè prædâ abstulere, ad quinq; millia sexa genarum de grossis. Accusati illi apud principes, interposita fide publica uenire ad respõdendum. Vnus ex eis promittit ait, iure, inquit, diuino ac ecclesiastico, non discrepante imperatoria lege, hostis ecclesiæ, & eius uiolator, nulla debet immunitate gaudere. Quis autem nescit quales sint Iudæi ecclesiæ hostes? Et quoniâ hostis terreni mei principis, hostis quoq; meus iure optimo censeri debet: multo magis hostis æterni principis (quem etiâ patrè inuocamus) debet mihi publicus hostis haberi. Si quid ergo ex hoste publico retuli, optimi principis, inter iusta debet spolia computari: nec ad cuiusquam, præter passî, pertinere debet iniuriam. Delectati principes fucato militaris uiri responso, illum absoluerunt, Iudæis cum irrisione dimissis. Cranzius libro 9. Vandalia, capite 17.

ALEXANDER & ARISTOBVLVS Mariammes matris necem in patre ulcisci iniussit studere. Sic etiam FABRICIANVS matrem sic SMIRNÆA mulier maritum interfecit. Vide Tit. Crude litatis ob mortem alii illatam.

BRVTA.

Ex loco Crude litatis hinc quædam, Illic traxit, hinc inuoluitur, qualitate habetur ratio.

INANIMATA.

Theagenis statua iniussit à THASIS damnata. Consulite Tit. Vltionis nimia erga ratione carentia.

INIVSTA CORRECTIO PER SE CONSIDERATA. VEL

NON OBITA, NVLla Etuel

ERGA SEIPSVM. POENITENTIA nulla, Emendatio nulla.

Bello Iugurthino, Turpilius præfectus fabrum in exercitu erat: qui cum præpositus præsidio Vaccæ magnæ urbis esset, quæ cui nulla re uiolaret, sed eos leni & benigno imperio haberet, confusus, imprudens uenit in hostium potestatem. si quidem Iugurtham in urbem acceperunt, nec Turpilium tamen illa re laquerunt: sed uita ei precibus impetrata, iniuncta tû dimiserunt. Quæ de causa accusatus est, pditionis. Cum de eo quaereretur, aderat in cõsilio C. MARIVS legatus. ac tû acerbus ei erat, tum plerisque alios in eum incendit, ut Cæcilius Metellus consul hominem cogere tur inuicis rei capitulis damnare. At paulo post apparuit falsum crim. Vbi cum multis esset dolor Metelli molestus, Marium exultantem, & hoc factum sibi arrogantem, non puduit in circulis dicere, Vltices diras se hostis interfectori infixisse Metello. Plutarchus in Metello.

ERGA ALIOS.

Consulite Tit. In iussis liberare, non punire. Refert Gellius, apud ueteres AEGYPTIOS (quod genus homines constat & in artibus reperiendis solertes cum primis extitisse, & in cognitione rerum indaganda sagaces) furta omnia in discriminatim fuisse licita, & proinde citra ullam noxam poenam. Cælius lib. 18. cap. 1. A. L.

CAROLVS V. Imp. Muleastem regem Tunetanum, qui XX fratres imperandi libidine uel interfecerat, uel exegerat, patrem ueneno sustulerat, in nouerces, in subditos crudelissimus fuerat, pæderastem putidissimum, à Barbarossa Solymani classis præfecto regno eiectum, in integrum restituit, binosq; tantum falcones ad aucupium, & binos è Numidia pennis equos tribuit nomine quotannis imposuit: ea conditione, ut Christiani nominis amicus, Turcarum uerò gentis perpetuus hostis, Cæsaris nomen coleret, & Guletano præsidio Hispanorû mille stipendium persolueret. Iou. l. 33. Triscalanus Comes magus conuictus ea fecisse, quæ humana facultas non potest, nec speciosam ullam rerum à se gestarum rationem ualens afferre, omnia ope Satanæ fieri confessus est, ueniâq; sibi à CAROLO IX. Galliarû rege dare postulatit, plurimos se indicaturû pollicès. Rex ea lege indultit postulantem, ut conficos deferret affinesq; eius dem criminis. Fecit, multorum que nomina & cognomina quos nouerat protulit: quos autem in cœtibus uisus de facie solû cognouerat, eos ut agnosceret, iubebat se in publicos conuentus duci, humerumq; aut aliam corporis partem in iis qui magicam calluerat curabat inspicere, ut deprehendere retur signû: eos uerò ex medio oculorum interuallo nosce-

bat, quib. signû deerat, & quib. diabolus tãquã fidelissimis subditis summopere confidebat. Veruntamen istorû hominû persecutio delatioq; statim suppressa est, siue fauore & cõsensione, siue infano studio tegendi certos homines affinis istius criminis (de quibus nulla foret unquam fuisse ortu suspicio) siue propter immanem istorum numerum. Et est fugit in dex. Bodinus lib. 4. Daemon. cap. 1.

OBITA ERGA IMMERTENTES.

Accusationis & Condemnationis iniussis libro primo meminimus, ut generi inferuimus. Et sic speciem iniustitie consideramus.

P. Trebonius complures fecerat hæredes: in his suû libertum, is Aulum Trebonium fratrem habuerat proscriptû. Ei cum cautum esse uellet, scriperat in testamento, ut hæredes iurarent se curaturos, ut ex sua cuiusq; parte ne minus quam dimidium ad Trebonium fratrem perueniret. Libertus iura uit. Cæteri HÆREDES ad C. Verrem Prætozem adierunt (tunc enim adire necesse fuit, nec in perpetuum à Prætoze, sed per singulos hoc iusturandum remittebatur) docerent oportere se iurare facturos esse, quod contra legem Corneliam esset, que proscriptum iurare uetat. Imperant ut ne iurent. dat reis possessionem: & restit. At liberto male possessionem a demit: eò quod iurasset secundum uoluntatem patroni, quia sicut aliis facit, ita seruo uel liberto conditio iusturandi non remittitur: admittuntq; est, ut iis uel tacite si dem accommo dante non noceat (quod etiâ in filio dicitur) quia parendi necessitatem habent. P. AERODIUS libro 1. De rectorum, ex Cic. Verrius 2.

OBITA ERGA MERENTES.

sed illa uel

NIMIA.

Maioris poenæ exempla ex Tit. Immoderate uindicta, tum respectu personarum, tum respectu sceleris ob quod irascuntur, petri possunt. Illic enim ratio habetur neglecte Moderationis in uindicta: hinc uero nimia Poenæ, quæ sceleris aliquo obsequio irrogatur.

Libidinis cuiusuis poenâ nimia.

Ch. FVRIVS Brocum, quem deprehenderat, familiae stupradum obiecit. Val. Max. lib. 6. cap. 1. Romilda nupta Gifulpho Foro iulianorû duci, quatuor ex consilio, filias autem duas genuit: CACANVS Auarû rex, Gifulphum in acie cû omni serè nobilitate cecidit. Romilda in Foro iulij arcem obsidionem passura sese recepit. Auarû arcem obsidione cinxerunt. Cacanum muros Iustantem, etate florentem & splendidum rutilantibus armis equoq; Romilda ex turri conspiciens, ommissis lacrymis, mittit nuncios, suas

suas huptias eum arce dotali offert. Cacanum imperij cupidus, petitis annuit. Auarû recepti, omnes uiros interfecere, mulieribus in seruitium referunt. Rex ne possit uoluntate fidei accusari, sese libidini & amplexui ardentissimæ mulieris concessit: inde ex eius uinis aullusus, uocatis duodecim ex Auaris robustissimis, ad mulieris puriginem extinguent dam, eis illam tradidit illudendam: demum surgente sole, mediis in castris pilum præcurum erigi iussit, cuius acies Romilda genitalibus infixa est. Paulus Diaconus lib. 4. cap. 12. Palmerius, Sigebertus anno 616.

ASILEAN. Christi 1297. deprehensus in stupro Sacerdos, testibus mutilatus est: inq; in foro omnibus ad spectandum propositû. Stumpfius.

Tyrannidis.

Roboamus propter tyrannicas minas à decem TRIBVVS deseruit. Vide tit. Consiliis malis parere.

GRACIUS lege cauetur, ut tyrannorum filij uelut facinoris cõscij, parentum crimina luan, & haud secus morte exilioq; multentur, scedâq; in eos exempla iræ inuidiâq; exerceantur. Alex. lib. 2. cap. 16.

Maiestatis læse poenâ nimia.

TIBERIVS Cæsar crimelæse maiestatis atro cetera ad egedit ut consulente Prætoze, An iudicia maiestatis cogi iuberet exercendas esse leges responderet, & atrocissimè exercuerit Statuæ quidam Augusti caput demerit, ut alterius impo-neret. Acta res in Senatu. Et quia ambigebatur, per tormentum quaerita est. Damnato reo, cõfessim hoc genus calumniæ eò processit, ut hæc quoq; capitalia essent: circa Augusti simulacrum seruum sedisse: uellem mutasse: numo uel anulo effigiem impressam, latinæ aut iupanari intulisse: didum uilum, scdâque eius existimatione aliqui læsisse. Perit deniq; & is, qui honores in colonia sua eodem die decerni si- passus est, quo decreti & Augusto olim erant. Suetonius. Profecto in Africam SEPTEVERO legato, obtulit se amicus Lepititanus eius, & ut antè cõsueuerat, præ læticia cum amplexus est. Ea re indignatus Septimius, palam cædi cum grauitè iussit: præcone magna uoce eum monente, ne ipse homo plebeius in posterum tam stultè, dignitatis non habi- ratione, legatum Romanum complecteretur. Illius principij feruerate iam indicabat, qualis futurus esset Imperator. Fulgofus lib. 6. cap. 3.

HERACLIVS Imperator ex Fabia Eudoxia uxore habuit Epiphaniam & Heracliam, qui Constantinus nonus appellatus est. Cæterum cum defunctæ Fabiæ funus efferretur, Epiphania forte quadam spuit per fenestram, contigitq; ut matris elatû corpus sputo attingeret. Ergo Epiphania nulla mora facta, comprehenditur, unaq; cum cadauere rogo imposta, uiua exurit. Nam siue id imprudentia factum erat, siue malo & impio animo, perinde haberi placuit: ideo quia & de matre quid per uiam ageretur, & quo in loco speret, dissimulare non potuit: ut si ne in corpus quidem defunctæ matris sputum cecidisset, tamen id totius pompæ finemque uel ludibrio uel indignatione fecisse uideretur. Hanc igitur iniuriam, que ad deos, ad parentes, ad Imperatorem, ad populum Romanum pertinet, subito atque feruissimè uindictari debuit. P. AERODIUS ex Pomp. Læti Heraclio. Io Anonaris barbaram puellam per imprudentiam sputum in pheretrum reiecit, & eodem rogo crematam scribit, crudeli barbaroq; exemplo.

Cædû.

CHERONÆI iniussit damnant adolescentes pudicitiam suam defendentes. Vide Titulum, Seueri erga pudicitia corruptores.

SARVS & AMMIVS fratres, fororis cædem iniussit ulciscuntur. Vide Tit. Perfidia uxorum erga maritos poenâ.

ROSIMYNDALBOINI Longobardorum regis uxor, patris mortem iniussit ulciscitur. Vide Tit. Crude litatis ob mortem aliis illatam.

GUIDO Montisferati comes paternam mortem iniussit ulciscitur. Vide Tit. Crude litatis ob mortem aliis illatam.

THASIORVM nimiam feruicatem in Theagenis statu apertè ex Tit. Vltionis nimia erga ratione carentia.

Latrocini.

Veticillus, famosus in Campania latro, quum exul præteritis maleficijs ueniam ab Philiberto Aurantio Caroli V. Cæsaris exercitus imp. impetrasset, Cæsaris milites Neapoli à Gallis & Venetis obfessos, inuecto multo pecore, misisset adiuuit. Sed hic confecto demum bello ita inexpectatum eius beneficij premium tulit, ut à PRÆTORE Capuæ, uiro Hispano, & ut plerunq; fit, eius spolis inhanter, comprehesus in furea suspenderetur: iusta quidem ueteris maleficijs poenâ, sed omnino iniqua, si recentis publici beneficij memoria spectaretur. Iouius lib. 26. Historiarum.

Proditionis poenâ nimia.

Stella quam per Syllæ Nisi regis Megarensium filij proditione

nem, Nisæam & Megaram INO ð cepit, non modò non uxorem eam duxit, uerum etiam suis, ut in mare illam abiecerent, imperauit. Mortuam æstus ad promontorium Herminio neosis agri detulit, quod Scyllæum ab ea dictum est. Nequè uerò eius uspiam sepulcrum ostenditur: nam cadauer inscruptum iacuisse aiunt, usq; dum à marinis uolucris descriptum est. Pausanias.

Fertur de ACHILLE, eum, quum instructis nauibus insulas depopularetur, accessisse ad Lesbos, atq; in singulis urbibus captis omnia diripiisse ac trucidasse. Quum autem Methymnæ incolæ potenti manu ei resisterent, in magna consili inopia postus fuit, quòd putaret impossibile esse urbem capere. Tum sanè puellam Methymnæam, Pissidem nomine, regis filiam, Achillem à muro conpexisse, ac mox amore illius correptam, nutricem ad eum misisse, quæ polliceret tur tradituram se illi urbem, si quidem uellet ipsam habere pro uxore. Achilles statim promisit. Postquam autem ciuitatem obtinisset, indignatus ob factum, exhortatus est milites, ut puellam lapidibus obruerent. Parthen. cap. 21.

LYSIMACHVS cum Amphipolim cepisset Andragathi proditione, magnis cum muneribus ornauit, maioraq; promisit, si in Asiam secum unâ proficisceretur. Postquam uerò ad Thracias angustias deuentum esset, nò solùm omnibus bonis quæ possidebat, eum spoliari: uerum etiam tormentis confectum, uita priuauit. Polyæn. lib. 4.

BRENNVS Gallorum rex, Asiam diripiens, quum Ephesum uenisset, Demonicam plebeiam uirginem adamauit: quæ & concubitum & Ephesi proditionem pollicita est, si mundum sibi muliebrem & manuum ornamenta traderet. Milites igitur auarissimæ uirginis suam auro quod gestabant implentes: magna ui auri uiuam obruerunt. Clitophon lib. 1. rerum Gallicarum, & Plutarchus in Paral. cap. 30.

Sabini Imperatore Tatio creato, contra Romulum mouebat. Haud expeditus erat ad urbem accessus: quòd is collis, ubi nunc Capitolium est, propugnaculum iis esset cum præsidio: cui præerat Tarpeius. Verum filia præfecti Tarpeia, cupidine capta aurearum armillarum, quas gerentes uidebat Sabinos, prodidit iis arcem, pacta proditionis mercedem que leuis manibus ferrent. Hac conditione Tatio unam noctu referat portâ, qua recipit Sabinos. TATIVS iussit suis, ut conuentorum memores, quæ sinistris ferrent, omnia congererent in illam. Ipse ante alios detraxit manus amillam, unaque cum hac secutum ei iniecit. Cum idem facerent omnes, auro illa iniecto scutisque obruta est: ita que numero & pondere oppressa. Plut. in Romulo.

Procopius confobrinus Iuliani, qui sub Iouiano tyrannidem affectans, ceperat Chalcedonem (ut Nicephorus narrat libro undecimo, capite quarto) postea quam Valentinianum & Valentem Imp. designatos resciuit, Constantinopolim ingressus, imperium sibi rapuit: & multis copiis breui temporis interuallo cõtractis, Valenti adortus parat. VALENS re cognita, exercitu collecto ei obuiâ procedit. Apud Phrygiam salutarem seu Natoliam congregiuntur. Procopius à ducibus suis Agelone & Gomario capitur, & Valenti traditur. Iurauerat Valens, se eis partitum: sed postea iuramento uiolato, Agelonem & Gomarium ferra discerari, Procopium uerò duabus arboribus incuruatis alligatum discerpi curauit. Socrates lib. 4. cap. 5. Exemplorum.

MAHOMETVS cum obsideret Constantinopolim, quidam Constantinopolitanorum ciuium Constantino VIII. Imp. infensus, proditionem urbis magna ui auri, & unius filiarû Imperatoris nuptiis pactus est. Potius urbe Mahometus anno Salutis 1433. 4. Cal. Iunij (qui Christianis omnibus semper funestus esse debet) magnum auri pondus in medium afferri iussit, & ad proditorem conuersus: Qui, inquit, filiam meam tibi uxorem cum dote (quæ præsens est) poscis, cum Christianus sis, cures hanc exuas oportet, ut dignus Mahometica sponsa fias. Adest carnifex, & excoriat hominem: inde cineres cum sale calidos uulneribus inserit, mox lecto cooperit, quasi noua cutis ei hac ratione succrescere possit. Sic proditor nequissimus dignas perfidia poenas à truculentissimo tyranno tulit. Culpinianus in uita Constantini VIII. Imper.

Ladislaus Hungariæ rex, Boemiæ quoq; regnum initurus erat. Tum Ianus Smiritius (Syluius Smiritium uocat) procerum haud offrensus, consilio rerumq; utriusq; factionis apud Boemos, Romanæ scilicet & Hussitice, conscius, dat literas ad Ladislaum sua manu in hanc sententiam scriptas: Placet ut in regnum quàm primùm uenias, sed non sine copiis & armis, si modo regnare in Boemiâ cupis, & uiuere. Has literas Ladislaus puerili animo Vltico Comiti Cilia, aduunculo & rectori suo, tradidit illeq; perlectas ad GEORGIUM Podiebra dium, Boemiæ gubernatorem ab Hussitis dictum, remittit. Nec is moratus, illas in cõcilium procerû, in quo Smiritius quoq; aderat, secum affert, suppressoq; auctoris nomine, sensum illarum eum magna indignatione recitat:

recitat. Omnibus supplicium eum meritum, quisquis literas scripserit, censentibus, rogat scorsim Georgius Smitij sententiam. Illo respondente simpliciter, tanquam facti huius ignaro. Quid aliud hac in re censent, quam quod ceteri omnes? Quid illi literas, iubetq; signum & manum agnoscere, ac statim eodem die supplicio capitali afficit: de alieno cautius quam de suo capite curiosum. Dubrauius li. 28.

IAROPELCVS Klouientium princeps, cum aperta vi imparem se esse Boleslao III. Polonorum regi cerneret, Hungarum subornauit, qui pro perfuga ad Boleslaum delatus, captata occasione uel uita eius peteret, uel insigni aliqua clade Polonos afficeret. Qui quidem ita se in amicitiam crediti principis breui tempore insinauit, ut ad consilia omnia adhiberetur, ac praefectura Viscientium donaretur. Profecto interea ad Caesarem Lotharium Boleslao, Hungarus Russis Visciam oppidum diripiendum tradidit. Proditori Iaropelcus princeps praemij loco linguam praecidit, oculos effodit, genitalia membra abscidit. Sic ille perfidus dignam sceleris sui mercedem tulit. Cromerus lib. 3.

Obfidentibus Albam Graecam Turcis, milites quidam de urbe tradenda, auti spe facta, consilium cepere. Eos **PAVLVS** Kinisius, inferioris Hungariae praefectus, comprehensos se mutuo deorare coegit, singulis diebus singulos affos apponens. Qui ordine ultimus erat, famis rabie ipse seipsum dentibus laniasse fertur. Bonifinus lib. 3. Dec. 3.

Desertionis.

ATTICAE mulieres cum uiros in praelio contra Aeginetas amississent, cladis unicum nuncium fibulis & acubus tuquam desertorem interfecerunt. Vide Tit. Latrocinij poena.

Aeris alieni poena nimia.

Est hic mos apud **MOSCOVITAS** receptus, qd omnes debitorum reddant, & ex legis praescripto in locum certum & publicum ad id ordinatum ducuntur, ibiq; a seruis Praetorianis flagris baculifq; per furas & crura pedu grauitate abfque ulla misericordia cedunt, tam diu, donec, undecunq; accipiendum sit, creditoribus sua reddere cogantur. Quod si soluendo non sufficiunt, tunc uerbis multoties exagitati, creditoribus secundum debitum debiti seruire coguntur. In hunc quoq; locum omnes coram magno Duce per contumeliam accusati ducuntur, & si ditiores fuerint, cuiuscunq; conditionis, tam diu uerberantur, donec imperatam pecuniam (quamuis nunquam debitam) magno Duci soluant. Guaguinus in descriptione Moscouiae, cap. 4.

Ingratitudinis.

Cum **LACEDAMONII** fallis inducti oraculis Athenas seruitute Pisistratarum tyrannorum liberafent, duce Cleomene rege, neque ulla sibi ex hoc facto gratia ab Atheniensibus haberetur, Hippium Pisistrati F. de Sigaeo Hellefonti, quod Pisistratae confugerant, reuocarunt, & Athenas reduxerunt. Herodotus lib. 3.

Inobedientiae.

MACHVS Poenorum dux, ob rem male gestam in Sardinia exili indicatus, Carthaginem obsidebat. Cartalo Machae filius, ex Tyro reuersus, quod publice fuerat missus, ad decimas Siciliensis praedae Herculi soluendas, quum praeter castra iter faceret, a patre accessit, publicae religionis munus dixit se obire malle, quam priuato officio fungi. Tulit superbum filij responsum Macheus iniquo animo: religionem tamen reuertens, uim illi inferre non est ausus. Nec ita multis interiectis diebus, Cartalo commatu in castra a magistratibus imperato, cum purpura & insulis, ceteroq; sacerdotij ornatu, ad patrem uenit. Macheus filio in secretiorem locum abducto, Quia tu nihil, inquit, in patre praeter nomen exulis agnoscis, ego quoq; non patrio affectu, sed imperatoria & hostili uel exceptum ulciscar: ut sis ceteris mortilibus documentum, ne quis postea miseris parentibus tam petulantem insultare audeat. Haec dicens, filium in altam crucem cum ipsis insignibus sustulit. Sab. lib. 9. En. 3.

P. CRASSVS Mutianus architectum ob imperium licet cum ratione spretum uirgis caedit. Vide Tit. Ambitio in infamia enitanda, ex imperitiae obiectu.

Negligentiae poena nimia.

Victo nauali pugna Callicratida Lacedaemonioru duce, cum eo praelio **ATHENIENSIS** uiginti quinque, naues cum uiris ipsis amississent, placuerat ducibus Atheniensium Cononi, Diomedonti, Leonti, Pericli, Eresinidi, Aristocrati, Archedrato, Peromacho, Thrasyllo & Aristogeni, Theramenum & Thrasylbulum cum quibusdam alijs praefectis, iis qui naufragium fecissent, auxilio mittere, ut aut uiuos recollerent, aut mortuos sepelirent: quae cura semper apud omnes Graecos potissima fuit. Id uero tepestate impediti Theramenes & Thrasylbulus, inuiti praetermiserunt. Attamen hi decem reuerfi Imperatores, sententiam dicente **Timo**crate, nec non

ipso Theramene accusante, a **SENATV** decretum est, ut statim e uinculis rationem redderet, cur naufragi opem non tulissent, mortuos sepulturae non tradidissent. Hi tempore excusationem afferbant: praeterea si quos hoc nomine accusare aut supplicio affici oporteat, culpam esse in Theramene & Thrasylbulis, qui quod eis imperassent, non praetererunt. Quod ad se attinet, curae ac diligentiae suae testem habere omnem exercitum. Cum in noctem incidisset haec tumultuaria accusatio, ita ut manus, quibus cleuandis populus quod uult iubet ac decernit, inspicere non possent: placuit rem in alium diem reuocari: interim uero arbitratum Senatui, quae poena ducibus dici debeat. Post die Senatui, cum Theramenes & Callixenus rem omnibus artibus & occultis calumniis in inuidiam protraxissent: censuit eam, ut si plane cognita esset ac perspecta, iudicio populi committi oportere, haec conditione, ut si damnari placuisset, undecim annis occidendi traderentur, bona publicarentur, & eorum decima deo uoueretur. Sed extitit Euryptolemus Callixenu accusans: indignum esse, prius iudicium dici, quam legum ordine reus & aduersus reos causam dicere permitteretur. Sed audire **CALLIXENO**, & accusatorum factione & opib, factu est, ut scilicet populus, se & de ducibus & de iis qui intercederent, quod minus suffragia ferent, simul iudicium latum. Quare iudicium imperatum est, ut primi sententiam dicerent. Hi antea quidem negarunt, se contra leges suffragia laturos, sed postea timore periculi tulere omnes, praeter Socratem Sophronisci filium. Ita que decem strenuissimi duces & innoxij damnati sunt: ex quibus sex, qui praesentes erant, occisi sunt. At paulo post, tanta iniquitate iudicij perperata, populus iussit, ut a quibus seductus ac subornatus esset, hi capitis arcefferentur, & uades darent quoad iudicarentur. At Callixenus cibi abstinentia sibi mortem aut licet illi orta seditione abierunt in exilium, priusquam darentur. P. Aeri dius ex Xenophonte, lib. 1. Rerum Graecarum, & Valerio Maximo, lib. 9. cap. 8.

Ab Atalio Cleopatrae reginae (quam repudiata Olympiade duxerat Philippus) auunculo cum **PAVSANIA**s adolescens nobilissimus conspuleret, & ab eo per contemptum plurimum contumacium libidini, ut uile scortum, subiectus esset, quapropter pro ludibrio in ora omnium abiurerat, sapienter apud regem tam insignem contumeliam frustra questus, quum cerneret etiam tantum abesse, ut ob eam rem Atalium quiescens esset in commodi aditurus, ut uideat etiam nuperim a rege accepisset, omnem iram in Philippum uertit, atque ultionem quam ab aduersario non potuit, ab eo ut ab iniquo iudice auidax adolescens exegit. Multi peruersum habuere, Pausaniam ab Olympiade missum, nec Alexandro ignaro. Satis constat, Olympiade percussori fugienti equos praeparatos habuisse, & mox Pausania in cruce sublati (nam ad supplicium est post eadem retractus) auream coronam non solum imposita, quod facere Alexandro filio superstiti, praeter ipsum, qui ultor timebatur, alius quidem nemo fuisset ausus. Sabellius lib. 3. En. 4.

Infortunij, Infelicitatis pugnae poena nimia.

Male per infortunium pugnae, ratio apud Romanos crimini datum est. Laus enim etiam uicto Imperatori ac Duci redidit, si & prudentia, & industria, & fortitudo muneribus suis functa est: sicut uel Medico, uel Oratori, ubi omni arte sua uisunt. Quamquam aliter **CARTHAGINENSIVM** legibus nam re male gesta, dux omnino cruci affigebatur, & Adrubal, quod male aduersus Caecilium Metellum pugnaasset, absens capitis damnatus est. Sed & illud uulgare est de Himilcone duce, quo pacto uictus primo Punico bello, poenam hanc solerissimè effugerit. Sed culpa sua male pugnae, sapientissimè sua poena & multa est anima ducendum. **COTRAP** Aurelium sanguine sibi coniunctum, quem obsidioni Liparitanae ad auspicia repetenda Messanae transfurus praefecerat, uirgis caesum, militiae munere inter pedes fungi coegit, quod eius culpa ager incensus, & casta pendè capta essent. P. Aeri dius ex Val. Max. lib. 4. c. 2. & Orofio lib. 4. cap. 9.

Victor Pisanius, rei maritimae Venetorum Imp. cum Genuesibus ad Polam congressus, magna clade affectus est. **ADVOCATO**RES auctores fuere, ut abrogato illi imperio (tamen partim hostium insidijs, partim praefectorum quorundam segnitie, qui in tempore non aduerant, superatus) carceri manciparetur. E quo tamen non multo post solutus, ut tunc dignitati restitutus, praeclearam operam Andreae Conterano duci praestitit, ut fuso fugatoq; Genuesium hoste, Clodia sit recepta. Egnatius lib. 2. cap. 4.

Antonius Grimanus Venetae classis, quam Turcicae opposuerunt anno 1499. praefectus, quod hostes, cum ab Sapienciae portu egredierentur, & iterum ad Lepanti sinus fauces, uincendi occasione usus non esset, accusatus, successore ei da-

to, Senatusconsulto Venetias est reuocatus: causaq; Senatui Rogatorum permittitur, in quo multos menses summa expeditione, hinc illius auctoritate & amplitudine defendente, illi accusatoribus multis argumentis ac testibus persequentijs acta est. Tandem quum sine uiri auctoritate & propinquantur multitudinem, suae q; in eo Senatu, cui multi prudentes uiri interfuerunt, non tam publici tumores, & non factis probatae calumniae pederentur, quam maturo iudicio rei ueritas indagaretur, fuit haec causa per tribunos plebis, quos communes **ADVOCATO**RES appellant, ad maiorem conuictorium iudicium deducta: ubi uel gratia cessante, uel multitudinis leuitate senatoriam grauitatem superante, non tamen ante sequentes anni 1500. finem perceptuo exilio in Ossarum insulam relegatus fuit. Guicciardinus lib. 4. Alij malunt in Cretam, graui etiam indicta poena, si finibus excessisset. Qui tamen Romae ad Cardinalem filium clam profectus, & non multo post patriae restitutus, procurator primum, tandem uero in Lauretani clarissimi principis locum subrogatus est: memorabile planè exemplum posteritati futurus. Egnat. lib. 2. cap. 4.

REMISSIOE POENA.

Ex loco Indulgentiae, huc plerumque referenda.

TROGLODYTARVM lex erat, ut qui tyranni uxorem conumperet, eum multaretur. Alex. lib. 4. cap. 1.

CVM Eri in adulterio deprehensam, omnibus exhibent subigendam. Ibidem.

Mulier cuidam, quae sponte filium paruulum occiderat, ut in monasterium aliquod secedat, consulit **ALEXANDER** III. Pp. in quo peccata sua perpetua poenitentia deplorat. Si tamen, repugnante carnis fragilitate, ad hoc induci non uerit, in Domino nubat. Tutius est enim, inquit, in Domino nubere uni soli, quam in honore multos admittere. Lib. 3. Decret. tit. 10. cap. 1. Veniens.

INDECOGRAE POENA. VEL RATIONE Loc.

Cestius erat ex eorum numero, qui contemnebant Ciceronis ingenium: hic cum forte accumberet in eodem conuiuio cum **CICERONE** M. Tullij filio, qui tum Asiae obtinebat, & submonte quopiam è famulis, cognitum esset, eum esse Cestium, cuius iudicio nihil sciret M. Tullius, illi cohibitus è conuiuio, iussus est flagris caedi. Seneca in Declamationibus.

Modi.

Expeditionem parantibus in Siciliam Atheniensibus, praetoribus Alcibiade, Nicia & Lamacho, una nocte statuae Hermae dicti, maxima ex parte facie mutilati fuere. Interca seruos nonnullos & incolas produxit Androcles concionator, qui Alcibiadem eiusq; amicos aliorum laceratorum signorum & effectorum per unum quoscunq; insimulauerunt. Hi Theodorum quendam ostendunt egisse praecone. Polyionem tederunt, Alcibiadem hierophantem, ceteros sodales athenienses mysterijs initiatos, appellatosq; mystas. Ceterum cum nauas & milites sui haberet studiosos Alcibiades, in Siciliam nauigare iussus est: bello confecto, iisdem legibus causam diceret. Profecto Alcibiade, **ATHENIENSIS** coniecerunt in carcerem eos, qui quauis de causa fuerunt delicti, inauditos poenituitq; eos, quod flagrantibus delictis tantis, in iudicium non rapuissent damnassetq; Alcibiadem. Neq; tamen certi uel firmi indices demonstrant. De quibus rogatus unus, quem admodum uultus eorum, qui truncantur simulacra, cognouisset: ubi respondit, Ad Lunam, toto coelo errauit: nam fuerunt haec interlunio admissa. Excitauit id quidem sanorum hominum strepitum, populum uero non hoc quidem fecit ad calumnias remissioem: sed eodem, quo ceperat, perrexit impetu in uincula dare & coniecere, quicunq; esset delatus. Populus postquam a uolatoribus signorum discessit, actus quasi otiansibile in Alcibiadem totus incubuit. Postremo misit ad eum triremem Salaminiam. Atq; hoc quidem diserte dedit missis in mandatis, uim ei ne admoerent, neq; iniicerent manus: sed lenibus uerbis ut aggredierentur eum, denunciantesq; ut ad causam dicendam sequeceretur, & purgaret se ad populum. Thurius progressus,

cum ex naue descenderet, abdidit se, elapsusq; est inuestigatibus ipsum. Cognitus a quodam, qui dixit: Non fides Alcibiade patriae tuae? Cetera, inquit, omnia: sed de capite meo ne matris quidem: ne forte pro albo atrum calculum imprudens inticiat. Post audito capitis se damnatum a ciuibus: At ego, inquit, illis ostendam me uiuere. Ut primum Thurius profugus traiecit in Peloponnesum, Argis haesit aliquandiu. Formidans autem inimicos, deposita recuperandae spe patriae, Spartam ad petendam fidem publicam misit: priores iniurias ostendens, quibus se fuerat ultus, maioribus commodis & emolumentis pensaturum. Qua data, recipientibusq; cum Spartiatis, alacris è profectus unum illico profecit, ut omnia cunctatione & procrastinatione Syracusanis ferrent supplicia, erexitq; eos atq; incitauit, ut duce misso Gylippo, conuellerent uires in Sicilia Atheniensium: alterum etiam mouerent Atheniensibus ex Peloponneso bellum: tertium & maximum, ut munirent Dilectam: quod urbem Atheniensem aequè ac nihil aliud preffit contriuitque. Plutarchus in Alcibiade.

CLAEFVRTI, oppido Carinthiae, solent, iis quos furti suspectos habent, haud diligenti inuestigatione prius facta, in iurisdictione ceruices strangere. Triuo autem post inquisita re per iudicem, si uerè furtum fecisse, quo arguebantur inuenti sunt, furtis appensos relinquunt. Quod si innoxij fuisse iudicetur, a furtis detracti, impensa publica cum honoris praefatione sepeliuntur. Fulg. lib. 2. cap. 1 & Aeneas Syllius.

FRIDERICO III. Imp. in Italia absente, Baumkircherus cum proceribus Austriae contra Imp. res molitus est. Caesar sub fide publica, sex è principibus conuentionis Neapolim uocatos indicta causa, & uiolata praeter dignitatem suam fide, clam in hortis capite multauit. Rogatus ab his antequam supplicium sumeret, Cur datam fidem laxaret? respondit: Aequum & fas esse, perfidis & paricidis uiolare fidem, & scelus ante pari punire. Bonifinus lib. 4. Decad. 4.


Ciuis Vratislauenfis, honesto domo loco natus, copiosq; rei familiaris locuples, & existimatione inter primos habitus, negotij cuiusdam sui gratia in **POLONIAM** profectus, diuertit in oppido quodam in domum meritoriam. Ibi capto quingentos hospiti aureos clam subducit, accusatusq; furti crimen metu tormentorum fateretur, reddere ablatum paratus, nec aliud quicquam hospitem petebat. Ceterum iudex & decuriones oppidi instare, ut legibus illorum fatisciat, quae faciunt, ut accusator furti suis manibus furem in furca suspendat: aut si id manus pertinaciter recuset, ipse a fure suspendatur, si furid exequi uoluerit: quod ille promissimè se facturum recepit. His uerbis exanimatus metu hospes, ingnominiam infamiamq; supplex deprecatur, donatq; grauitate iudicibus totam illam summam sibi creptam, modò abire incolumi liceat. Negant illi fas esse legum custodibus, contra leges quicquam agere. Quid multa? quando nihil equi impetrat, facere quam pati quod necessitas iubebat maluit: continuoq; Cracouiam ad regem Poloniae perrexit, qui legis huius barbarae non solum testem se exhibuit, sed literis praeterea suis regis ab omni infamia illi purgauit, quas Vladislaus quoq; Boemorum & Hungarorum rex suo diplomate confirmauit, addita multa, si quis factum illud exprobraret. At nemo rursus extabat, qui facinus illud ferid excusaret, sed metu multae omnes mussabant. Hanc demum Vratislauenfes rationem hominis in pristinam dignationem restituendi, inueniunt: creant eum praefectum, quem ipsi Capitaneum uocant, qui nobilitati ad iurisdictionem Vratislauensem pertinenti tanquam iudex praefectus solet: quem honorem si ille assecutus fuisset, cetera omnia salua esse uidebantur. Nobilitati ualde turpe uisum, in sublellis assidere ei, in cuius uita tam manifesta hereret infamiae macula: contra cines literas regias opponerant, quibus omnis profus nota detergebatur. In hac igitur difficultate Rex Vladislaus medium quiddam censuit, ut tum praefecturam urbis ille gereret, posteaquam a ciuibus rursus in senatum allectus esset: remouerant enim illum è senatu. Sed nec post hanc regis sententiam eum in locum restituerunt. Ita nec senator, nec praefectus, sed ut priuatus tandem mortuus est. Dubrauius libro 32.

T H E A T R I
H V M A N A E
V I T A E

Volumen Vigefimum

* DE
MECHANICIS HABI-
TIBVS

TRIBVS LIBRIS
differens.





ETIAM HIC DII.

Archimedem Syracusanum à Mathematicis ad Mechanica amor deduxit patriæ

At IO. RVNGIVM Gripfaldensem, Medicū uerè Philosophum, Stetinenfium Poliatrum

THEOD. ZVINGERVVS
ΟΜΟΤΕΧΝΟΣ

VIGESIMO THEATRI Volumine
Mechanico
Tribus LIBB. definito

QVORVM

- I. De Mechanicis ARTIFICIBVS uniuersim
- II. De OPERARIIS Mechanicis
- III. De OPIFICIBVS Mechanicis pertractat

EIC

ΑΝΑΠΑΥΣΕΩΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΚΗΣ
palæstram

si quid eorundem studiorum amor potest quanto potest inuitat opere.



TOMI VIGESIMI
LIBRORVM
DISPOSITIO.

MX Animi bonis ultimum locū MECHANICIS artibus tribuimus, in quibus non tam Animi habitus internus (ut in iis quorum honestas per se spectatur, & ex quib. Docti uel Indocti, Boni uel Malinuncupatur) quā Effectio ingeniosa, hominū uitæ quotidianæ utilis & iucunda, propter quā Periti & Industrij ab opē ferenda Opifices nomē trahunt, commendatur. Quòd si Subiectum spectes, siue Opera sit illa siue Opus, ἀπὸ τοῦ ποιῆσαι ἢ μηχανικῶς Mechanicæ & Poeticæ artes merito appellari debent. Sin uerò Formam, hoc est, habitum ipsū, quo instructi agunt, Ingenij scilicet bonitatē (cuius merito alterā Practicorum habitū Theoricis oppositorum speciem ποιητικὸν fecere τέχνη) & Corporis uigorē, propter quē è numero habitū animi simpliciu Mechanicas eximere, & peculiari classē ueluti mixtas ex utriq; cōplecti uoluimus: sic, aliæ liberales & ingenuæ, aliæ seruiles & fordidæ dici possunt. Nā quò quæq; animi potius quā corporis nituntur præsidio, sic hominis excellētia digniores cēsunt. Efficientis quoq; conditio artium harum dignitati & addere plurimum potest & detrahere. Ipse alioqui Finis cum non tam in habente & exercente perpedatur (quod Theoricis euenit & Practicis habitibus) quā in iis, ad quos operis operæ uel mechanicæ utilitas pertingit aut iucunditas: in uniuersum quidem Commoditati uitæ humanæ omnes inseruiunt (eoque nomine Gnomologus Megarensis παντοίας βιοτὸν παρέλαμας uocat, & poëtæ Cyclopas ἐγχειρογώσους appellarunt) in specie uerò tum sibi, unde Cerdones à Lucro, tum aliis, quibuscunq; tandem modis, commodare consueuerunt. Effectus ipsos numero propè indefinitos, siue Opera sola, siue Opus in considerationem ueniat, certis circumscribere limitibus methodi est & artis: sed quā id difficilè, quā sit operosum, Platonis Politicus & Sophista fatis ostenderint. Nunc ad Dispositionem.


Generē. LIBER PRIMVS, de Mechanicis ARTIFICIBVS uniuersim.

De Mē-
CHANICIS arti-
bus agimus
in

Spēcie. ποιητικὸν sunt omnes, quoniam in illis nō tam Habitus (ut in Practicis) quā Effectio spectatur: & rursum in hac ipsa Effectione ratio habetur uel


Operæ, siue τῆς ποιήσεως, quæ ἐν τῷ ἐπιτελεῖν præstat. Vnde Operarij, & OPERÆ mechanica uocantur. De quibus LIBRO SECUNDO.

Operis, siue τῆς μηχανικῆς, quod post ἐπιτελεῖν ipsam rem ariet. Vnde Opifices & ARTES mechanica excellenter dicuntur, quoniam opus aliquod cuiuslibet cunq; operæ inseruiuntur faciunt. De his LIBRO TERTIO.







LIBRI PRIMI
TITVLORVM
DISPOSITIO.



Exercitationem. Vide seq. signum I.

v. Quid

DISPOSITIO.





Voluminis Vigesimali

Liber I.

DE MECHANICIS ARTIBUS in Genere.

MECHANICARVM artium insignis varietas, cum pro usu vario nunc veteres intercedant, nunc nouae suboriantur: & apud alios quidem opera eiusdem generis diuersis artificibus tribuantur, apud alios uero opera diuersi generis uni eidemq; artificio subiciuntur. In quibus ipsis tamen propter usus necessitatem & frequentiam, tum propter operarum varietatem & communicantiam, summum illum Philosophorum Socratem exerceri non puduit, cum semper in ore haberet nautas, aurigas, fullones, coquos, pictores, statuarios: à quorum officiiis & operibus sub sensum cadentibus similitudines earum quae in mente sunt agitationum ingeniosè petebat: uti etiam ante illum Asclepiadeae artis methodica princeps Hippocrates. Quid nos in iis digerendis praestiterimus, iudicent periti: quantum uoluerimus, instituti nostri ratio satis indicabit. Certè dum pueri essemus, sub Thoma Plateri praeceptoris nostri disciplina, argumentum styli exercendi ingenisq; excitandi, ceu pensum cuiusuis hebdomadae, edere iussi, puerili quidem & inconsulto, sed omnino tamè consilio, intricatam hancce Mechanicorum Artificum theoriam, secundum Elementa quatuor, in quibus uersarentur (ut circa Ignem Fabri, circa Aerem Aucupes, circa Aquam Piscatores, Balneatores, circa Terram Venatores) in classes ruditer diductam, aggressi fuimus, admirate Platero & argumenti insolentiam & ingenij audaciam. In iis quae nunc damus, quoniam Platonis interdum fontes, quantum per ingenij uires licuit, secuti sumus, methodum in Sophista & Politico propositam sequi studuimus. Argumenti à paucis praetentati difficultatem qui expenderint, conatibus nostris erunt aequiores.



MECHANICARVM ARTIVM ACQUISITIO.

§. I. INVENTIO ARTIVM mechanicarum

§. I. MVLTVARVM SIMVL.

CYNIRA Agriopae F. tegulas & metalla æris reperit in Cypro. Item forcipem, marculum, uicem, in eadem Plin. Dicuntur primi DIOSCVRI arcus inuenisse, & docuisse canes ad uenationem, & castus certamen. Natalis Comes Mythol. libro 8. capite 9.

ATHENIENSIBVS acceptum referunt auctores celeberrimi lanificium, oleum, uini usum, arandi serendiq; frumenta, glande uescientibus praemonstratam rationem. Vnde & Aurochthonas esse cognominatos scribit in Theologumenis Apollo dorus, quoniam terram primi colere adorti sint. Caelius lib. 18. cap. 25. A. L.

§. II. AGRICVLTURÆ.

In genere.

Iosephus libro primo Antiq. tradit CAINYVM Adami filium omnium primum comperisse terram colere, primumq; ter-

re terminos posuisse. Apud Hebraeos certè cum multo uertustior frumenti usus fuisse legatur quam apud Graecos (nā filij Iacob frumentum ex Aegypto in Genesi conuehant) etiam inuentio agriculturæ illorum potius quam horū fuisse censenda est. Polyd. lib. 3. cap. 2. de Rerum inuent. Agriculturam primum omnium, teste Diod. lib. 1. OSIRIM, qui & Dionysius dicitur, reperisse ferunt. Tibullus: Primum aratra manu solerti fecit Osiris, Et teneram ferro sollicitauit humum. Primum in experta commisit semina terræ, Pomaq; non notis legit ab arboribus. Sed hoc, ut opinor, apud Aegyptios tantummodo, sicut TRIPTOLEMVS primus in Graecia, & Asia, & in Latio SATVRNVS. Sed omnium primam CEREREM (quæ, uti Ciceroni lib. 2. de Natura deorum placet, à gerendis frugibus, quasi Gerēs nominata est) mortales agriculturam docuisse, testatur Virgilius primo Georgicorum: Prima Ceres ferro mortales uertere terram Instituit.

& O.

LIBER I.

3625

& Ouidius lib. 5. Metamorphoseon:

Prima Ceres unco glebam dimouit aratro,
Prima dedit fruges alimenta; mixta terris.
Post Proserpinam rapta, frumenta omnia tum in Iouis odisi,
tum propter dolorem filiae incendisse ferunt. Sed ea inuenta & reconciliata est Ioui, & Triptolemo Attici agri incolæ; frumenti dedit semen, mandauitq; ut omnibus modum seminandi monstraret. Diodorus lib. 5. c. 15. & Iustinus lib. 2.

In specie. Puta Inuentores

Ceralium, Leguminum.

Aegyptij deos suos Osiridem interpretatur BACHVM, Isidem uero CEREREM. Hac Osiris in uxorem sumpta, regnoq; suscepto, multa contulit ad usum uitæ communis. Eius enim uirtute mutua cibi gratia cædes hominum cessarunt. Inuēto enim ab Iside primum tritico & hordeo, quæ prius incognita hominibus, casu inter cæteras herbas orientabantur, ab Osiride uero eorum fructuum cibi utilitate animaduersa, omnes eo nutrimenti genere esse usos, tum propter cibi reperi uauitatem, tum quia uile uidebatur scæuitia, crudelitatiscq; promiscua causam abesse. Signa huius inuenta segetis ferunt, quod ab eis ueteri lege & nunc quoq; obseruatur, ut messoris aestate spicas maturas prope manipulum excerpant in deæ oblationem, atq; Isidem inuocent, honorem ei deæ inuentæ frugis reddentes. Apud quasdam uero urbes in Isidis pompa inter reliqua triticū & hordeū ferri in memoriā reperiuntur. Leges quoq; Isidem statuisse ferunt, quibus iustitia æque omnibus seruaretur, ut atq; iniuria timore poenæ sublatis. Hac de causa præci Græci Isidē legitimam appellauerunt, tanquam primam legum inuentricem. Diodorus lib. 1. cap. 2.

Omnium leguminum, faba excepta, inuentrix CERES. Neq; solum ferendi rationem mortalibus tradidit, sed & quo pacto frumentum cæderetur, & de paleis secereretur & frangeretur docuit, teste Callimacho in hymno in Cererem. Sata fuerunt & creuerunt primæ fruges apud Cephusium amnem, qui per agrum Eleusinum multo concitatore cursu, quam in alijs locis deferretur, in campis, quos Rharios uocantur, ut testatur Pausanias in Atticis. Atq; ibidem locus ostendebatur, ubi Pluto Proserpinam rapuit, & ubi Eleusiorum femine primum chorum in honorem Cereris instituerunt, non procul ab Agelasto petra uocata, super qua sedet Ceres, audito casu Proserpinæ. Fuerunt tamen qui non solum Cererem auctorem fuisse dixerint & inuentricem stationis, sed OSIRIM & ISIDEM eius uxorem, BACHVM scilicet, inuentiois socium addiderunt. Nā hi cum magno exercitu & cum magno ubiarum situ larumq; concentu orbem peragrasset, & agriculturam mortales docuisse, memoratur. Alij frumentum sua sponte natum fuisse in Sicilia, dicunt, quod cum à nemine colligeretur, in terram rursus recidebat: Cecrops Athenarum rex eo audito, misit qui colligerent, & ad se asportarent. Id cum Triptolemus prior cepisset, terramq; arasset, & id seuisset, ut quidam putarunt ibi, ubi noua fuerunt Patre, ut arbitrati sunt alij in agro Eleusino, messesq; succidisset, commentarios postea de cultu agrorum scripsit, qui ad omnes mortales peruagati sunt. E qua re fabula fuit conficta, quod Triptolemus orbē terrarum, agrorum cultū omnibus mortalibus ostendens, peragrasset. Quod autem Bacchus unā cum Cerere orbem eandem de causa perlustrauerit, uidetur illud esse argumento, quod communia sacrificia apud Eleusinos Baccho & Cerere agebantur, ut testatur Sophoclis enarrator. Natalis Comes Mythol. lib. 5. cap. 14. Ouidius Triptolemo genus dat ignobile, referetq; ex prætenui natum muliercula, imbecillæ in infantia ualeat dinitis: quæ mulier cum errantem Cererem hospitio accepisset, beneficio deæ filium firmiorem recepit. Lædæntius uero Eleusij, Eleusis regis & Hiones filium facit, reddiditq; immortalē in Cerere hospitio patris suscepta; alium interdiu diuino deæ lacte, per noctem uerbis igne itectum obrutumq; Seruius non Eleusium patrem, sed Celeum dicit. Eusebius alienum à Celeo Triptolemus putat Regnante, inquit, in Eleusi, quæ est Atticæ terræ ciuitas, Celeo, appulit illuc Triptolemus longa nauis uectus. Attorū ea fuit uulgaris opinio, Celei filium fuisse. Argiui non Celei, sed Trochili Hierophantæ, qui Argis propter inimicitias cum Agenore Argiō rege fugiens, in Eleusini Atticæ terræ uenerit, ubi ducta uxore Triptolemi genuerit, & Eubolæ. Sicut qui Oceani & Terræ filium fuisse autumant, quam ferunt fuisse Musæi sententiam: fuisse uero Eubolem & Triptolemus Dysfaulis, est et Orpheus. Chærius Atheniensis Rhariū dat Triptolemo patrem, matrem uero filiam quandā Amphidyoniis. Diodorus Herulem patrem & Philæi Theoprotum regis filiam matrem. Huic Triptolemo uolunt fruges à Cerere datas, eumq; consensu curru, quem alati per aera uehebant serpentes, unius, quem ad-

modum Hyginus ait, rotæ, ne cursum moraretur, fruges obibi distribuisse, primumq; Rhariū agrū, qui est iuxta Eleusina, semina acceperit, & reddidisse fructum: ideo ex eo agro ruberes legebantur, ex quibus bellaria confici solita erant in sacrificiorum usum: ubi & aræ Triptolemi fuit, & ara. At qui se rem utram huius fabulæ existimant afferre, cum Eusebio uidentur consentire. Nā Triptolemus scribitur Eleusij filium fuisse, Eleusina regem, quem sterilitate anni populū suis frugibus aluisse perhibent. Idē cum Triptolemus simili tempore præstare non posset, ueritus popularē iram ac tumultum, longa nauis, cuius serpens erat insignis, ex patria fugit, & aliquamdiu peregrinatus redijt, cum maxima frumenti copia: pulsoq; Celeo, qui eo absente regnum ibi occuparat, frumenta distribuit, populūq; arare & serere docuit. Hinc Cereris alumnus nuncupatus. Sunt qui non Celeum pepulisse, sed Lyncum tradant, à quo insidijs impetitus fuerat. Hunc Lyncum Ouidius Scythiæ regē facit, quem Ceres, quod Triptolemus occidere tentasset, ex Lyncō homine lyncem animal fecit. L. Viues in lib. 18. Augustini de Ciuitate Dei, capite 13.

Vitis, Vini.

NOE, qui catalysmo superfuit, primus uicē coluit, uinumq; ex ea bibit, nec citra temulentiam. Eapropter à Latinis lanus fuit dicitur. Icin enim lingua Hebræa uinum significat. Sed id Græcia inuentum ad Liberum patrem ierulit, suorum (ut uidere est) hominū fauorū, ingeniorūq; suæ gentis ad inuidiam usq; ostentatrix. Sab. lib. 6. cap. 2.

Vites & uini usum, atq; cæterarū arborum fructus DIONYSIVM, quem Aegyptij uocant OSIRIM, inuenisse, Diodorus lib. 4. auctor est, ubi dicit: Dionysium orbem cū exercitu perambulantem, & uitem plantare, & ex racemis uinū torculari, ex quo ipsum Lenæum appellant, educere monstrasse. Et alibi uinum reperisse, & arborum fructus testatur. Quanquam idem alibi dicit, uites ab eo non esse fatas, uerū terram cum cæteris plantis sponte sua tulisse. Martianus Capella de nuptijs Mercurij, tradit eum apud Græcos tantum primum uini usum edocuisse, sicuti SATVRNVM apud Latinos. Seruius in 8. Aeneidos, & Eutropius. Alij ICARIVM Penelopes patrem apud Athenienses id reperisse tradunt; eumq; post dedisse poenas, à colonis ebris iiteremptum. Propert. lib. 2. Eleg.

Icare Cecropijs merito iugulate colonis.

Theopompus Chius uitem apud Alpheum in Olympiā reperisse esse scribit. Quidā locus est ab Eli distans octo stadijs, in quo incolæ in Bacchanalib. tres lebres uacuos præsentibus, externis recludunt, ac iterum aperientes uino pletho inueniunt. Voluit Hellenicus, in Plinthina Aegypti ciuitate uitem primum inuentam fuisse: quare Dion Academicus uini seu potus amatores appellat Aegyptios. Athen. lib. 1. cap. ult. Dipnōf.

Val. Probus i. Georg. Actolus, inquit, pastor STAPHYLVS, cum Oeni capellas in pabulum deduceret, notauit unam præcipue secedentem à grege, lætiorem cæteris, recipientem se ferius in præsepia. Cuius rei ut causam cognosceret, sequutus est eam clam, & in remota stirpe uinā edentē reperit, pomum incognitum susulit, regiq; pertulit OENEO, qui expresso humore delectatus, cum eū ueritate cognosceret mitescere, Libeto patri apposuit, accepto à se hospitio. Cuius rei cultum cum monstraret Liber, ut perpetua inuentorum esset gloria, constituit ut ab Oeno appellaretur uinum, à Staphylo uua σταφύλη. Eusebius DIONYSIVM quendam ponit Deucalionis filium, antiquiorem illo Semele nato, quem in Atticam terram uenisse dicit, & ab eo uitem inuentā: eiusq; hospitem nominat Semacum, cuius filia capræ pellem donauit, sed id Cecrope adhuc rege. Eubolus tamen ante Cecropem tradit, quam uinū sit reperit, & homines in sacrificijs aqua pio uino usos. L. Viues in lib. 18. Aug. de ciuit. Dei, c. 12.

Quod uinum ab OENEO sit denominatum, testatur Nicanor Colophonius: Oenus inde cauo cratere coarctuit alma Vina premens. Melanippus Milesius denominatum ab Oenēo heroe uinū. Hecataeus & ipse Milesius uitem in Aetolia intentam fuisse affirmat, ita scribens: ORESTES Deucalionis filius in Aetoliam uenit ad regem, atq; in uetero ferens, truncum illi peperit, quem postea ille iussit plantari. ex quo uitis uarum fertilis nata est: deinde filium eius plantam appellauit, unde Oenus à uineis dicitur est. Antiqui enim uineas Ocnas uocabant, ut idem testatur. Ex Oenēo natus est Aetolus. Plato uini etymologiam in Cratylō reddens, uinum Oeonum dicit nominari, quia mētem nostram cogitationibus implet. Vel certè quod celeriter iuuet, nomen obtinuit. Et Homerus ad etymologiam alludens, Si biberis, magnum referes, mihi crede, iunamen. Idē etiam cibos à iuuando onēata nominauit, quia nos iuuēt. Athen. lib. 2. cap. 1.

XXX 4

Sunt

Sunt qui fugam Dionysij in Pontum, vini antiquitatis faciendi modum intelligant. suavius est enim unum aqua infusa. Auctor est Theopompus, unum nigrum apud Chios primum inuentum fuisse: & plantare, & uincas colere Chios primos ab OENOPIONE Dionysij didicisse, qui ut in insula habitaretur, causa extitit, cum alijs hominibus id imperiretur. Athenæus lib. 1. cap. 23.

Olea, Olei.

Verg. -olea; MINERVA Inuentrix. Plinius lib. 7. oleum & trapetas ARISTÆI Atheniensis inuentum facit, eiusdem cuius sunt & mella: quin etiam & unum: ut placet Aristoteli, qui eum doctum hominem facit, & a Muis educatum. Et si Diodorus olei exprimentis rationem ex Mineræ artibus, quas homines docuit, esse dicit. Oleam uero Mineræ esse sacram omnes perhibent, ut laurum Apollini, & csculum Ioui. Viues in lib. 18. de Ciu. Dei. c. 12.

Arationis.

Iugare IOVIS inuentum esse, ueteres tradiderunt: à cuius nomine Græci *Γεωργία* deduxerunt. Ipsum autem aiunt primum inuenta iunxisse, ut ea in frugum satum nobis operam præstarent. Nam ante Iouem nulli subigebant arua coloni, inquit Virgilius lib. 1. Georgicón. Boves ad aratru. Diodorus lib. 4. & 5. ait Dionysium secundum ex Ioue & Proserpina genitum, uel, ut alij sentiunt, ex Cerere, primum iunxisse, quò terra prius manibus hominum coleretur. Plinio uero lib. 7. teste, aratrum BRIGES Atheniensis inuenit: ut alij tradunt, Triptolemus. Quem Atheniensis Celei F. Musæus Terræ & Oceani F. Orpheus uero Dyfaulis F. & Eubulei fratres fuisse ait, & à Cerere frumenta ferendi rationem accepisse, quòd ex illis primum Ceres filia raptum cognouit. Pausanias in Atticis. Virgilius lib. 1. Georgicorum: — Vnciq; puer monstrator aratri.

At Trogus HABIDEM Hispania regem populos primum docuisse boues aratro iungere, scribit. In Nyssa Aegypti urbe OSYRIS, secundum Scvium, aratrum excogitauit.

Stercorationis.

STERCVTIVS Fauni F. stercorendi agros rationem primum in Italia docuit, cum Hercules eam à Græcia attulisset, AVGEA rege inuentore. Plinius lib. 17. cap. 9. & Macrob. lib. 1. Seruius Aeneidos 9. Pilum uocatum asserit, sed à stercore Sterquilinum dictum. Pici patrem SATVRNVM, alij STERCEN fuisse asserunt, à quo peritissimo agricola inuentum ferunt, ut simo animalium agri fecundaretur, quod ab eius nomine sterces dictum est: unde & hunc quidam Stercutium uocatum ferunt. D. August. libro 18. de ciu. Dei capite decimo quinto.

PASTORITIAE.

Apum inuentores, item mellis & cere, pite ex Titulo Apiariorum.

ANA filius Sibeonis, nepos Sciris Horij, mulorum procreandorum rationem inuenit in syluis, cum asinos patris sui pasceret. Genes. 36.

VENATIONIS INVENTIO. QVO AD Instrumenta.

Venabula PISEVS reperisse ferunt. Plin. lib. 7. c. 56. CASTOR & POLLVX arcus. Natalis Comes lib. 8. c. 9. Modum. Vsum uenandi & piscandi, quidam, teste Euseb. in 1. de Præparat. Euang. apud PHOENICES reperitum uolunt. Alij uenationem canum DIOSCVRIS tribuunt.

CICVRATIONIS ANIMALIVM.

Consule Titulum, Domitores animalium.

Quidam dixerunt BELLEPHONTEM Pegaso alato uentum Chimæram interemisse, quia is celerem prior inuenit & freni, ut ait Pin dari interpres. Natalis Comes lib. 9. c. 4. Frenos & strata equorum PELETRONIVS inuenit: pugna re ex equo THESALI, qui Centauri appellati sunt, habitantes secundum Pelium montem. Plin. lib. 7. c. 36. Vergilius non admodum diuersè: Frena Peletronij Lapithæ gyrosq; dedere Impostiti dorso, atq; equitrem docuere sub armis Insultare solo, & gressus gloierare superbos. Idem Lucanus in sexto: Primus ab æquorea percussis cuspide faxis Thestalicus sonipes bellis ferilibus omem Exuluit, primus chalybem frenosq; momordit. Spumauitq; nonis Lapithæ domitoris habentis. I. Viues in lib. 18. August. de ciuit. Dei, cap. 13.

REI METALLARIAE.

Ex Titulo, Laborum metallicorum, huc respectu P'fus exempla referantur. Metallorum inuentio ultima fuit ex his

omnibus, quæ ad uitam hominum excellendam utilia sunt. In. Hinc nomen habuerunt, òs per à τὰ ἄδρα ἰσχυρίνα. Eustath. Iliad. 4.

Fabulati sunt ueteres, LYNEVM acutissimè uidere solitum illa etiam quæ essent sub terra, quia metalla prior inuenit auri & argenti, & ferri. Cum enim lucernam sub terra reliquisset, ac metalla effretet, creditus est, quæ forent sub terra etiam uidere. Natalis Comes Mytholog. lib. 8. cap. 9. ex Lycophronis interprete. Quæuis Apollonius in Argonauticis scribat usq; ad eò fuisse perspicacè, ut etiam terrâ ipsam oculorum acie penetraret, quæque apud inferos fierent peruideret: — Λογικὸς δὲ, ἃς δὲν ἀποῖς ἐπέκατο Ουμνοσιν, ἔπειθ' ἔπε πῆλει κλέειν ἀνέρα κείνον Ἐπίδωσ' ἢ νῆβη κρητὴ χροὸνδ' αὐρὸν ἔχουσα. id est, At miro uisus pollebat acumine Lynceus, Si modò uera est fama, uirum quæ prædicat illum Perfacilè inspexisse sub altis condita terris.

CADMVS Phœnix ad Pangæum Thraciæ montè aurum primum inuenit. Alij hoc THOANTI, alij EACLI in Panchaia, alij SOLI Oceani F. Plinius lib. 7. MERCVRIVS argentu, uel ERICHTHONIVS Atheniensis, uel Ceacus. Vnde uinum argentum uulgò Mercurium appellant. Polyd. lib. 2. cap. 19. de Inuent. ex Plin. Aes in Cypro insula CYNIRA Agiopa filius reperit: item forcipem, marculum, uctem, in eadem. Plin. lib. 7. & 34. à quo Solinus arserat, qui in Creta reperitum ait. Aes primò reperitum est in Caryis, quæ hac de re Chalcis dida fuit, Eubœæ urbs præcipua. Plin. lib. 4.

Plumbum ex Cassiteride insula primum apportauit MIDACRITVS. Plin. lib. 7.

Theophrastus X C. annis ante Praxibulum Atheniensium magistratum, quod tempus exit in urbis Rom. C. C. LXII annum, tradit inuentum minium à CALLIA Atheniense, initio sperante aurum posse ex eo qui harena rubete in metallis argenti: hanc fuisse originem eius. Reperit autem iam tunc in Hispanijs, sed durum & arenosum: item apud Colchos in rupe quadam inaccessa, ex qua iaculantes decuterent, id esse aduulterum: optimum uero supra Ephesum Cilbianis agris. Plin. lib. 33. cap. 7.

Aes Corinthium pleriq; incensa à L. Mumio Corintho, metallis omnium generum uis ignis in unum conflatis, fortuito casu reperitum auit. Alij incensa non urbe, sed domo quadam, auro, argento & ære referunt. Alij solentia fabri ærarij, qui thesauro inuenit, ut latere, auri ramenta æri miscuerit: quibus in igne colligatis, colore pulcherrimè metalli primò animaduertit. Plut. in Mumio, & lib. Cur Pythia nulla ead uersib. oracla. Alij æs Corinthium didit existimant, quòd egregij in ea ciuitate artifices hoc ita potissimum temperarent, fuluo certaret ut auro, ait Silius, & ad iocineris imaginem uergeret. Pausanias Peirenes fontis mentione facit, æs Corinthiu candès huic aquæ immergi narrat. *καρχιδων κρηταισσοματων* in Carani nuptijs, meminit Athenus li. 1. in Ptolemgi Philopatoris Thalamego, 15. At Caranus & Ptolemus ante captà à Mumio Corinthu Olympiadis 158. anno 3. aut 4. urbis Romæ 508. uixere. Ad hæc (teste Patreulo) Diphilus Comicus sic ludit: *ἄλλ' ὀνομαζο τὴν κρητιβίαν καδ' ἄς.* quæ & Plautus, qui Olympiadis 145. obiit, in Cassina & Rudente citat. Succurrit & lib. 34. cap. 3. Plinius. Hæc Brodeus in 3. Epigr. *ἄρ' ἴσθ'.*

Rubrica factitia omnis ex plumbo & aceto fit, ut perhibent. Vsta casu reperita incendio Piræi, cerussa in oreis cremata. Hæc primus usus est NICIAS. Plin. lib. 35. cap. 6.

SALIS.

Alberti I. Imp. uxor ELIZABETHA, filia Meinhardi Comitiss Tyrolis & Goricæ, ac Ducis Carinthiæ Conradini soror ex matre, femina illustrissima, magni & acuti ingenij, salis mineram & usum faciendi inuenit Hallis prope Gmunden, in superiori Austria: omnibusq; monasterijs de sale in Austria prouidit, non ingrata Dei dono. Cuspinianus.

ARTIS FABRILIS. Tum Lignariae.

Fabricam materiariam, hoc est, lignariam, DÆDALVS, ut Plin. lib. 7. scribit, primus omnium inuenit: & in ea ferram, asciam, perpendiculum, id est, instrumentum quo plumbo à filo & gnomone pendente, rectio siue obliquitas operis perpenditur, hoc est, examinatur: & terebram & glutinum (quod Græci collam nominant) quo ligna cōiunguntur & cōglutinantur. Normam autem & tornam atque clauem THEODORVS Samius reperit. Ouid. tamen lib. 8. Metamorph. dicit PERDICTEM Dædali ex sorore nepotem, circum, quo circuli uertendo designantur, & ferram inuenit: fetrazerat enim in exemplum spinas in medio pisce notatas. At secundum Diod. lib. 3. TALAVS, non Perdix, adolefcent

scens filius sororis eiusdem Dædali, qui ab eo crudeliter reperta serpētis maxilla, paruulū quū fecisset lignum, imitatus postea dentiū serpentis spissitudine, ferram ferreā primus omnium fecit: reperit etiam tornum, & rotam figurā. Hinc Dædalus existimans turpe esse, magistrum ab adolefcente gloria uinci, dolo interfecit. At normam, inuentum PYTHAGORÆ esse, Viruuius lib. 9. scribit, eiusq; artificiosam formam explicat. Cæterum hæc Græcorum sunt cōmenta. Rectius uero Lignariæ artis, uel eiusdem instrumentorum inuentioē HERÆI tribuerim, propter quod Salomon Deo templum condidit, ab rege Tyri per literas fabros lignarios, sicut inuē Iosephus & Euseb. testimonio sunt, perit. Polydorus lib. 3. cap. 14. de Reum inuenit.

Ferrariae.

VULCANVM ferri, æris, auri, argenti, omniumq; quæ igne fabricantur, arte inuenisse ferit, cæq; cæteros docuisse. Quapropter creditus est ignis deus, & ab Aegyptijs dux factus. Et certe harum rerum opifices uota sacra q; maxime facientes, ignem in eternam memoriam suscepti beneficij, Vulcanum uocant. Diod. lib. 5. cap. 15.

Aetariam fabricam alij CHALYBAS, alij CYCLOPES inuenisse uolūt, qui ferrariam primò exercuerunt. Plin. lib. 7. c. 56. At qui æris usum PANNONIO S. monstrasse Clemens tradit. Strabo lib. 14. Geogr. dicit TELCHINES populos ferrum & æs omnium primos esse fabricatos: ut pote qui haren, id est, ensem falcatur, Saturno fecerint. Ab iis Rhodus insula olim Telchinis dicta. Eos non nulli fascinatos & maleficos fuisse tradunt, tanquam Stygiam aquam stirpibus & animalibus pernicij gratia inspergerent. Alij cōtra sentiūt, Telchines eximios artifices existisse, primoq; que ferri & æris fabricam inuenisse, quos ex Creta in Rhodum profectos, uicini per inuidiam fascinationibus perdidit: sed priorem infamiam ualuisse.

DAÏLY traduntur ignis usum, ac æris ferriq; naturam, quòq; modo fabricarentur, in loco, quem Bercynthum dicunt, inuenisse. Diod. lib. 5. cap. 15. CELMIS, ut scribit Zeno dorus, unus fuit ex Idaeis Daçylis, qui cum matrem deorū Rheam uiolasset stupro, dein ead à reliquis fratribus reiectus est. Ab hoc ferrum solidissimum cudi solebat. At huius historia mentionem facta apud Sophoclem in Satyris. Enarrator Apollonij de Daçylis Idaeis, inter quos & Celmis, retheros uersus ex auctore Phoronide, — Ἰδῆα γόνος

Idæoi Φρύγες αὐτὸς ἀπέστει, αὐτὸ ἔβραον Κέλμους, δὲ μνηστεύετο τὴν μάγαν τὴν Ἰσπερθεῖαν Ἰκκίαν, Ἐπιδαύριον, Ἰερὸν ποταμὸν ἰσθμὸν ἀδριεῖν. Οἱ ἀσπίται τὸ χάλυον καταλύειν ἔβραον Ἐσθρον, ὃς ἰσθμὸν νάπητος ἰσθμὸν σιδῆρον Ἐσθρον τ' ἰσθμὸν καὶ δὲ ἰσθμὸν ἰσθμὸν ἰσθμὸν. id est, — Illic habitabant

Montigenæ Phryges Idaei, gens arte celebris, Celmis, Damnameneusq; ingens, Acomonq; superbis, Montanæ docti cultores Adraetæ: A quibus ars Vulcania primis esse reperta Dicitur, & nigrum hemoroso in monte reperitum In uarios usus monstrantur cudere ferrum, Impositumq; igni miro splendescere cultu. Erasmus in Adagijs.

GLAVCVS Chius primus ferri attem ferruminandi excogitauit. Is Halvatti Lydorum regi craterem fecit ex ferro Delphicum donarium: cuius basis iuncturæ singulæ nullis aut fibulis, aut clauis, sed solo coagmentantur ferrumine. Pausanias in Phocicis, & Hero d. lib. 1.

SCYTHES Lydus, Aristotelis testimonio æs conflare docuit: est Theophrastus DELAM Phrygium hominem eius tei credit auctorem. Sab. lib. 3. En. 2. ex Plin. lib. 7. cap. 56. Primi æs conflare, & cudere docuerunt RHÆCVS Philei, & Theclis filius THEODORVS, ambo Samij. Pausanias in Arcadicis.

FIGVLINAE.

Rotam figurariam, auctore Euphoro, ut ait Strabo lib. 7. Geographiæ, & Laertio lib. 1. & Plin. lib. 7. ANACHARSIS Scythæ philosophus primus inuenit. In quo tamē ipse Strabo lib. 17. Ephorum arguit, cum rotam Homeris nouerit. Ceu figurus cui dextra rotam quatit. Alij hoc tribuunt HYPERBIO Corinthio. Diodorus uero lib. 5. dicit TALAVM Dædali fororis filium reperisse. Athen. lib. 1. cap. 25. & Critia ATHENIENSIVM inuentum facit. Polyd. lib. 2. cap. ult. de Reum inuenit.

PISTORIAE.

ANNVS quidam Aegyptijs clibanorum usum, in quibus pæ-

nes coquerent, fertur excogitasse. Siquidem prisci pulte polentaque uictabant, cocti panis usum necessitates. Erasmus in Adagijs.

BELLICAE DISCIPLINAE, ARMORVM.

Ferunt, auctore Diodoro lib. 5. cap. 15. Martem primum fabricatis armis milites armasse, cui ob id primus armorum usus (appellatur enim belli deus) attribuitur: quod etiam Virgilius sensisse uidetur, quum in principio suæ Aeneidos dixit: — At nunc horrenda Martis Arma uirumq; cano. Cæterum arma, quæ pro omnibus bellicis instrumentis auctores usurpant, alij alia inueniunt: galeam enim, gladium, hastam, LACEDÆMONII, ut testis est Plinius lib. 7. Herodotus tamen lib. 4. putat scutum & galeam ab AEGYPTIIS Græcis esse tradita. Lorica MYDIA Messenius: Clypeos PROETVS, & ACRISIVS inter se belligerantes, reperunt, siue CHALCVS Athamantis filius. Ocreas & cristas CARES, lanceas AETILOS, iaculum cum amento ferit inuenisse AETOLVM Martis filium. Falcem, secundum Clementem, THRACES: hastas uelutares & pilum TYRRHENEVS. Vnus autem uelutium, auctore Val. Max. lib. 2. eo bello primum reperit, quo Capuam Ful. Flaccus Consul obsedit. Securim Pentheleia Amazonum regina reperit: uena bula PISEVS: arcum autem & sagittas SCYTHES Iouis filius. Sagittas, ut alij placet, PERSVS Perci filius primum inuenit. Hæc Plinius. At Diodorus Apollini assignat, in 6. scribens, Arcus sagittandiq; fuisse repertorem Apollinem ferunt. Verum Artabanus (cuius testimonium Eusebius de præp. Euang. lib. 9. citat) MOSEN omnium primus bellicæ instrumenta inuenisse tradit, qui adhuc iuuenis in Aegypto, teste Iosepho in 2. Antiq. primam gloriosè expeditionem in Aethiopes apparuerit. In tormentis CRETENSES scorpiem, catapultam SYRI, PHOENICES balistam & fundam, ut testatur Plinius, inueniunt. Vegetius uero lib. 1. de Re milit. fundarum usum dicit incolas insularum in mari Hispano, quas BALEARES uocamus, comperisse. Strabo lib. 3. Artem bellicarum machinarum, teste Plutarcho in uita M. Marcelli, EVDORVS & ARCHYTAS inchoarunt. Equum autem qui aries dicitur, in muralibus machinis, auctore Plin. lib. 7. EPEVS ad Troiam inuenit. Vitruuius uero lib. 10. de Architectura CARTHAGINENSES, ad Gadæ oppugnandas. Testudines ARTEMON Clazomenius reperit. Polyd. de Inuent. rerum.

CACVS princeps in Hispania, à Carpetanis seu noua Carthagine Tolertum usq; & Tirafonā, & Oscam, imperauit, & nomen monti indidit, quem hodie montem Caium uulgus appellat: effectumq; est, ut horribili facie, ac dira conuulsione, & aspero cultu semibar appellaretur. Hic autem primus omnium dicitur inuenisse ignem ex diuerso compositi puluere, quo lapides iactabat in altu, modo licet inculto, quos hos bombardis utitur in hodiernum. Oscam condidit ut bem, quam eius incolæ Osci semiferi appellauerit. Hic Cacus fugatus ab Hercule extincto Geryone, in uindictam aspirans more patrio, qui ad uindictas ab omni æuo promissimi fuerunt, intellecto recessu Herculis, ab Hispania insulam usq; in Italiam secutus, quæ apud Tyberina ostia quatuor ipsius Herculis boues rapuisse, comprehensus ab Hercule in spelunca, in qua latitabat, peremptus est, maximo igne euomito: propter quem finere poeta Vulcani filium. Io. Gerund. lib. 1. Paralip. Hispania.

LEMNI primi omnium tela & arma fabricasse dicuntur, quoniam copiosa illic metallo dinæ fuerunt. Eam ob causam fabulæ datus locus, Vulcanum fabrum de cælo præcipitatum eò decidisse, & à uiris Siptijs (civnes αἰθῆρας Hom. Iliad. 4. dicuntur) exceptum fuisse. Sintij *αἰθῆρας αἰθῆρας*, à lædendo, quòd arma noxia fabricarint. Alij uero piratas fuisse aiunt Lemnios: & Sintios dictos quasi latrones & sceleratos homines. Eustathius Iliad. 4.

CYRETA S reperisse aiunt ensem, galeam, ac cum armis saltandi morem: quorum strepitum permagno Saturnus decēptus est. Namq; Iouem clam Saturno ab Rheæ matre accēptum educarunt. Diodorus lib. 5. cap. 15.

Alabarda immane telum LONGOBARDORVM inuentum; quasi Lombardia. Bera. Saccus lib. 8. Ticinensis hist.

CYRRVVM, QUADRIGARVM.

ERICHTHONIVM anguinis fuisse pedibus memoria traditum est, id eò currus inuenisse, ut deformitatem corporis celaret. Verg. 3. Georg. Primus Erichthonius currus & quattuor ausus Iungere equos, rapidisq; rotis insisteret uictor. Vbi Seruius simili sententia fabulam refert. Hyginus lib. 2. Hist. cælest. scribit Iouem hōuū Erichthonij commentum admiratum, illum in cœlum transtulisse, uocariq; *ερίχθον*, id est, aurigam, stellis septem, ad circulum æthum & laetum orbem. Lud. Viues in lib. 18. Aug. de Ciuit. Dei, cap. 12.

NAVIVM, NAVITICÆ.

Saturni & Rheæ filius NEPTVNVS nauigandi arte inuenta classẽ inuicuit, cuiusq; præfectus est à Saturno factus. Quapropter traditum est postea, Neptunum imperasse mari, factaq; ei à nauigantibus facta. Addunt etiam, Neptunum e quos primùm domuisse, artemq; equitandi ab illo traditã: ex quo Hippiti sit appellatus. Diod. lib. 5. cap. 15.

Auctore Plin. lib. 7. cap. 56. inuentis ratibus, in mari rubro, inter insulas ab ERYTHRA rege primùm nauigari ceptum est. Ipsas rates sunt qui non Erythram regem, sed Mysios & Troianos priores inuenisse in Hellesponto putent, quam transierunt aduersus Thracas. Alij in Britannico Oceano primò inuentas produnt corio circumfutas. Nauem, sicut Plin. lib. 7. scribit, primus in Græciam ex Aegypto inuexit DANAVS Beli f. at alij, teste Eusebio in 1. de Euang. præpar. à SAMOTHRACI BV S inuentam dicunt: aut, ut Clementi placet, ab Atlante: alij uerò, à Neptuno, alij à Minerua. Tertul. lib. de Militis corona. Verùm ego hoc aliquanto uerius, NOACHO tribuendum iudico, qui ex testimonio Eusebij libro 10. de præpar. Euang. perdit ante Danaum & Neptunum fuit, & arca fabricata diluuiio superfuit, quam Berofus nauim appellat. Polydorus de Inuent. rerum. Tibullus hoc TYRIIS assignat, Elegia septima:

Prima ratem uentis credere docta Tyros.

Tyrij enim teste Strabone lib. 16. diu nauigandi arte excellent. Longam nauem IA SON primus edificauit, qua apud Aegyptios, Diodoro lib. 1. teste, Sesostris rex Aegyptiorum, primus omnium postea usus est. Biremem ERYTHRAEI fecerant. Polydorus. Quadrirem CARTHAGINENSES, secundùm Aristotelem. Quia quierem instituit Nefichon Salaminus, quod nauigij genus, teste Polybio uol. I. ROMANI primi omnium in Italia, in apparatu primi Belli Punici edificarunt. Sed ab ea ad decem primùm Nefigito, ad XI. ordines Alexander Magnus, ad XV. Ptolemæus Soter, ad XXX. Demetrius Antigoni, ad XL. Ptolemæus Philadelphus, ad L. Ptolemæus Philopator, qui est Tryphon cognominatus. Onerariam nauem HIPPIVS Tyrius inuenit: lembum CYRENESES, cymbã Phœnicis, celocẽ RHODI, dicentium Cyprij, linteus GERMANI circa Danubium habitantes, scaphas ILYRII. quæ nauiculæ maiores sequuntur nauces. Remum autem COPÆ inuenerunt, latitudinem eius PLATEÆ, uela ICARVS. Malum, id est, arboris nauis, & antennam DEDALVS: hippagines (hoc est, ut Festo placet, naues quibus equi uehuntur) SALAMINI uel ATHENIENSES: testas longas THASII: rostra addidit PISEVS, TYRRHENI anchoram. EYPALAMIVS eandem fecit bidentem. Quod inuentum quidam, auctore Strabone li. 7. ANACHARSIDI adscribit, qui inuenit harpagonas, id est, telum in summitate aduncum, quo nauigia capiuntur, ab ægyptijs, quod est rapere. Adminicula gubernandi TIPHY S, sumto à miluo aut exemplo: hæc enim auis, teste Plin. lib. 10. uidentur artem gubernandi docuisse eandem flexibus, in celo monstrante natura, quod esset opus in profundo. Classe uerò primùm depugnasse MINOEM, auctor est Plin. Polyd. lib. 3. cap. 15. de Rerum inuentis.

FLAVIVS Melphitanus pyxidem nauicam inuenit, & hæc ipso inuento noui orbis inuestigandi instrumentum Hispani dedit. Petrus Cieza tomo 2. rerum indicatum, capite 9. Collenucius lib. 1. hist. Neapol. & Iouius lib. 25. Hist. Vulgo Acum nauicã uocant, Normani nauiculariam, quam Olorius lib. 1. rerum Emman. describit.

MERCATVRÆ.

Mercaturam Pœni inuenerunt, saltum in occidente exercuerunt Pœni teste Plin. lib. 7. cap. 56. Diod. in 6. MERCVRIO assignat, id quod etiam Galli sibi persuasum habuerunt: qui, ut Cæsar ait, deum maximè Mercurium colebant, cuius plurima erant apud eos simulacra: hunc enim omnium inuentorem artium ferebant, hunc uiarum atq; itinerum ducem, hunc ad quaestum pecuniæ mercaturãq; uim maximam habere arbitrabantur. Sed Plinius eodem libro dicit, emere ac uedere instituisse LIBE RV M patrem. At mercatura, quam ait Pœnos inuenisse, nil aliud est, nisi actus quidam emendi uendendiq; merces. Fortè ergo mercaturæ inuentum primum Baccho, at exercitationem primam Pœnis tribuit. Polydorus de Inuent. rerum. PHOENICES & Optices mercaturis & mercibus suis auariciam & magnificentiã, & inexplēbiles cupiditates omnium rerum exportauerunt in Græciam. Cicero lib. 3. de Republica.

MONETÆ.

Vsum pecuniarum, ex quo unque essent metalli genere, antiquissimum constat: quia apud Iosephum legimus, Cainum Adami primi hominis filium anxie in cumulandas pecunias incubuisse. Pessimum itaq; uitæ scelus fecit, qui primus ex auro denarium signauit, quod Plin. lib. 33. penitus latere dicit, auctore Herod. li. 1. hist. uolumine scribit, LYDOS primos omnium numum aureum & argen-

teum ad uendendum percussisse. Romæ autem, ut idem Plin. ait, numus aureus percussus est anno Urbis DCLVII. qui ceptit deinceps ubique gentium cudi, & communis esse: & ille in primis, qui quod Romæ cuderetur, Ducatus est dictus, à Romano ducatu, qui magistratus à Longino fuerat primùm constitutus, quem Iulianus Imperator Narseti Italicæ præfecto successore dederat. Argentum primus omnium, auctore Strabone lib. 3. Geographiæ, signari docuit PHÆDON. Eutropius uerò lib. 2. Histor. dicit numum argenteum primum in orbe esse signatum, anno Urbis Romæ circiter CCCCLXXXIII. primi autem Punici belli 6.

ACS IANVS primus signauit, & propter Saturni reuerentiam, quem classe uictum hospitio susceperat, edoctus ab eoagriculturam, ex una parte sui capitis effigiẽ, ex altera nauis expressit. Sic Ouid. in 1. Fastorum. At Plin. lib. 33. SERVIUM regem primus æs signasse scribit (antea rudi ufos Romæ, Timæus tradidit nota pecundum, unde Pecunia dicta. Ephorus scriptis prodidit, primùm Aeginæ à Phidone signari ceptum argentum. Emporium autem ideo effectum, quia cū locus amodum sterilis esset, homines mercaturam exercere necessarii sunt coacti. Strabo lib. 8.

DARIVS primus ex auro purgatissimo monentam percussit. Eum imitatus est Aryandus Aegypti præfectus. Vide Tit. Acumulationis nimia in Mechanicis.

ARCHITECTVRÆ.

Cum VESTA Saturni filia prima domos extruere inuenisset, intra domos ubiq; pingebatur, quod & domos seruare, & cultos esse habitantium, ut testatur Possidonius in Herobus & Dæmonibus. Natalis Comes Mythol. lib. 8. cap. 29.

Domos luteas, teste Plin. lib. 7. DOXIVS Gellij filius primus edificauit, sumto ab hirundinum nidis exemplo. Lateritias uerò, hoc est, ex lateribus constructas, eodem auctore, ERYALVS & HYPERBIVS fratres Athenis primùm fecerunt. Earum structuras Diod. lib. 6. dicit Vestam Saturni ex Rhea filiam primam inuenisse. Tegulas quibus domusteguntur, CINYRA Agriopæ filius in Cypro insula inuenit. Lapidicinas, hoc est, loca ubi lapides effodjuntur, CADMV S Thebis: aut, sicut Theophrasto placet, in Phœnicia, auctore Plinio. Verum ego huiusmodi rerum inuentionem uerius CAINO, aut SETHO eius fratris filiis assignarim, quando ille, teste Iosepho in 1. Antiq. mortalium omnium primus oppidum condidit, isti uerò, columnas duas, id est, unam lateritiam, alterã lapideam, ut in eis rerum celestium disciplinam inscriberent, construxerunt, quam primam columnarum atque laterum originem esse dixerim. Polydorus de Inuent. rerum.

BYZES Naxius, tegulas primus ex lapide fabricauit, quibus teetum templi Dianæ fecit, tempore Halysatis Cæsi patris, Lydorum regis. Pausanias.

TYRRHENI domibus addiderunt porticus, in quibus serotium ac concurrentium turba diuerteret: quæ imitati postmodum Romani, inq; melius aucta, ad suam Rempub. transtulerunt. Diodorus lib. 5. cap. 9.

Oppidum primus CECROPS condidit, Cecropiam dictam, quæ deinde aëx fuit Athenis. At loge uerius CAIN primus fuit, qui amissã conscientia securitate, in urbibus securitate in quærebatur, Enochia urbe ab Enocho primogenito suo dicta. Oppidum ab opibus conseruandis dictum. Ciuitas quasi ciuium cœtus. Urbs ab uruo, hoc est, parte aratri curua, quo ueteres sulcum ducebant, intra quem urbem posituram essent. Polyd. lib. 3. cap. 9. de Rerum inuentis.

Ion Xuthi & Creusæ Erechthei F. (quem etiam Apollo Delphis suum esse filium professus est) ab Atheniensibus præfectus fuit XIII colonis, quas uno eodemq; tempore, oraculo Delphico & consilio totius Hellados, in Asiam deduxerunt, singulis coloniis duces singulos tribuentes. Hi à duce summo Ione dicti, Lelegibus & Caribus cæctis, in Asia clarissimas urbes condiderunt, Ephesum, Miletum, Mynta, Prienẽ, Samum, Teon, Colophonã, Chium, Erythras, Phocæã, Clazomenas, Lebedum, Meliten, qua tandem euerfa ob arrogantiam, Smyrna inter Ionas recepta est, Attali regis & Arsinocis beneficio. Apollini igitur Panionio primùm ædem edificarunt, qualem uiderant in Achaia: eamq; Doricam appellauerunt, eo quod in Doricorũ ciuitatibus primùm factam eo genere uiderunt. Dorus enim Hellenis & Optices nymphæ F. Argis primùm Iunoni templum extruxit, cuiusq; structuram fortuitam in reliqua Peloponneso passim imitati fuerunt. Itaq; Doricã structura cæteris longè antiquior. Ceterum eum in ea æde Iones columnas collocare uellent, non habentes symmetrias earum, & querentes quibus rationibus effecere possent, uti & ad onus ferendum essent idoneæ, & in aspectu probatam haberent uenustatem, dimensũ sunt uilis pedis uestigium: & cum inuenissent pedem sextam partem esse altitudinem in homine, ita in columnam transfulerunt: & qua crassitudine fecerunt basim scapi, tantum eam sexticæ cum capitulo in altitudinem extrulerunt. Ita Doricã columnã

colonna uirilis corporis proportionem, & firmitatem, & uenustatem in ædificiis præstare cepit. Item postea Dianæ constitueret ad quærentes, noui generis speciem, isidẽ uestigijs, ad muliebrem transfulerunt gracilitatem: & fecerunt primùm columnæ crassitudinem altitudinis octaua parte, ut haberent speciem excelsiorem: basim spiram suppolluerunt pro calceo, capitulo uolutas, uti capillamento concispatos cincinnos præpendentes dextra ac sinistra collocauerunt, & cymatis & encarpis pro crinibus dispositis, frontes ornauerunt truncosq; toto strias, uti stolarum rugas, matronali more, demiserunt. Ita duobus discrimibus columnarum inuentionem, unam uirili sine ornatu nudam specie, alteram muliebri subtilitate & ornata symmetria que fuit imitati. Id autem genus, quod Iones fecerunt, primò Ionicum est nominatum. Tertium uerò quod Corinthium dicitur, uirginis, habet gracilitatis imitationem: quod uirginis propter ætatis teneritatem gracilioribus membris figuratæ, effectus recipiunt in ornatu uenustiores. Eius autem capituli prima inuentio sic memoratur esse facta. Virgo cinis Corinthia iam matura nuptijs, implicita morbo decessit. Post sepulturam eius, quibus ea uina poculis delectabatur, nutrit collecta & composita in calatho petulit ad momentum, & in summo collocauit: & uti ea permaheret diutius sub dio, tegula texit. Is calathus fortuad supra acanthi radice fuerat collocatus. Interim pondere pressa radix acanthi media, folia & cauliculus circa uernum tempus profudit, cuius cauliculi sectandũ calathi latera crescentes, & ab angulis regulæ ponderis necessitate expressi, flexuras in extremas partes uoluturum facere sunt coacti. Tunè Callimachus, qui propter elegantiam & subtilitatem artis marmoreæ ab Atheniensibus uenit, fuerat nominatus, præteriens hoc monumentum, animauerit eum calathum, & circa foliorum uascentem teneritatem, delectatũque genere & formã nouitate, ad id exemplar columnas apud Corinthios fecit, symmetriacque constituit, ex eoque in operum perfectionibus Corinthij generis distribuit rationes, ut quanta esset crassitudo imæ columnæ, tanta altitudo foret capituli cum abaco, &c. Vitruuius lib. 4. de Architectura, capite 1.

CIMCENIVS Crassi collega, Catone & Flacco consulibus, domum uenderet, ut ibi basilica extrueretur, ius uini columnæ, supra quã testũ proiiceret, &igna immitteret, sibi exceptit, quò superiora latius paterent, & posteri prospicerent. Cuius generis ædificia, inde Memiana dicta, hodieque id nomen obtinuit. Alex. lib. 5. cap. 17.

NERO Imp. ædificiorum nouam formã excogitauit: insularum domos cum porticibus ac solaris ad ascendenda incendia (quibus obnoxia urbs erat) construens. Suetonius.

PICTVRÆ, STATVRÆ.

ÆGYPTII sex millibus annorum apud ipsos inuentam picturam, priusquã in Græciam transiret, affirmant uana prædicatione, ut palam est. Græci autem alij SICYONE, alij apud Corinthios repererunt, omnes umbra hominis lineis circumducta. Itaq; talem primam fuisse. Secundã singulis coloribus & monochromaton dictam, postquam operosior inuenta erat: duratq; talis etiam nunc. Inuentam linearem dicunt PHILODE Aegypcio, uel CLEANTHE Corinthio. Primi exercuerunt ARDICES Corinthius, & TELEPHANES Sicyonius: sine ullo etiam uim colore, iam tantè spargentes lineas intus. Ideo & quos pingent, ascribere instituerunt. Primi inuenit eas colorate, testã (ut ferunt) trita, CLEOPHANTVS Corinthius. Deniq; nulla artium celestis consummata fuit, cùm illiæcis temporibus non fuisset eam constet. Plinius lib. 35. cap. 3.

Ceris pingere, & picturam inuere quis primus excogitauerit, non constat. Quidam ARISTIDIS inuentum putant, postea consummatum à Praxitele. Sed aliquanto uetustiores encausticæ picturæ extiterunt, ut Polygnoti & Nicanoris & Archestilai Pariorum. Lyfippus quoq; Aeginæ picturæ suæ inscripsit, εὐκλειπῶν: quod profecto non fecisset, nisi in caustica inuenta. Pamphilus quoq; Apollis præceptor non pinxit tantum encaustica, sed etiam docuisse traditur Pausiam Sicyonium primum in hoc genere nobilem. Plin. lib. 35. cap. 11. Cera pro cerea imagine posuit. Martial. lib. 7. luuen. Sat. 8. & Statius. Cicero fingere de cere appellat. Suidas. εὐκλειπῶν. In quibus hæc uerba: καὶ τῶν ἰσχυρῶν ἡ γὰρ ἡ πηλὸν ἔργον. Ceras uerò coloribus pingi ad eas picturas quæ inuenerunt, auctor est Plinius. Ceris pingendi duo fuisse antiquitus genera, tradit Plin. cera, & in ebore cæstro, id est uiriculo, tum accessisse tertium, resolutis igne ceris, penicillo utendi, id genus picturæ καὶ εὐκλειπῶν ἔργον. τῶν ἰσχυρῶν ἡ γὰρ ἡ πηλὸν ἔργον. uocat. Brodeus in Græcis Epigrammatis.

LYMARVS Atheniensis primus in pictura marem feminamq; differuit, figuras omnes imitari ausus. Plin. lib. 35. cap. 8. CIMON Cleonæus Eumari inuenta excoluit, catagrapha inuenit, hoc est obliquas imagines, & uariè formare uultus,

respicientes suspicientẽsue & despicientes. Articulis etiam membra difluxit. Venas protulit, præterq; in ueste & rugas & sinus inuenit.

APOLLODORVS Atheniensis primus species exprimeret inquit, primusq; gloriam penicillo contulit. Fecit sacerdotem adorantem, & Aiacem fulminatam.

GYGES Lydius picturam reperit in Aegypto. In Græcia PYRRHVS Dædali cognatus, ut Aristoteli placet: Theophrasto, POLYGNOTVS Atheniensis. Plin. lib. 7. cap. 56. At lib. 36. c. 5 marmorariam artem antiquiorem fuisse ait & picturã & statuaria, quarum utraq; cum PHIDIA cepit Olymp. 83. Poirrẽ lib. 35. cap. 3. picturã incerta esse initia asserit.

SCRIPTORIÆ.

MECONAS Augusti Cæsaris temporibus primus quasdam notas literarũ inuenit, ad sceleriter scribendum, easq; copularet per Aquilam liberrũ dõcut. Dion Nicæus in Augusto.

TYPOGRAPHIÆ.

Typographiam, uti & tormentariam artem apud CATAITANOS Indos antiquissimam esse, testantur historici regionũ nuper inuentarum. Itaq; uerũ illud est quod Aristoteles inquit, Nil prohibere easdem artes à diuersis uel eodem uel etiã diuerso tempore citra ullam communicationẽ inueniri. In nostro orbe recentius est inuentũ utrunq; GERMANORVM propriũ. Anno Christi MCCCL. magnũ ac uerũ diuinum beneficium IOANNES Faustus Germanus, cuius Moguntinus generi humano contulit, nouam scribendi genus haud dubiè cœlestis reuelatũ (quod Chalcographiam excusoriam; impressoriamq; uocare solent) inuenit, & biniõ compluit. Hoc cœlestissimum munus à Faustõ, & PÉTRO Scheffer de Gerensheim, genero suo, cui unicum filiã Christianam desponderat, inter secreta, adactis omnibus sociis ad silentij fidem iurissuandũ religione, habitũ, decimõ post anno Fausti ministri IOANNES Guetenberger Argentinoratis in Germania uulgauit. Municipis huius HYLDRICVS Han, hoc est Gallus, XYSTVS Reifus Romæ Litalicq; intulerunt. Auentinus lib. 17. Annalium. Circa annum Sal. 1430. libraria impressio apud Italos uulgari cepta est; res sanè memorabilis, nec minore admiratione digna, sed multo admirabilior futura, si non ad eũ uulgari contigisset. Mirum, & uix credibile dictũ, sed uerũ uero, tantum literarum uno die opificem unum formare, quantum uix biennio uelocissimum queat librarius. Commetum id Teutoniam; fuitq; ab initio in multa, ut debuit, admiratione, nec minore quaestũ. Puletrini inuenti auctor IOANNES Gutbergius, equestri uir dignitate, Mogunticq; res primùm tentata est, maiorẽ quidẽ fiducia quã spe, annis circiter sexdecim, priusquam in Italia res cepta sit uulgari. Sunt qui inter initia Pieninũ pōtificatus id opificium Italiae inuẽctum dicant: quod non multum sit diuersum ab eo, quod alij prodidere, ut in eum ipsum annum Callisti exiis incidit, & sij pontificis creatio. Sabellius lib. 6. Enneadis 10. Lud. Guicciardinus in descriptione inferioris Germaniæ, Harlemi in Hollandia primùm inuentam, Moguntiam inde exportatam in clarescere cepisse, uulgari fama Harlemensium scribit.

Typographiæ inuento uidetur in Purbachij tabulis ad IO. Regiomontanum referri, inter cuius opera saltem tentatã ars illa miracula literarum formatrix appellatur: neq; chronologia repugnat, cum primùm typographiæ exemplum Moguntie editũ sit anno 1466. à Petro Gernefo puero Ioannis Fustei, ut constat è Cicerois Officiis, quæ prima omnium librorum uidetur typis æcis impressa. Horũ exemplum P. Ramus habuit in membrãna impressorum: quæ ad finẽ hæc ad descriptionẽ continebant. Præfens M. Tullij clarissimum opus Ioannes Fust Moguntinus cuius, non aramento plumãli, canna neq; aerea, sed arte quadam perpulcra, manu Petri de Geinshem, pueri mei, feliciter effeci. Finitum anno MCCCLXVI. quarta die mensis Februarij. Hæc adscriptio tempus indicat libri primùm typis impressi. Ita ars artium omnium conseruata typographia è mathematis Germaniæ primũ nata uidetur. P. Ramus l. 2. Pro cœmij mathem.

TEXTORIÆ.

ÆGYPTII textilia reperere. LYDI Sardibus primi infecerunt lanam. Fufos in lanificio CLOSTER filius Arachnes. ARACHNE linum & retia.

VESTIMENTORVM.

Vestium usum PALLADEM inuenisse, Diod. lib. 6. auctor est. Sed, ut ait Euseb. quum de rebus Phœnicum in 1. de Euang. præpar. scribit, VS O ex Sicili genere ortus, traditur primus corporibus tegmina ex pellibus feris confecisse. Quod ego illi apud Phœnicis duntaxat tribuendum duco, quando Adamus primus à Deo creatus, pelliceam sibi uestem fecit, quod proculdubio uestes faciendi posteris exemplat extitit. Latus clausum primùm repletus est ab incolis BARIVM insularum, quo C. Cæsar, auctore Tranquillo, ad

ad manus fimbriato usus est, & à latis clavis, qui eius vestitus tunica inferti erant, non en habet: unde tunica lati clavi palmata à genere picturae dicta. Auri intertexti modum, uti Plin. lib. 33. & s. est testis, ATTALVS rex Asiae invenit, unde Attalicae vestes pictae. Acu facere excogitaverunt PHRYGES Idæi; id eoque Phrygiones vocati sunt, & vestes ipsae Phrygianae. Rectam tunicam TANAQVIL prima contexit. Apud GRÆCOS inventum est pallium, sicut apud HÆTRVCO S pretexta, ita nuncupata, quod eius circuitus & orae purpura pretexta essent: & magistratum vestitus erat. Cōtra toga alia pura dicebatur, cui nihil purpuræ foret pretextu, qua, teste Plin. lib. 8. tyrones ac novæ nupte induebatur. Item colores diversos intexere BAYLONI cepērūt. Martial. Vestē Semiramia quæ variatur acu. Undulata vestis, quæ toga regia dicebatur, qua Servius Tullius usus est, fecit CAIA Cæcilia, quæ eadem Tanaquil uocata est. Plin. lib. 8. & undulata dicta, quod undis aspersa foret, quæ fit ex pilis hircorum, caprarumq; & camelorum. Hoc genus panni, nos Zamballaton vulgò uocamus, quasi camelotum. Dalmatica vestis longa, non admodum lata, à DALMATIS primùm confecta. Gabanium à GRÆCIS inventum eiusdem ferè forme, ac Dalmatica est, manicis eius longitudinè æquantibus, quo Itali etiã nunc unã cum Græcis utuntur. Eorundè Græcorū inventū fertur mantale, quod est genus penulæ, quam ipsi *μαστωρίδιον* uocant, nos uerò mantelium, at vulgò cappã, cuius nunc ubiq; gentiũ usus est per quã celebris. Braccæ GALLORVM uelutis fluxus int̄osusq;, ac uarij coloris, unde pars Gallia frigidiõr, Braccata appellata est. Sindonẽ ex lino amictum primũ in urbe SIDONE factam constat, qua corpus Seruatoris nostri inuolutum, Mattheus tradit. Polydorus lib. 3. cap. 6. de inuentione rerum.

Cilicium uelutis genus, confectum ex uillis hircorum atque caprarum, quod, teste Varone, CLICIA, unde nomen habet, primùm inuenit, ut illud dense duplicatum adhiberetur, ad sagittarum ictus excipiendos.

PVTEORVM.

Strabo Dana FILIAS scribit, ex Aegypto profectas, apud Argos adinuenisse puteos, & *φρουνιστρων* docuisse, quã ciuitas ea in loco iaceret arido: restante id ipsum Græco uersu, *αργεον αβυδρον εν δωδεκα ημεραις κεραις ενδρον*.

Atgos aquis uacuum Danae struxere redundans.

Seneca in Thyeste: Timentq; ueterem nobiles Argi sitim.

Cælius lib. 10. cap. 17. A. L.

SCENICORVM.

Festus Pompeius innuere uidetur, Claudiana tonitrua in uulgi sermone abesse: scribens ideo uocata Claudiana tonitrua, quod CL. PVLCER instituerit, ut ludis post scenam factis, lapidum coniectus ita fieret, ut ueri tonitrus similitudinem imitaretur. Nam antea leues admodum & paruos sonitus fieri solitos, cum clauis & lapides in labrum æneum conicerentur. Erasmus in Adagijs.

DISCIPLINA. HVC ARTIVM mechanicarum

MAGISTRI, AVCTORES, PROPAGATORES.

Ex Tit. Inuentorum exempla perennia, quatenus inuenta sua alio communicant.

Agriculturæ.

SATVRNVS classe in Italiam uectus, & ab Iano hospitio exceptus, docuit illum peritiam ruris, & rudem uictum in meliorem commutauit: primus quoq; æra signare docuit. Ianus igitur gratitudinis ergò numisma fecit, quod ex una quidẽ sui parte Ianum bifrontẽ haberet, ex altera uerò nauis effigiem, quoniã nauis in Italiã uectus fuisset Saturnus. Terram quinciam omnem suæ ditioni parentem Saturniã uocauit, & diem festum quotannis in mense Decembri celebrari uoluit sub nomine Saturnaliorum. Simulacrum eius fecit cum falce, quæ messis solum est. Fabulæ hinc data occasio. Saturnum ferūt castrato Cælo patre falcem deicisse in terras, eamq; cecidisse in Siciliam, in locum *απὸ τῆς δρεπανῆς*, hoc est à falce, Drepanum dictum. Huic deniq; insitiones sirculorum, pomorum educationes & similia tribuunt. Cyrenenses cum rem diuinam ei faciunt, ficis recentibus coronantur, placentalq; mutuo mittant, mellis & fructuum repertorem Saturnum existimantes. Hunc Romani etiam Sterculium uocant, quod primus stercore fecunditate comparauerit. Mos quoq; in Saturnalibus cercois mittere, quod hoc principe rudis & tenebrosa uita quasi ad lucem, & bonarum artium scientiam transducta fuerit. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 7. Eodem tempore Opalia celebrabantur, quoniam Ops Saturni coniunx fuerit, ab ope ferenda dicta, uti ipse à satureaq; propter rectẽ omni iam factu agrorum coacto iis sacra sunt, quasi uitæ cultioris au-

toribus. Quidam tamen Saturnum cælum esse interpretantur, Opem terram, in cuius facris sedentes uota concipiunt, terramq; de industria tangunt, demonstrat ipsam terram esse matrem mortalibus appetendam. Idem cap. 10.

BAACHVM antiquissimum Indum uolunt extitisse: terraque sua sponte ob soli fertilitatem uites ferente, ex uua uinum elicere, ficus cæterarumq; arborum curam, & horum insuper comedendorum usum edocuisse. Eundem, quoniã Indorum sit moris, per omnem uitam barbam nutrire, Barbarum cognominauerunt. Hic orbem cum exercitu perambulans, & uitam plantare, & ex racemis uinum torculari, ex quo ipsum Lenæum appellant, educere monstrauit. Secundum ferunt, ex Ioue genitum & Proserpina, boues ad aratum iunxisse, cum terra prius manibus hominũ colectetur: multaq; alia instrumenta reperisse agrorum culturæ accomoda, quò minori labore rustici opus facerent. His ergo homines beneficiũ cum eum conserent immortalẽ, & honores illi & sacra ut deo instituta sunt. Diod. lib. 3.

Memoriae prodidit Lucianus in dialogo Iunonis & Iouis, I. CARVM cælum fuisse apud Indos, quia cum palmitem, & uini faciendũ rationem à Baccho didicisset, creditus est primũ ab Indis uenenum in conuiuio exhibuisse: nam Induino primũ gustato in insaniam sunt conuersi, ut ait idem in Nigrino. Natalis Comes Mythol. lib. 5. cap. 13.

OSYRIS Aegyptius Marfo Germanorum regi sexto atatum & rustica a mamenta reliqua ostendit, boues iunxit, arbores, uites putare docuit, prata tendere, transferre stirpes, & plantare: pecuariam instituit, passionemq; uillaticas. Zithum ex hordeo conficere Germani ab ipso didicere. Auentinus lib. 1. Annalium Boiorum.

HE SIDVS poeta Cumanus, primus agriculturæ præcepta tradidit. Itaq; Cleomenes Homerum Lacedæmonio, Hædodum uerò Helotarum feruorum poetam esse dixit: quoniam ille arma, hic uerò agriculturam docet. Adian. libro 13. Var. hist. Plinius libro 14. Eius libro olim pro Epheme ridibus rustici utebantur, & ad testandam eius seculi simplicitatem etiam pro gnosis morum.

Modum plantandi digessit SOLON Atheniensis legillator per quum artificiosus. Aliam arborum qui in agro suo plantaret, cum à uicino abfisteret pedes quinq; imperauit: qui sic aut oleam, nouem: quod radices agant hæ longius, neque sit omnibus earum innocens uicinia: sed & alimentum eripiant, & halitum essent aliquibus infestum. Scrobem aut fossam qui ducere uelit, cum recedere tam longè iussit: a fundo alieno, in quantum profunditatem deprenderit eam. Qui apum aluaria collocat, abfcedere à prius positus alienis pedes trecentos. Plut. in Solone.

De cultura agri præcipere, principale fuit etiam apud exteros. Siquidẽ & reges fecere, HERC, Philometor ATTALVS, ARCHELAVS: & duces XENOPHON, & Pœnus etiam MARGO: cui quidem tantum honorem senatus Rom. habuit, Carthagine capta, ut cum regibus Africa bibliothecas donaret, unius eius duodeviginti uolumina conserent in Latinam linguam transferenda (cum iam M. CATO præcepta condidisset) peritq; linguæ Punicæ dandũ negotium, in quo præcessit omnes uir clarissimæ familiæ D. Syllanus. M. VARRO, octogessimũ primũ uitæ annum agens, de ea repudiandum putauit. Plin. lib. 18. cap. 3. & Columella libro 1. Testatur M. Varro, Cassium Dionysium Vitensem ex eis 20. uolumina in Græcum uertisse sermonem, ac Sextilio prætori dedisse. Volat. lib. 17. Anth.

NVMA Pompilius Romuli successore, ut populum ad agriculturæ studium uerteret, Terminum deum coli uoluit, qui agrorum limites discerneret, tanquam pacis & iustitiæ in iudicem custodemq; agrosq; diuisit suis. Plut. in Numa. Lege KENETHI Scotorum regis, femina, nisi nociuis graminis munda, terræ mandari uerbantur. Qui sua culpa agros fatiles nociuis herbis labefactari permitteret, ob primam culpam boue uno multabatur, ob secundam decem, ob tertiam uerò agris ipsis pellebatur. H. Boeth. lib. 10.

Venationis, Piscationis, Aucupij.

Sanxit SOLON, qui lupum uinctum atulisset, quinq; drachmas ex publico accipere: qui lupam, drachmam unam: hoc pecoris, illud bonis precium. Uetus fuit Atheniensium hanc belluam quidiũ scitari, quippe quæ æquẽ sit pecuariæ rei & agrorum cultui infesta. Sab. lib. 5. Ennead. 2. Qui lupi cattulum interemisset, huic talentum: qui a dultum occidisset, duo talenta dabantur. Vnde & Apollinem *λυκαον & λυκαρο* cognominarunt. Aristophanes in Aulibus: *Φασμαστὴν γὰρ τὴν τὰ δὲ μύθων ἢ λυκαον*, id est, Quid enim his magis parcemus, atque ipsis lupis? Erasmus in Adagijs.

ARTOXERES Longimanus Persarum rex legem uenationis edidit. Plin. lib. 7. c. 56.

HOMERVS comparat focios Vlyssis à Scylla correptos piscibus

Metallariæ.

THEODORVS Samius primus ferrũ fundere docuit, & ex eo signa facere. Cuius opus est Sparte in foro Scias; Vmbraculũ dictus locus, in quo cõciones habet. Paul. in Lacon. Picturæ, Statuariæ.

APELLE S de arte pingendi libros scripsit: uti apud Germanos paucis ante annis ALBERTVS Dureus. ANTONVS statuarius de sua arte condidit uolumina. Itẽ & XENOCRATES, & MENACHMVS. Plin. lib. 34. c. 8. PERSVS, Apellis discipulus, à magistro, ac etiam Zeuxidẽ condiscipulo longè differens; de picturã scripsit, teste Plin. lib. 35. cap. 11.

Coquinariæ.

Fecerunt complures cõenarũ commentaria, & TIMARCHIDAS Rhodius libris undecim carmine compositis, uel etiã pluribus, cõplexus est: & NVMENIVS Heracleotes Diachis medici discipulus; & MATREAS Pitaneus Parodus, HEMONQ; Thasius Lens appellatus; quem in antiquã comœdia quidam collocarunt Athen. lib. 1. cap. 2.

Typographiæ.

GERMANI artem tormentariam & typographicam uniuersõ orbi Christiano communicauit. Egnat. lib. 8. cap. 11.

Machinariæ.

Selymo Aegyptium Sultanũ euerente, anno MDXVII. Turcæ complures tormentariæ artis peritissimos magnis inuitatos præmij, ex Italia atq; Germania in castris habebant: ac multos, in primis ex illa Iudæorum colluue, quæ pietate Ferdinandi regis omnib; expulsa Hispanijs, in cõtumeliam nostram toto postea Orienti huiusmodi rariore artes; insolitas atq; mortiferas, importauit. His omnib; præpositus erat IACOVS de Regio Lepidi, horum operum egregius artifex, qui iam pridem Turcarum munerib; illectus, deserto Christi cultu, ad Mahometi sacra defecerat. Hac rectè una ratione & Hismaclem Sophum Persarum regẽ, & Aladolum regẽ, & Aegyptiũ Sultanũ Selymus euerit. Louius.

Typographiæ.

MEDIOLANENSIS duo à Lusitanis ad Calcuticenses defecerat, eosq; constantiorum tormentorum artem uel inuiti docere. Qui post impunitate promissa ad Lusitanos reuersi, dum fugam parant, deprehensi, poenã inerte crudelissima luerunt. Olorius lib. 4. rerum Emm.

DISCIPVLI MECHANICI.

Olim cum rudes illi pisciõ; HOMINES, nudi, sine mœnibus absq; recto, uitam in syluis agerent, euenit aliquoties, ut à feris ac belluis offenderentur. Cum his igitur primũ homini bellum susceptum est, & uir fortis habebatur, ac dux, qui ferarum uim ab hominum genere depulisset. Quin & æquissimum uidebatur in gulare iugulantes, trucidare trucidates, p̄sertim cum nulla laceritate iniuria, ultra homines impereret. Ea res cum summæ laudi duceretur (hinc enim deus factus est Hercules) cepit animosa passim iuuetus uenari bestias, & exuuium ceu trophæum ostentare. Plut.

NAVPLIENSES in Peloponneso habitates de asino memòrant, quod arroso uitis palmitẽ, uuarum in posterum uberiorẽ prouentũ exhibuerit: & ea de causa apud eos etiam nunc uidetur asini figura, utpote qui putandarũ uitium rationem docerit. Pausanias in Corinthiacis.

GRÆCI de Persis uictores, prædaq; ditati barbarã, artes litus ministras amplecti cõpete. Hinc Horatius: Vt primũ postis nugari Græcia bellis Cœpit, & in uitium fortuna labier æqua, Nunc athletarum studijs, nunc arte equorum, Suspendit picta mentemq; animumq; tabella. Et alio loco mali cõtugium ROM. cõmunitatũ scribit: Græcia capta fetum uictorem cepit, & artes Intulit agresti Latio.

ARRIS Equestris. CIMON Atheniensis scripsit librum de Equis dignoscendis admirabilem. Suidas.

Nauticæ.

AEOLYM, ad quem Vlysses errans diuertit, iustus ac pius & cõgruus hospites perhumanus, uelis uti nautas docuit. Observatione igitur, qui ueri futuri essent prædixit. Vnde & illum fabulæ uictorum potentem dixere. Ob eximiam eius pietatem deorum amicus est nominatus. Diod. lib. 5. cap. 3.

HESTODVS in regijs suis tẽpora nauigatiõis cõmòdè docet. PANCRATES Arcadicus, regis Iudæorum ad Hædodum imitatio nem scripsit. Hic Pompilium sacrum piscem huncupauit. Syracusis bellũ gerentibus contra Athenienses in Sicilia, suadet ARISTON quidam Corinthius nauita, ut nauium protras & breuiore & depressiores faceret. Quod cõsilium in posterioribus deinceps matris periculis magnò prædicio extitit, ac perisepẽ ea causã res à Syracusis benè gesta est. Diod. lib. 13.

MECHANICARVM ARTIVM POSSESSIO CONSIDERATA RESPECTV

ARTIS. QUI EXCELLVERE IN VNA.

Ex specialibus Artium titulis excellentia sumantur.

PLVRIBVS ARTIBVS MECHANICIS.

Ingenij bonitas huic egregiè perspicitur: capropter primo Volumine de his tractauimus.

DEVPHRANORE Fabius lib. 12. sic ait: Euphranorem admirandum facit, quod & cæteris optimis studijs inter præcipuos, & pingendi fingendiq; idem mirus artifex fuit. Iuuenalis Satyra 3.

Hic aliquid præclarum Euphranoris & Polycteti.

PHIDIAS initiõ pictor fuit, pinxitq; clypeum Athenis: mox statuarius insignis. Plinius lib. 35. cap. 8.

ARTIFICIS, TVM PER SE.

Quis, Qualis. Huic Mechanici artifices & Docti simul.

DEMADES orator naupægus & statura. Vide Tit. Oratorum. METHODIVS monachus & pictor Romanus. Vide Titulum, Religionis discipuli.

M. PAVIVS poeta, & tragediarum scriptor, ædem Herculis in foro Boario Romæ pinxisse dicitur: ut refert ex Plinio Volateranus lib. 18. Anthropologia.

IACOBY I. Sc otorum rex ex Anglia, ex Flandria, alijsq; re- gionibus, artifi ces omnis generis precijs ingentibus euoca uit, qui populu m suum artes edocerent mechanicas. Nam quia post Alexa ndri tertij mortem cōtinuis ferē bellis Scotia laborauerat, omnesq; incolæ ad bellum ire coacti erāt, castiq; plurimi inter eos illarum disciplina exercendas, quā ad urbanas, omnes illa interierant ferē unius ætate homi- nis: nec restitui ullo pacto potuissent ex ijs qui remanserāt: ad eod caduca sunt, & citō memoriæ excidunt, quæ per manus tantum, non etiam per litteras traduntur. H. Boethius libro decimo septimo.

In ea VNGARIA parte, quam uulgō Septem castra uocant, omnes incolæ aliquod opificium mechanicum discere coguntur. Itaq; inter peregrinos si quem uirum uel pace uel bello illustrem uideant, quod nam opificiū calleat, inquirunt. Qui mos etiam apud TVRCA S esse dicitur. Proinde Solymannus Selimi qui nūc regnat pater, acus facendi ar- tē probē dicitur noscere. Aristoteles ex Republicā sua opif- ces excludit, propter questus studium, & nimiam occupa- tionem, quorū utrunq; Reipub. actionibus officiat si mo- deratē quis horū utrūq; sequatur, nihil ob stare uideo, quin opifices quoq; beata Reipub. ciues esse haberi q; possint.

LONDINI in Anglia omnis quasi populus per artificū col- legia diuiditur. exempli gratia: Lanifici de rege emūt priuile- gium, quō sibi liceat inter se societatem, coire, suum ha- bere collegium, suas condere leges, quibus monopolia in- stituant, precium panno lanco constituent, prohibeantq; ne alij in urbe uendā. In illud uerō collegium potissimum ueniunt, qui discendo artem, annos septem, decem uel, aut eo amplius seruiunt eiufdē collegij lanificis. Et ij dum fer- uunt, aliorumq; ministri sunt, uocabulō non ineleganti appellantur Paremtij, hoc est, pares emptij seruis, quia perinde lanificis in eos toto illo annorum spacio, ac do- minis in seruos ius ferre est. Post exactos ministerij annos, ciues habentur: ramentis interdum sine famulatu, etiam pre- cio, ciuitate donantur. Eodem quoque seruitio uel femi- næ in ciuitatem adscribuntur. Quapropter quotidie mult- itudo puerorum nobilium æquē ut puellarum usq; ab ul- timis regni partibus Londinum confluit, qui ibi eo pacto diuitias, honores, & honesta coniugia consequuntur. Poly- domus libro 14.

Apud MALABARES Indos artificum genera ita sunt distin- cta, ut non sit inter dissimiles ullum ius connubij. Nec enim licet factoris filijs futuris filias ducere, neque aliam artem, nisi eam, qua pater illius uictum comparauit, addiscere. Et sic in reliquis artibus summo studio retinentur, eadem à maioribus tradita disciplina conseruatur. Oforius libro 2. rerum Emmanuelis.

Domus IOANNIS Medices Cardinalis, dum ageret Romæ patria exulans (qui postea Leo X. Pontifex fuit) semper plena erat phonais & musicis, cum in ea arte usq; ad fecunditatem ingenij peritissimus euassisset. Conspiciebatur etiam officina nobilium artificum, quando nullibi libenti- us pictores, statuarij, scalptoresq; gemmarum, & antiqui- tatis studiosi, monumenta artis deponerent, quā apud Mediceos, qui gentilitia quadam hereditate, ceteros om- nes argutia & subtilitate iudicij præcellere dicebantur. Io- uinus in eius uita.

In CLEMENTE VII. Pont. enitebatur prope omnium præcellentiumque artium notitia atque censura singula- ris, eo admirabilior, quod nullis prope literis inuiteretur, uerum ingenio ad infimas artes sumtuariasque rationes ad eod demisso hærentique, ut opificum arcana subtilita- tesq; operum nimia & prope turpi solertia scrutaretur. Et certe is fuit, quem nemo unquam in paruis rebus felle- rit, ut obiter non sit mirum, si in magnis demum, quæ publicam salutem respicerent, sæpissimē fuerit deceptus. Io- uinus lib. 32. Hist.

In specie. V.G. Studium

Agricultura.

Protoplastus à Deo creatore in Paradiso uoluptatis orto, ut illum excoleret, constitutus, uxoris illecebris fructu uerito degustato, paradiso pulsus, terram in sudore uultus sui co- lere iubetur à DEO, cū hac imprecatione, uti illa pro fructi- bus sentes & tribulos ei producat. Gen. 2. & 3.

Apud INDO S agricola ita sunt à ceteris feriatj, ut inter con- gredientes acies, uolantia tela, armorum strepitu, nihilomi- nus omnis expertes curæ in iusta sibi munia obeant, nec laceffantur uel minimo. Cælius lib. 8. cap. 31. A.L.

PHRYGES tanto studio agriculturæ incumbunt, ut si quis inter ipsos bouem aratorem occiderit, aut instrumentum quodpiam ad agriculturam aptum furto fustulerit, morte puniatur. Stobæus Sermon. 42. ex Nicolai de Gentium mori- bus historia.

Lex est ATHENIENSIVM, Bouem aratorem, qui iugum trahit, uel in aratro uel plaustrō, ne mactet: quoniam ille etiam agricola est, & humano generi laborum socius. Ae- lianus lib. 5. de Varia historia.

Leges SOLONIS de boue nulli deo sacrificari licet: quia cum animal sit innocuum, & agrorum cultui deditum, in sacris mactari uetuit: quippe ueteribus tantæ ueneratio- nis erat, ut æquē capitale esset, bouem quā ciuem necas- se. Alex. lib. 3. cap. 12.

PARII eos Milesios, quorum agri bene culti essent, aliorum dominos constituunt. Vide Tit. Prudentiæ in sedandis discordijs.

GELIO Syracusanus, se quenter suos ad agriculturæ studium adhortabatur: partim, ut agri ad usum hominum meliores redderentur: partim, ne otio torpescerent. Plutarchus in Regum & Imperatorum Apoph.

PHILOPOEMENES Arcadam dux præstantissimus, sacro- rum certaminum coronas omnino contempsit, agro, quem possidebat, colendo deditus, à uenatione minime alienus. Pausanias in Arcadicis.

Cum Harpalo præcepisset Alexander Magnus, ut arbores Gra- cas Babylone depangeret, & præcipue, quod torrida care- q; & solis ardoribus sit ambulata, ramosas, frondosas & umbrifas inter frutices institueret: solam reiecit illa plaga hederam, licet multum elaboraret in eo, omniaq; moueret Harpalus: uerum elanguit exaruitq; quod altius sit ipsa, ideoq; cum torrente misceri sociariq; solo nequeat, sed re- fugiat consortium. Plut. lib. 3. Questionum conuiuialis. c. 2.

NUMA rex Posthumia lege, ex imputata uite libari uina dijs, nefas statuit, ratione excogitata, ut putare cogeretur: alijs aratores, & pignri circa pericula arbuti. Plin. libro decimo- quarto capite duodecimo.

ROMANI quantum agriculturæ studium amplexi sint, non tantum id ostendit, quod consules, dictatores, senatores ex agris sæpe per uiaiores uocant, item quod rustica pleni- cognomenta habuerint: sed illud quoq; , quod præter- banas tribus tranuor, reliquas omnes rusticas constitu- erint, & quibus transire ad urbanas Romano ciui probro da- tum est. Apud eos etiam agrum male colere, aut minus ar- re quā uetere, censura nota dignum putabatur. Odo itaq; dies culturæ agrorum ueteres impendebant, nonum urbanis rebus & nudinis. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 11. ex Gellio. Vini magni nostri maiores (inquit Varro) non sine causa præponerent rusticos Romanos urbanis. Vt ruri enim, qui in uilla uiuant, ignauiores quā qui in agro uersantur in aliquo opere faciundo: sic qui in oppido sederent, quā qui rura colerent, desidiosiores putabant. Itaq; annu- ita diuiserunt, ut nonis modo diebus urbanas res usurparent, reliquis V I I, ut rura colerent. Quod dum seruauerunt in- stitutum, utrunq; sunt cōsecuti, ut & cultura agrorū fecun- dissimos haberent, & ipsi ualitudine firmiores essent. Var- ro lib. 2. proœmio, de re Rustica. Item lib. 3. cap. 1. inquit: Non solum antiquior cultura agri, sed etiam melior. Itaq; non sine causa ROMANI ueteres ex urbe in agris redige- bant suos ciues, quod & in pace à rusticis alebantur, & in bello ab his tuebantur. Nec sine causa Terram eandem ap- pellabant matrem & Cererem, & qui eam colerent, piam & utilem agere uitam credebant, atq; eos solos reliquos esse ex illepe Saturni regis.

Cerasi ante uictoriam Michridaticam L. LVCILLI nō fū- re in Italia. Ad urbis annum DCLXXX is primū uenit à Ponto, annis q; CXX trans Oceanum in Britanniam usque peruenerit. Eadē in Aegypto nulla cura potuerit gigni. Plin. lib. 15. cap. 25.

SERVILIUS Vacia uir prætorius, tempore Senecæ, nulla re alia notus fuit, quā uillæ otio, quam prope Cumas pos- sidebat, in qua consenuerat. Seneca in epist. 55.

DOMITIANVS Imp. ad summam uini uerberatam, frumenti uerō inopiam, existimans nimio uinearum studio negli- gita, edixit, ne quis in Italia nouellaret, utq; in prouincijs uineta succiderentur, relicta ubi plurimum dimidia parte: nec exequi rem persequeretur. Eapropter Apollonius Tya- neus eunucham terram esse ab Domitiano factam cōque- stus est. Scopelianus autem sophista ab Asiaticis legatus ad Imp. missus, facillē illum ab hac sententia abduxit. Cæ- lius lib. 20. cap. 11. A.L. ex Suetonio.

PERTINAX Imp. quicquid inculti soli uacabat, occupanti- bus adiudicauit: decemq; annorum immunitatem ac pri- uetam libertatem agricolis concessit. Cuspinianus.

AURELIANVS Imp. uinum gratuitum populo dare cogita- uerat, ut oleum, triticum, & suillam carnem. quod ut ali- quando fieret, à Valeria uia per Hertruriam ad Alpes usque omnia aprica Apennini iuga uitibus ferere in animo ha- buit, captiuorum multitudinem inducta, si locorum domini nouellarenouissent. Rem iam dudum incoctam auctoris præmaturus exitus discussit. Fuerunt qui crederent, Carā præfecti

præfecti prætorio moniti incepto d' estitisse, qui diceret fut- urum, ut si gratium populo uinum daretur, gallinacci & anseres quoq; deinceps dandi essent. Sab. lib. 7. En. 7.

THEODERICVS, Ostrogothorū in Italia rex, ad frequētan- das urbes edicto iussit toto anni tēpore, præterquam tribus mensium & autumni mensibus, ciuitates & oppida frequen- tare, obire munera, quibus antea quicquid Reipublicæ temporibus consuueissent. Non solum enim agrestes tunc, sed etiam honesto nati loco, motibus fatigati, quibus tam- diu Italia iactata fuerat, rura incollebant. Cranzius lib. 3. Sueciæ, cap. 13.

IOANNES Ducas Imp. tantum terræ arationi & uincis plas- tandis idoneæ usurpauit, quantum satis fore putauit, ad suam mensam, & ad eos sustentandos; quos pro liberalita- tes sua fouendos susceperat. Hi erant senes, pauperes, & u- ijs afflicti morbis: quibus & domicilia assignauit, & cura- tores præfecit, qui & agros colere, & uincas plantare sciret. Gregoras lib. 2. Historiarum.

CATIMIRVS II. Polonorū rex, cum Poloniam atq; Rus- siam partim bellis superiōribus & excursionibus barbaro- rum, partim p' silitentia exinaniam, minus cultam, minusq; populosam esse cerneret, Teutonici generis hominib. siue accitis, siue ultrō uenientibus, agros attribuit. Sunt enim frugaliores ac diligētiore in re paranda ac tuenda Ger- mani, quā Poloni, & lauitus habitant: ita ut facillē etiam- num appareat per pagos & oppida iter facientibus, ubi illi, ubi Poloni habitent. Videmusq; rure muros oppido- rum quorundam, ab illis, quod uel nomina testificantur, conditorum, posteaquam à Polonis habitantur & admini- strantur. Fuit autem rex in Teutonias, & in ceteros oppida- nos & agrestes propensior & indulgentior Catimirus: nec eos grauioribus laboribus uel exactiōnibus, aut ullis ini- ijs præfectorum suorum, siue ad eod procerum atq; nobili- um premi passus est, animaduertendō in eos; qui aliquid ciuilemodi auti essent: itā ut uulgō rusticorū siue plebeio- rum rex uocaretur. Nec ipsos modo Teutonias iure suo Saxonicō siue Magdeburgensi uti permisisset suis quōq; Po- lonis id indulst. Crōmerus lib. 12.

LIBERTVS Comes Baonius, Patavinus consul an. sal. 1193. ceatus, primus Dalmatiæ petitis uitis Euganeos col- les conseruiss, & patriam, quæ peregrinis uinis prius uti co- suebat, suauissimo & copiosissimo liquore beasse fertur. Rem. Seardeonus lib. 3. class. 13.

Pastoria.

DE ANTIQVIS illustrissimus quicquæ pastor erat, ut ostendit Græca & Latina lingua, & ueteres poete, qui alios uocant *βοσκους*, alios *παλιμυδας*, alios *ποιμνους*: qui ipsas pecudes propter caritatem autem habuisse pelles tradid- erunt, ut Argis Atræus, quā sibi Thyestem subduxisse queri- tur: uti Colchide Aceta, ad cuius arctis pellem profecti regio gētere dicitur Argonautæ: ut in Libya ad Hesper- idas, iunde aurea mala, id est, secundum antiquam consue- tudinem, caprās & oues, quæ Hercules ex Africa in Græ- ciam exportauit. Ea enim sua uoce Græci appellant *μυδα*. Nec multo secus nostri ab eadem uoce, sed ab alia lita- ra, belu uocantur. non enim M E, sed B E sonare uident- ures uocem effereutes: à quo belare dicitur; extrita lita- ra. Quid si apud antiquos non magna dignitatis pē- tus esset, in celo describendo astrologi non appellassent eorū uocabulis signa: quæ non modo non dubitarunt ponere, sed etiam ab his principibus XII signa multi nu- merant: ut ab arctice & tauro, cum ea præponerent Apollini & Herculi: ij enim dij ea sequuntur, sed appellantur Gemi- ni. Nec satis putantur, de XII signis sextam partem obti- nere pecudum nomina, nisi adieciissent, ut quartam tene- rent, capricornū. Præterea à pecuarijs addiderunt capram, hædos, canes. Annon etiam item in mari terraq; ab his re- gionum notæ: à pecore in mari, quod nōminauerunt à ca- pris Aegæum pelagus: ad Syriam, montem Taurum: in Sa- binis Canternum montem: Bosphorū, unum Thraciū, alterum Cimmerium: Nōnne in terris multa, ut oppidū in Græcia *Παιον Αγο*? Denique Italia à uiculis, ut scribit Pli- so. Romanorū uerō populū à pastoribus esse ortum quis non dicit, quis Faustulum adesti pastorem fuisse nutricium, qui Romulum & Remum edidit: non ipsos quoq; fuisse pastores obrinebit, quod Palilibus potissimum cōsidere uideat non idem, quod multa etiam hūc ex uetere insti- tuto habus & ouibus dicitur? Et quod *αἶς* antiquissimum, quod est statum pecore, pecore est notatum? Et quod uis- cum cōdita est, tauro & uacca, qui essent mūri & portæ, desinitur? Et quod pop. Rom. cum illustratur, sud uitaui- libus circūmaguntur uerres, aries, taurus? Et quod nōm- na multa habemus ab utroque pecore, à māiorē & à mi- norē? A minorē, Porcius, Quinius, Caprilus: sic à maiorē Equitus, Taurus, cognomina ad significari? Quid dicitur

ut Anni Capræ, Statillj Tauri, Pomponij Vituli: sic à pecu- dibus alij multi. Varro lib. 2. c. 1.

Leges PRISCA statuum erat, teste Androtione, uti ne è grē- ge centum capita habete pecudem intronfam aut nondum effectam mactarent. quod gregis augendi gratia seruaba- tur. Ideo eas quæ iam adultæ essent comedebant. Apud Homerum:

Nanq; proci suis uescuntur pinguis ipsi. Ac nunc etiam inter Palladis sacrificia neq; agna mactatur, neq; gustatur caesus. Cum per tempus quoddā boues de- fecissent, ait Philochorus, lege sancitū fuit, ut omnes à bo- bus abstinerent propter eorum penuriam, cum ijs non ma- ctantes rursus abudare studerent. Athenus libro nono ca- pite quinto.

Ad Agenōris lucum compellunt oues Argiui, atque ijs ibi ad- milturam dant. Quoniam ouium AGENOR optime cu- ram egit, atq; inter reges plurimos habuit greges. Plut. in quæstionib. Græcis.

Q. FVL Lupinus in Tarquinienis septa habuit iugera XL uen- nationis, ubi lepores, & cerui, capræ concluderentur. CN. Pompeius in Gallia Transalpina tantum habuit septem ue- nationis, ut circiter XL millia passuum locum inclusum subiret. Varro lib. 3. de Rustica. In fundo Tusculano, quē M. Ter. Varro tenuit à M. PVPIO Pifone, ad buccinam infla- tam certo tempore apti & capri cōueniebant ad pabulum: cum è superiore loco è palæstra effunderetur apris glans; captis uicia.

In agro Lauritē Q. HORTENSII theitrophium erat, sylua supra L. iugerum maceria septa. Ibi erat locus excelsum, ubi cenari poterat. Ibi citharædus, quem Orphæa uocabant, stotulus canere iussit, buccinam inflauit, & ingens ceruo- rum, aprorum & ceterarū quādrupedū circumfluxit mul- titudo. Varro lib. 3. de Rustica.

ALEXANDER Stuart, comes Marizæ, sub Iacobo I. Scō- torum rege, ex Hungaria coemptos præstantissimos equos in Scotiam transportauit. Vnde factum est, ut quum antea exiles equi tantum ibi reperirentur, eorum propagatione præstantissimi etiam nunc inueniantur, staturaq; præcra. H. Boethius lib. 17.

Per annos quinquaginta ANGLI nobiles pecuarij modum excogitarunt, ut sua aligerent annua agrorum uectigalia; ex quo agricola non mediocrē damnum faciebat. Illi si- quidem mote Numidarum, magis pabulo pecoris quām aruo studentes, cōspiciunt colōnos agrorum perquam ra- ros ubique habere, domicilia rustica complanare; hastas solitudines facere, & terram uacare perpeti, tamq; armen- tis, gregibus ac ferarum multitudinem implere: item omnia pascua septis includere, pro suisq; tenere, monopolia la- næ, ouium boumq; suo iure instituentes. Vnde triplex illi Rem. malum hermanauit: limum, quod agrestium nume- rus diminutus est, quibus princeps ad bellum gerendum cum primis utitur; alterum, quod bene multi uici atq; op- pida habitatoribus uacua complura rurū: tertium, quod lana ac pannus, qui ex ea cōficiunt, atque omnis generis animalium caro, qua homines uescuntur, pluris cōpit uen- di quā solēbat, sic ut minoris ne hūc quidem ferme uen- neat. Hæc olim mala nascētia cum minime oppressa essent, postea inueterata multo rōbustiora facta sunt, quæ postre- mō non facillē tolli poterunt. Rex igitur Henricus VIII. edicto tota Anglia diuulgato, iussit domos dirutas rursus edificari, colonos reduci, septia refringi, constituitq; gra- uem pōnam illis qui impērata non fecissent. Quæ tam san- cta d' etetā paulo post magna ex parte precium rescidit. Nā cum nobiles, qui uoluptatis pariter atq; utilitatis gratia; septa ferarum in campis etiam cōmūnibus fecerant; & grauiatissimē ea ad pristinum usum reuerti patiebatur, cō- pissent eam uexationem redimere pecunia, confectum non- nullis licuit retinere quod cupissent. Polyd. lib. 27.

Venationis.

Consule Titulum Venatorum, præsertim Terrestrium.

PER SARVM rege ex uote uehatum (& exit in mense multo- ties) epeborum dimidia pars ab ipso educitur. Causa ue- tō, ut publicè uenationi operam dedit (in qua rex ducis of- ficio pēnde ac belli tempore fungitur, quum & ipse uenē- tur, & ut uenentur alij, extrahi adhibeat) hæc est, quod bel- licarum rerum hæc meditatio uerissima uideatur esse. Con- suetudo enim ad surgendum diluculo, & ad frigora calo- resq; p'ferendum, atque etiam ad iuuetā & cūsus exer- cet. Præterea sagittis iaculisq; bestiam petere necesse est; ubi cūque incidit. Sæpe etiam acui animum in uenatio- ne oportet, obijcientē se ferocē aliqua bestia. Nam quæ of- ferunt sese bestia; ferienda sunt: ab ijs autem cauendum; quæ in uenationem irruunt. A deoque non facillē quis repe- rat; quid nam eorū, quæ bellum habet, à uenatione abscit. Yyy 3 Quum

Quum uenatum ekeint, prandium eis praeberet, largius illud quidem, ceu parenti, quam pueris: alioqui tamen confimile, ex pane & nacturto. Ac dum uenatur, haudquaquam prandit. Quod si etiam uel feræ causa praestolari oporteat, uel cetero qui diutius immorari uenationi libeat: hoc prandio coeque tempore sumpro posttidie rursus ad cenam usque uenatur. Itaque dies binos pro uno computant, propterea quod unius dici panem absumant. Faciunt autem hoc consuetudine causa, & si quid tale in bello etiam usus postulet, praestari ab eis possit. Xenophon lib. 1. Pædiæ. Iporum studium in uenando hinc conijcias, quod apud Babylonios canum Indicorum tanta alebatur multitudine, ut ad prandenda eis cibaria quatuor in Babylonia agro magni uici attributi essent, aliorum tributorum immunes. Herod. lib. 1.

MITHRIDATES Asiae & Ponti rex potentissimus, exercitationi & uenandi studio admodum intentus fuisse dicitur, ut septem annis neque urbis neque ruis tecto uteretur. Volaterranus lib. 17. Anthrop.

ADRIANVS Imp. ut Dion scribit, uenandi studio usque; ad insaniam & periculum tenebatur: nam inter uenandum distracto humero, & circi penè contriuit. Verè præterea (postquam imperium assequutus est) in Mysia condidit, quam Adriani uenatica septa nominauit. Et quanquam huic rei assiduum operam daret, nihil tamen eorum neglexit, quæ ad administrandam Rempub. & imperij commoda pertinerent. Quantopere item uenationi intentus fuerit, argumentum est Borysthenes equus, quo in uenando plurimum utebatur: cui mortuo sepulcrum fecit, columnam erexit, & epigramma inscripsit. Sed in uenando tanti roboris fuit, ut suam eximia magnitudinis solus uno ictu occiderit. Id studium multi principum imitantur. Cuspinianus ex Dione & Suetonio.

GERMANVS episcopus Antistodorensis, prius præfectus fuit eius urbis, & uenationi ita deditus, ut Amatorum episcopum (qui eum postea uel inuitum creauit sibi successorem) trucidare uoluerit, propterea quod arborè clam succidisset, ex qua captarum in uenatione ferarum capita suscipere solebat. Vincentius in Speculo libro uigesimo capite quarto.

EVPHROSYNA Imperatrix Alexij Angeli Imp. Byzantini uxor, tanto uenationis studio tenebatur, ut aurata chirotheca accipitrem sustineret, & in uenatu canes in clamaret cum magno uenatorum & aucupum comitatu. Nicetas lib. 3.

ANDRONICVS iunior Imp. canes & aues uenaticas magno alebat numero: quibus ita erat deditus, ut si quis eum addiderit, canem aut auem offerret, facillimè compos uoti redderet. Gregoras lib. 11.

ALEXANDER Græcorum Imp. & Basilij Macedonis Imperatoris filius, uiginti annos natus adulescens, rebus cæteris grauioribusque negotijs omisis, uenationi, casibus equisque, operam dedit. Volat. lib. 23. Anthrop.

CAROLVS Magnus uenationem tanquam rem saluberrimam etiam senex haud neglexit: neque ob hanc uel niues, uel caelo, saltus uel aut montes, aut quamuis aliam tempestatem exhorruit grauiorem. Cuspinianus.

HENRICVS I. Imperator plurimum uenationi studuit, & in illa fuit exercitissimus: ita ut etiam in leuissima uenatione quadraginta feras aut plures conficeret. Hedio in Chronico Germaniæ.

ALBERTVS I. Imp. dicere solebat, uenationem esse uirilium exercitacionem, saltatione uero muliebrem: seque uoluptate quam alia carere posse, uenatione uero minime. Ioannes Peregrinus Petrosolanus in Coniual. quaest.

HENRICVS VI. Imp. uenatione & aucupio se plurimum oblectauit. Cuspinianus.

Syluaneum **CAROLVS** VI. Francorum rex uenandi causa se cotulerat. Canum latratibus excitatus in fugâ certus æreum torquem collo gerere uisus est: quæ uenabilis aut feræ appeti re prohibens, in casses & retia compulsi. Erat in torque literis Latinis inscriptum: Hoc me Cæsar donauit. Ex eo tempore Carolus ceruum alatum auream coronam collo gestantem pro insigni habuit, & regijs insignibus, quæ illijs aureis tribus constant, hinc atque hinc cerui duo apponi consueuerunt. Gaguinus lib. 9. cap. 3.

OTHO III. Imp. Erponi Verdensi episcopo permittit moneciæ ius & mercatum in loco ecclesiæ suæ solennem uenationem quoque ceruorum & ceruarum, sublimium ferarum: qui fuit ab olim seruatus honor summis principibus. Extat de super literæ datæ anno 985. Pagum autem uenationis, Sturmium uocant. Cranzius lib. 3. Metrop. cap. 36. Sic **HENRICVS** Bauarorum dux (Imp. postea II.) monachis uenationes indulgit. Auentinus lib. 5.

GUILIELMVS Conqueror, Anglorum rex, cum alia tyrannice egit, tum etiam nobilibus uenandi ius eripuit, saltus omnes sibi uindicauit, edixit grauem poenam, si quis feras caperet. Eam insulae partem, quæ à Sarisberia, ad litus Oceani

ni, in austru uersus spatium triginta circiter millia passuum pertinet, omni humano cultu uacuum fecit, atque in lustris ferarum redegit, complanatis passim templis, domibus, castris, & cæcis accolis uociferantibus lacrymantibusque, quod patriam, quod d. lare, quod dulces agros feris relinquere. Vocant hos saltus Nouam forestam. Quicumque has feras occidisset, grauius multabatur. Quæ sane facinorosa multo immanissima, non modo mortales omnibus precibus detestabantur, sed terra ipsa exhorruit, idque portento restata est: nam per idem tempus ira tremuit, ut multa conruerint ædificia: fuit & frigoris præter modum asperitas: Verum nemo tradit, Guilielemum idcirco uoluisse ea loca uacare, ut quia illuc ex Normania accessus est commodus, ne essent qui suos Normanos litore arcerent, si forte aliqua ita usu ueniret, ut aliquando regno expellerentur. Sed facte quoduis, fuit omnino importunè facinus. P. Lydorus in hist. Angl.

DORNADILLA Scotorum rex uenationis studio fuit. uenaticorum canum suis cum genitricibus uenit admixturam, quod eo coitu procreati (uti hoc nostro creditur æuo) ad rem uenaticam penitus essent inepti: ut quisque ad regium uenatum duos odorisequos, unum uenatorum canem aleret, edixit. Si quis uenaticorum inter uenandum oculum aliudue membrum casu amississet, quod minus uenatui foret uilis, publicè aleretur. Qui lupum occidisset, bouem acciperet ex publico. Verus fuit Scotæ gentis institutum, hanc belluam audiuus insequi, quippe quæ rei pecuniarie maxime sit infesta. Per id tempus Scoti quum sic uenationi profus se dedissent, omnia quæ uel ingenium humanum exacerent (non tam intestino odio quam externis pacatis bellicis) ignobili otio longe præstare consentes, instituit etiam quibusdam uenaticis uulgò uti coeperunt. In primis uenaticorum canis ceruum primum inuasisset, ferâ ad necem sequutus, is tergo acciperet animalis: caput cum cornibus, cuius canis huic proximior: corpus exenteratum dicitur pariter uti arbitrio. Inter canes (uti res exposceret) nunc exta & intestina distribuerentur. Si horum aliquod in dubium ueniret, iudicem communis assensu dicerent, qui Diana (cuius sanâ Maius Dornadilla pater extruxerat) uolati iuris uenatici ultrice inuocata de cõtrouersia ferret iudicium. H. Boethius lib. 2.

BOLSLAVS Pudicus Polonorum princeps, ænerosus fuit nobilitati, propter crebras uenationes, eo quod & canes principis alere, & equos atque subuectiones ipsi præbere omnibus passim, quacumque iter faciebat, necesse erat. His igitur de causis complures ei infensi conspiratione facta, Vladislauum Opoliensium ducem principem creantes, oppressi sunt. Cromerus lib. 9. Polonorum hist.

VLADISLAVS Jagello rex Polonorum uenationum sine ullo modo audius fuit: interfecit feras maiores, & præsertim bifontes, in prælatis & canonicos, Academiaque ac ciuitatis Cracouiensis præfides & magistratus partim soluit. Itaque Lituanie nemoribus unice delectabatur. Cromerus libro uigesimo.

PALVVS Cracouiensis episcopus uenationi se deditus erat, ut uenatorum, quod feram imprudens à cassibus repulerat, uenabulo transfegerit. Cromerus lib. 10.

FERDINANDVS rex Neapolitanorum præ nimio uenationis studio crudelis. Vide Titulum, Tyrannum crudelissimum uel extra iudicium.

BARNABAS Vicecomes, inexplabili populi odio in seconcitato, infamis auaritiæ nomen immani crudelitate cumulauit. Nam præter perpetua inclementer imperatæ atque exactæ pecuniæ detrimenta illata populis, noua etiam atque atrocissima lege promulgata, inquiri comprehendique eos iusserat, qui quinquennio ante contra uetus edictum apros occidissent, aut ex his uel in aliena mensa comedissent, uel ad innoxorabili damnatione, ut supra centum ex miseris agricolis laqueo suspenderentur, reliqui uicaria substantia multati exilio solum uerterent. Diuiserat enim per pagos uenationibus opportunos multa millia uenaticorum canum grauisimo incolarum sumptu alenda curandaque cum uicariis per familias distribuerentur, & præfecti uenatorio apparatus multis cum ministris passim regiones circumirent tremendo superbe censuræ instituto singulos canes exindici uolumine inspectantes, ut insolenti iudicio quos uellent uerberibus pecunia que punirent, quum par multa damnarentur: qui strigosos & graciles tanquam inedia malignè eneruatos, & contra obesos tanquam nimia pinguedine inertes factos, aut implexis uillis malè curatos produssissent. Iouius in Barnaba.

MAXIMILIANVS I. Imp. uenationum præter modum studiosus, maxima uite discrimina non semel adiit. Quæ quidem ipsemet germanicis rhytmis complexus est in historia magnanimitatis herois Teuredauci. Primum in Brabantia cæuium iam insignem sibi factum obuium, & ut nulla ratione

nonè impetum illius effugere possit, gladio confodit. Versam quinque, exceptis catulis furentè uenabulo confecit. Brucellus balista ictu exasperatum prius apum equo descendens gladio iugulauit. Alterum, uastatorè gregum, sed insidias gladio declinante, quadrupes (uti lateret) solo armatus gladio aggredi tentabat. Cæterum aper maiestate eius terrens, propè fugit. Tertium magno ruentem impetu equo descendens, pede alteri inherente stapedi, gladio obiecto confodit. Quartum dū per auia sequitur, in decliulo colapsus, suo ipsius gladio sese induisset, nisi diuina quadam sorte manu gladij mucrone depulisset. Brucellis equo pumilo, cuius pedem aper amputarat, excussus, gladijque summa celeritate recepto, bestiam obruncauit. Pari fortuna alterum, qui equum suffoderat, in ipsa ruina confodit. Vtrum eximium, cuius impetum arbuticula obiectu uix declinarat, uenabulo haufit. In Tyrrolensi comitatu ad usi lustrum præcipiti tramite descendens, ruentem in se uenabulo magna ui contorto præoccupatum de rupe dejecit. Certum persequens, per 24 cubitos in subiecta cluio dumentæ cum equo citra noxam præcipitem se dedit, & feram reperito cursu affecutus est. Sed & à cane uenatorio, cerui uesigia per auia sequente, in præcepis iam traheretur, cum uicine arbori retinaculum propè circumdatis, semetipsum cum canè seruauit. Cæterum toleranda hæc fuerint feræ conuictæ: dum Oeniponti accito in spectaculum gynæceo uirtutis ostentandæ causâ conto missò, damam de rupe dejecit, ipse saxo innitens uiuio, dum in uicium celsitem pedem alteri promoueret, alterius pedis unci (hexagoni enim calcis uenatorum montanorum subiecti solent) impares ponderi curuantur, atque admodum unci similitudine à præcipitio seruatur, quoad minister contum alterum subministrat (cuius rei memoria exrat eo loci statua Crucifixi colossæ erecta, sed quæ tu de plano suspiciens uia uix palmarum dixeris) item dum saxa uel imbruium uel soluta, uel canum impetu de loco superiore deuoluta, nunc galerum eius nunc crura perstringunt, nunc in uentrem semita angustissima procumbere cogunt: dum uento repente coorto, conto innitens, in altum elatus, in aere pendet, iam iam præcipitandum, nisi ui summa copulatum denudè pedibus apprehendisset: dum saxi uolentia decussus arbutu adhæret: dū muscoso lapsus solo unius unci perniciosa seruat: dum non herentibus in glacie unci ruente in præcepis comite ipse nunquam benignitate liberatur: dū in ualle Steinachense, frustra distudente comite, damæ, quam balista in uertice cognoscerat, ruina potitur, nisi prominens leue saxum belluam auertisset. In ualle Oeni globo niuium de summis folu montibus inuolutus perisset, nisi subditis equo calcibus quanta potuit celeritate retro cursum intendisset. Hæc ex Teudanco.

BATAZETVS Turcorum Imp. uisio & capto misit Tamberlanes accipitres & canes cum retijs atque plagulis, tanquam uenatori. Atuit Batæzætem habuisse septem millia uirtutum, quæ accipitres curarent, propterea aluisse canes sexies mille. Id scilicet ægrè ferens Baiazetes, Tibi, inquit, qui es Scythæ & laro, satis parum conuenit cum canum accipitrumque studio, Mihi uero, qui sum natus & educatus ab Amurate Orchanis filio, qui ambo reges extiterè, congruit. Hoc responso offensus Tamberlanes, impositum multo per castra agi iussit, mox reductū ad se interrogauit, An etiam sui generis & ista studia sint, quemadmodū accipitrum & canum? Deinde in uincula coniecit. Chalcocondylas lib. 3.

MYLEASVS Tunetanus rex non multis ex quo imperasset annis, ducentos amplius iuatos leones in syluis equestri lancea cõfixit, quorum tergo siccata repletaque paleis, ad imaginem uiuorum, testimoniumque uirtutis, tanquam de cætra proxima que militia honestissimè exercitacionis trophæa, in peramplis hororum porticibus spectabantur. Sabellici supplem. lib. 27. ex Iouio.

LEOXIPPVS uenationibus & aucupijs nobilioribus admodum perditè studebat, ut spurcissimas sepe tempestates, infalubresque uentos, & frequentia mansionum ac itinerum in commoda obstinate contemneret: confusus ætati ac firmæ ualcedini, quæ equitatione uariogque motu corporis se tueri posse existimabat: Manlianam uillam secundum Tibertim quinto ab Vrbe lapide, quanquam proximi stagni halitu, & caliginosæ æris intemperie, propè toto anni tempore infamem, hycime maxime frequentabat. Ex ea enim ueluti ex portu uenatorum classes in subiectos salinariæ campos cærorum uentis celebrè educabantur. In uenando autem sicuti præcepta artis ad normam exactioris disciplinæ patientissimè obseruare erat solitus, ita seruilitatem asperè admodum; uis

alio qui lenissimus, semper exercuit, in eos præsertim qui petulantè discursu, aut uocibus temerè editis, improuisa feris effugia præbuisse: ita ut claros sepe uiros acerbissimè contumeliosis oneraret. At si quando imperitia, uel fortuito errore hominum, aut feris subitiorè aliquo insperatæ fugæ compendio seruatis, uel ijs densò in nemore contumaciis latentibus infeliciter ueharetur, incredibile est, quali uultu animique habitu dolorem iracundiamque præferret. Propterea amici familiares ea temporis momenta prouocandæ liberalitati maxime aduersa sedulo deuitabant: quando alias secundum opimam uenationem, ac præsertim uario ac insigni labore aliquo nobilè, maxima beneficia incredibili benignitate collocaret. Ipso ferè semper æstatis exitu, quum primum coelum pleniore pluuia temperatius foret, ac infalubres ætus frigidiorè aurâ mitefcere uiderentur, Vrbe statim Viterbium ad aquas calidas euolabat, ubi coturnicum perdicumque, & phasianorum aucupijs aliquandiu erat intentus, quod genus auium accipitribus ac aliaribus arte edoctis singulari cum uoluptate festabatur. Ad Vulturnum demum propter lacus amœnitatem, ac eximiam eius tractus rerum omnium fertilitatem, exitinere descebat, & in insula & ad exitum Martæ amnis piscabatur. Inde per Tuscanum agrum uenabundus modicis itineribus ad mare circa Gratulcas, & Centumcellas descendeat. Quo uicæ flexu apud Cornetanum in Tarquinienis longe celebratissima ceruorum aprorumque uenatio parabat. Sub ipsas demum Nouembres Calendas à Centumcellis per Alisium & Cereueteris syluas in Vrbe redibat, nec multo post in Manlianum reuertebatur: uixque inde reuelli poterat, nisi aut Senatum habendi, aut solennium sacrorum causa ad Vrbe uocaretur. Erat enim is locus tendendis ardearum ac miluorum prælijs peridoneus, quæ gemitis, aut pluribus, manifestis falcionibus in sublime manu emissis aduersus id genus auium uario; ac ob id maxime spectabili cœtu per immensa cæli spacia miscabantur. Iouius in eius uita lib. 4.

Pictura, Statuarie.

Pictura tantis honos fuit apud GRÆCOS, ut in primum gradum liberalium recipieretur. Vide Titulum Pictorum, sub Pamphilo.

Picturam commendat hoc, quod etiam suprema opera artificum, imperfectæque tabulæ, sicut Iris Aristides, Tyndaridæ Nicomachi, Medea Timomachi, & Venus Apellis in majori OMNIUM admiratione sint, quam perfectæ. Quippe in ijs lineamenta reliqua, ipsaque cogitationes artificij spectantur, atque in lenocinio commendationis dolor est. Manus cum id agerent extinctæ desiderantur. Plinius libro trigesimo quinto capite undecimo.

Pingedi ars primum Sicyone inuenta, mox per omnè GRÆCIAM tanti fuit studij, ut pueros ingenuos picturam, tanquam præcipuam liberalium artium, in primis edoceret magistris: perpetuo interdito, ne ad illam mancipia admitterentur: indoctusque, & omnium postremus habebatur, quisquis huius artis nescius aut expers foret. Alex. ab Alex. Genial. dierum lib. 2. cap. 23.

Statuarie præcipue ATHENIENSES gloriam sibi uendicauerunt, ac pictura. Cæli lib. 16. cap. 3. A. L.

Lex fuit THEBVS, præcipiis artificibus, tum pictoribus, tum sigulis, ut imaginum formas, quoad possent, optime exprimerent. Iis qui deturisi aut finissent aut pinxissent, multa pecuniaria irrogabatur. Aelian. de Var. hist. lib. 4.

CANDAVLES rex Lydorum, Bularchi Magnetum excidium parti tepedit auro. Plinius libro trigesimo quinto capite octauo, & libro septimo capite trigesimo octauo.

Socrates dicebat, ARCHELAVM regè Macedoniæ quadraginta minas in domum suam impendisse, conducto merce de Zeufide Heraclæota, qui picturis eam exornaret, in se ipsam uerò nihil, & ob hanc causam multos è longinquis terræ partibus, magno studio contemplandæ domus causa uenire: ipse uerò Archelaj gratia neminem in Macedoniam proficisci, nisi si quem forte per sua detet pecunijs, & muneribus incesaret, quibus tamen honesti boni que uiri capiti non possent. Aelian. de Var. hist. lib. 14.

MNASON tyrannus Aesclepiodoro (quem Apelles in symmetria mirabatur) pro duodecim dijs dedit in singulos minas trecentas. Plin. lib. 35. cap. 10.

Critius lib. 16. cap. 7. ALEXANDRVM Magnum scribit tantum permisisse, ut effigiem suam ære duceret Polydorus, Apelles coloribus delictaret, Pyrgoteles celamine exculperet. Horatium itaque lib. Epistoliarum 2. Lysippum pro Polydoro adiecisse, despitendo culdubio non tam Critius Flaccum carpsens, quam Apuleius Floridorum primo, qui hinc errorem uulgauit. Plinius libro 7. cap. 37. Alexander edixit, ne quis ipsum alius quam Apelles pingeret, quam Pyrgoteles sculperet, quam Lysippus ære duceret. Plutarchus in Alexandro, & in commentatio de Virtute aut for

CVRGVs, unum fuit copia otij, inquit Plutarchus, quibus solidis artibus erat in totum interdictum. Pecuniam querebant, quae magno labore & negotio acquiruntur, quod iacere plane forederent, diuitias, non operae erat. Horae colebant ijs agrum, uestigia penitantes. Venerat quidam Athenas, cum iudicia agerentur. Hic cum intellexisset quae-piam otij damnata mactem discedere, & necessarios qui eum prosequerentur, uicem eius dolere, & grauior angustia rogauit eos, qui una aderant, ut sibi ostenderet, quis nam ille ingenuae noxae iudicatus esset: ad se uilem habebant inceptam in artificijs & quaestu distributionem. Tripudia, festi dies, epulae, comorations in uenationibus, in gymnasijs, & ad Lescchas; perpetua apud illos erant: nec unquam nisi ad bellum peregre proficerebantur. Atq; inferiores quide triginta annis haudquaquam procedebat in forum: uerum explicabant ea, quae pertinebant ad negotia necessaria, per propinquos & amatores. Maioribus natu probrosum erat assidue ibi uolitari, & non partem dici maximam in gymnasijs & Lescchis quas uocabat uersari. Ibi coibant ferè, atq; tempus inter se traducebant, nullam inferetes mentionem compendij faciendi uel forensium tractandorum negotiorum. Illius consuetudinis potissima occupatio erat, ut aliquam uirtutem laudarent, uel reprehenderent probum cum ioco & risu, leuiter admonendi & corrigendi causa pungente. Plutarchus in Lycurgo, Laconum exercitia bellica tantum fuisse, Agestilus pulcre ostendit sub Tit. Stratagematum in delectu militum.

THE SPIENSES artis alicuius mechanicæ studio, ipsius etiã agriculturæ, omnem pollui nobilitatem opinabantur itaq; illorum paupertas maximè fuit insignis. Alex. lib. 5. cap. 18. & Cælius lib. 21. cap. 48.

ROMVLi fuit institutum, Lacedæmoniorum imitatione, ne quis libera fortuna sedentariam artem exerceat. Militaris disciplina, & agricultura ciuibus permilla. Vnde laudationis mos ille manauit ad posteros, Bonus miles, bonusq; colonus. Sab. lib. 2. En. 2.

Romæ, ait Dion in Tiberio, porticus maxima in alteram partem inclinabat. Architectus quidam cõtra omnium opinionem machinis erexit, & in pristinum statum restituit. **TIBERVS** Imp. admiratus opus, opifici inuidit, pecuniamq; remuneratum urbe expulit. Cumq; aliquando post Romam reuersus imperandæ uenæ gratia, uitreum poculum, ueluti manibus fortè elapsum collisumq; corâ Tiberio redintegrasset, Tiberius necari iussit. Flexibile uitrum artifex ille fecerat. Tiberius necari iussit, ne ut Plin. lib. 36. cap. 26. auctor est, æris, argenti, auri metallis præcia detraherentur.

MESSELIANI heretici (alio nomine Enthusiastæ dicti) reijciunt opus manuum, somno otioq; indulgent, cuiusdam demonis, quem spiritum sanctum esse credunt, aduentum expectantes. Theodoretus in historia Tripartita.

In specie. Vtputa

Agriculturæ.

TERRELLIVS Bulgatorum dux, is qui delatorè præuaricatorumq; conuictum, capitalem esse iussit, uineas omnes imperauit extirpari. Bonifinus lib. 1. Decadis 1.

DOMITIANVS Imp. ad summam quondam ubertatem uinam, frumcti uerò in opiam, existimans nimio uinearum studio negligi arua; edixit ne quis in Italia nouellaret: utq; in prouincijs uineta succiderentur, relicta (ubi plurimum) dimidia parte. Nec exequi rem perseuerauit, epigrammate quodam terribus, quod in hircum uinæ atrocè uini amatore poeta incertus scripsit. Suetonius.

Venationis.

Fenestella Martialis scriptum reliquit, **PERDICEM** fuisse initio uenatorem: cui quum cruentum institutum, & solitudinis studiosa meditatio displicere cepisset, assiduis agitata curibus, simulq; quod intueretur eiusdè studiosos, Actæona, Adonin, Hippolytum pessimo interijisse exitio, artis pristinae affectui misisse repudium, atq; eo studio desito, agriculturæ totum se mancipasse: quo nomine terrâ quasi matrem, omnium genitricem, fertur adamasse: quo labore consumptus, ad maciem prolapsus dicitur. Quod uerò cunctis uenatoribus detraheret, ferram ueluti linguæ uirulentam dicitur excogitasse. Matri eius indidèrè nomè Polyæstem, quod interpretatur polycarpem, à fructuum numerositate, quos humanis uibus terra parens pro ducit. Cælius lib. 29. cap. 25. A. L.

MAHOMETES Amuratus F. contra Caramanum mouens, septem millia uiuorum, qui curabant accipitres regiones, isto ordine decurbauit, & milites esse iussit. Etiam canum curatores ab isto officio mouit: iniquis, sibi sufficere centum uiros, qui canes & quingentos, qui accipitres curent. Nec se edultitinae procedurum, ut uelit alere hominum tantam multitudinem, propter rem quandam uanam & nouam. Chalcon dylas lib. 7.

In foro Romano excellens pictura spectabatur pastoris senis cum baculo. De qua Teutonorum **LEGATVS** interrogatus. Quanti cum æstimaret? respondit, Sibi donari nolletalem uiuum uerumq;. Plin. lib. 35. cap. 4.

HADRIVS V. I. P. ornamenta insignis picturæ & statuarum præfæ artis nequaquam magnificè, adeo ut Viancio Bononiensium legato commendante statuam Laocoonis, quâ in Beluederij uiridarijs Iulius ingenti precio coemptam ad loci dignitatem collocarat, auersis statim oculis tanquam uicij gentis simulacra uituperaret. Iouius in Hadriano VI.

Scripturæ.

Memoriæ datum est, eos qui scriptum facerent, ad ædilitatem apud **ROMANOS** admitti nequiuisset. Propterea Cn. Flauius scriba, quia scriptum fecerat, nisi iurasset se scriptum non facturum, ad ædilitatem admissus non fuisset. Alexand. lib. 4. c. 4.

Mercaturæ.

ESSENI Iudæi nihil inter se mercantur, aut uendunt: sed egeni quicq; quod habet præbens, refert ad eo quod ipse non habet: quamuis etiam sine permutatione cunctis libera sit facultas, à quibus liberè accipiendi, quod opus sit. Iosephus lib. 2. cap. 7. belli Iud.

VERES olim mercaturam negligebant, cum frugales ad huc uiderent, & suis quique opibus contenti essent. Itaque Hesioidus in *ergo* agriculuram summis laudibus extollit: mercaturam non item, ueluti luxus, uoluptatum & auaritiæ famulam. In Græciam certè, post Colchicam Argonautarum nauigationem (siue ea heroum fuit, siue, quod uerisimilius est, mercatorum) omne genus calamitatum fuit inuectum.

THEBANI iuxta legem patriam neminem ad principatum publicæ, munera admittunt, nisi per integrum decennium ab omni mercaturæ studio desitisset. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 6.

AVGVSTVS Caesar magna quondam sterilitate, ac difficiliremedio, cum uenalitas & lanitarum familias, peregrinosq; omnes, exceptis medicis & præceptoribus, partemq; scruitorum urbe expulisset: ut tandem annona conualuit, imperum se cepisse scribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum cessaret: neq; tamen perseuerasse, quia certum haberet, posse per ambitionem quandoq; restitui. Atq; ita post hæc rem temperauit, ut non minore aratorum ac negotiantium, quam populi rationem duceret. Suetonius.

Nauticæ.

Nautas alloqui non dignantur **ÆGYPTII**, si quando fiant obuij, quippe qui ex mari uitium sibi parent, in quo Osiris parens & seruator regionis perierit. Plut. in *Quest.* conuicti.

Apud **LACONES** sancitum erat, ne nautæ essent, uel naualem pugnam committerent. Post tamè mari pugnaerunt: quo postquam sunt potiti, rursus ab eo desituerunt, quod inde mores ciuium labefactari cernebant. Plut. in institutis Laconicis.

Textoria.

PERSIDES lanificium ut seruilem operam negligunt. Vide Tit. Hostium uxores elementer seruare.

Cauponaria.

Scripsit **Isocrates** in Arcopagica oratione, in caupona uel bibere uel edere nullus audebat. **ATHENSIS**: nam dabant operam, ut graues esse uiderentur, non autem scurræ. Hyperides in libro cõtra Patroclum (si modo legitima est eius oratio) **AREOPAGITAS** natrat, cum quidam pransus esset in caupona, prohibuisse illum in Arcopagum accedere. Athen. lib. 13. cap. 7.

Unguentaria.

Expulerunt Sparta unguentorum artifices **LACEDÆMONII**, uelut qui oleum corrumperent: sic eos etiam quillanas infecerent, uelut quillanarum candorem cognoscere non poterent.

paterentur. Prohibuit & Solon in suis legibus homines uingenta uendere. Athen. lib. 15. cap. 14.

Tonstrina.

Tonfores in Italiâ ex Sicilia primum uenisse, anno post cond. Urbem 454. adducere P. Ticinios Mena, testis est Varro lib. 2. cap. 11. de re Rustica: in Asiaticam luxuriam degenerasse iam pristina uirtute, & in exoticam mollietate rebus defluentibus. Antè tonfos fuisse Romanos statuè antiquiorum adsignificat, quatuor plerq; habere capillû & barbam magnâ, Primus omnium radi quotidie instituit **AFRICANVS**, sequens diuus **AVGVSTVS** uultrus iugiter usus. Plin. lib. 7. Natur. hist.

Tonfores primos habuerunt **SYRACVSÆ**, urbs Siciliæ, Plinio teste.

DILIGENTIA. DILIGENTES Agricola.

Poliores agri diligentes cultores.

Agri infulæ è regione Atticæ incolas, **MYRMIDONAS** appellatos memorant, non quomodo in fabulis canitur, quod ingenti inualecente pestilentia formicæ, Acæo præcitate; in homines uersæ fuerint: uerum quia formicarum more, terram fodientes, ad petras transportarent, ut agricolandi materiam haberent, fossas quoq; incolerent, ne in laterijs domib. sumtum facere cogerentur. Strabo lib. 8. Vide Tit. Metamorphoses uariæ.

IGYRES cum continuo agrorum exercitio fatigantur, feminas quoq; rustico operi afflucereunt. Operis tum uirotum tum mulieru inuicem precio cõductis, mirabile unius feminæ factum contigit, quæ prægnans, cum uiris opus mercede faciens, ingentibus partus doloribus abscessit inter uirgulta: ibiq; absq; euilato infantem editum, folijsq; inuolutum cum absconditum dimissit: ad opus, nihil de partu locuta, redijt. Sed re ad uagium infantis cognita, qui operibus præerat, non permisit matrem à labore quiescere, donec tandem infantis miseris, præbita mercede mulierem dimisit. Diod. lib. 4. cap. 3. & Strabo lib. 3.

FRANC Milesiorum res domestica seditione cõcussa. Postremò malorum, quæ inuicem perpeffi fuerant, fatietate capti, **PARIOS** domesticarum contentionum arbitros Milesijs fecerunt. Hi quum Milesium uenissent, omniaq; ruinis oppleta cernerent, campetrem regionem perlustrare se uelle pronunciarunt. Ibi si qua prædia nitidiorè cultu oculis occurrerent, eorum qui possiderent nomina prescribere: mox in urbem reuertij; populoq; ad concionem uocato, urbem his administrandam commiserunt, quoru fundos optimè cultos inuenissent: præfati, uideri sibi eos ita publica, ut sua curaturos. Cæteri quorum res inculcæ reperta sunt, quia seditionum hunc diu propria neglexissent, melioribus parerent. Atq; in hunc modum Paris Milesiorum ciuitatem, uti ad ciuilem uitam insituentem exemplo, composuisse dicuntur. Sab. lib. 8. En. 2. ex Herod. lib. 5.

Lysander Lacedæmonius cum ad **CYRVM** minorem Persarum regis Artaxerxis fratrem uenisset, in horum ductus, admiratus & proceritate arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum subactam, Cyrum intèrogauit, A quo essent arbores plantatæ, & cuius solertia tam aptè dimensæ? Cui respondens Cyrus, ait: Atqui ego ipse sum ista dimensus: mei sunt ordines, mea descriptio, mea enim manu sunt satæ. Tum Lysander purpurâ ornatumq; Persicum multo auro intuens, dixisse fertur: Rectè, Cyre, te beatum ferant homines, quoniam uirtuti tuæ fortuna coniuncta est. Cicin Catone.

CVRIVS Crescinius è seruitute liberatus, cum in paruo admodum agello largiores multò fructus perciperet, quam ex amplissimis uicinitas, in inuidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret ueneficij. Quamobrem à Sp. Albino curuli die dicta, metuens damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentu rusticum omne in forum attulit, & adduxit filiam ualidam, atq; (ut ait Piso) bene curatam ac uestitam, ferramenta egregiè facta, graues ligones, uomeres ponderosos, boues saturos. Postea dixit: Veneficia mea, Quiritès, hæc sunt, nec possum uobis ostendere, aut in forum adducere lucubrationes meas uigiliasq; & sudores. Omnium sententijs absolutus est. Plinius lib. 18. c. 6.

ESTOLONVM gente Rom. primus id nomen meruit, quod nullus in eius fundo reperiri poterat stolo, quia effodiebat circum arboris radices quæ nascerentur è solo, quos stolones appellabat. Varro lib. 1. de Re rustica.

CN. Tremellius Scrofa, uir omnib. uirtutib. politus, de agricultura Romanus peritiss. à Varrone iudicatur: cuius fundi propter culturam incundiorè spectaculo erant multis, quam regie polita edificia aliorum. Varro lib. 1. c. 2. de Re rustica. **MASINISSA** rex Numidiæ in agrorum cultura usque adeo excellit, ut singulis filijs reliquerit agrum decem millium

iugerum, omni instrumento ornatum. Diod. Sic. lib. 32. **POMPEIVS** Columna Cardinalis dñi præfectura regni Neapol. administratione nomine Caroll v. Imp. Rom. iugeretur, uillam non longè à maris litore, quâ in occasum plaga illa hororum amenitate pernobilis ad Coccij cryptam extenditur, citriorum sylua & marmoreis foitib. exornata: in eaq; adeo multus erat, ut sua manu agriculturæ peritissimus & semper purpuratus arbusculas infereret, spectantemq; populo, cum Neapolitanis hororum amenitati impense studentib. de uario seminum genere, deq; olerum nobilium, & peregrinorum florum plantatione differeret. Iouius in Pomp. Columna.

Pictores, Statuarij.

Didicit **DÆDALVS** in Aegypto artes suas, sed breui magistros superauit. Nam apud Græcos pauciores non fecit statuas, quam apud Aegyptios erant. & in Memphi propylæa uisebantur Vulcani, opus Dædali memorabile adeo, ut etiã statuas apud illos mereretur, & honores diuini sint ei habititemplum enim Dædali longis deinde temporibus magna ueneratione in insula quadam iuxta Memphin cultum est. Viues in lib. 18. August. de Ciuit. Dei. c. 13.

ZEYXIS pictor tanta fuit diligentia, ut Agrigentinis facturus tabulam (quam in templo Iunonis Lacinia dicarèt) uirginum eorum nudas inspexerit: & quinq; petras transportari, ut quod in quaq; laudatissimū esset, pictura redderet. Plin. lib. 35. c. 9.

Architecti.

Ex Tit. Magnifici in aedificijs, exempla huc quadam pertinent, quatenus diligenter huc exercitationi incumbunt.

RAMISES Aegypti rex, eo loci ubi fuit Mneuidis regia, obeliscum erexit longitudine undecenis pedibus, per latera cubitis quatuor. Opus id fecisse dicuntur **XXM** hominū. Ipse rex cum subrecturus esset, uerereturq; ne machinæ ponderi non sufficerent, quod maius periculū curæ artificum denunciarer, filium suum adalligauit cacumini, ut salus eius apud molientes prodesset lapidi. Hac admiratione operis effectū est, ut cum oppidū id expugnasset Cambyses rex, uentumq; esset incendio ad crepidines obelisci, extingui ignè iuberet molis reueretia, qui urbis nullâ habuerat. Plin. lib. 36. c. 16.

NEGLIGENTIA. Negligentes Pastores.

Sunt in Apolonia in Ionico sinu sacrae Solis oues, quæ interdū secundum flumè pascuntur, è more Lacmone per Apoloniatè agrum fluens. Eas noctu stabulantes, in antro nobis procul ab urbe custo dunt delecti uiri, & quidem præstantissimi, singulis annis singuli. Ibi **EVENIVS** quidam cum aliquando delectus ad custodiendas oues obdormiuisset, ingressi antrum lupi circiter **LX** oues iugularunt. Apoloniatæ adductum in iudicium Euenium condemnarunt, uti, quia uigiliam edormisset, oculis priuaretur. Quem postquæ excæcauere, mox eis neq; pecora fertificauerè, neq; terra pro consuetudine fructum tulit. Herod. lib. 9.

Agricola.

ROMANI prisci ex aruo aquè magno, sed malè cõsito, & minus multum & minus bonum faciebant uinum & frumentum: quod quæ suo quicq; loco sunt posita, ea minus loci occupant, & minus officit aliud aliq; ab sole, ac luna, & uento. Varro lib. 1. cap. 7.

Hortulani.

Romani prisci dicebant, nequam esse in dō **MATREM-FAMILIAS** (tetenim hæc cura steminæ dicebatur) ubi indiligens esset hortus. Quippe è carnario aut macello uiuentum esse. Plinius lib. 19. cap. 4.

EFFICACIA. HVC EFFECTVS

Multi, Varij, Frequentes.

DÆDALI recenser multa opera Diodorus; quæ in Sicilia dicitur fecisse, cum à Cocalo rege esset humanissimè propter ingenij famam exceptus. & in prouerbium uenit, ut scire & affabrè constructi, Dædalem & Dædalem Græci uocent. Sic etiam Verg. 4. Georg. de fauis; Et Dædala fingere testæ; & Circen Dædalani nominant.

Ingeniosi, Artis Venatoria.

Cum omnia, quæ fieri uideant, imitetur Simia Indica, & in arbores fugiat, ijsq; insideant: **VENATORES** catinū aquæ plenū in conspectum ponunt, oculosq; ex ea sibi abluunt, postea pro aqua, posteo uisco, discendunt, & ijs eminus insidiatur. Vbi animal ex arbore descendit, & se se uisco illeuerit, & conuenti palpebræ cohaerent, uiuos capi aiunt. Vel uenatores culleos quosdâ in braccæ modum induere, abire, persimilibus ibi relictis, interius uillosis, & uisco illitis: & simias, se his indueres, facile capi. Io. Metellus, ex Strabonè.

Aristoteles in Politicis Dædali statuas scribit ipsas per se sua opera subijisse: & Plato in Memnone aufugere solitas, ni uinciantur. Philippus Comicus (ut Aristoteles lib. de Anima primo refert) Dædalum Veneris signū fecisse ait, quod infuso argento uiuo moueretur. Palaphatus ad distinctionem curum & pedum refert, cum statuarum priores pedes non distinxerint.

Alexandrie statuit Obeliscum unum octoginta cubitorum Prolemæus Philadelphus, quæ exciderat Nestanabis rex puri maiusq; opus fuit in deuchædo statuendū multo, quàm in excindendo. A SATYRO architecto aliqui deuchædum tradunt rate, Callixenus à PHOENICE fossa perducta usq; ad iacentem obeliscum è Nilo, nauesq; duas in latitudine patulas, pedibus ex eodem lapide ad rationem geminati per duplicem mensuram ponderis onciatas, ita ut subirent obeliscum pendente extremis uisibus suis in ripis utriq; postea egestis laterculis alleuatas naues excepisse onus statutum. Plin. lib. 36. c. 9.

In Olympia Iouis templo, à signi fronte (quod PHIDIAS fecit) pavementum nigro marmore cõstratum est, prominente in orbem è patrio lapide puluinate quasi limbo, ad olei scilicet sistendū, quo persufum ab aquosi iniuria, soli ebur defenditur. Est enim Altis in Olympia maximè palustris locus. At contra in Atheniensium arce, eminente scilicet, & saxoso loco, ebur (è qua materia factū est Mineræ signū, quam ipsi Virginem uocant) non oleo, sed aquæ aspersu à fictioris loci incõmodis uindictur. Epidauri neq; oleum, nequæ aqua adhibita est ad arcendam ab Aesculapij signo noxiā, quoniam solum, cui signum insidet, perco imminet. Paulanias lib. 5.

Ex Aethiopicis marmore ferrei coloris & duritiæ (Basaltè uocant) Nili effigies monstrosa in templo Pacis ab Imperatore Vespasiano Augusto dicata, xvi. liberis circa iudentibus, per quos totidem cubiti summi incrementi augens se amnis eius intelliguntur. Nō ab similibus illi narratur in Thebis delubro Serapis, ut putant, Memnonis statua, dicatur: quem quotidiano solis ortu contactum radijs, crepare dicunt. Plin. lib. 36. cap. 7.

Heliopoli in Apis æde simulacrū Demonis fuit, quod faciem, in quacunq; parte Sol declinaret, uerteret. Id in quacunq; statua imitari, non erit difficile, si horologij rationem animaduertens ocellis uertibus ac mola. Cardanus de Re-rum uarietate lib. 12. cap. 28.

Alexandrie in templo Serapidis, erat fraudis genus huiusmodi: Natura lapidis magnetis eius uirtutis esse perhibetur, ut ad se rapiat & attrahat ferrum. Signum Solis ad hoc ipsum è ferro subtilissimo manu artificis fuerat fabricatū, ut lapis, cuius naturam ferrum ad se trahere diximus, desuper in laquearibus fixus, cum temperatè sub ipso ad libram fuisset positum, simulacrū ui naturalis ad se raperet, adeoq; assurrexisset paululum simulacrum, ut in aere pendere uideretur. Rufinus lib. 11. Hist. eccl.

Pictura.

Athenis inter picturas Stoa porticus, depictus erat Butes quidam, atq; ita pictus, ut summa capitis pars eū oculis duntaxat uideretur: uidelicet ut spectator imaginaretur reliquum corpus tegi motis obiectu, in quo ingrediebatur. In eius igitur pictura quoniam non multum operæ sumptu-

CERTAMINA MECHANICORVM ARTIFICVM:

DE EIVSDEM ARTIS. Pura

PICTURÆ.

Cum Rhodum APOLLES nauigasset, auidus cognoscendi opera PROTOGENIS, fama tantum sibi cogniti, continuo officinam petijt. Aberat ipse, sed tabulam magnæ amplitudinis, in machina aptatam picturæ, anus una custodiebat. Hæc Protogenem foris esse respondit, interrogauitq; à quo quæstum diceret? Ab hoc, inquit Apelles: ariseproq; penicillo lineam ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam. Reuerso Protogeni quæ gesta erant antus indicauit. Ferunt artificem protinus contemplatum subtilitatem, dixisse, Apellem uenisse: non enim cadere in alium tam absolutum opus. Ipsumq; alio colore tenuiorem lineam in illa ipsa duxisse, præcepissetq; ab eum quem quæreret. Atque ita euenit. Reuertitur enim Apelles, sed uinci crubescens, tertio colore lineas secuit, nullum relinquens amplius subtilitati locum. At Protogenes uictum se confessus in portum deuolauit, hospitem quærens. Placuitq; sic eam tabulam posteris tradi, omnium quidem, sed artificum præcipuo miraculo. Consumptam eam constat priore incendio domus Cæsaris in palatio, auidè antè spectatam, spaciofiore amplitudine nihil aliud continentem, quàm lineas uisum effugien-

rat pictor, prouerbio iactari consuevit, Celeris quàm Bætes: de his quæ facile perficiuntur. Zenodorus. Erasmus in Adagijs.

Architectura.

Dion septem turres tanta arte constructas BYZANTII commemorat, ut si quis uni inclamasset, aut lapidem immisisset, sonitus ex omnibus redderetur æqualis, ita ut ex singulis proprius audiretur. Cyprianus.

Fabrilis.

Fuisse aiunt in quodam Veneris phano candelabrum, & in eo lucernam sub dio sic ardentem, ut eam nulla tempestas, nullus imber extingueret. unde Augustinus in lucerna inextinguibilis nominata est. Aug. lib. 21. de ciu. Dei c. 6.

Brixalensis FABER scorpionem palmi magnitudine totum ex chalybe sic temperauit, ut mœchum uxoritis suæ occultato sub mantello instrumento occiderit. Sic tutò & sine strepitu ac suspitione maximam iniuriam ulcisci meditatus est. Idem horologium in anuli gemma constituit, quod mola circumagebatur, & horas indicabat, non solum signa, sed ipsa. Hic idem nauim miro construxit artificio, in qua tubula testudinum pulsabat, & motu remorum uirtutis suppositis, quasi ad concentum agitantes remos, nauim impellebant. Cardanus de Subtilitate, libro de Elementis.

Nautica.

De supra Titulum, Inuentores Nautica.

Subtiles Effectus Artis

Statuarie.

CALLICRATIDEM & MYRMECIDEM fama est cum molitos fuisse, qui muscæ alis reuerentur, atque in seismo insculpsisse Homerum uersus aliquot. Plut. aduersus Stoicos.

Scriptoria.

Homeri rhapsodiæ tam minutis characteribus descriptæ à QYODAM feruntur, ut in nucæ abscondi poterint. Neq; illud mirum: cum Myrmecidis Milesij quadrigæ, quarum et moni distichon inscriptum erat, itæ exilitatis fuisse ab Aeliano tradantur, ut sub alis muscæ abscondi poterint. In intestino draconis 120. pedū longitudine, Homerū illis & Odyseæ aureis literis à QYODAM descripta in bibliotheca Constantinopolitana olim legebatur. Vidè Titulum, in bibliothecarum.

Sculptoria.

Galenus meminit lib. 17. de Vlu partium, cap. 1. anuli cuiusdam mira subtilitate sculptū in gema habentis Phæochontis curri eū quatuor equis, fræna, ora, dentes anteriores, pedes se decem habentibus, sicut uultorū uisum effugerent. Est eam publici artificium admirabilis esse eo in loco profiteatur.

Compendiosi Effectus.

Cum Scythicæ regio lignorum sit admodum inops, hoc ab illis ad carnem coquendam excogitatum est. Vbi uictimam in sacrificio pelle denudant, denudant quoque ossa carnis dehinc illas in lebetes iniiciunt, & subiectis atque sic censibus ossibus hostiarum, coquunt. Si autem non adferent lebes, omnes carnes hostiarum in aluos illarum coiciunt, & eū aqua commiscet, atq; ossa succendit. Quib; pulcritimè ardentibus, & alius facile capientibus carnes, ossibus separatas: fit uti bos seipse coquat, & item cætera pecora immolata, per semetipsum quodq; elixum sit. Herodotus lib. 4.

tes, inter egregia multorum opera inani similem, & eò ipso allicientem, omniq; opere nobiliorem. Plin. lib. 33. c. 10.

APPELLIS equus fuit pictus in certamine, quod iudicium ad mutas quadripedes prouocauit ab hominibus. Namque ambitu æmulos præualere sentiens, singulorum picturas in ductis equis ostendit: Apellis tantum equo adhiuicere: idq; postea semper illius experimentū artis ostendit. Ibid. Olymp. 83. certamen picturæ institutum est Corinthi ac Delphis: priusq; omnium certauit PANÆVS Phidias statuaris frater, eum TIMAGORA Chalcedense, superatus ab eo Pythijs. Quod ipsius Timagoræ uelutò carmine apparet. Plin. lib. 33. cap. 9.

Mira ZEUXIS atq; PARRHASIUS in pingendi arte, ijs cõtentionibus, quas inter se exercuerunt, ostendit. Nam ad uas quas Zeuxis pinxit, aues specie decepre aduolant, ut eas deuorarent. Parrhasius autem, cum pictam in tabula mappam, qua tegi pictura in tabula uidebatur, ad Zenxim tulisset: rogauit Zeuxis, ut sublata mappa, tanè picturam ostenderet. sed mox errasse se magna mappa similitudine deprehendens, Parrhasio primam laudem eius picturæ concessit. Fasus loq; è manus fuisse, quod è pictorè Parrhasius, quàm q; ipse aues sefellisset. Fulg. lib. 8. c. 1. ex Plinio. PARRHASIUS certauit quodam tempore Sami, inciditq; in aduersarium nō multo se inferiorem, atq; superatus est. Pro-

Propositum autem quod in manus sumerant, erat Ajax diuicans cum Vlysse, pro Achillis armis. Vicitus, urbane respõdit euidam condolenti ex familiaribus, Se quidem parui pendere uictoriam: condolare potius filio Telamonis, qui in cadere bis iam aduersario fuisset inferior. Aelian. lib. 9. de Var. hist. ex Theophrasto.

DE PICTORVM duorum contentione de sua arte sic scribit Henricus Stephanus:

Inter pictores orta est contentio doctos, Edere possit uter doctior artis opus. Potentem hic, aliud facientem pinxit at ille: Iudicis ante oculos sicut uterq; suum. Qui postquam illius tabulam periderat, Ecquid, Tam bene picto homini uox nisi desit: ait. Tunc alter, ceu uictor ouans, Quid deficit istum? Quis uocem potans edere (quætor) potest?

Norimbergæ conuenient festo die PICTORES contribules, & ut sit inter pocula suæ quicq; artis commendabat induriam. Tandem ad prouocationem pro celsit æmulatione. Et alij quidem alia artium proferebant. Albertus Durerus, quod satis constat, arrepto carbone libera manu circulum in tabula descripsit, circinoq; mox adhibito omnibus partibus exactè delineatum ostendit. Erat inter eos, cui præter colores parum suberat artis, hic & ipse suæ artis specimè peritum edere iustus, imparatum se in præsens, respõdit, deliberationem in proximum diem festum petiit. Vbi is aduenit, circumfusisque spectarent cæteri, cequo d suæ ineptiæ symbolum ostenturus esset: è sinu loculum deproxit, aureos aliquot florenos in mensa seriatim, sic ut alter alteri incumberet, exponit, mox una manu omnes semel sublato recipit, & hæc mea est linea, inquit, ne in superficie tantum coloribus inquantanda me occupatum putetis, circulo illo uo, Durere, uel cuiusuis ex plebe iudicio longè præstantior: quam crassam licet nullus uestrum sua subtilitate, quantum uideo, assequi potuit, poteritue.

STATVARIÆ.

AGORACRITVS Parisius & ALCAMENES Atheniensis Phidias discipuli certare inter se in Venere faciendâ. Vicitq; Alcamenes non opere, sed ciuitatis suffragijs, contra peregrinum suo fauentis. Quare Agoracritus ea lege signum suum uendidisse traditur, ne Athenis esset, & appellasse Neme sim. Id postum esse Rhamnunte pago Atticæ, quod M. Varro omnibus signis prætulit. Plin. lib. 36. cap. 5.

Venerè in certamen laudatissimi statuarij, quanquam diuersis ætatibus geniti, quoniam fecerunt Amazonas: quæ cum in templo Ephesæ Dianæ dicarentur, placuit eligi probatissimam ipsorum artificum, qui præsentis erant, iudicio: cum apparuit eam esse, quam omnes secundam à sua quicq; iudi carent: Hæc est POLYCLETI, praxima ab ea PHIDIAS, tertia TETISILÆ, quarta CYDONIS, quinta PHRAGMONIS. Plin. lib. 34. cap. 8.

TEXTORIÆ.

ARACHNE Lydia uirgo lanificij peritissima, Mineram in certamen prouocauit: qua in bestialum, quæ araneola dicitur, conuersa est. Ouid. lib. 6. Metamorph.

MESSORIÆ.

LITYERSIS nothos Midæ regius, cum ageret in Celænis Phrygiæ, exceptos eos qui aduenissent, compellebat ut secum miterent, dein de præfectis capibus, reliquum corpus manipulis inuoluebat. Idem instituit, ut in honorem Midæ Thericos, id est, ælium aut messorius hymnus caneretur in ductum prouerbum, ut qui non ex animo canerent, aut qui coacti canerent, hi Lityersam cantionem canere dicerent. Menander in Chalcedonio, ἡ δὲ γὰρ λυτὴν ἐπὶ ἀγῆς τῆ ος. Meminit huius fabulæ Iulius Pollux lib. de Re-rum uocabulis 4. cap. 28. δὲ τὸ μῦθον τὸν αὐτὸν: sed hoc nouar, Lityersam loris cedere solum, quos metendo uicisset: sed quom aliquando incidisset in messorum se robustiorem, ab eò trucidatum fuisse. Quosdam autem auctores esse, Herculis manu perisse: proinde cantionem eam ad patris desiderium leniendum fuisse repetitam. Lityersæ meminit & Theocritus. Erasmus in Adagijs.

VENATORIÆ.

Crathlinthus Scotorum, & Thelargus Pictorum reges, auitū sedus renouarunt. Picti quidam ad regem Crathlinthum uenandi eum eò causâ in Grampium uenerè. Venabantur PICTI, suo more, ceruus hinnulosque canibus in retia urgentibus, circa præta, secus fluenta, propæ salus, èdita operata loca. Quæ si quando euaserant, sequenti, arborum ramis operati, quo magis feris ignoti forent, lassos, humi procubentes, missilibus petebant, & catapulis. Auersari SCOTI id uenandi genus, quod à ueteri suo instituto esset alienum. Propterea ablati plagis, arcu, missilibusq;, Scotorum more Picti uenandi insisterent. Vbi cum suos canes, Scoticis, pulcritudine, uelocitate, laboris patientia, simul atque au-

dacia longè inferiores animaduertissent: quosdam utriusque sexus à Scotis dono acceperè, alios clam secum aduocare, & inter eos uenaticum quandam candore niuali, eximia pernicitate & audacia, forma eleganti, quem Crathlinthus in deliciis habebat. Regionum canum præfectus, ut conatus auferre, à Pictis uenabulo transfossus interiit. Tumultuaria inde rixa augescente, cæsi sunt ex Scotis sexaginta uiri insigni nobilitate, magna cum agrestium multitudine: ex Pictis amplius centum. Hoc initium infelicis belli inter congnatas uicinasq; gentes. H. Boethius lib. 6.

FOSSORIÆ.

Cum Xerxes contra Græcos profectus esset terra marique, ad Eleuentem Cherfonnesi classis habebat stationem, illincque omnes copias sub uerbibus ceperunt Athon montem, recto limite iuxta Sanam urbem effodere, per uices aliis succedentibus, adiuuantibus etiam in effodiendo accolis, præpositis operi Bubare Megabyzi, & Artæo Artachai filio, uiris Persis. Et BARBARI quidem eam eadem latitudine facerent os fossæ atq; fundum, qui in imo fodiebant, humum effosam assidue trahebant aliis super scalas stantibus: & isti excipientes, trahebant deinceps aliis, dum ad summos perueniebatur, qui illam efferebant atq; abuehebant. PHOENICES uerò cum duplo latius os fossa fecissent quàm fundum, expeditius minoriq; cum labore humum: ducebant, coartante se, processu operis, fossa, sic tam en ut multum simul nihilofecius opus facere possent. Herod. lib. 9.

DIVERSAE ARTIS.

Quum NEPTVVS atq; MINERVA, teste Seruio, de Athenarum nomine contenderent, placuit diis, ut eius nomine appellaretur urbs, qui munus melius mortalibus attulisset. Neptunus percusso litore, equum animal bello aptum prouexit. Minerua iacta hasta, oleam creauit, quæ melior iudicata fuit, propterea quod est insignis pacis. At Diodorus libro sexto dicit Mineruam non creasse primum oleam, sed inter alias naram arbores primum monstrasse mortalibus, & olei exprimendi modum docuisse. Cicero lib. 3. de Natura deorum, Aristæo Apollinis filio hoc tribuit, & Diodorus lib. 3. Iustinus lib. 2. Atheniensibus. Aelianus lib. 3. auctor est, Athenis primum inuentam esse oliuam & secum. At Silius lib. 3. in Libya. Ferunt mythologi, MINERVAM, NEPTVVM, VULCANVM de artis peritia inter se amplius discere præcepisse: atque inibi quidem Neptunum periclitandi causa effinxisse taurum, Mineruam uerò domum substruere adortam, à Vulcano esse expressum hominem. Eius certaminis arbiter erat Momus: is diligenter singula conspiciat, quid in quoque uitio uerterit, opere non est referre, in homine utique id accusauit, debuisse architectum Vulcanum pectus eius effingere fenestratum, ut sic eo planè recluso ac patenti, omnibus perspicuum fieri posset, quid sibi uellet, quid meditaretur, aeræ promeretur, an secus. Cælius libro 9. cap. 21. Antiq. Lect.

AEDON texitrix cum marito Polytechno fabro certat. Vide Tit. Aemulationes mechanicæ ambitiosæ.

Florum inuicem odores coloremq; accendèrè Sicyonij, ex ingenio PAVSIÆ pictoris atq; GLYCERÆ coronariæ, dilectè admodum illi, cum opera eius pictura imitaretur, & illa puocans uariaret, elletq; certamen artis ac naturæ: quales etiam nunc extant artificis illius tabellæ, atque in primis appellata Stephanopocos, qua pinxit ipsam. Idq; factum est post Olympiadem centesimam. Plin. lib. 21. cap. 2.

ARCHITECTURÆ, MACHINARIÆ.

Cum Athenis aliquando de ARCHITECTIS duobus, uter ad opus publicum esset conducendum præstantior, quaeretur: alter disertus & festiuus, oratione habita, quam commentatus erat de opere efficiendo, perimouit populum: alter, qui arte quidem excellibat, sed erat infans, in medium progressus Athenienses, inquit, sicut hic dixit, sic ego faciâ. Plur. in præceptis Politicis.

Diognetus stipediū à Rhodijs habebat annuū. Obsessâ inde à Poliorcete Rhodo, CALLIAS architectus ab Arado cum Rhodū uenisset, acroasim fecit, exempliq; pulitumuri, & sit pra id machinâ in carchesto uersatili constituit, qua Helepolim ad moenia accedentè corripuit, & transtulit intra murū. Hoc exemplar Rhodij cum uidissent, admirati, ademerunt Diogneto, quod fuerat ei quotannis constitutum, & cum honorem ad Calliam transtulerunt. Interea rex Demetrius Poliorcetes contra Rhodum bellum comparando, Epimachus Atheniensem nobilem architectum secum adduxit. Is autem comparauit Helepolim sumibus immanibus, industria laboreq; summo, cuius altitudo fuerat pedum 125, latitudo pedum 60. itaq; eâ ciliis & coris crudis confirmauit, ut posset pati plagam lapidis balista immissi pondò 360. Ipsa autem machina fuerat millia pondò 360. Cum autem Callias rogaretur à Rhodijs, ut contra eam Helepolim machinam pararet, & illam, uti pollicitus erat, transferret

intra murum, negavit posse. Rhodij periculum seruitutis...

uis aqua, luti, steroris, nocte profusa fuisset, postero die...

IVDICES MECHANICORVM OPERVM, VEL

PERITI DE

PICTVRIS.

Omnes prius genitos futurosq; postea superavit APELLES,...

ZEVXIS cum Helenam pinxisset, quid de eo opere homines...

Ὁ δὲ Ζεῦξις ἠρώτων ἡρώτων, ἡρώτων ἡρώτων...

Adeoq; dextrae suae multum pictor arrogavit, ut ea tantum...

Zeuixis pictor insignis cum Helenam pinxisset, NICOSTRATVS...

LYSIPPVS pictor atq; sculptor insignis, dicere solebat: Ab...

PROTOGENES ex unica linea ductu Apellis artem intelligit...

EVPHRANOR Thesea suum cum Parrhasij conferens, addidit...

Strennuu Erechthei populū, quem aliquando Minerva...

ANDREAS Mantinea Pataulnus pinxerat Patauij in sacello...

tores esse uelint, in eodem uitio quoq; cum ipsa natura...

STATVIS.

PHRYNE de Praxitelis status recte iudicat. Vide Tit. Prudentia...

LUCIUS AEMILIUS, templum Olympicum ingressus, louta statuam...

DONATELLVS Florentinus statuarius Graphicen sculptori...

CVLTVRA AGRV.

Columella lib. 1. cap. 3. scribit, CATONEM dicere solum, cui...

IGNE.

ANACHARSIS, qui notabat quaedam Graecorum, pruna com...

ARCHITECTVRA.

Instituenti Alexandro ex aere profecium Pellae facere, non est...

IMPERITI VEL

PICTVRA.

Strabo lib. 14. sic scribit: Ex Protogenis picturis Ialysus, ac Satyrus...

Pauson pictor equum uoluntatem se pingere iussus, currente pinxit...

Apelles perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque...

ALEXANDER Magnus Ephesi suam ipsius imaginem, qua Apelles...

Apelles fixerat, contemplatus, non laudauit pro dignitate...

MEGABYZVS quum aliquando picturas tenuiter & ruditer...

Romae in foro pendebat tabula quaedam, habens imaginem...

Polydorus insignis statuarius, eodem tempore duo simulacra...

proposuit utrumq;. Et alterum quidem omnes admiratio...


ARCHITECTVRA. Apollo dorus insignis architectus, cui Romae praecleara aliquot...


MACHINARIA. P. CRASSVS Mutianus Proconsul Asiae de malo nauis ad...

COQUINARIA. DIONYSIVM fama est Siciliae tyrannum iuris Laebnici...




LIBRI SECVNDI TITVLORVM DISPOSITIO.






A. d. OPERAE mechanicae secundum materiam, considerate, Subiectum uel est Corpus

Bb. Ani




Bb. Ani e matum corpus opere mechanice subiectum

ZzzZ 3 Cc. Me



Voluminis Vigesimali Liber II.

De ARTIBVS mechanicis, quarum Opera tantum consideratur.



OPERAE MECHANICAE CIRCA MATERIAM uersantes inanimatam NATURALEM. Huc pertinent Artes quæ occupantur circa

TERRAM, VARIANTES respectu SVBIECTI. Vt

Circa Rus, in genere. Rustici, Agricola.

Inter Mechanicas artes Agricultura primas obtinet. Næ præter id quod alimenta humano generi gratissima, & ad sanitatem maxime proficua suppeditat, atque adeo cum terra matrem commercium honestissimum habet, exercitio quoque suo uires corporis firmat, roboret & excitat. Quapropter Hesiodus solam Agriculuram Perse fratri commendat, tum uilitatis nomine, tum etiam honestatis. Complacitur autem hic eos tantum, qui professione fuerunt Agricola.

ESAVS Iacobi F. gnarus uenandi, & agriculturæ studiosissimus fuit. Genl. 25.

PHANES, Samuclis F. ex iuico Aphthasi, sortitione facta à Ze lotis, in pontificem electus, & inuitus ab aratro abstractus, cum etiam quid pontificatus esset, nesciret. Sub eo captus est Hierosolyma à Vespasiano. Iosephus lib. 4. c. 6.

Septem tribubus INDO RVM secunda est agricolarum, qui multitudine superantes cæteros, à bello reliquoq; opere liberi, solis agris colendis tempus impartiunt. Nullus hostis eos lacessit, neque spoliat: sed existimans illos in communi utilitate uersari, ab omni iniuria abstinet. Ita soluti metu agricultor, terramq; libere colentes, rerum afferunt ubertate. Viuant autem in agris cum uxore ac liberis, neque in urbes commeant. Dant regi (omnis enim India subdita est regib.) tributum. Nulli priuato licet agros possidere. Præter tributum, & quartam quoque fructuum partem regibus impendant. Diodorus lib. 2. cap. 10.

GELONI Scythiæ populi agriculturæ operam dantes, frumento uisitant, & hortos possident. Herod. lib. 4.

Apud AEGYPTIOS plerique agricolæ sunt exæti, qui oēs ad uocem cuculi coguntur esse in agris. Erasmus in Adag.

Apud EPIDAVRIOS octoginta & centum uiri erant, qui reipubl. regimini præerant. Ex his legebant senatores, quos Artynos dicebant. Populus autem maxima ex parte ruri agebat. Vocabatur Conipedes: quod, ut conuicere licet, cum ad urbem descenderent, ex pedibus cognoscerentur puluerulentis. Plut. in quaest. Græcis.

Stephanus, qui de urbibus ac nationib. scripsit, docet PELASGOS uocatos à Græcis qui Italiam incolébant, illos, quorum opera uteretur in agris colendis: cum rustici homines, & qui eo studio alerentur, diuersis nominibus ab aliis gentibus appellarentur. Primos autem tradit Chios usos esse mancipiis, ut Lacedæmonij iis, quos lotas uocabant, & Argui Gymnefisi, Sicyoniique Corynephoris, Italiota Pelagis, Cretes autem Dmoitici: hæc enim omnia nomina erant generis hominum in subigendis glebis occupati. Victorius lib. 1. Var. lect. c. 10. enarrans locum Cic. 2. de Finib. de Pelagis ab aratro instar Cincinnati delectis.

MYSO N Chenæus, uico Laconia, patre tyranno ortus. Cum ab Anacharside interrogaretur Pythia, Quis se esset sapientior respondit, Mysonem Chenæum. Anacharsis eò profectus, cum reperit ætate suam aratro aptantem. Laertius.

Gelo Syracusanorū tyrannus CARTHAGINENSIVM centum millia cecidit, totidem cepit. Siculorum singula ciuitates eos, quos sibi fors dederat, pro seruis habere, publica que per eos opera & labores exercebant. quorum maxima Agrigentinis multitudo cum obtigisset, urbem agrosq; suos eorum opera excolere: tantus namq; numerus eis captiuorum erat, ut pleriq; inter eos priuati, quingentos in uinculis haberent. Diodorus lib. 11. c. 1.

ESSENI, Iudæorum secta, agriculturam exercent, seruis & uxoribus carent. Iosephus lib. 18. cap. 2. & Plin. lib. 5. c. 17.

GLAVCVS Carystius agricola, inde pugil. Vide Tit. Pugill. Tulli Hostilij III. regis Rom. PATER agricola fuit. Valerius Maximus lib. 3. cap. 4.

ROMANI agricolæ facti à Numa rege. Vide Tit. Agri distributi, dono dati.

Acquis Rom. cõsulem in Algido monte obsidentib. L. QVIN TIUS Cincinatus Dictator omnium consensu dicitur. Colebat is trans Tiberim quaternum iugerum prata, Quintia deinceps nuncupata. Huc cum mandatis patrum legati, ut eum in urbem deducerent, uenire. Constat agresti operi intento sub primum legatorum accessum, à Racilia coniuge togam ex proximo tugurio deproptam, absterfuntq; toto corpore puluerem. Naui illi publicè parata, Tiberiq; transfectum tres filij uenientem primò, mox propinqui & necessarii, inde patres ceteraq; multitudo gratulabunda excepit. Sabellicus lib. 3. Eneæadis 3. Sumtis itaque insignibus, Q. Minutium consulem in Algido monte obsessum, obsidione liberauit. Vnde à Minutio & eius exercitui corona aurea obsidionali donatus est. Vicit hostes, duces eorum in dedicationem accepit, & in triumpho ante curram egit. XVI die quam acceperat, dictaturam deposuit, & ad agrum reuersus est. Iterum post annos XX Dictator dicitur. Lilius.

ATILLVS Seranus, à serendo cognomen adeptus, agriculturæ studiosissimus, dari sibi in Africa successorem postulauit, ne uillæ suæ pauca iugera quædam pessum irent, mortuo uillico, cuius industria uxorem & liberos alere confueuerat. Senatus, ne incoactum bellum omitteret, operã dedit, ut ager eius tolleretur, & uxori & liberis publicè alimentata præstarentur. Platina in Dialogis ad Vrsinum, de uera hominis Nobilitate.

M. CATO Censorius agriculturæ intendit, in iuuentute etiã, propter emolumentum. nam duobus generibus duntaxat quaerit, ait se usum, agricultura & parumonia. tunc opera rustica præbebant ei oblectationem & contemplationem.

Scripsit quoque de Rustica librum, in quo etiam de plantentis apparandis, & de condendis pomis scripsit: omni in re ut excelleret & singularis esset, elaborans. Plut. in Cato. Ilius æui confessione optimus, ac sine æmulo agricola. Plinius lib. 14. cap. 3.

SPANVS rusticus Lusitanus ceteræ hinnulum candidum Q. Sertorio dedit. Vide Tit. Existimationem, auctoritatem, honores diuinos astute comparat.

HYRCANVS à patre Iudæorum principe ad arandam terrã in solitudinẽ missus. Vide Tit. Indolis ethicæ exploratio.

DIOCLETIANVS Imp. postquam XX imperauit annos, imperium Nicomedie exiit, in priuatum ordinem se redegit.

Non

Volu

Non longe à Salonis urbe Dalmatiae in uilla suae palatio consentit, agricultura, maxime hortorum uoluptati, opera dedit. Vixit ibi annos X. Murrus, solas omnium priuatus inter deos est relatus. Auentinus lib. 2. Annal. Boiorum.

Licinius Imp. Rom. ex Dacia oriundus, PATRE agricola. Fulgus lib. 3. cap. 4.

Basilij Macedonis PARENTES (cuius qui Michael Theophilus E. interfecto, Constantinopolitani regnum inuasi) cum in agro rusticarentur, & puerum in sole dormientem ponerent, aquila ex alto deuolans, passis alis dormienti puero umbram fecit. Mater terribi, ne quid mali infans à rapace pateretur alite, tremebunda accutrit, aquila lapidibus abegit. Qua reuersa ad opus, aquila iterum delapsa, alis pueri obtexit. Mater denò uociferans auem conspiciat, accurrit: sed intra se rediens, omen accepit, filiumq; futurum regem edictebat. Cuspij. ex Zonara, & Cedreno.

Deuorato à muribus Popilio iuniore Polonorum principe, cum proceres in arce Crusicia conuenissent, & studia circa principis noui electionem uariarent: Crusicia oppidum PRISTVM nomine, Cossicenis filium, agello colendo & mellificio uitam sustentantem, hominem simplicem & iustum, & beneficium in egenos, atq; hospitalem, regem dixere. Cromerus lib. 2.

HAEC Scoti eiusdemq; filiorum incredibile fuit robur. Is enim cum duobus filiis, Danos uictores uertit in fugam, non claua ut gladio, sed aratro. Data sunt illi praedia uillaeq;, cum nobilitatis insignibus, ut nunc etiam familia maneat. Camporum magnitudo, quae sex millia passuum longitudinem habet, latitudinem quatuor, declarat, quam insigne fuerit factum horum rusticorum. Cardanus de Rerum uarietate libro 8. cap. 43.

BAMBAGUICOLA, à Leone pontifice ad Hispaniae regnum euectus, Mauros deuicit. Ritus lib. 2. Reg. Hispaniae.

Othomannus I. Turcarum princeps, agricola PATRE natus. Egnarius lib. 3. cap. 4.

Non desuere qui dicerent, ut Sforcianis demum principibus uitas generis obiectaretur, Magnum SFORCIAM paterno in agro ita operis praefuisse, ut & sua manu faciundo operi uoces & ligones strenuè tractaret. quod uel ob id inuidiosè confectum uideret, quoniam tredecim annorum puer in Boldini castra concessit, neq; inde redierit, nisi equestris ordinis miles. Sed iucundo prolixo mendacio fabulae fidem fecit perennis fama, quae manauit ad postereros. Ferunt enim, Iacobum Attendulum (iam inde à teneris Iacomuzzum appellatum, & post à Latinis scriptoribus Iacobum Mutium) quum agrum forederet, duro labore fatigatus, ab ea indignitate operis suspensus in caelum, & de tota uita fortuna uota suscepisse, ea forte precatur deos, ut uoto bene uerterent, cui brassaeq; profinus ligonem in praeterea quercum, ut credi par est, antiquitatis Marti consecratam, eo animi decreto; ut si decideret, eum aequissimè ad perpetuum laborem effecturum: at si ramis haesisset, castra continuo sequeretur. Verum Marti ligonem Fortuna appendit, ut satis uiam aperiret. Glorabatur hac fabula Franciscus pronepos, quod uel ob id familiae nomen nequaquam antiquae nobilitatis, sed spectatae uirtutis auspicio niteretur: adeo, ut cum mihi (inquit Iouius) humaniter arcem ab excellenti munitione struaturaq; toto terrarum orbe longè clarissimam, armamentariis patefactis ostendi iussisset, cœueris laeto ore, Et hanc, inquit, P. Ioui, quam miraris, & hoc imperium quo potimur, ab illo ligone habemus, qui felici nostra sorte in arborem à proauto contortus, fataliq; ramusculo suspensus minimè decidisset. Vnde & illud Pontani in de functis intemperanter genuinum dentem exercentis, cum dixit: Dux ab aratro Sforcia. Quasi non in summa gloria sit, aut certe dispudeat C. Marij exemplo ex aratore imperatorem euasisse. Iouius in eius uita.

Francisci Carmaniolae ducis clarissimi PATER fuit agricola Allobrox. Vide Tit. Obscuro orti loco ad magistratus prophanos euecti.

Imperante Alberto Austriaco, quidam cognomine RINDFLAISCH, agricola, se, ut Iudaeos ubiq; gentium deleret, caelo demissis diuinitusq; delectu praedicabat. Credidit uulgus, turmatimq; prouolans, ducem sequitur. Iudaei in omnibus fere Franciae & Boariae ciuitatibus ac oppidis cœcremati fuerunt. Auentinus lib. 7.

Obsessa à Gallis & Venetis Verona, anno MDXVI, cui Caesaris Maximiliani I. nomine M. Ant. Colina praerat, QUIDAM agricola Veronensis, Columnae pollicitis inescatus, cum saepe res uenales & hortensia imprimis in castra deferre consueuisset, simulatione spectandi, ad tormentorum locum, ubi & omnis eorum erat apparatus, minimè id curantibus custodibus, processit, funiculumq; igne succensum, ut antea edoctus fuerat, idonea in parte reliquit: ut quicquid sulphurei pulueris ad oppugnandam urbem magna impensa, & multo labore paratum conuectumq; fuerat, id ro-

tum uno temporis puncto conflagravit. Paulus Iouius.

Circa Hortos, Hortulani, Hortorum Cultura, Studium.

Hortorum curam esse familiarem AEGYPTO, scribit ex Callixeno Athenæus: quomobrem accedente aeris temperantia, florum copiam quacuq; anni parte abundè suppetere, praeter aliarum rationem terrarum. Quo ductus argumentum Martialis lib. 6. Epigr. sic loquitur:

Vr noua dona tibi, Caesar, Nilotica tellus Miserat, hybemas ambitiosa rosas, Nautia derisit Pharios Memphiticus hortos, Vrbis ut intravit limina prima tuæ.

Caelius lib. 18. cap. 37. Antiq. lect. Fuere SYRI quandoq; in hortis operosissimi: quod Plinius scribit, producta inde parcermia, Malta Syrorum olera. Caelius lib. 18. cap. 34.

Tharsius AMPHIAS, cum ex hortulano potens esset, & inamicum quasi degenerem nonnulla dixisset: mox subiecit, Sed & nos de eisdem seminibus sumus, & omnes pariter laetor fecit. Macrobius lib. 7. c. 3. Saturn.

Hortos primus instituit Athenis EPICVRVS otij magister. Vsq; ad eum, moris non fuerat in oppidis habitari rura. Roma quidem per se hortus ager pauperis erat. Ex hortu loci bebi macellum, quanto innocentiore uictu? Plinius libro 9. capite quarto.

ALYNOMVS inops & obsecutus homo, in horto quodam uiuens, atque ex eo se alens, à militibus ad Alexandrum Magnum in obsoleta plagula adductus, rex est Paphi designatus, ac purpuram induit, fuitq; in numero eorum, qui regis amici dicebantur. Plut. orat. 2. de Alex. fort.

ABDOLOMINVS quidam, longa cognatione regie stirpianexus, incolerat ab omni armorum strepitu remotus suburbani hortulani, multa parsimonia. Eum Alexander Magnus capta Sydone regem salutaris fecit. Ceterum multis eius in opiam & sordes criminantibus, ad Alexandrum perductus: Haud, inquit Macedo, uiri indoles famae generis repugnat. uidentem est, quo animo in opiam uuluis. Tum ille, Vtinam, Alexander, sic regnum uis posse. Haec manus satis ad uictum fuerit, nihil habenti nihil desuit. Eo sermone Alexander delectatus, ex Persica praeda dona dedit, regionemque uicinam eius ditioni subiecit. Sabellicus lib. 4. Enneadis 4.

PAVLINVS Nolanus antistes, quum Vandalico bello omnem in suis populatibus redimentis domesticam pecuniam consumsumisset, seipsum postremo barbaris captiuum obtulit, ut suis uiduae filius restitueretur, seruiuitq; in Africa apud Gensericum Vandalorum regis generum, ignoto habitu, etq; breui morum dexterae illi insinuatus. Enimuerum quum hortum coleret, nunc flores, nunc olentes herbas herilimen se inferens, tempestiuo alloquio facile confectus est, ut multo honestius coleretur, quàm praesens fortuna posceret. Quiniam herum hortatus dicitur, ut suis rebus mature consulere, fore, ut paucis diebus Gensericus ex humanis decederet.

Circa Vineas, Vinitores.

Quidam memoriae prodiderunt, quod Bacchus ætate confectos SILENOS in Italia reliquit, cum ad bellum aduersus Tarcentes exirus esset: quibus mandauit ut uites curaret, quod uini ferax efficeretur Italia. Quare posteri statum deinde Silenorum uinum in uitis ferentes, ad perpetuum Silenorum memoriam exererunt, ut testatus est Androcion in lib. de Sacrificiis 2. & Dionysiodes. Natalis Comes Mythologiae lib. 3. cap. 8.

Summam in agricultura adeptus est gloriam ACILIVS Sche nelus à plebe libertina, LX iugerum non amplius uineis ex cultis in Nomentano agro, atq; CCC numum uenundatis. Magna fama & VETULENO Aegialo perinde libertino fuit in Campaniae rure linterino, maiorq; etiam fauore hominum, quoniam ipsum Aphricani colebat exilium. Sed maxima eius de Stheneli opera RHEMMIO Palæmoni, aliis grammatica arte celebri, mercato rus DC. numum in eodem Nomentano, decimi lapidis ab urbe diuerticulo. Hoc aggressus excolere, non uirtute animi, sed uanitate primò, quæ nota mirè in illo fuit, pastinatis de integro uineis cura Stheneli, dum agricolam imitatur, ad uix credibile miraculum perduxit, intra octauum annum CCC numum emtori addita pendente uindemia. Cucurritq; non nemo ad spectandas uuarum in iis uineis strues. Annæus Seneca sub Nerone quadruplicato uineas illas emit intra decimum ferè curæ annum. Plin. lib. 14. cap. 4.

Circa Olera, Olitores.

Et curam olerum consideramus. Ipsa uenditio ad mercatores pertinet, de qua sub loco Mercaturæ.

ROMA

ROMANI quidam in Valeria familia patricia Laetucini appellati sunt, ob diligentem laetucarum curam. Plin. lib. 19. c. 4. DIOCLETIANVS cum se imperio abdicasset, Salonam in patriam concessit, ubi q; agricultura uacauit. Mox ad imperium uenit, uocatis in hortos suos legatis rogauit eos, laetucas aspicerent, quas manu sua & seuisset & coluisset. Quo dicto declarauit, plures se uitam illam quietam & tranquillam facere, quam redire ad imperium administrandū. Pontanus lib. 2. cap. 3. de Fort. domest.

MAVRILLVS episcopus Andegauensis olitore factus. Vide Tit. Penitentiae religiosæ.

Mendanius Hispanus sub arce Molis Hadriani uetulam OLITORIS uxorem laqueo pro ianua suspendit, quod illa expectanti Pontifici Clementi VII. à Caroli V. exercitu obsecro binas laetucas in fossam opera pueri funiculo alligadas, & sursum extrahendas proiecit: sic ut detestabili eius suspensio spectaculo, prospèctantis Pontificis oculi grauissimè per sex dies offenderent, illed; iusta in dignatione per mortuus, hominem usq; adeo impium excretauit, pari supplicio deuoueret. Is cohortis Caesarianæ praefectus ad Monopolim glande frontem penetrante, anno MDXXIX. occubuit. Iouius lib. 26. Hist.

Circa Vites, Vinitores.

In Perside Susiana, cum uites non nascerentur, MACEDONES ibi & in Babylone eas conseruerunt, non serbes faciendo, sed palos quosdam in extremo ferratos in terram designando: postea educendo, & palmites demittendo. Strabo li. 15. Domitianus Imperator ut Apollonius apud Philostratum inquit, terram fecit eunuchum, & uellandam liberatam cultoribus eripuit. Nam cum frumenti inopia, ob uincæ studium & aruorum negligentiam prouenisset, edixit, ne quis in Italia nouas uites plantaret. Sed re exequi minimè potestuerant, quod libelli in Domitianum spargebantur, quibus carpebatur. Cum edixisset, ne in ASIA uites haberentur, quoniam uini ubertate se ditionibus agitari uideretur: legatus ad Imperatorem missus SCOPOLIANS sophista, eloquentia suæ uini non solum id conseruatus est, quod erat caput, ne cui fraudi esset, plantare uites: sed in super, ut pena irrogaretur, qui eo munere abstinuisset. Caelius lib. 20. cap. 11. ex Philostrato.

Probus Imp. quia GALLI, HISPANI & BRITANNI cœtra Proculi & Bonosum tyrannos auxilio fuerant, fecit his potestatem conferre, ut uis ac conficiendi uini. Ipse Almu montem in Illyricò circa Syrium militari manu fossam uitis conseruit. Cuspinianus.

Circa Arbores, Arborarij.

Arborum culturam EVMOLPVS Atheniensis primus inuenit. Plin. lib. 7. Aliis DIONYSIVS. Inferendi arbores modum SATURNVS. Macrobius lib. 3. Saturn. Theocritus Syracusius DIONYSIVM primum fuisse pomorum inuentorem testatur: similiter & Neoptolemus Parianus in Dionysia. Athen. lib. 3. cap. 4.

Sofibus Lacon ubi ficum à DIONYSIO inuentum fuisse demonstrat, idcirco inquit Dionysium Syricem apud Lacedæmonios uenerari. Naxij, sicut Andricus & Agasthenes, Placidum aiunt dici Dionysium ob fructum ficum traditum: quæ etiam de causa efficitur, ut dei Dionysij, qui Bacchus appellatur, facies apud Naxios uinea cœpiatur. Dei autem Placidi facies effiçulnea, quia ficus Placidæ dicuntur. Athen. lib. 3. cap. 3.

MILES Artoxeus per Persidem equitanti malum punicum maxinum obtulit dono. Rex magnitudinem eius admiratus, interrogauit, E quonam horto deproctum hoc donum mihi adfers? Illo uerò respondente, domo sua & ex uitis agris gausis rex supra modum, missis regis muneribus uinum ornauit, & Per Solem, inquit, iste homo tali curatione & diligentia poterit etiam ciuitatè, meo quidem iudicio, ex patua ampliore reddere. Aelianus lib. 7. de Var. hist.

Aemilianus ait Iubam Mauritaniae regem meminisse de citrio in suis de Libya commentationibus, quod pomum apud eos malum Hespericum dicit nominari: quibus fama est HERCVLEM aurea mala esse colore nominata in Graeciâ postea detulisse. Scriptum apud Asclepiadem lib. 60. rerum Aegyptiarum reperitur, Terram in Iouis & Iunonis nuptias malum illud emisisse. Athen. lib. 3. cap. 5.

MODI, QUATENVS

Inuestigant, Inquirunt, Perlustrant

Regiones.

Vide Tit. Geometriae Studium, Illic Habitus, hic Opera spectatur.

LYSITANIAE reges, iam à multis annis, quæstus cupiditate, Africæ litora peragere cœperunt: ac paulatim ad Capitis uicinis insulas usq; à ueteribus, ut pleriq; existimant, Hesper-

ides appellatas, quæ quatuordecim gradibus citra æquinoctialem septentriones uersus sunt, progressi, & indies audentiores facti, longo circuitu meridiem uersus nauigantes: ad Bonæ spei promontorium, quò nullum in Africa magis ab æquinoctiali remotum est, cum triginta octo gradibus ab eo distet, ab eoq; in Ortum flexerit, per Oceanum, ad Arabicum & Persicum sinum usq; perueniunt: quibus in locis Alexandrini mercatores, aromata, partim ibi nata, partim ex Moluchiis infulis, aliisq; Indiae partibus allata, emere, deinde terrestri, longo, incommodo, & maximis sumptibus itinere, Alexandriam ferre, ibiq; Venetis mercatoribus, qui ea Venetias aduectæ, ingenti quaestu per uniuersam Europam diffundebant, uendere solebant. Nam cum soli aromata in manibus Veneti haberet, precia ex arbitrio suo constituiebant: & iisdem nauibus, quibus ex Alexandria asportant, multas merces ederebant, eademq; naues, quæ aromata in Galliam, Flandriam, Angliam, & alia loca uehebant, Venetias pariter aliis mercibus onusta redibat: quæ res reipub. quoq; opes ex uectigalibus & portoriis mirum in modum augebat. At Lusitani Lisbona regia urbe mari ad remotas illas partes profecti, & cum Calicut & aliorum locorum regibus in Indico mari societate contracta, deinde paulatim ad interiora loca penetrantes, arcibusq; temporis progressu in oportunitis locis extructis, & nonnullis eius regionis ciuitatibus sibi federe adiunctis, aliis uerò armis imperio suo parere coactis, aromatum que antea Alexandrini mercatores habere solebat, negotiationem in se transtulerunt: eaq; mari in Lusitaniam uehentes, ad eadem loca, ad quæ Veneti mittere solebant, nauibus ipsi suis mittunt. Quæ nauigatio sanè mira est, in sex & decem miliarium millia protensa per maria penitus ignota, sub aliis sideribus, alio caelo, aliisq; instrumentis peragenda: nã ubi æquinoctialem lineam transgressi sunt, nostram Arcton nõ amplius ducem sequuntur, & magnetis usu priuantur: tantoq; itinere, nullas terras nisi ignotas, lingua, religione, moribus diuersas, prius barbaras, & peregrinis infensissimas, attingere possunt: nihilominus tanta difficultate minimè impediti, temporis progressu hanc nauigationem sibi tam familiarem fecerunt, ut quò prius X mensibus perueniebant, nunc longè minori periculo sex mensium spacio nauigent. Guicciard. lib. 17. Parte altera HISPANI Christophoro Colombo Ianuensi duce nouum orbem reperere. Is enim anno MCCCXCI. Hispaniæ regum impensa, cum trib. nauibus profectus Gadibus, ad Fortunatas insulas est primò delatus, Hispani Canarias uocant, distant à Gaditano fretò duodecies centum millia passuum. Infrequens hominum cultus, ceterum temperies tanta, ut nudi agent insularum indigenæ. Hinc classis digressa, trīginta dierum nauigatione, irreuerata nauigatione in Fauonium tendens, quædam est demum insulas adeptæ, ex his duas præcipua magnitudine nominibus, notantur: Hispaniam hanc dixere, alteri (omnem credo secuti) Ioannæ nomen indiderunt. Sab. lib. 8. En. 10. Neq; uerò desuere alij atq; alij ex Hispanis, qui pari æmulatione laudis, & spe quaestus, eadem litora sequuti, uicetiores nouæ terræ, quæ Pariam uocabant, terminos querita rent. Primus tamen Columbus admirando ingentis animi captu, eru ditorq; iudicio uir, & uti quibusdam apparet, Hercule Græco inuistatæ fame gloria maior & illustrior, alteri propè terrarum orbem uasto atq; intentato priorib; seculis Oceano, ad Occidentem nobis aperuit. Ex posteris tres cū primis ex Hispania, felici ausu, & rebus gestis maximè clarè & memorabiles extiterunt. FERDINANDVS inprimis Cortesius, qui in postremum occidenti litoris sinu delatus, ad Mexicana regna terrestri itinere contendens, subactis Indis, Themistitana urbe positus est, cum fabricatis nauigijs eam urbem falso in stagno positam, ædificasset; & incolatum frequentia Venetæ urbis instar admirabilem, multis prosperè factis præliis expugnasset. Huic claritate nominis æquari potuit BLASCVS NONIUS, à quo repertus est Isthmus ad Vrabanum sinum, quo duo ingentia maria dirimuntur. Ceterum dira auri sitis, nouiq; imperij libido, Blasii animu nõ multo post occupauit, eo rerum exitu, ut affectati regni crimine damnatus, capite plecteretur. Indignus hercè eo supplicio, nisi perfidiosè defecisset, qd ad læuam lōgo tractu Perurana & Cuscana regna auro & gemmis scatentia, successoribus Almagro atq; Pizarro demonstrarit. Posthinc portentosa nauigatione inclytus fuit FERDINANDVS Magallanes, Lusitanus exul, qui auspicio Cæsaris alteri Paria: terræ litus in Orientem obuersum, quinq; nauium classe percurrit, legendoq; orā præteritæ lineæ Capricornis, ferorū gigantū instar prægrandes homines belluarum pelibus contextos reperit. Nec multum inde, uti auide quærebatur, prope antarcticum circulum in anfractuofas fauces audacter inuectus est, nõ inani coniectura iudicis noui orbis terras illac irruente Oceano esse permeabiles. Mox p. Antarcticum ad Moluccas contedit, in quarum oppugnatione cæsus

caus est. Cui suffectus est Serranus. Quo ab hostib. capto, milites caryophylli & cinnamomi nucisq; myristicae succos ex natali solo colligentes, ut testimonij certam fidē referrent, ex quatuor nauibus uentilate semicorruptis, duas magna cura, usi illarum armamentis, materia & clausi referunt, Eurisq; uela dantes, incogniti Oceani immensis spaciis usque adeo audacter se crediderunt, ut nusquam a Lusitanis conspecti, qui indicam-oram præsidiis obtinebant, ad Hesperides insulas contra Praxium promontorium, altera tantum nauis, non amplius quam XXI homines semiuui peruenierint. Ibi qui totum undiq; emensi orbis ambitū circueuerant, Barbarorumq; mille insidias & omnem maris salutem euaserant, a Lusitanis insulae praesidibus. custodiae traditi sunt. Sabel. Supplem. lib. 19. ex Louio.

Post Columbū AMERICVS Vesputius Florentinus, deincepsq; multi alij, alias insulas & amplissimas continentes regiones patefecerunt. Guicciard. lib. 17.

Metalla.

De Metallariis infra, ratione forma consideratis.

Arant.

ELISAVS Saphati F. Abelmeholanus, cum XII boum iuga praeficiens arare, ab Elia iniectione pallio uocatus (iussu Domini) prophetare cepit, & Eliam secutus est. 3. Reg. 19.

AGYPTII, qui regionem suam, qua mollis & caua est, colunt, nullatenus indigent aratro: sed quando Nilus recipit se aruis rigatis, insequuntur, ac porcos eo agunt: qui coculcando & rostro fodiendo citò tellurem ex imo uertunt, fermentemq; contegunt. Plut. lib. 4. Quæst. conu. 5.

GORDIVS dum conductus bobus agrum coleret, aues omnis generis circumuolantes, illum ex infima fortuna ad summum honoris culmen processurum ostenderunt. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 31 & lib. 5. cap. 13.

PRIMISLAVS ab aratro ad regnum Bocmiæ uocatur. Vide Titulum, Obscuro orti loco qui clari euasere dignitatibus prophans.

SAMOGITIA terram non ferro sed ligno proscindunt: quod eo magis mirandum, cum terra eorum tenax & non areno sa sit. Araturi ligna complura, quibus uomeris loco utuntur, secum portare solent, scilicet ut uno fracto, aliud atq; aliud, ne quid in mora sit, in promptu habeant. Quidam ex prouincia praefectis, quod puinciales grauiore labore leuaret, multos ferreos uomeres fabricari fecerunt. Cum autem eo frequentibusq; annis segetes quadam caeli intemperie expectationi agricolarum non respondissent, uulgus agrorum suorum sterilitate ferreo uomeri pertinaciter adscribebat, nec aliud quicquam in causa esse putabat. Praefectus ergo uulgi seditionem metuens, amoto ferro suo eos more agros colere permisit. Guagninus in descript. Lituaniae.

Pastinant.

TITHORENSIVM ager inperso puluere sepulcri Zethi & Amphionis redditus fertilibus. Vide Tit. Deorum monumenta colere, conseruare.

Eustathius Iliad. 2. refert, AEGINETAS olim in insulam suam, quae aspera erat & saxosa, fertilem reddidisse hac ratione. Scrobes altissimas effoderunt, & terram pinguem foris egestam, per superficem soli ea altitudine strauerunt, quanta agriculturæ necessaria uidebatur. Et quia eo ipso formicas imitari uidebantur, occasione fabulæ, quod praecipuas Aeciae ex formicis in homines mutati fuerint, nouoq; Myrmidonum nomini dederunt. Alij uero aiunt, Aeciam ea uisitata fama apud uelinos populos fuisse, ut cum prius deserta esset insula, repetè frequentissima habitari coepit, & propter hanc inopinanti multitudinè datum fabulæ locum, quæ ex formicis nati essent homines, & non aliunde aduenissent.

LITVANI & RUTHENI albi agros hoc modo praeparant. Circa festum diuorum Petri & Pauli in aestate, ad festum usque assumptionis Mariæ, nemora, myricasq; excindere solent: quam excisionem arborum uulgariter Lada appellant. eam, si nemus densum fuerit, stramine superferunt, per hyememq; sic durare patiuntur. Vere autem postea redeunte, post Paschatis festum sole torrido aliquot diebus ingruente, illam prostrationem praedictam arborum, stramine superposito superstratoq; succendunt, & in cinerem comburunt (ubi enim terra non comburetur, illic nihil ferè nasceretur) inde ligna incombusta congerunt, in struemq; composita denud succendunt. sicq; in illa terra combusta & inculta, collectis duntaxat carbonibus & titionibus superfluis, triticum seminant primò, & supra fementem, uno equo iuncto aratro, arant & occant, in Russia uidelicet. Lituani enim bobus cornibus aratrum trahebant arare solent: tantaq; ibi fecunditas dictu incredibilem sublequitur, ut Cerere in illis regionibus natam affirmare. Eodem modo & hordeum seminatur, metitur, & colligitur: nisi quod crassiora nemora pro hordeo excinduntur, & pinguiorem terram magis qua triticum exigit. In huiusmodi autem agris per annos sex uel octo si-

mo stercoreq; non superposito seminare solent. Quod si abores nimis crassæ fuerint in ea sylua, ubi seminatursunt, utpote pinus, fraxini, robora, & id genus aliae, eas non succindunt, tantum frondes ramofq; circumsecant, ne solè agro praeripiant. Rusticus uero unus, omnes arbores, una senel ascensa, circumsecabit non descendendo: instrumentum enim ad id factum, quasi sedile, ad stapede similitudinem secundum proportionem hominis sedentis factum, arborifine longo appendit, sicq; sedens a puero fune alio ab arbore ad arborem facillè transfertur, habetq; ad latus alligatum lignum curuum, ad id studio preparatum, quo arbori appropinquatus, firmiter eam apprehendit, quam à uertice ad radicem usq; circumsecat: & frondes illas eodem modo supra dicto aestate redeunte succendit, & seminat. Est quoq; alius seminant diu mos nuper apud Lituanos inuentus, in praedicta prostratione fuscioneq; nemorum superius descripto, hoc modo: Duabus partibus hordei, tertiam siliginis intermiscere solent: quam commixtionem uere iustante, tempore confueto seminant, eademq; aestate hordeum solummodo demerunt, siliginem uero subter hordeum ad modum graeminis paulatim densissimè crescentem per hyemem durare sinunt, quæ sequente aestate fecundissimè densissimeque exercet, ut equo uix eam densitatem penetrare possis, cum ex uno grano XXX, plusue spicae pullulare in tantam altitudinem soleant, ut uir equo insidens uix cõspici possit. Omnes uero agros Rutheni uno equo iuncto aratro, p̄scindere solent, terra enim per se nimis facilis est. Guagninus in descript. Lituaniae.

Putant.

CLICINIUS Stolo, gener Fabij Ambusti, agriculturæ tâ studiosus fuit, ut inde Stolonis nomen adeptus sit. Plantas enim & arbores ablaqueare, & recedens fruticibus, quos stiones uocant, curare solebat. Columella.

Fodiunt.

Dum seruire Lydiæ reginæ Omphale Hercules, pastores Cercopas Ephesi populos bello profligauit, qui aduenientes HOSPITES suas uineas tanquam seruos foedere cogebat. LESBII opem laturo Milesiis, à Polycrate Samiorum tyranno uicti atq; capti, fossam, qua Milesi moenia cingere ceperat, absoluerunt coacti. Herod. lib. 3.

Cyro Persarum rege Babylonem petente, cum in traiectu Gyndis amnis unus è sacris candidis equis submersus esset, omnia expeditione Babylonica, anno integro totum EXERCITIVM in alueo Gyndis in CXXC riuiolos diuidendo sollicitum habuit. Herod. lib. j.

L. Posthumius uir consularis à Rom. damnatus est, quod eum exercitui praefectus, MILITVM opera in suo agro colendo fuerat usus. Sab. lib. 8. Enn. 4.

Tamberlanes Tartarorum Imp. FOSSORES habuit circiter X mille, qui suffosum murum sustentabant excelsis lignis, quæ deinde accendebant: quibus concrematis, muri, nempe impellente, prodeiebant: per nudata inde muro loca milites ruebant in urbem. Chalcocond. lib. 3.

Formant. Topiarij.

TOPIARIJ inter praediorum rusticorum operarios censentur: sic dicti à Graecis, quod arbutusculas uirgultaq; ductilia facili flexu in uarias formas figuratq; modo humi, modo per uisita spacia uario & solerti ingenio effingent & conuincant. Fuit enim moris prius, buxo, myrto, aut alio uirgulto uarias hominum effigies nauiumq; formas, aut curium, ædium, uel cubiculorum species, in hortis per huiusmodi operis magistris, qui topiarij dicti sunt, effingi & concinnari, & in totum, hoc est, à locis, quæ uirgultis eiusmodi effinguntur. Alex. lib. 3. c. 25.

Defendunt.

EMPEDOCLES Agrigentinus, Etefiliis aliquando uehementer stantibus, ad eum ut fruges corrumperet, excoriari asinos iussit: factisq; utribus, eos collibus & montium uerticibus affixit, ad status cohobandos. Cessantibus ob id uentis, ab euentu rei uulgariter dictus fuit. Laertius lib. 8. ex Timæo.

Dimetiuntur. Menfores.

DIOGNETVS & BETON Alexandri Magni itinerum metatores, qui peregrinationes illius scripserunt. Plin. lib. 6. c. 17.

AQVAM. EAM SCILICET

ELICIENDO. Aquilices, aquæ eliciende arifites. CVSTODIENDO. Aquarj serui, hydrophyllacos, aquarum custodes.

DERIVANDO. DEDUCENDO.

In AEGYPTO tanta est circa flumen sollicitudo, ut naturam diligentia exuperet. Nam cum regio natura multum fructu affecit, irrigata plurimum affert. Natura enim & maius Ni-

Incrementum plus terræ irrigat: sed sæpè diligentia naturam supplet deficientem, ut tantum terræ in minoribus Nilii exerecentis irrigetur, quantum in maioribus per fossas aggeres. Ante Petronij tempora maxima ubertas erat, cum Nilus ad quartum ac decimum cubitum exercebat: cum uero ad octauum crederet, fames & penuria eueniebat. Cui uero ille regioni imperaret, & duo decimum cubitum tantum Nilus impleffet, maxima fames fuit: & cum octauum solum aliquando impleffet, famè nemo senfit. Strabo lib. 17.

SVBMINISTRANDO IN IV-DICIIS.

Ad id quod supra, id est, Ad aquam malus. in infima sortis HOMINES olim dicebatur, ac sordidissimis quaestibus additos: propterea quod antiquis infames habebantur, multoq; omnium contentissimi, qui litigantibus aqua ministrare consueuerant. Nam ueteres ad clepsydrarum mensuram in iudiciis dicere solebant. Infundebatur & certantibus per clepsydras aqua. Eam aquam tenues quidam ac nullius frugis homines infundebant, dispersabantq;. Porro qui hoc ministerio fungebantur, Athenis habebantur reciti, rei pariter ac bonæ famæ indigni: non aliter quam Romanis legibus notantur scenici, & aliorum publicorum certaminum ministeria quædam. Erasmus in Adag.

AEREM. Huc pertinent

VENTILATO RES, VENTVLV FACIENTES.

Reht apud Terentiū ancilla mādarat simulato EVNCHO, sabbellū caperet, & uentulū Pāphila faceret: hoc enim proprium muus erat eunuchorum. Cognoscitur etiam ex loco quodam Euripidis ex Oreste, in quo eunuchus trepi-

OPERAE MECHANICAE CIRCA MATERIAM

VERSANTES IN ANIMATAM ARTIFICIALEM. Vt circa

LOCA. V. G. Circa

TEMPLA, AEDES SACRAS. CV-IVSMODI SVNT

Adiles.

Si Operam spectes, huius sunt loci. Si Dignitatem, inter Magistratus connumerantur.

Adiliu.

ION filius Creusæ & Apollinis, seruus in templo Apollinis Delphici, illud quotidie scopis mudans, & frōdibus quoque ornans, apud Eurip. in Ione, inquit:

Gloriosus labor iste mihi, diis seruam manum habere: non morabilibus, sed immortalibus bene omnibus laboribus laborare.

HERODES, æditus in templo Apollinis ad Afcalonem, filium habuit Antipatrum. Huius filius Herodes, Afcalonita dictus, titulum regis ab Augusto accepit. Iosephus Antiquit. Iud. lib. 17. cap. 8.

Suantouiti SACERDOS apud Rugianos, in urbe Arcone, adem idoli scopis retento anhelitu purgare cogebatur, & subinde extra templum recipiendi & emittendi aeris causa procurrare. Saxo.

HOSPITIA. EA SCILICET

Defignando, Notando.

Menses, Mensores Latini dicuntur, qui hospitia designant & notant.

Elocando. Conacularij.

Conaculariam exercere dicitur, qui quaestus sui causa conductu conacula aliu locat. Horum, de Verbis iuris.

NOSOCOMIA.

Paletudinarij, praefecti ualentudinarij, id est, nosocomij.

CARCERES.

Commensariensjs, custos ac praefectus carceris, qui uinculorum nomina in commentario, id est, libello perscribit. Horum, de Verbis iuris.

CVBICVLA. CVBICVLARIJ.

REX Persarum habebat cubicularium, qui manè regium thalamum ingressus, his uerbis illum expergefaciebat, uisus è βασιλεῦς & φρονέεις ἀπὸ τοῦ ἀνάγειν, ἢ ἀφ᾽ ἡμερῶν ἡμερῶν. id est, Surge rex, ac negotia curta, quæ te Mesoromades curare iussit. Plutarchus in libro Aduersus principem imperitum.

dans domo prodit, quia uiderat interfici dominam, ac praefens illic adfuerat, cum irruerunt eum cum gladiis Orestes ac Pylades: narrat enim quid eo tempore faceret, & in quo ministerio uersaretur, cum illi aeterni iuuenes callidissimi id factum aggreffi sunt. Verba ipsius, pauore penè mortui, hæc sunt:

φρονέεις ἔτι γε φρονέισαι ἕρπαις, πᾶσι βόρρυσι εὐχῆσιν ἀδύοις ἐλέως ἐλέως ἐμπροσθε κλέω πλέγω ἀπὸ παρῶν ἄλλοισιν βαρβαροῖσι νύμυσιν.

Qui igitur diligenter attendet, uidebit omnia conuenire. nam & forma sabbelli intelligitur rotunda, & materia etiā, è qua reginæ ac fortunatæ mulieres ipsa compacta habebant: è pennis enim auiu, ut hodie è pauonu cauda, ea fabricabantur: quæ sunt elegantiora & molliora. Iam quod Latinus comicus uentulum diminuto illo nomine dicit, existimo ipsum exprimeret uoluisse Graecum uentum, εὐνοῦ. Victorius lib. 30. Var. lect. cap. 21.

IGNEM. Huc qui Ignem

ACCENDVNT, SVBMINISTRANT.

Formacarij & Formacatores, qui ignis in furno accendendi curam habent. Formari, mediastini, qui focum curant.

GEORGIVS archiepiscopus Strigonienfis, puer hypocausto calefaciendò praefectus. Vide Tit. Ignobili oritolo qui magistratus sacros sunt adepti.

IMMITTVNT. INCENDIARIJ.

Etic Opera spectatur mechanica; sub Inuifitia profana ipse Habitus improbitatis, cui miniftrae.

MENEDEMVS à cubiculo L. Luculli Olthacū herò dormien-

ti insidiantem repulit. Plut.

COENACVLA. DIETARIJ.

Dietarij serui, qui in diuitijs, id est, conaculis seruiunt.

HOSTIA. HOSTIARIJ, IANITORES.

Apud Commodum Imp. CLEANDER seruus, imperatoris cubili praerat, atq; ipsius Imperatoris custodiae curam habebat, quinque Palatinæ praefecturae curam gerebat. Sed auaritia eius rapinisq; pop. Rom. inuisus factus Commodus, occidi eum cum filiis iussit, corporaq; in forum per urbem trahi. Fulg. lib. 6. c. 10.

L. OCTAVIUS Pilius, seruus ostiarius primò in catena seruauit, deinde ob studia manumissus, Rhetoricamq; professus, Cn. Pompeium Magnum docti, eiusq; patris res gestas scripsit: primus omnium libertinorum historiam scribere aggressus, non nisi ab ingenio scribi solitam. Sueton. de Claris orat.

LOCATA. VT CIRCA

VESTES. EAS

Purgando, Lauando. Huc

Fullones.

TYRTAMI philosophi, Lesbij genere (qui, tanquam diuinitus datum loquendi genus haberet, Theophrastus postea fuit appellatus) fullo pater fuit. Laertius.

Litrices.

Traiani Imp. soror MARTIA, dum aucta pelui in Thracia ad ripam fluminis, nescio quid locura, consisteret, elapsus de manu uas profunda petiuit. Vbi tristis mulier suam accusaret negligentiam, ecce aurum tursus emersit, ac se reddidit dominæ moerenti. Cuius rei miraculo motus Imperator, ciuitatem eo loco condidit Martianopolim. Cranzius libro 2. Sueciae, cap. 6.

Valticus, Boemæ princeps, à uenatu reuertens, incidit in puellam Iusticiam cuiusdam hominis filiam, BEATRICEM Bozenan, interolorum sordes in fonte eluentem. Eius amore correptus, frustra dissuadentibus omnibus non pro concubina habere, sed uxorem esse uoluit: se una nocte effecturum dicens, ut quæ pridè uirgo Iustica fuisset, perditè princeps mulier esset. Dubrauius lib. 7.

Custodiendo.

Vestis pica, ancilla uessum custos dicebatur. Sic Caspari, qui mercede seruanda in balneo uessimenta suscipiunt.

Custodiendo. Bibliothecarj, Bibliothecis præfeci.

DEMETRIVS Phalereus, à Ptolemæo Philadelpho Alexandrinæ bibliothecæ præfectus, regi auctor fuit sacros libros Iudæorum in Græcam linguâ per LXXII interpretes transfereudi. Iosephus lib. 12. Antiq. c. 2.

ARISTOXENVS Comicus uixit Ptolemæo Philadelpho regnante, & successore eius Philopatore. Ac post Apolloniû regis bibliothecæ præfuit, annum agens LXIV. Cùm autem res suas composuisset, tanquam ad Eumenem se recepturus, in carcere ad tempus est custoditus: sed dimissus, ex stranguia decessit, anno ætatis LXXVII. Scripta eius per multa sunt. Suidas.

ZENODOTVS Ephesius, criticus, insignis poeta, Philadelphi bibliothecæ præfuit, eiusq; filios instituit. Primus Homeri libros in ordinem redegit. Gyrardus Dial. 3. Hist. poet. EUPHORIION Polymneti F. Chalcedicus poeta elegiographus, in Syria apud Antiochum Magnum regem bibliothecæ præfectus fuit, & Antiochia uel Apameæ sepultus est. Claruit MCC. Olympiade. Idem, ex Suida.

C. MELISSVS Vmber, ex Spoleto, Mecænatî dono datus, & ab eo manumissus, Mecænas Melissus dictus est: & tandem Augusto insinuatus, ordinandarum bibliothecarum in Osciuitate porticu curam suscepit. Gyrardus.

Palatinæ apud Romanos bibliothecæ C. Iul. Cæsar præfecit M. VARRONEM: eiusq; imaginem adhuc uiuentis ibi collocari uoluit, ut Græcos & Latinos codices in ordinem diceret. Quam postea prouinciâ Cæsar Augustus, mortuo Lepido designatus Pontifex, suscepit: qui uoluit aliqui præ fatidicos, utriusq; lingue delectum acerrimum habuit: & eorum, qui minus probarentur, duo millia combussit: solos Sibyllinos quosdâ retinuit, quos in duob. deauratis foliis sub Palatini Apollinis basi recodidit. Suet. & Linius.

C. IVL. Hyginus, Augusti libertus, Palatinæ bibliothecæ præfuit. Vide Tit. Grammaticorum.

ALBINVS Flaccus Eboracensi bibliothecæ in Anglia primus præfuit. Postea Caroli Magni præceptor factus est. Balæus.

PETRVS Diaconus bibliothecarius Cassinensis. Vide Tit. Monachorum seculi duodecimi.

GRECORVS II. Pp. sub Sergio papa fuit custos bibliothecæ Romanæ. Liber pontificalis.

Bap. PLATINA, ut suo tempore doctissimus, à Paulo II. Pp. Max. in uinculis habitus, de coniuratione falsò accusatus: tandem à Sixto IV. qui Paulo successit, fortunis suis restitutus, & bibliothecæ præfectus fuit Vaticanae. Cui BARTHOLOMÆVS Aristophilus successit.

MANTONIVS Sabellicus annuo stipendio bibliothecæ D. Marci Venetiis præfectus fuit.

Vendendo. Librarij, Bibliopola.

SOIIVS Librarij Romani. Sic Horat. lib. j. Epist. ult. Verumq; iamq; liber spectare uidetur: Scilicet ut prostes Sotiorum pumice mundus. O disti clauis, & grata sigilla pudico: Paucis ostendi gemis, & communia laudas, Non ita nutritus.

BOMBARDAS. TORMENTIS PRÆFECTI.

Præfecti tormentis BVTRIENSES dextris mutilati. Vide Tit. Sæuitiæ bellicæ erga hostes uiuos.

NAVES. Eas

Custodiendo. Nautalium præfeci.

TIMOSTHENES præfectus classis Ptolemæi Philadelphi, geographus nobilis, scripsit de Portibus libros X.

Vitiando.

Alfonfus, Siciliae & Aragonum rex, Bonifaciam urbem in Corsica insula (quam olim Syracusanum portum uocabant) Genensium coloniam arcta premebat obfisione. Genensibus suis auxilia misit, anno MCCCLXXI. In portu ipso acre prælium nauale committitur. Alfonso nauis una, Caput rotundum dicta, arcis instar, Genensibus plurimum negotij exhibebat. ANDREAS igitur Mergus, Genensis, cui profundum maris petere, & si quid pessum cecidisset, sursum re ferre, ludus ac iocus erat, Ioannis Campofulgosi ducis infu, in medio pugnae ardore, galea reclus, & breui cultro accinctus, clam se in mare præcipitem dedit, & ima petens, illius maximæ reglarum nauium funes anchorarios nullo negotio præcidit. At uasta illa moles, quam duæ hostiles naues ita urgebant, ut uix sisti anchoris posset, ubi omni re-

tisaculo soluta est, fluitare primùm, deinde prostrâ aliâ ueltere, postremò semel mota alias quoq; naues secum trahere cœpit, ita ut Alfonso retrocederet, & Genensibus Bonifaciam tuto ingrederentur. Iacobus Bracellus lib. j. belli Hispanici, & Fulg. lib. 7. c. 4.

PECVNIA S. Huc qui pecunias

Exigunt.

Publicani dicuntur populo R. qui Coloni priuatis: nimis qui publica, id est, pop. Rom. uectigalia conducunt. Portitores item publicani sunt, qui uectigal portorium redemerunt. Coactores olim in auctionibus dicebantur quasi questores quidam, qui ab eis, quibus singule res in auctione attributæ fuerant, precium exigebant: quasi collectores, quia pecunias cogebant, id est, colligebant. Horat. lib. 2. Serm. 1.

Nec timuit, sibi ne uitio quis uerteret, olim Si præco paruas, aut, ut fuit ipse, coactos, Mercedis sequeretur.

Canonici, qui principis nomine de mandato canonem exigebant. L. g. C. de exact. tribus. Canon largitionalium titulum, sub Rub. C. lib. 10. dicebatur præstatio que in priuatum Principis ararium conferebatur, unde largitiones ab ipso fiebant. Horom. de Verbis iur.

LEVI, Alphæi F. cognomine Mattheus publicanus, Christi discipulus factus, mox etiam Euangelista extitit. Matthæi, Marci 2. Lucae 2.

ZACHÆVS publicanorum Hierichuntiorum princeps, statura pusillus, in sycamore arbor ascendit, ut Iesum transiret uideret, Iesus eum descendere iussit, sese enim apud illum diuersaturum eo die. Parec illi, & Domini splendide excepit, bonorum suorum dimidium pauperibus dedit, & eis, quos fraude circumuenisset, quadruplum restituit. Lucæ 19.

PHALARIS publicanus primùm, mox tyrannus Agrigentinus euasit. Polyænus.

LYCVRGVS Atheniensis unus è decè, questor fuit tribus lustris quatuordecim millium talentum, aut ut uoluit aliqui, octo decim millium sexcentorum quinquaingenta: semperq; instans astidus publicis operibus ciuitate & herye, & apparatu bellico impositus, multa in ciuitate corripit, triremes populo parauit quadringentas, gymnasium illud in Lycege fecit, quem locum arboribus consuevit, palæstram ædificauit, & theatro in Liberi patris struendo præfectus obiit. Cû fiduciaria apud eum ducenta quinquaginta talenta à priuatis essent deposita, eam pecuniâ custo diuit, uasaq; ad pompas ciuitatis aurea & argentea & uictorias argenteas facienda locauit. Multa opera, quæ acceperat incoata, absoluit, naualia etiam & armamentaria. Stadio Panathenæico basin addidit: & cum hoc effectum, tum specum complanauit, Dinio quodam, qui hoc prægium possidebat, quòd Lycurgo in omnibus gratificaretur, id ciuitati permittente. Plat. in Decemuiris.

EVCTVS & EYDEVS questores Persei regis Macedonum. Vide Tit. Profanas reprehensiones non ferre.

MPOSTHVMIVS Pürgësis publicanus. Vide Tit. Pœna peffidiae in fenore.

T. FLAVIVS Petronius, muniticeps Reatinus, bello ciuili Pompeianarum partium centurio, incertè sponte, an euocatus, profugit ex Pharsalica acie, domumq; se contulit. Vbi deinde uenia & missione impetrata, coactiones argentarias instituit.

Tit. Flauij Petronij filius, cognomine SABINVS, expertis militiæ, publicanum quadraginta in Asia egit. Manebantque imagines à ciuitatibus ei postea sub hoc titulo, ἡρώδης πλάμιστος. Suetonius.

T. AVFIDIVS publicanus, Asiam postea pro consulari imperio rexit. Val. lib. 3. c. 4.

P. RVTILIVS publicanis operam dedit in Sicilia, quam postea Consul rexit. Idem.

Negotiantur.

Mensarii, Mensularij, Numularij, Argentarij, qui numariam negotiationem exercent. Tegæni, Numularij Collybistæ à nummis, qui maioris precij numis accipiunt, minusculâ monetam per partes reddebant, aut certe regionis pecuniam regionis alterius pecunia permixtabant. Seruus Calendarij præpositus, id est, feneratoris exigendiq; pecuniarum. Argentarij, ciues Romani, qui tum Romæ, tum in prouincijs rei numariae negotiationem exercebant: unde & Numularij, & Mensarii nominantur. Nam ad eos duabus de causis pecunia deferrebat, quemadmodum ex P. Iuliano intelligimus in l. 24. §. 2. ff. de reb. auct. iud. Aut enim deponerentur sine fenore, propter fidem publicam duntaxat (id est, ut tutiore loco quam priuatis in adibus affererentur, nam in adu Casoris recondebantur) aut sub usuris ipsi pecunia credebantur, quas deinde fenori collocabant. Horom. de Verbis iur.

AECLIAS argentarius Arato Sicyonio in librandis à tyranni do

de Sicyoniis socius. Vide Tit. Vrbes, oppugnacula, arces capere per loca ardua, quomodo conuq; ea superando. PYTHIVS argentarius Syracusanus. Vide Tit. Astutia in contradiabus.

MAGRIVS argentarius, cuius seruus ui tormentorum fastus est, se Alexandrum Tit. Faanij seruum occidisse. Valerius Maximus lib. 8. cap. 4.

LEVLIVS argētarius, qui propter interpectium rosacea coronæ usum in carcere missus est. Vide Tit. Inhumanitatis erga ciues pœna.

MICHAEL argentarius Imperator sit Constantinopolitanus. Vide Titulum, Vxorum perfidia erga suos maritos lædendo cum cæde.

Tempore Alexij Angeli Byzantini Imp. numularius quidam fuit, CALOMODIVS nomine, g longinquis & difficilib. negotiationib. maximam pecuniam acquisierat. Principes ad rapinam inuitati, manus Calomodio iniecerunt. Circumforanci Patriarcham Ioannem circumsteterunt, tantum nõ discepturos cum, aut de fenestra præcipituros commina-

OPERÆ MECHANICÆ CIRCA ANIMALIUM BRVTORVM CVRAM CVLTVMQVE OCCUPATA. Ratione habita

SUBIECTI. Curatores

ARMENTORVM, BOVM, VACCARUM. Bubulci.

APOLLO priuatus deorum ambrofia, ob interfectos Cyclopes, pauit armenta Admeti regis Thesaliæ. Tibul. lib. 2. Empetari SEVVVS bubulcus Eræ capienda modum offendit Lacedæmonis: cum uidelicet arcem omnibus præsidia nis militibus ob effusissimos imbres desertam esse indicasset: id quod ex milite præsidario noctu audierat. Secuti igitur cum Lacedæmonij per densissimas tenebras, nihil imbre mittente, arcem occupauerunt. Pausanias in Messenicis. Phraastores, Darij cognatus, Sulfidas portas custodiebat. Alexander uallum munitibat. Extabat oraculum Apollinis, peregrinum Lycum itineris ei contra Persas ducem futurum. Accedit ad Alexandrum bubulcus, messoriam uestem amictus, inquit, Sibi LYCO nomen esse: in circuitu monti uocellam esse uiam, quòd sylua continuus arboribus tegeatur, sibi uerò soli propter bonum pasca notam esse. Recordatus Alexander uaticinij, bubulco fidem habuit, & Persas circumuenit. Polyænus lib. 4.

TITORMVS bubulcus mirandæ fortitudinis, qui cum Milone certauit.

DAPHNIS pastor, inter Bucoliastas clarissimus, Mercurij & Nymphæ filius, cui nomen dedente natalia (in laureto enim editum ferunt) uaccarum armentum habuit eodem è semine, cuius illæ quoq; quas Homerus soli sacras esse canit in Sicilia. Adamatum scribunt à Nympha perditissimè, quæ ei cæcitiatis prædidit calamitatem, si amorè suum alterius polueret consuetudine. Aliquanto post tempore filia regis cû, quòd esset omnium pulcherrimus, cum deperiret, neq; alio commento potiundi spes esset, uino affectum corrupit. Inde bucolicæ cantiones ex eius infelicitate, quòd heroum titu eius interitus à pastoribus certatim celebratus fuit. Scalliger lib. j. Poet. c. 4.

LYCVS bubulcus Alexandro Magno auctor uictoriæ. Vide Tit. Hostilem exercitum loco oportuno includere.

MITRADATES regius Atyagis Medi bubulcus, uxorem habuit Spaco, siue Cyno, quæ Cytum regem aluit. Vide Tit. Mi modo seruati. ex Herod. lib. j.

MIRMILO armentarius, cuius similitudo obiecta est Casio Sæuro celebri oratori. Plinius lib. 7.

BVBVLCVS seruus Vespasiani. Vide Titulum, Libertas in reprehendendo.

Sacer Martis gladius apud Scytharum reges olim seruati solèbat, quo quicunq; potiretur, ei regnum sperare fas erat. PASTOR quidam, quum suam buculâ claudicantè offendisset, ut uulneris inueniret auctorem, emissi eroris uestigia legit. At ubi ad sanguinei riui fontem peruenit, ubi buculâ pascebatur, dum humi quærit, Martis enseni inuenit, què bestia fortè calcauerat. Effossit hunc protinus ad Atiliam regem Hunorum detulit. Qui ubi facti huiusmodi nuntius esse à matre sua intellexit: fortunæ se admodum congratulatus, bellorum ac cæterarum gentium dominum se prebuit futurum ariolatus est. Boissinius lib. 3. Dec. j.

In Franconia circa annum Salutis humanæ MCCCLXX. tympanista QYDAM bubulcus, mentis sanctitatem, cepit audaciam conclonandi in clerum & principes, quòd uita eorum peruerit Deum auerteret à populo, nec audiret preces sacerdotum, nec reciperet ab his sacramenta plebi distributa: principes errare, & populo sine causa contra iustitiam telonia & uectigalia imponere, ut usum itinerum & aquarum, naturâ liberum, illi grauarent. Ea sibi per D. Ma-

ti, nisi literis ad Imperatorem Alexium datis Calomodium liberaret. Is populi tumultu egrè sopito, faciundia sua in integrum, citra omnem iacturam, Calomodium restituit. Nicetas libro 3.

Conseruant. Tum

Publicos Thefauros. Thefaurarij.

Scleucus Sardenfium arcem oppugnabat. In ea THEODOTVS præerat custos thefaurorum Lyfimachi. Cùm arcem capere nõ posset, proclamari iussit, se centum talenta datum ei, qui Theodotum occidisset. Theodotus metu prodictionis prodire non audebat. Vulgus uerò moleste ferebat, sibi fidem non haberi. Ergo Theodotus præuertens noctu portam aperuit, & intro ducto Seleuco, thefauros ei tradidit. Polyænus lib. 4.

Priuatorum.

Arcarii serui, quibus arca, in qua domini pecunia inest, procuratio committitur.

riam, ut publicaret, esse madata. Rodolphus episcopus Hærbipolenfis abreptum in urbem exiit. Cranzius lib. 12. Metropoleos, cap. 16.

MARIANVS Bituricensis cœnobij monachus, bubulci officio functus, aprum ad se fugientem ab sequentibus canibus, turatus est. Marulus lib. 4. c. 5.

MAHVETEVS Auelanaginar, è bubulco à Mauris ad Granaetæ regnum in Hispania euectus est. Fulg. lib. 6. c. 10.

TAMBERLANES Scytharum rex bubulcus. Vide Titulum, Duces, reges, imperatores fortes.

IOANNES Pater bubulcus toti Germaniæ imponit. Vide Titulum, Stipe pecunias astute comparare.

OVIUM. OPILIONES.

Inter Protoplasti filios ABELVS opilio fuit, Cainus uerò agricola: ille Deo gratus ob pietatem, hic uerò inuisus fuit, propter auaritiam & inuidiâ. Quòd si ergo, ex diuinis licet coniectari aliquid, maior simplicitas in pastoribus, quam in agricolis esse uideatur, eamq; ob causam Bucolicum carmen simplicissimè poetæ non agricolis sed pastoribus accõmodant. Pròinde Deus opt. max. Abelis opilionis primitias benigne recepit, Caini agricolæ decimas non item. Gen. 4.

MOSSES fœderi lethronis oues pacens in monte Orebo, rubum ardentem uidit, & Dei colloquio truditus est. Exod. 3.

DAVID Iste F. oues pauit, mox ludæorum rex à Samuele inunctus est.

RECCABITÆ siue Madianitæ apud Esaiam à parentibus, hoc suis se recepisse afferunt, ne biberent uinum, ut tentoria inhabitarent, & ut oues pascerent.

Sunt in Apollonia in Ionico sinu sacrae Solis oues, quæ interdum secudum flumen pasuntur, quòd è monte Lacmonè per Apolloniatem agrum fuit in mare iuxta Oricum portum. Eas noctu stabulantes, in antro, nõ procul ab urbe, custodiunt delecti uiri, diuitijs & genere inter populares suos splendidissimi, singulis annis singuli, quòd ex oraculo quòdâ Apolloniæ: eas oues permagnificent. Ibi ENIUS quidam cum aliquando delectus ad custodiendas oues obdormisset, ingressi antrum lupi, ciceret LX oues iugulauit. Id Apolloniæ ubi acceperunt, adductum in iudicium Euenium condemnauerunt, ut quia uigilia edormisset, usum priuaretur: quem posteaquam excæcauerunt, mox eis neq; pècora fœnitauerunt, neq; terra pro consuetudine stultum terre, Erant autem illis pecora & in Dodona & in Delphis. Interrogati prophætæ causam mali præsentis, responderunt causam esse, quia custodem sacrarum ouium Euenium iniquè luminibus orbassent: deos enim immisisse lupos: nec prius ab illius ultione cessaturos, quam ei satisfecissent factis, quæ in eum perpetrassent, prout ipse sibi suo arbitrio satisfactum putaret. His perfectis, deos postea datturos Euenio tale donum, quòd haberentem pleriq; hominum putaret beatum. Hæc oracula Apolloniæ silentio suppressentes, quibusdam è ciuibus exequenda delegauerunt. Isti hinc in modum putant exequenda: Euenium in statione sedentè addeunt, eiq; assidentes aliis de rebz uerba faciunt, donec deueniant ad miserandam hominis calamitatem. Ità introducta eius rei mentione percontantur, quam multam optaret, si eam uellent pendere Apolloniæ. Hic qui oraculum non audisset, se optare dixit duo prædia ciuium, quorum patrimoniam omnium Apolloniatarum putabat esse pulcherrimam, & præterea domicilium quod in urbe sciebat esse optimum. Assensere statim ciues, & oraculum quòd acceperat narrarunt, eaque prædia à dominis mercari, Euenio dedente: qui mox deinde à diis diuinationem obtinuit, unde cæ-

leberimus tuast. Huius Euenij filius fuit Deiphonus, qui claffi Græcorum ad Micalen contra Perfâs uaticinabatur. Herodotus libro 9.

Fuit quondam pastor AEPVS, forteq; in propinquo gdis Mercurij greges curabat: proinde cum foret ad sapientia studia procliuor animo, eius adificandæ ergo, non definebat Mercurio uota concipere. Facit aban id ipsum & plerique alij templum frequenter aduente, ac multifaria deo facultate offerentes munera. Aefopus, ut qui pauper foret, laetis tantum non magnam libabat modum, fauis quoq; in super oblati, & id genus aliis haud multis. Fortè ita euenit, ut sapientiam singulis pro ratione meritorum distributus accederet deus: eumq; huic philosophiam aduifet, illi dicendi peritiam effer impariis, alicui uerò etiam celestium rerum scientiam, aut muscas item modulationes, nec omiffa pangendorum carminum uenustate: animaduertit autem Aefopum se posthabuisse, cui nil effer gratificatus, memor fabellæ sibi in Olympo etiamnum infantulo à deabus Horis lepidius enarrata, de boue quadam & Solis armento, ad hanc ipsam rem facultatem Aefopo est clargitus. Ex quo illi mox arte contributa multiformi fabellarum concinnandarum, tantum in apologis euasit, quantum omnes agnoscimus: agnouerat & Tyaneus Apollonius, qui ac commodatiora ad sapientiam eius uiri lepidiora figmenta est arbitratus, quam poetarum commenta, quæ de diis, heribus ac magnis uiris parum decora, minusq; ad bonam frugem illestantia edunt in uulgus. Apologi uerò Aefopei, ut inquit Fabius, ducere animos solent, præcipuè rusticorū & imperitorum: qui & simplicius quæ facta sunt, audiunt, & capti uoluptate facillè iis quibus delectantur, consentiunt. Cælius lib. 15. cap. 26. ex Philostrato.

TYLLVS Hostilius rex Rom. III. in adolescentia oues paut, rustico patre natu. Val. lib. 3. c. 4. MAXIMINVS senior, Imp. Rom. Thrax, fuit opilio in pueritia. Capitolinus. CAROLOMANNVS, Caroli Martelli filius, & Caroli Magni patruus, qui monachus factus, abbatis iussu rursus in Galliam regni constituendæ gratia profectus est: obediētia erga abbatem tanta fuit, ut greges eius loci iussu pasceret. Volat. lib. 21. Anthrop. IOAN. Antonius Campanus, agro pascentisq; ouibus ab initio à patre relegatus est. Deinde uerò episcopatum Aretinū eruditione sua meruit. Idem.

CAPRARVM. CAPRARIJ. Cum Homerus cæcus in Chium appulisset, GLAVCVS quidam caprarius poetam suo iugurio suscepit, & liberaliter tractauit. Postero die eundē domino suo in Bolisso ita commendauit, ut eum dominus filiis suis præceptorē daret. Herodotus in Homeri uita. CRATHIS seu Crathides, pastor apud Sybaritas, infando amore capræ exarsit.

PORCORVM. SVBLCTI, PORCARIJ. Suem Aegyptij spurcam belluam arbitrantur: adeo ut non solum si quis uel transeūdo contigerit, abeat lotum sese cum ipsis uelimentis ad flumen: uerum etiam ut soli omnium SVBLCTI in Aegypto, est indigenæ, tamen nullum ingrediuntur templum: ne quos; aut filiam eorum cuiquam nuptum dare, aut cuiusquam eorum filiam in matrimoniu ducere uelit. Ipsi uerò inter se subulci dant, accipiuntq; uxores. Aliis diis immolare sues, ius Aegyptiis non est, præterquâ Lunæ tantum, & Libero: idq; per tempus plenilunij, quo sues immolant, ac suilla carne uescuntur. Herod. lib. 2.

SVBOTS suarius, Vlystem profugum, & iam suis ignotum, in patriam deduxit, teste Homero.

Arybantis Sidonij, uiri opulenti filia, à latronibus Taphiis ex agro ueniens rapta, Ctesio Ormeni filio, Syriæ & Orygiæ insularum regi, uendita, nutrice apud illum egit. Interea dum pannos lauat, à naua Phœnicæ cōpressa, eū illo aufugit, secumq; EVMÆVM puerum nutricium auexit. Cæterum sexto die fati concessit, & piscibus esca fuit. Phœnicæ tempestate iactati Eumæum Laerti Ithacensi uendiderunt, cuius subulcus fuit. Hom. Iliad. 2.

ACTIUS Nauius, augur clarissimus, ob paupertatē sues puer paut. Cicero lib. j. de Diuinat.

S. Germanus cum in Britannia publicè prædicaret, uasaniēte frigore, cum discipulis in regiam confugit, gratum ibi hospitium imploraturus. Quod cum per interpretē à rege impio denegatum, impetrate nequiuisset, sub dioq; in algētissima regione pernoctare cogere: ecce SVBLCVS regius aduenit, uenerabilem uirum cum sacra manu cōspicatus: eorumq; miseratus algorem, ad tugurium inuitat. Quod quum pater ille diuertisset, subulcus uxorem monuit, ac iussit, ut unicum quem haberet uiculum saginatum, uiro sanctissimo apponeret. Quod ubi factum est, pro explorata rusticæ fide, Germanus post cœnam mulierem iussit uiculi ossa

legere: lectaq; ac pelle inuoluta, ante botem in præsepio recondere. Mulier postquam imperata fecit, postero die red integratum uiculum, fœnum cum matrè comperit edente. Quod quidem ingens miraculum, tantum uiro tribuit auctoritatis, ut pro deo adhuc uiuens haberetur. Germanus autem ad regem reuersus, eum regno decedere, meliorique id dimittere iussit: hâstantem & cunctantem uirum, neque in sacrosanctum patrem moliri quicquam audentem, manu depulit: Decede, inquit, nec potestate regia posthac amplius abutere. Rex cœlestem in præfule auctoritatem reformidans, cum uxore liberisq; spectante populo, decessit. At ei Germanus accitum mox subulcum cum cōiuge suffecit: & ex ea deinde tempestate è subulca gente sunt ibi creati reges. Bonfinius lib. 4. Dec. j.

IUSTINIANVS pastor porcorum in Bedirina Illyriæ ciuitate, maritus fororis Iustini Imp. pater Iustiniani Magni. Cuspianus.

IOANNICIVS Bithynus subulcus, inde monachus. Vide Titulum Monachorum seculi noni.

DVNEVOLVS Vintoniensis episcopus, ex subulco factus sub rege Anglorum Alfredo, doctiss. euasit. Ranulfus lib. 5. cap. 32. & lib. 6. cap. 3.

IOANNA Gallica puella, dum sues pascit, tempestate coacta in proximum facellum confugit: ibi obdormiens, liberanda Galliaë mādatum diuinitus accepit. Bonfinius lib. 3. Decadis 3. & Amilius.

Marchio Saluciarius, ut nobilium & potentum fastidia fugeret, PORCARIAM puellam, quam in syluis uenationis diis operam repererat, matrimonio sibi coniunxit: quæ uita atque moribus omnes illustres feminas superauit. Aeneas Syluius lib. j. Epist. 45.

EQVORVM. EOS. Pascendo.

Excitant SCYTHÆ Nomades seruos omnes laetis gratia, q̄ ita parant. Sufflatoria ossa fistulis simillima sumuntur, eaq; genitalibus equarum imposita, ore in flantur, interea dum alij equas emulgent. Hoc ideo se facere aiunt, quòd uerè equarū sufflata implentur, & mammae descendunt. Postquam emulxere lac, in concaua uasa lignea diffunduntur. His circumpositi egeci ferui, lac agitant. Cuius quod summū est delibatur, preciosusq; habetur: uilius autem, quòd subfidet. Huius rei gratia Scythæ quemcumq; capiunt, uiliū orbant. Herodotus lib. 4.

Curando.

RISACES equis simulata defecione Perfâs siti perdere conatur. Vide Tit. Comæteum hostium perdere, inficere, potu incommo dano.

OEBARES equis, cuius astu Darius regnum Persarum adeptus est. Nam cum interfectis Magis, qui imperium inuasent, Persarum proceres inter se eo pacto conuenissent, ut is cuius equus primus hinniret, regno potiretur: Oebares manu uuluae equinæ prius admotus, naribus equi præbuit olfaciendam. Quo odore irritatus equus, primus dedit hinitum. Herod. lib. 2.

Cum Scipio Numantiam obsidens statuisset inspicere non arma modò militum, uerum etiam equos, mulos & curus, quo pacto hæc quicq; sibi haberet exercitata atq; appaata. MARIVM tradit, p̄dixisse equi pulcritudinem ab ipso nutriti, præterea muli habitu dine corporis, mansuetudine ac robore longè cæteris antecellentem. Itaq; cum imp. Marij iumentis delectaretur, ac subinde horum faceret mentionē, tandem factum est, ut iocosa laude, qui in officio se præstaret assiduam, patientem ac industrium, mulus Marianus diceretur. Erasmus in Adag. ex Plut. Mario.

FRICANDO. ATEAS Thracum rex, fricans equum, legatos Philippi rogauit, Num id faceret Philippus? Plut. in Apoph.

INSTRUENDO. STRATORES. Ἄναβαλδης, Strator, qui equos sternit, & in eos atrollit reges. Est quoq; pro instrumento sumitur.

CONSTANTINVS quidam strator Artabadi, uidēs imaginem Dei genitricis stantem, apprehensum lapidem aduersus eam proiecit, & contriuit: & cum cecidisset, calcauit. Et uidit in somnis astantem sibi & dicentem: Nosti quàm fortem causam in me operatus fueris? nempè cōtra caput tuū hoc fecisti. Postridie Saracenis murum oppugnantibus, tormenti lapide caput ei faciesq; contrita fuit. Paul. Diaconus lib. 21. rerum Rom. & Cedrenus.

AGITANDO. Agitatores, curruum in sacris certaminibus rectores.

INCITANDO. Huc illi qui aquam equis spargunt. A quo officio pro uerbium, Frigidam suffundere.

ASINORVM, MVLORVM. EOS.

Pascendo.

DOEGVS pastor regius mularum Sauli. Iosephus lib. 6. Antiquitatum, cap. 13.

Agendo. Agones, Mulationes.

Alexandro Macedoni cum reddita fors esset, eum, qui primus occurisset, interimere: ubi EPTYCHVM quendam præ se agentem asellum uidit, arripi hominem ex oraculo confectum imperauit. At is iam iam iugulandus, in lecta mortis causa, proclamauit, Anteambulonem suum, non se, peti ex responso, quando is obuiam factus esset prior. Cælius libro II. cap. 8. A. L. ex Plut. Alexandro.

EPTYCHVS asinarius, cum asino Nicone, apud Aetium descendenti Augusto in aciem occurrēs, uictoriae fecit omnia. Suetonius.

AGASVS quidam solo clamore & asini ruditu Molossos in fugam uerit. Vide Tit. Donaria deorum culta.

CAMELORVM.

MAHOMETVM pseudopropheta Saracenorum & Turcorum, in adolescentia camelos diuiti mercatoris Arabis paullis, ac semper etiam sereno caelo aram nubem supra caput ipsius conspectam esse, scribitur.

PAVONVM.

MAVFIDIVS Lurco expauonib. supra sexagena millia numerum in anno capere solebat. Varro de Re rustica lib. 3.

QORTENSIS augurali adiciali cœna primus pauones possidit dicitur. Quæ multi fecuti, precia eorū extulerunt: ita ut una eorum denariis quinque uacant, ipsi facillè quingenis: grex centenarius facillè quadragena millia sceleritia ut reddat, ut quidem Albutius aiebat, si in singulos terni pulli exigantur. Idem.

COLUMBARVM.

Varonis ætate columbarū Romæ singula paria uulgo uenibant ducentis numis: nec non eximia, singulis millibus numerum. Quas cum mercator tanti emere uellet à LAXIO equite Rom. minoris quadringentis denariis se daturum negauit. Varro lib. 3. de Re rustica.

APIARIJ.

SATVRNV melis inuentorē esse, credidit uetustas: ideoq; in eius sacrificiis sacerdotes ficulneis frondibus ornati, pascetas missitabant. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 22. Ouidius inuentum Baccho tribuit lib. 3. Pastorum.

Liba deo sunt, fuscis quia dulcibus idem Gaudet, & à Baccho mella reperita ferunt.

Cum Cyrene apud Peneum patrem educeretur, Apollo eius forma captus, captam uirginem in Lybiam detulit ad ealoca, in quibus postmodum urbs condita est ab eius nomine Cyrene. Ex ea filium suscepit Eurythæum, quem infantē tradidit Nymphis nutriendum: à quibus triplici nomine est appellatus, Nomius, ARISTEVVS, Argetus. Ab his Nymphis cum lac coagularet, mel atq; oleum conficere didicisset, prius ea in utrumq; hominum traduxit. Diod. Siculus, Plinius, & Iustinus lib. 13. Aristæus primus apum ex bubulis uisceribus reparandarum rationem inuenisse traditur. Nam cum Eurydice Orphei uxori, amore eius captus, uim inferre conaretur, illa per auia fugiens, morsu serpentis est occisa, in cuius ulcione Nymphæ apes omnes perdidit. Quapropter matris auxilium implorauit, quæ illum ad Protea consulendum perduxit: à quo infortunij causam edoctus, Eurydicem sacrificiis placare iussit. Quod cum faceret, taurosq; quatuor, & totidem iuuenas immolaret, ingens apū multitudo è bobus erupit, atq; hoc pacto suas recuperaret apes, ut copiose tradit Virgilius sub finem lib. 4. Georg. & Heraclides in Politia.

Iustinus lib. 44. usum mellis colligendi GARGORI regi Curicum attribuit, qui in Hispania saltus Cartesiorū incoluit. Sed hic, ut opinor, tantum in Hispania primus fortasse huius rei auctor fuit. Verum hæc HEBREVS potius assignauerim. Illi siquidem, teste Iosepho, & mortalium omnium primi pastores fuerunt, & apud eos mulsæ ante Aristæum melis usus fuerat. Polydorus.

Apum amore captos narrat, ARISTOMACHVM Solensem LIX annis nihil aliud egisse: PHILISCVM uerò Thasiū in desertis apes colentem Agrium cognominatum: qui ambo scripsere de his. Plin. lib. II. c. 9.

VEIANI duo fratres, ex Faliscis, cōmunitones Varonis in Hispania, cum à patre parum uillam & agellum nō maiorem iugero uno relictum haberent, circum uillam totam aluearium fecerunt, & horum habuerūt, reliquum thymo & cythiso & apistiro oppluerunt: soliti quotannis dena milia sceleritia ex melle recipere. Varro lib. 3. de Re rustica.

BOMBYCVM CVRA.

TORES.

Ita quæ ad textrinam usurpant SERES, è nulla stirpe sunt. Na

scitur in eorum terra uermis, quem serem Græci, ipsi longè alio appellant nomine, magnitudine est id insectum dupla maximi scarabei, cætera araneo simillimum. Hoc Seres accuratè nutriunt, cellas illis cum aestiuas, tum hybernas aptè fabricantes. Pedibus (habet uerò octo, quot & aranea) sub arborib. textile facit. Annos sermè quatuor panico alitur. Quinto demum (neq; enim longior contingit uita) uiridem apponunt arundinē: quo pabulo bestiola illa maxime delectatur, eo sature fagina rumpitur. Educunt inde è uisceribus staminum uolumina. Satis constat, Seriam insulam sitam in rubri maris recessu. Audiui uerò qui dicerent, Serem amari illam facere, non aliter quàm Nilus eam, cui Delta nomen, neq; enim mari ulla ex parte incingi. Pausanias lib. 6.

OSSES Scythiæ populi, Latine syluarum nobiles, perfusa aqua, frondium canicem depeccunt: unde geminus nostris mulieribus datus est labor, sicut redordendi, rursusq; texendi, tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitus, ut in publico (ut ait Plinius) matrona pelliceat. Bonfinius lib. j. Decad. j. Hung. hist.

MVSCARVM. QVI MVSCAS

Venantur, Occidunt.

DOMITIANVS Imp. certis horis secretum captans, muscas stilo ferreo configere solebat. Hinc iocus cuiusdam, querēte alio, An quis cum Imp. esset? Ne musca quidem, respondit. Suetonius.

Abigunt. Myræbus.

MODI, SIVE CVRÆ. Huc ergo ij qui ANIMALIA

DOMANT. DOMITORES, Curatores, Magistri animalium quorumuis.

Uaria sunt animalia, sic uaria quoque ciuicandi ratio: siue ut humana aut diuina, siue arce domentur. Qui humana uiribus belluas superant, sub corpore etiam Roboris loco à nobis connumerari suere. Et eos tantum, qui uel arte uel miraculo bruta mansuefecerunt, persequimur, siue utilitatem siue uoluptatem tantum ex illis percipiunt.

Elephantorum.

INDI ex capris elephans eos, quos nec iuuentus nec senectus inuitiles facit, in stabula ducunt, & pedibus inuicè uincit, & collo ad columnam bene compactam, fame domat. Deinde herba uel arundine uiridi reficiunt. dehinc obtrepere docent, alij orationē, alij castu aliquo, uel tympani sonitu delinunt. Rari sunt, qui non facillè mansuecant. Sunt enim à natura mites & mansueti, & ad rationale animal proxime accedunt. Quidam attingas suos, qui in terramine ceciderint, ex prælio eximunt. Quidam anterioribus pedibus utero suo subiectos seruauerunt. Quod si quem ex curatores per iram interfecerint, ad eum illum desiderant, ut præmerore à cibo abstineant, interdum etiam ad mortem obdurent. Strabo lib. 15.

PORVS (quem Alexander debellauit) habuit elephantum, qui rectore iubente procumbebat in genua, & se sub mittebat. Curtius.

Equorum.

In Pin dari Pythiis obseruatum, & ab interpretibus enarratum curiosus, NEPTVNV à mythicis appellatum tradi Petrarum, quod olim super saxo confositus urinam profuderit genitalem, unde enatus sit equus primus, quem dixere Scyphion. Laetantius uerò grammaticus, in Thessalia terrâ tridente percussam scribit à Neptuno, ex quo, mirum dictu, profluerint equi duo, Scyphios & Arion, inde nata Thessalicorum equorum præstantia. Quia uerò equitandi artem, id est, uel inuicem, primus excogitauit Neptunus: inde factu opinatur Pausanias in Arcad. ut dicatur in Arcad. potius quæ causa alia: quando & in equorum certaminibus Homerus per Hippium Neptunum iurare Metelau fingit. Sed & qui hymnos scripsit antiquissimos, Pamphus, Neptunum dicit inuicem dicitur, id est, equorum datorē. Seruius grammaticus, in contentione cum Minerua de Athenarū nomine, ab Neptuno litore percussis, equum scribit pro ductum. Cælius libro 21. c. 24. A. L. Communia epitheta apud omnes gentes habet, quod si Pelagæus, Aphaliæus, & Hippus. Pausanias in Achaicis, & Diodorus lib. 6.

Apollonij enarrator SESONCHOSEM Aegypti regem primum inuenisse equum ascendere scribit. N. Comes II. 2. c. 8. Frænos & ephippia PELETHRONII, Thessaliae populi primi inueniunt. Idem domandorum equorum usum primi docere. Vergil. II. 3. Georg.

Fræna Pelethronij Lapithæ gyrosq; dedere Impositi dorso, atq; equitem docere sub artmis Insultare solo, & gressus glomerare superbos. Plinius

Plinius lib. 7. idem affirmat. Hos quoque primos equorum ungulas munire ferreis soleis cepisse ferunt. Nymphae (te fte Appiano in lib. de rebus Libyis) equo nudo, id est, sine ephippiis, in bello utebantur. Bigas primum Phrygum natio iunxit, ut Probus, & Plinius auctores sunt. Quadrigis uero Erichthonius primus est usus: nam cum Vulcanus, auctore Ouidio in 2. Metam. & Seruio super 3. Georg. impetra to à Ioue Mineræ coniugio, & illa reluctantæ, semen libidi nis projecisset in terram, inde natus est puer dracontæis pedibus, qui appellatus est Erichthonius, quasi de terra & lite procreatus: nam *ἔγερ* est *lis*, & *χθών* terra. Is ad tegendam pedum fœditatem primus equis, & curribus usus est. Polydorus de Inuent. rerum.

Equo primam omnium uehi Belleophonem Glau ci regis filium docuisse, Plin. in 7. est auctor, qui Pegafum a latum equum, cum in Chimæram iret, ascendit.

Italiam primi Aufones inhabitauerunt indigenæ. Antiquissimam in ea uirum asserunt fuisse, nomine Marem, cuius anterior facies homini, posterior equo similis fuerit, id quod Græcis sonat Hippomigæ. Fabulæ ansam dedit, quod primus Marces equos domare docuerit, quod idem de Centauryris quidam putant. Aelianus lib. 9. de Var. hist. Alij tamẽ Thestium fuisse Marem aiunt.

Sybaritæ equos in conuiujs ad tibæ sonu saltare docue rit. Sed ipsi sui luxus pœnas dederunt, à Crotoniatis uicti. Vi de sub loco Stratagemati, Equos hostiũ inuitiles reddere.

Onagrorum.

Helens abbas fatigatus larcina, quam ferebat, onagram iussit accedere, & dorsum oneri submittere. Paruit fera: & quam longè sancto placuit, onus ipsum peruenit. Idem à re pento croco dilo flumẽ præterectus est, cum neq; pons ad esset, nec appareret portitor. Rauiusius.

Canum.

A. Fabricius prætor sub Nerone, eũ ad certamina in publi cis spectaculis equos cõmodè sibi parare negret, canes do ctos currus agere, p equis primus intro duxit. Diõ Nicæus.

Leonum.

Plutarchus in lib. cui titulus *παιδεία πικρὴ γρηγοῦσα*, Anno nem coactum scribit uertere solũ exilij causa, quod in ex peditionibus leonem haberet *οὐδὲ σφόδρα*, id est, larcinas fe rentem, ueluti esset id argumentum, cum *τις ἄγριον ἀφρονῆν*, id est, ad tyrannidem aspirare. Cælius lib. 3. cap. 19. A. L. Memi nit historię Plinius, sed aliter, in hæc uerba, lib. 8. c. 16. Nat. hist. in quiens: Primus leonẽ manu tractare ausus, & ostendẽt manifestum, HANNONẽ clarissimis Pœnorum tradi ditur: damnatusq; illo argumento, quoniam nihil non per fuerat uir tam artificis ingenij uidebatur, & malè credi li bertas ei, cui in tantum cessisset etiam feritas.

Antoninus Caracalla, Rom. Imp. habebat leonem, quẽ Acinacem nominabat. Alebat autem cum inter complures alios: & non tantum publicè deofculabatur, sed ad mœsam etiam, lectumq; admittebat. Constat etiam eundem Antoninum à leone admonitum esse, ne domum egrediretur, cũ exeuntem dentibus teneret. Cui cum non obtemperasset, intersectum esse, Dion. & Xiphilinus.

Zozimo abbati paruit agrestis leo.

Tigridum.

Tigrim Romę ostendit in cauea manufactam AvGVSTVS Cæsar. Rauiusius, ex Plinio.

Luporum.

Mandato EVSTORGII Mediolanensis episcopi, lupus iugo se submisit, & currum traxit, quo tria Magorum corpora ad uehebantur in Italiam. Prius enim deuorata duo iumenta, quibus currus ipse trahabatur. Rauiusius.

Vrsorum.

Corbina Ni episcopi Romam euntis cum ursus asinum deuorasset, deuorati loco ipse larcinam uectauit, imperante sancto præfule. Rauiusius.

Pythagoras ursam omnibus formidolosam & conspicuam feritate, apud se demultam & exarmatam aluit. Quã dimissurus, uerbis nescio quibus, & quodã uelut iurcuraa do adegit, ut nulli cunctorum animalium faceret iniuriam. Abiens illa se coniecit in latebras syluarum, summaq; fide prestittit, quod adiurata recesserat. Idem boui segetes ab rodenti, quum uerba quædam magica in aurem iussisset, eumq; monuisset ut inferendo agricolis damno parceret: aiunt obedientissimum bouem à lacerandis frugibus destitisse. Credat qui uolet. Hoc tamen prodit Cælius ex ueterũ monumentis.

Sindrigal Lituaniæ princeps post Vitoldum, ursam habuit, quæ omnibus matuinis relicto nemore domum eius accedens, fores pedibus percutebat, apertoq; hostio por zectum capiebat cibum, Rauiusius.

Cerutorum.

Tyrreho pecoris magistro ceruus fuit manufactus, & quem Syluia puella pectebat, ornabatq; uolulis. Virg. lib. 7. Aeneidus.

Soror omni Syluia cura

Mollibus intexens ornabat cornua fertis, Pectebatq; ferum, puroq; in fonte lauabat. Ille manum patiens, mensq; affluctus herili, Errabat syluis, rursusq; ad limina nota Ipse domum sera quamuis se nocte ferebat.

Idem Ouid. lib. 10. Metam. de ceruo CYPARISSE scribit. SERTORIVS, insignis ille Romanus Hispanorum dux con tra Romanos, ceruum aluit, quam in expeditionib. suis habebat semper comitẽ, fingens Dianæ esse numen, à quo res gerendas auspicaretur. Plutarchus.

Cynocephalorum.

Cælius prodit, Cynocephalos in AEGYPTO literarũ ductus perdidicisse, & saltationum gesticulofos motus.

Serpentum.

HERACLIDES Ponticus, philosophus, draconem habuit manufactum, eunti & quiescenti solitum adesse & assiste re uelut comitem. Laertius in eius uita. THOAS Achæicus draconem domi diu fouit. Consideras demum quam periculosum esset serpentem alere, ipsum in so litudines procul tulit, atq; ibidẽ reliquit. Quo facto rediit, cum incidisset in latrones, & instanti periculi metu acclamaasset, audita hominis uoce, aduoluit draco, & aduersus uim latronum suppeticas attulit. Aelianus lib. 13. hoc Panis Achæia accidisse testatur.

PHILIPPVS apostolus, draconi imperauit, ut innocuus abiret in latebras, nemini proflus iniurius.

DIDYMVS abbas & anchoreta, colubros & serpentes in nocuẽ pedibus conculcabat. Rauiusius.

Asinum.

Consule locum Stratagematum, Literas oculis suis mittere.

Matthes rex Aegypti, CORNICEM habuit adeo cicurem & manufactam, ut quoquod iussisset ille, epistolas deferret, non ignorans, quod transulandum esset, aut ubi confiden dum. Agrippina coniuux Claudi Cæsaris, TVRDVM habuit, imitantem sermones hominum. Habebat & Cæsares iu uenes flumem & lusciniæ, Græco Latinoq; sermone doctes. Fuit CORVVS Romæ, qui sermoni aduersatus, omnibus matutinis in rostra & forum de uolans, Tyberium, Germanicum & Drusum Cæsares nominatim, mox transeuntis pop. Rom. salutabat. Cecina Volaterranus, equestris ordi nis, comprehensas HERVNDINES uictoriæ nuncias amicis mittebat cum literis, quas earum pedibus ferendas alligabat. COLYMBÆ epistolas pedibus annexas, obfisione Mutinensi in castra consulum petulente, D. Bruto mittente. Rauiusius dẽ Plinio.

SEVERVS abbas passerem habuit manib. eius intrepidẽ ad uolantem, & porrectum capientem cibum. Syluestres aues relicto nemore, intrepidæ aduolabant ad MARENATIVM abbatem Pistauensem, eius manu tritici grana & frustula panis rostro decerpentes. Idem.

PASCUNT. PASTORES in genere.

Pastores, a pasendo. Hic ergo de pastoribus generatim, non expressa uel subiecti uel modi specie.

Necesse est humanæ uitæ, ut scribit Dicæarchus, summum gra dum fuisse naturalem, cum uiuerent HOMINES ex iis que inuiolata nature ferret terra. Ex hac uita in secundam descen disse, pastoritiam, dẽ feris atq; agrestibus, ut ex arboribus ac uirgultis decerpendo glandem, arbutum, mora, pomaque colligerent ad usum: sic ex animalibus, cum propter candẽ utilitatem quæ possent syluestria deprehederent, ac concidẽrent, & manserent. In quæ primũ non sine causa putant oues assumtas, & propter utilitatem, & propter placiditatem: maximè enim hæc natura quietæ, & aptissimæ ad uitam hominum: ad cibum enim lacte & caseum adhibiti, ad corpus uestitum & pelles artulerunt. Tertio deniq; gra du à uita pastoralis ad agriculturam descenderunt. In qua ex duobus gradibus superioribus retinebant multa, & quod descendebant, ibi processerunt longè, dum annus perueniret. Varro lib. 2. cap. 1.

IABAL Lauechi filius, Caini atnepotis primus tabernacula habitauit, & pecuariam fecit. Tabernacula & rugeria habuit uiri probi, cõscientiæ ahenco muro muniti. Vires mu ris circumdatas Cainus incolit primus, conscientiæ simulis agitata omnium insidias metuens. Gen. 4.

IACOBY S patriarcha Labanis auunculi sui greges pasuit. E iusdem FILLI apud Pharaoem in Aegypto fatentur se Pa stores ouium esse, more à maioribus accepto. Genes. cap. 13. & sequenti.

DIOEGVS Idumæus regius pastor Sauli. Vide Tit. Sacros ho mines persequi.

AMOS propheta, dẽ Thecuaniis pastoribus fuit. Amos ca. 1. & 7. Aesculapius omnium filiorum Apollinis celeberrimus fuit, quem Iupiter fulmine confecit, quia mortuos in uitam reuocaret. Id grauius ferens APO LLO, cum ulcisci non pos set louis in se iniurias, Cyclopos, quia fulmina Ioui fecisset, sagittis confecit. Ea re indignatus Iupiter Apollinem dẽ celo relegauit. Quod scripsit in Argonauticis Orpheus. Exul igitur propter inopiam operam suam Admeto Thessaliæ regi pascedis armentis concessit. Vel ut alij maluere, datus est in seruitutem Admeto, & quoniam oues paut, uocatus fuit Nomius & Agrius, ut ait Pindarus in Pythicis. Huic eodem die natus Mercurius uesper boues surripuit, ut est in hymno Homeri in Mercurium. Deinde cum quereretur Apollo, Mercurium que minis terrene conaretur, ut boues per surtum raptas sibi restitueret, idem Mercurius pharetram etiam surripuit. Qua re cognita coactus est ridere Apollo. Horat. lib. 1. Carm. Cum Pindarus oues, alij boues passisse Apollinem inquit, Callimachus tamen in hymno in lauacrum Apollinis equas illum patuisse asserit. Qua de causa ha bitus est deus postea pastorum. Vnã cum Pale, ut ait Virgil. Ecloga quinta. Ipsa Pales agros, atque ipse reliquit Apollo. Puerunt qui dixerunt Apollinem fuisse Arcadum regem, qui cum seuerius imperaret, pullus fuit à suis ciuibus, & ex altissima imperij dignitate ad priuatam uitam, tanquam dẽ celo in terram deiectus, ad Admetum Thessaliæ regem consu git: qui illi concessit, ut iis populis, qui circa Amphryum fluuium habitabant, imperaret. Inde pastor apud eum amem Admeti fuisse dicitur, cum reges antiquitus & gubernatores ciuitatum *ποιμένες* sine pætores dicerentur, quia non mi nus utilitatem suorum reges antequam procurabant, quam pastores pecudum, aut patres filiorum. Hinc Homerus reges *ποιμῆνες λαῶν* uocat. Natalis Comes Mythol. lib. 4. cap. 10. Nemo Apollinem cognominauerunt ueteres, non ex officio pastoralis, ut fabula, per quam fingitur Admeti regis pe cora passisse: sed quia sol pascit omnia, quæ terra progrena rat. Vnde non unius generis, sed omnium pecorum pastor canitur. Ut apud Homerum, Neptuno dicente: *Ποιῆς σὸς δὲ ἀλλήτορας ἑλένας βῆς βουθήτεσσι.* Atque idem apud eundem poetam equarum pastor signifi catur, ubi ait: *Τὰς εὐ Πιερίη θεῖν' ἀργυροῦσ' Ἀπιδῶν Ἀμφὶ θηλάσας, φέρον ἕκαστον φορτίσας.*

Præterea ædes omnium pastorum sunt apud Camirenses *ἱερῆλια*, apud Naxios *ποιμῆνες* itemq; deus *ἀροκοῦρος* colitur, & apud Lesbios *ναπιῶν*. Et multa sunt cognomina per di uersas ciuitates, ad dei pastoris officium tendentia. Quapropter uniuersi pecoris antistes & uerẽ pastor agnoscitur. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 17.

Ex septem tribubus Indorum tertiam conficiunt omnis gene nis PASTORES, qui neq; in urbibus, neq; in uillis moran tur. Viuntur tabernaculis: uenatu ac rebus utas à feris auibusq; regiones reddunt. Hoc exercitio Indiam curant, mul tis uariisq; tum bestiis tum auibus, sementi agricolarum in fectis, copiosam. Diod. lib. 2. cap. 10.

Indi quidam pecuarij, carnihus crudis uescientes, nomine PADERAI. Herod. lib. 3.

CYRETES primos omnium greges coegisse, aliquaq; manufecisse pecora: mellis insuper, & sagittandi uenandique modum induxisse perhibent. Diod. lib. 5. cap. 15.

TROGLODYTÆ Aethiopes à Græcis appellantur pastores, eo quod ex pecoribus uiuant. Parentum nomina minimè indunt filiis, sed tauri, arietis, ouis. Et hos quidem patres, has matres, quoniam ab his, non à parentibus quotidianus præbeatur cibus, appellant. Diod. lib. 3. cap. 3.

NYMIDIAE in ruguris degunt, quo præ pabuli copia uel inopia aliò transferunt. Idem institutum HAMAXOBIIS pefsequuntur. Diod. Siculus.

SCYTHÆ Nomades didi, propterea quod nullas habeant domos, sed in curribus habitent: quorum uel minimi quatuor rotis, reliqui sex circumaguntur: luto insuper obrutiti, ac instar domorum fabrefacti, alij simpliciter, alij etiam triplici tabulato: & probè coagmentati aduersus omnes iniurias aquarum, niuis, ac uentorum. Trahunt autem currus alios quidem boum paria duo, alios tria: atque hi cornibus carent, quum præ frigore cornua eis non enascantur. Et in his quidem curribus degunt mulieres. In equis autem uehuntur uiri. Sequuntur autem simul & oues, quas possidēt, & boues, & equi: & tandem in uno subsistunt loco, dum sufficit ipsis pecoribus pabulum: quo deficiente, in aliam regionem commigrant. Vescuntur autem ipsi carnihus coctis, bibuntq; lac equinum, comedunt etiam hippacem, id est caseum equinum. Hip. de Aere aquis locis.

PASTORALI uita uti simplicissima attestatur Bucolicum satyra apud Græcos & Latinos, Antiquitatis uerò id ipsum

quod & Aeginetæ primi æs signare Botis imagine cepere, & à Latinis Pecunia à pecude nomen habuit.

ROMANI ueteres studiosi pastoritiae. Vide Tit. Perfidia erga magistratum pœna.

Quidam pastorem fuisse ENDYMIONEM putarunt, qui nocturnis pasuis delectaretur, cum alij pastores clausos greges in stabulis haberent, atq; cum huius greges magnopere pinguescerent, fabulæ datus est locus, quod Luna eius amore capta, illud Endymionis gregibus donaret. Natalis Comes Mythologiae lib. 4. cap. 8.

Patefactam primũ Delphici oraculi uim scribunt, cum pastor quidam COREAS nomine, qui fortè in eum incidere rat, post uoces fanaticas misisset: quas primũ, qui aderat, contemebant: inde euentu fidem iis, quæ ille prædixerat, faciente obstupuerunt. Plut. de Def. ora.

GYGES quidam Lydi pater, pastor quispiam erat mercenarius, eius regis, qui per id temporis imperabat Lydorum populo. Cum autem esset aliquando sæuissima tempestas coorta, imbrium maxima uis accidit, fulgura deniq; terræ etiam quassatio, ita ut in ea regione, in qua tum Gyges fortè pascebat armenta, terra ingenti hiatu sese diduceret. Quod cum ille animaduertisset, solus (nam ceteri pastores territi diffugerant) in hiatum descendit, atq; ibi tum alia quædam dictu mira conspexit, tum equum quendam aneam ingentem ac cauum. Inerat fenestra in equi latere, per eam uidit in eius aluo cadaver hominis, maius humana specie. Huic nihil aderat uestitum, aut gestaminum, præter aureum anulum digito impositum. Eum ubi sustulisset, regressus è specu, paucis post diebus ad pastorum cœtum rediit, in quo legatus de peculiario rationibus, ad regem in menses singulis referendis, creandus erat. Hic cum apud alios ascedisset, animaduertit, ut si quando fortè gemmam anulo inclusam introrsum uerteret, repente fieret ut à nemine conspiceretur, ac perinde quasi non adesset, ita de eo reliqui fabulauerunt. Quod quidem factum admiratus, rursum anuli pælam extrorsum conuertit, moxq; pastoribus conspicuus esse cepit. Eius rei cum ille diligentius & sæpius fecisset periculum, iamq; sat exploratum haberet, hanc inesse uim anulo, ut uersa ad se gemma, inconspicuis esset, uersa ad alios, conspicuus, effecit ut pastorum nomine legatus ad regem mitteretur. Profectus & uxorem regiam stuprauit, & de rege trucidando cum ea consilium inuit. Deniq; confecto illo, ipse regina in matrimonium ducta, è pastore repente factus est rex, idq; anuli fatalis beneficio. Plato lib. 2. & 10. de Repub. M. Tullius lib. 3. de Officiis. Porro Herodotus lib. 1. rem multo aliter narrat, nec ullam anuli facit mentionem. Vide Tit. Politicum quemuis magistratum astute cõparare.

EVPHORBVS pastor nouo sacrificij genere sterilitatem amolientis, sacerdotium & imperium adipsit. Vide Tit. Famis amolientæ reuelatio.

MAGNES pastor Magnetem lapidem reperit in Ida. Plinius libro 36. capite 16.

CORES pastor oraculi Delphici inuentor. Vide Titulum, Oraculorum loca.

EVAGES pastor, deinde poeta. Vide Tit. Comicozum.

EVAPHNVS pastor Laconia, cru delissimus & auarissimus. Vide Tit. Auaritiæ in acquirendo.

FAVSTVLVS pastor, cui Amulius dedit Romulum & Remũ exponendos. Aliis placet Faustulum eum fuisse, qui expositus nutriuert. Plutarchus in Romulo.

ALVS, Tityrus, Corydon, Melibœus, Menalcas, Alexis, pastorum nomina sunt apud Maronem.

VIRIATVS Lusitanorum dux pastor fuit à teneris. Consulit Tit. Duces, reges, imperatores fortes.

ANTHROGES pastor regnum in Iudæa affectat. Vide Titulum Latronum.

IUSTINVS I. Imp. Rom. Thrax genere, primò subulcus, deinde bubulcus, tandem faber lignarius factus est. Fulgostus libro 6. capite 10.

TAMBERLANES pastor Scythia, postea rex Asia. Vide Tit. Obscuri orti loco qui clari enaserunt dignitatibus profanis.

MEDENTVR. VETERINARIJ. CYPRII boues sibus humano stercore saginant, nec saginã tantum, sed etiam medentur. Erasmus in Adagijs.

MYNDANT, FRICANT. VENTIDIVS Bassus Picens, mulos fricare solitus, ad consulum Romæ euectus, de Parthis triumphauit primus.

VESTIVT, CALCEANT. Educ illi quis soleas, qui stercus animalibus accommodant.

ABIGVNT. QVI PELLVNT Mulsas.

De muretois supra, ratione subiecti: hic Modum cure spectamus.

30 MACTANT, LANII. Prodita à Cillicone insula Mileto, THEAGENES quidam Syrius commigravit Samum, atq; illic uendebat carnes. Ab hoc cum Cillicone carnes emere uellet, tradidit illi, ut quod superesset amputaret. At ille porrecta machara manum hominis abscidit, ista, inquiens, manu non prodes alteram ciuitatem. Erasmus in Adagiis.

Cum Carolus VI. Gallorum rex iam adultus in amentiam incidisset, occulto Burgundiae ducis impulsu, LANII, quorum permagnus in Parisiorum urbe numerus est, atreptis armis Simonetum Cabochum Parisensem, fordidæ fortunæ hominem, item Ioannem Troianum physicam, multitudinis duces creauerunt, onera quædam sacerdotibus atq; magistratibus impulerunt. Ceterum cum grauiora quoque molirentur, Parisienses ciues, communibus uiribus, seditionem plebem cum ducibus suis urbe expulerunt. Fulgositus libro 9. capite 7.

Ortho I. Imp. Mediolani BONICIVM quandam Scrofatum, & plebe hominem, quippe Ianium, creauit Ducem. Sigonius libro 7. regni Ital.

30 PVGNANT. VENATORES THEATRALES.

Hic Opera: sub loco autem Donorum corporis, Roboris corpori merito, connumerari possunt atque debent. Bestiarii, qui in diu publicis cum bestis pugnant: qui à Iurisconsultis Ad bestias damnati appellatur. Eto rom. de Verbis iuris.

CARPOPHORVS fuit Romanus quispian, Imperatori Domitiano carissimus, propter uenandi peritiam. De eo Martialis lib. 1. Epigrammatum: Summa tuæ, Meleagre, fuit quæ gloria famæ, Est quota Carpothori portio ius aperit

COMMODOVS Rom. Imp. magnum numerum belluarum publicè sepe interfecit. Quinque enim equos fluuatiiles simul, & duos elephantes uariis diebus solus ipse suis mani-

MÉCHANICAE OPERAE IN HOMINEM AGENTES COMMODOANDO, TVM

30 VIVVM. SIC AGVNT IN ILLIVS

30 ANIMVM. QVATENVS

Docent

Precepta. Praeceptores, Pedagogi.

Si Habitu spectes, quem discipulis praeceptor communit, inter Theoricis referri debet. Sin Operam ipsam, huius est loci. Consule Tit. Grammaticorum: item, Praeceptorum cuiusque habitus.

OLBIVS praedagogus Nicogenis liberorum, Acolum locupletissimi, mente morus, exclamauit, Nocti consilium uocem da, uictoriamq;.

Quo uersu admonuit Themistoclem hospitem, ut fuga sibi consulere. Plut. in Themistocle.

POLYBIVS Megalopolitanus historicus praceptor fuit P. Scipionis Africani. Et sane, quæ Polybij monitu gessit Romanus Imp. omnia bene & feliciter ei euenisse: in quibus uero minus se eius uiri dicto audientem praebuit, in iis offendisse, memoriae proditum est. Pausanias in Arcadicis.

Bonos Imperatoris PATER praedagogus fuit in Britannia. Fulgositus lib. 3. cap. 4.

Galeacio Maria Mediolanensis imperante, erat NICOLAVS Montanus Bononiensis, uir (ut illis temporibus) non in eruditus, ex eorum genere, qui nobiles pueros in literis insititendos suscipiunt. Huius inter ceteros erant auditores Mediolani, tres adolescentes eius ciuitatis, cum primis nobiles, Ioan. Andreas Lampognanus, Carolus Vicecomes, & Hieronymus Oleatus, quibus ob egregiam indolem uirtutis plurimum omnium indulgebatur. Erat hominis ingenium longè acerrimum, & siue hoc à natura haberet, siue studio esset & diligentia consecutus, minimè ad hominum uitia, Principum in primis, dissimulanda accommo datum. Hic in uenas ueterum exemplis ad tyrannidem Galeacii uindictam, & patriam seruitute liberandam animauit, maximè cum priuatas erga Galeacium odij causas haberent. Brutus lib. 6. historiae Florentæ

Iter.

Vide sub Tit. Stratagematum, Lora ardua superare.

Moses cum per desertum populum Israeliticum duceret, HOBABVM Raguelis Madianitæ socii sui filium à se dimittere noluit, quamuis in patriam reuerti summopere cupientem, quoniam uiarum & itinerum gnarus erat, & ueluti dux itineris oculorum uicem Israelitis præbere poterat. Num. 10.

EPHIALTES Trachinius Persas ad Thermopylas per occultum tramitem circumduxit ad CEC Lacedæmonios in faubibus Persarum multitudinè sustinentes opprimendū. Herod.

bus confecit. Præterea rhinocerotus & camelopardalim occidit. Xiphilinus in Commodo.

30 LOCI. QVI CVRAM GERVNT animalium in

30 STABVLO. STABVLARIJ.

MARCELLVM Romanum Pp. Maxentius tyrannus damnauit ad stabulum uilissimo ministerio. Quam inde à clericis rapere, reductus tamen est ad fordes: & inde p. epistolas gubernauit ecclesiam. Pedore & immuditie cruciatus quotidie, mortuus est anno pontificatus sexto. Cranz. l. 2. Metrop.

30 VIVARIIS.

Consule locum Magnificentia.

Auiaria, hoc est loca in quibus domi aues educantur, primus, teste Plin. instituit, inclusis omnium generu auib, M. L. E. L. V. S. Strabo Brundusij equestrii ordinis. Habuit etiam Romæ Alexander Imp. uoluptatis gratia. Lampridius.

Leporaria, id est, uenaria ferarum, muris undiq; septa, auctore Plin. in 8. à FV LVI O Hirpino primū condita sunt, ut eia hodie nonnulla in Italia extant. Nam FRIDE R I C V S dux Urbini duo equidem fecit, in quibus omne ferarum genus inclusit, ut quoties per negotia liceret, animi causa, se honestissimo huiusmodi uenationis genere exercere possit. At alibi, & praesertim in ANGLIA, passim eiusmodi uenariae sunt, quæ quorū roboreis sudibus septa sint, relictæ ueteri uocabulo Roboraria dici possunt. Et hæc loca Angli in summis cum uoluptatibus tum opibus habent, quando nulla apud eos uidetur magnifica uilla, quam uiuarum ferarum, ceruorum & damarum non ornant. Polydorus lib. 3. cap. de Rerum uent.

30 ARENA. ARENARIJ.

ARENARIOS appellat in Antonino Philosopho Iulius Capitolinus, bestiarios, in amphitheatri arena cum bestis liberos colluctari: quos æquè ac scenicos idem infames significat. Caesius lib. 3. cap. 8. Antiq. Lestionum.

Nomina.

Nomenclator, ciuium nomina omnium tenebat, & quum opus esset, pronuntiabat. Is uerores, dum ambitioni seruebant, uocabantur. Cicero in M. Cicerone in M. Cicerone eos appellat. Hottoman. de Verbis iuris.

Regunt hominem quomodolibet in Politia. Reges, Magistratus.

Consule Titulum Regum, Principum.

Foro.

Theophrastus in libris de Legibus ostendit AGORANOMI S apud Athenienses duo præcipuè curanda, ut omnia in foro compositè citraque tumultum agantur, deinde abstante à mendaciis non uendentes modò, uerum etiam ementes. Erasmus in Adagiis.

Conuiuium.

Dores in Sicilia imo aduersus, id est, conuiuiorum seu mensarum praefectos, Mnamonas appellant, quos Latini modiperatores uocant, teste Nonio, quod bibendi modum imperent. Vnde pro uerbium, Odi memorem compotorem, quadra uidebitur in eos, qui modum in conuiuium praescriptum nimium exatè requirant. Aliis magis uidetur, ut pro uerbium admoneat à mensis, hoc est, obliuionem omnium, quæ in conuiuiis uel sunt uel dicuntur. Id enim testatum esse & maiorum fabulis, qui Baccho simul & ferulam & obliuionem consecrati: nimirum hoc innuentes, non oportere meminisse, si quid in conuiuium peccatum sit, aut certe leuem admodum ac per uilem reprehensionè sufficere. Eras. in Adag. Certamine.

Agonothete in Scenicis, Athlothetes in Gymnicis, quæ certamina instituebant. Suidas, & Pollux.

Interpretantur. siue

Voce.

Sub loco Grammaticæ Habitum consideramus interpretantur: hic Operam, quam alii praestant.

Interpres Persarum GRÆCVS uti proditor à Themistocle catus. Vide Tit. Perfidia erga patriam poena.

Scripto.

Scribe si Operam spectes, quam alteri praestant, cuius uel memoria uel cognitioni inferuntur, huius sunt loci. Respectu operis quod edunt, Scripturae scribet, libro Tertio explicabuntur.

Signi-

Significant. Cuiusmodi sunt

Nunci.

Vide Tit. Curforum, Tabellariorum. Hic ut agunt Nunciando, illic ut Pro alio agunt Ferendo. Ferenda, rui, qui Ferendus ad nuncia publica uentur.

IAV S medicus Ithacensis, uoracissimus, corpulentus. Cum Aræus nomen ei esset, Iri tamen cognomen obtinuit, uerè de magis ueracis uir, uti ueracis uir, quoniam nunciū munere fugebatur, si quis uellet, ut Iri deorum nuncia fugitur. Eleganter igitur proci, cum Vlyssum uiderent sese ad pugnam parantem contra Irum, dicebant, Iri ueracis uir, uti ueracis uir, uti ueracis uir.

Irus profecto statim non Irus redditus, instar Iridis euacens, spontè contractum malum habebit. Hoin. Odyss. Huiusmodi, CVRSORES regij apud Græcos, ephebis paulo maiores, quibus prima lanugo ferè prouenit, qui nihil secū ferunt præter arcus, sagittas, iacula, & lapides ignem euaculantes. Hæc enim eis ad iter sunt utilia. Suidas.

PERSA RVM nunciis nihil pernicius transcurrere in rebus humanis, Herodotus opinatur. Meminit & Xenophon libro Pædiæ 8. Velocius ire credebantur nunciij huiusmodi, quam sit gruum uolatus. Cyrus uidetur horum auctor primus. Ctesmeas in libro de Contemplatione orbium caelestium, scribit Persarum regem, quum arma Græciæ intulisset, ita disposuisse HOMINIB S ad Suis per stationes Athenas usq; ut quæ à se in Græcia gereretur, significari Persis, uoce per stationarios excepta, possent. Eam uerò uocem, proditum historiam est, huiusmodi de exceptione progressam, quadraginta octo horis à Græcia in Persas peruenisse. Ccl. 18. c. 8. A. L.

HÆMONIVS, bello aduersus Athenienses Persico uulnera, Athenas cucurrit: & in Senatu cum dixisset, Saluū estote, saluū sumus, collapsus expirauit. Suidas. Pterophori, apud Plutarchum in Othone, cursores tabellarij uelunt, teste Dione, quoniam peregrè proficiscentes succedat in capite pennas gestare consueuerant. Cui sententia adiacere calculum id Saryrici poetae creditur: Tanquam de Cætris aliquid, toruisq; Sicambriis Dicturus, tanquam diuersis partibus orbis Anxia præcipiti uenisset epistola penna. Caesius lib. 20. cap. 22. A. L.

Adius Verus Imp. CVRSORIBVS alas pennatas imposuit, illosq; uentorum nominibus appellauit. Alex. lib. 1. cap. 27. Ceionius Commodus ab Adriano adoptatus, CVRSORIBVS innexuit suis alas in speciem Cupidinis, nominaq; uentorum à sua cuiq; celeritate indidit, hunc Circium uocans, illum Notum, alium Boream, iubebatq; eodem indefessè cursitare. Sabel. lib. 4. En. 7.

Indices. ACADEMV S index Helenam Athenis non esse. Vide Titulum, Raptorum.

Præcones.

Præcones ueracis, à uerbo ueracis, quod significat loqui, pronuntiare. Homer. in Iliad. 2. dicitur, quod dicitur, quoniam officium illorum erat tum deorum sacra indicare, tum etiā comitibus & conuentibus quolibet alios politicos, lidem etiam legatorum munere fugebantur.

ÆTHALIS siue ÆTHALIDES, propter eloquentiam Mercurij filius creditus, telis claruit: & fuit præco, qui quandoque inter uiuos, quandoque inter mortuos esse concessum est. Valerius Flaccus lib. 1. Argonaut.

TALTHYBIVS & ERYBATES præcones Agamemnonis erant, & ut Homer. inquit Iliados 4. rō oi tau xhous, & dēpōdō dēpōnōrē.

Talthybio propter fidem, integritatem & eloquentiam post fata diuini sunt honores habiti, & Spartæ templum erectū, eiusq; posterij Talthybiadæ dicti, Herodoto teste lib. 8. ubi ait, Talthybij herois iram Spartanis incubuisse, & maximā secutum pestilentiam, eo quod Xerxes legatos terram & aquam petentes interfecissent. Talthybij templum Sparta uisitur cum eius posteris, qui Talthybiadæ nominantur, qui bus honos legationis Spartanorū semper tribuitur Herod. lib. 7. De ita Talthybij cōtra Spartanos, propter Danij legatos malè tractatos, pete ex Tit. Poena perfidia erga legatos. COPREVS, præco ab Eurytho missus, ad abducendos Heracidas, supplices factos Atheniensibus, apud Euripidem in Heraclidis.

Epaminondæ Thebanorum copias contra Lacedæmonios ad Leutra educturo, iuxta portas PRÆCO exercitui obuiam factus est, caecum hominem, qui aufugerat, reducens: ac pro more edicens, ut nec Thebis educeretur, neq; de medio tolleretur, sed abductus rursus conferuaretur. Hic autem tantibus augurium seniorum. Homericum illud Epaminondas succinuit, Vnum optimum augurium est pugnantem pro patria. Diod. lib. 5.

Leotythidas Spartanus ad Mycalem Ioniam classem contra Persas ducens, PRÆCONEM secum duxit, qui uocis amplius diue exercitum omnem Græcum superabat. Diod. l. 11. ca. 8. LEVS Agnustus caduceator. Vide Tit. Proditorum.

Cum Stratonicus ABDE RAM Iffet ad id certamen, quod ibi erat positum, uideretq; singulos ciues præconem praestant habentes: summis digitis pedum tantum sensum in ciuitate incedebat, atenteq; in terram deorsum despiciebat. Interrogantibus autem hospitibus, Quæ nam causa fuisset mali, quod ita repente eius pedes inuallisset? hoc respondit, Oranibus ex partibus sanus sum, & hospes, multoq; celerius ad cœnam accorro, quam adulatores. Sum autem anxius, magno periculi timeo ne præconis inuadens pedem, offendam Athenas lib. 8. cap. 7.

ARCHIAS præco fuit, qui tres Olympiades uicit, & statuam uocalitate sua meruit.

DEMETRIVS præconum omnium uocalissimus, scripturam decretum Syracusanorum in Timoleontem mortuum in sinere recitauit. Plut. in Timoleonte.

SEXNÆVIVS uir bonus, uerum tamen non ita institutus, ut iura societatis & officia certi patrisfamilias nosse posset, non quod ei deesset ingenium (nam neque parum faceret scurra, neq; inhumane præco est uicquam existimatus) sed cum ei natura nihil melius quam uocem dedisset, pater nihil præter libertatè reliquisset: uocē in quæstū cōstitit: libertate usus est: quod impunitè dicax esset. Cic. pro P. Quinctio.

VVLTEIVS Mena præco: quem cum Philippus ex præcone rusticum egisset, pertæsus laboris & iniquitatis, nihil potius habuit, quam ut ab eodem uitæ pristina restitueretur. Horatius lib. 1. Epist. 8.

Nero Imp. cum in omnibus urbibus ceteraret, in quibus se habebat certamina, quotiescunq; præconio opus erat, CLYBIO Rufo uiro consulari usus est. Dion Nicæus & Xiphilinus.

ARVNTIVS præco rerum uenaliū. Vide Tit. Amicitia politicae prudeo consulere.

De GELLIANO puellam uendente, Martialis Epigrammatum lib. 6. sic scribit:

Fama non nimium bonæ puellam, Quales in media sedent suburra, Vendeat modò præco Gellianus. Paruo cum precio diuiceret, Dum puram cupit approbare cunctis, Attraxit propè se manu negantem, Et bis terq; quaterq; basiauit. Quid profecerit osculo, requiris? Sexcentos modò qui dabat, negauit.

Oblestant hominem. Ut iunt

Musici.

Hic Musica mechanica tota, quatenus opera sua delectat recreatq; mentem humanam. De ea sub Theoricis habitibus ex professo egimus.

Histriones, Scenici.

Famulantur hi Poeticisq; nomine tanquam famulos Poetarum Voluntate quanto eos recentissimus. Hic solus opera mechanice & seruilis rationem habemus.

CL. Rufus scribit, C. Sulpitio & Licinio Stolone cōsulibus, iulgam Romæ pestilentiam scenicos æquè omnes absumisse. Igitur accitos uenisse ex Hercuria frequentes & egregios LVDIONES: in quibus eum, qui cum laude diuissimè plurius in spectaculis placuit, fuisse HISTRYM dictū, à quo omnes histriones appellatos. Plut. in quæst. Rom.

Gladiatores, Xystici.

De his inter Corporea, propter Robur & Agilitatem. Hic respectu Opera delectantis alios.

BITHVS & BACCIVS nobile par gladiatorum fuit, quorum mentionem Suetonius quoque fecit, pares arte, pares audacia. Proinde quoties duo æqualiter improbi contendit inter sese, ita ut neuter alteri uelit cōcedere, non inter se stitit dicimus, Bacchiū cū Bitho cōmissum. Eras. in Adag. Funambuli.

Sub Ahdronico Seniore & Iuniorè AEGYPTI præstigiatores amplius XL patria excessere, sed XX Byzantium peruenere, qui in arte ostentanda perire præcipitanti. Vidimus & nos unum malo delapsum intrare. Magnam tamen pecuniam à spectatōribus colligendo, quous terrarum proficisciebantur, partim lucri faciendi causa, partim artis suæ ostentandæ gratia. Gregoras lib. 8.

CORPV S. VT SVNT

Obstetrices.

SIPHRA siue Sephora & PHVA obstetrices Hebrææ, iussæ à Pharaone rege, ut mares Hebræorum in ipso partu necarent, parere noluerunt: simulantes, Hebræas mulieres tamuidas, ut antequam a desent obstetrices, parceret. Exodi. DIANA

DIANA cum nata esset ante Apollinem, at eodem tamen par- tu, obfetricis munere postea apud matrem est functa, na- scente Apolline. Natalis Comes Mythologiae lib. 3. cap. 18. PHANARETE obfetricis, Sophronici marmorarij uxor, So- cratis Atheniensis mater, qui primus omnium de morib. dis- ferere cepit, ac philosophiam de caelo ad res humanas deduxit. Ergo matrem imitatus, animorum uirtutibus obfetricaba- tur, ut illa corporum foetibus. Laertius, & Val. Max. lib. 3. c. 4. Plinius lib. 28. cap. 7. SO TYRAM & SALPEM obfetricas fa- cit: quarum etiam placita in quibusdam morborum reme- diis citat. Idem lib. 32. cap. 6. Salpes meminit. PHILIPPA Catinensis obfetrica di officio ad summam per- uenit dignitatem. Vide Tit. Obscuro orti loco, qui dignita- tibus prophanis sunt illustrati.

Medici, Chirugi.

Nihil medica theoria incunctius & elegantius: nihil ipsa praxi tristius atque molestius, chirurgica praesertim, utpote quae car- nificis potius quam hominis philosophi uideatur esse propria. Et factum est, ut chirurgica actio ad alios quosdam, qui Puluerarij in genere dicuntur, de uoluerunt non malo instinctu, siquidem unus in pluribus simul excellere nequit, sed excecando abusu, cum imperitus tonforibus officiosissima haec medicina pars, ut ait Plinius, esse per se totum, commissis hodie uideatur. Per se uero & sine arte distinguerenda sunt. Et propterea actiones istae quamuis per se fordidae uideantur, & iliberales, tamen ex fine primis, qui sunt laetitia, non per se solum tantum, uerum etiam per rationem, om- nium maxime liberales euadunt: ut quae corpus, sine quo mens sa- na subsistere nequit, sanis efficiant. Itaque a nobis Plurimum quon- tum Theoreticos medicinae auctores, etiam Practicos fuisse conu- merati. Exempla inde petantur. Titulus hic tantum ad per- fectam Mechanicarum enumerationem a nobis describitur.

Gymnastica.

Arist. in 8. Polit. Gymnasticam a Pedotribica facit di- uersam, quod illa in ludicris tantum exercitiis, suclando, saltan- do, currendo uersatur, & pueris etiam conueniat: haec uero magis serua exercitia continent, quorum usus in uita civilis sit maxime necessarius utpote equitare, iaculari, arma tractare, & similia, quibus pedotriba sine magistri campis praeficiuntur, ut iuuenes matura aetate ad inferendos declinandosq; ictus erudiant, & ad bella aptos reddant. Exempla peti possunt ex loco Bo- norum corporis, de Robore actiuo.

Qui Cibus potumue offerunt. Pincernae, Praegustatores.

Hic id quod offerunt consideramus, & eatenus in homi- nem agunt. Quatenus uero uisunt, Praegustatores appel- lantur, & ad operas pro homine obi- tas referuntur.

NEHEMIA S Hachaliae F. Xerxis regis praegustator, ab eo ue- niam impetrauit insultandi templi Hierosolymitani, & lu- dexos qui uellent reducendi. 2. Esdr. 1. & 2. CYATHVS puer ineptus pocillator. Vide Titul. Crudelitatis dominorum erga seruos. GANYMEDEM poetae faciunt Iouis praegustatorem, ex Ida monte ministerio aquilae raptum. Hinc apud Homeru, TRO- IANIS propter Ganymedem a Ioue raptu hoc officij dat Agamemnon, contumeliae causa, ut pocillatores sint, & Graecorum singulis decadibus singuli ministrant. Vide Titu- lum, Censuram populi actus.

Regum Medorum PINCERNAE quum phialam porrigunt, uinum ex ea cyatho haustum, inq; manum sinistram fufum absorbent, ne sine detrimento proprio uenena infundant. Xenophon de insti. Cyri lib. 1.

FILIVS Prexaspis Persarum satrapae (qui Smerdem iussu Ca- bysis regis interfecerat) pocillator Cambysis fuit, & ab eo- dem sagitta peremptus. Vide Tit. Reprehensiones aegre ferre.

SACAS pincerna Atyagis Medorum regis, & eiusdem a cu- biculis. Quem Cyrus puer, eo quod ab ingressu cubiculi eu- arceret, solum ex omnibus ministris in donatum abire per- misit, quamuis Atyagi propter formam carissimus esset. Xe- nophon lib. 1. Paediae.

Potum ministrabant nobilissimi pueri apud antiquos, sicut et hoc uerfu apparet:

Filius eximij Melchiel uinum ministrat.

Ac ERVPIDES poeta cum esset puer, uinum ministrabat Athenis saltatoribus circa Apollinis Delij templum. Sap- pho fratrem LARICHVM ubique laudat, uelut Mitylenae- is in Pyraeco uinum ministrantem. Apud Romanos etiam ministerio huiusmodi pueri nobilissimi fuissebantur in pu- blicis populi sacrificiis. Athenaeus lib. 10. cap. 7.

De CLINA Ptolemari regis cognomento Philadelphij pincer

na, mentionem fecit Ptolemæus Agesarchi filius lib. 3. Hi- storiarum ad Philopatrem: multaque statuas erectas fuit. se narrat in Alexandria in multis partibus ciuitatis, solum uicem habentes, rhytmumque tenentes in manibus. Athe- naeus lib. 10. cap. 7.

Fuit DIADVMENVS pincerna Augusti. SECVNDVS, Nico- medis regis Bithyniae.

PATROCLVS, Neronis. Hic ex praecipitio mortuum, D. Pau- lus Romae uita restituit. Ille in Christum regem se credere coram Nerone professus, quem Paulus praedicaret, occasio- nem dedit Neroni in Christianos omnes animaduertendi, quod alium regem colerent quam Neronem. Itaque Paulus quoque; interfectus est & Petrus, Ecclesiae lumina. Petrus de Natalibus auctor est, & alij Martyrologi.

HARALDVS Goduini Comitis F. Eduardi III. Anglorum regis pocillator. Vide Tit. Periturorum.

MASLAVS pocillator Tyrannidem inter Polonos affectat. Vide Tit. Tyrannidis affectata poena.

VOIDILO pocillator Iagellonis ducis Lituaniae ex pofitor. Vide Tit. Regnandi libido ambitiosa.

Matulam porrigunt, efferunt.

λαοαυεραφι.

Sordidissimum obsequium est, misuricentia matulam exhibe- re. D. Hieronymus in epist. ad Nepotianum, inter fordidata- ptatorum ministeria hoc quoque commemorat: Ipsi, inquit, apponunt matulam, obfident lectum. Hinc Martialis: Dixeram si tu Pyliadi praestare matellam

Dignus es, aut porcos pascere Pirithoi. Plut. in Lacon, refert, puerum quendam SPARTANVM ab Antigono cap- tum ac ueditum, paruisse quidem emtori in omnibus que non essent indecora ingenio. Ceterum iustus adferre ma- tulam, decretauit obsequium, ad dens, Non seruiam. Itaque te aut domino, puer, Senties, inquit, quem emctis: simulq; consensu recto se praecipitem dedit.

Ventum faciunt.

Vide supra, Circa Inanimata occupati, circa Aerem.

Somnum abigunt, Experge- faciunt.

Vide Tit. Cubiculariorum. Illic loci, hic Persona patientis habetur ratio.

Formae curatores in seipsis aliffie.

In genere.

Κοσμητικη etiam probis mulieribus, & uiris conuenit, qui- bus tota sopsitica est, quia mentitur id quod non est, cum prior illa id tantum quod est excolat. Propterea κοσμητικη sine Exornatio, Medicina quoque pars quaedam existit: κοσμητικη uero sine Exornatio ars, meretricibus & lenonibus, quorum ministri sunt mangones, relinquitur. Conseruauerat olim mangones bulbo narcisi uno dulci dissoluto, puerorum manuum barbam remo- uari, multiq; alij pharmaci cutem eorum extergere, & niuisidij man reddere, ut maioris possent uenundari. Ab hoc illorum so- phismate tota deinde κοσμητικη nomen obtinuit, ut & Latini Mangonia dicerent. Mangones hic propter suos locum habere possunt, quibus formam corporis expoliant. At ratione purgatio- nis, ad χρωματικης artes pertinent. Exempla eorum, qui facis sunt usi, sub Tit. Cultus corporis, allata sunt.

Balneatores.

Βαλουαυικη Plato in Sophista, inter τεχναις χρωματικη- κας connumerat. Balnearum usus olim frequentissimus fuit, pro- pter & gymnastica exercitia, in quibus nudis exercebantur, & oleo inuncti, arena hauple sese inuicem conspergebant, ut aduersarium apprehendere possent. Praeterea cum oleo & smegmatis ad corporis cultum frequenter uerentur, in balneis uisus sordes abluebant. In Graecia primum loca balneis destinata habuerunt, quorum tres partes fuisse tum historici tum etiam medici scribunt. Romani lu- xum ea quoque in re querentes, ut prodigialitate sua uulgus animos sibi conciliarent, dictu mirum est quantum studij & pecuniae in Thermis adificandis & conseruandis absumserint. De quibus & methodicè & eruditè Eder. Mercurialis uir eximie doctus in lib. de Gymnastica abundè disputauit. Nos hodie Balneatores habemus, quorum opera parum in sudatoris, parum in calida aquae naturae uisum.

Balneatorum artem primi SYBARIAE docuerunt. Apud eos balneatores introducti fuerunt, effusoresq; edoat, ne uiculis dimitterent, & ne nimium festinantes, eos qui lauarentur, comburerent Athen. lib. 12. cap. 5.

Stratonicus cithareodus cum in Cardia BALNEATOR pro- purgatione terram malam, & aquamq; falsam praebisset, se obfidionem passum esse terra mariq; dixit. Cum in Phaselide de exiguo numo cum Stratonici seruo balneator con- tederet (erat enim consuetudo, ut plus solueret externi) Ofce- lecte, in-

lecte, inquit, puer, quando ob exiguum æs me Phaselitem fecisti. Idem cum Hieronis imaginem apud frigidum balne- um erectam uisisset, optime sumus feci, ornatum, ut inale- lotus exiit: Non admittor, inquit, si multae tabellae sunt de- positae, nam quicumq; lauantiur, uelut seruati, deponere con- fuerunt. Athen. lib. 8. cap. 7.

Fugiente ex Pharsalia CN. Pompeio, & Mitylenem nauigan- te, cum tempus coenae instaret, parasset autem ex praesentibus copiis nauclerus: cernens Pompeium FAVONIVS co- mes seruatorum penuria semetipsum lauante, accurrit ablu- itque & unxit eum: nec desistit deinceps curare & inseruire ei, ut dominis serui, usq; ad pedum lauacionem & coenam parandam. Vnde cum cerneret quidam illius ministri sim- plicem & minimè fucatum candorem, ait: Papæ decent ut omnia egregios uiros. Plutarchus in Pompeio. Alberus, Eirelli F. Bauariae dux, PVELLAM balnei custodem tam perditè amauit, ut eam quoque iustae uxoris loco habiu- rus fuerit, nisi pater id metuens eam in Daubio mergen- dam curasset. Aen. Syl. cap. 41. Europæ.

Tonfores.

Sub loco Bonorum Corporis, uarios tendendi ritus an- notauimus. Hic solius mechanice operæ ratio- nem habemus.

TONSOR Midæ regis auriculis conspectis, cum secretum si- lentio premere non posset, terrore effosæ clam insultrauit: Auriculas a fini rex Midas habet. Quam uocem enatae can- nae, uero leniter fubeunte, expresse, & regis auriculas pro- didere. Quid. lib. 11. Metamorph.

CRIBIVS tonfor Alexandrinus in Aspendia habitans, Pro- lemæi Euergetæ II. temporibus, hydraulin musicum instru- mentum inuenit, eiusq; rationem Thaidem quoque; amicam docuit. Athen. lib. 4. cap. 24.

Quæ iam in ora uulgi abierunt, omnibus TONSORIBVS ac lippis nota dicuntur: propterea quod olim in tonstrina- rum conspectibus oēs rumores narrari consueuerunt. Quod indicat Aristophanes in Pluto:

Και τοι λῶσθ' ἂν ἴδῃ τὸν ἠεροκλήν, πάλος Ἐπι τοῖσι κερδαῖσι τῶν κρημενῶν, ὡς ἔφαπ' ἰν' αὐτῷ γρημῆνται ποδῶσθ'.

id est,

Hercle profecto sermo erat uelidicet In officinis descendium frequens Tonforis, hominem repente diuitem Factum esse.

Et apud Terentium Antipho, in tonstrina, de puella cogno- scit. Item Horatius de tonstrina:

— gaudent ubi uertice raso Garrula securi narrare pericula nauæ.

Idem in Sermonibus, — opinor,

Omnibus & lippis notum & tonforibus esse.

Nam lippi in tonforum officinis descendit, expectentes reme- dium oculorum. De tonforum garritate complura lectu digna recenset Plutarchus in libello, quem scripsit de Futili loquacitate. Quorum unum illud referre non pigebit. Cum aliquando, inquit, in tonstrina sermo esset de Dionysio, di- cetereturque tyrannidem illius ad amantianum esse & in expu- gnabilem: ridens tonfor, Haecine, inquit, loqui nos de Dio- nysio, in cuius iugulo ego subinde teneo nouacula? Quod dictum simulat; Dionysius refecit, tonforem in cruceum sustulit atq; ita, quod ait Plinius, uoces per iugulum redie- re in auctorem. Erasimus in Adagiis.

Cum loquax TONSOR esset Archelaum regem seiscitatus, Quomodo tondebo te? Tacitus, inquit. Plut. in Apoph.

Dionysius tyrannus, tonforum metu tondere FILIAS suas e- docuit. Quarum ipsarum, postquam adultæ ætati appro- pinquant, manibus ferrum non ausus committere, insti- tuit, ut candentium iuglandium, aut nucum putaminibus, barbam sibi & capillum adurerent. Plut. in Dionce.

TRYPHO Herodis regis tonfor, spè præmij, à Tironce uetera- no milite, amico summo Alexandri (quem Herodes pater de insidiis suspectum capitis damnarat) se non semel solli- citatum asseruit, ut inter curandum guttur Herodi nouacu- la præcideret. Ab Herode autem unâ cum Tironce in uincula coniectus, cum filius Tironis tonforem etiam conspira- tionis reum faceret, à populo lapidibus obrutus; dignas suæ perfidiae poenas luit. Ioseph. lib. 16. cap. 17. Antiq.

IRAS Cleopatrae reginae Aegypti tonstrix, in summa gratia a- pud illam pariter & M. Antonium, ita ut publica quoque negotia interdum administraret. Quæ se se ut uita, sic & mortis sociam Cleopatrae præbuit unâ cum Charmio ancil- la. Plutarchus in Antonio.

Reconciliauerat Ptolemæo fratri Cleopatrae Cæsar. Huius reconciliationis causa epulantibus cunctis, seruus Cæsaris TONSOR ex timiditate, qua omnes mortales superabat, nihil prætermitrens inexploratum, sed inuentus auribus & curiosis, insidias intellexit Cæsari ab Achilla duce & Pothi- no tuuicho parari. Re comperta Cæsar conuiuium statio-

ne circumdedit, & Pothinum interemit. Achilles per fugit ad exercitum, belloq; Cæsarem inuoluit graui & difficili: exigua enim manu tantæ ciuitati & uiribus erat resistendū. Plutarchus in Cæsare.

ALPHENVS Varro Cremonensis, tonfor fuit. Profectus inde Romam, sub Sulpitio iuni operam ita dedit, ut breui consu- latum adipisceretur, & mortuus publico sumtu funeratus est. Fulgus libro 3. cap. 4.

LYCIVS tonfor Romanus locupletissimus. Meminit eius Horatius in Arte. Marmoreum hic post fata tumulum obti- nuit. Hinc distichon illud:

Marmoreo tumulo Lycinus iacet, at Cato paruo,

Pompeius nullo. Credimus esse deos?

TONSOR quidam, qui officinam Romæ habebat pro tem- plo, quod forum Graecum uocant, garrulam ad miraculum usq; & loquacem alebat picam. Hæc uerba humana, uoces ferarum, & organorum crepitus reddebat, nullius illa coa- ctu, sed medians ipsa, elaboransq; nihil, quod non exprime- ret & simularet, prætermittere. Fortè funus diuitis cuiuspiã illac ad multas tubas ducebatur. Quia uero eo loco consi- stebat de more pompa: tubicines celebres, qui canere iube- bantur, diu illic moram traxere. Pica postillum diem muta & elinguis erat, neq; uocem suam in laboribus necessariis mittebat. Quapropter qui mirati ante fuerant eius uocem, his maiore miraculo erat silentium & mutum acroama, qui bus quotidianum illaciter erat. Coniiciebatur autem in e- iusdem artis opifices ueneni suspicio: maior pars à tubis su- spicabantur præstrictam fuisse eius auditum, atq; unâ cum auditu uocem exstrictam. Ceterum neutrum horum fuit, sed meditatio, ut imitatrice in seipsam reuocata, uocemq; uelut organum aptante & instruente. Post enim repente ap- paruit & eluxit uox, neq; ex solitis illis & pristinis simula- cris quicquam, sed tubarum cantilenas iisdem periculis son- abat, uarietateq; omnes ac uocum cunctos numeros per agebat. Plut. de Animantium comparatione.

DONATVS Tib. Germanici tonfor. Cuius epitaphium extat Romæ, in regione Pineæ, quod hodie adhuc uisitur. Petrus Appianus in Antiq. orbis.

In CINNAMVM, Martialis Epigrammatum lib. 7. Qui tonfor fueras tota notissimus urbe, Et posthac dominae munere factus eques: Sicanas urbes, Aemæaq; regna petisti, Cinnam, cum fugeres tristia iura fori, Qua nunc arte graues tolerabis inutilis annos? Quid facit infelix & fugitiua quies? Non Rhetor, non Grammaticus, Iudæus magister, Non Cynicus, non tu Stoicus esse potes: Venere nec uocem Siculis, plausumq; theatris: Quod superest, iterum, Cinnam, tonfor eris.

In TONSOREM ineptum & carnificem, Lucillius in secun- do Epigrammatum Graecorum:

Αγος ἄγος βροτολογη, μεταφθον, πρῶτος κερδῶ

τιμῶν ἂν ὄδ' ἔχῃς ἀκῆτι πῶς με τῶν μοι.

ἂν ἴδῃ μεταφθῶς ἐπὶ τῶς μάσῃ, ἢ τὰ κἀπαθῶν

τῶς γονάτῶν, οὐτῶς τῆρεσ με, ἢ παρῆχῶν.

νῦν μὲν ὄδ' ἡμῶν ὀ τῶν ὄδ' ἡμῶν ἂν ἴδῃ ἐπιμῆνῃ,

ἢ τῶς ἢ γῶν ἂν ἴδῃ ἐπὶ τῶς κερδῶν.

De EVTRAPELO, Martialis Epigram. lib. 7. Eutrapelus tonfor dum circuit ora Luperci, Expungitq; genas, altera barba subit. Ad ANTIOCHVM tonforem, idem Epigram. lib. 11. Qui nondum stygijs descendere querit ad undas, Tonforem fugiat, si sapit, Antiochum. Alba minus scelus lacerantur brachia cultris, Cum furit ad Phrygios encaeta turba modos: Mitior implicitas Alcon secat enterocelas, Fractaq; fabrilli dedolat ossa manu. Tondeat hic inopes Cynicos, & Stoica menta, Collaq; pulucrea nudet equina iuba. Hic miserum Scythica sub rupe Prometheus radat, Carnificem nudo pectore pascat auctem. Ad matrem fugiet Pentheus, ad Mænadas Orpheus; Antiochi tantum barbara tela sonent. Hæc quæcumque meo numerasti signata mento, In uetuli picta qualia fronte sedent, Non iracundis fecit grauis unguibus uxor: Antiochi ferrum est & scelerata manus. Vnus de cunctis animalibus hircus habet cor, Barbatus uiuit, ne ferat Antiochum.

TONSORIS Tornacensis filius nomine Petrachus Vet- becchus, Ricardum Orcadum, Eduardi III. Britannorum regis filium se esse simulauit. Vide Titulū, Generis nobilitatem altute comparare.

Dandam OLIVERVM, caso ab Heluctis Carolo Burgun- do, Ludouicus XI. rex tonforem suum, obscuro genere ru- re Gandauenfibus propè suburbano natum, miserat Gada-

uum, ut

alludit Aristop hanes in Auibus. Oraculum Amali datu de auxilio gallinaeco rum, h. e. Carum, in galeis gallos ferentium: & Artoxeres Cari interfectori Cyri fratris aureu gal- lum praefereudi in acie potestate fecit. Suidas scribit, Cares primos mortalium mercede militasse, ut qui vitam suam uilem haberent. Hos igitur, qui conduxerant, primos in acie collocare consueuerant, ut primos hostium impetus suo exciperent periculo: aut ubi fortuna belli difficilima uideretur, illic obiciebantur. Persae sua lingua uel phalaros appellabant, qui rapto uiuerent. Hinc prouerbum, En uelut totu uelut i. In Care periculum. hoc est, in homine aut re uulio- re, fac periculosam experientiam, in qua, si parum feliciter cesserit, non multum sit dispendij capiendum. Plato uelut uelut uelut, id est, Caricum homuncionem dixi, pro uili nihiliq. Erasmus in Adagijs.

MECHANICAE OPERAE VICARIAE, PRO HOMINE A LIO PATIENTES id quod ipse pati debebat. Quo ad CORPV. Hic qui pro alio inebriari, flagellari, spoliari sustinent. Sed qui morte sua aliorum uitam redimunt, ex practico fidei ha bitu operam, quam quis craftatore misera mechanicam ap- pellare queat, praestant. De quibus ex loco Eidei quaedam exempla petes.

MECHANICAE OPERAE CIRCA HOMINEM CONSIDERATVM RESPECTV HABITVS. Sic operam locant Habitu

- PRACTICO. NEMPE MAGISTRATVI Apparitores, Liehores, Carnifices. De quibus supra quoq. egimus, sed alio respectu. IMPVRIS: LENONES, LENAE. De his itidem sub loco Intemperantiae uenerat. MECHANICO. PVTA AGRICOLIS. Monitores, serui a colono praefecti, ut operariorum, ueluti uincorum & aratorum, turbam obeuntes, unumquemque mone- ant, & segiuores castigant. Horum. de P'erbis iuris. VENATORIBVS. DVX Carinthiae uenator Imperij, ad que lites uenatorum o- mnium deferebantur. Vocatus in iudicium coram Imp. no nisi Sclauca lingua respondebat. Aeneas Syl. de Europa. AEDIFICANTIBVS. CELESTIS praefectus operis in aedificanda Roma, ex Ouid. lib. 4. Factorum notus: Hoc Celer urget opus, quem Romulus ipse uocarat: Sintq. Celer curae, dixerat, ista tua: Neue quis aut muros, aut factam uomere fossam



OPERAE MECHANICAE ACQUISITRICES ANI MALIVM. VENATORIAE artes.

Venationis uarias species Plato in Sophista asserit, atq. adeo ipsomet Sophistam ueritatem non quidem r'ap' aptat, sed uelut uelut facit. Nos hic de Venatione, hoc est arte mechanica, acquirente ea que non aderant, agimus. Venatio autem ratione loci alia in theatris Theatralis, quae sub Artibus operam homini praestantibus connumerabitur: alia extra thea- trum quam Agrestem uocare possemus, eamq. iccirco quidam Rusticam uita partem faciunt, circa animalia uersantem fero, uti Pastoriam circa cicura: oppositam Agriculturae, circa Animantia occupatae de qua nunc agimus: siue expro- fesso suscipiatur, Necessitatis causa, siue Voluptatis, ut Nobiles, Principes, Reges: qui cum animi tantum gratia uenatio- ni incumbant, ratione exercitij mechanici, cuius studio tenentur, huc referendi sunt: at respectu finis, uoluptatis scilicet quam inde percipiunt, ad locum Prbanitatis uel Scurritatis pertinent, quod & Theatralis uena- tores. Exempla quaedam pete de Titulo, In uenatione occisorum.

- EFFICIENTIS RATIONE HABITA. Qui Venatores POPVLI. GYMNETA Aethiopiae populi, regionem incolentes aspecta, super arbores ferarum timore dormiunt: sub auroram ad aquarum decursus armati prodeuntes, se abscondunt intel- arboru frondes. Sub aestum uero folis, agrestes boues par- dalestque, ac uaria ferarum genera, cum caloris, tum siccis causa ad

statures se corpore excultum eximie, qui opinionem de re- gibus praua praecipere. His demosttrauit ille deinceps, ma- iestatem & dignationem prudentia & uirtute comparan- dam. Plur. in Apoph. Ptolemaeus primus Aegypti rex factus, LA GI gregarij militis filius fuit. Caesar scribit lib. 3. eos qui opibus inter Gallos ualebant, mul- tos habuisse deuotos, quos secum in bellum duceret, SOI DVRIOS sua lingua nuncupatos: quorum haec erat con- ditio, ut omnibus in uita commodis una cum iis frueretur, quorum se amicitiae dedidissent: quod si quid iis per uim accidisset, aut eundem casum ferrent ipsi, aut mortem si- bi consciscerent. D. MARTINVS, cum esset annoru duo deniginti, ad bap- tis- ma conuoluit. Nec statim militiae renunciauit, Tribuni sui precibus euictus, qui & ipse, transacto tribunatus sui tepe- re, renunciatum se feculo pollicebatur. Qua Martinus ex- pectatione suspensus, per biennium fere, postea quam est ba- ptisma cōsecutus, solo scilicet nomine militauit. Sulpitius.

Monomachia. Propugnatores. Consule Tit. Monomachia, quatenus pro a- lio sistitur. Apud Luitprandum libro Histor. 3. cap. 13. Rex Italiae Hugo ad fratrem, cui interdixerat, ne se amplius fratrem appellaret, du- ello prouocatus, ADOLESCENTEM pro se propugnatorem dedit.

- FORTVNAS. PRO ALIO OBSIDARI FIERI. Hic Opera uicariae habetur ratio. Ipsos Obsides sub Seruitutis loco. CARCERES SVBIRE. Ex Tit. Carcerum huc quaedam exempla referenda. Transfear: audentem talia dede neci. Quod Remus ignorans, humiles contere muros Coepit, & His populus dicere tutus erit: Nec mora, transillit retro Celer occupat autum, Ille premit duram sanguinolentus humum. TEXTORIBVS. Lanipendia, quae lanearum uestrum textoribus la- nam pendit ac distribuit. NAVTIS. Plutarchus in Themistocle ait, ARIOMENEM Xerxis fuisse nauarchum. COQVIS. Obsonatores serui, qui coemendis obsonij sunt praef- ecti. Etotoman. de P'erbis iuris. Agefilaus Spartanorum rex, LYSANDRVM in Asiam secum consiliarium duxit. Ceterum uidet eum apud Iones in ma- iore esse gratia, inuidia & ambitione flagrans, ab omni- bus consultationibus eum remouit, & diuidendarum car- nium munus ei imposuit. Plur. in Lyfandro. VESTIARIIS. Circitores, quasi Circuitores, quibus uestiaru uel lineariu dant uestem circum ferendam & distrahendam.

causa ad aquas conflunt: quas aqua iam grauatas, ex ar- boribus descendentes occidunt, perq. coctus diuisas edut. Si quando desunt animalia, antea captorum pelles madafa- ctas remotis pilis, ad ignem leuem ponunt, dispartitasque singuli auidè ad facietatem sumunt. Impuberes pueros ex- ercent ad certum signum iacere, folis cibos praebentes iis, qui signum tetigerit. Ideo iaculatores optimi euadunt, ur- gente fame. De his multò plura scribit Diodorus lib. 4. cap. 3. de Rebus antiquis. TROGLODYTAE assidui sunt in uenationibus, & mira uelo- citate: nam super Aethiopiae uelocius sunt equis. MOLOSSI populi Epiri optimos habent canes uenaticos. Martialis lib. 12. uocat latratores Molossos. LYCANI uenationis studio praecipue delectati, nullum aliud cibum filiis suis apponebat, nisi quem ex uenatione domi reportassent. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 25. SCYTHAE uenatores. Vide Tit. Itacundorum. THYSSA GETAE Scytharu natio copiosa, è uenatu uisitata. His contigua LYRCÆI, & ipsi è uenatione uisitatis, huc in modum: Conscntis arboribus, quae per omnem regio- nem frequentes sunt, insidiantur. Singulis adest canis: & ite equus in uentrem cubare doctus, ubi quis ex arbore feram uiderit, sagittaq. percussit, conscntio equo illa persequi- tur, comitante cane. Herod. lib. 4. In insula THYLE homines belluarum more uiuunt, nec uesti- bus operiuntur, nec calcatei incedunt, nec uino utuntur in- potum, nec ullum habent è terra eduliu, quia nec eam excu- lunt: nec feminae quicquam his operantur, sed cum uiris ue- nationi student, uescuntur carnibus ferarum, & caru tergo- ribus uestiuntur, colligatis plurimis. Infantes non nutriunt lacte, sed ferarum medullis: & quamprimum femina parit, mox ad arborem pelle inuolutum suspendunt foetum, feri- nis cerebellis in ore eius ingestis, ac puerpera sine mora ad uenationem redit. Procopius de bello Gothorum lib. 2. GALLOS adnotatum est, helleboro sagittas illinere, q. iis in uenatibus transfixis feris, multò carnes efficiantur tenerio- res ad epularum usum, recitis tamen abiectisq. quae uulnus ambiunt, propter hellebori contagiu. Caes. lib. 23. c. 10. A. L. TARTARI uenatores optimi sunt & certissimi sagittatores. Feras loco motas praefugant, ducuntq. mox in choreae speciem ueluti ludentes, circumueniunt confodiantq. telis. Bonifinius lib. 8. Dec. 2. Dum HVNNI quidam uenationibus indulgent, cerua sese il- lis infestandam ex improbitate offert, ingressaque paludem, nunc progrediens, nunc subsistens, indicem se uiae praebuit: quam secuti uenatores, paludem Meotidem (quam imper- uiam haecenus aestimauerant) pedibus transiere. Cerua dis- paruit. Ergo exploratis nouis sedibus, torum Hunnoru ge- nus ad occupandam eas feliciores terras excitauit, Gothi profugatis & expulsi. Ioannes Magnus lib. 5. cap. 25. Hist. Gothorum, & Bonifinius Decad. j. lib. 2. qui per Maotidem paludem glacie concretam ex Asiana in European Scythia ceruam insequentes uenatores peruenisse ferbit. LOPPI in Russia omnes sunt sagittarij peritissimi, a dede ut si- quas in uenatione praestantiores feras nanciscantur, eas (ut pelles earum integre & intacte sint) missa sagitta in nasum oculisq. interficiant. Hi etiam feras in nartus hycme per ni- ues insequuntur, deprehensaq. sagittis conficiunt. Guagni- nus in descript. Moscouiae.

LAPONES uenationib. in maxima ferarum copia sunt dedi- titi. Nefas est mulierem exire tabernaculum, ianua qua uir- eo die est ad uenatione profectus. Etiam religio est, ne ma- nu contingat fera captam: sed uir porrigit mulieri ueru pre- fixum, quantum illi carnis imperit, ex Zieglero in Scandia. PRINCIPES, REGES. PHRAOTEM Indorum regem cum Apollonius Tyaneus de uisu interrogaret: Sibi exercitationem sufficere, & feras in uenatione captas aliorum esse, quibus dabat, respodit. Phi- lostratus in uita Apollonij. HERODES Magnus, Iudaeoru rex, uenator peritissimus fuit, & cequo dexterimè utebat, ita ut uno die XL feras sua ma- nu, apros, ceruos, onagros confecerit. Iosephus lib. j. c. 16. de bello Iudaico. M. ANTONINVS Pius Imp. piscando & uenado multum se oblectauit. Cuspinianus. SANCIVS Maior, Nauarrae & Castellae rex, in uenatione apru- secutus, inter ruinas desertae urbis Palentij cryptam reperit, & aram in honorem sancti Antonini martyris: cumq. uibra- to uenabulo feram occidere uellet, obrigit brachium eius dextrum, & aper illatus euasit. Rex conuersus ad praeces, D. Antonini opem implorauit. Vou compos, illic iussit ciui- tatem disruptam reparari, & supra cryptam ecclesiam aedifi- cari, & episcopum illic consecrari, & totam ciuitatem cum agris episcopo & ecclesiae donatione obtulit liberali. Ro- dericus Toletanus lib. 6. rerum Hispan. cap. 6. & Rod. San- tius parte 3. cap. 25.

DVCEB. Q. SERTORIVS uenationi deditus. Vide Tit. Duces, reges, imperatores fortes. VIRIATVS Lusitanus cum pastor esset, militarem disciplina ex sola uenatione didicit, cui operam dedit: & à uenatorib. dux factus, cum nulla generis aut maiorum commendatio- ne clarus esset, uniuersum Hispaniae exercitum magna cum laude contra Rom. integro decennio duxit. Olaus lib. 18. cap. 42. Sept. reg. EPISCOPI. HVG O episcopus Constantienfis in uenatione segetes pro- culcans, fulmine percussus, octo ex comitatu suo & equum amisit. Stumpfius lib. 5. cap. 37. GENTILES. Apud Romanos primi Fabianae gentis uiri, eo quod in uena- tione fossis uterentur, Fodij antiquitus nominati fuere: tem- pore postea duabus literis immutatis, FABIORVM nomè extitit. Plur. in Fabij Max. uita. DOCTI HOMINES. XENOPHON Grylli filius, Athenienfis, Socratis discipulus, qui ob eloquentiam Musa Attica distus est: quorum, rei fa- miliaris, & uenationis inprimis studiofissimus fuit. Volat. lib. 20. Anthrop. PVERI, ADOLESCENTES. ESAVS Iacobi patriarchae F. narus uenandi. Gen. 25. CRETENSIVM pueri in classes, quas Azydas uocant, distri- buebantur. Iis praerat Paedonomus, certis diebus in uena- tiones eos educens. Strabo lib. 10. CYRVS apud Atyagem auum, Medorum regem, puer equi- agere, & conclusas hortu feras iaculo ferire doctus: post- quam adoleuit, aut aprum, aut leonem in syluis petebat. Xc- nophon lib. j. Cyri Paediae. SENES. LAMECH ob longum senium uidedi amisso in uenatio- nem duce puero profectus, cum inter arbuta motum quenda- dam sensisset, arbitratu illic feram lateere, deduci se ad lo- cum iussit, & in eam partem direpta sagitta Cainum affine suum miserè occidit. Prae dolore igitur in insaniam penè dela- psus, uicinato hominum conspectu, syluas habitatum se con- tulit. Fulg. lib. 9. cap. 9. MULIERES. DIANAM poetae fingunt perpetuo uenandi studio duci: ut doceant, magnoperè his cauendam esse desidiam, quib. cu- rae est uirginitas. Huius comites Arethusa, Virg. 4. Georg. Crane, apud Ouid. lib. 5. Fastrorum: Calysto, & plures aliae, in Metamorphos. libris. CAMILLA Volscorum è gente puella, ut uenationi, ita bel- lis dedita. Virg. in Aeneide. Cretenses Carmanoris eius, qui de Pythonis caede Apollinem purgauit, Eubulum filium fuisse aiunt: Ioue & Carne Eu- buli filia BRITOMARTIN genitam: quae cum se tota in currendi uenadij, studia tradidisset, fuisse eam Dianae mul- to carissimam. Verum cum Minoen pra amore insequentè fugeret, ac se in mare abiecerit, in retia, quae ad pisces capi- endos in mare missa fuerant, incidit: à Diana in deoru nu- merum relata. Colunt eam non solum Cretenses, sed ipsi et- iam Aeginet, quod in insula uisam Britomartin autumant, & eadem sanè Aeginetis Aphrae est, quae apud Cretes Di- ctynna Aphrae sanum ad Panellenij louis in Aegina. Pausa- nias in Corinth. De eadem Diod. lib. 5. c. 15. Britomartis, in- quit, quam Dicynnam dicunt, in Creta genita ex Ioue & A- charmide Euboli Cereris filij, retia ad uenandum inuenit: unde Dicynna est cognominata. Consuetudine Dianae ute- batur: quod causam praebuit, ut quidam Dicynnam Dia- namq. eandem esse existimarent. AMYMONÈ Danae filia, uenatrix: quae dum in syluis iaculo se exercebat, Satyrum laetit, & postmodum à Neptuno ibidè compressa est. HIPPE Chironis Centauri filia, in Pelio Thessaliae monte se- se exercuit uenando: ubi deorum commiseratione in equa mutata est, dum patris indignationem expauesceret. Alio nomine Thea dicitur. Rauilius. Virtutem HASBITES feminae bellis exercitae, uenationibus assuefactae, sic describit Syllius lib. j. Haecignara uiri, uacu oq. afflueta cubili, Venatu & syluis primos defenderat annos: Non calathis mollita manus, operatae uel fuso, Dicynnam & salus, & anhelum impellere planta Cornipedem, ac strauisse feras immitis amabat. QVIVIS ALII. ABAS Centaurus, uenator. Ouid. lib. 12. Metam. HELYMVVS & PANOPES, Aesthae regis Siciliae comites, uenatores. Vir- gilius lib. 5. Aeneidos. LAVVSVS Mezentij filius, feraru de- bellator maximus. Verg. lib. 7. Aeneid. Lausus equum domitor, debellatorq. ferarum. Idem lib. 9. scribit: b b b b b 4 - inde

mutescantibus pauore, aridens, abire eos bono animo iuf...

Elitredo regi Anglorum, pulso à Danis & exulanti, in fo-

SCOTTI montani pro pisco instituto nauiculis uimine con-

In Noruegia populi QUIDAM sunt, qui aestate in mari nates,

BRASILIENSES cum piscari uolunt, alij remis lincré agut,

Murileguli, muricum piscatores, ei operæ in perpetuum sic

PHOENICVM laus peculiaris in nauigandi præstata, & pur-

PISCATOR quidam unionem piscans, à cane marino deuo-

INCOLÆ qui in angustiis Azaniis Arabici sinus habitant, Ac

FORMAE RESPECTV. Hac Venatio

INGENIOSA V.G.

Elephantorum.

ELEPHANTES, qua arte tum ab alijs, tum præsertim ab Tro-

Elephantum uenatio in INDIA hoc modo fit. Locum aliqué

mittunt: ipsi in tugurijs occulti insidiantur: per diem sylue-

Apud INDIOS elephantum capiuntur hoc modo. Cinguntur eo-

Leonum.

Leones capere, ardui erat quondam operis, foveis que maxi-

Bifontium.

Bifontes Pæoniæ tauri belluarum omnium uiui difficilime ca-

Simiarum.

Simiis uenatione capiendis ars ex belluarum ipsius natura exco-

Simium.

Oti auis in Libya aucupium est huiusmodi. Cum maxime imi-

Capiuntur perdices multis modis, uno tamen frequentiore in-

uaccina in terra: quem femina spargentem perdices acce-

Aquatilium.

Crocodylos capiendi cum sint complura & multiplicia gene-

In PROVINCIÀ Narbonensi Delphinorum opera quomo-

PISCATORES Anthiæ piscis apud Chelidonia Asiae insu-

Apud SEPTENTRIONALES phocæ sic capiunt. Piscator

ROBSTA.

Orea in Gaditano Oceano à CLAUDIO Imp. oppugnata. Vi-

FINIS RESPECTV. C.V.R.

Venari scilicet causa

VICTVS.

VETERES uenatu ferè uiuebant, & arcu uicti sibi parabant,

RELAXATIONIS ANIMI.

ALFONSVS rex Neapolitanus, cum aliquando relaxare ani-

CASTITATIS.

HIPPOLYTVM ferunt Thesei filium, sese in consecrandis fe-

AMORIS.

HORION feras sponse offerens, insulam cicurem reddit. Vi-

GLORIÆ.

CN. Pompeius, uictor in Africâ Domitio, utens secunda for-

Apud Horatium lib. j. Epist. GARGILIVS quidam ambitio-

ACCIDENTIA VENATIONIS.

In ICARO insula Dianæ templum fuit: quumque nimio plus

Præcipua admirationis apud PERSAS colitur Hercules in

PIETA S.

EVS TO CHIVS magister equitum Traiani, in uenatione pet-

BOGORIS Bulgarorū princeps uenationibus deditus, Chri-

CÆDES.

CEPHALVS Atheniensis, quem poeta fabulantur ab Autō-

FAVPERTAS.

ACTÆON Aristæi, & Autones F. cum meridiano æstu & la-

RENI AMISSIO.

SVATACOPVS ultimus rex Morauorum, uenationis occa-

ERROR.

ANTIOCHVS ille, qui bis exercitum duxit aduersus Persas,

INSANIA, FVRO.

ISAACIVS Comnenus Imp. ex uenatione apri in morbu in-

MORS.

ADONIS Cynare ex Myrrha filius, à Venetè amatus, dum ué-

ORIUM.

ORIUM uenator (ut fabulantur poetæ) cum iuuenibus fidens

niae coactum est, ut Imperatrici corona gemmis & margaritis preciosissimis distincta pararetur: qua Imperator Ioannes Ducas ex eo Quatam nominavit, quod de uenditis ovis confecta esset. Gregoras lib. 2. Thomae Sarracenis, qui postea pontificatum sub Nicolai V. nomine gessit, MATER oua pullosq; uendebat. Fulgofus lib. 3. capite 4.

Poma.

VIDAM poma uendens M. Crasso, ad bellum Parthicum profecturo, infelix omen Brundisij fecit. Vide Tit. Infelicitis pugnae omina.

ANTONIVS, Siculus cognomento (ex ea enim insula oriundus erat) Venetiis ortus educatusq; maritimis artibus à primis annis imbutus, quum apud Chalcidem ageret, captus à Turcis, diu apud illos seruitutem passus erat, omniaq; eorum publica priuataq; munia diligentius explorata. Liberatus autem à tam graui iugo, laetus Mecenium tunc clasfis imperatorem adit, polliceturq; illi, sese paratum ad naualia incendenda, quae Calipoli amplissima instrumtaque erant. Versatim sese in iis locis ad aliquot annos ea mente & animo, ut Christianae pietati, & Veneto nomini inprimis prodesset: petere igitur se ab illo, ut paratis, quae tantae rei necessaria essent, sese dimitteret. Qua re cognita imperator strueto statim nauigio uenalisibusq; pomis referto (sic enim illi placuerat) superato facile Hellepoto, Calipolim appulit: mercatorisq; personam simulans, qui ea poma uederet, aliquot dies cuncta perustrans, tandem noctu perfracta naualis ipsius porta ignem secum & picem deferens, magnam partem armamentarij eius incendit: quum uigiles Turcae rectorum fragore flammæq; sonitu exciti, eò conuolant. Quod quum ille cognouisset, statim correpta fuga ad nauigium rediit, in aduersam Helleponti ripam nauigaturus. Ceterum imprudens correpto nauigio picis incendio, enatando euasit, in proximâq; sylua se abscondit. Interim quum Turcae incendij auctorem perquirerent, facile è natantibus pomis nauigijs reliquijs coniciunt hunc unum fuisse, qui tacum facinus parasset. Quem statim secuti per proximam syluam uestigijs extantibus, captum ad Subbaslam adducunt Calipolim, quem ille ad Othomannum principem deducendum curauit. Egnat. lib. 3. cap. 4.

Olera.

Euripidis tragicorum principis MATER olera uendit, pariter incertus est. Val. Max. lib. 3. cap. 4. Proinde Scandicem Aristophanes Euripidi potest obicit ioculariter, matrem eius ne olus quidem legitimum uenditasse, sed scandicem. Plinius lib. 22. cap. 22. & Suid.

PETRONILLA Maurella Parisiensis olerum uenditrix. Vide Tit. Inimicitiae causa, auaritia.

Frumenta.

MENTES Leucadius mercator, cum Smyrnam frumenti cocmendi gratia uenisset, & illic Homerum qui ludimagistrum agebat, inuenisset, Sirene illius ductus, persuasit illi ut secum perigrinaretur suis sumptibus. Homerus cum iam in animo pectos argumentum praconcepisset, occasionem hanc non neglexit, quod mores gentium, situs regionum, & urbium oculata fide tantum percipi posse existimaret. Cum Mente igitur & Hispaniam & Italiam, totum deniq; mare Mediterraneum percurreret. In reditu Ithacae oculis captus, & curatus, Colophone denuo usum amisit, neque unquam postea recepit. Herodorus in Homeri uita.

Dardanarij dicuntur, qui annonam mercensue coemtas tantisper suppresserunt, dum carius eas uendendi occasio se offerat: à Dardano, nobili mago nominati. Vide Vlp. l. 6. D. de extrard. crimin. & l. 37. D. de pœnis. Iulius Pollux aduersione dicitur, & aduersione dicitur, hoc genus hominum appellari scribit, nam Propolas eos nominat, quos Iurisc. osulti Proxenetas. CONON & BESSA duces Graeci sub Belisario, obfessa Roma à Gothis, frumento omni in suam redactio potestatem, famem accenderunt. Procopius.

NICEPHORVS Phocas Imp. in magna fame ex calamitate tuorum lucrum fecit maximum, neque id clam habuit. Cedrenus.

Oleum.

PLATO in Aegyptum properans, ut sacerdotes audiret, oleum secum mercaturae gratia uexit, ut pro uatico suppeditaret. Plutarchus in eius uita.

Lucanicas.

CHARINVS uel LYSANIAS, Aeschinis philosophi pater, lucanicas uendebat. Laert. lib. 2.

Purpuram.

LYDIA purpuram uenditrix, ciuitatis Thyatyrarum, Philippis à Paulo Apostolo conuersa. Actorum 16. ZENO Citius negotiorum purpuram uehens, naufragium fecit iuxta Piraeum, atq; hac occasione sese contulit ad phi-

losofiam. Itaque solitus est dicere: Tum bene nauigauit, quum naufragium feci. Alij narrant, cum cum Athenis esset, audissetq; merces perisse naufragio, dixisse: Benefacia fortuna, quae me ad philosofofiam (alij, ad pallium) appellat. Laertius libro 7. cap. 1. COROBIVS purpurarius Cretensis, qui Theræis iter ostendit nauigandi in Africam. Herod. lib. 4.

Vestium, Pannorum.

Huc Sutores & Sartores referri possunt, & quibus alij. P. Sutorij opifices, quatenus aduersione sunt, hoc est, merces suas alijs uendunt.

Vergiliarum occasu ROMÆ infitores olim de hyeme augerabatur. Nubilo occasu, quia pluuiofa denūciaretur hyem, augebant lacernarum precia. Sereno, reliquarum uestium precia accendebant, quoniam aspera esset hyems futura. Plinius lib. 18. cap. 23.

CRASSVS mercator pannorum, à Rotomagibus in regem creatur. Vide Tit. Seditioium.

Libros, Bibliopole.

HERMODORVS quidam Platonis auditor commentatios ab illo conscriptos in Siciliam deportare conuenit, atq; ibi uendit. Vide Siciliam, ut sunt dicaces, rem in prouentum uenturum, dicentes, Hermodorum pro mercibus impotare uerba. Ceterum sophistæ & philosophi lucubrationes suas, λόγους appellant. Allusit haud dubie huc M. Tullius lib. Epistol. ad Atticum 13. Dic mihi, placetne tibi primum edere, inuillu meo? Hoc ne Hermodorus quidem faciebat, qui Platonis libros solius est diuulgare, ex quo λόγους ἐπιπορεύου. Hinc & λογιματῶν dictus, qui praeter uerba nihil adfert. Erasmus.

TRYPHON librarius & bibliopola apud Martialem in Epigrammatis: Non habeo, sed habet bibliopola Trypho.

MARSEVS eunuchus (qui postea à Iustiniano Imperatore in Italiam missus fuit contra Gothos, & Totilam primò, mox Theiam, eorum reges deuicit & occidit) bibliopola fuit. Mox ab Imperatore in cubiculum suum adscitus, & ordine patricio colononestatus, occasionem uirtutes suas declarandi habuit. Platina in uita Pelagij primi.

Chartas.

CHARTOPRATÆ, qui chartis, quæ in urbem ex prouincijs comportabantur, uendendis praerant.

Coronas.

GLYCERA Syconia à Pausia pictore adamata, coronas uenditanda suam sustentauit paupertatem, & sequens dicitur. Cum ea certauit Pausias, ut quantum illa floribus, tantum ipse coloribus uariaret. Plin. lib. 35. cap. 11.

Unguenta, Myropole.

Scribit Heraclides Ponticus in libro de Voluptate, DINIAM unguentorum uenditorem in amore ob delicias incidisse, multofoque numos absumpsisse. Qui ubi uoluptatis fuit absolutus, sibi pudenda perturbatus amputauit: quarum rerum omnium causa extiterunt immoderatae deliciae. Athenæus lib. 12. capite 29.

Pecuniam, Trapezite.

De his supra inter Materiales Operas, circa Pecuniam uersantes, Negotiando.

Animalia byta queuis.

Βοώνης ἢ βόμης ille dicitur, qui boues ad publica sacrificia coemeret, cuius illustre munus Athenis fuit. Nā ex iis & magistratus summi creabatur, & imperatores ferè deligebatur. Suid. LYSICLES ouium mercator, obscuro genere natus, principem inter Athenienses locum consecutus est, quia cum Aspatia post mortem Periclis rem habuerat. Plutarchus in Pericle.

Mancia, Venalitij, qui seruos uenales habent.

Mangones proprie dicuntur, qui in forma humana polle da uersantur. At quia id quaestus causa faciunt, ut mancipia carius uendant, huius erant loci.

PANIONIVS Chius mango. Vide Tit. Eunuchorum. TVRONIVS Flaccus mango, cuius pueris symphonicis dilectatur Augustus. Vide Tit. Auaritia reprehensores. De eo Macrobius: Delectatus erat Augustus inter cenam symphonicis Thoranij mangonis, atq; eos frumento donauerat.

CARPOPHORVS mango temporibus Domitiani. Turci MERCATORES in oppidis habent, qui priuilegijs à regemuniti, captiuos quoscunq; emunt, uendunt, impingonant, redimunt, iuxta regalia ipsorum decreta, sine cuiuscunq; re obftraculo. Bellum quoq; ea causa aduent, ut homines mercentur, ac publice in foro uendunt ut pecora, ingeniosissimi ad noscendū, qui uiribus ualeat, cui labori adaptandi. Tum palam sine pudore homines nudi utriusq; sexus prostituuntur, currunt, ambulat, saltat, ut hinc artus, uirtus, robur discernatur. Si qui inobedientes aut uerecundij pudenda tractari recusant, colaphisantur, & flagellis caeduntur. Hic

Hic filius uenditur matre uidente, hic mater abducitur in confusionem filij, hic marito erubescens uxor ut scortum eludat, alijq; uiro traditur. Hic uxor maritum uidet aratro alligari. Hic paruli è sinu matris rapiuntur (abducunt enim non procretae modo ætatis homines, sed paruulos & lactentes infantulos) Deniq; nec dignitatis, nec sexus, nec ætatis uel minima habetur ratio. Miles, paganus, sacerdos, plebeius, nobilis, ignobilis pari libra æstimantur. Seruicium mancipantur ceterimæ seruituti, tanquam perpetuis carceribus: ubi nulla spes amplius liberatis, sed labores intolerabiles cum maximis opprobrijs. Quiddissimè enim omnes seruos & ancillas possident, quia credit multiplicari se nulli uisuros, si feruos habeant. Cum serui multiplicentur, eos cum ancillis iungunt conubio. Villas totas ex ædificant, & agros ijs colunt, ac inde diantur. Culp.

Meretrices.

Huc Lenones & Lenæ, quæstus causa turpissimè mercaturæ exercentes.

OPERAM PRO RE OPERAUE. HVC

Caupones.

RACHABA meretrix Hierichuntia, cauponaria uidetur exercuisse, ut apud quam Israelitarum exploratores diuenterunt. Vide Tit. Grati pro conferuata uita.

LYDOS omnium primos caupones infitoresq; exitisse, aliquot ex Graecis memorie commendauerunt: nec non alexandrum & restarum exco gissit: ite pile, & id genus alia plura. Quo argumento ludi à Lydis uideri possunt appellati. Sed & aureum quoq; argentumq; numi principes ferendum curassit. Sunt qui scribant, Cyrum Lydis superatis admisisse arma, & talares gestare uestes iussisse, quo nomine remolitos cauponariam facitare cœpiisse. Cælius lib. 20. cap. 14. A. L. ex Herod.

PHONICES notantur nimio cauponandi studio. Vnde & Pindaro dictum in Pythijs, hymno 2.

Τὰ δὲ μὲν ἱερὰ φόνισσας ἐπαυλοῦ μίλον.

Erasmus in Adagijs. Erat Alexidis iocosi uersus, quibus negat meracū bibi, quod uinum in ipsis, quibus aduehitur, plaustris, iam diluū uendatur à CAUPONIBVS: non quod ea ex re quaestum caprent illi quidem, sed ut emtorum capitibus cōsulant, quibus alio qui periculum esset à crapula. Eius uerba sunt hæc:

Ἐν τῷ ἀμαθῶς εὐθὺς κεραιμένον, Οὐχ ἴνα πὶ κεραιμένον, τῶν δ' ἀμαθῶν Προσέμενον, ἢ τὸς κεραιμένον ὑγιᾶν ἔχον Ἐκ κεραιμένον.

Κωδάρου σοφώτερος, id est, Cantharo astutior, aut callidior. Zenodotus ait, Athenis cauponem fuisse quempiam nomine CANTHARVM, quæ ob maleficia & imposturas ac proditones, capitis affecerint supplicio. Proinde uulgò receptū, ut in uersutos ac impostores diceretur. Erasmus in Adagijs.

THALVS caupo. Vide Tit. Meretricium. PERDIX caupo quidam claudus, distorsit cruribus. A quo prouerbum, Perdix crura. Rauius.

IVLIANVS caupo, ob pietatem gratis peregrinos excipiebat. Vide Titulum, Pœnitentiæ religiofæ.

MNESARCHIDES Bœotus, κέραιμος, id est caupo fuit. Euripidis pater: corbis ignominia apud suos passus, cum soluendo non esset, Athenas profugit. Gyrall. Dialogo 7. Hist. poetarum.

M. Antonius C. Marij scruientis manus effugijs, & apud amicum quendam plebeium latens, à CAUPONE prodit. Vide Tit. Eloquentiæ uires. ex Plut. Mario.

HVLDRICVS Vuagner caupo Villifouiciensis. Vide Titulu Perfidie in deposito.

Mercenarij quibus.

Latissimè patet hic titulus. Opera præstari potest Theoricæ, Mechanicæ, Practicæ: Animij, Corporis, Rusticæ, uel famulitij, dignitatis. Et quidem hoc loco solum commutationem Operæ spectamus.

ORTE dicuntur Graecis, potissimū Atheniensibus, qui mercede alteri inferuiunt, inferioris conditionis quam. Suid. utpote qui seruilis obuent munia, inquit Ammonius.

EFFICIENTES RESPECTV. QUI, QVALES.

Mercatores dicuntur, qui cum Romæ domicilium habere uent, interduum tamen exportandarum uel importandarum mercium causa in prouincijs ad aliquod tempus excurrerant. Sabinus autem in lib. 4. D. de penu leg. tempus ut longissimum desinit esse non plus annum. Negotiatores uero ciues quidem erant Romani, sed in prouincijs sedem fortunarum suarum constituerant, sic, ut raro in urbem, nec ferè nisi censendi causa redirent.

quales erant aratores, pecuarij, argentarij, &c. Roman. de P. et. bis iuris. Consule Tit. Nauarum, quatenus nauium commoditas in mercatura faciendâ eximita est, adeo ut Heliodes uocantibus uocet ipsam Mercaturam.

POPULI.

Infitores primi LYDI fuere, qui à mercatoribus emebat mietes, quas deinde minutatim uenderent. Herod. lib. 1.

ARABIE populorum innumercorum pars æqua in commercijs aut latrocinijs degit. Plin. lib. 6. cap. 28.

Apud AEGYPTIOS mulieres cauponantur, & infitoria obuent munia: uiri uero domi lanam tractant. Herod. lib. 2.

Tartessus, ultra Herculeas columnas, emporium, ex quo reuertentes SAMII mercatores, quaestum maximū fecerunt, inter omnes quos nouimus Graecos post SOSTRATEM Lao damantis, cū quo nemo potest contendere. Ex eo quaestum Samij decimam sex talentorum fecerunt athenum instat crateris Argolici, grypinis capitibus in circuitu aleuifecus obuentis: & in templo Iunonis collocarunt, sustinentibus illud tribus colossis, id est, humanis simulacris, septenturū cubitorum, genu nixis. Herod. lib. 4.

VENETIJS patrij moris est, ut pars multò maxima ciuium, tertia ferè diei horatunum in locum coeat, uelut ad emporium, negotiorū causa. Riūo alio est nomen logo, ubi sine fremitu, sine alteratione ulla (tanquam nutu, nō uerbo inter se pacificanter) cuncta orbis uerius quam urbis negotia incredibili silentio transiguntur. Tanta est uni ciuitati in rebus agendis grauitas & modestia: umbras dicas & status esse, non homines, frequentem illum hominū conuentum, tamen proximus spectes: ut uerè sciteq; sit illud in ore multorum, Negotiationē nulla re minus egere quam uerbis. Sabellicus lib. 6. cap. 1. Nullū est emporium interni maris, quod à Gaditano fretu inter Africam & Europā in Syriam & Aegyptum ad ortum excurrit, ad septentrionē uerò & Boream ad Bosphorū & Mæotidem paludē, nullus tam ignoti litoris recessus, quem Venetæ tiremes ex antiqua ciuitatis instituto non negotiorū causa frequentent. Supra fidem esset enarrare, quæ uis nauium, non Italiae solum, sed Liburniæ quoq; Dalmatiæ, Macedoniæ, ac totius Graeciæ litora uelut suburbana quædam loca assidue feruntur. Sunt quæ statis anni tēporibus ad merces ex remotissimis locis petendas publicè instruntur. Ex his quatuor longæ naues, ex Syria atq; ex Aegypto totidē, aromata, ferici, gemmas, uniones in Italiā deferunt. Ex Libya tres, aurū, gemmas & mancipia. Duæ ex interna Gallici maris ora preciosissimum uellus, & Hispanum sericum omnium longè nobilissimum. Quatuor à Tanai & Mæotide palude, fallamenta, tapetas, & smaragdos: ac praeter eum numerum, quatuor ex Gallici Oceani emporijs, lanas, aurum, aulæa, & Flandrensis pannitum omnino ingentem. Sabellicus lib. 3. Dec. 4.

Anno 1288. cum in Anglia frumentū propter siccitatem angustius prouenisset, ita fame laboratum est, ut homines carne & lacte ut plurimum uictitantes, etiā ederint uaria herbarū radicumq; genera, quæ in usum necessitas uerterat, donec mercatores uicinitores, praefertim GERMANI, populū Anglicū in tanta caritate annonæ magno frumeti numero suppeditato leuauerint. Hi enim septentrionalis Germaniæ populi & Oceani accolæ cum omni tēpore parati essent ad iuandū suis opib. regnū Angliæ, rogarunt Henricū III. regē, ut sibi priuilegia à superiorib. regib. olim concessa confirmaret, ac eadē de integro irrogaret, quod possent tutius commodiusq; apud suos Anglos mercaturā facere. Rex recentiorū beneficio affectus, & memor patrem Ioannem regentū usum esse opera & auxilio eorū etiā in bello, quod suis duceb. pro Ferdinādo Flandriæ comite cū Philippo rege Francorū prospere gessisset, illos immunitatibus atq; priuilegijs liberaliter donauit, qui remisit nō utiq; parū de uctigalib. ac portorijis impostis rebus, quæ per ipsos uenirent in Angliam, ut scilicet minus quam ceteri mercatores soluere, quo principis beneficio etiā nunc memoria nostra utitur, fruntur. Sed scire licet, istos industrios negotiatores ultra citroq; cōmeantes, & uarias merces undiq; importates reportantesq; à principio societate fœderatā inter se coisse, quæ quidē societas Anze Teutonica eorū lingua nunc cupatur: nāq; Anze uox significat iuxta & nō procul à mari, quæ idcirco ualde apta & apposta est gentib. maritimis. In deinde emporia aliquot, in quibus suos mercatus haberet, sibi cōstitueret, & cuprimis quatuor, unū Brugis, quæ ciuitas est Flandriæ, alterū Londini, ad Thamens fluminis ripā septentrionalem, quod uulgò Stiliard uocatur, tertiu Nouogardi in Sarmatia, ac quartum in Noruegia. Polyd. lib. 16.

Anza Teutonica, societas urbium Germanici Oceani. De qua sic Gasparus Vopellius in Rhenana Tabula: ANZE ultra omnem hominū memoriā nihil aliud fuit, quam honesta societas pluriū ciuitatum, quinetiā pagorum, olim cū propter multitudine accepta relataq; beneficia, tū ut mutuis ac

securus terra marique constaret mercaturae intercurfus, non solum à multis Angliae regionibus, sed & Galliae, Daniae, Suetiae, Poloniae ac magnae Moscoviae, necnon & Flandriae & Brabantiae ducibus, multis privilegiis dotata, quae communio à Germanis Anze uocatur. Habet autem quatuor emporia. Vnum Brugis, Flandriae alterum Londini in Anglia ad Themetis fluminis ripam sinistram, quod vulgo Stuard uocatur, habens domum Gildhallam Teutonorum nuncupatam. Tertium in Nouogardia Russiae urbe potentissima. Quartum Bergge in Noruegia. Quidam emendicato à Latinis uocabulo Anzas quasi Anfas dici uolunt, quod his ceu ansis & anulis quibusdam concatenata sit mercatorum societas. Sed inceptiunt homines praenimio eruditionis studio mirificè, qui Germanorum linguam tam inopem esse credunt, ut societati huic nomen imponere non poterit, nisi à Latinis precaria sumisset. Xiii. ad mare, sonat, quasi foedus maritimarum urbium.

PERTINAX Augustus, non aliter quam priuatus ac fordidus ciuis, mercaturas exercuit. Spartianus & Herodianus.

THEOPHILI Imp. Constantinopolitani uxor mercaturae dedita. Vide Titulum, Mercimonis comparandae pecuniae rationem fugere.

RODOLPHVS Boemiae rex, Alberti Cesaris F. negotiatione in argentifodinis Cuthnenibus exercebat, uinum, sal, ordeum, triticum, ad panem & cereuiciam coquendam ex Austria de horreis suis conuechendo, praecipue rebus promercedibus ex arbitrio suo constituendo, atque in eo genere mercaturae monopolium sibi uindicando. Is se necessitate compulsum, huc descendisse dicebat, ut hoc modo summam aerarij inopiam subleuaret, & debita per utrumque, Venessium reges contrafacta dissolueret. Adeoque duo millia aureum in illis ipsis montibus, hebdomatim aeri alieno dissoluedo tribuebat. Dubrauius lib. 19.

LAURENTIUS Medices Petri F. Reip. Florentinae princeps, mercaturam, quamdiu per publica negotia licuit (quod ex eo tanquam capite & robur & nerui omnes in Kemp. diduce reatur, & magno praeterea praesidio esset ad domesticam potentiam tuendam) necessitate exercuit. At supremo uitae tempore eandem improbare uisus est: magno aere alieno dissoluto, quod ipse culpa suorum contractu, illi effusus eius largitionibus causabatur, quas domesticae operae minime animo pares non ferrent. Ad agros colendos ita animi conuertit, ut superius institutum plane negligi à priuatis noluerit. Praeter ceteras artes, lanam & serici texturas, auxit & prouexit. Brutus lib. 8. hist. Flor.

NEAPOLITANO RVM reges quidam, erepta suis mercaturae facultate, prouinciales ad inopiam redegerunt. Pontanus cap. 45. de Libertate.

NEGOTIATOR Deliacus ARCHELAUS colloquij conciliator fuit inter Syllam & Archelaum Mithridatis ducem, atque ad eod pacis. Plutarchus in Sylla.

HALYATTES mercator Lydus. Vide Tit. Auari subditi.

HEROSTRATVS Nauarites, qui mercaturam exercebat, regionibus, multas nauigando uiderat, aliquando in Paphi etiam applicuit Cyprum, ac Venetis simulacrum palmi magnitudine coemit arte antiquissima factum, quod ferens Nauaritem contendebat. Illi postea iuxta Aegyptum nauiganti cum hyems repente incidisset, neque ubi locum essent, possent cognoscere, omnes ad Venetis ipsius simulacrum confugerunt, atque orauit, ut eos seruaret. Tum uero dea omnia quae illi erant appolita, myrtos uirides fecit, atque nauem tota suauissimo odore repleuit, cum iam ob nauis nauigantes de eorum salute profus desperarent. Cum permultum uouissent, solque enisisset, montibus conspectis Nauaritem peruenit. Tum Herostراتus exiit à nauis cum simulacro, simulque uirides myrtos habens, qui sibi repente apparuerant, id deposuit in Venetis templo, sacrificiaque instituit, eaque Venetis dicauit: ac singulis coronam ex myrto donauit, quae eo tempore uocauit Nauaritem. Athen. lib. 15. cap. 6.

THEMISON mercator. Vide Tit. Perfidii parentes erga liberos, sub exemplo Etearchi.

PROTARCHVS mercator Aegyptius, cuius filius Zebenna regnum inuasit. Vide Tit. Genetis nobilitate astute comparare.

DEMARATVS mercator Corinthius, exul, Romam uenit, cuius postea filius Tarquinius Priscus regnum adeptus est.

Valerius libro tertio, capite quarto. MOCTAVIUS Herennius prima adolescentia tibicen, postquam arti suae diffusus est, instituit mercaturam: & bene gesta decimam Herculi profanauit. Postea cum nauigans hoc idem ageret, à praedonibus circumuentus, fortissimè pugnauit, & uictor recessit. Hunc in somniis Hercules docuit sua opera seruatum. Cui Octavianus impetrato à magistratibus loco, eodem sacrauit, & signum. Victoremque incillis literis appellauit. Macrobius lib. 3. cap. 6. Saturnalium.

SABINVS Rom. mercator, in Heluetiorum metropoli Auetico mercaturam exercuit, teste Suetonio. Itaque uerisimile est, uespasianum Imp. eius filium Auentici natum esse. Stumpsius.

CLAVDIANI Alexandrini poetae clarissimi patrem mercatorem fuisse, scribit Fran. Petrarca. Mahometus Saracenoꝝ propheta, puer etiam captus à Saracenis, qui insignes habentur inter Arabas latrocinii, ad DEMONAPLI mercatori Ismaelitici generis uiro claro & pecunioso ueditus est: sic ut ad demonaplis filium passim diceretur. Ab eo mercimonis praefectus, camelos agebat per Aegyptum, Syriam, & Palaestina. Cuspinianus ex F. Diacono lib. 18. & Vincentio lib. 22. & Zonata.

PETRVS Bernardinus mercator, qui ad Francos ob merces saepe penetravit, Francisci Assisiensis pater fuit. Volaterranus libro 21. Anthropologiae.

FRANCISCVS Franciscanæ familiae pater, mercator primò fuit. Vigesimo demum ætatis anno morbo correptus, & sanitati restitutus, religionem professus est. Marul. 1. 5. c. 4.

FRANCISCVS Armellinus Perusinus mercator, fit Cardialis. Vide Tit. Auari mercatores.

PAVLVS II. Venet. Eugenii IV. ex sorore nepos, iturus peregrè mercaturae causa, quum audisset auunculum creatum pontificem, literis animum adiecit: & Romam profectus, primum archidiaconus Bononiensis, inde episcopus Ceruicæ, postea Cardinalis sancti Marci, tandem pontifex creatus est. Franzius lib. 12. Metrop. cap. 1.

FINIS RESPECTV. MERCATURAE EXERCERE CAUSA

SOLENO Excellentis E. cum facultates suas pater eius munificentiæ, ut ait Hermippus, & largitionibus attriuit: nec desensit, qui uellent suppeditare ei necessaria: erubesceret aut accipere ab aliis, quod ex ea esset natus domo, quæ succurrere consueuisset aliis: contulit se etiamnum adolescens ad mercaturam. Quamuis alij dicant multarum rerum usus & cognitionis potius gratia Solonem, quam quæstus, uagatum per orbem fuisse. Plut. in Solone.

MERCATORIBVS erant ad Germanos, Hermionis regis tempore, aditus, magis eò, ut quæ bello ceperant, quibus uenderent, haberent, quam quò uillam rem ad se importari desiderarent. Vinu ad se omnino importari non sinebant: quæ ad laborem ferendum remollescere homines, atque effrenari arbitrabantur. Auctentius lib. 1. Annalium Boiorum.

Mercatura Solonis tempore etiam in dignatione erat, quæ comoda ex regionibus barbaris afficeret, amicitias cum regibus conciliaret, & multarum rerum conferret peritiam. Plut. in Solone. Sed & maximam ciuitatum initia inde ducta, uelut Massiliam condidit PROTVS, ab Celtis prope Rhodano beneuolè exceptus. Cælius lib. 16. cap. 8. Antiq. Lect. Lusitanorum certè nauigationibus Africæ oram Cosmographi. Hispanorum uero Atlantidem cognouerunt, non multò ante nostram ætatem.

ACCIDENTIVM RESPECTV. Sic Mercaturae accidit

AVARITIA. Negotiatorum genus nihil habet sacri, praeter unum pecuniae lucrum, cui se totos ceu deo consecraverunt. Hoc pietate, hoc amicitiam, hoc honestum, hoc famam, hoc diuina pariter & humana omnia metiuntur. Reliqua nugæ. Erasim. in Adag. LVXVS.

Cicero in III. de Republica de PHENICIBVS queritur, quod primi mercaturis & mercibus suis auariciam, & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum, exportauerint in Græciam.

OPERAE MECHANICAE PURGATRICES. KAΘΑΙΡΗΤΙΚΑΙ RESPECTV

SVBIECTI, CUIVS REL. Purgatores

DOMORVM, VRBIVM. KAΘΑΙΡΗΤΙΚΑΙ

Andreas rex Hungariae Damiatam Aegypti urbem Sultano Aegyptio eripuit, cum pestilentia supra LXX millia ho-

stium perissent. SARACENIS in urbe captis concessa salus, ut purgandæ urbis & mortuorum effere dorum curam susciperent. Bonfianus lib. 7. Dec. 2.

VESTITVM, HVC Fullones.

Fulloniam artem NICIAS Megarensis inuenit: quam qui exercebat,

arcent, Fullones nominantur: ij uestimenta curant, poliuntque, & ad id sapone utuntur, quem Plin. lib. 28. ca. 12. à Gallicis inuentum tradit. Græcè dicitur *φύλλος*, quicquid purgat. Polydorus de inuentoribus Rerum.

PHILONIDES S. Atheniensis comicus antiquus, ante fullo fuit. Suidas.

SYRANI philosophi, qui Theophrastus postea propter dicendi suauitatem appellatus fuit, PATER fullo fuit. Fulgofus lib. 3. cap. 4. ex Laertio.

LESIPPVS fullo, gibbere alioque foedus aspectu, à Gegania receptus in thorum, mox in testamentum, cædelabrum Aegneticum numinis uice coluit, quod eius opera Geganiae innotuisset. Plin. lib. 34. cap. 3.

Ciceronis matrem tradunt Heluicium clare genere & honesta uita fuisse. De PATRE nihil mediocriter refertur. Alij in officina fullonia & natum uolunt & educatum: alij ad Accium Tullium clarum Volsorum regem originem familiæ eius referunt. Plutarchus in Cicerone.

ANASTASIUS Aquileiensis, qui sub Diocletiano passus est, fullo fuit. Raufius.

CORPORVM. MANGONES.

De his sub loco Mercatorum, quia non aliam ob causam in excelsa forma mancipiorum occupantur, quam ut illa maiore pretio uendant. Proinde ipsi Mercaturæ negotio famulatur tanquam architectonica. Possunt autem huc quoque referri Balneatores, Tonsores, Eucatores, ut sunt negotio generosi, quos nos, ut circa hominem uersantur, superiore loco exposuimus.

MODI NEMPE LAVANDO

De Balneatoribus supra egimus, respectu Materie subiecte.

OPERAE MECHANICAE MOTRICES, QVAE REM, VEL PERSONAM QVALEM CVM QVE

PELLVNT, ARCENT DE LOCO.

Multiphori, lictores, qui uirgas in sacris certaminibus ferebant, quibus turbam summouerent. Hotoman. de Verb. iur.

TRANSFERVNT DE LOCO IN locum. Respectu habito

MODI. HVC ILLI QVI Agunt

Camelos, Equos, Asinos, Mulos, absque uehiculo. Equisones, Agalones, Muliones, Clitelarii, Veredarij.

De his supra, Opera circa Animalia mechanica. Illic subiectis, hic Formae ratio habetur.

RITACES auriga, uel certè equiso, ut Saccas ciues suos à Perfarum tyranni de liberaret, mutilata facie ad Darium profugit, cuiusque exercitum, se facta quod Saccas ex insidijs opprimere posset, septem dierum itinere in loca deserta ductum, fame & siti ferè consecit. Mox sublatò cachinno, patriae fidem suam se comprobasse dicitans, læto uultu à Persis interfectus est. Polyænus lib. 17.

Eumeni Cardiano tradit Durius PATREM fuisse, qui ob inopiã in Cherfonneso uictu uictura exercebat quæritauit: uerum liberale eum in literis & palaestra sortitum tyrocinium. Quo etiamnum puero, cum obiter illuc appulisset Philippus, per otium eum adolescentium Cardianoꝝ spectasse pancratia, & puerorum luctas, inter quos excellentem Eumenem, cum solerem eum & strenuum uidisset, placuisse Philippo, & in familiam eius adscitum fuisse. Plut. in Eumene.

MAHOMETES Arabs ducentis locandis, camelis operam impendens, paulo post sectæ propriae auctor fuit. Egnatius lib. 3. cap. 4. Exemplorum.

Subacta Gallia Germaniaque, Atila Hunnorum rex, ut rerum, quæ dum quinque annos Sicambriae commoratur in omnibus regionibus agerentur, esset conscius, quatuor VEREDARIORVM constituit stationes: primam in Colonia Agrippina, alteram in laedera ciuitate Dalmatiae, tertiam in Lituania, quartam ad flumini Tanaim. Ex his locis singula totius ferè orbis acta, per mutatos in locis certis nuncios, Sicambriam ad eum deferbantur. Contra, ipse quoque illorum quoslibet uoluntatis suae certiores faciebat. His ita coppositis, tum opportunitatem rei contra hostes à se bene gerendae obseruabat, tum quid illi aduersum se aggrederent, satis exploratum in tempore habebat. Nic. Olahus cap. 13. in Atila.

NAUES.

Huc qui naues trahunt, agunt, uel nulla operis ratione habita.

Vestes. Lotrices.

NAVSIKA A F. Alcinoi regis Phæacum, uestes ablucere introducit ab Homero Odyssæe in flumio, non in mari, quoniam aqua marina pingue quid inest, praeterea etiam densior existens, fordes incidendo auferre nequit. Macrobius lib. 7. Saturn. cap. 14.

Valerius Boemiae princeps, ex uenatione domum rediens, incidit in uirginem rusticam, cui BOCENA nomen fuit, fortè lauandem uestimenta: eamque ob formæ uenustatem, & colloquij suauitatem ac mores probatissimos, ita deperire cepit, ut eam inuitis consiliariis duxerit uxorem. Bonfianus lib. 2. Decad. 2.

MVLIER quædam, quæ indumenta lauare consueuerat, Bricium episcopum Turonensem de stupro accusat falsò. Vide Tit. Infantes diuino & miraculoso absoluit iudicio.

PHILIPPA lauando uictum quæritans, ad summas euchiropes, in aula Iolantæ uxoris Roberti ducis Calabriae, & Raimundo Campano nubuit. Vide Tit. Obscuro orti loco qui ad amplas peruenere dignitates.

LANAM.

IAMBE lotrix lauacro assidens, atque operi illi suo intenta, accusauit Hipponactem, uas plenum lanæ euerterentem. Vide Tit. Inuenio facilis.

TRITVRANDO. TRITVRATORES FRVGVM.

GEDEON Ios F. triticum in torculari triturrabat ad effugiendos Madianitas. Triturrator Domini genius apparuit, & ducem Israelitis contra Madianitas & Amalechitas dedit. Itaque cum trecentis suorum numerosisimos hostium exercitus cæcidit. Iudicum 6.

DETERGENDO.

Sic Fullones, de quibus paulo ante.

CURRVS.

Qui currum trahunt, iumentis operam subeunt. Anrixa per iumenta mouent.

DOLIA.

Huc qui dolia absque currus uel nauis adminiculo de loco in locum agunt, ut Fullones uinarii.

LIGNA.

Sic ligna soluta, uel etiam in Rates compacta, diriguntur. Nam si his ipsis uelut quid aliud, inter Nautas erunt referendi.

Gestant. Baiuli, Geruli, in genere.

Sunt qui seruitutem natura non instituto hominum ceptam arbitrantur. Sunt quædam nationes, ad inseriendum aliis natae. Tales apud ueteres olim Aegyptij & Syri: tales apud Lugdunenses hodie SABAUDI, apud Venetos ISTRI & BERGOMATES, apud Parisienses BRITONES & LEMOVICES. Bartholomæo certè Coleono Bergomati, bellica fortitudine sua ætate duci clarissimo, cum Veneti equestre statua in area DD. Ioannis & Pauli deauratâ posuissent, noctu inimicorum quispia scopam dextræ indidit, collo sacculi alligauit, ut his ueluti armis baiulorum, patriam ei exprobraret. Verum claret ille propria gloria: & quoad Venetorum res stabant, semper florebit. Bern. Corius in hist. Mediol.

SYRI apud Romanos notissimi fuerunt baiuli. Hinc Satyrus: Onera gestantur longa ceruice Syrorum.

AEgyptii antiquitus ea obiere munia, quæ nunc in Italia baiuli ex Longobardia plurimum propagati, quos Græci βασιλίσκος dicunt, hoc est, portantes, ac gerulos, quia oneribus uacent ferendis. Vnde & bastarnas cubitorum quinq; nuncupat apud Athenas Pofidoni. Aristophanes in Batrachis:

Δὲ βασιλίσκος ἐστὶν ἄνθρωπος, ὃς νεκρὸν δένει, ὅς τινος αὐτὸ ἀγῶναι ἐστὶν ἔργον ἀνθρώπων. Currus imposuit duos, ac mortuos totidem, Quos nec Aegyptij quidem tollerent centum.

Hinc saepe in ueteribus memoriis lætitamus, dici Aegyptios ἀνδροφίλους, id est, uicturas onerum corpore facitantes suos item ab Aristophane in Aibus, ἀνδροφίλους, quo uerbo ijs significatur, qui lateres gestitant humeris, uel certè anaphoro adhibito, seu allacto. Erat uero eo nomine lignu utriusque cauum, quo gestarentur onera. Allactum dici puto, à italatione, quæ fieret à fatigatis de humero in humerum. Aliqui amphicyrtum malunt appellare, quod signat utriusque gibbosum. Cælius lib. 16. cap. 3. A. L. & Erasimus in Adag.

MENIPPVS Acalonites, Cynicus philosophus, feruus Bartonis Poatici (teste Diocle) ab usura diuina nautica, quam exercebat, negotio uersus dicitur esse, referente Hermippo. Sæc.

cum pecuniā ita coegisset, per insidias ea priuatus, laqueo se suffocauit. Laertius.

PROTAGORAS Sophista acerrimus, de cuius nomine Plato Dialogum inscripsit, puer uicturas onerum suo corpore factitabat, quod genus Graeci *βαρύτερας* uocant, latini baiulos. Vide Tit. Indolis theoricæ exploratio, ex Gellij lib. 5. cap. 3. Suidas *Πρωτοπλάτωνος* fuisse scribit. Epicurus in quadam epistola *Πρωτοπλάτωνος* & *Ξυλοπλάτωνος* uocat. Cælius lib. 19. capite 15. A. L.

CLEANDER baiulus, postea Commodi Cæsaris cubicularius. Vide Tit. Obscuro ortu loco qui ad profanas dignitates peruenere.

PLOTONVS Lycopolita, discipulus Ammonij, baiulus, Romæ philosophatus est, sed ob nimiam obscuritatem minime popularis habitus. Suidas.

Vestant. Cuiusmodi sunt

Aurige castrenses, militares.

BATON Amphiarai gentilis, de Melampodidarum genere, cum in prelijs Amphiarao aurigæ operam nauaret, reiectis à Thebarum muris Argiuis, eodē terræ hiatu, quo ille, cum curru haustus euanuit. Pausanias in Corinth.

Pelopis auriga **SPHÆRVVS** Træzenius fuit, cui statua in Olympij Iouis templo posita est. Alij **CILLAM** appellant. Pausanias lib. 5. Sphærus in insula Sphæria sepulchrum suū habet, prope continentem Træzeniorum. Aethra per forum Mineræ monita inferias Sphæro missura, cum in eam insulam transisset, cum ea Neptunum congressum dicunt. Eam ob rem Aethra Mineræ Apaturiæ delubrum, quasi Fallacis dixeris, dedicauit, insulamq; Sphæriam antè dictam Sacram nominauit instituitq; ut Træzeniorum uirgines ante nuptias zonâ Apaturiæ Mineræ dicarent. Pausanias in Corinth.

AMPHITVS & **TELCHIVS**, Castoris & Pollucis aurigæ fuerunt. Plin. lib. 6. Ammianus: Vbi (inquit) inter ciuitates alias Phasis est, nomine fluij distitata, & Dioscorias nunc usque nora, cuius auctores Amphitus & Telchius Spartani traduntur, aurigæ Castoris & Pollucis. Alij dicunt Castoris & Pollucis aurigas fuisse nominatos **RHECVM**, & **AMPHISTRATVM**. Strabo lib. 11.

AVTOMEDON Achillis auriga. Virgilius lib. 12. Aen. Vnâ ingens Periphas, & equorum agitator Achillis Armiger Automedon. — Ouid. lib. 3. de Tristibus: Nunquid Achilleas inter fera praelia fidi Deseruit leuitas Automedontis equos?

MENON auriga Idomenei, **MNESTHEVS** Diomedis, **MYDON** Pylemonis ducis Paphlagonum. Tortellius.

CYRVS Melapodis, **DVRIVS** Pelori, **ATLAS** Camphasi, **IBERVVS** Panchatis equorum aurigæ. Syllius lib. 16. **IO-LAVS** Hercules.

ARCEPTOLEMO, Hectoris aurigæ. Mortuo successit **CABRION** eius frater.

Apud Phœneas Arcades est **MYRTILI** sepulchrum, quem Graeci Mercurij filium fuisse tradidere. Oenomaus aurigam. Quoties uero quis de prociis filij in certamen descendisset, curus ea arte regere solitum, ut Oenomaus uictores affecurus hasta eos emissa transigeret. Hippodamiæ ipse etiâ amore captus, cum non auderet in certamine fortunam experiri suam, pergebat aurigæ munera obire. Proditum postmodum ab eo Oenomaum narrat, cum Pelopem iureiurando adegisset, ut prima sibi Hippodamiam nocte concederet. Verum cum uictorem promissi moneret, ab eo è nauis in mare abiectum aiunt. Eius cadaver æstu eieciū sepulture mandasse Phœneas dicuntur: sua certè Myrtilo parentalia statò quotannis die faciunt. Pausanias in Arcad.

ASTVR Memnonis auriga, à cuius nomine Astures populi Gallacis proximi sunt.

IDÆVS auriga Priami. Virg. lib. 7. Aeneidos. **METISCVS** Turni. lib. 12.

Aurigam Turni media inter Iora Metiscum Excudit. — Aufonius: Nec celeres mulas ipse Metiscus agas.

PATRAMPHIS Xerxis auriga. Herodotus.

SIGVINI montis Caucaei accolæ pufillos quidem & hispidos equos habent, qui equirem ferre nequeunt: quadrigis coniugantur, quarum **MVLIERES** à teneris annis exercitatz sunt aurigæ. In qua quidem arte quæcunq; edocta inducitur, potestas datur, ut cuiuscunq; uelit, nubat. Bonfilius lib. 1. Dec. 1.

Aurige Theatrales.

Hic Mutacionis loci, que curru fuit, habetur ratio, quia mechanica est. Sin robur corporis spectes ex peritiâ agendi equos, ad Corporis bonas: si exercituum auigandi indicium, ad Vrbaniu locum referri poterunt.

ANNICERIS Cyrenensis, ob artem equitandi, & curruum

regendorum peritiâ, superbum animum gerebat. Voluit igitur quodam tempore specimen artis suæ Platoni exhibere, & iusto curru in Academia multos cursus circuequitauit, ad eodē intentè curru gressum seruans, ut ne digittum quidem latum discederet ab orbibus, sed semper in eodem spacio permaneret. Cæteri igitur omnes mirantes obstupuerunt. At Plato nimiam eius industriâ reprehendit, inquit, Fieri non posse, ut qui rebus tam nullius precij operam nauaret ad eodē diligentem, posset magnis & præclaris negotijs uacare. Cum enim omnis cogitatio in ista cõferatur, necesse esse ut ea negligentius agat, quæ reuerâ sunt admirabile digna. Aelianus lib. 2. de Varia historia.

FELIX Ruffiæ factionis auriga, in cuius rogum unus è fautoribus sese uiuum iniecit. Plin. lib. 7. cap. 53.

Auriga Onerarij, sive Homines sive Res uebant.

Eumenis Cardianus, inter Alexandri Magni successores numeratus, uirtute atq; prudentia nullo eorum inferior, ad eodē inope abiectusq; **PATRE** in Peloponneso natus est, ut se à miliarijs uecturis, quas curru præstabat, aleret. Aelianus lib. 12. patrem Eumenis tymbaulon fuisse asserit.

EVTYCHVS libertus & auriga Agrippæ: cum aliquando Agrippam audiret precantē Tiberio Imp. ut quamprimum principatus locum Caio nepoti, qui se cum in lectica uehebatur, tanquam digniori cederet: uoces istas, ob furtiuos Capreis detentus, Tiberio recessit. Vnde statim Agrippam in uincula duci iussit, ut uix & demum post mortē Tiberij solutus fuerit à Caio. Ioseph. lib. 18. c. 8. Antiq.

Nauis, Nauticarij.

Hic Nauas consideramus, quatenus uel nauibus, uel ratibus uel nauis res uel mobiles natura sua, uel immobiles. At infra de eis, quatenus ipsas Nauas uel rates quomodolibet promouent.

Cælius scribit **PHÆONEM** fuisse portitorem, eodēq; se fuisse artificio. Hic quum Venere transuexisset, unguentum ab ea ferunt accepisse, quas delibutus, factus est hominum pulcherrimus. Vide Tit. Grati pro locata opera.

PHORCVS, Græcè Porthemus, Latine Portitor dictus est, quod per mare deferret colonias. Berofus.

CHARON portitor inferorum. Virg. lib. 6. Aen. Portitor has horrendas aquas & flumina seruat, Terribili squallor Charon.

Portitor quidam **Ithacensis** **PARIAS** (Pyrrham uocat) latrones transmisit, atq; senem quandam captiuum regantem cum pice, de latronibus emit. Erat autem in pice occultatum aurum. Quo reperto, cum diues euassisset, seni bouem immolasse dicitur. Quare in prouerbium abiit. Nemo unquam benefactori bouē immolauit, præter Pariam. Herclides. Plut. in quæst. Græcænicis.

Euenus Aetoliæ fluius, olim Lycormas uocabatur. **NESSVM** Centaurum hac in parte designatum portitorē fuisse, occidit ab Hercule, uulgatior, cum inter traijciendum Deianiram uiolare conaretur. Strabo lib. 10.

De **GLAVCO** portitore Thasio eius fratri, quod Thasum insulam à mari dispexit, sic scribit Antiphillus Byzantius in primo Græcorum Epigrammatum:

Γλαύκῳ δ' Ἰεσοῦσιος, διαπλάσσει ἄδης ἄσπετος ἡρώδης, ἡ βασιαν ἐρηφῶ ἀργυραλάν, σὸν τὴ ἀροσῆ τὴν ἰπιδεῖ. ἢ δ' ἴτ' ἐκνοσσε ποταμὸν ἡρώδης ἀπὸ ἀλλοῦ παλάμης, μνηστὴρ, ἀλλοιο βίη βίη, ἢ δ' ἴτ' ἐμῆδα δνίσκειν, ἐκ τῆς ἐπὶ γυραλῆς σαιιδῶ. τῷ δὲ κίλυφῶ ἐκλεσῶν ἴπ' ἀνίγ, κῶφρα γυροῦς παλάμης ἐπ' εἰκῆς ἐπ' ἀδῆλυ ἀπῆλυ.

IVLIANVS Hospitator fit portitor. Vide Titulum, Penitentia religiose.

GENVENSES Turcorum C. millia ex Asia in Europam suis deportant nauibus, pacti in singula capita aurum numerum. Quibus copijs Amurathes Imp. Christianos ad Varnam miserabili strage affecit. Cuspiaianus.

MATERIA SVBIECTA, SIVE mobilis, quod mouetur. Vt qui portant, mouent

Sacra.

Apud Israelitas Dominus tribum **LEVITICAM** sibi deuotam esse uoluit, penes quam cura sacrorum esset. Itaq; proficiscētibus castris sacerdotēs (qui de illa tribu erāt, Aaron cum filijs) sacra omnia inuoluebant, eaq; portabant familia tres Leuiticæ, à totidem Leui filijs dictæ, nimirum **CAHATHINI** (quorum censu habito, summa fuit 2750. eorū scilicet, qui triginta annis maiores, infra quinquaingenta, essent ad militiam idonei) qui oraculo arcam & mensam ferebant. deinde **GERSONI**, numero 2630. qui tabernaculum oraculare cum linteis & impedimentis reliquis portabant.

bant: tandem **MERARENSIS**, ad 3200. afferes tabernaculi, repagula, columnas, bases, paxillos, funes, omnia deniq; instrumenta gestabant. Num. cap. 4.

Inter Israelitarum **LEVITAS**, quia sacra ferre cogebantur, tandem in dedicatione altaris & tabernaculi, principes & duces duodecim Israelitarū sex uehicula tecta & boues 12. obtulerunt, quæ Dominus inter Leuitas ita distribuit iussit, ut Gersonijs duo uehicula Moses traderet, & quatuor boues, pro ratione muneris eorū: Merarenisibus quatuor uehicula & octo boues. Cahathinis nihil tradidit, quoniâ sacra administrantes humeris portabant. Num. 7.

Κηλοφόρος, id est, Picifer, uulgare conuitium uidetur in hominem infimum & despiciatissimæ fortis. Siquidem Demosthenes in oratione pro Ctesiphōte dicit, **AESCHINEM** hoc nomine ab aniculis compellatū, quemadmodū & *κωλοφόρος*, quod picas & uannos capite baiularet. Nā his in mysterijs Bacchanalibus utebatur, quod ea aus facta sit Baccho, & uannus in omnibus mysterijs adhibebatur. Vnde Maro, — Et mystica uannus Iacchi. Erasmus in Adagijs.

Apud Romanos facta Iunonis æde, cum inferretur signa, permittasse ea foruitō **GERVLI** traduntur, & Iouis in Iunonis ædem, Iunonis in ædem Iouis intulisse. Custoditū ergo id religione, quasi dijs ipsis sedem ita partitis, ut cultus in Iunonis æde esset, quæ Iouis esse debuit. Plin. lib. 36. cap. 5.

Homines. Huc

Leuicarij.

Attoxerxes Persarū rex, Timogare legato Atheniensium fratres, quasi rudib. ad sternendū Græcis, misit: **BAIVLOS** item, qui ad mare infirma ualitudine affectum deportarent. Plut. in Attoxerxe.

Isabella Hispaniæ regina cum deduceret ad proximū Cantabriæ portum Ioannam filiam, Caroli V. Cæsaris matrem, ut inde ad Philippum maritū in Belgicam orā nauibus adueheretur, ac materna caritate ad amantatæ filia complexu diuelli non posset, unaq; ad classem lembo transuecta esset, in regressu intumuit Oceanus, ad eodē lembus adigi in terram commode non posset. Postulabantur afferes à nauitis, totoq; litore subsidia ad excipiendā Reginam parabantur: cum **CONSALVVS** Magnus eam ignobilium ministrorū manibus attractari indignū ratus, ut erat in sagu purpura auroq; contextus, in mare, peiore tenus se haud cunctanter immitit, cõplexusq; Reginam, atq; in humerū attollens, in litus acclamantibus cunctis eā reportauit. Quo inexpectato officij genere rā oportune quā alacriter Regina animū elegātib. obsequijs gaudentē misisse delectauit, ad eodē ut illa uirili ingenio grauissimorū consiliorū munia capefens, & cū rege Ferdinando cõiuge ex æquo imperans, unū ante alios Consaluum ad omnia fortiter ac splendide peragēda diuino munere natū prædicaret. Iouis in Cõsaluo.

Cadavera.

Pollinctum Cõstantij Cæsaris corpus, conditumq; in loculis, **IOVINIANVS**, protector domesticus, cū regia prosequi pompa Constantino polim usq; iussu esset, prope necessitu diues eius humanandum: eiq; uehiculo infidenti, quod portabat reliquias, ut principibus soler, annonæ militaris offerrebantur indicia, ut ipsi nominant Proba, & animalia publica monstrabantur, & ex usu crebrecebant: occurfusq; & alia similia, eidem Iouiniano imperium quidē, sed casum & umbratile, ut ministro rerum funebrium, portenderunt. Marcellinus lib. 21.

Terram, Lutum, Rudera, Lateres.

Πηλοφορία, apud Aristophanem Conciuatoricibus, luti gestatio, pro fordidissimo genere opera.

ISRAELITÆ durissimo seruitutis iugo in Aegypto pressi, arcam & lateres ferre cogebantur, & eras ad armaria Pharaoni ædificare, Pitomam & Rameffem. Exod. 1.

ÆGYPTII in uulgi fabulam ac iussum abiere, quod afinorū ritu uectandis corpore oneribus questum facerent. Ad quē laborem hoc exercitatorēs illos fuisse cõiugio, quod in effodiendis lacunis, limoq; exportando, ac lateribus argillacis, huiusmodi opera potissimum opus erat apud Ægyptios, ob limum quem intuehit Nilus. Nam illic passerēs opi norat hirundines monstrant artem è luto construendi parietes. Argumento est, quod **HEBRÆI** cum apud illos agerept, adaçi sunt luto lateribusq; gestandis seruilē operam præstare Pharaoni. Erasmus.

NERO in Isthmo perso diēdo primum ipse suis humeris uannum terræ exportauit. Suetonius.

CONSTANTINVS Magnus Imp. in basilicæ Lateranensis fundamentis iaciendis **XII** cophinos terræ ipse proprijs humeris exportauit. Egnatius lib. 1. cap. 1.

Saccos.

Saccarij, qui saccis gestandis quæsum faciunt.

Ligna.

Epicurus in epistola de Studijs, **PROTAGORAM** Sophistā ex sportuligero ac lignigero primū Democriti scribā fuisse narrat, quem cum ex quadam lignorum compositione admiratus esset Democritus, ex hac occasione primum eū suscepit, postea in quo dam uico literas edocuit, ita ut Sophista demum euasent. Athen. lib. 8. c. 8.

Nauis, Rates Gestando.

SORBOLVS mechanicus naues Venetas è mari per cõtinentem in Benacum lacum pertrahit. Vide Tit. Classef parare.

Nauis, Rates Agendo.

Nauis, Nauticarij qui naues agūt, Rariarij, qui rates exercent: quomodocunq; per Ventum, Pala, per Remiges, per Remulcum: quæcumque ob causam, belli, mercatoris, piscationis, itineris. De iis paulo ante, quo ad Modū uecturæ, respectu Contenti, quod portant, unde Portitores dicitur hic, re. spectu Contentus, quod uehit.

Nauibus us.

BELEROPHON equo alato Pegafo usus dicitur in Chimeræ trifurmi monstro edomando, quia primus omnium inuenit nauigare classem, atq; ordinē classis instruendæ, cum uela & remi alæ sint nauigiōrū. Hic nauali praelio Solymos populos bellicosos superauit, quos leonibus similes dixerunt poetæ: Amazonibus arma intulit, quas per loca difficilia & montosa peragrantes capras uocant. Insidias, quas lobates Lydonum rex è lectissimis iuuenibus illi parauerat redeunt, superauit, quas propter dolum caudam serpentis uocant. Natalis Comes Mythol. lib. 9. cap. 4.

Cum adulterij cum Tauro ducen non solum conscius, sed etiâ adiutor Ariadnæ Minois uxori **DÆDALVS** fuisse, à Minoe in uincula coniectus est unā cū filio Icaro. Iis perruptis cum sibi & filio Icaro non magna ædificasset nauigia, primusq; omnium uelificationem adiuuisset, quod Minois classem, quæ remis tantum utebatur, secundo impulsu uento anteuerteret, ipse quidem in terram in columis appulit: Icaro uero nauem, imperitia gubernantis euerfam tradit: & sub undis enectum, maris æstu delatū in insulam iuxta Pergamum, cuius nomen nondū proditū fuerat Hercules cum fortē in illa loca uenisset, agnitiū cadaver sepeluit, ubi hac etiâ ætare non magnus terræ agget spectatur, in promontorio quod **Ægæo** mari imminet. Ab Icaro sanē & insulā, & quod eā incingit mare, nomē accepisse aiunt. Pausanias in Bœoticis. Dicitur est igitur Dædalus alas excogitasse, quæ cum illū classis Minois insequeretur, ipse primus uelificationem inuenit, ac uentum secundū in puppim nactus, Minois classem antemerit, quæ remis tantum utebatur, ut ait Pausanias in Bœoticis. Natalis Comes Mythol. lib. 7. cap. 16.

CRETENSES iam pridem, ut Strabo lib. 10. demonstrat, nauigadi principatū tenuerūt, à quib. ppter id fluxit prouerbū, **CRETENSIS** nescit pelagus, in eū, qui ea que ppe nouit, se igno rare dissimulat. Eorū rex Minos mari primus imperauit. In classe Xerxis, quam contra Græcos duxit, quæ ex mille ducentis & octo triremibus constabat, **PHONICES** trecentas naues habebāt, omnium uelocissimas, & inter eas optimas **SIDONIÆ**. Secundam laudem **ARTEMISIA** Cariæ regina, Lygdamis F. Masoli uidua, quinq; nauibus instructa, meruit. Herodotus lib. 7.

Naucleri, Gubernatores.

Tiphæenses præcipuam sibi præ cunctis Bœotijs maritimarū rerum peritiām uindicant: **TI PHYN** prædicantes, cui nominatum Argūs tabernacula credita sunt, suum fuisse indigenam. Ostendit uerò extra oppidū locū, quo Argo ipsam Colchis reuerfam applicuisse dicit. Pausanias in Bœoticis.

CANOPVS, auctore Plinio, fuit gubernator nauis Menelai: à quo ostium Nili Canopicum nomen sumpfit, ubi istu aspidis mortuus est.

PALINVRVS gubernator Aenæ. Virg. lib. 3. Aeneidos. Nauis gubernator **AMARSYDAS** erat Pherclus, ut refert Simonides, quando Theseus cū reliquis in Cretâ Minotaurō obijciendus nauigauit. Philochorus ab Sciro ait ex Salamine Thesea gubernatorem **NAVSITHEVM** accepisse, & **PHÆACEM** prioræ rectorem, quod nondum Athenienses rem matimā tractarent: etenim fuisse unū ex impuberibus Menesthea Sciri ex filia nepotē. His astipulantur Nauisithi & Phæacis posita in Phalero à Theseo apud Scironis fanū monumenta. Ac solennia Cybernesia in honorem horum tradit agi, quasi dicas Gubernatoria. Plut. in Theseo.

PELORVS gubernator nauium Annibalidis fugientis, ab eo in Siculum mare præcipitatus, promontorio nomen dedit. **PETITVS** nauclerus Pompeiū supplicem suscipit. Vide Tit. Aduerfa praelia non ferre.

TELONEM Massiliensem Lucanus à nauigandi astrorumq; peritiā laudat lib. 3. Pharsaliæ, ubi ait:

cccc 4 Dirigit

Dirigebat puppim miferi quoq; dextra Telonis, Qua nullam melius pelago turbante carinas...

Monsivores. Mesonata, qui medum inter naves, id est, remiges locum obtinent, reliquis remigandi signum prebet.

Remiges. MNESTHEVS, Sargeffus, Cleonthus, nautæ fuerunt Aeneæ. Virg. lib. 4. Aen.

Fuit SARO nauta, qui moribus suis inegantibus & inurbanis, frequenti adagio locum fecit, Satone magis nauticus.

MANDRO nauicularius, aspirante fortuna, tandem factus est imperator: unde etiã factus adagio locus, Fuit & Mandroni ficulna nauis.

NAVTA ob Alexandri diadema capiti impostum morte plectitur. Vide Titulum insignia imperij usurpata ambitiose vindicare.

TYMASION Aegyptius nauta. Vide Tit. Incestum fugere. Paralus & nauis Salamina fuerunt vires sacre & publicæ;

AMYCLAS nauta, ad quem tempore belli civilis accessit Caesar, ut ab eo transechecetur in Italiam. Lucanus lib. 5.

ESILICINVS remex rex à Michæle Imp. Constantinopolitano creatur. Vide Tit. Imperij ambitiosa conseruatio.

Francisci Ruucri Minoris Saouensis, qui postea pontificatus sub Sixti IIII. nomine adeptus est, PATER nauta fuit. Fulgofius lib. 3. cap. 4.

Tomenta. HELVETII suis humeris tormenta per Apennini iuga portant. Vide Tit. Crudele tatis ob mortem alijs illatam.

Aquam. CEANTHES Phanizæ F. Albus, discipulus Crætetis, deinde Zenonis, cui successit magister Chryssipi Solensis & Antigonis regis.

AN. 465. in Constantinopolitano incendio à dæmone excitato, ASPAR Patricius, uir clarissimus, aquã ad id restituendũ hu meris suis attulit, & singulis opem ferentibus numos aureos pro mercede promisit.

Winum. GRAMENGIUS baiulus uinarius Bononiensis. Vide Tit. Vitæ aliorum astute insidiari extra iudicium.

Lapides. Columnas. ARCHITECTVS Aegyptius uexit domum de saxo solido in urbem Sain. Vide Tit. Regiæ magnificæ.

Cheopes rex Aegypti, omnibus templis obseratis, AEGYPTIIS, ne sacrificarent, interdixit. Deinde iussit, ut in suis ipsius operibus exercerentur.

CTESIPHON machinam ad ferenda grauiora onera primus extruxit, qua usus est ad deportandas ex lapicidinis columnas Ephesum ad Dianæ fanum. Vitruuius.

Circa annum sal. 173. tres eorum magnitudinis columnæ ex OPERAE MECHANICAE CIRCA RERVM CVSTODIAM VERSANTES. SIC ALIAE OPERAE

CONSERVANT, Custodiunt REGIONES, INSVLAS, urbes. Puta Coloni.

Sennacheribus ad custodiendã Iudæã incolas misit ex Assyria, qui æmulatores Iudææ legis facti, SAMARITANI nuncupati sunt, quod Latine custodes sonat. auctor Euseb. L. Viues in lib. 15. Aug. de ciuit. Dei, c. 24.

Græcia Venetias aduectæ sunt (quidam ex Constantinopoli tradunt: sed id Emanuele imperate quomodo fieri potest. rit non intelligo) onerarijs nauibus. Illarum una, ubi naues appulsæ sunt, quæ in continentem machinis quibusdam trahi cœpisset, superato artificum ingenio, nimio pondere in profundum depressa, ad hunc diem sub aquis est: reliquæ diligentiore cura adhibita in terram deductæ.

Quæ quum aliquandiu humi iacuisset, nec amplè quamuis mercede propofita reperiretur, qui eas erigere auderet: tum mira transigendi operis cupiditate publico decreto editum, ut quicumq; id opus suo ingenio consummasset, fas illi esse à principè & populo petere quod uellet: quandoquidem si deberet. Ad famam propofiti operis multi, ut fit, alij spe præmij, alij gloria adducti, rem tentare sunt ausi.

Verùm VNVS omnium, ex Cisalpina Gallia, ut dicitur, profectus, opus peregit, madefactis affiduo aquarum factu funibus, quibus appensa erat moles: parua intercepæ dine distans in confectum fori, ubi hodie uisuntur, geminas statuit columnas. Quarũ utraq; suo epifylio, aureum hæc Diui Marci signũ, ea figura qua alatum leonẽ imitatur: altera Therodori martyris hæcæ & scuto incubantis habet. Ferunt pro uelocede postulatam, ut alæ uisibus ipso intercolumnio uel dolo ludere impune liceret. Hic quoq; Rium altum pi mus omnium ponte iunxit: atq; alias complures promontus est machinæ, publicis operibus haud inuiles. Pro quibus omnibus ex publico in reliquum uitæ uictum imponit. Sab. lib. 7. Dec. 1. & Egnat. lib. 8. cap. 13.

Arma. Armigeri. DAVID Iſraël Saulis regis armiger. Vide Tit. Dæmoniacorũ Literarum. Tabellarij.

Vide Tit. Curforum, quatenus literas perferunt. Item Titulum Nunciatorum.

ANGARVS, ἄγγυρος, operarius. Est autem uox Persica, ut scribit Hefychius, ἄγγυρος δὲ ἡ τῆς βασιλικῆς ἀερομεταφορῆς. Hos uulgus nostrum postas, quasi postas curforum stationes appellat. Vnde Angaria, operæ publicæ ob negotiũ aliquod obortum, cui celeriter prouidendum est, impofita.

IMPP. I. I. C. de sacrosan. eccles. Hotoman. de Verbis iuris. ASTANDÆ Persarum grammatorum, siue tabellarij, qui ceris itinerum spacijs permutablebantur. DARIVM Persarũ regem fuisse quandoq; regis astandam, Plutarchus scribit in libro de Alexandri fortuna: quo argumẽto illius, inquit, coarguitur seruilijs ignobilitas. Cel. lib. 18. c. 8. A. L. ex Suida.

PHIDIPIDES Atheniensis tabellarius. Vide Titulum, Curforum extra stadium. Mediolani principem, VEREDARIO S habuisse constat per Italiam, qui dispositi per modica interualla, celeritate itinerabili alius ad alium literas perferrebant. Cælius lib. 8. capite 8. A. L.

Libros. Capfarius, qui puero ad ludum literarium eunt libros in capsula defert.

Impedimenta. Multi Mariani, castrensi prouerbio dicti sunt uaricosi MILITES, qui ex C. Marij ducis instituto, in furca, tabella interposita, sua onera portare consueuerant, ut testatur & Festus Pompeius. At Plutarchus in uita C. Marij originem adagij bifariam refert. Cũ Marius imperator milites cursu, uarijsq; ac longis itineribus, gestandisq; oneribus, exerceret, atq; illi iã afflicti, non grauatim tacitiq; ea ferrent, castrensi io co ἡπίστους παρασκευάσαι, id est, multi Mariani dicti sunt. Meminit mulosum Marianorum Iulius Frõtinus lib. Stratagematorum quarto, hifce uerbis: C. Marius recitendorum impedimentorum gratia, quibus maxime exercitus agmen oneratur, uasa & cibaria militum in fasciculos aptata furcis imposuit, sub quib. & habile onus & facilis requies esset: unde & in prouerbiũ tractum est, Multi Mariani, nimirum ob laborum tolerantiam, quæ d Homerus ἡπίστους παρασκευάσαι idem appellat. Erasmus in Adagijs.

Milites. De his supra, ut pro alio pugnant. Hic ut Regnum defendunt uel custodiunt.

Excubitores. Athenienses excubijs agẽdis INSVLARES magno stipendio educere solebant: ita ut in prouerbiũ uenerit, Excubias oportet agere, aut diutem esse. Erasmus in Adagijs.

HOMI-

HOMINES. HVC Satellites. De his supra, ratione Operæ quam alteri prestant. Custodes carceris. De Commemorationibus supra, alio respectu. De Præfectis horreorum etiam supra. Illic Locis, hic Locati habetur ratio.

FRVCTVS. SYCOPHANTA. Fuit id genus hominum apud Athenienses, qui fides matras custodirent, & deprehensos fures deferret ad magistratum. Ob quorum deinde calumnias & mendacia (quando testimonio solo quos accusabant premeuere, neq; alia fide opus esset) factum est, ut Sycophantia pro calumniandi libidine usurparetur. Huc etiam Pnearum & Hororum custodes.

CARNES. CONSERVANTVR Clauo. VENATORES olim, scubi in remotioribus suis deiecerunt, uel ceruum, ne computrescerent, clauũ aneum insigebant, ad auertendam putrefactionem. Cælius lib. 29. cap. 6. A. L. Sale.

Excit. Salsamentarium, huc quadam. THESA VROS. Vide Tit. Quæstorum. Illic dignitatis, hic opere habetur ratio. Quæstores à querendo & acquirido: Custodes à quæstis conseruandis nomen habent.

ANIMALIA. Huc ii qui uinarius præfecti sunt. De quibus sub Animalium Operi.

LIBRI TERTII TITVLORVM DISPOSITIO.

Opera ipsa mechanica, ab opificibus eximie dictis confecta, deinceps explicanda. Artes mechanice nonnihil sunt ferè innumere: ut appellationes conspiciantur: classes in certissima. Sed periclitari præstat, uel cum ignorantie opprobrio, quæm institutum pulcherrimum relinquere: saltem ut posteri occasione habeant radia hæc aliquando expoliendi perficiendiq;. Opus quodlibet suæ causis habeat: suos operis distingui possunt atque debent. Quæ cum sint numero quatuor, fit ut in denominandis & distinguendis artibus mechanice mira sit perturbatio, cum aliæ ad alias, sepe una aliqua ad diuersas causas reduci possit. Nos fontes describemus, ab excellentioribus causis respice. Hæc classes artium sortiti. Ergo Mechanicorum operum differentie aliæ petuntur potissimum à

SVBIECTI. Vrbes. Messanenibus in Sicilia olim datũ fuerat oraculũ, CARTHAGINENSIS urbis suæ lixas futuros. Itaq; Hamilcar Carthaginiensiu duci sese opponere ausi fuere. Verũ captã urbem, Hamilcar Carthaginiensibus militibus tanquam seruũ mandauit, ut ædificia cuncta in cetero diũ & ruina dclerent, ne tempore breui, neq; parua posset opera restitaurari. Diod. li. 14.

Animalia. Huc Lanis, & Venatores, quatenus animalia interfecit. Apud Homerũ THRASYMEDES Nestoris filius securi botum obruncat, cum Nestor non posset ob senectutem. Athenæus lib. 14. capite 31. Apud Rom. CENSORES, purpuram induti, atq; coronati, uicimas securi percutebant. Ibidem.


Homines. Tales sunt Carnifices. De quibus supra sub Hominum operi egimus.

MODI. SIC CORRVMPVNT Igne, Incendiarij. Incendiarij operã hic consideramus: Habitu sub loco his iustitie profane: ipsum Infortunium sub Paupertate, quatenus Vrbes uel Classes igni lauruntur.


HERACLIDES Tarëtinus architectus, Rhodiũ classẽ incendit. Vide Tit. Stratagematum. NICETAS Oriphas filius igne Saracenorũ naues concremauit. Cuspinianus.




LIBRI TERTII TITVLORVM DISPOSITIO.



Forma. Vide seq. signum A a. Efficiente. Sub signo B b. Fine. Vide signum C c. A. For



Et Sic



dddd Volv




Voluminis Vigesimali
Liber III.

DE MECHANICIS Operib. siue
OPIFICIB. mechanicis.

ΜΟΙΗΜΑΤΩΝ insignis est uarietas, & nescio an à quoquam emen-
sus Oceanus. At quia τῶν καθύπερθε cognitio infinita est, summis capi-
tibus contenti sint oportet, quibus singula sensu explorare, ratione com-
plecti, non datur. Fontes ergo Operū mechanicorum, hoc est, causas ipsas
contemplemur singillatim, à quibus artes ποιητικὰ quælibet & esse & no-
men trahunt, ita tamē ut ad unam aliquam causarum, hanc uel illam, exi-
miè referantur. Ergo si quatuor causæ expendantur, MATERIA primo
loco occurret: eaq; uel Simplex, ut est Ignis, Aer, Aqua, Terra: uel Mixta, Na-
turalis partim, partim Artificialis. Sub Naturali complectimur Inanima-
ta, ut Lapides, Metalla. item Animata, hoc est, petita ex Vegetabilibus simul
& Animalibus. Ex Vegetabilibus dico Integris, eorundem uel partibus: pu-
tà ex Radicibus, Cortice, Ligno, Virga, Caule, Folijs, Floribus, Fructibus,
Seminibus. Pariter ex Animalium partibus aut Internis Duris, ut sunt Ossa,
Dentes: Molliùsue, siue Fluidis, ex Sanguine, Lacte, Melle: siue Solidis, ex
Carne, Intestinis, Ligamentis, Neruis. aut Externis, ex Contingente scilicet,
Corio siue Pelle: ex Contentis item tum Rigidis, Cornibus, Ungulis: tum
Flexilibus, Pilis, Lana, Setis. Materia Artificialis, arte facta est, uel saltem
præparata, multiplici specie: cuiusmodi est Filum ex qualibet cunq; mate-
ria ductū, ex lino, alumine, ferro, auro: Tela, Corium præparatum. FOR-
MA secundum locum obtinēs, uel Indefinita est & communis (qualem
illi indunt, qui Materiam multis alijs artificibus communem præparant:
ut Corium, ut Linum, ut Lignū, ut Metallum) uel Definita & certa, ut qui
Lignum exsculpunt, qui Metallum cælant, qui ex Palea Vannos faciūt, qui
ex Cornu Pectines. EFFICIENS duūm generum, Princeps & Coadi-
uans. Sic agūt omnes Mechanici, ui animi, corporis ministerio: sed in alijs
magis elucescit occupatio Animi: & hæ Liberales artes appellātur (cuius-
modi est Pharmacopœia, Pictoria. illa Medicinæ, hæc Matheos colona)
in alijs occupatio Corporis: quæ Mechanicæ eximiè dicūtur. Instrumento
agunt omnigeno: cuiusmodi est Ignis, Aqua, Tornus, Ascia, Serra, Mola,
Pistillus. FINIS mechanicorum operum cōsiderari potest duobus mo-
dis. Essentialiter primūm, respectu scilicet uel Personarum, quæ his instru-
ctæ organis Agunt (sic Citharæ usus, ut ea Musicus personet) Patiuntur uel
(sic Citharæ usus, ut eius sono afficiantur aures humanæ) uel respectu Ef-
fectus, quem organum imprimit in re uel persona cui adhibetur. Sic Ci-
tharæ

tharæ usus est, mentem humanam delectare, erudire, incitare, refrænare.
Accidentaliter item cōsideratur, quatenus organum ab artifice factum in-
feruit usui uel Ipsiusmet (sic faber ferrarius malleum, forcipem, clauum
sibi ipsi fabricat: & Cyclopes olim ἐκατόχρητες, fortè quia instrumēta & fa-
bricari, & fabrefactis uti noscent) uel Aliorū. Sic Faber ferrarius arma sup-
peditat uenatori, pastori, coquo, fabro lignario: sic Lignarius captas merca-
tori, uestiario: sic miscella artium mutuas tradētium operas ἀνθρωπινωτάτη.
Respectu autē huius aliæ artes ab Arist. uocātur in 2. Physicorum Ποιούμενα,
quæ faciunt aliquid, licet eo non utantur, nisi per accidens, quatenus eo
commutato uel diuendito lucrum inde captant, & sic ad Artes commu-
tatrices pertinent: aliæ Χερόμυνα, quæ operib. superiorum utūtur, tanquam
organis, operi cuiusq; inferuentibus. Quarum ipsarum rursus quædam
sunt Principes, & supremæ, quæ opera aliorum ad usum accommodāt,
& ἀρχιτεκτονικὰ dicūtur, ὡς ἀρχιτεκτονικῶν, quod imperēt alijs (hinc Aedi-
ficatoria ars, quia innumeros artifices famulantes habet, Architecturæ no-
men κατ' ἐξοχὴν meruit) quædam Famulantes, mediæ quodammodo in-
ter absolutè ποιούμενα & architectonicas, cum utantur aliarū operibus, &
uicissim sua opera alijs præbeant utenda. Sic qui frænum fabricat, à Ferrar-
io ferrum præparatum accipit, ipse frænum à se confectum Equiti
utendum præbet. Sartor à Textore pannum accipiens,
uestem qua tegantur alij parat.



MECHANICI OPIFICES SECUNDVM MATERIAM
OPERIS considerati. Sic uersantur circa

• AQUAM V. G.

• SALIS COCTORES.

Sal quatenus Alimento inferuit, inter Mechanicæ
ποιήματα, à quibus patitur is, qui in uti-
tur, infra referetur.

IOANNES, Alberti ducis Brunswicensis frater, primus operā
impedens salinæ Luneburgensi, nouam illi uenam aper-
uit, longè ea quæ pridem fluxerat uberiorē, an. Chri-
sti 1269. & prosperè cessit opus in manibus eius uehemen-
ter. Cranz. lib. 8. Saxon. c. 27.

HERRNO ex rege Daniæ, pulsus à Fridleuno Frothonis III.
antecefforis filio, salis coctor factus. Saxo lib. 6.

• LAPIDES, MARMORARIJ,
LAPIDARII, LATOMI.

Qui eruant lapides, inter Acquisitores operis refe-
rentur. Hic Opifices, opus lapideum ef-
ficiētes, spectamus.

ROBERTVS Kocherand lapicida insignis, à Iacobo III.
Scotorum rege Mariæ comes creatus, capto à proceribus
rege strangulatus est. Appendix hist. Scotorum.

• METALLA. HVIVS
sunt generis

• AVRIFABRI.

De VULCANO Græci fabulantur, recēns natum, à Iunone
abiectum esse: nihil uerò illum iniuriæ oblitum, dono ma-
tri auream sellam misisse, cum oculis quibusdam uinculis.
Dea cum assedisset, statim uinculis implicita fuit. Cum
uerò præterquam Libero patri fidem deorum nemini ha-
beret Vulcanus, uino delinitum Liber in cœlum eum redu-
xit. Paufanias in Atticis.

ELIGIVS Lemouicensis aurifaber, sub Dagoberto rege Fran-
corum, phœcetrum S. Marcelli & S. Genouefæ argenteum
fecit. Item emittit auream ad D. Dionysium. Idem postea
ad Nouarum in episcopatum cœcilius S. Pauli templi

Parisijs condidit, quod post de eius nomine dictum fuit.
Aegidius Corrozerus in Antiq. Parisiensib. Multis claruit
miraculis: obiitq; anno ætatis 70. Christi 675. Vincentius
lib. 23. cap. 83.

Pannonæ & Morauj Poloniam uastabant, post Vendæ prin-
cipis bellicosissime obitu. Polonis sæpius profigatis, aiunt
aurifabrum quendam PRÆMISLV (qui ob id facinus
postea principatum inter suos adeptus est) coadunata ma-
nu uoluntariorum, galeas & clypeos è teneriorib. arborum
corticibus & quauis alia materia magno numero fabricari
curasse, eaq; partim felle, partim lithargyrio extrinsecus il-
lita, noctu, è conspectu hostilium castrorū, in extrema sylua
truncis arborum appendisse, ad orientem solem obuer-
sa, ita ut repercussu radiorū solis armati exercitus speciem
eminus inspectantibus exhiberet. Id conspicati hostes, pau-
ci tumultuariè correptis armis, contentu sæpe uicti fuga-
tiq; à se hostis, quasi ad certam prædam procurrere: & cum
longius in syluas fugientes Polonos persequi instituisent,
in præparatas à Præmislo insidias præcipitati sunt. Poloni
deinde castrorum armis induti, ad castra hostilia contendē-
re, & imparatos opprēssere. Cromerus lib. 2.

AVRIFABER Tolcanus filij morte à morte liberatur. Vide
Tit. Liberorum amor erga parentes.

DAVID Anabaptistarū aurifex. Vide Tit. Hereticorū.

• ARGENTARIJ FABRI.

Ex Titulo, Calatorum, hinc transferantur exem-
pla. Illic Formæ, hic Materie ha-
bent ratio.

DEMETRIVS argentarius Ephesinus, seditionis cōtra Pau-
lum apostolum ciendæ auctor, Actorum 19.

• FERRARIJ FABRI.

TVBALCAINVS, filius Lamechi, atnepotis Caini, omnis
ararij & ferrarij opificij fabricator fuit. Genes. 4.

Veteres ferrarij FABRI ante fornaculam solebant ridicularia
quæpiam appēdere, inuidiæ auertendæ gratia. Ea uerò di-
cebantur. Balcania. Cælius lib. 20. cap. 30. A. L.

IOSEPHVS pater Christi opt. max. ex opinione Iudeorum, faber fuit, ex 13. Matthæi, & Marci 6. Pleriq; lignarium fuisse arbitrantur. At Hilarius in Mathæum canone 14. ferrarium facere videtur, inquit, Sed planè hic fabri erat filius, ferrum igne uincens, omnè seculi uirtutè iudicio deoquentis, massamq; formans in omne opus utilitatis humanæ. Memoriam prædidit Apollodorus lib. 1. Deorū, **C**YCLOPES statim natos in Tartarum deictos fuisse, deinde Iouis opera, ita præcæte Tellure, quia uictoriam illi aduersus patrem natiuinata esset, è uinculis liberatos, Tunc Cyclopes Plutoni galeam donarunt, quâ si quis haberet, à nemine uideri poterat. Tonitrua, & fulgura, & fulmina Ioui, quibus omnes mortales perterrefaceret: Tridentem Neptuno, quo maria omnia perdomaret, fabricauerunt. Idcirco crediti sunt ex illo tempore Cyclopes, & inter hos maximè Brontes, Steropes, ac Pyracmon, fulmina Ioui in Aetna Siciliæ monte facere, ut ait Virgil. lib. 8. Natalis Comes Mythol. lib. 9. cap. 8.

DACTYLIDæ ferrum primò excudere adorti sunt, Cybele monstrante. In Creta insula inueniunt, quam terram primi omnium tenuisse credunt. Quidam centum numero fuisse memorant, Ephorus decem namq; quo planè numero nomen fuerit illis indit. Eos ex Ida, quæ in Phrygia est, cū Mygdono profectos uenerunt quidã, in Europamq; transca diste. Vbi diuina di periti, cantū, initiationes, & mysteria docuerunt. Adijciunt his, quod nō in Creta, sed circa Berecynthi Phrygiæ ferri natura illi demonstrauerunt, ac præter id dicta ignis & æris usum, quapropter ueritas ut deos quosdã sit illos uenerata. Sab. lib. 4. En. 1. Sunt q; dicat Idæos Dactylos appellari Corybates primos sub Idæ radices habitatores. Nā pedes montium, ima radicesq; uocari, summa uero *κερυφές*. Omnes igitur particulari extremitates circa Idæ deorum matris esse cōsecratas. Opinio itè Sophoclis est, quq; primos uiros fuisse, qui ferrū excogitantes primū fabricauerunt, aliãq; p̄multa mortalium usū necessaria. Eorū quinq; etiã existisse forores. Ab eo numero dactylos, id est, digitos nuncupatos. Quidã eos omnes magos, & incantatores fuisse intelligūt, & circa deorum matris sedulos in Phrygia, afines Idæ domos tenuisse, Phrygiã Troadē uocitantes, quia Phryges propinquos Troia populata uictores occupasset. Existimant autē ab Idæis Dactylis, Curetes & Corybantes fuisse prognatos, primos etenim in Creta genitos uiros ceterum, Idæos Dactylos nuncupatos, à quib. procreatos Curetes nouem existisse. Horū singulos uiros decē genuisse, ex quo Idæos Dactylos nominauerunt. Strab. li. 10. & Dio. d. li. 17.

CELMIS, ut scribit Xenodotus, unus fuit ex Idæis Dactylis, qui cū rem deorū Rheam uiolasset stupro, deinde à reliquis fraudibus reiectus est. Ab hoc ferrū solidissimū cudi solebat. Ait huius historia mentionē factã apud Sophoclem in Satyris. Enarrator Apollonij de Dactylis Idæis refer hos uersus ex Phoronide, — *Ἴδαοι γένους ἰδῶσι φρούρας αἰδῶσι θεῶν ὄνειροι δὲ ἴννοι, Κέλμης, δαμναμένους τε μέγας, ἢ Λαοφῶν ἀκμων, Ἐδπλάγμωι θεῶν ὄνειρος ἰδῶσι δὲ ἴννοι. Οἱ πῶροι τῆριλι πολυμήνης ἠδὲ ἠέριος Ἐδρῶν ἐν ἠερίσιν ἠδὲ κίμων ἰδῶσι δὲ ἴννοι. Ἐστῶν τῆριλι δὲ ἀετῆρας ἴννοι ἰδῶσι δὲ ἴννοι.* id est, — Illic habitabant

Montigenæ Phryges Idæi, gens arte celebris, Celmis, Damnamenūq; ingens, Acmonq; superbus, Montanæ docti cultores Adraffæ. A quibus ars Vulcania primis esse reperta dicitur, & nigrum nemorosum in monte repertum In uariis usus monstrant uideri ferrum, Impositūq; igni miro splendescere cultu. Eras. in Adag. Fetti glutinum, siue ferruminationē, Samius GLAUCVS excogitauit primū: enato inde adagio, de ijs quæ facili perficiantur, Glauci ars. Cælius lib. 6. cap. 6. Antiq. lect.

Clemens temperiæ ferri DELÆ Iudæo tribuit, quem Hesiodus Scytham scribit fuisse. Polyd. lib. 2. cap. 19. de Rebus inuent.

TELCHINES, fabri ingenio sissimi. Vide Tit. Magorum.

FABER ferrarius Tegeates Orestis sepulchrum domi suæ patrem fodiens reperit. Vide Tit. Oracula intellecta.

ELICO Heluetus faber Gallos in Italiam allicit. Vide Tit. Ebrisorum, quo ad delectum potus.

SOSES Syracusanus faber ferrarius, qui M. Marcellum in Syracusis expugnâdis adiuuauerat, D. agri iugerib. & domo Syracusis donatus est à Rom. bello Punico 2. Sab. lib. 4. En. 5.

Petici Macedonum regis ultimi FILIUS artem ferrariam ob quaerendū uictura didicit. Cælius lib. 9. cap. 18. Antiq. Lect.

Ob Galieni Imp. ignauiam faber etiã ferrarius nomine MARIVS, triduanus imperator, armorum opifex, in Gallia imperiū assumpsit, & triuo tatum imperauit. Vir strenuus, ac militaris, usq; ad Imperiū gradibus euectus. Occisus est à

quodam milite, operatio eius in fabrilii officina: qui gladio in eū rurs, dixit: Hic est gladius quē ipse fecisti. Mirè aut fortitudinis fuit in manib. ac digitis, quū currus digito saluari sifteret, & multos digitorum allisione cōtereret. Cusp.

APULLE S Aegyptius faber ferrarius, in icenijs, ut Christo feruiret, perseuerantissimus. Vide Tit. Iulianij.

CAMARIS & CASTELLANVS fabri Constantinopolitani urbē Andronico iuniori aium Andronicū obfidenti prouideret, qua parte ipsi moenia custodiebant. Gregoras lib. 9.

CVRINA faber ferrarius. Vide Tit. Mortuorum præfagia.

BONICIVS faber Senensis, pater Hildebrandi, qui ad pontificatum ascendit sub nomine Gregorij VII. Cranzius.

Apud Germanos **F**ABRI ferrarij ex artij suæ operibus & instrumentis cognomina assumunt, & coguntur, gentilitio familiarie nomine & insignibus abiectis.

Conradino rege Siciliae **F**ABRI sublati, exercitui reliquæ Germanum militem **F**ARRVM Oxenfurtensem, facie Conradino simillimū, regē creauerunt. Cæterum quietis causa, clam in Germaniam profugit. Stumpfius.

CHANGIVS faber ferrarius, Imperator Tartarorū creatus, Vide Tit. Magistratum electio.

ANDREAS faber ferrarius sub Iustianiano. Vide Ti. Impositū

DE VITRVM. VITRARI ARTIFICES.

Hæc ii qui ex vitro siso quecumque tandem organa con- fiant, quiq; ex vitro laminis fenestras faciunt. Materie hic habentur confidendo siliis: organa quæ diuersa, ad diuersos quoque formas referri possunt.

SYDON urbs Phœnicie, uitri inuentione clara. Plin. lib. 5. c. 19. artificem uitri uocat. Idem lib. 36. cap. 23. de uitri origine sic scribit: Pars est Syriæ, quæ Phœnicæ uocatur, finitima Iudææ, intra montis Carmeli radices, paludē habens, quæ uocatur Cendeuia: ex ea creditur nasci Belus amnis, quinq; milliã passuum spacio in mare profuens, iuxta Prolemaidem: len- tus hic currit, insalubris potus, sed cœremonijs facit, limosus, uado profundus, non nisi refuso mari arenas fatetur: fluctibus enim uolutatē nitescunt, detritis sordibus: nūc & à marino creditur astringi mdrsu, nō prius utiles. Quingenta torū est passuum nō amplius litoris spaciū, idq; tantū multa per secula gignendo fuit uitro. Fama est, appulsa naue mercatorum nitri, quum sparsit per litus cupulas pararet, nec esset tortinis attollendis lapidū occasio, glebas uitri dnatē subdidisse: quibus accensis, permista arena litoris, translu- centes nobilis liquoris fluxisse riuos. Et hanc fuisse originē uitri. De hoc ane Iosephus etiam in 2. de bel. Iud. Stadijs, ait, duob. à Prolemaide Belus amnis distat, iuxta quē sepul- chrū Memnonis est, & uitrea in rotunda ualle arena, quam uenti ex circumiectis ingis cōuehunt, inexhausta scullis ui, sed ante omnia, mirabili natura, mutandi alia quoq; in ui- tram quæ attigerit metalla.

Ferunt Tiberio principe excogitatum uitri temperamentum, ut flexibile esset: & totā officinam ARTIFICIS eius abo- litam, ne æris, argenti, auri metallis pretia detraherentur: eaq; fama crebrior diu quam certior fuit. Neronis principa- tu reperta est uitri ars, quæ modicos calices duos, quos ap- pellabant Prætoros, Hæ—s. sex millibus uendebat. Plinius lib. 36. cap. 25.

Memorable est miraculū, quod Euagrius lib. 4. cap. 36. & Ce- drenus narrat. Iudæi uitriarij cuiusdam Constantinopolitani PVERR, unā cum reliquis Christianorum pueris particu- lam immāculatū corporis Christi Domini nostri acceperat. Ob hanc causam à patre in furnū ardentem cōijcitur: ubiq; miraculoso & stupendo planè modo illæsus, & incolumis seruatur, donec tandē à matre sua inuenitur. Interrogatus Quomo do illæsus tam diu permāssisset: Mulier, inquit, pur- pura uestita crebro ad me ueniens, aquam porrexit, illaq; carbones uicinos extinxit, cibūq; mihi quoties esuriui sub- ministravit. Sub Iustiniano Imperatore.

VATINIUS Beneuentanus, fuit artifex calicū uitreorum. Hinc Vatinia uocantur uasa uitrea. Martialis libro 10. & in Distichis:

Vilia futoris calices monumenta Vatinii Accipe. — Is fuit difortū corporis, futrinæ alumnus, ediditque munus gladiatorium Beneuenti. Cornelius Tacitus. Narrat Cardanus lib. 10. cap. 32. de Rerum uar. uidisse se cathenam uitream à LVGDVNENSI quodam fabricatam tanta subtilitate, ut humi allisa non frangeretur. Præterea mon- tes, specus, animalia, suis depicta coloribus, iacula item mi- nutissima, ut è cera diceret cōfecta. Cutrum præterea cum bobus, qui sub muscæ alis occultaretur.

DE LIGNVM. Lignarij fabri.

POLYTECHNVS faber lignarius. Vide Titulum, Aemula- tiones mechanicæ ambitiofæ.

DIONYSIVS Syracusanus iunior lignifaber. Vide Titulum, Infidiarum metus nimius.

FABER lignarius prodit arcem Hegij. Vide Titulum, Sæui- tæ bellicæ erga hostes uiuos.

IUSTINVS I. Imp. qui nepotem Iustinianum reliquit, Thrax ignobili loco ortus, tubulus ob inopiam suam in uicinis fabrico locauit. Fulgofus lib. 7. cap. 10. Exemplorum.

DYRANDVS Podicenfis faber lignarius pacis suafor. Vide Titulum, Bellicæ pacis auctores.

DE CORIVM. HVC CORIARI.

Hic eos tantum, qui Coria ipsa conficiunt. At qui ex uisilem tabernacula uel ueres uel nestes parant, Inter Architectos & Fascularios & P- siarios sunt referendi.

TYCHIO coriarius uel futor apud Nouum murū (locus est inter Cumas & Smynam) cūm Homerū cæcum coram of- ficina sua uersus recitante audiuisset, eum hospitio benig- nè suscepit, & inde Homerus è poeti uisus subfidia ha- buit. Offēdebatur quinetiam ad Herodoti usq; tempora lo- cus ibidem, ubi Homerus sedens carmina sua exhibere con- fuerat. Homerus inde gratus, in Iliade sua Tychium cele- brat, quod Aiacis Teurum fabricarit, inquit enim:

αἶνος δ' ἐγγυδὸν ἴδης φησὶν ὁσῶος ἦν τῆρ ποσειδῶν, ἄλλοιον ἐπιλάθεσθαι, δ' οἱ πύχλος κέρμα τῆρ δῶρον, ἀκρωτηρίων δ' ἄριστος, ἠὲ ἦν ἰδὲ οὐκ ἔσθαι.

MECHANICI OPIFICES SECUNDVM FOR- MAM OPERIS CONSIDERATI. VT SVNT

DE IGNIS CONFECTORES ARTIFICIALIS.

BALINICVS architectus, ab Heliopoli Syriæ ad Romanos confugit, ignemque marinum adinuenit, quo usi Romani naues Saracenorū exusserunt. Sigebertus in Chronicis, & Zonaras.

DE AQUAE PER DESTILLA- tionem extractores.

Chymistarum hoc munus est. Atq; adeo xpo dī sine li- quores omnes ratione forma huius sunt loci: re- spectu uerò ignis quo educantur, ad Efficientem pertinunt.

ARTIFEX aquarum ex herbis extrahendarū à Francisco I. Francorū rege liberaliter donatus. Vide Tit. Chymistarū.

DE FILATORES, FILATRICES.

Xepῆτες, quæ suis ipsa manib. uel, transferunt inde ad quoslibet opifices manuaris. de his sub Textoribus.

DE RESTIONES.

CALLIAS Atheniensis comicus, Lyfmachi filius, *χωνίω* di- ctus est, quod funes ob paupertatem torqueret. Volaterra- nus lib. 14. cap. 2. Anthropologia. Suidas.

LYSIMACHVS *χωνιεντικός*, id est restio, pater Calliæ. Gyal- dus Dialogo 7. Historiæ poterat.

Augusto Imperatori M. Antonij Triumuir libertinum **P**RO- AVVM restionem exprobrauit, ex pago Thurino: aium ar- gentarium. Suetonius.

MOSSES Iesus quibus educandi pueri Mahomeri iunioris F. Balazetis fratris, sui negotium datum erat, ne resisteret fratres ubi nani puer arceret, anxij ut caperetur & necare- tur, artifices cui dam chōrdari faciendarum tradiderunt. Præ- ter, ut artificium id addidit. Chalcocondylas lib. 4.

Polygnotus pictor **O**CNVM Delphis pinxit, textentem è iuo- coc restim: Ad est aella, totum id, quod ille iam texerit, per- tinaciter abrodēs. Iones quoties hominem uiderint, ad la- borem quidem uehementer propensum, sed cui suus nulli emolumento labor sit, Vir ille, inquit; Ociū fūitūculū tor- quet. Pausan. in Phocidis.

CLEON Atheniensis ex byrsopola, hoc est, coriario creatus exercitus ductor, fortuna fauente uictoriam reportauit, cap- ta Pylo, suam ipsius ciuitatem furto spoliavit, atq; ad eum modum ad summās opes euectus est: tandē per alium cie- ctus maleq; acceptus, poenās dedit, quod non in propria pelle quiescet. Hic inducitur in Aristophanis comœdia, cui titulus Equites, neq; non alijs locis subinde mordetur ab eodem poeta. Erasmus in proverbio, Intra pelliculam.

THEODOTVS coriarius, siue (ut alij) futor. Vide Titulum Hæreticorū.

SIMON coriarius, hospes D. Petri in actis Apostolorum.

SIMON coriarius, ad cuius officinam Athenis sæpe Socrates accedere, & de rebus philosophicis disputare solitus erat, de Socratis disputationibus uolumina aliquot edidit. Ful- gofus lib. 8. cap. 7.

NICAVDA coriarius. Vide Titulum, Mortui qui reuixerunt, sub Enarchi historia.

DE PELLIONES.

MELECHIOR Hofmannus pellio, qui Anabaptistarū sectam reformauit, Argentinæ in carcere uoluntaria perijt inedia, circiter annum Christi 1536.

VRSVS Gesnerus Tigurinus pellio, ex Barbara Frictia Con- radum Gesnerum, anno Christi 1516, sustulit. Ipse bello Heluetico pro patria pugnavit occubuit. Iofias Simlerus in eius uita.

LEONARDVS Zuingerus Bischoffzellensis, pellio, Basileæ ex Christiana Oporina 4. sustulit liberos, Christianum, Chri- stophorum, Annam & Theodorum. Tres primi immatura morte prærepti, patris fatā (qui p̄ se obijt) secuti. Quar- tus adhuc superstes, Theatri huius architectus. Obijt patet anno 1544. ex p̄silitia, cūm ne uxorem eodem morbi ge- nere affectam decubitu suo turbaret, nunquam decumbe- re uoluisset.

DE TEXTORES, TEXTRICES.

Salomon in Encomio sanctæ **F**EMINE, lanam & linum quæssisse illam dicit, & operam consilio manuum suarū.

ANNA Helcana uxor, Samueli prophete filio suis ipsa ma- nibus tuniculas dicitur annuas confecisse.

ELEHANA Isareel Bethlehemitæ textor, Davidis regis mi- les, Goliathum Gehæum gigantem, cuius hæc lignū in- star erat: iugi textorij, in singulari certamine premit. Secun- do libro Reg. 25.

ANNA Tobia, uiri sanctissimi uxor, Ninive aulæ texēdo uiri cæcitatē & paupertatem suscitabat. Quodam die cum hœdus ei mercedis nomine datus esset, Tobias furto ab ea surreptum inueniens, ut redderet suadebat. Tobia 2.

Nendi texēdiq; artem **P**ALLADEM instruisse nemo ambi- git, quippe quæ Mineræ ars nominatur.

ARACHNE (ut fabulatur poetæ) Lydia uirgo, linum primā reperit, teste Plinio lib. 7. Quæ esset lanificij peritissima, ausa est Mineram eius artis inuenticem ad certamē prouoca- re. A qua uicta, in aranæa mutata est: quæ nunc quoq; nere non desinit, suisq; filis hæret adhuc pensillis. Fufos in lani- ficio reperit **C**LOSTER, filius Arachnes. Plinius.

ARCAS, Iouis & Callistus F. Arcadiæ rex, frumentū à Tripo- lemo acceptum populariibus suis tradidit, panes facere do- cuit, uestium texturam, totumq; lanificium; quod ab Adri- stia didicerat, monstrauit. A quo regi illa Arcadia dista; quæ prius Pelasgia. Pausanias in Arcadicis.

Apud **P**HÆACENSIS rei naualis uiri, mulieres pensa trā- hendit & acū uestes texēdi curam gerunt. Plinius. De ijs sic Hom. Odys. 1.

Τῶσσι θέμιστας ἄρα πῶλον ἰδῶσι ἀδῶν, ἴνα θεῶν ἐν πύρρον ἰδῶσι δῶν, ἠδὲ ἠέριος ἰδῶσι δῶν, ἠδὲ ἠέριος ἰδῶσι δῶν, ἠδὲ ἠέριος ἰδῶσι δῶν, ἠδὲ ἠέριος ἰδῶσι δῶν.

Apud **A**Egyptios uiri p̄sā curāt, femina foro uacāt. Aliæ gēttes desup tramā urgēt, Aegyptij uerò subter. Herod. li. 2.

tes Thespijs cum reficeretur, quondam a Polygnoto picti, multumque comparatione superatus existimabatur, quonia non suo genere certasset. Idem & lacunaria primus pingere instituit, nec cameram ante eum taliter adornari mos fuit. Amavit in iuventa Glycera municipem suam, inuentricem coronari, certandoque imitatione eius, ad numerosissimam florum varietatem perduxit artem illam: postremo pinxit illam fedentem cum corona, quae nobilissimis eius tabula appellata est Stephanoplocos, ab alijs Stephanopolis, quoniam Glycera uenditudo coronas sustentauerat pauertatem. Huius tabulae exemplar, quod apographon uocant, L. Lucullus duobus talentis emit ad Dionysio Athenis. Paruas pingebat tabellas ut plurimum. Fecit tamen & grandes tabulas, sicut spectatam in Pompeij porticibus boum immolationem. Eam enim picturam primus inuenit, quam postea imitati sunt multi, aequauit nemo. Ante omnia cum longitudine bouis ostendere uellet, aduersum eum pinxit, non transuersum. Unde & abunde intelligitur amplitudo. Deum cum omnes quae uoluit eminentia uideri, candicantia faciant, coloremque condiant nigro: hic tori bouem atri coloris fecit, umbramque corpus ex ipsa dedit, magna profus arte in aequo extatica ostendens, & in costructo solida omnia. Sicyonae & hic uita egit, diuque fuit illa patria picturae. Tabulas inde de publico omnes praeter a alienum ciuitatis addidit, scauri aedilitas Romae transtulit. Plinius lib. 35. cap. 11.

P A V S O N I S pictoris Aristoteli in Sicilia meminit, & cum figuris tantum & lineamenta, non autem mores & affectus, quem admodum Polygnotus, expressisse scribit. Aelianus de eo in Var. hist. testatur, quod in parua tabella equum currentem frenatumque expressit. Cum uero ille, cuius gratia opus fuerat, indignaretur, quod frenu addidisset, respondit: Angustiam tabellae esse causam, quod in paruo spacio frenare opus fuerit necesse.

N E A L C E S Venerem pinxit, ingeniosus & solers in arte. Si quidem cum praelium nauale Aegyptiorum & Persarum pinxisset, quod in Nilo, cuius aqua est mari similis, factum uolebat intelligi, argumento declarauit, quod arte non poterat. Acellum enim bibentem in litore pinxit, & crocodilum ei insidiantem. Plinius lib. 35. cap. 11.

E R I C O N V S tritor colorum Nealce pictoris in tantum ipse profecit, ut celebrem etiam discipulum reliquerit Passiam, fratrem Aeginetae factoris. Plin. lib. 35. cap. 11.

A R T I S T O L A V S pictor, filius & discipulus Pausiae, unus de uerissimis pictoribus fuit, cuius opera nonnulla commemorat Plinius lib. 35. cap. 11.

Euphranoris discipulus **A N T I D O T V S**, diligenter quam numerosior, & in coloribus saeuus, maxime inclaruit discipulo **N I C E A** Atheniensis, qui diligentissimè mulieres pinxit, Olymp. 12. Lumen & umbras culto diuit, atque uerementer de tabulis, picturae maxime curauit. Opera eius plurima. Inter ea Hyacinthus, quem Caesar Augustus delectatus esse deponere uellet Alexandriae capta, & ob id Tiberius Caesar in templo eius decauit hanc tabulam. Athenis Necoymantiam Homeris. Hanc uendere noluit Atalo regitarentis I. X. potiusque patriam suam donauit, abundans opibus. Prosperissime canes expressit. Hic est Nicetas, de quo dicebat Praxiteles, interrogatus Quae maxime opera sua probaret in marmoribus? quibus Nicetas manum admonisset. Tantum circumlitioni eius tribuebat. Plin. lib. 35. cap. 11. Aelianus lib. 3. de uana historia, dicit hunc canes fuisse erga artem attentionis, ut saepe cibi obliuisceret.

T H E O N I S pictoris artificij cum multa sint testimonia, tum in primis haec pictura. Vir armatus excursionem ex urbe repente facit, hostibus eam aggredientibus & uastantibus. Manifesto autem, & profus animose uidetur adolecens ad pugnam festinare. Toruunt uident oculi: armis sumtis uidetur, quantum pedibus conuenit potest, in hostes impetum facere. In de se uinum protendit, & stridit uibrat gladium, eadem facienti similis, oculis ad occidendum spectantibus: & minabundus toro habitu, se nemini parturum. Neque quam aliud adiecit Theon, non manipularum, non centurionem, non manipulum, non equitem, non sagittarium: sed hic uis armatus et ad ostendendam imaginis perfectionem satis fuit. Verum non prius exhibuit picturam, neque congregatis ad spectandum proposuit, quam tribicinem iuxta collocauerit, quem iussit cernere Orthium canere, penetrans & clamor sum quam fieri posset maxime, & quod ad praelium animaret. Simulac igitur auditu est cernere asperum & horrendum, tuba quasi armorum expeditione sonante: tunc picturam ostendit, & miles confectus est, cum efficaciore cogitationem de excursionem in animis hominum cantus excitaret. Aelianus lib. 2. de uana historia.

P A N A E V S frater Phidiae Olymp. 13. praelium Atheniensium aduersus Persas apud Marathonem pinxit, ad eod colorum usus increbuerat, adeoque ars perfecta erat, ut in praelio iconicos primus duces tam Atheniensium quam Barbarorum

pinxisset tradatur. Plinius lib. 35. cap. 8. Pausanias lib. 5. Pannum uocat.

P H I L O X E N Y S Erethrius pictor, Nicomachi discipulus: cuius tabula nullis postferenda, Cassandro regi picta, continuit Alexandri praelium cum Dario. Idem pinxit & laciniam, in qua tres Sileni comestantur. Hic praecipue celeritatem secutus, breuiore etiam quadam picturae uias & compendiaris inuenit. Plinius lib. 35. cap. 10.

A N T I P H I L V S Aegyptius, pictor clarissimus, Ctesidemi discipulus, Alexandrum & Philippum pinxit: praeterea Hippolyrum tauro emisso expauescentem. Plinius apud Volat. lib. 13. cap. 3. Anthrop.

H E R A C L I D E S Macedo, nobilis pictor, initio naues pinxit, eodem tempore quo & Metrodorus philosophus & pictor uixit. Plinius.

M E C O P A N E S pictor, Pausiae discipulus, placet nonnullis ob diligentiam, quam intelligit foli artifices: aliter coloribus nimis. Plinius lib. 35. cap. 11.

N I C O P H A N E S pictor elegans & concinnus, ita ut uenellum opera fingeret, cui pauci comparatur. Cothurnus ei, & grauitas artis. Plinius.

N I C O M A C H O, Aristodemi F. ac discipulo, nemo fuit ante pingendi uelocior. Tradunt namque, condixisse pingendum ab Anistrato Sicyoniorum tyranno, quod is faciebat Telelli poetae monumentum, praefinito die intra quem peragere, nec multo ante uenisset, tyranno in poenam accessio: paucis diebus absoluisset celeritate & arte mira. Discipulos habuit Aristidem fratrem, & Aristoclem F. & Philoxenum. Pinxit raptum Proserpinae: quae tabula fuit in Capitolio, in delubro Mineruae, supra aedulam Iuuentutis: Scyllamque, quae erat in templo Pacis. Praeterea Vlystem pileatum, Apollinem, Dianam, Deum matrem Leonis insidientem, & nobiles uaccas arreptantibus Satyris. Volat. lib. 17. Anthrop. et Plin. lib. 35. cap. 10.

T I M O M A C H V S Byzantius pinxit Aiaceum & Medeam tabulas, quas Caesar Dictator 80. talentis redemit, & in templo ueneris generis posuit, teste Plin. lib. 7. cap. 38. & lib. 35. cap. 11. Medeam suis laudauit carminibus Aufonius, imitatus Antiphilum Byzantium.

H I L A R I V S Bithynus, Athenis in arte pingendi excellit, in exprimentis hominum uultibus admirandus, Euphranoris antiqui aemulus: cum familia sua a Barbaris extinctus est sub Valente Euphranoris in Prisco.

Inter pictores minus nobiles, primis tamen proximis, recenset Plin. lib. 35. cap. 11. Antriphilum, Aristophontem, Androbolum, Alcimachum, Coenum, Ctesilochum, Cleonem, Ctesidemum, Ctesidem, Craterum, Eurychidem, Eudorū, Iphim, Habronem, Leontium, Leonem, Nicarchum, Nealcem, Oeniam, Philiscum, Phaleronem, Simonidē, Simum, Theodorum, Theonem, Tauriscum, & multos alios.

Minoris picturae celebris in penicillo fuit **P Y R R E T C V S**, ut paucis postferendus. proposito nescio an destruxerit se, quoniam humilia quidam fecerit, humilitatis tamen summam adeptus est gloria. Tonstrinas futrinasque pinxit, & aellos, & obsonia, ac similia: ob hoc cognominatus Rhyparographus, in ijs consummatae uoluptatis. Quippe eae plures uenere, quam maxima multorum. Plin. lib. 35. cap. 10.

S E P I O N scenas optime pinxit, sed hominem pingere non potuit. Contra Dionysius nihil aliud quam homines pinxit, ob id Anthropographus cognominatus. Plin. lib. 35. cap. 10.

M E T R O D O R V S Atheniensis, Carneadis auditor (ut Cicero de Oratore testatur) pictor & philosophus. Itaque quum L. Paulus de iusto Pecteo petisset ab Atheniensibus, ut eum quam probatissimum philosophum mitteret ad erudiendos liberos, simulque pictorem ad excolendum triumphum, in utroque illi Metrodorum elegerunt. Plin. lib. 35. cap. 11.

L M A N L I V S pictor egregius, apud quem cum Seruilius forte conaret, filiosque suos deformes animaduertit: Non similitur, inquit, Manli, fingis & tingis. Ad quem Manlius in tenebris, inquit, fingo, in luce pingo. Macrobius in Saturn. Commendatur illius mulca, in pariete ad uinum expressa, ut etiam araneos deciperet.

Q U A B T V S sua manu parietes pinxit: in eade Salutis, quam C. Iulius Bubulcus dictator dedicauerat: eiusque nomen suum inscripsit, anno Urbis 430. Inde Pictoris nomen traxit, & posterius eius hoc nomen retinuerunt. Haec pictura usque ad Claudij imperium durauit, quando aedes exusta est. Rutilius in uita Q. Fabij Pictoris Iurecos, qui huius nepos fuit: & Volat. lib. 16. Anthrop. et Plin. lib. 35. cap. 11. Cuius haec sunt uerba: Fabius a dem Salutis Romae pinxit. P. A. C. V. V. V. S. a de Herculis in foro Boario. Postea ars pictoria non est spectata hominibus, nisi forte quis T. V. R. P. I. V. M. equitem Romanum in palatio uel referre, cuius pulcris operibus. Verona abundabat, tempore Plinij. Laeuis manu pinxit, quod de nullo ante memoratur. Partis gloriabatur tabellis, ex quo tandem in longa senectute, A. T. E. R. I. V. S. Labeo praetorius,

ius, etiam pro consulatu provinciae Narbonensis functus. Sed ea res in risu & iam contumelia erat. Plin. lib. 35. cap. 4.

C L. P V L C E R regulas adfabre pinxit: quorum similitudine decepti corui, ad eas conuolabant. Quam Anthropologia.

A R E L L I V S Romae celebris fuit paulo ante Augustum, sed amoribus suis artem corrupit, & deas dilectarum imagine pingens, religionem simul & artem proficit. Plin. lib. 35. cap. 10.

A M V L I V S fuit grauis & saeuus, idemque floridus, humilis reipictor. Huius erat Minerua spectantem aspectans quancumque aspiceretur. Paucis diei horis pingebat, id quoque cum gaudeat, quod semper togatus, quamquam in machinis. Carcer eius artis domus aurea Neronis fuit, & ideo non extant exempla alia magnoperè. Post eum fuerunt in auctoritate **C O R N.** Pinus & Aetius Priscus, qui honoris & uirtutis aedes imperatori Vespasiano Augusto, restituenti pinxerunt: sed Priscus antiquis similior. Plin. lib. 25. cap. 10.

L V D I O Augusti aetate, primus instituit amoenissimam parietum picturam, uillas & porticus, ac topiaria opera, lucos, nemora, colles, piscinas, euripos, amnes, litora, qualia quis operat, uarias ibi obambulantium species, aut nauigantium, terraque uillas aduenium aellis aut uehiculis. Iam scantes occupantesque, aut uenantes, aut etiam undemiantes. Sunt in eius exemplaribus nobiles paucissimi accessu uillae, succollantium specie mulieres labentes trepidaeque, feruntur plurimae praeterea tales argutiae facitissimi sales. Idemque subdialibus maritimas urbes pingere instituit, blandissimo aspectu, minimoque impendio. Sed nulla gloria artificij est, nisi eorum qui tabulas pinxere, eoque uenerabilior apparet antiquitas. Non enim parietes excolebant dominis tantum, nec domos uno in loco mansuras, quae ex incendijs rapi non possent. Plin. lib. 35. cap. 10.

M E T H O D I V S monachus Romanus in domo uenatoria Bulgarorum regi terribilia pingere animalia iussus. Vide Tit. Religionis discipuli.

C O N S T A N T I N V S Imperator opere manu suarum picturam exercendo sibi uictum quaesuit. Sigebertus in Chron.

L E O N A R D V S Vincius, duodecim Apollodorus Mediolani in aede diuae Genetricis de gratijs, opus excellentissimum depinxit. Volat. lib. 21. Anthrop.

B E L L I N I frater Veneti, pictura clari. Gethilis maior natu in comitio uentusareru serui, quas Veneti pro Alexandro Romano potestice aduersus Fredericum Imperatorem olim gesserit, noua figuracione instaurauit. Ad Mahometum 11. Turcorum Imperatorem, post pacem cum eo factam publice Constantinopolim missus, quum & multa & eximia eius artis experimeta edidisset, equestri dignitate, amplissimisque muneribus, donatus domum rediit. Sab. lib. 9. Dec. 3. & lib. 8. En. 70.

M E L O T I V S Foroliuensis, iconicas imagines praeter ceteros pingebat. Eius opus est in bibliotheca Vaticana, Xistus in sella sedes, familiaribus nonnullis domesticis affantibus. Volaterranus lib. 21. Anthrop.

I A C O B V S Bononiensis, Traiani columnas Romae picturis ordine delineauit, magna omnium admiratione, magnoque peticulo, cum machinis scandendo. Volat. lib. 21. Anthrop.

Demotte **R A P H A E L I S** Vrbani pictoris excellentissimi scribit Balth. Castilionensis:

Quod lacrum corpus medica sanauerit arte
Hippolytum, Stygijs & reuocarit aquis,
Ad Stygias ipse est raptus Epidaurius undas:
Sic precium uitae mors fuit artificij.
Tu quoque dum toto laniatam corpore Romam
Componis miro, Raphael, ingenio.
Atque urbis lacrum ferro, igni, annisque, cadauer
Ad uitam, anti quam iam reuocasse, decus:
Mouisti superum inuidiam, indignataque mors est
Te dudum extinctis reddere posse animam:
Et quod longa dies paulatim aboleuerat, hoc te
Mortali preta lege parare iterum.
Sic miser heu prima cadis intercepte iuuenta,
Deberi & morti nostraeque nosque mones.

Z O T V S Florentinus, anno MCCCLX. in pictura satis praeclearus fuit. Cuius opera per Italiam extant plurima, praesertim Florentiae: Romae uero nauicula Petri fluctuans, in atrio ipsius basilicae. Volat. lib. 21. Anthrop. Hunc ad pingendas martyrum historias in aedibus ab se structis conducere in animo habuerat. Benedictus XII. ponit eum. Platina.

P I S A N E L L V S pictor paulo supra nostram memoriam & fignor simul: eius opus, pictus paries in aede Lateranensi. Fuit in umbris & coloribus diligens. Volat. lib. 21. Anthrop.


P E T R V S de Burgo, S. Sepulchri pictor, de perspectina picturae librum composuit. Volat. lib. 21. Anthrop.

P E T R V S Perusinus complura & egregia, inter quae Romae sacellum in palatio Vaticano, in Xisto condidit, & ab eo depictum: uno tantum uitio, quod uultus aliquantum indidretri in plerisque aspiciuntur. Volat. lib. 21. Anthrop.

A N D R E A S Mantega Mantuanus, uides, quas Belvedere co-

gnominant, in Vaticano, ab Innocentio VIII. adhibitus, pictura ornauit, miro tenuitatis opere. Volat. libro 21. Anthropologia.

H E R C V L E S Ferrariensis, nostra aetate pictor fuit excellentissimus, cuius Bononiae nobilis in sacello pictura: in Pannonia item nonnulla, quod fuit aceruus. Volat. lib. 21. Anthrop.



MULIERES QVAE PICTURA claruerunt.

T I M A R E T E Myconis pictoris F. Dianam in tabula pinxit, quae Ephesi est in antiquissimis picturis. Floruit sub Archelao Macedone. Plin. lib. 35. cap. 11.

T R E N E Cratini pictoris filia & discipula, puellam quae est in Eleusine, pinxit. Idem.

C A L Y P S O senem & praestigiatorem Theodorum: **A L C I S T H E N E**, saltatorem: **A R I S T A R E T E** Nearchi F. & discipula, Aesculapium pinxit. Ibidem.

L A I A Cyzicena perpetua uirgo, M. Varronis iuuenta, Romae & penicillo pinxit, & cestro in ebore, mulierum imagines maxime, & Neapolitanum in grandi tabula: suam quoque imaginem ad speculum. Nec uilius in pictura uelocior manus fuit: artis uero tantum, ut multum immanitate precij antecederet celeberrimos eadem aetate imaginum pictores Sopylon & Dionysium. Plinius lib. 21. Anthrop.

O L Y M P I A S quaedam pinxit, & discipulum habuit Autobolum. Plin. lib. 21. Anthrop.

INCISORES FORMARVM.

Huius sunt loci, quot quot in arte, in ligno formas quasi det cuncto, scalpro uo incidunt, pictoribus similiti, quod ut illi colore, sic isti diuisione superficiali lineas expriment, sine ut per spectentur sine ut typographorum industria in plura transcribantur exempla.

AMVSEATORES.

Ex scelis paruis marmoreis crustis, opus amussatum suemissum fit, Itali uulgo Mofatum uocant. Alii e marmoreis assulis, pulis ferreis consis, & incerniculo cribratis, subtilissimamque scobe, admixta purissima calce, Stuchum hodie appellant. Brodum in Graecia Epigrammata.

Celebrabatur olim **A E G Y P T I O R V M** opera ex uarijs lignorum frustulis miro quodam artificio connexa, quorum est & Herculaneus nodus. Erasmus in Adagijs. **Z E N O D O T V S** architectus, primus Pergami strauit, quod uocant Asaraton, tessellato opere paruis & tessulis, tinctisque in uarios colores. Volat. lib. 20. Anthrop.

TYPOGRAPHI QUI TYPI S EXPRIMUNT.

Libros. Hic uer' idex lo generis nomen sibi uendicauerunt: de quibus paulo post. Eius consideratione habita, uniuersum agemus.

Imagines.

Et haec ex prima Typographia inuentione in medium Picturam elegantissima & inuendissima deducta colonia: in qua uniuersa cum patrum aetate plurimi Itali, Germani (et inter hos ut arte, sic subtilitate facile princeps **A L B E R T V S** Durerus) excellere.

Argium, Afopodorum, Alexim, Aristidam, Phrynonem, Dionem, Athenodorum, Dameam, Clitorum, Myronem Lycium. Plinius lib. 34. cap. 8.

MI RONE M Eleutheris natum, & ipsum Ageladis discipulum, bucina maximè nobilitavit, celebratis uerbis laudata, quando alieno pleriq; ingenio magis quam suo commendatur. Multa illius signa multorum encomiis celebrantur. Fecisse & eicadè monumentum ac locustæ, carminibus suis Erinna significat. Fecit & Apollinem, quem à Triumuiro Antonio sublatum restituit Ephefjs diuus Augustus, admonitus in quiete. Primus hic multiplicasse uarietatem uidetur, numerosior in arte quam Polyctetus, & symmetria diligentior: & ipse tamen corporum tenus curiosus, animi sensus non expressisse, capillum quoq; & pubem non emendatius fecisse, quam rudis antiquitas instituit. Vicem cum PYTHAGORAS Rhæginus ex Italia, Pancratiaste Delphis posito. Eundem uicit & Leontius, qui fecit stadiodromon Astylon, qui Olympiæ ostenditur, & Libyn puerum tenentem tabellam eodem loco, & mala ferentem nudum. Syracusis autè claudicantem, cuius uiceris dolorè scire etiam spectantes uidentur. Item Apollinem citharædum, serpentemq; eius sagittis confici, qui Apollo Dicæus appellatus est, quod cum Thebæ ab Alexandro caperentur, aurum à fugiente conditum, sinu eius celatum esset. Hic primus neruos & uenas expressit, capillumq; diligentius. Plin. lib. 34. cap. 8. Erechthei Athenis fecit omnium operum spectatu dignissimum: post eum liberi patris, erecto statu, Orchomenijs. Pausanias in Bœot. Sculptores antiqui maximo in honore fuerunt THELEDEVS ac THEODORVS Rhægi filij, à quibus Sami Pythij Apollinis simulacrum extat sculpsim. Huius statuæ pars dimidia fertur Theledei opus fuisse, reliqua pars à Theodoro in Ephefo perfecta. His simul positis, ita cõueniebat totum corpus, ut ab uno artifice sculptum uideretur. Genus artis Græcis ignotum, sed apud Aegyptios erat usu cognitum, cuius paulo antè sub generali Titulo Statuariorum meminimus, ex Diodori Siculi lib. 1. cap. ultimo.

PYTHAGORAS Samius, Pythagoræ Rhægini discipulus, fecit signa Fortunæ, semina d.

ARISTIDES Polyeleti discipulus fecit quadrigas & bigas. Plinius lib. 34. cap. 8.

ARCELAS sculptor nobilis fama, præsertim Dianæ simulacrum, in quo est Simonidis epigramma. Vol. lib. 13. c. 4. Anthr.

MENÆCHMI uulnus genu premitur, replicata ceruicè: ipsè que Menæchmus scripsit de sua arte. Plin. lib. 34. cap. 8.

AMPHISTRATVS simulacrum Callisthenis historiarum scriptoris fecit.

Praxitelis filius CEPHISODORVS. rei & artis hæres fuit. Cuius laudata signa plurima recenset Plin. lib. 36. cap. 5. Miracrum mirabilem in portu Athenensium fecit, & aram ad templum Iouis Seruatoris in eodem portu, cui pauca comparantur. Idem lib. 34. cap. 8.

CANACHVS Apollinem nudum Philecium dictum fecit. Ceruicemq; unâ ita uestigij suspendit, ut uinum subter pedes trahatur, alterno moriu digitis calcetq; retinentibus solum, ita uertebat dente utriusq; in partibus, ut à repulsi per uices resiliat. Idem.

CALAMIS quadrigas bigasq; fecit, equis sine æmulo expressis. Praxiteles quadrigæ illius aurigam suam imposuit, ne melior in equorum effigie, defecisset in homine crederetur. Plin. lib. 34. cap. 8.

CRESILAS uulneratum deficientem fecit, in quo intelligi possit, quantum refect animæ. Plin. lib. 34. cap. 8.

EVTYCHIDES Eurotam, in quo artem ipso amne liquidior rem plurimi dixerunt. Plin. lib. 34. cap. 8.

CARTEVS cum Pythodoro, Polydectes cum Hermolao, Pythodorus cum Artemone palatinas Cæsarum domos repleuere probatissimis signis. Plinius.

ARISTONIDAS artifex cum exprimeret uellet Athamantis furorem Learcho filio præcipitato residentè, pœnitentiâq; ferrum & æs miscuit: ut rubiginis eius per nitorem æris relicte, exprimeretur uerecundiæ rabor. Hoc signum extat Thebis hodie. Est in eadem urbe & ferreus Hercules, què fecit Alcon, laborum dei patientia inductus. Plin. lib. 34. ca. 14.

FAPIPPVS Praxitelis discipulus, fecit Zethum & Amphionem, Dircem & Taurum.

ONATAS Aegineta, Myconis F. statuarius insignis, qui communi impenia Achaici populi eorū signa fecit, qui ad Troiam ex prouocatione cum Hectorè sorte ducta erant congesturi. Item Herculeum æneum, cuius magnitudo est X. cubitum, quem Thasj dedicarunt. Fuit autem hic Onata nulli eorum, qui à Dædalo ex officina Attica nobiles artifices prodire, inferior. Pausanias lib. 5.

STRONGYLION statuarius, equos & boues unus omnium optime expressit. Qui etiam Musarum statuas in Helicone tres fecit. Pausanias in Bœoticiis.

BRYAXIS & ZENODORVS. Vide Tit. Sumtus in statuas.

Zenodorus quinetiam statuam Aruernorum cum faceret, Prouinciæ Vibio Auito præsidente, duo pocula Calamidis manu cæcata, quæ Caffio Syllano auunculo eius præcepto ri suo Germanico Cæsar adamatam donauerat, æmulatus est, ut uix ulla differentia esset artis. Plin. lib. 34. cap. 7.

Apellis ætate fuit ASCLEPIODORVS, quem in symmetria mirabatur Apelles. Huic Mnason tyrannus pro duo decim diis dedit in singulos mnas trecentas: idemq; Theomestio in singulos heros mnas centenas. Plin. lib. 35. cap. 10.

AGORACRITVS Parius, Phidias discipulus, eiq; ætate ita gratus, ut è suis operibus pleriq; nomini eius donasse dicatur: inter quæ Nemesis Rhamnusia fuit, apud Rhamnuntem decem cubitorum à Phidia facta. Ceterum Agoracritus in Alcmænem de Venere faciendâ uicit; Alcmænes, non opere, sed ciuitatis suffragijs, contra peregrinum suo fauentis. Quare indignatus Agoracritus, signum suum uendidit, ea lege ne Athenis esset, appellauitq; Nemesim. Quod simulacrum positum est in Rhamnunte pago Atticæ, quod M. Varro omnibus signis prætulit. Plin. lib. 36. cap. 5.

TELEPHANES Phœceus Polydeto non inferior, habitauit in Thessalia, ubi opera eius lauerunt, uel certe quia Danj & Xerxis officinis sese dedit. Plin. lib. 34. cap. 8.

LEOCRAS aquilam, sentientem quid rapiat in Ganymede, & cui ferat, parentem unguibus etiam per uicem. Puerum Autolycon paneratio uictorem, propter quem Xenophon Symposion scripsit. Iouemq; illum tonantem in Capitolio, ante cuncta laudabilem. Plin. lib. 34. cap. 8.

IPHICRATES lænam æneam lingua exenta, iussu Atheniensium, in honorem Læne metreticis, quæ Aristogitonem & Harmodium tyrannidas nullis unquam tormentis adacta uoluit prodece. Plin. lib. 34. cap. 8.

Ex omnibus maximè cognomine insignis est CALLIMACHVS, statuarius & pictor, semper calumniator fuit, nec finem habens diligentis, ob id Caciceotechnos appellatus, memorabilis exemplo adhibentis curg modum. Huius sunt saltantes Lacæne, emendatum opus, sed in quo gratiam omnè diligentia abstulerit. Plin. lib. 34. cap. 8. At secundum Pausaniam sibi nomen adopravit ἡγήτορας, quasi artis interpolitorem, quia eam in tenuiore ex quisiuoremq; disciplinam reduxit. τὴν enim liquefacere est. Ipse primus lapidem perforauit, minutatimq; tractauit. Vol. lib. 14. ca. 2. Anthrop. Dicitur est etiam καλοτέρας, teste Vitruuio lib. 4.

COPONIVS fecit XII. nationes, quæ sunt circa Pontum.

SILLANON Apollo dorum fecit, fectorem & ipsum, sed inter cunctos diligentissimum artis, & inimicum sui iudicem, crebro perfecta signa frangentem: dum fatiare cupiditatè nequit artis, & ideo insanum cognominatū. Hoc in eo expressit, nec hominè ex ære fecit, sed in auctoriâ: & Achillem nobilem. Item Epistatè exercetè athletas. Strongylion Amazonem, quam ab excellentia curi Eucnemone appellat, ob id in comitatu Neronis principis circumlatâ. Item fecit puerum, quem amando Brutus Philippensis cognomine suo illustrauit. Plin. lib. 34. cap. 8.

THEODORVS qui labyrinthum fecit Sami, ipse se ex ære fudit, præter similitudinem mirabilem fama magnæ subtilitatis celebratus. Dextra limam tenet, læua tribus digitis quadrigulam tenuit translata Prænestè, tantæ paruitatis, ut totam eam currumq; & aurigam integeret alis simul facta musca. Plin. lib. 34. cap. 8.

XENOCRATES Tiferatis discipulus, aut, ut alij, Euthyratis, uicit utrosq; copia signorum, & de sua arte composuit uolumina. Plin. lib. 34. cap. 8.

TIMOTHEVS sculptor nobilissimus, cuius in templo Apollinis Romæ plura sunt simulacra & monumenta: unus qui cum Leochare, Bryaxe & Scopæ Mausoleum Artemisiam cælauit, quadrato ab latere quisq; suo. Plinius.

IN SPECIE PVTA.

Figuli, Plaste. Qui è terra, gypso, calce, charta, saccharo, formas fingunt.

Plaste ex argilla, Paradigmatice è gypso: quoniam à ty pti non abscondit. Pœant etiam Gypsochoos. Celsus lib. 29. cap. 24.

A. L. De his hoc loco, s. formam, quam imitantur, spectes: sin quatenus ex luto domos, formas, uasa conficiunt, sic ad alios atq; alios Titulos pertinere.

FIGVLVS is, cuius agrum in sepulturam peregrinorum principes sacerdotum ex 30. denarijs, quos sudas in templum proiecerat, emerunt, sempiterna fama celebrandus, eoq; magis, quod Zacharias propheta multis antè feculis id uaticinatus fuerat. Matthæi 27.

PROMETHVS à Pœtici creditus est homines finxisse, quod humanum simulacrum primus è molli luto formauit, per artem plasticen.

Plasticen, hoc est fingere ex argilla similitudines, DIBVTANES Sicyonius figulus primè inuenit Corinthi, filie opera: quas

quæ capta amore iuuenis, illo abeunte peregrè, umbram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circumscripsit: quibus patet eius impressa argilla typum fecit, & cum cæteris fictilibus in duratum igni propofuit: eumq; seruatum in nymphæo, donec Corinthum Mummius euerteret, tradit. Sunt qui in Samo primos omnium plasticen inuenisse RHOECVM & THEODORVM tradit, multo ante Battiadas Corinthos duos. Demaratum uerò ex eadem urbe profugum, qui in Heruria Tarquinium Priscum regem pop. Rom. genuit, comitatos fictores EVCHIRRA & EVGRAMMVM, ab his ita lita traditam plasticen. Dibutadis inuentum est, rubricâ addere, aut ex rubrica cretâ fingere. Primusq; personas tegularum extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia Proty pæ uocabantur. Alij CYNIRÆ tribuunt figurinam & tegulas. Alij in Samo primos omnium plasticè inuenisse tradunt RHOECVM & THEODORVM. Plinius lib. 35. c. 12.

Fecit CHALCOSTHENES cruda opera Athenis, qui locus ab officina eius Ceramicos appellatur. M. Varro tradit sibi cognitâ Romæ POSSIM nomine, à quo factas Romæ uuas, item pisces, ita ut non sit aspectu discernere à ueris. Idè magnificat ARCESILAVM L. Luculli familiarem, cuius proplasma plura uisare solita artificibus ipsis, quàm aliorum opera. Ab hoc factam Venere genitricem in foro Cæsaris, & prisquam abfolueretur, festinatione dedicati positam. Deinde eadem à Lucullo H—S. LX signum Felicitatis locatum, cui mors utriusq; inuiderit. Octauio equiti Romano cratera facere uolenti, exemplar è gypso factū talento. Laudat & PASITHEM, qui plasticen matrè statuaria scalpturæq; & cælaturæ esse dixit, & cū esset in omnib. his summè, nihil unquam fecit antequam finxit. Præterea elaboratam hæc artem Italiæ & maximè Heruriae: TVRIANVM Q. à Francisci accitū, cui locaret Tarquinium Priscum effigiem Iouis in Capitolio dicendam. Fictilem eum fuisse, & ideo minari solitum. Fecit & Herculem eadè materia. Tales enim effigies dèum tunc erant laudatissimæ. Habuit & TEYCER crutarius famam. Plin. lib. 35. c. 12.

Plaste laudatissimi fuere DAMOPHILVS & GORGASVS, iidemq; pictores: qui Cereris ædem Romæ ad Circum maximum utroq; genere artis suæ excoluerunt, uersibus inferi ptis Græcè, quibus significarunt, à dextra opera Damophilus esse, à parte læua Gorgasus. Idem.

LYSISTRATVS Sicyonius, Lysippi frater, primus similitudines è gypso reddere instituit, & ad effigiem exprimeret: antequam, pulcherrimas facere tantū studebat. Creuitq; res tantum, ut nulla signa, quæ sine argilla fierent. Quo appareret, antiquiorem hæc fuisse scientiam, quàm fundèdè artis. Ibidem.

Agathoclis tyranni Agrigentinorum PATER figulus fuit. Vide Tit. Humilitatis Ethicæ.

Rhinthon Tarentinus, à quo iocularè & ridiculum fabularum genus Rhinthonicè dicitur, floruit statim post Alexandrū, FIGVLIVS filius.

PAVSANIAS figulus turpi amore Agathonè profectus est. Aclianus lib. 2. Var. hist.

P. Virgilij Maronis PATER figurinam exereuit. Fulg. lib. 3. c. 4. ex Donato.

Abdelmonij Agitæ regis PATER figulus fuit, sub Maurorum imperio. Idem.

Rhinthonis Tarentini poetæ præclari PATER figulus fuit. Vide Tit. Comicorum poetarum.

Erythis in templo, suo etiam tempore, duas amphoras figurinas ostendi solitas Plinius testatur, propter tenuitatè consecratas, DISCIPLVI magistri que certamine, uter tenuiorem humum duceret. Plin. lib. 35. c. 12.

AVLIDEM Bœotiorum portum pauci incolebant homines, atq; ij omnes figurinam exerebāt, tempore Pausaniæ, qui hoc testatur in Bœoticiis.

Sunt multi figuli in NAVCRATE, à quibus propinqua etiam figurinarum porta uocatur Ceramica, ubi ita fictilia tingunt, ut argentea uideantur. Athen. lib. 9. c. 9.

Fictile Atticum laudatur, inquit Eubulus, fictilia Cnidia, Sicilia paretel, Megarensia dolia. Athen. lib. j. c. 25.

CHARESTRATI & PELLEI figurorum meminit Athen. lib. 11. cap. 7. ubi de poculis agit.

FIGVLVS uarias animi formas finxerat, easq; in officina collocatas habebat. At assinus quidam, in obseruantijs se quen te agalone, inserto per officinæ fenestellam capite, pariter & aures & reliqua uasa deiecit, comminuitq;. Is cuius erat officina, agalone in ius uocat. Cumq; rogaretur ab omnibus, quanam de re litem moueret: De assini, inquit, prospèctū. Alij aues non fictiles, sed ueras fuisse uolunt, quæ assinè per fenestram immittentè caput, disturbatæ perticam rupe runt, reliquaq; uasa subuenerūt. Hinc ortum procrebium, ἡ ἀσινὴ πτεροειδὴς, de re frituola. Erastinus in Adag.

Quo calix esset Thericleum poculū, declarauit aperitè Theophrastus in Hist. Plantarum, ubi narrat retribuiti naturam, quæ

cum ex illa scribat Thericleos calices torno confici, à quibus non facile postea fictilia dignoscantur. Calicè hunc primus THERICLEVS Corinthus figulus, Aristophani comico æqualis, fecisse dicitur: unde etiam nomen assumpf, factusq; fuit Aristophanis comici temporibus, cuius calicis mentionem fecit in Nemeia Theopompus. Vide Athenæum lib. 10. cap. 7. Hinc Thericleus filius Calix dictus, quod Thericles primus fictiles calices fecerit. Suidas.

Tarquinius alterum bellum pop. Rom. ex Heruria mouente, fama est magnam factum portentum. Aedem Iouis in Capitolio, dum regnaret adhuc, cum tantū non cõsummasset Tarquinius: oraculo monitus, an suo ipsius fortè consilio, currum figlinum Thufcis opificibus ciuibus Veientibus imponèdum fastigio locauit. Post aliquatò regno est exactus. Ea quadriga, cūm THVSCI figuratâ immisissent in formacem, quod lutum solet in igne, non spissata est, neq; resolutum humore astridat: sed exurexit & creuit, atq; in tantâ molem tamq; solidam & firmam exiuit, ut fornacis ablato culmine & parietibus deiectis ægrè educeretur. Id quæ uatib. uisum est cœlestè felicitatis & potentis prodigium, pœnes quos ea quadriga foret: statuerunt repetentibus Romanis non tradere eam Veientes: ac tantum responderunt, ad Tarquinium quadrigam, nō ad Tarquinij spectare expulsores. Mox ludis Circensibus cum spectaculū alius ageretur aduersa solenitate, uictorem quadrigam agitator coronatum festum exigebat circo. Ibi equi ab nulla cõfemata euidenti causa, sed ex nescio qua diuina incitatione uel casu, effuso cursu Româ raptò secum contenderunt agitatore. Nec quicquam adducendis habenis uel demulcedis profecit equis: uerum abrupuerunt ui uicium & ablatum, dum iuxta Capitolium ad portam, quâ nunc Ratumenâ uocant, effuderunt eam. Quo factio Veientes obstruxerunt: perculsi, pœn miserunt artificibus ut currū restituerent. Plut. in Valerio.

Druida castellum, olim Diruta, ad ripam Tiberis, celebre uasis fictilibus fabre adeo elaboratis ut aurea uideantur, uulgè Vasi de maiorica, eò q; in una Balnearium primò ars talia uasa conficiendi sit inuenta. Leander in descript. Italicæ.

Figures, qui ex metallo, cera formas faciunt.

Χρυσὴν hæc dicitur, à fundende ratione, ipsi Glyptice opposta. Celsus lib. 29. c. 24. A. L.

Herculis contra hydram grumna TISAGORÆ donum, & opificium. E ferro tam Hercules est quam hydra. Facere sanè è ferro signa res longè difficillima, & laboris plurimi. Sed ipsa Tisagoræ ars, quicunq; ille fuerit Tisagoras, iure digna admiratione uideatur. Spectantur siquidem etiam cū admiratione Pergami, Leonis, & apri capita, & ipsa ferrea, libero patii consecrata. Pausan. in Phœniciis.

MYRO statuarius Syracusanus, numerosior in arte quam Polyctetus. Vtebatur ære Deliacò. Ageladis discipulus. Hunc maximè nobilitauit bucina Athenis posita, celebratis uerbis in 4. Græcorum Epigr. Fecit & Canem, & Discobolon, & Persea, & Pritæ, & Satyrum admirantem tibias, & Miner uam, & Delphicos pentathilos paneratiastas. Ipse tamè corporum tenus curiosus, animi sensus non expressit. Vol. lib. 17. ex Pausania.

Sculptores. Qui metalla, lapides, ebur, ligna sculpendo formas producant. Σανίολογοὶ ποί, Ἀνυλῶν σκῦλτορες.

Glyptice, Ἀναγλυφίκε, Διαγλυφίκε, Ἐνολυφίκε, quomodo inter se differant, pœne ex Tit. Statuariorum in genere.

DÆDALVS Palamaonis F. Atheniensis, in ligneis simulacris faciendis solers, à quo dein de signa lignea Dædala appellata. Seu potius, ipse artifex à lignis his signis Dædali nomè meruit. Pausan. in Bœoticiis.

Marmoraria ars cum Olympiadū origine cepit. Proinde antiquior est q̄ uel pictura sit, uel statuaria, quarū utraq; cū Phidia cepit Olymp. 83. post annos circiter 332. Plin. lib. 36. c. 3.

Iouis Olympij statuâ PHIDIAS Charmini Atheniensis filius fabrefecit ex ebore, opus magnitudine tanta, ut cū ædes facta sit amplissima, artifex ipse non rectè symmetriâ aut proportionem uideatur annotasse, sed eadem effingens, tectum ferè uertice attingentem, ut si erectus exurgat, tectum tēpli deiiciendum fuerit. Statuæ mensuram inferisere quidâ, id quod Callimachus quodâ carmine iambico extulit. Multū Phidias attulit adiuuētum Pantæus, è sorore illius nepos, operisq; suscipiendi socius, cum ad statuâ coloribus adornandâ, tum uerò ad amictū. Picturæ quoq; plurimæ mirabilesq; demonstrantur in tēplo, illius opera. Is cū Phidiâ interrogaret, quodnâ ad exemplar Iouis statuâ facturus esset, ad Homeri respondit simulacrū, quod hinc uersib. explicauit: Ἡ καὶ κλυτὰ τεύχε' ὄφρα σὺ νεῦρε κροῖον. Ἀμφεδοσὺ δ' ἄρα χροῖον ἐπιρροῦσθαι ἀνακλῶς. Κροῖον δ' ἄν' ἀνακλῶσιν, μέγιστον δ' ἐλάττω δόρυμνον.

cccc 2 Strabo

Srabo lib.8. Geographia. Eum tradunt sculpsisse etiam marmora, Veneremq; eius esse Romae in Ostia opera...

P R A X I T E L E S statuarius nunquam satis laudatus, marmoris gloria etiam ferebat. Duae Veneres fecit, simulq; uendebat. Coi alteram, uelata specie, optione praeulerunt...

P Y T H I S in fastigio Maufolgi quadrigam fecit marmoram, altitudinem pedum CXL. quae totum opus inclusit. Laocoon qui est in Titi Imp. domo, opus omnibus & picturat & statuariae artis praefertendum...

S O P H R O N I S C V S marmorarius, pater Socratis philosophi Atheniensis. Val. lib. 3. c. 4.

S O C R A T E S eius filius, antequam philosopharetur, fecit Charites in Propylaeis Athenienium, uelate uelatas. Relicta tandem arte, philosophari cepit. Pausan. in Bœoticis.

In magna auctoritate habitum L Y S I A E opus, quod in palatio super arcum diuis Augustus honori Octauij patris sui dicauit in aedificia columnis adornata. Id est, quadriga curruq; & Apollo ac Diana ex uno lapide. Plin. lib. 36. c. 5.

Sunt & in paruis marmoribus famam consecuti, M Y R M E C I D E S, cuius quadriga cum agitatoe cooperuit alis musca: & C A L L I C R A T E S, cuius formicarum pedes atq; alia mēbra peruidere nō est. Plin. lib. 36. c. 5. & Solinus c. 6. Myrmecidæ Milesij & Callicratis Lacedaemonij opera propter nimiam exilitatem in admiratione habentur. Quadrigas fecerunt, quae sub musca possent abscondi, & scilicet distichon elegium literis aureis inscripserunt. Aelianus lib. j. Var. hist. D I N O C R A T E S Vitruuio lib. 2. Plutarcho S T A S I C R A T E S, apud Alexandrum Magnū iactauerat in colloquio, ex montibus Thraciū Athon configurari & cōformari ad hominis

effigiē posse. Itaq; si uellet, simulacrū se ei ex Atho effecturū aternum & amplissimū: quod sinistra teneret frequēte milie capitibus urbem, dextra fundentē largam fluminis undā in mare decurrentis. Verūm hoc repudiāuit. Plur. in Alex.

A R C H Y T A S Tarentinus Pythagoricus philosophus, fecit simulacrū quoddam columbae & ligno factitasse, idq; ratione quadam mechanica uoluitesse, libramētis quibusdā suspensam, & auri spiritus occulta concitam. Fauorinus apud Gellium lib. 10. cap. 12.

P A S I T E L E S, quinq; uolumina scripsit nobilium operum in toto orbe. Natus hic in Graeciae Italiae ora, & ciuitate Romana donatus cum in oppidis, Iouem fecit eburneū in Metelli aede, quā campus petitur. Accidit ei cū in naualibus, ubi fere Africae erant, per caueam intuens leonem celeret, ut ex alia cauea panthera erumperet, non leui periculo diligit simi artificis. A R C E S I L A V M quoq; magnificat Varro, eius fuit marmorē habuisse leaenā tradit, aligerosq; ludentes cum ea Cupidines, quorum alij religatam tenerent, alij ē cornu coegerent bibere, alij calciarent foccis, omnes ex uno lapide. Idē & C O P O N I O X I V. nationes, quae sunt circa Pompei, factas auctor est. Inuenio & C A N A C H Y M laudatum inter statuarios, scilicet marmorea. S A V R O S atque B A T R A C H V S Lacones templa Ostiauae porticibus inclusa, sua impensa construxere, inscriptionem sperantes. Quā negata, in columnarū spiritus insculpere nominū suōrum argumenta, tam atq; lacertam. Plin. lib. 36. c. 5.

B Y P A L V S & A N T H E R M Y S Anthemi Chij filij clarissimi in marmoraria fuere, Hipponax pōetæ ætate, quae uelut est L X Olympiade fuisse. Hipponaxi notabilis fecit cunctis in Delo, quibus subiecerunt carmen, non uicibus tantū censi Chium, sed & operibus Anthemi filiorū. Ostendunt & Iasij Dianam manibus eorum factam. Et in ipsa Chio nana ta est operis eorū Dianæ facies in sublimi posita, cuius uultum intrantes tristem, exeuntes exhilarantur putant. Idem. In magna admiratione est Hercules M E N E S T R A T I, & Heratē Ephesi in templo Dianæ post aedem, in cuius contemnatione admodum a dicitur per oculis, tanta marmoraria diatio est. Ibidem.

A R C H A N G E L V S Florētinus, inter neotericos q circa marmora celebrantur, nequaquā postremus. Cuius opus Rom. in sacello Petronillæ, beata genitrix Iesum extendit in sinu tenens. Item, quanquam profanum, attamē operosum, Facchi signum in atrio domus Iacobi Galli ciuis Romani. Florentanus uerdē ante curiam, Daudis statua colossa. Volaterranus lib. 21. Anthrop.

MECHANICI OPIFICES CONSIDERATI SECVNDVM ORGANVM QVO FACIUNT OPVS. Siue ad illud utantur

30. IGNI. OPIFICES IGNIARIIL Cuiusmodi sunt

30. FVSORES, CONFLATORES Metallorum, lapidum.

30. Fide exempla horum sub Statuariis.

30. FABRI METALLICI.

30. De his quoq; supra respectu Materie.

30. CALCARIIL, LATERRARIIL.

ISRAELITAE in Aegypto Pharaonibus calcem & lateres ad extruendas pyramides conficiebant.

30. CHYMISTAE.

Chymistas uos uoco, qui in ignis corpora heterogenea solute, homogenea coagulare noris, philosophia naturalis in mediam hominum uitam deducit non uinū generis colorū. Quemadmodū enim Vulcanus tripodas diuinos supra stipes mobiles diis apud Homerum, Ioui item fulmē, Apollini & Cupidini arcum & sagittas fabricat, sed & diis ipsi pocula misce, ex ipsius certe Iouis cerebro Minervam sapientia deam securis obstetricatione elicit, hominibus insuper Pandoram illam uenustissimam simul & perniciosissimam superum iussu conficit: sic quoque per omnes huiusmodi actiones Vulcanus ars, quae ignis beneficio naturalem actionem emulatur, in quibusdam etiam superat, longe lateq; diffusatur. Quae ut respectu subiecti in lapidariam Metallicam, Vegetabilem & Animalem diuidi queat: respectu Finis, cuius causa suspicietur, & Metallariorum, & Artificiorum, & Pictuariorum, in primis uerdē Medicorum non honoraria uisū sed etiam uicaria peditsequa esse uideatur, eoq; nomine ad alias atq; alias Mechanicorum opificum classes referri possit atque debe-

rum operum, quae manu & ingenio simul sunt. Nam in omni artu mechanice opere, motus principium ab artificis ingenio desinit. Manu uerdē super materiam motum continens, formā & potentia in actum (ingenio semper duce) elicitor sola per se, instrumento conuenienti adiuta, opus ipsum perficit. In quo opere artifex non considerat causas, sed habet usum exercitatum pro motu causarum. Atque ut absolute Mechanicis appellatur. Chymicum uerdē bisariam consideratur. Est enim una pars Chymiae naturalis, altera uerdē supernaturalis. Ea quae naturalis est, habet motus principium à natura, & ideo est essentialis in natura. Artificis uerdē manus, naturalis non est, nec per se, sed per accidens naturam inuadit materiam ita disponens, ut opus ipsum natura citius, facilius ac perfectius ad finem deducatur. Quod quidem opus, ultra limites naturae, quae est re perfectio, deduci & extendi non potest. Unde patet, quod haec pars Chymiae est naturalis & per se: sed qua parte inuadit ab artificis manu, est per accidens mechanica: ex parte uerdē ingenij ratiocinantis est physica. Ergo non mechanica. Iam quo ad alteram Chymiae partem, quae supernaturalis est, habet illa motus principium à celo, in materia tamē physica & naturali praedicta, & ideo est ad uirtute celestis: quam essentiam quintam appellat. Hanc materiam dum artifex physicus relictē & ordine suo ingenio & manu disponit, caelestis haec uirtus eam in suam naturam conuertit: eoque ualem uirtū praebet, ut reliqua quae sunt in genere aut specie in suam naturam transmutet. Haec igitur quatuor celestis est ex parte agente, & ex materia in calum mutata, est supernaturalis & metaphysica: qua uerdē parte physici artificis ingenium operatur per causas notas, est naturalis. Manu autem operatio, quae in motu supra naturam sumitur, diuina potius quam humana, artis mechanice umbram solummodo ostendit. Ex praedictis patet, in quo genere uulgares Chymisti collocari debeant. Nam dum principia & causas notas non habent, nec ex certa arte in rebus preparandis usum, sed per emendicata suffragia opinionum, ignium, & instrumentorum, tempus & carbonis absumunt: tantum abest, ut Chymista physici aut metaphysici dici possint, ut ne mechanici quidem nomen facile mereantur. Qui uerdē in oleis, & reliquis paruis simplicibus extrahendis ingenio & manu ita exigitur: ut ex rerum preparandarum usu arte recte, & ex rebus in uera sunt mechanici, dum manu & ingenio simul operantur. Dum autē medicam artem exerceant, Empiricorum nomen habent. Qui uerdē talia ad causas & principia naturalia reducere conantur, ex ingenio quidem in natura ratiocinantur, physici per se, ex manu uerdē operatione, mechanici per accidens proprie dicere debent. Haec ille. Quib. ut nos quoque calculum nostrum addamus, quod illi de patrefamilijis Plantis affirmat. In una esse uinum domini seruum domo, id nos de arte ipsa pronuntiare possumus, in una esse unam seruum Chemiam domo. Nam praeter id quod Metallarius, Fabricis omnis generis, Bilonibus, Coquis & Medicis potissimum inseruit, sine Subiectis, sine Finis respectu consideratur, Catholica quaedam confertur potest. Etenim quo ad Subiectum, circa Elementa occupatur: Ignem uegetando, & Aquam elicendo: Lapidem confuso, & unione; Gemmas ad naturae imitationem effringendo: Metalla depurando, segregando, perficendo: Si stipes producendo, transformando; Animalia generando, secundando, medendo. Quo ad finem uerdē, si quidem Rem effectam spectes, sic Vinum, Saleem, Saponem, Succum pinguem, glutinosum, liquidum, gelidum, Ignem, Aerem producit: si Vinum, sic spiritus est & vegetabilis, cum uel Alimentum uel Medicamentum, quo subtilius est efficacia, iam inanimatis quam animatis corporibus seruire & accommodare uideatur. Sed ad Historiam accedamus.

Qui πολλο γινώσκον φιλοσοφείτω inter alias uires etiam uitae propagationem tribuit, primos P A T R E S illius beneficio longatios exitisse suspicantur. Neque enim, cum inculta omnis ferret omnia tellus, aurig; honorarijs tantū non necessarius usus esset, multum circa metallorum & uolūptatō occu-patos fuisse uisibile est: nisi forte prophético spiritu à me παλαιάτε commoditate aliquando metalla & nomen & dignitatem suam consecutura apud posteros amplissimam praetulerunt. C H A M V M certē Noacho patri in Arca libros Magiae naturalis suffragium esse, Cabalisticā tradunt. An forte cum iisdem quoque libros Chemicos: quos primogenito suo Mizraim (à quo Aegyptus nomen lingua sancta accepit) tradidit?

Turim Babel ex neotericis quidam Lapidis philosophici mysterio accommodant: alij etiam sub Israelitarum exitu ex Aegypto per desertum in Terram sanctam philosophica latere arcana somniant: praeterquam C O S E S in omni Aegyptiorum sapientia, quod ex sacris constat, excellentissimum, ne Chemia quidem ignarus esse poterit. An quia ex Phocylidis sententia φως δις παρὸν εἶναι, in hoc naturali miraculo & naturalia & diuina arcana resplendescunt? SOLOMONEM regem Iudeorum ab hyloso ad cedrū usq; uires rerum naturalium scriptis suis explicasse, sacrarum li-

terarum & Iosephi auctoritate constat. Auri argentiq; tantam sub eo copiam Hierosolymis extitisse, quantam lapidum, aiunt. An hoc thesauris paternis, an nauigationi trienniali per Mare rubrum in Ophir (quam alij Chersonesum uocant, B. Arias Montanus V. CL. confuta Cabalisticā literaturā metathesi Peru interpretatur) an ipsi Lapidis philosophico acceptum ferendum? In Meretricis ceretē descriptio-ne Ecclesiasten capita praecipua chymicē metamorphoseos persecutum esse, harum rerum periti auctumant.

S I S Y P H V S Corinthiorum rex, à sapientia nomē traxit, quā si σόφω (σῆς autem deos uocant Peloponnesij) diuinitus edoctus, arte sua ipsam Mortem in uincula coniecisse traditur. Pluto uelitali mortuorum se defraudari aegre ferens, Martem illi immisit, à quo interfec-tus, ad Inferos descendit. Ceterum eloquentia sua Proserpinam ita demul-sit, ut sibi ad Superos redire liceret, negotij cuiusdam expediendi causa. Verūm cum redire tardaret, mortuus tādē, saxum illud uolūptatis in montem arduum saepius repetito labore, uoluerit cogitur. Exemplo memorabili, ne qui philosophico lapide Mortem arceat possunt, promissū quibus uis optulando contra deos pugnent: pœnas alio qui quibuscum, abq; ullo profectu, uersantur.

Δεῖται τὸ χρυσόμαλλον, Aureum uellus, Phryxi Athamantis filij, (quod Iason & Argonauræ Pontico mari in Colchidē profecti unā cum Medea regis Aeetę filia raperūt) liber fuit in membranis scriptus, qui continebat, quomodo per artem fundendi, quam Chemiam dicunt, aurum effect facendum. Meritū igitur tum id uellus aureum appellabāt, propter artem quae in eo tradebatur. Suidas.

H E S I O D V M Aescraum Chrysopea scia graphiam quandā sub Pandoræ fabula proposuisse, arbitrantur, sed male omni nosā fictione, quandoquidem μάθη ἀνομιῶν ἐπιπέδη ἐστὶν ἀφαιρῆσαι ἀπὸ τοῦ ἐνδοῦ ἐμμενε. & Iulius Epimetheus, neglecta fratris Promethei admonitione, serō tandem ὅτε δὴ κερὰν ἐξέ-cύθησε. Est qui enigmaticum illud, ἡπτοία αἰνῶσαν, ὅσα πάλιν ἡμῶν πάντες, εἶπ' ἄσπιν ὀφθαλμοῦ τῶ ἀποδὲ εἶπε μέγ', ἠψάσε, ad conatus sapientum transferat, ut χρυσὸν πρῶτον (sue sed-λαργὸν) fiat in coniunctione, subinde per coctionem oportunitam ἀποδεδόσθαι, nē empe ut τὸ σπέρμα ἑλθὼν euadat.

H E R M E S Trifingulus, Rex, Sacerdos & Philosophus maximus, libris suis, qui extāt, Theologicis passim Chymia mysteria aspergere uidetur. Eruant qui possunt: poterunt autē ij, quos æquus amarit Iuppiter.

P Y T H A G O R A S, Aegyptiorum sacerdotum discipulus, an Chymiae quoque peritus fuerit, dubium. Plebs Chymicorum quaedam sub illius nomine circumfert, sed & librum, quem Turbam philosophorum appellant, ab illo conscriptum fingit. Aureum femur Olympiæ illum frequente pænegry ostendisse Laertius tradit, χρυσὸν κνήμην. Sed sunt qui malunt legere χρυσὸν ἕν, Aureum fluxum siue fluxum: amulum imbris auri, quem inclusa Danae in turri athena à Ioue missum sinu suo excepit.

B E L E S I S Babylonius sacerdos Chymista. Vide Tit. Pecunias astute comparat.

S I B Y L L A occultam philosophiam, sed quam ipsa ænigmatibus suis occultiorē reddidit, notam fuisse, apud Cardanum libro 10. de Var. rerum, cap. 52. Ranconetus Gallus euincere conatur, & uersus illos, quorum primus est, ἔστιν ἀφαιρῆσαι τὸ χρυσὸν ἀπὸ τοῦ ἀπὸ τοῦ χρυσὸν, de Arsenico, tanquam de materia admirandi operis, interpretatur.

P L A T O in Timæo ὅταν χρυσὸν δις συνενόησεν, σιληρότατον ἐν & μελανότερον, ἀσβεστότατον κληθῆναι ait. An hæc est inuidia illa substantia omnia in sui naturam conuertens? An hic ramus ille aureus, quem Iunoni infernæ Aeneas domū offerre iubetur? Eiusdem eodem loco omnibus Chymistis oraculi loco habēda gnome: ἀνεφίλοστοφος ἀνοπιστώσις ἐνεργῆ τις ἀπὸ τῶν ὀπταν ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν λόγων, τὸ χρυσὸν πάλιν χρυσὸν ἀνέλασεν, ἀμειψόμενον ἠδὲν ἠδὲν ἠδὲν, μέγιστον ἐν τῷ βίῳ πεπυδῶ & φερόμενον παύσασθαι.

C R A T E V A herbarij τὸ ἱερὸτατον τῆς γῆς ἵδρωμα, quod Hippocrates in epistola apud illum se uisidisse ait: inter reliqua naturæ admiranda spectacula, ἐξ ἧς ὄρα, καὶ φωνῆ, καὶ φάσος ἔχει, & τὴν γῆν, καὶ τὸ πᾶν τῶν αἰσθησῶν αἰσθῆται, quidam magni nominis uir ad arcanum illud pharmacie hominum simul & metallorum compendium referendum putat.

Aurum faciendi est una ratio ex auripigmento, quod in Syria foditur pictorius in summa tellure, auri colore, sed fragilib; lapidum specularium modo. Inuitaueratque spes C A T V M Caligulam principem audidissimū auri. Quamobrem iussit excoqui qui magnus pondus, & planē fecit aurum excel-lens, sed ita parui ponderis, ut decimum sentiret, illud propter auritiam expertus, quanquam auripigmentū libg x i v permaritatum. nec postea tentari ab ullo. Plin. l. 35. c. 4.

Dioctianus Imperator, in AEGYPTO caedes illustrium uirorum maximas fecit, propterea quod res nouas moliti essent. Eodemque tempore ueterum scripta de fusione argenti atque auri conquisita combussit, ne ex illa arte ditati Aegyptij, & pecunia freti copios, in posterum rebellarent. Suidas in Dioctiano.

Patauij ante aliquot annos mirabile Alchymicæ artis argumentum inuentum est. Vna fistula erat, his inscriptis uerbis, ut refert Petrus Appianus in Antiquitatibus: luculentius autem Bernardus Scardeonus in histor. Patauina: Plotoni sacrum munus ne attingite fures, Ignotum est uobis hoc quod in orbe latet. Namque elementa graui clausit digesta labore Vase sub hoc modico MAXIMVS OLIBIVS. Adsit fecundo custos sibi copia cornu, Ne precium tanti depercat laticis.

Intra hanc urnam reperta est minor alia. Qua aperta, duæ ampullæ inuentæ sunt affabre elaboratæ, altera ex argenteo, altera ex auro, purissimo quodam liquore plene, quo lucerna adhuc ardens per multa secula conseruata putatur. Vnulae inscripti erant hi uersus: Abite hinc pessimi fures, Vos quid uultis uestris cum oculis emissis? Abite hinc uestro cum Mercurio petafato caduceatoq. MAXIMVS Maximo donum Plotoni hoc sacrum facit.

ZOSIMVS Græcus afferuatur in bibliotheca regia Fontebellauense, de Arte sacra, de Compositione aquarum, de Chrysopeia, de Instrumentis & Caminis. Ibidem quoque BLEMMIDÆ liber de Chrysopeia extare dicitur.

GEBER Arabs, ut quidam suspiciatur ad Mahometum genus suum referens, præcipitiorum chymicorum primus auctor.

MORINVS eremita ad regem Cali de Arte scripsit. Eum mihi sochymistæ maglos uero appellare non ueretur.

Circa annum Salutis reparatæ MXXXIX. ferunt inuentum Romæ corpus giganteæ magnitudinis, adhuc incorruptum. Patebat uulnus, & hiabat adhuc in latere quatuor pedum & dimidij: erectum corpus altitudine muros urbis superabat. Inuenta dicitur lucerna ardens ad caput illius, quæ nec flatu nec humore potuerat extinguere: tandem foratæ uas cui ad rem admitteret, extincta est lucerna. Ferunt adscripta carmina: Filius Euandri Pallas, quem lancea Turni Militis occidit, mole sua iacet hic.

Cranzius lib. 4. Metrop. cap. 15.

Anno Salutis humanæ XIII. Anastasij Imper. QUIDAM ex eorum numero qui chemicam artem proficere, callidus oculo hominum impostura perstringere, argentariis alijque obuult manus pedesque statuarum, & alia aurea, dicens se thesaurum reperiisse: multosque ita deceptos ad paupertatem redexit. Fama uulgata, captus, & ad Anastasium adductus, frænum equi ex solido auro constatum, ac margaritis confertum obtulit. Sed Imperator fræno acceptor: Ut omnes, inquit, sefellis, me profecto non decipies. statimque hominem in castellum quoddam relegauit, in quo tandem periit. Cedrenus in hist. Compendio.

AVICENNA Arabs medicus compendium Alchemiæ scripsit, eidemque addidit questionis & inquisitionis modos duos. Sorzanus in eius uita.

ARNOLDVS de Villa noua, summus medicus & theologus, uirgulas auri, quas faciebat, cuius ex amini subicere non uerebatur, in aula Romana. Ioan. Andrej in addit. ad Speculatorum, de crim. falsi. suo tempore id factum asserit, & cap. 2. de Sortileg. Oldradus certe consilio 74. de Sortileg. item Panormitanus cap. ex tuarum, de sortileg. extr. & Andr. de Isernia, in tit. feud. quæ sunt regaliæ, & Baldus ibidem, & Ioannes de Platea in l. j. cap. ad R. Cod. de argen. prec. quod thesaur. infert, libro 10. Chemicam ueram esse scientiam concludunt. Verum Angelus in sua Summa repugnat, & artem uel sophisticam uel certe damnosam & inutilem esse demonstrare conatur, futilibus argumentis, quæ ab Hieronymo de Zanetinis in cap. j. Ext. de accusat. confutantur.

RAYMUNDVS Lullius Barcinonensis, siue Balearicus, monachus acutissimus, cum multis rationibus Arnoldum Villanouanum ad aduocatum Lapidis constendam adegisset: At ego te sensu ipso conuincam, Arnoldus respondit. & sequenti die metamorphosim illi oculata fide ostendit. Qua ille motus, diuersam philosophandi uiam inuenit, & tantus in hac arte euasit, ut excepto GEBRO Arabe, parem scriptorem habeat neminem, sagacis ingenij subtilitate (quibus ipsemet uerbis in Elucidario uitur) id unum agens, ut artem, quam se docere proficetur, occultet. Opuscula plurima, circa annum Salutis humanæ MCCCXXI. scripsit: octoginta annis post (nisi mendum sit exemplarium) epistolam accuratioriam ad Robertum Anglorum regem. quam longæuitatem quidam ipsius Lapidis energæ tribuunt. De

eo sic scribit Rob. Constantinus in suo Nomenclatore insignium scriptorum: Hunc ego inquirendo comperio apud Anglos re quidem uera præstitisse, quod suis libris pollicetur: & in aree Londini iussu regis probatissimum aurum confecisse: mihique genus numi ostensum est, quod adhuc appellat Nobile Raimidi, auri scilicet puri & obrysi, summaque indicatur. Ipse in libro, quod Testamentum uocat, fateatur se hanc artem ex Villanouano didicisse.

ALBERTVS Magnus, summus Germaniæ philosophus, episcopus Ratisonensis, uir omnigenæ doctrinæ, Chrysopeia quoque opuscula aliquot reliquit.

Angelicus Doctor, THOMAS de Aquino, ut in cæteris, sic in hac quoque philosophiæ parte mirabilis, quod scripta eius testantur.

IOANNES Scotus, Doctor Subtilis, de Lapide ita scribit, ut illum non somniasse, sed manibus tractasse filij scientiæ firmier credant.

PETRVS Bonus Ferratiensis, medicus & philosophus insignis, ex ipsis uulgatæ philosophiæ axiomatis principia Chymica libro, qui extat, crudè deduxit.

BERNARDVS Treuisanus uel Treuerensis, Germanus, anno Salutis humanæ MCCCXCV, epistolam ad Thomam de Bononia, Gallorum regis medicum scripsit, & alia quædam opuscula. Hic est, qui cum sacerdotia opima in consecrando lapide benedictio frustra absumisset, tandem indefesso quinquæ annorum studio scientiam ipsam ex scriptorum collatione hausit, & biennio post in opus deduxit.

CHRISTOPHORVS Parisiensis, Elixiris conficiendi rationem ænigmaticam (ut plerique alij) traxit didicisse peculiari libello: in quo, ut demonstrat suam æquæ celestem, quinam essentiam dictam, diu & longo tempore conseruati, hæc refert historiam. Quo tempore sui Romæ, dum excauaretur locus ad fabricandum edificium quoddam, fuit inuentum uas ex uetro, hæc tali substantia plenum: quod uas erat obturatum in suo paruo orificio, clausura similiter uitrea. In circuitu uero erat inuestitum auro puro subtiliter batuito, & bombacis loco posito supra illud aurum erat plurimum uentilatum cum auro accommo datum. Hoc uas erat reconditum in alio uase plumbeo. Et ex inscriptione cognoscebatur uas illud fuisse sub terra annis DCCCXXC. III. Eo aperto tanta fuit odoris fragrantia, ut quotquot aderant effecti sine ueluti stupidi.

THOMAM de Bononia medicum professione Chymica scripta reliquisse non constat, sed ex ipsius sepultura, multis figuris ænigmaticis in marmore insculptis, in magno templo urbis appellatæ Lan, uno & uiginti miliaribus Lutetia distantis, in Picardia, satis colligi potest, hunc autem Chymicam egregiè nouisse.

FLAMETVS scriba Parisiensis, anno Sal. humanæ MCCCXVII. in cœmeterio D. Innocentij Parisiis sepulturam sibi conseruari curauit, in qua opus Chymicum insculpsi, ac suis coloribus depingi uoluit. Extatque eius libellus, gallicis rhythmis conscriptus.

IOANNES de la Fontaine, anno Salutis reparatæ MCCCXIII. opusculum Gallico carmine scripsit, la Fontaine des amoureux de science.

IOANNES de Meun, Aureliis finitimus, superiori constantius, librum Gallicis rhythmis eleganter, doctè & ingeniosè de omnium rerum genere scripsit.

Albertus Brunus in tractatu Augment. & Diminut. monet in præsuppos. narrat, de quodam COLLEGA suo, qui argenti purissimi unciam in aurum conuertit, se præsentem, cui omnes conditiones, præter unam, aderant: colore enim erat plumbeo, & si miseretur cum auro uero, immensè uidebatur præcij, & quædam pericula subibat, extremum uero periculum non ferebat. Neque uero, multo licet adhibito conatu, ab alijs Chymistis in uerum aurum conuerti potuit.

POLYPHILVS Italica lingua, Latini sermonis æmula, opus fabulosum, mira reru uarietate & antiquitatis elegantia re ferunt scriptis: cuius argumentum poetis figmentis in uolutum purè chymicum esse, uir singularis in hoc genere iudicij persuasissimum habet.

ANTONIUS de Abbatia, capellanus monialium sanctæ Iustiniæ Venetiis, anno Salutis humanæ MCCCXIII. Chymicum insignis.

IACOBUS Iaacus Hollandus patrum nostrorum memoria, lingua uernacula doctissimè & modestissimè de Mineralibus Animalibus & Vegetantibus scripsit. Cuius doctrinæ Theophrastus Paracelsus ampliasse uidetur, etiam nulla tanti scriptoris mentione facta.

Apud Anglos capitale est Alchimicam artem exercere absque principis permisso. Erasmus in Colloquio Alchimico. Idem Georgius Lilius in uita GVL. Crocini: qui fortasse Balbinus ille est, quem a sacerdotè Chymista deceptum scribit Erasmus loco citato.

IACOBUS Cor Bituricensis, Caroli VII. Gallorū regē, cui a cõsiliis erat, & consilio & pecunia iuuit, ut regnū modò nō occupatum Anglis eriperet, teste Claudio Sciffelio in historia Ludouici XI. Hunc ex arte chymica tantas opes comparasse multi suspiciantur.

Franciscus I. Gallorum rex quingentis aureis donauit ARTIFICEM, qui primum simplici & uulgari industria ex lignis in frusta concisis, ex herbis, ex urina & aqua cloacarum, aut stagni, aut maris, potabilem magna quantitate elici docuit. Cardanus lib. 1. de Rerum uar. cap. 6.

Haud ita pridem in Gallia QUIDAM ex infima plebe hominē ingenij sagacitate rationem excogitauit, qua ex metallo quolibet aurum feceretur, quæ uir, quam inde chrysoleam nuncuparunt. Nam officina hæc Chrysoplysium dicitur, artifex ipse Chrysoplyntes. Cælius libro II. capite 13. Antiquarum lectionum.

Ex Gulielmo CONSTANTINO (qui inter peritissimos pyrotechniæ & artis metallicæ in Gallia numeratur, estque in toto regno celeberrimus) audiui, inquit Bodinus libro 3. Dæmonomania, capite 3. socios ipsius, cum per diu stantibus nulla spes speculæ boni ostenderetur, consilium à diabolo petiuisse, rectè facerent, & rem operatam confecturi essent. illum uero unico uerbo respondisse, Trauailliez, Laborate. hoc exhilaratos flatores perrexisse, & flauisse ad eodē strenuè, ut omnia in nihilum multiplicauerint: etiamque porro flatores fuisse, nisi Constantinus dixisset ipsi, hunc esse morem Satanae, ut ambigua responsa edat illud autem uerbum Laborate, inuenerit, abiiciendum esse alchymiam, & in laborem alicam ac honestam artem ueluti ad uitam scientiæ incumbendum: hominis purè demens esse, si quis cogitauerit tam breui temporis spacio aurum effingere, in quo efficiendo natura annos amplius mille solet consumere. Hæc ille. At uir nobis notus, ut nominis magni, sic fidei inculpatæ, hæc tali substantia plenum: quod uas fide accepisse scribit, cum collegæ illi familiarem dæmonem sub specie elegantis nymphe exciuisent, & lapidis conficiuntur iteram facris deuotionibus ab eo expetiuisent: dæmon illos ex sex metallis liquatis & certa proportione chrydragyro mixtis malagma facere iussit. hæc fore lapidis materiam. Cæterum postquam iunctus metallis Mercurius cum horrendo tonitru grandinem metallicum undiquaque disciebat, & credulos sophistas abegit, dæmon cachinnum extollere cepit: quemque se delosus ab illo indignè conquereretur, & ut ueritatem rei doceret suppliciter peterent, hoc unum respondit, Trauailliez hardiment, Laborate strenuè.

IO. Aurelius Augurellus anno 1515. & 20. rationem conficiendi aurum Vergilianæ carminis maiestate decantauit. Quem cum P. Iouius in Elogiis in extrema paupertate, dum regū aulas sectatur, decessisse scribat: occasionem suspicandi dedit deperitissimus, dissimulationis id fuisse, non necessitatis: ut quod sibi ob artis occultam scripturam periculum ab auaritis hominibus impendere uidebat, aperto inopiae argumento dilueret.

ANTONIVS pharmacopola Taruisinus, corā A. Gritto principe & sapientib. reipublice Venetæ argentū uiuum in aurū commutauit, cuius miracula quædam adhuc extant uestigia. Cardanus de Subtilitate, libro de Metallis. Gul. certè Aragosius cum studiorum causa Patauij uersatus Venetias excurrisset, anno salutis 1550. Hæctorem Aufonium Medicum & Mathematicum celeberrimum conuenit: cumque inter alia etiā de Chrysopeia mēto fieret, eamque Aragosius solidis argumentis refellere niteretur, Aufonius in sequentem diem contentum indixit, eoque tres patricios Venetos à Corneliorum gente nobiliss. adductos, ex eo auro, quod Taruisinus spectantibus patribus momento fecisset, confectos anulos spectandos contrectandosque exhiberi curauit. Ipse deinceps Aragosius Taruisium excurrès, ab Antonio historiam facti didicit. Narrabat ille, à Gallo quodam, Aragosio facie simillimo, domi suæ per aliquot menses hospitaliter excepto, eum se puluerem honorarij loco accepisse, sed ut eo tanquam arcano uteretur. Se uero non tam priuati commodi quam publicæ fidei erga Rempub. Venetam studio, eo inscio, Venetias nauigasse, Patribus rē indicasse: specimen artis exhibuisse: priuatim quoque in Corneliorum ædibus non semel. Interea uero Gallum illum omnibus insalutatis discessisse, neque se quicquam de illo amplius rescire potuisse.

CHYMISTÆ duo societate inita inter se pacti fuerant, ut alter auri conficiendi rationem se habere proficeretur, alter sub circumfusiandi mercatoris specie inter cætera exotica, scobem auri uigerrimam, pro lunariæ cuiusdam puluere uenderet. Prior Marchionem Badensem Ernestum conuenit, promissis magnificis circumuenit. Constitutis ritibus, Chymista inquit, Res nobis deest unica, à pharmaco

poco quouis uel rhizotomo petenda. Res à doctoribus appellatur, uoce ut uidetur Arabica. Commodum interea socius sub rhizotomi habitu ad portas arcis merces suas exposuerat. Accurrit principis iussu puer, puluerem Res dictum petit. Expromit alter ex obsoleta pyxide puluerem pro uno solido, tanquam rem uilissimam, addito etiam superpondo. Eum puluerem mercurio inspergit Chymista. Massa eximitur, auri momentum habere deprehenditur. Itaque non spernendo donatus munere, discessit. Marchio ad suam reuersus Chrysopeiam, puluere propè absurtio, cum eum frustra in omnibus uicinis pharmacopoliis quaesuisset, residuo ad ignem explorato, auri scobem esse deprehendit. Hieremiæ Mederi acroama.

DE MALLEO.

Σφραγδαίτες uocant Græci propriè Malleo uentes atque uisces, quæcumque formam inducant. Exemplum è Fabricarum pæce catalogo.

DE ACV. HVC scilicet PERTINENT

SARTORES, SARTRICES.

Elie Instrumenti solus habetur ratio. Quætuor uero hi ipsi uisces faciunt, inter P. estuarios opifices recentiori de-

GNATHENIVM fatrix, è qua Philippus Macedonia rex Perseum, qui sibi successit in regno, suscepit. Plut. in Arato. Nymphidij Sabini AVIA materna fatrix fuit meritoria. Vide Tit. Politicum quemuis magistratum astutè comparare.

RODOLPHVS Habspurgensis Comes, sæpe in castris, antequam rex fieret, ueltes confuebat, & suo exemplo milites ad frugalitatem hortabatur, ne omnia prodigerent: non esse indignum dicens, artificis obire munus, si artifex deesset. Cuspinianus.

PASQUILLVS factor Romanus, atque ad eodē pontificis, mira in reprehendendis aulicorum, Cardinalium, ipsorum quinque pontificum uitiis libertate & impunitate, occasionem dedit aulicis literatis, ut scripta quælibet famosa in certo auctore edita in Pasquillum referrent. Eo mortuo, cum prope tabernam eius in Parione statua marmorea gladiatorio habitu effossa esset, & eodem loci in uia publica erecta, populari ioco Pasquillus appellari cepit, quod illic ob diacitatem notissimus magister Pasquinus habitasset. Vulgi ludum aulicorum confirmauit auctoritas, & qui uia uoce hominum mores publicè infectus erat, mortuus sola memoria sua epigrammatophori munus subiit, cum statua huic scripta maledica omnis generis noctu affigeretur, quæ à loco ipso Pasquilli nomen sibi uendicauit.

Hæc Antonius Tibaldus Ferrariensis senex honestissimus à se Romæ uisa testatus est: cuius narrationem Ludouicus Castelleuicus Mutinensis suis in hymnum Annibalis Carinimaduersonibus inseruit, ut ex non uulgata historia Pasquilli munus esse probet, politica tantum, non literaria: eaque non obscuro & leuia, sed graui & manifesta errata: non plebeiiorum, sed clarissimorum hominum: nō erudita, sed populari lingua incesse. quod factor ille Pasquinus, in notissimis tantum ob hominum splendorem & rerum atrocitatem factis plebeia hac maledicentia fuerit usus.

IO. BAPTISTA Gellus, factor & Academicus Florentinus. Eruditionem eius (qua cum Simone cotario, Socratis auditore, certare possit) testantur Dialogi ab eo cõscripti patris lingua, il Botaiio, Pontificia uirgula iam non semel hæc rescos damnatus, cum Circe, quam ex Plutarchi Gryllo mutatus esse uidetur.

Petrus Landoes SARTORIS filius, ad summā euectus dignitatem. Vide Titul. Obscuro orti loco qui clari euasere dignitatis profanis.

Ioannis Baluzæ cardinalis Pictauiensis PATER factor fuit, qui sub Ludouico XI. Gallorum rege suo arbitrio regnum ad ministravit. Fulg. lib. 6. cap. 10.

Ioannes Galeacius Vicecomes obesus & corpulentus, cum multo cibo & potu uentrem fastisset, post cenam cum iret cubitum, uocari ad se SARTOREM suum iussit, eum redarguens, quod ad arctiorem thoracem fecisset. Tum factor, Cras optime erit, inquit, & acceptam uestem domi repositit, & crastino die, cum dominus post cõcoctionē surrexisset, uestem fore amplissimam prædixit. Poggius in Facetiis.

IO. Capenolle Gandauenis factor, cum Gandauenfes Maximiliano I. rebellasset, ducem sese illis præbuit. Cranzius lib. 12. Saxoniae cap. 34.

PAVLVS Varadiensis factor. Vide Tit. Adulterij iusta pœna.

IOANNES à Leida factor, Anabaptistarum Monasteriensium rex in Vespalia, prophetam se mentitus, exactis honestissimis

stiffimis quibusq; ciuibus, nouam reipub. formam consi- tituit, leges & magistratus tanquam ex diuina reuelatione imposuit, & omne aurum & argentum in unum conferre iussit, uelutiam mutare, domos permutare, ne quisquam se aliquid proprium possidere crederet, aliquando ob leuissimi- mus suspiciones sub diuini iussus praetextu mactari ciues. Vrbem uocauit Hierusalem, scilicet uero Israelitas. Gilbertus Cognatus libro 8. Narrat. Tandem à Carolo V. Imperat. anno domini 1534. uictus cum suis perijt. Stumpfius. Vide Titulum Hæreticorum.

SVTORES.

Latiſſimè patet Sutorum ars, respectu organorum quæ ef- ficit. Ea q; propter sub Efficiente instrumentali uno titulo Suto- res complecti uolumus, qui secundum formam organi quod ſubi- unt, ad Veftrum, ad Veftrum artifices quoq; referri possunt. Jam quia Sutores uidem quoque corium, quo uuntur, preparant, ma- teria respectu ad materiales differentias pertrahunt. Ra- tione diſtinguenda ſunt ea, quæ uerſa conſi- ſſima deprehenduntur.

Sutorie inuentionem BOETHIO cuidam Plin. assignat. At HEBRÆOS primos sutores fuisse ex sacris diuinare licet, quando Exodi 3. Mosen calcateum fuisse liquet. Polydorus libro 3. cap. 6. de Inuent.

Iphicrates SVTORIS Atheniensis orator & imperator, primi- mus spoliis epigramma addidit, quo ducis mentio fieret, cū superiori tempore solius urbis nomen inscriberetur. Suid.

DIONYSIVS Mitylenæus uel Milesius ex suture poeta, unde Scytobrachion & Scytenus dictus est. Scripsit Bacchi & Palladis exercitum, & Argonautica libris sex, quæ uerſa, id est, fabulosa pedestri oratione. Fuerunt multi & alij Dionysij poeta.

Plures auctorem generis Vitellij Imp. libertinum proderunt. Cassius Seuerus, nec minus alij, eundem & SVTOREM ueteramentarium: cuius filius sectionibus & confuturis u- berior compendium nactus, ex muliere uulgarj Antiochi cuiusdam fumariam exercentis filia equitem Roman. genuerit. Suetonius.

SVTOR Romanus interfectus à populo, quia coruum uoca- lem uicini sutoris interemisset. Vide Tit. Pœna inhumanita- tis erga uiuos. Item Tit. Sumus collati in aues.

PALPHENVS Varus, Cremonensis, sutoris filius, abiecta sit- trina, quam in municipio exercebat, Romam uenit, Ser. Sul- pitium in iure audiuit, tantumq; promouit, ut beneficio ar- tis huius & lacum clauum fumeret. & cum P. Vinitio consu- latum adipisceretur, & mortuus publico efferretur funerem. Reliquit libros Digestorum & Collectaneorum. De eo Ho- ratius libro 1. Sermonum:

— Vt Alphenus uaser, omni Abiecto instrumento artis, clausq; taberna, Sutor erat sapiens operis.

Planicus Mauiam Gallam uxorem habuit, non satis probati nominis feminam. Cùm autem amici causam agentis, testis ex aduerso SVTOR processisset quidam, Planicus utilitate officij testem suspectum reddere cupiens, quasi incognitum, sciscitatus erat, Quæ arte se regeret? Gallam, inquit, cal- ceo. Gallam autem sutoris instrumentum erat. Quæ aquiuoca- tione nominis, Planco uxor is impudiciam exprobrauit.

Gallus quidam SVTOR cùm uidisset Caligulam Imperato- rem nunc deorum, nunc mulierum ueluti turpiter inceden- tem, atque in folio eminentissimo tanquam deum seden- tem, Iouis chlamyde amictum, tantam insolentiam irrisit. Quæ re animaduersa, Caius ad se uocauit hominem: roga- uitq; Quid tibi uideretur? respondit Gallus, Hanc magnam demenciam uideri. Sed Imperator, eo quod sutoris dictum satis liberum esset, æquo animo tulit. Ad eod principes hu- iusmodi, æquior animo ferre solent plebeios homines liberè loquentes, quam præditos aliqua dignitate. Dion in Caligula.

Martialis in SVTOREM quædam, qui Cleonis exemplo, prius ad summas euectus diuitias, ut uenti erant, ita uelum in al- tum sustulit: deinde ad pristinam rursus inopiam largitio- nibus suis redactus est, ut nihil iam esset nisi cerdo:

Lulisti, inquit, satis est: sed te, mihi crede, memento Intra pelliculam cerdo tenere tuam.

Erasmus in Adagijs.

In SVTOREM, idem Epigrammatum lib. 9.

Dentibus antiquas solitus producere pelles, Et mordere luto putre uetusq; solum, Prænestina tenes defuncti rura patroni, In quibus indignior si tibi cella fuit, Rumpis & ardenti madidus crystallata Falerno, Etpuris domini cum Ganymede tui. At me litterulas stulti docuere parentes: Quid cum Grammaticis, Rhetonibusq; mihi?

Frangere leues calamos, & scinde Thalia libellos, Si dare sutori calcus ista potest.

CRISPINVS & CRISPIANVS ex urbe Roma Sueffione in Galliam profecti peregrinationis gratia, arte sua sutoria calcis pauperes iuabant, multosq; ad fidem deducebat: sub Maximiano deinde interfecti, templum etiam apud po- steros in Vrbe meruerunt. Volat. lib. 14. Anthrop.

Saxones quidam Roskildiam inhabitantes, machinarum bel- licarum periti, Erico regi Danorum, contra Nicolaum ele- cto, tormenta aliquot suppeditarunt: quorum usu Ericus Haraldum fratrem defestorem, arcem prope Roskildiam relinquere cogegat. Cæterum uicto tandem Erico, Nico- laus Germanos comprehendit. Eos Haraldus, tum quia tor- mentorum opifices, tum quia falsò de nece sua glorian- tes audierat, extrema narium parte præcisâ deformes red- didit, percontatus an Haraldus eorum iaculis interfectus esset. Tunc QUIDAM ex his applicatum ori suo cultum aspi- ciens, parendum sibi, quod doctus esset, asseruit. Haraldus hominem literarum peritum existimans, renouato liçore, ad epistolas perductum, ipsas (ut fieri assoler) solennium nun- cupatione uerborum dedicare præcepit. Cui captiuus, Su- endi fide, non sacrandi professorem, respondi. Haraldus ho- minis acumine delectatus, impunitatem astutia tribuit, i- ramque quam deceptus abiecerat, correctus repetere eru- buit, ne errorem supplicio emendare uideretur. Saxo lib. 13.

Vrbano 1111. Pontifex humillimo in Tricassibus loco na- tus, PATRE suture ueteramentario, sed indole animi no- bilis. Amelius lib. 7.

Ioannis XXI. Pontificis PATER Gallus fuit cerdo. Ful- gosu lib. 3. cap. 4.

MARCVS Taurinus sutor Venetis Taurisum refuitit. Vide Tit. Magistratus comoda promouere.

THEOBALDVS Wolfhardus Rubecaj oppido Alsatiæ futi- nam exeruit, ea inter ciues suos auctoritate & gratia, et om- nibus honoribus legitime summa cum laude functus sit, & moriens magnum sui desiderium optimis quibusque li- quere. Sucepit ille ex Elizabetha, Conradi Pellicani suto- rore, filios duos, Theobaldum, & Con- radum nati maiorum, qui scilicet Græca allusione Lycosthenem appellauit, & huius Theatri prima fundamenta iccit.

SCALPRO. SCVLPTORES. TVM

MARMORVM.

Vide sub Tit. Statuariorum in specie, Sculptores mar- moris. Illis Formæ quæ inducitur, hic organi per quod forma inducitur, habe- tur ratio.

METALLORVM.

Consule Tit. Calatorum, item Statuariorum in specie, quatenus metallis calant sculptoribusq.

GEMMARVM.

MNESARCHVS Samius, anulorum sculptor. Pythagoræ philosophi pater fuit. Suidas.

THEODORVS Samius Teleclis F. gemmam signatorem smaragdum sculpsit Polycruti tyranno Samiorum, quam cùm ille ex omni thesauro carissimam haberet, ex consi- lio Amasis regis Aegyptiorum in mare abiecit, ad fortunæ prosperitatem aliquatenus refræandam. Herodorus lib. 3. & Pausanias in Arcadicis.

Imenitæ ætate, multos post annos, apparere scalpî etiam sma- ragdos solitos. Confirmat hanc eandem opinionem edi- ctum Alexandri Magni, quo uentus in gemma fe ab alio scal- pi quam à PYRGOTELE, non dubie clarissimo artis eius. Post eum APOLLONIDES & CRONIVS in gloria fue- re, quiq; diui Augusti imaginem similem expressit, qua pos- tea principes signabant, DIOSCORIDES. Plinius libro 37. cap. 1.

Augustus Cæsar in diplomatibus, libellisq; & epistolis signâ- dis, initio Sphinge usus est: mox imagine Magni Alexandri nouissimè sua, DIOSCORIDIS manu sculpta, qua signa- re insectus quoq; principes perseuerauerunt. Suetonius.

TORNO. TORNATORES.

Diatretarius, Calator, qui tornata opera facit.

THERICLES quidam celebratur, qui primus ex terebintho calices torno facere solitus fuenit, per quem probatur ma- teries. Plin. lib. 16. cap. 40. Perfeci Macedonum regis duo filij Romæ cum patre interie- re: tertium ALEXANDRVM egregium, artificem in tornando & calando arguto opere, referunt fuisse: inde Ro- manis literis & sermone perceptis, scribas operam præbu- isse magistratibus: eoq; in munere habilem & scitum repe- tum. Plutarchus in Paulo.

In pro-

In provinciis Vestgotherum, KLINDIA ac MARCHIA di- ctis, peritiores in opere rotati artifices, quàm alibi in cunctis regionibus Aquilonis, reperiuntur. Eo nanq; qua- stit pro maxima parte uiuunt, sicq; alterna æmulatione li- gendorum uaforum, uulturnis inuentione contentunt, quemadmodum uitriarij in Murano Venetiarum. Olaus lib. 13. cap. 38. Sept. reg.

ALFONSVS Aetelinus dux Ferrariensis quum in pace liberis operam daret, & per eas maxime uoluptates, quæ eruditij ingenij solertiam respicerent, atatem traduceret, ab aliqui- bus remissioris potius uitæ, quàm nobilioris exercitacionis cupidus putabatur: quippe qui non semper ad retractiorè mentem nobiles conuitas, sed præstantes uariarum artium artifices iucunda comitate perurbanos, quum animum remittere uellet, admittit, sæpeq; ad conterendum otium in officinam se abderet, iucundissimo labori ad eod inuen- tus, & tornatis tibias, & alui lusorij latunculos, miræq; elegantie pyxides, & figulini interdum operis uascula ma- nu argutissima fabricaret: quod studium postea magno u- sui decorique futurum ad frilem constanti aris in dustram in defectibus extendit, successu operum usque ad eod felici- am in summa auctoritate opifices superaret, & præcellentij cæ- peratura inusitata magnitudinis tormenta eius ingenio funderentur. Iouius in Alfonso.

ELIX Platerus Basiliensis medicus, ea ingenij felicitate, quæ inuentionem uocat Arist. ut celerrimè & exactissimè quæcumque artificum opera imitetur: feris medendi, corpora secandi, plantas & metalla tractandi occupationibus, non musica tantum, sed & mechanica intercludit, tornandi præsertim, interitice confueuit, ea quidem arte, ut uel cum iis, qui in ea sunt arte præstantissimi, confertur possit & certare.

PISTILLO. PISTORES.

Pistores & Pistones à pistendis & pistillo contundendis frugibus, pistillo inquam uel manuali uel machinali. Cæterum quia uidem quoq; ex contusis frugibus panes facere olim consue- nere, iccirco Pistores inter Alimenteriorum confectores pabulo potest commemorabuntur. Etic satis sit diuersita- tem respectu annotasse.

Halpattem fama est, Croci patrem, alteram uxorem duxisse, liberorq; tulisse alios. Igitur insidiantem Croco noueram uenenum PISTRICI tradidisse, contestatq; ex eo panem ut Croco daret, iussisse. Id indicat clàm Croco pistricem, atq; illius natis eum panem appositum. Cuius meriti regnâ- tem Crosum Delphi apud deum sicut restem recè atque ordine mulieri gratiam retulisse, aurea ei statua posita. Plu- tarchus de Pythæ oraculis.

Non fuisse ROMÆ pitores ad Persicum usq; bellum, annis ab Vrbe condita super quingentos octoginta, testis est Plin- ius l. 18. c. 11. ubi rationes aliquot arte cõditij panis ostendit. CONON præfectus classis Græcæ pinxit panes ad furnum balnearum. Vide Tit. Auari duces, uel in Alimentis.

MOLA, MOLITORES. TVM

FRVGVM.

SAMSON Hebræorum in dex captus à Philistæis, in ergastu- lum ad molendum detruditur. Vide Tit. Robustus uicus. In Laconia à Therapne Taygetum uersus procedit uicus est, Aleſias nominat, quod est ac si Pistorium dicas. Eo in loco molam primum omnium reperisse, & fruges molere docu- isse MYLETA, Lelegis regis filium tradunt. Paul. in Lacon. PIVMNVS Iouis filius plendi ac pinſendi frumentij inuen- itum, hinc Pilulumus dictus, & à pistorib. colitur, & ab ipso pilum dicitur. Seruius in lib. 9. Aeneidos.

Molam asinarum priscis fuisse accipimus, quam asellus cir- cumageret: siquidem molleuioribus & manuaris, quas tru- faciles uocant, hominis manu circumferuntur: grauioribus iumentariis à iumentis, quibus ocluduntur oculi, aguntur in gyrum. Vfus molarum ad manum in Cappadocia inuè- tus, inde inuentus usus earum ad uentum, & ad equos. Pau- lo ante Augustum mole æquariæ aquis actæ, Romæ in Ty- beri primum factæ. Pomponius Sabinus, & Brodeus in primo Epigrammatum.

Amylum ex omni tritico & insigine, sed optimum è trimestri. Inuentio eius CHIO insulæ ab eorum, & hodie landatissi- mum inde est, appellatur ab eo quod sine mola fiat. Plin- ius libro 18. cap. 7.

OPIFICES ORGANI SECVNDVM VSVM SIVE ACTIO- NEM quæ imprimè considerati. Sic Organa fabricat agentia

IN ANIMVM. VT SVNT ORGA-

NA quæ offiuntur

IN VISVM. NIMIRVM

Picturæ, Statuæ.

De his supra inter Opifices consideratos respectu Formæ.

PITTAVS Mitylenæus, unus è septem, magnis laudibus molam cuebat: idq; eius encomium decantabat, quod in exiguo loco multi sese exercitare possent. Exrat cantile- na, apud Plur. quæ ob eam causam Epimylion dicitur:

Ἴλα μύλα ἴλας, ἰδὲ Πιττακὸς ἄλλῃ μεγάλῃς μινολέων βασιλεύων.

Mole mola molenam Pittacus molit magnæ Mitylenes do- minator. Locabatur ille quidem, quod distina ueterum ad corrigendos fontes plurimum ualere uiderentur. Reuerà tamen mola ipsa uitæ hominum utilissima existit. Aelianus lib. 14. de Var. hist.

NEMONEM molitorem Athenienses occidendum esse pro- nunciarunt, quod Pellencum puerum ingenuum sciens do- lo malo in pistrino ac uinculis habuisset. Aerodius ex Di- narcho contra Demosthenem.

MOLITOR, cui Menedemus & Asclepiades philosophi ro- tam noctu circumagebant, eos otij nomine apud Arcopa- gitas accusatos, suo liberauit testimonio. Athen. lib. 4. c. 20. Cùm Athenis fame uehementer laboraret, & hi, qui inſi ſit erant, frumentum non efferrent in publicum, sed domi clâ- culum molerent ac noctu: curiosi quidam obambulantibus obseruato molarum strepitu, eos prodiderunt: atq; hi qui- dem Aliterij dicti sunt, quemadmodum & Sycophantæ. Ce- res dicta est ἀλιτήριος, & Iupiter ἀλιτήριος, quod in publicâ mæ seruassent molitores, ne farina diriperet. Eraſ. in Adag. Aristophanes in Equitibus EVCRATIS molitoris memi- nit, in quibus:

ἰθαυτὸς δὲ μὴ κερδίζῃσθαι τὸ οἶδεν ὁδὸν, ἄσπερον ἰθαυτὸς ἐφῄσεν ἄλλῃ κερδίζῃσθαι.

id est, Caueto ne te effugerit: nouit uias,

Quibus Eucrates effugerat per fures.

Taxat obiter Eucratis mores, qui quum molitor esset, ta- men republicam administrabat. Erasmus ex Suida.

Romani Sabinas rapuerunt. Ex federe deinde cautum, ne ui- ro Romano Vxor uel moleret uel coqueret. Plutarchus in quæst. Rom.

Molæ ROMÆ in Tiberi ad Ianiculum fuere antiquitùs, uti au- ctor Procopius est, ad molendi usum: quia in angustum li- bi primò aquarum ingens uis cogitur, ac per canalcm mox in præceps acta, uolentius defertur, ac ruit. Quo nomine uidentur Romani uereres collem Ianiculi muro circummu- nisse, hostibus ad molas assultus ne patèret. Cælius libro 9. cap. 16. Antiq. Lect.

PLAVTVS Comicus ex mercatore molitor. Vide Titul. Stu- dium in scribendo.

Referit Iulius Pollux lib. 7. de SERVIS in pistrino laboranti- bus, quibus machina rotunda circa ceruicem addebat, ne manum ori liceret admouere. Id factum, ne deuoarent farinam. Machinam appellabat πωστικὸν ἢ σὺκ κρησπασίον, quod arceret à deorando. Erasmus in Adagijs.

MOLITOR prodit per inscitiam Ecbertum prætorio Saxo- niæ præfectum. Vide Tit. Scelerum pœna diuina.

PAVLVS Chinis Vngarus humillimo genere natus, è pistrino frumentario in militiam educus, sub Magyare Blafio primùm meruit: cognomen à paterno pago inditum. Inau- ditis animi corporisq; uiribus fuit: statura, robore, lineam è- tisq; membrorum Herculi prorsus assimilis. In paterno pi- strino molam sæpe frumentariam, sine quoquam admini- culo, quando que uas unarium uix curui tolerabile, solus humo sustulit. Armatum quoq; hominem dentibus fure- ptum, inter militares choreas, armatus saltando circumu- lit. In palæstra & pancratio semper indomitus, Blasij contu- bernio usus, sic illi gratus fuit, ut non munia modò quæq; militiæ potissima statim obiret, uerum etiam eius filiam u- xorem duxerit. Bonfinius lib. 2. Dec. 4.

PETRVS Temacoldus molitor Laudensis tyrannus euadit. Vide Tit. Crudelitatis zelotypæ erga uxorem stupratoris. LI TVANI molendina siue pistrina manualia in pagis & oppidis trina quinæque domi habent, eisque ad comminu- endas fruges utuntur: dumque hæc molendina manibus uertunt, patrio more agrestem quandam concentum edere solent, dicentes, Molo, hocque uerbum frequentius ad can- tilenæ similitudinem repetunt. Id alioqui est tam uitis quàm mulieribus peculiaris, ut de illa re, quæ præ manibus habent, cantilenas agrestes canant. Guagninus in descric- ptione Lituaniz.

cuius autem nemo nisi Grammaticus recte proficere potest. Tria enim requiruntur, ut recte, ut eleganter, ut celeriter & expedite scribatur. Recte scribere, quod & summa ars est, docet Orthographia, in qua quatuor Grammaticae partes veluti bases reliquarum, quibus quodque nomen literis exprimi, qui accentus, quae commata, cola & periodi adhiberi debeant, docent. Cuius tanta est necessitas, ut si in ea peccetur, nullam nec elegantiam nec celeritatem laudem amplius mereatur. Eleganter scribere, imitationis est probae, & quaedam veluti picture species. Cuius exempla etiam est Tit. Kalliariorum peti possunt. Celeriter scribere, partim naturae est, veluti ad nutum manus literas posse exarare; partim artis, notis quibusdam integra verba significare (quarum Cicero auctor fuisse perhibetur) de quibus Martialis: Curant verba licet, manus est velocior illis. Fixum lingua suum, dextra peregit opus. Quae tamen nota cum multarum litterarum in contrahibus causa est, alius alio modo easdem notas interpretantibus: edicto cautum fuit, ne quis amplius in foro & iudicis nota istis uteretur. Apud nos ignotum est hoc scribendi compendium, nisi quantum ex antiqua marmoribus & scriptis colligere licet. In notarum locum succedere apud veteres abbreviatura (sic enim vulgo appellatur) quibus longe certius ea quae volumus scripto exprimere possumus, quam nota, nec minore celeritate, quando quidem minus literis uti consuevimus. Cum itaque res peragere potissimum in recta litterarum compositione & expressione posita sit, secundario & per accidens in eleganti & celeri picture: manifestum profecto esse arbitror, artem scribendi ad Grammaticam in primis spectare: & per accidens illud politius scribere in se servare, ut in inter magistratus quoque connumeretur. Pari namque ratione philosophia in se, mercatura, aconomia, omni-bus denique humanae vitae actionibus, quas memoria mandare, aut absenti significare volumus. Et enim Grammatica organum est commune omnibus artibus & disciplinis: sic etiam peragere, quae est Grammaticae pars. Desinit enim Grammatica, ars esse recte loquendi & scribendi. Et haec quidem in genere de Scribendi arte dicta sunt. Iam vero ipsum officium inter mechanicas artes referri debet. Invenit enim, ut & rōmā dicitur, vel Theorice utae (ut puta quando libri & monumenta doctorum hominum de scribuntur, quos Librarios olim vocabant: in quorum locum successerunt hodie Typographi) vel utae practicae, in foro potissimum & iudicis, quando acta iudiciorum, senatus consulta, leges & edicta, memoriae posterorum scriptis commendantur: quod quidem officium, quia arcana multa tractat, non nisi spectata fidei hominibus committi debet, quos Cicero Aristot. inter res dignas connumerare non dubitavit.

Cancelarius, idem opinor, qui a cancellariis: inde ducto nomine, quod eius officium, id est, cellula, in qua scribere consuevit, cancellis munita sit: unde tit. lib. C. i. De aedificiis. & domesticis, & cancellariis iudicum. Nam quum a suarum officium libellis siue chartulis sit referunt, & frequentes habeat interuentores, neq; ab illorum colloquio prohibetur, & ab amittendarum chartarum periculo absct. Hotoman. de Verbis iuris.

LIBRARIORVM quorundam nomina & anathemata, cum instrumentis graphicis, pete ex libro sexto Graecorum Epigramatum.

ESDRAS scriba uelox, & sacerdos, uniuersas Hebræorum doctrinas habuit in memoria. Id quod præter Sacras literas, Iosephus etiam lib. v. cap. 5. Ant. scriptum reliquit. Eusebius lib. i. Phœnices ait in theologia sua putasse MERCVRIVM Trismegistum scribam fuisse Saturni Cæli filij, cuius opera usus sit Saturnus in tuenda matre: cumq; hic australes mundi partes peteret, uniuersam Aegyptum Mercurio reliquisset. L. Viues in lib. 8. Aug. de ciuit. Dei, cap. 26.

HERAX, à quo Hieracitæ hæretici, nō doctissimus, & calligraphus, quia optime pingebat literas quasuis. Vide Titulum, Hæreticorum.

AESCHINES orator scriba fuisse dicitur in iudiciis. Vide Titulum Poetarum tragicorum.

CN. FLAVIVS Appij Claudij scriba, Actiones iuris ciuilibs prius uulgauit. Vide Tit. Legislatorum.

ALEXANDER filius Perfic, Macedoniae regis, à Paulo Aemilio uicti, & in carcere Romæ mortui, notariatus officio se se alere fuit coactus. Fulg. lib. 6. cap. 11.

CICEREIVS scriba, competitor Cn. Scipionis. Vide Titulum, Pudoris.

L. CANNIVS scriba potissimum, ob incestum uirginibus Vestalibus Opimij & Floronij illatum, ad eum atrociter in foro à Pontifice flagris caesus est, ut inter uerbera expirauit. Sa bell. lib. 2. En. 5. ex Plut. Artig.

ALEXIS, T. Pomponij Attici puer amanuensis, cum Titus morbo impediens sua manu, uti consuevit, ad M. T. Cicero-nem scribere non posset, nitebatur effingere manu Pomponij. Vide Tit. Mechanica imitatio.

TITVS Imp. imitari stilo cuiuscunque chirographum ioco inter suos testatus, potuisse se falsarium fieri optimum te-

statur. Suetonius. Diocletiani Imp. PATER notarius Dalmata fuit. Fulgofus libro 3. capite 4. MAVRICIVS & THEODOSIVS tertius, Imp. primò notarij siue scribae fuerunt. Fulg. lib. 6. cap. 10. THEODOSIVS Imper. Arcadij filius, præter cæteras animi dotes fuit quoque calligraphus, ita ut multa quoque eius scriptorum ad sua uictoria tempora conferuata esse, testetur Nicephorus lib. 14. cap. 3. Euangelia uidelicet, & alia quædam, aureis literis distincta, quorum paginae crucis formam referent. Quo labore eum uitæ sumtus tolerare potuisse (si priuatus uixisset) fama est.

AVXENTIUS scriba in exercitu Licinij Imp. post episcopus Mopsuëstienis. Vide Tit. Constantia religiofa.

PAVLVS Diaconus calligraphus fuit. Vide Tit. Monachorum octauo Seculi.

SIMEON monachus epistolas Pauli transcribit. Vide Tit. Prudentia in paupertate aliorum subleuanda.

CLEMENS pontifex Romanus e regione Cælij montis, regionis Urbis IX notariis diuisi, qui res martyrum diligenter perferibent. Anno 94. Volat. lib. 22 Anthrop.

Julius Romanus Pp. Constantino imperante instituit NOTARIOS, per quos res Christianorum describerentur. Anno 336. Ibidem.

ROSPER Aquitanus, Leoni I. Pp. fuit ab epistolis, paulò post ecclesiam Regensem in Aemilia accepit: ubi propter fiduciam suam ab Ecclesia inter Confessores relatus est. Sigonius lib. 14. Imp. occid.

AVS Iordanis Alani historici, notarius fuit Candacis Alanorum, qui à Marciano & Valentiniano III. Imp. Scythiam minorem & Moesiam inferiorem habitandam accepit. Sigonius lib. 13. Imp. occid.

OVMIRACULOSÈ seruatus, multos codices sacros transcripsit. Vide Tit. Monachorum octauo seculi.

BLAVS Axaretus, Genuenis tabellio, dux præstantissimus uasit. Vide Titulum, Obscuro orti loco qui dignitatis profanis claretur.

RODOLVS Agricola Trifius literas pingebat elegantissimè, à quarum picture ad ipsam pictoriam artem, non sine maxima laude, sius aditum preparauit. Gerardus Nouiomagus in eius uita.

FR. POCIUANUS, cognomine Maurus, sacerdos Patavinus, scriptor artificiosus. supra CCC charact. urum uarietates effingere poterat. Bern. Scardeonus lib. 3. classe 15. hist. Pat.

Libri typis excusi. Typographi.

Arts typographicae ut finibus operati sumus, sic tempore amplissimum: opere uaria, ministrantes innumera, ad alias atq; alias classes referendi. Et quia iam sepe Mechanicarum artium complicationes & ueluti mixturas quæ stit pro uario usu uariarum arri diximus, exemplo id ipsum nobilissima artis, & inter mechanicas, si opus spectes, facile principis ostendamus: ut quando observatione huius Theatrum hocce regio æquor domo in loci prædit: eiusdemq; beneficio Ludum primim ADAMI Knoffii, Colonienfis medici gratiosissimi, qui cum Gryphiana officina præerat, humana & officio intercessione commendatione, apud Godofredum & Marcellum Beringos fratres, per omnes fere functionum gradus inopiam nostram, in quam inconsiderato peregrinandi studio incidieramus, singulariter sustentant: inde etiam Lutetia Parisiorum iacturam integri trienni quantum licuit restaurauimus: hac simul & deperditæ & reuocatae eidem pro merito reuerentur, hinc factio initio. Typographici operis duplex est consideratio. Nam ut id quod non erat efficiunt, & sic inter multiplicas artes referri debent: uel id quod id erat commutant: sic Typographia est ἀποκαταστασις, quatenus opera sua uendit aliis. Nisi quis hoc, ut est, Bibliopolarum potius quam Typographorum munus esse contendat. Quemadmodum & alterum illud, Sumtus scilicet in operas typographicas tum maximas tum æquiuas facere. Et triobique enim Communitatio est: illic qui dem Rei pro Reuendit enim Libros pro Pecunia uel Merce quasuis alia) hic uero Rei pro Opera, cum mercedem numeret Typographus proprie dictus, pro Opera presente in opus typographicum collata. Et hoc quidem licet uulgo propter splendore & opulentia eximij Typographorum appellatione dignos iudicent: alter tamen Plato, qui Mercuriam omnem, in communitate tantum uoluerunt, quantumuis præfiosissimam, Opificiis licet abiectissimis, in consuetudine occupatis, inferiorem esse censet. Illis ergo, quos Dominos & Magistros Typographos populoriter appellant, omnia, ad opifices Efficientes reuertamur, qui scilicet opus certum post se relinquunt. In quo cum tria concurrant, Næq; ad æquor scilicet siue Exemplar imitabile: Organum, Typo & imitans: Exemplum imitationis siue Exemplar: Typographica certe scriptio in se ueniens alia artes tanquam præparata, alia tanquam præparata. Et priores quidem ille subministrant organa ad opus typographicum conferentia, dum generum: alterum quidem Theoricum, Exemplar scilicet & Archetypum, quod

quod imitandum proponitur (Et hoc est Auctor operis edendi & ueluti designator) alterum uero Mechanicum, quo imitatio peragenda est sine illud sit primarium, siue secundarium. Prima uero non sunt unius generis, cum scilicet generis habent uel Materiam (ut est Charta siue Membrana, & Aramentum) uel Formam, ipsi Typi, seu Characteres (Typorum autem artifices alij Remoti, qui formas edunt typorum cum Aeres, quos Porzonus dicitur tum feminas, Martires dictus, alij Proximi, Fiores typorum & metallo) uel ipsius Efficiens: ut est Sphæra lignea, quæ eo uero obducta, & lana suffulta, calami scriptorii loco inseritur Typographis: item Ergastulum siue Prelum ipsum. Cuius partes alia sunt quiescentes, Basis tum superior, lacunarij superne affixa, Torcularis causa: tum inferior, Curuiculus (huius pars alia Recipiens, Tabula marmorea uel aenea, cui Forma imponitur, alia Incumbens, Tympanum, cui Charta affigitur) tum Superior, ipsum Torcular, suis in dem confitis partibus. Porro Secularia inferuntur alia Inferuntur Capofortibus: tum organa inferuntur characteribus tum Separatum in sua digestis capsulis, Loculi scilicet: tum Commutatum, quatenus Colliguntur, Merum: quatenus Deponuntur, Nauicula, Scapha, ipse deniq; Modiolus ferreus, qui ergastulo subicitur, alia inferuntur Impressoribus, ut Chartam locent, Tabulas ut Aramentum diluant, deducant: ut Characteres abluant, purgent. Et hoc quidem sunt præparata. Porro præparata organa prædicta ueniunt, ut quæ faciunt typographicum: & propterea respectu superiorum apparatus uariarum dici possunt: magis, minus. Opus est uicium. Liber typis expressus: sed opere ad id efficiendum uariis, quæ quidem considerari possunt ratione Dignitatis simul & Ordinis. Si Dignitatem spectemus, alia uidentur esse opera principis, alia famulantes. Principum quædam Theoretica, Corrector uulgo, nec male theogor, uel etiam theogor, quando quidem Exemplum Typi expressum cum Exemplari conferre: quædam Mechanica, quoniam imitantur uel Exemplar Typi, quos colligunt & componunt, Tonus, Compositores uulgo uel Exempli Charta quam pingunt, Typographi, & ex instrumenti ratione Impressores, Ergastularij, Emulantur alij Theoretici, Anagostes, Lectoralis Mechanici, Mediantibus, abiectionis quibusque officijs addicti. Sin uero Ordinem perpendamus, opera alia requiruntur ante opus, in opere, post opus. Ante opus quidem, ut respectu Exemplaris, Prelegatur, & Dinumeretur per paginas futuro operi inferuientur: at respectu Exempli, quod aduolum est, ut illius organa recte adhibeantur & administrantur. Floris alia quædam ratione habet Materiam: sic Charta numeranda, explicanda, humectanda: sic Aramentum terendum, diluendum. Alia uero ratione habent Formam. Ergo curandum, ut Typi per se, imitatione exemplaris, colligantur siue componantur (quas Formas uulgo dicunt) per accidens uero emendentur: Probas uulgo dicit, quod sine Examina & Pericula quædam. (Emendatio aut quædam Formalis, Corre Floris & Lecturis propria, in ipsi Probus, quædam uel Corrigitur Prima, & tunc uulgo: Secunda, & tunc uulgo: Non Conseruatur cō Secunda Terria, quædam Materialis, ipsorum Cōpositoris, qui Cor rectoris auctoritatem & censuram sequuntur in Formi) alia denique rationem habent Efficiens instrumentalis: in mirum Prelum, ita preparandum, ut Formas, quas uocant, recipere possit & excudere: Sphæra item, corio lana suffulta muniende, quibus aramentum typi illinatur. Rursus in ipso Opere, duo occurunt munia præparata: alterum, ut Forma incumbens marmoris tingatur sphaeræ alterum ut Charta tympano affixa, & forme inacta, curuiculusq; sub ipsum prelum deducta, impressione deferretur. Ad extremum post Operis editionem, Formarū primò characteres Lauandi, & Reponendi suis loculis: deinde Charta iam descripta singulatim quidem Excicanda, Plicandaq; conuictum uero Colligenda, Reconsendaq; quod uulgo Collatu-nem uocant. Nunc ad exempla.

Typographi redemptores.

Hæricus Stephanus, qui in carmine Aris typographicae uermoniam de illiteratis Typographis, propter quos in consentum uenit, complexus, inter epigraphia doctorum Typographorum subiecit, & ex tanto numero ueterum & recentiorum nomen enumerat, Aldum, Baduum & Neobarium Conrados, Ludouicum Tiletanum, Alrianum Turnebum, Guilielmu Morelum, Ioannem Oporinum, Ioan. Frobenium, & Robertum Stephanum.

Typographia ortus, quod satis constat, GERMANIS debet, in nostro orbe. Apud Cataios Indos ante multa fuit secula, nimirum quia etiam illi sunt homines, ratione præditi, ad inueniendum apti. De Cataio, inquit Iouius lib. 14. Historiarum: Lusitani negotiatores multa memoraru digna referunt: & quod maxime mirandum uidentur, hinc esse typographos artifices, qui libros, historias, & sacrorum ceremonias continentem more nostro imprimant: quorum longissima folia introitus quadrata serie complentur. Cuius generis uolument à rege Lusitania: cum elephante domino missum Leo pontifex humaniter nobis ostendit, ut hinc facile credamus, eius artis exempla antequam Lusitani in

Indiam penetrarint, per Scythas & Moscos ad incomparabile literarum præsidium ad nos peruenisse. Hæc ille. Et quia pulcherrimæ artis ortum Germanis eripere non potest, saltem non ab iis inuentam, sed ab Indis acceptam confingit. Nimirum quia barbari Scythæ multum has artes pacis altrices curant, & pro sua humanitate eas in mediam potius Germaniam, quam in uicinam Poloniam, aut Vngariam inferre uoluerunt. Paulus Venetus, cum Orientis singula perlustrarit loca, & per Scythiam & Germaniam redierit in Italiam, si neglexit hanc artem, imprudenter fecit: si cum sciret, Italiam, & Romanis præsertim eam communicare noluit, ingrattissimus fuit: si uero eius peritiam assequi non potuit, saltem rōmā differuisset. Nulla deniq; probabilitate hoc Iouij commentum nititur, nisi odium, religionis conceptum nomine, pro causa amplectatur.

SINARVM populi in Oriente ultimo, in libris describendis, & rerum memoria propaganda, æneis formis uti solent: quarum usus ad eod antiquus illos est, ut qui primus eam artem excogitauit, ignoretur. Oforius libro ii. rerum Emman. Non tamen exentiles, uti nos, libris imprimendis, sed laminis incisais literarū formas adhibent. Io. Metellus. Incunabula artis typographicae à IO. Fausto Moguntia primam reperta, exceptit pueritia & adolescentia, cum hinc inde in uarias Europæ orbis partes spargi cepit. Claruerunt omnium maxime opibus, & elegantia literarum forma multum cæteros antecellerunt. NICOLAUS Ienson & IOANNES Colonienfis, ambo Teutonici, quibus multi diligentem operam nauarunt, uaria recognitione, ut in iure Pontificio PETERS Trecius, quem audio gloriari solitum, XXX uoluminum millia ex formula sua recognitionis libratis officinis impressa. Sabellicus libro sexto, Encneadis decimæ. Postquam inuenta fuit typographia decemosexta anno, qui fuit Salutis humanæ 1438. quidā CONRADVS Germanus, Romam primò in Italiam attulit: quæ dein Nicolaus Ienson Gallicus, primus mirum in modum illustrauit, quæ passim hac tempestate per totum ferè terrarum orbem floret. Polydorus libro 2. capite 7. de Rerum inuentoribus.

HYLDRI CVS quidam Gallus formas Romam librarías in-tulit. Ioannes Ant. Campanus, quem assiduis emendationibus requiescere non permittebat, in cum, quod literarum ex magnis difficultatibus inopiaque ad ingentem ubertatem gloriosissimo illo & diuino officio euo carcer, iocatus est tali carmine:

Anfer Tarpeij custos Iouis, unde, quod alis
Constreperet, Gallus decidit, uitor ad est.
Haldricus Gallus, ne quem poscantur in usum,
Edocuit pennis nil opus esse tuis.

quod impressiones scribendi necessitate pennarumq; usum sustulisse uiderentur. Michael Fernus in uita Campani. In hoc ordine quoque Thomas Anselmus Haganoensis, MARTHA Schurerus Argentinenfis, PETERS Schefferius Moguntinus, nepos ex illa inuentoris primi huius artis, non tam ætatis, quam operæ causa censi possunt, quorum Aucuntinus libro 17. Annalium meminit. Sed inter principes IOANNES Amerbachius, qui Basilea primus quatuor Latine Ecclesie doctores elegantibus & eruditissimis typis, ut ea tunc ferebant tempora, excudit: & ob hoc ipsum & quia ciues optimos Reipub. dedit, æterna laude dignus, professione licet dispares, euditione tamen multo superiores, Brunonem, Basiliu, & magnum illum iustitiæ sacerdotem, uerumq; philosophum, hoc est, literarum amatorem & mecœnatem Bonifacium, cuius sub Tit. Iureconsultorum facta est à nobis mentio, Baslij I.C. excellentissimi, & tum affinitatis tum meritorum nomine à nobis fratris loco semper commemorandum.

Virilem artem ad eod sub ALDO Manutio Romano ingressa, præstantissimas & elegantissimas libros propagare cepit. Fuit, quo diebus, quibus Aldus summe typographorum omnium suæ ætatis uelut dominus, & laboriosissimus, ut quantum à demeritis uinis superat otij, rōmā in uisum compluere uoluit. Græcis præsertim, emendandis uel corrigendis adamicis, quibus conuenerunt. Accedebant etiam in uisum effluuio solutiones & con-fabulationes, quæ quidam in uisum, et homini occupato plus quam molestæ. Ut igitur, & occupatio plus suis confuleret, & amicorum uoluntatem, quæ uisum rationem habebant, summo ueretur, Musei sui ostio hæreticis in uisum, quædam in uisum, cuiusdem diligentiæ atque industria, quædam in uisum, et homini occupato plus quam molestæ. Ut igitur, & occupatio plus suis confuleret, & amicorum uoluntatem, quæ uisum rationem habebant, summo ueretur, Musei sui ostio hæreticis in uisum, quædam in uisum, cuiusdem tatus est: Quisquis es, rogar te Aldus etiam atque etiam, ut si quid est, quod à se uelis, perpaucas agas: deinde actutum ab eas. Nisi tanquam Hercules, decesso Atlante, ueneris suppositurus humeros. Semper enim erit quod & tu agas, & quotquot huc atulerint pedes. Aldi industriam IOANNES Frobenius apud Basilienses imitatus,

lopanem, forunt: Caelius lib. 21. c. 38. ex Plut. Phocione.
Apud Delphos crateres duo fuerunt, ex dono Croesi Lydorum regis, aureus ad dexteram, & argenteus ad sinistram templi, fœdētārum amphorarum capax, in quo mifcebatur unum a Delphis Theophrastis festo: opus THEODORI Samij. Herod. lib. 1. Cochleariorum.

Phocion cognomento, PATER fuit qui didaxit, id est, cochlearia conficeret. Caelius lib. 21. c. 38. ex Plut. Phocione.

Receptacula. Huc Fabri

Tabernaculorum.

De his hic, quatenus locant. At si Ornatum spectes, Aulæa sub Tit. Ornatum operum parietes, referri merentur.

D. PAVLVS apostolus artem tendendi tabernacula seu aulæa calluit, & in faciendis tentoriis pellex confuere doctus fuit: eamq; artem etiam post conuersionem exercuit. Chrysolto mus in octauum caput prioris ad Corinthios.

MENDEMVVS Eretrienfis, pauperis architecti filius, Phædri discipulus, nobilis inter Socraticos philosophos fuisse dicitur, ita ut illi statua fuerint posita. Quum aliquando decre tum tulisset ad populum, quidam ita tetigit illi, ut diceret: Nô esse sapientis neq; tabernaculum confuere, neq; decre tum scribere. Subnotans, qd ex parte coriario natus esset, ip se quondam eiusdem officij, nam olim tabernacula è pel libus caprarum confuebantur. Laertius lib. 2. c. 18.

Sellarum.

DÆDALI opus, lecticaria sella compactilis, Athenis in Polia dis Mineræ delubro ostendebatur. Pausanias lib. j.

Lectorum.

SOTERICVS faber lignarius, cuius opera priscam illâ & rudem simplicitatem præ se ferebant. Hinc natum prouer bium, Soterichi lecti: de re uili, & minimè ambitiosa. Gel lius lib. 2. ex Seneca.

LOCATIONI LAXÆ. HVC

Architecti in genere.

Aggrædior Grecis dicitur princeps fabricorum, hoc est, qui inferiori officium, quos Arist. & 1. Ethic. & 2. Physicorum manu s uocat, operis & operibus utitur. Exigitur uox generis, uti etiam apud Latinos Fabri. In specie uero ad Aedificandi artem, que Aedificia proprie dicta ad conuersionem hominum accom moda fabricat, ut & hęc uerba transferuntur: quandoquidem illi qui aedificant, omnes fore fabricos habent sollicitas, eorū nomine sicut dicitur, uis censeri possunt & appellari, quasi imperatores & designatores reliquorum. Nam quia Aedificandi ars non tantum ea que necessitati habitationis & locationis, ut Tempia, Domus, Porticus, Propugnacula, sed & que ornamento inseruunt, Statuas solites, Colossos, Columnas, efficit: eapropter inter Formales differantias quoq; Architectura referri possit, ipsos Statuarios & Marmorarios complectens. Deniq; quoniam tenentur contra quauis alia extrinsecus offendentia, inter Defen dentia quoq; referri possunt.

DÆDALVS genere Athenienfis, unus ex iis qui Erechthidæ dicuntur, natus ex Hymetione Eupalami filio, præclarus architectus, multis inuentis quæ ad artem pertinerent, quædam miranda effecit opera. Staurus fabricandis aded superauit omnes, ut à posteris traditū sit, signa ab eo facta, cum aspi cere atq; ambulare uiderentur, spirantia existimari. Ita enim compositio membrorū apta erat, & suis partibus perfecta, ut omnes ad admirationem alliceret. Diodorus lib. 4. c. 13. Eum Eupalami siue Euphemi filium fuisse & Alcippæ, testatur Zezes hist. 19. primæ Chil. At Pherecydes Erechthei Athe nienfis, & Iphinoes (à quo etiam tribus Dædalidarum Athe nis) è stirpe regia illorum, qui dicti sunt Metioniz. Pausa nias Palamaonis filium facit in Bœoticiis. Non magis ob ar chitecturę præstantiam, docente Mineræ, quam ob errores & casuum uarietatem clarus, solum uertit: quia sororis sue Perdices filium Attalum, uel Acalum, uel Talum (ut habet Diodorus & Ouidius) uel Telen discipulum, uel Calum, ut Pausanias in Atticis habet, de recto per inuidiam detestetur. Ad Minoem Cretę regem confugit, quem Endæus discipu lus, patria Athenienfis, secutus est. Ibi regi & filiabus ob in signia opera mirificè gratus fuit. Labyrinthum ad formam Aegyptij extruxit, cum eius rationem tantum audiuisset. Pa siphæ Minois uxor, cum tauri desiderio teneretur (nam Ve nus Solis odio, qui Martis adulterium patefecisset, in omnē Solis prolem sæuebat) Dædalus ligneam uaccam excogita uit, in quam inclusa Paspheæ cum tauro rem habuit. Re cõ perta, capitalis fraudis damnatus, cum filio è uinculis elap sus, Inycum, quæ urbs erat Sicilia, ad regem Cocalū, pen nis cæra aptatis euolauit. Icarus neglectis paternis monito nibus, captus suauitate uolâdi, altiora loca expetuit. Qua

re alis nimio solis calore liquefactis, in mare præceps deesi dit, quo ad eo fuit Icarium nominatum, ut ait Ouid. lib. 2. de Arte. Cum à Minoe repeteretur, neq; cum Cocalus dedisset, bellum inter Minoem & Siculos exard, ut ait Pausani as in Achaicis. Tanto fuit in honore apud Siculos, ut nulli us nomen omnino per id tempus neq; in Sicilia neq; in Ita lia magis esset celebre. Cum sine manibus, pedibus, oculis statuæ effingerentur olim, primus Dædalus deficientes par tes suffecit. Quare dictus est fecisse simulacra, quæ mouerēt. Tur. Scribit Pausanias in Corinth. Dædali opera rudia fuit se, neq; aspectu decora, sed quæ tamen diuinitatem quam dam præ se ferrent. Inter præclara eius opera sella compa ctilis numerata fuit, quæ fuit in delubro Mineræ Poliadis apud Athenienses dicata. N. Comes Mythol. lib. 7. c. 16. Ope rum eius catalogum pete è Diodoro lib. 4. c. 13.

CYCLOPES architecti olim fuere & fabri industrij, qui mul tas urbes edificauerunt, à solertia & diligentia in opere uideri per se dicit, quod circum circa omnia summo cū studio intue rentur. Hædus iis unicum oculum in fronte tribuit, foras se propter mentis aciem. Est enim mens oculo similis, teste Aristot. in 6. Ethicorum. Didi sunt in 7. Meteorol. & 2. Meteorol. & 2. quod manibus operando alimenta uentri acquireret. Hinc locus fabule, quasi centum manus è uentre prominen tes haberent, unde etiam Centimani sunt dicti. Eustathius Iliad. 6. ubi de Titythe agit à Cyclopi bus edificata.

AGAMEDES & TROPHONIVS, filij Ergini regis Orcha meniorum, in deorum templis, hominūq; regalibus tediis edificandis solertissimi fuerunt. Hyrico quoq; æarium edi ficauerunt. Vide Tit. Oracula de liberorum procreatione.

EVPALINVS Megarēsis Naustrophij F. fossam apud Samios fecit longitudinis septem stadiorum, celsitudinis autem & latitudinis octonū pedum, quæ ab imo montis in centū quinquaginta passus editi incipiens, ad contrarium os de ducta est. Item per eam totam altera fossa depressa est uigina ti cubitorum, triplo maioris latitudinis, per quam deriuata à magno fonte aqua situlis in urbem ducitur. Est præterea agger circa portum in mari ad xx passus altitudinis, duo bus amplius stadiis longitudinis. Tertium opus est templi omnium amplissimum, in tota Græcia, cuius primus archi tectus extitit RHODEVS Samius, Philci F. Et hæc tria ope ra apud Samios spectantur Græcænicorum omnium maxi ma. Herodotus lib. 3.

THOMAS Apollolus architectus. Vide Tit. Munificentiæ mi fericors religiofa circa pecunias.

Architectus AEGYPTIVS depeculatur Rhampsinitis regis æ rarium. Vide Tit. Pecuniæ astitue comparare furto.

Cleomenes Spartanorum rex Argos cõperat. Eo postea Co rinthi absente, auctore rebellionis fuit ARISTOTELLES ar chitectus, qui non egre impulsi multitudine cren dentem, qd tabulas nouas, quas expectauerat, non præstitisset Cleo menes. Plut. in Cleomene.

Secundi Athenienfis philosophi PATER architectus. Vide Tit. Certamina laudis & gloria.

HERMODORVM architectum insignem, Cicero de Orato re commemorat.

NICO Pergamenus architectus urbis suæ, Geometrię periti s simus, Galeni Medici pater.

Circiter annum Constantini Pogonati nonum, CALLINI CVS architectus ab Heliopoli Syriæ ad Romanos profu gis, ignem in aquis ardentem inuenit: quo usi Romani, Sa racenorū naues exusserunt. Sigebertus, & Zonaras Tomo 3.

ARCHITECTVS sub geminis columnis ludædi potestatem facit apud Venetos. Vide Tit. Operæ motui inferuentis.

Godogifilus Burgundionum rex, à fratre Gundobaudō Vien næ obfessus, ubi interclusus in urbem commatibus famem imminere ingentem uidit, inopes atq; egenos omnes emi sit. Quo factō, simul etiam ARCHITECTVS quidam, cui aquæ ductus cura mandata erat, egressus est. qd iratus, quod urbe expulsi esset, ad Gundobaudum se cõtulit, rationeq; qua irumpere in urbem posset, ostendit. atq; acceptis ido neis militibus, per spiraculum aquæ ductus ingressus, lapi dem magnum, quo ille obfepiebatur, ferreis uectibus mi nuit, atq; ita, aditu patefacto, in urbem milites intro duxit. qui, defensoribus ex moenibus deturbatis, signo dato, ob fessores in urbem uocarunt. Sigonius libro decimo sexto Imperij occidentalis.

Fridericus I. Imperator, Cremam arcta obfisione premebat, anno Salutis humanæ millesimo centesimo sexagesimo. Ita que machinas varias, turres que præparauit, easq; fortif simis militibus cõpleuit, ac tela facesq; in eos, qui intus e rant, mittere iussit. Quædam Cretenses quancumq; maximam sui cum fratre suo repellerent, quædam ad alas atq; ad con tulit, oportune autem ipsius consilium iussit singulis que dam induit. ARCHITECTVS omnium machinarum menta cõtulit, seu satis momento iudicatus, quod de Creta, ut Cremam præparauit, consilium quædam transiit, ac tur

res ligneas inuistatæ altitudinis duarum contabularionum efficit, ac pontes ex iis in muros proieciendos instituit. Sic ciuitas capta est. Sigonius lib. 13. regni Ital.

Architecti in Specie. Pura

Vrbium, Auenium.

Consule Tit. Magnificentiæ in extruendis urbibus, qua tenus Architectorū mentionē habent iunctam.

Cum ad Eurotæ ripas Spartæ Hyacinthi pueri amore captus APOLLO disco certaret, Hyacinthum imprudens occidit, ut ait Ouid. lib. Mutatio. 15. Hac de causa profugus è Sparta ad Laomedontem dicitur Troiam confugisse, qui tum for tæ mœnia ciuitatis extruenda curabat. Ibi Apollo unâ cum Neptuno, cum ambo rerum necessariarum inopia labora rent, suam operam pro mercede Laomedonti locarunt late res componentes. At Ouid. nō manibus Apollinis extructa fuisse mœnia Troiana scribit in epist. Parisid, sed per sonum Ilyræ. Quinetiam operâ locauit Alcatoo in extruendis mu nis Labyrinthi, ut testatur Pausan. in Atticis, ex omnium Me garenium opinione. N. Comes Mythol. lib. 4. c. 10.

CYCLOPES Mycenarū muros Perseo Iouis filio, Acrisij nepoti fecerunt, atq; etiam Proeto Acrisij fratri muros Tiry nthes, qui soli inter ruinas reliqui sunt, Cyclopum fuisse o pus fama uulgauit. Extructi uerò sunt è rudibus lapidibus, quorum singuli ea magnitudine sunt, ut ne minimus quidē eorum loco moueri possit iumentorū bigis: parui uerò in ceri sunt lapides, ut per eos maiores aptore structura co agmentarentur. In ruinis Mycenarum porta quædam uiseba tur adhuc tempore Pausanias, cui leones insitebant. Pausa nias in Corinth. Alij cum à Cyclopi bus (quos turres & æra riam fabricam inuenisse dicunt) quidpiam edificatū aut fa bricatum audierit, magnificentiæ & perpetuitatem operis in eo commendati putant, ut de iis Seneca in Thyeste, Cer no Cyclopum sacras turres labore manus humano decus, & Statur lib. Thebaidos 4. Monstrat Cyclopum ductas for nacibus arces. At Virgil. Aeneid. 6. Cyclopumq; educta ca minis Mœnia. Claudianus, Cyclopum formata manu. Bro dger in 1. Epigram.

DINOCRATES architectus maximè nobilis, genere Mace do, secundum Vitruuiū (Plur. in Alex. Stasserati hoc tribuit) in conspectu Alexandri uij properans, afferre se multas & egegas cogitationes, Alexandri magnanimitate dignas dixit: in iisq; de monte Atho in uirilis statua formam redi gendo, eo quidem artificio ac posito, uti læua manu urbis maximè capacis amplitudinem contineret, ac mœnia: dex tra uerò pateram, quam fluuioium omnium qui eo in mon te defluerent, decursus exciperet. Alexander, ingenio homi nis ac sermone delectatus, cum Alexandriam edificaturus esset, eius opera in ea ciuitate metanda usus est. Plin. lib. 7. cap. 37. Strabo uerò lib. 14. CHÆREMONI tribuit. Vide in sequenti bus.

Arrium.

Vide Titulum, Arces magnificæ.

MNESICLES architectus arcem Athenis edificauit. Plut. in Pericle.

Propugnaculorum.

EVPALINVS Megarēnsis Fossam & Aggerem Samiis extru xit. Vide supra, Architecti in genere.

Templorum.

Ex Tit. Magnificentiæ in Templis, huc referantur exempla Fabricorum.

Templi Vulcani uestibuli, quod pulcherrimum in Memphi sitū est, DÆDALVM architectum fuisse constat: obq; eam rem à populo statua lignea in templo, quæ ab ipso fabricata sit, donatum. Huic propter artis præstantiam, multaq; ab eo in uenta, magna gloria adepta, deorū honores accolæ impen derunt. In una enim Memphi insularum templum nunc quoq; est Dædalo dicatum. Diod. lib. j. c. 9.

CHERSIPHRON Gnosius architectus, Ephesæ Dianę tem pli constructionem excogitauit, quod ducentis annis & uiginti factum est à tota Asia: fundamenta sua sunt in solo pa lustris, ne terræ motus sentirent, aut hiatus timerent, quæ cal catis antea subtrauere carbonibus, dein uelleribus lanæ. Longitudo fuit quadringentorum uiginti quinque pedū, lati tudo ducentorum uiginti: columnæ CXXVII, à singulis regibus factę, 1 x pedum amplitudine, ex quibus CXXVI erant cælaræ. Plin. lib. 7. c. 37. & Strabo lib. 14.

Ephesum templum Artemidorus CHERMOCRATIS o pus esse ait, qui Alexandriam construxit. Eundem polliciti fuisse Alexandro, sese montem Athon in eius formam fabri catum, ut tanquam ex gutture quo dam aquam in phialam effunderet: facturumq; duas urbes, alteram ad montis dex tram, alteram ad sinistram, ut ab altera in alteram amnis ef flueret. Strabo lib. 14.

THEODORVS non tantū sculptor, sed architectus insignis, unus consuluit subiciendos esse carbones fundamentis E phesij tēpli. Nam cum humidus esset locus, amiffa ligni natu ra, solitudinem accepit humor immobilis, ut est apud Diogenem & Pausaniam, qui cum omnium primò ferrum fundere docuisset, statuaq; ferream fecisse scribit.

RHOECVS Philci F. & post illum EVPALINVS Megarēns, templum Samiorum, inter Græcænicæ maximum, extruxit. Herodotus lib. 3.

SPINTHARVS Corinthius templum Delphicū edificauit, procurantib. Amphictyonibus. Vide Tit. Oraculorum loca.

SCOPAS Parius Olymp. XCVI. templū Alex Mineræ sum tuosissimum edificauit Tegatibus in Arcadia. Pausanias in Arcadicis.

LIBON Eleus architectus templi Olympici. Vide Tit. Templa religiose extructa ab ethnicis.

HERMOGENES ædem Doricam Iunonis Magnesiæ: SVGI LAS Mausolæum Artemisæ. MELEGENES fanum Mi neruæ Prienenfis.

DINOCRATES architectus Magnete lapide Alexandriæ Ar sines templum concemere incoauerat, ut in eo simula crum eius è ferro pedere in ære uideretur. Intercessit mors & ipsius & Ptolemæi, qui id forori suæ iusserat fieri. Plinius lib. 34. cap. 14.

THEODORVS Phocensis fecit tholum Delphicum. ARCHITECTVS quidam Constantianopolitanus aureâ D. Marci ædem Venetiis extruxit. Vide Tit. Magnificentiæ in templis.

Labyrinthorum.

Vide Tit. Magnificentiæ in Labyrinthis.

DÆDALVS labyrinthum Cretesem, centesimam partem Aegyptij imitatus, construxit. Plin. lib. 36. c. 13.

ZMILVS, RHOLVS & THEODORVS, fecerunt labyrinthum Lemnium.

Theatrorum.

VALERIVS Ostiensis architectus fuit, q theatrū Romæ textit.

Domuum, Porticuum.

Tiberij Imp. tempore, cum Romæ porticus maxima in alterâ partem inclinaret, eam QUIDAM architectus contra om nium opinionem erexit, cuius nomen ideo ignoratur, qd Ti berius permotus inuidia rei admirabilis, id fecit in Anna lium monumentis noluit. Is autem quisquis fuit, fulsis un diq; fundamentis porticus, ne moueretur, ac superiore parte eius uelleribus ouium & crassis uestimentis cinctâ, & cir cumligata funibus, eam, adhibitis multis hominibus & machinis, in pristinum locum restituit. Dion in Tiberio.

Pontium.

MANDROCLES Samius ponte subflicio iunxit Bosphorum Thracium, iussu Darij regis. Vide Tit. Famæ immortalitatē per quæuis monumenta asseclare.

Cum Xerxes Bosphorum ponte iungere uellet, ARCHITE CTI hoc modo iunxerunt: Biremes triremesq; trecentas sexaginta Euxinum uersus Pontum composuere. Item ab altero latere trecentas quatuordecim, Ponto quidem trans uersas, Hellefponto autem secundum defluxum, ut stabili ret fines armamentorum: prægrandes quoq; ancoras demiserunt, partim ab hoc latere contra Pontum, uentorum causa qui extrinsecus spirant: partim ab altero cõtra uespè ram & Aegeum, euri & austris causa: relicto ad auroram tribus in locis inter biremes transitu, ut qui uellet, in Pontum minutis nauigijs & extra Põtum nauigare posset. His actis, contenderunt à terra armamenta, & retinacula cõtortquen tes machinamentis lignicis, non iam separatim utraq; sed bina ex albo lino hinc, quaterna è serpo illinc. sed quæ è lino, robustiora erant, cuius cubitus talento appendebatur. Iuncto pontibus traiectu codices lignorum discissos, & ad latitudinem ratis adæquatos aptè instrauerunt super arma menta intenta. Hos ubi gradatim disposuerunt, tum uerò rursus desuper innexerunt. Materiam postea imposuerūt, & super materiam aggerē comportarunt: quo iniecto, semper hinc atq; hinc, ne maris aspectu iumenta & equi terre rentur, uelamenta præterderunt. Herod. lib. 7.

Turrium.

SOSTRATVS Gnidius architectus, turrim excitauit in insula Pharo, iussu Ptolemæi Philadelphi, ad ostendendos noctur nos ignes nautarum cursibus, eiq; nomen suum inscripsit. quod regem fuisse passum, admirat ur Plinius. Idem quoq; pensilem ambulationem Gnidii fecisse traditur. Plinius lib. 36. cap. 12.

CYCLOPES turres primi edificauere, ut Aristoteles: uel PHONICES, ut Theophrastus: uel GIGANTES, ut Sa creæ literæ docent de turri Babel. Plin. lib. 7. cap. 56.

Fori.

Vide Tit. Fora magnificæ.

APOLLODORVS Traiani forum, Methodum & Gymnasium Romae fabricavit. Hunc interfecit Adrianus. Venetiis cum aurea Marci aedes insigni opere absoluta iam esset, decessit tamen Marciana aere forum ipsum, praecipua urbis pars: PHILIPPVS Calendarius Marini Faletri principatu statuarius & architectus insignis, non dubitavit id opus aggredi. Itaq; & forum ipsum intercolumniis ornavit, & ab omnibus spectandum cinxit: addito etiam comitio maiore, in quo patres convenire possent creandis magistratibus, statis diebus. Eam ob rem maximis affectus est honoribus, atq; etiam ab ipso duce in affinitatem suam admisus. Vtinam uero Marini Faletri coniurationem nunquam secutus foret: neq; enim illi civitas gratissima aliquod unquam praemium negasset. Egnatius lib. 3. cap. 11. & 13.

Ammamentarij. PHILO architectus Atheniensis, quem Cicero de Oratore, eloquentissimum uocat, ut qui ammamentario mille Athenis nauium fabricato, rationem operis sui perdidisset populo tradidit. Volat. lib. 18. Anthropol. ex Plin. lib. 7. cap. 37.

Aerarij. TROPHONIVS & Agamedes Hyrico aerarium extruunt. Vide Tit. Oraculorum loca.

ARCHITECTVS quidam Aegyptius Rhampniti regis aerarium astatu edificavit. Vide Tit. Fures astatu.

Cloacarum. Agrigentini, uictis bello Carthaginensibus Gelonis opera, capitibus abundantes, praecleara in urbe opera extruxere. Quibus praefectus fuit quidam nomen PHAX, qui propter structurae & aedificij excellentiam id consecutus est, ut cloacas Phaeac cognominarent. Dio. lib. 11. cap. 1.

Sepulcorum. ANTONIVS Pallaiolus sepulcrum Xyphi IIII. Pp. ex aere spectabili fecit, decennio elaboratum. Volat. lib. 21. Anthropol.

Tectorum. SCANDVLARIJ, qui aedes scandelis tegunt. BYZES Naxius tegulas excogitavit lapideas. Vide Tit. Templi religiosi extructa ab ethnicis. Cantianorum seditiosorum anno salutis 1387. contra Ricardum II. regem Angliae dux fuit GVALTERVS Tileris, Cantuarie domos tegere & tecta sarcire solitus. Fulg. libro 9. cap. 7. Polyd. lib. 10. IO ANNI Strano hoc tribuit, sed socium illi adiungit Gualterum Tylerum.

Murorum, Parietum. Qui tectoris parietes inducunt, Graecis *xyphata* dicitur, *ei vides vixus vray xyphores*. Theodosius & Valent. lib. 10. Cod. no. cant. ALBARIOS, opus ipsum Albarium, siue fiat e gypso, & Gypfatum dicitur: siue ex calce & arena, & dicitur Arena tum: aut calce & marmore, & Marmoratum dicitur. GRACI, praeterquam ubi est silice fieri poterat structura, parietes lateritios praetulerunt. Sunt enim aeterni, si ad perpendicularum stant: ideo & in publica opera, & regias domos adduntur. Sic struxere murum Athenis, qui ad montem Hymentum spectat: sic Patris aedes Iouis & Herculis, quamuis lapideas columnas & epistylia circumdarent domum Tralibus regiam Attali: item Sardibus Croesi, quam gerusian fecere: Halicarnassi Mausoli, quae etiam nunc durant. Lacedaemone quidem excisum lateritium parietibus opus tectorium propter excellentiam picturae ligneis formis inclusum, Romam deportauere in aedilitate ad comitium exornandum Murena & Varro. Plin. lib. 35. cap. 14. Nat. hist.

DEPVLSIONI, ABACTIONI. SIVE ILLA FIAT Tormentis, Telis.

De quibus inter Organica Diuisioni inseruientia. Crepitaculis, Flabellis.

Quorum alii Muscae, alii Apes, alii Aues abiguntur.

ALIMONIAE. RATIONE HABITAE MATERIAE. Opifices

Panis, Pistorum. Panis confectioem hic spectamus. Alioqui Pistorum, a pistillo dicitur, ad opificia, ab instrumento quo utuntur nomen trahentia, referri debent.

PILVMNVS Fauni F. Pitumni frater, ratione inuenit pinsendum frumenti, propter quod a pistoribus colebatur. Pistorum siue pifores a ueteribus uocabantur, qui tam in pistino farinae pinsentibus, quam in panem faciebant, coquebantq;. ANNVS quidam Aegyptius clibanorum usum, in quibus pa-

nes coquerent, fertur excogitasse. Siquidem pifci pulvere lentatq; uictabant, cocti panis usum necessitates. Hinc de nouis inuentis prouerbum, *ab eo excogitator*, Erasimus.

PISTORVM magister a Pharaone ob quoddam delictum curi percussus, & palo alligatus fuit. Genes. 40. cum pifus de morte sua in somnium habuisset, interprete Iosepho. Vide Tit. Infomniis mortis praesaga.

VXORES regum quondam pistoriam exercebant. Vide Tit. Obscuro loco orti qui ad maximas peruenere dignitates, sub nomine Perdicca.

MVLIER *de pistoribus* Croeso Halyatis F. uitam seruat. Vide Tit. Gratiitudinis pro uitae conseruatione.

Phocionis VXOR coram legatis Alexandri Magni pinxit. Vide Tivulum, Non accipere ea quae sola munificentia alterius offeruntur.

THEARION pistor Atheniensis nobilis, cuius meminit Platon in Gorgia, ubi cum illo & Mithaecum connumerat, ita enim inquit: Qui boni fuerunt, uel etiam uisum corporum caratores, ualde studiosus Thearion pistor, ut mihi uideris dixit, & Mithaecus, qui Siculum oblonij apparatus confecti pifit, & Sarambus Locusta capuo, quoniam hi admirabiles fuerunt corporum curatores: hic enim egregios panes, iste oblonium, at ille uinum faciebat. Aristophanes in Geryada, & Aeolofycone, Venio ut Thearion pistorum linquet, ubi est Clibanorum cibus. Athen. lib. 3. cap. 15.

Piftores optimos **CAPPADOCESE** esse, Athen. lib. 3. cap. 15. afferit. Archestratus **POENOS** & **LYDOS** apud eundem. Cappadocius panis, mollis intelligitur, cuiusmodi in Cappadocia fieri consueuerat: eum Synlachman uocant: a Gecis, ab teneritudo dicitur apalos. Caelius lib. 18. cap. 30.

Piftores Romae non fuerunt ad Persicum usq; bellum, annis ab Vrbe condita super 800. Ipsi panem faciebant **QVIRTES**, mulierumq; id opus erat, sicut etiam nunc in plurimis gentium. Atropatam Plautus appellat in fabula quam Aululariam scripsit: magna ob id conseruatione eruditorum, an is uersus poetae sit illius: certumq; sit, Arceij Capitonis sententia, totum panem lautioribus coquere solitos, pistorumque tantum eos qui far pinsentibus, nominatos. Nec cocos uero habebant in seruitutis, eosq; ex macello conducebant. Plin. lib. 18. cap. 11. Populum Romanum multa secula pulu uictasse ante panem, constat. Fiebat pulvis ex aqua, frumeti & fabarum aut hordei farina, quam in sacris & oblationibus deorum pro uictima adhibere. Qui quidem piftores totum panem lautioribus coquere solebant, reliqua multitudine far. Ideo quod far pinsentibus, piftores dicit. Quippe cum ueteribus molarum nullus usus foret, sed fruges igne tostas in pilas coniectas pinferent: unde & Pifones dictos uolunt: id enim molarum instar erat. Fuitq; uetus mos, ut iidem essent cocti & piftores. Lapis mox temporibus haud longo interuallo, panes facere opus fuit mulierum. Alexander libro 3. capit. 11.

ROMA moris erat, peregrinos in gdes panarias per errorem ingressos, uel etiam per insidias eod deductos, in pistoriam seruitutem adigere. Quem Theodosius Magnus sustulit. Si gonius lib. 9. Imp. occid. Socrates lib. 5. cap. 18. peregrinos in spelunca latronum captiuos detineri consueuisse scribit.

IN CIPERVM piforem, Martialis Epigrammatum lib. 8. Pistor qui fueras diu, Ciper, Nunc causas agis, & ducenta quartis, Sed consumis, & usq; mutuaris. A' pifore, Ciper, non recedis, Et panem facis, & facis farinam.

IOANNES praefectus praetorio Belisarij pistoriam exercebat. Vide Tit. Auaritiae sumptuarie circa alimenta. Sub Rodolfo Imp. **PISTOR** Tigurinus corbis ignominiam passus (ea est, quod sportae impositi, & per trochileam in sub lime elati, in subiectum lacum desilire coguntur) domum propriam multis lignis coemtis incendit, ita ut uento incumbente maior pars urbis miserè conflagraret. A. D. 1280. Stumpfius.

GVLELMVS Aquitaniae quondam & Prouinciae dominus, monachus factus, in omnibus abbati obediens, pistoriam exercuit tanta alacritate & pietate, ut cum scopam, qua prunas euereret, non haberet, formaci insillierit, & uicte eas extraxerit, nulla intrinsecus uel corporis uel uestimenti parte laesa. Marulus lib. 4. cap. 3.

CATRAMELATA ducis clarissimi **PATER**, pistor fuit Narniensis. Vide Tit. Obscuro orti loco ad magistratus euecti.

VOIDILO ex pifore fit Iagellonis Lituaniae ducis poecillator. Vide Tit. Regnandi libidinis ambitiosa.

ANTONIVS a Leua Caroli V. Caesaris praefectus, pistoriam publicam Mediolani instituit. Vide Titulu, Pecunias astatu comparare tributo.

Cum anni constitutio praua aliquando fuisset, lolium affatum tritico in nasco contigit. Quod cum neque agricolae accommodatis ad eam rem scribis exactè purgassent, neque piftores

piftores **ROMANI**, quod paucus esset tritici proventus: statim quidem multis caput dolere cepit: inuenit uero astate in cute multorum, qui comederant, ulcera, aut aliud quoddam symptoma, quod succorum prauitate indicaret, est subnatum. Gal. lib. 1. de Alim. facultatibus, cap. ult.

Vini. *Consule Titulum, Agricultura inuentores, quatenus exempla uini opificum continent.*

Cereuisiae. Sub Carolo IV. Hamburgenses cereuisia sua per mare deuehendo, certare coeperunt cum Bremensibus. Specie prima Bremensis liquor deuehebatur, quod ille maximè tum erat in precio: sed accepta fiducia, quam cernerent Hamburgenses suam quoq; cereuisiam amari, falsi sunt discrimen, & suo deinceps titulo dittraxerunt. Cranzius lib. 10. Metrop. cap. 26.

Olei. Olei usum Moses in sacris nouit, & columna emissa ex arca a Noacho oleae ramum retulit. Itaq; multo uetustior est olei usus apud Hebraeos, quam sint a Graecis celebrati inuentores fabulosi. Polyd. lib. 3. cap. 3. de rerum Inuent.

Carnium. Lanij, Carnium diuifores.

Animalia HYPERBIVS Martis filius occidere primus instituit, sicut Prometheus bouem. Plin. lib. 7. Quo d magis **ABELLO** Adam filio tribuerim, qui omnium primus, ut Iosephus est auctor, primogenita suorum gregum Deo immolauit. Manauit postea iste immolandi mos tam ad Abeli posteros Iudaeos, quam ad alias quoq; gentes, reiq; apud eas initium fecit suillum pecoris genus, si Varroni credimus, qui libro de Re rust. cap. 2. eius opinionis argumentum sumit ex eo, quod inuitis Ceteris porci immolabantur, q; in fere feriendo porcus occidebatur, q; in coniunctione nuptiali, noua nupta & nouus maritus primum porci immolabat, quod deniq; pifci Latini, & etiam Graeci in Italia idem factitabant. Et illi porci ad sacrificium electi, Eximij porci dicebantur, quod ut maiores & optimi de grege eximerentur. Polyd. de Inuent. rerum.

Cilliconeta quendam legitimus, Prienensibus patriam prodidit se Miletum, id nobilissimo cuiq; non modo odiosum, sed & tenuioris fortunae hominibus. Fuit lanus quidam **THEAGENES** nomine, Syrus. Adierat Cillicon carnes emturus: at diffimulato Theagenis odio, ut qui toto animo illi satisfactum cuperet, carnium portionem porrigit, tanquam quod superfluum abscissum. Illo autem manu proferente, elatum copida lanus impetit, resectaq; manu addidit generosius dictum: Haec, inquit, abhinc ciuitatem prodes nullam. Sunt ex Graecis, qui Cilliconeta istum ita cognominatum putent, quia Cillicum prauitas & seuitia infametur passim, quando Acheus illi propriu fuerit nomen addunt, fuisse Meropis filium. Cael. lib. 8. cap. 3. Antiq. Lect.

Ter. Varro Consul, qui ad Cannas ab Hannibale caesus est, **PATERM** lanium habuit. Val. lib. 3. cap. 4.

Anno Christi 1411. Lurctiae **LANIORVM** seditio saepe orta pro Ioanne duce Burgundione, ductu & factione Petri Esfarij praetoris, qui ducenti milia dedit **CABO CHEVM** euisceratore. Chronicon Francorum. Vide Tit. Seditionum.

PETRVS Cossulinus, & **IA COBVS** Mangiolinus, lanij, Bononiensem liberatorem occupant. **GRANBRIDA** lanus, a Brugenfi populo contra Gallos dux constituitur. Vide Titulum, Seditionum.

LANIVS Budeusis alectorum quendam diuina uoce monitus interficit, quamuis podagra laboraret. Vide Tit. In decum imagines impij.

Nicolai Picinini copiarum ductoris claris. **PATER** fuit lanus Perusinus. Vide Tit. Obscuro orti loco qui ad epi sunt magistratus profanos.

Dantes Florentinus in suo Purgatorio scribit, Hugonis Capeti Francorum regis, eius qui Caroli Magni stirpem regno auito priuauit, **AVVM** paternum, lanium fuisse: & seditione populi excellere coepisse, ut tandem nepos eius Hugo sub Ludo. Transmarino Magister equitum sit dictus, & ex Auida Othonis I. Imp. forore hunc Capetum sustulit.

ANTONIVS Bildius, è Rhenaco oppido Selestadiu migras, lanioniam exercuit, & Beatum Rhenanum F. Germanij nostrae illustratorem ibi genuit. Io. Sturmianus in eius uita.

Thomae Volsae Cardinalis Angliae primatis **PATER** lanus. Vide Titulum, Obscuro nati loco qui dignitatibus sacris illustrati sunt.

Instrumenti. Quatenus alimenta parant Igne. Coqui.

In sacris **THAMARA** Dauidis regis filia, Amnoni fratri aegritudinem mentientis pulticulam coquit. Homerus cum ad rei decori respectisset, nihil aliud quam caecae **HEROES** comedentes induxit, & eas facit ipsos sibi

preparantes. Neq; risum, neq; pudorem contrahunt qui obsonia parant, quia studebant omnes suo uti ipsorum famulatu. Gloriantur insuper in rerum eiusmodi agilitate, ut ait Chryppus. Nam Vlyffes & diuidendo, & ignem colligendo aptus erat, qualis non alius. Inter supplicationes Patroclus & Achilles omnia cumulantes parabant, & Menelaos nuptias faciente sponsus Megapenthes linum propinat. Athenaeus lib. 1. cap. 11. Dipnosophistion.

ACHILLES Graecorum omnium praestantissimus, quam Vlyffes & Aiax & Phoenix legati ad eum uenissent, de reconciliatione cum Agamemnone acturi, ipse paratis mensis, praecinctus, culinam ac cibos curauit, optimos carissimosq; sibi principes conuiuio excepturus suauis & sobrio. Idem rursus cum Priamum benignè uellet excipere, Surgens maectat ouem niueam, dissecat, & assat: eaq; in re magnam partem noctis consumit. Plut. lib. 7. Quae conuiuialium 4.

Colonus, ad **ELLECTRAM** uxorem, Orestis sororem, uirginem regiam, de parando cibo hospitibus Orestis & Pyladae, apud Eurip. in Electra, sic ait:

Χαίρει δ' ες δόμους όσων τάχθω, και ταιδων έξάρτου, ποθηά τοι γυναι, ηδη σοσ' αβ έργοι θάρτι παροφρηματά.

Perge domum quam oculis meis, & quae intus sunt cura. Multa quippe femina uoles inuenire potest ad conuiuium fercula. **M. Varro** lib. 7. de lingua Lat. **PEPEVM** equi Troiani concinnatorem fuisse coquum scribit (Atridis enim aquam ferebat) & Argiuis cibum curasse: ideoq; a Plauto fomicum coquinatario epitheto nominatum. Fuisse uero Panopei filium tradunt, ac de equi substructione Hippopotroa uocatum. Caelius lib. 29. cap. 25. A. L. ex Athen. lib. 10. Dipnosoph.

Tres fratres a Temeno oriundi, Gauanes, Aeropos, Perdiccas natu minimus, ex Argo in llynos profugerant: inde transfressi in superiorem Macedonia, peruenierunt ad urbem **Lebream**. Ibi mercenariam suam operam regi locauerunt, iunus quidem equis, alter uero bobus, minimus autem natu pecudibus pascendis. Erant autem pifcorum hominum tyrannides in re numaria exiles, non solum populares facultates, adeo ut ipsi regi sua **VXOR** coqueret cibaria. Haec tu animaduertisset panem pueri Perdiccae mercenarij, dum coqueretur, effici duplo quam erat maiorem, idq; semper contingere, indicauit marito. Ille re cognita, mercenarijs, ut e sua domo discederent, imperauit. Herod. lib. 8.

BABYLONI uenatibus assueti, ubi in solitudine deprehenderentur, nec cibaria percoquendi esset occasio, cruda oua funde imposita, uerigine affidua tandiu rotare consueuerant, donec coquerentur. Caelius lib. 8. cap. 12. Antiquarum Lectio num, ex Suida in uoce *αβελ παπιβντες*.

LACEDAEMONI coquos nullos alios, quam carnium, admitterent: reliquos, tanquam luxuriae ministros, è ciuitate pellebant. Aelian. lib. 14. Var. hist.

SI CYONE olim plurimos coquos fuisse, inde patet, quod Smindyrides Sybarita nuptiarum causa cum Agaristia Clithenis filia Sicyonem profectus sit, & mille coquos, totide aucupes & pifcatores adduxerit. Aelian. li. 12. Variè historiq. Redditum est **CROESOLYDOTVM** regi responsum de testudinis carne, quam cum agnauis in aeneo uase explorandi gratia percoqui iusserat. Quo argumento in sermone de Deo Maximus Tyrius illud deformat, ut regum stultissimum, & coquorum infelicissimum. Cael. lib. 2. A. L. cap. 14.

COQVI olim non erant serui: nec apud Comicum quempiam ueterè seruum coquum inuenias, excepto Possidonio. Primi Macedones coquos seruos fecere. Athen. lib. 14. cap. 31.

ANTAGORAS Rhodius cum Antigono rege Macedoniae uersatus est, & Thebaida scripsit. Hic cum militum congruum coqueret, & uas cocuteret, superueniens Antigonus dixit: Homerumne putas, Antagora, cum Agamemnonis res gestas describeret, congruos coxisse? Tum ille: Time, inquit, rex putas, cum citas res ageret Agamemnon, adeo curiosum fuisse, ut scire uellet, an in exercitu quisquam congruum coqueret? Narrat Demus libro Atthidis primo, tribum fuisse **COQVORVM** Athenis, qui publicos honores consequerantur. Athenaeus libro 14. capite 31.

Athenion inducit inter Samothracas, ut testatur Iuba, **COQVVM** de natura differentem: & uita mortalium ciuilem & a ferina differentem, ipsarum quintiam urbium primordia, coquinariae arti deberi probat. Athen. lib. 14. cap. 31.

Demonstrat Alexis, artem coquinariam studium esse liberorum. Condiendi artem scribentes Heraclides, & Glaucus Locrus, non conuenire inquit artem coquinariam nec uulgariter quidem liberis. Athenaeus lib. 14. cap. 31.

Antiqui **COQVI** sacrificijs etiam praerant & nuptijs. Quam obrem Menander in Adulatore coquum in publicae Veneris festo ministrantem inducit conuentui iuuenum. Athenaeus libro 14. cap. 31.

SI CYLI coqui olim in precio fuerunt. Athenaeus libro 14. citat f f f f 3 Cratinum,

Gratinum, qui praelatam culinam ac bene fumantem ac suauiter olentem describens ita loquitur:

Ὀρεῖ τῆς ἀσπίδος ἐν τῷ χρυσῷ... id est, Habitare mi hoc uidetur aliquis in specu, Quj thura odora uendit, aut Siculus coquus.

Nicomachus in Lucina COQVVM quendam Dionysij artifices superantem inducit, & picturam, astronomiam, geometriam, medicinam in bono coquo requirentem. Vide Athenaeum libro 7. capite 14.

COQVI olim uocum nouitati studebant. Athen. lib. 9. cap. 8. Dicteria petulantius iacta, prisca Maesonica uocabant, ὀνόμαζον τὰ μαεσονικά, à Maesone quodam histione comœdiarum Megarensi, cuius inuentum est persona, quam à repretore Graeci μαεσωνα uocabant: reperit enim personam famuli & coqui. Quj & ueteres Graeci COQVVM urbanum μαεσωνα uocabant, exterum τέτιζον. In comœdiis autem semper inducuntur coqui dicaces, praesertim apud Plautum. Id testatur Philemon alicubi:

Σφιγγ' ἄρβιν, ἢ μάγιστρον ἐς τὴν οἰκίαν ἔλθω, ἢ πάλιν ἄλλοις γὰρ ἔδωκα, καὶ τὴν οἰκίαν, ἢν λέγεις σφίγγου. id est,

Recepti in aedes non coquum, sed masculam Sphingem: nihil enim, per deos, intelligo simpliciter, ex his quae loquitur.

Eratmus in proterbio, Maesonica dicitur, Demetrius Phalereus, ubi factus est diuus, MOSCHIONEM emittit, qui omnium coquorum cœnasque parantium suae tempestatatis erat praesantissimus. Tot erant ea, quae quotidie parabantur, ut cum Moschioni reliquias largiretur, Moschio duobus annis tres uicos coemere. Athen. lib. 12. ca. 20.

CADMVS auus Dionysij fuit coquus. Eumelus Couis narrat libro 3. Sacrae descriptionis, à Sidoniis referri, quod Cadmus cum coquus esset regis, Harmoniamq; cantatriculam, quae & ipsa erat regis, capiens aufugit unâ cum illa. Athenaeus libro 14. cap. 31.

COROEBVS Eleus, qui primus in Olympicis certaminibus fuit coronatus, coquus erat. Athen. lib. 9. cap. 8.

MYTHECVS Syracusanus coquinarum prius adest, ut quae auctoritatem ex sculptura esset consequutus Phidias, tantum non exaequaret, Spartam adit, ut scribit Maximus Tyrinus, artem suam inibi alicuius futuram dignationis opinatus. Sed cum Lacedaemoniorum magistratus demigrare primo quoque tempore iusserunt, quum afruerent, ita affucos Spartanos, ut labor potius quam dapnum lenocinia eadendi proliudium excitaret. Cael. lib. 13. cap. 25. A. L.

LEONTOMENES coquus. Consule Tit. Tyrannorum, sub exemplo Apollodori.

SOPHONACARNAS, & DAMOXENVS Rhodius, LABDACI Sicani coqui celebri discipuli. Athen. lib. 9. cap. 25.

LEVCON, SEVTHEGES, CHARIADES, BADIOCON coqui celebres apud Athenaeum libro 9. capite 5. & capite 6. ubi fere ptem sapientes rei coquinarum commemorat, AGIDEM Rhodium, NEREVM Chium, CHARIADEM, LAMPRIAM, APHTHONETVM & EVTHYNVM. Eodemq; loco Sicyone inuentorem primum artis fuisse scribit, qui discipulos primum in tota erudierit encyclopaedia.

Quum ZENON Stoicorum princeps diceretur, sapientem omnia recte facere: quidam iridens obiecit: Igitur & lenticulam recte coquet. Zenon annuit, & collectionem approbavit: ita ut in proverbium abierit. Hinc Timon Phlasius apud Athenaeum lib. 4. ἢ Ζηνὸν εὖν γε φαυλὴν ἐπέειπε, id est, Zenonis est & lentem coquere.

MYSTILVS, & TARATALLA, nomina sunt coquorum apud Martialem, scribentem:

Sitibi Mystillus coquus, Aemiliane, uocatur, Dicitur quare non Taratalla mihi?

PERDIX caupo & coquus claudus: qui sequenti proverbio locum fecit, Perdixis cura, in homines distortis cruribus. Rauissus.

Narrat apud Liuium belli Macedonici lib. 5. T. Quinctius Flaminius non illepidâ fabulam de CAVPONE quodam, qui suis domesticis carnes tam uario coctas apparatu proponebat, ut dux Romanus admiratus, rogaret, Vndenam media bruma suppeteret tanta uenatus copia? Tum ardens caupo, confessus est, eas omnes ciborum species ex uno sine domestico confectas fuisse.

Phrynus Mitylenæus. Athenis primus citharœdicam docuit, & in Panathenæis Callia princeps uicit. Patre CANOPE feruonatus est, & Hieronis coquo, Gyraldus.

Nicomedi Bithyniae regi, cum apuam cuperet, & procul abesset à mari, XII dierum itinere, COQVVS pisciculum illum imitatus, apposuit rapas apuis persimiles, teste Euphorione Comico, apud Athenaeum libro 1. capite 3. Suidas hoc Apicio tribuit.

Atistionis COQVVS, cum alia eleganter concinnasset, tum

immolatum paulo ante Herculi gallum gallinaeum appo fuit tenerum, quasi heri macatus non modo esset, & reces, cum cum mox, ut iugulatus erat, ex sicu suspenderit. Plin. lib. 6. Quæst. conuiuialium 10.

De THEOPOMPO, Martialis Epigrammatum lib. 10. Quis rogo tam durus, quis tam fuit ille superbus, Qui iussit fieri te, Theopompe, cocum?

Hanc alicuius faciem nigra uiolare culina Sufficit: hæc uncto polluit ungue comas? Quis potius cyathos, aut quis crystalla tenebit? Qua sapienter melius mixta falerna manu? Si tam sidereos manet exitus iste ministros, Iuppiter utatur iam Ganymede coco.

Helia Protolpatharij uxor, cuius opera Iustiniani II. Imperatoris exercitus ad Philippicum defecerat, cum Iustinianus Constantinopolim occupasset; interfecit Helia filius in sinu matris, COQVO Indo per ignominiam nubere coacta fuit, Cuspinianus.

CAROLOMANNVS rex in Cassinensi cœnobio monachus factus, culinæ addidit. Vide Titulum Monachorum Seculi octauo.

BOLESŁAVS II. Polonorum rex poenitentiae causa fit coquus. Vide Tit. Religiosas reprehensiones non ferre. Mira est PANNONVM in uictu lauticia, mirum & in condendo ingenium. Summi, infimi, medioximi, coquendi autem sagaciter tenent. Vt usurpatur ab eis adagium, Extra Pannoniam non est uita: aut si sit, non tamen esse ira. Cælius libro 18. cap. 21. Antiq. Lect.

THEODERICVS Cagelyvyd, monachus professionis, ob industriam œconomicam à Carolo IV. Imp. arci culdam, ad extremam paupertatem propter disolutam praesentiam uiuendi rationem redacta, praeposuit, breui illam pristino splendori & opulentiae restituit prudenti frugalitate. Eius rei fama diulgata, Carolus uenationem simulans, praemisso indagatore, qui penum Theoderici tenuissimum exploraret, iniunxit, ut pro domestica copia subitum appareret ientaculum. Ergo gallinas ille & anatulas ex chone obuias pro mensa Regia parauit. At pro comitibus gregis suum, proximè arcem pascentem, inuasi, aures & caudas, tanquam membra ad celeriter coquendum habilia detruccans, illa uariè condidit, a clare hospitiu omnibus apposuit. Admirante Rege, uide tantum inexpectatè obnoxijs ostendit illi Theodericus, truncas fues, abiq; gregis detrimto, offas illas instruxit. Tum Rex subridens, Senec, inquit, bone, quia in pauca fuisi fidelis, supra multa te constitui. fecitque eum statim æranj quæstorrem, tanto cum commodo, ut ex eo redundaret non solum ad redimendâ arcem ari alieno obnoxias, sed ad nouas etiam comparandas & condendas. Aliquantò post tempore eundem primò Mindensem, deinde Magdeburgensem creauit Pontificem. Dubrauius libro 22.

COQVVS Michaellem Zilagium Mathia Coruini Vngariae regis auunculum de carcere liberat. Vide Titulū, Prudenter carceribus liberati.

RAYMUNDVS Campanus, & alius eodem nomine Marus, culinæ praefecti Roberti ducis Calabriae. Vide Tit. Obscuro orti loco qui clari euasere dignitatibus profanis. Quod uiri in Belgica cauponentur, sæpè ac multum, precipua esse causa uidetur, negligentia & ignauia FEMINARVM in coquendis cibis, quæ cogit uiros à domo abhorere, & alibi quaerere, quod domi non inueniunt. Ludou. Viues de Christiana femina lib. 1.

COQVVS duci Mediolanensi, cui cibis non sapiebat, arguere respondet. Vide Tit. Nuncij infelicis.

Potum ex hordeo, DIONYSIVS, id est, Liber pater, primus confecit, quem, teste Euseb. in 2. de Euang. prepar. cereuisia uocant: secundum Diod. Zythum dicunt. paulum à uini sapore differentem. Olim in primis fuit communis Aegyptiorum potus. Hero d. & Strabo. Quo d Dionysius potionis genus eos potissimum conficere docuit, quorum regio uites non ferret. Quapropter hodie Angli, Scoti, Hyberni, item Galli, Germaniq; omnes Oceani occidentalis septentrionalisq; accola, eo utuntur potu, qui aduectitij tantum uini copiam habent. Sed Germani dum cereuisiam faciunt, admiscunt frugibus herbam, lupulum dictam, quæ reddit potum salubriorem. Polyd. de Inuentoribus Rerum.

PICTI est cythis flore potus genus suauissimum & saluberrimum conficere solebant. Quod cum gente perit: nam secreta compositio apud illos erat, forsitan ob uctigal. Cardanus de Rerum Varietate lib. 6. cap. 22.

Sale. Salsamentarij, Fartores.

Quatenus salsamenta uendunt, ad nullam salutem perueniunt: quatenus carnes conseruant à putredine, inter operas mechanicas continentur, non possunt.

Tantum studium salsamentorum habuere Athenienses, ut cines CHÆREPHILI salsamentarij filios crearent, uelut Alexus in Epidaurio testatur. Quos cū in equis uidisset Timocles, Duos, inquit, sombrus esse in satyris. De his etiã mentionem facit Hyperides Rhetor. EVTHYNTI salsamentarij meminit Antiphanes in Nouacula: PHIDIPPI salsamentarij Alexus in Hippico. Athen. lib. 3. c. 19.

Aeschinis oratoris Atheniensis praetantissimi (qui Demosthenis quoque acerrimus antagonista fuit) PATER lucanicas uendebat, cum factor esset Fulg. lib. 3. c. 4.

DIDYMVS salsamentarius Alexandrinus, Didymi Chalcenteri Grammatici pater. Suidas, & Athen. lib. 4. c. 4.

Bion Borythenes philosophus, Meus, inquit, PATER liberus fuit, cubito te emungens. Quo dicto, salsamentarium fuisse indicabat. Est prowerbiū, γλυκὸς ἀγρὸς, Dulcis cubitus: & τὸ ἀγρὸν ἀπορροιαίος. Suidas.

ABLATIONI.

Hinc artes ὑποθεστικαὶ possunt referri, quatenus aliquid corpori cuique adhaerens auferunt, Excatoriâ, Balneatoriâ, Turforiâ: atque adeo sublimi diuina ratione Subiecti circa quod uersantur, ut circa Homine, Animalia, Metalla, Arma, Domus: tū ratione instrumenti quo purgant, ut Pectinibus, Strigilibus, Saponibus, Scopis ex quacumq; confectis materiâ, Molis: tum ratione Formæ, ut uerrendo, atterendo, discernendo.

SEPARATIONI, SECRETIONI.

Cribrorum genera, teste Plin. lib. 18. è fetis equorum GALLIA inuenit. Hispania ex lino excussoria ad excutiendam fatinã, & pollinaria ad purgandum pollinem, id est, crassiusculum puluerem. Aegyptus uerò ex papyro, iuncoq; postea ex pclibus fullis Italia. Polydorus.

DIVISIONI.

Hinc omnia organa que continentur diuidunt, impressione uel simplici, secundum punctum pungendo, ut Obelus, Acus: secundum lineam cadendo, ut Gladius, Securis, Ligo, Culter: secundum superficiem emidendo, ut Malleus, Pistillus, uel composita ex impressionibus duabus, que sunt generis eiusdem (sic casim Forficis, sic punctim Bidentes, Furca, Tridentes) diuersi ue, quando impressione iungitur cum tractione, ut in Lima, Serra: aut circumuoluntione instrumenti uel rei, ut Terribrem & Toruando.

Acuum fabri.

SOLYMANNVS Turcorum Imp. acus facienda artem callidè fertur.

Gladiorum fabri.

LYCAON Gnosius artifex ensis, quem Afcianus dedit Euryalo. Virgilius lib. 9. Aeneid.

Humero simul exiit enses

Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon Gnosius, atq; habilem uagina aparat eburnea.

CELTIBERI ferrum luo more ad conficienda arma praeparant. Nam ferreas laminas in terram abscondentes, ibi tam diu esse sinit, quoad debiliori parte ferrugine absumta, ualidior superest. Ex eo tum enses fortissimos, tum cetera ad bellum usum arma necessaria componunt. Hoc pacto fabricatis adeo cedunt omnia, ut neq; scutum, neq; galea, neq; aliud quicquid esse obstitat. Diod. lib. 5. c. 9. Gladij illorum & pungunt acriter, & istum utraq; manu potentem ferunt. Itaque Romani patrijs gladijs depositis Hannibalicò bello, Ibericos receperunt, forma quidem mutata, sed ferri bonitatem & fabricæ solentiam imitari non potuerunt. Suidas in uoce μάχιστρον.

DEMOSTHENES pater Demosthenis oratoris fuit, ut tradit Theopompus, ex optimatibus. Cognomen fuit ei Machropo, quod officinam magnam gladiorum faciendorum exercebat, & seruos eius artificij haberet peritos. Plut. in Demosthene.

MARIVS unus è XXX tyrannis, à milite quodam interemptus narratur à Trebellio Pollione, qui adoriens dixerit: Hic est gladius, quem ipse fecisti, nam Marius ante imperium faber ferrarius fuerat, & eius militis opera in fabulij officina usus. Hunc igitur uerè suo gladio dixeris iugulatum. Trebellius.

Telorum fabri.

VULCANVM poetæ faciunt fabrum deorum & Iouialium fulminum artificem. Idem Solis currum fecisse fertur. Ouidius lib. 2. Metamorph.

Aeratis fabros in Lemno insula fuisse plures, comperio, qui omnium primi aenea commoliti tela, SINTIES hinc uocantur traduntur, qua uoce nocumetum Graeca ratione signatur. Nata in de fabula, exceptum à Lemniis lapsus de celo Vulcanum. Quod referunt alij ad eos, qui crebri uisuntur in insula ignium crateres. Cælius libro 19. cap. 10. Antiquarum lectionum.

Aereorum tormentorum, quas uocant bombardas, usum expeditorem & certiorum CAROLVS IIX. Gallorum rex fecum in Italiam contra Aragonios inuexit, cum paria iis nunquam uidisset Italia, & propterea tam formidabilem quam inuictum Carolum esse censeret. Guicciard. lib. j.

ALFONSVS Ferrariensis dux egregius machinator & artifex, sua manu tormenta bellica fabrefecit, duo certè inuitatè maghitudinis & uiolentiae, quorum alteri Caco daemones, alteri Terramotus nomen indidit, quibus Allienacum oppidum expugnatum fuit. Ionius in eius uita.

TROILVS Pignatellus ad Turcas deficiens tormentariae artis peritus. Vide Tit. Defectorum.

CONIUNCTIONI DIVISORVM.

Coniunguntur partes diuise, uel Pinculo medio, tum molli & flexili, ut Filo, Chorda: tum duro & rigido, ut Clauis, Fibulis, Arculis, Seruin, uel certe Clauis quolibeternaque.

ILLUSTRATIONI.

Hinc Eumalia, Lychni, Candela, Phari pertinent.

EFFORMATIONI.

Hinc referuntur artes omnes Typicae, que formas certas impressionum in rem quamuis efficiunt: siue forme ille inserviant Monetarij, siue Typographij, siue Scribis, ut qui annulos signarios, siue Coquis, siue Staturarij, siue Pisturibus, siue Calcearij, uel siue qui calopodia conficiunt.

ORNATVI.

Instrumenta ὑποθεστικὰ diu sunt generum, uel ὑποθεστικὰ, uel ἀποθεστικὰ. Aferunt illa sordes corporis, partim naturales, Excrementa scilicet, que natura pro concoctionis diuersitate ab internis partibus corporis extra corpus propellit: partim accidentales, que extrinsecus corpori uel toti uel partibus adnascuntur. Et Naturalia quidem excrementa, que corpori adnascuntur, uel Pili sunt, uel Ungues: quorum ablationi Forficis, Nonacule, Scalpra, Limule conferunt, que inter ea quoq; que Substantiam auferunt & diuidunt, referri possunt. Que uero non adnascuntur, sed continentur tantum aut adhaerent corpori, prima egestionis excrementa excipiuntur Pasis, puta Aluus, Scaphis, Laetis: educuntur Siphonibus, secunde, Matula, Frintali, Syringe, reuicis, siquidem in toto sunt corpore, Sudaris, Strigilibus, Tophi, Saponibus, absterguntur: si in parte, capitis pediculi, lentes, furfures Pectinibus, Setaceis, Luximo: aurium Otario: uasi Lindeolo. Accidentalia uerò excrementa rotius, istem ferè quibus naturalia: parit, ut dentium, Limulis, Spatula lenissima, & quæcumque sunt generis eiusdem, Negro & flexa sunt que ornatum corpori conciliant, tum reddendo superficies corpori nudi colorem. Purpurisso, odorè Pungentio, lenitatem per Medicamina: tum Circumponendo Vestimenta. Et ut in genere dicam, quibuscumque organis ars sicatoria utitur, illorum fabri ad praesentem pertinent loci. Ex quo colligere licet, cum ad operam abiectionis tot concurrant instrumenta, quid de iis sit censendum, quarum usus multæ dignationis magniq; est momenti.

Vnguentarij.

Hinc Confectores unguentorum consideramus. At eos qui unguenta uisuntur, Pictores appellatos, ad locum Operarum retulimus.

Optima sunt unguenta pro certis locis, ueluti in libro de Vnguentis testatur Apollonius Herophilus, ita iniquens: Iris optima fit in ELIDE & CIZYCO: rosaceum unguentum optimum in PHASELIDE fit, ex Neapolique & CAPVA asportatum: Eronium in SOLIS Ciliciae populis, & in RHODO: nardinum in TARSO, Oenanthe Cypria unaq; Adramytilinum: amaracium Coum & melinum, Cyprinū Aegypti antecellere iudicatum fuit: secundum locum Cypricū obtinet, & id quod fit in Phoenicia, post quod sequitur Sidone. Illud uerò quod Panathenaiç uocatur, ATHENIS. Metopium & Mendesium optima conficiuntur in AEGYPTO: conficitur autem meropium ex oleo nucū amararum. Excelluerunt ob diuitias unguenta etiam in Alexandria ob Arfinoes Berenicesq; studium. Optimum fiebat rosaceum in Coryna, quo tempore magna uiuebat Berenice. Oenanthinum antiquitus medio cre, ac primum postea in Adramytilo conficiebatur ob Stratonicam Eumenis. Syria omnia prorsus unguenta optima praebat, & præcipue Telinum. Excellabat Pergami etiam, cum unguentarij Thurinum unguentum excogitasset, quod à nullo antea fuerat inuentum. Athen. lib. 15. c. 15.

Vnguentum Megalium, à MEGALO Siculo nominati fuit. Alij Megalū Atheniensem fuisse asserunt, Strattis in Medea, Dico quod fers unguentum ipsa tale, quale nunquã coxit Megalus, neq; Dimas quidem Aegyptius neq; uidit neque habuit. Ath. ca. lib. 15. cap. 16.

HERMÆVS unguentarius, cuius uiduam uetulam, sed opulentam duxit Aesclesine. Vide Tit. Perfidia in ære alieno.

Saponarii. AVGVSTINVS Saponarius Neapolitanus, apud D. Gregorium Pp. queffus erat de Ioanne Palatino, qui artis suæ quaestui in fidiaretur, & pacta quædam inter collegas sacramenta firmata auctoritate sua tollere conaretur. Eius rei causa Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano scribit, prouideat, ne Palatini importunitate crimè perituri alij incurrat, alij etiam inacturam rerum suarum patiatur. Lib. 8. Epist. 28.

Vestimentorum elegantium opifices. Diadema, quod regum est insigne, LIBERVM patrem adinuenisse, auctor est Plin. lib. 7. cuius nimirum rei Diodorus ueram rationem reddere uidetur, aens: Mitra uero caput ei ligatur, propter dolores, qui fumate uino, caput aggrediuntur.

ANTISTHENES Sybarita nobilem ueste elaborauit, in qua uarij dij & terræ erant depictæ, quæ quorannis in templo Lucinae Iunonis miraculo ostendebatur. Auctor est Aristor. de Admirando auditu, & Volat. lib. 13. c. 3. Anthropol.

ACESÆVS natione Pararæsis, & HELICON Carystius, duo fuerunt celebratæ artis artifices, qui peplum Palladis Poliadis (quæ in arce Atheniensiu colebatur) contexuerunt. Hinc adagium natum, Acesæi & Heliconis opera: de his quæ singulari sunt artificio. Raufius.

Scricum, seminarum uiuorumq; luxuria uberrimum alimentum, SERES Scytharum populi, à quibus nomè habet, primum inuenerunt. Plinius lib. 6. Eius usus tardè omnino ad Rom. accessit, magniq; fuit precij: nam, uti Vopiscus testatur, Aureliano principe, qui regnare coepit, anno circiter Salutus humanæ CLXXIV. serici libra, auri pondo, id est, libra uendebatur: quare is princeps modestissimus nunquàm holosericam uestem, quæ tota ex serico intexta erat, induere uoluit, qua paulo antè primus Romanorum Antoninus Heliogabalus homo luxuriosissimus usus est, auctore Lampridio: quum id temporis tantum in usu esset uestis subserica, cuius stamen ex serico foret, trama autem ex alia materia, cuiusmodi hodie pannum imprimis conficiunt Flandri, quem Satin de Bruges uulgo appellat. Posthac, circiter annum Salutis DLV. ingens serici copia per totam Europam fieri coepit, quum per id tempus duo monachi, uelut Propocius auctor Grecus tradit, uermiculorum semen, hoc est, oua ex Serinda Indiæ urbe, ad Iustinianum Imp. Constantinopolim atulerint. Fit autem ex puro serico panni imprimis triplex genus: unum uulgo dicitur rasum, quod in eo nullus utrinque sit pilus, apud alios uocatur fatin: alterum damascum floribus intextum, quod Damasci in Syriæ oppido primò confectum sit: tertium uillutum, id est, uillosum, quod ex altera parte uillos habet. Polydorus lib. 3. cap. 6. de Inuent. rerum.

Parierum, Aulæorum artifices. Aulæa, ornamenta, quibus parietes & aulæ reguntur, primum, teste Seruio super 3. Georg. in aula ATTALI regis Asiæ, unde nomen habent, inuenta sunt, postquam is populum Romanum fecit hæredem.

AQUILA ludæus Ponticus genere, aulæorum textor, cum uxore Priscilla, Roma à Claudio pulsus propter tumultuantes Iudæos, à Paulo apostolo, qui apud illum operabatur, in fide Christi Corinthi institutus, Ephesi demum uixit, & præclarè de Ecclesia meritus est. Quod ex Actis Apostolorum cap. 18. Eusebio, & Pauli epistolis colligi potest.

Anulorum, Monilium, Torquium artifices.

MOTVI INSERUIENTIVM ORGANORUM opifices. Quem uel Inhibent. Refrenando, ut Frena, Capistrum.

PELETHRONII primi fræna equorum adinuenerunt. Vide Tit. Domitores equorum.

Ligando, Vincula omnium generis. Huc Ligula, Restes, Laquei, Puci, Harpagones, Forcipes, Retinacula.

Promouent. Huc Nauium, Curruum fabri: quatenus instrumenta fabricant translationi corporum idonea.

Firmant. Huc qui Scipiones, qui Fulua auxillaria fabricant.

MEDICATORUM. OPIFICES Pharmacorū, quatenus inueniunt.

Telemachus ad Menelaum uenerat Spartam, de patre Vlyffæ certi quid cogniturus. Eum Menelaus hospitallyter excipit:

HELENA in super hilaritatis cõcilian dæ causa uino miscet pharmacum à POLYDAMA Aegypti regina acceptum:

Niçmivites τ' ἀρχὸν τε, καὶ ἀνὸν ἐπιλοῦν ἀπάντων δὲ τὰ κελύφωθ' ἕκαστον ἐπιλοῦντα μίγξιν, σπινὰ ἀδ' ἐπιμετράς τε βάλου κατὰ δ' ἀκροῦ περὶ αὐτὸν πῖσιν δὲ δὲς ἕρπυλλας ἕρε φάρινον καὶ κίλινον, ἐστὶ δ' ἀδ' ἀπὸ πάλυδρον κατὰ θάλασσαν περὶ αὐτὸν ἐπιλοῦντα.

ILVS Memeri filius, Iasonis & Medææ nepos, pharmacopola in Theoprotis Ephyris, Vlyffis lethalia pharmaca, quamuis enixè petenti ad conficiendas feras, illinendasq; sagittas, dare noluit. Causam subiungit poeta:

— ἐπὶ δὲ γὰρ γῆρας νεμεσίτ' ὅσ' ἀνὸν ἐόλυε, uerebatur enim ne ad perdendos homines iis uteretur. Tanta ueteribus, erat religio in pharmacorum tractatione. Vlyffis tamè amico dedit Anchialus Taphiurū rex, probitate illius fretus. Hoc ex tempore docemur, quinàm olim fuerint pharmacopoi: iidè nimirum, q & medici, Reges uidelicet & principes. Deinde etià, qualè oporteat esse pharmacopolam: uirum utiq; probū, religiosum, & in miscendis pharmacis quibusuis, præsertim uerò deleteris, admodum cautum, prudentem, circūspectum.

NICOMACHVS Stagiriti, filij Nicomachi, à Machaone ortus, ab Aesculapio genus suum ducet: a medicis fuit, siue (ut alij uolunt) pharmacopola: & ex Phæstia de suscepit Aristotelem, philosophorum ἀρχηγόν.

ARISTOPHILVS pharmacopola Plataicus, insignis suæ ætate. Itè EVDÈMVS. Theoph. l. 9. de Hist. Platariū, c. 18. & 19. GALENVS Pergamenus medicus pharmacopoi interdū officio fungebatur, ut cum Imperatoribus, corūq; amicis & opulentis uiris antidotos componebat: cumq; oleū & adipe recondibat, ut inueteratis uti posset.

ANDREAS Carolo V. Imp. à pharmacis, Andreg Vesalij Bruxellensis medici excellentissimi pater, qui filio ad aulam patris aditum, exhibitis Imperatori Anatomicis tabulis.

DEFENSIONI INSERUIENTIVM ORGANORUM artifices. Huc illi qui parant Vestimenta necessaria.

— P' est ut corpus uim inanimatum, tum animatum: hoc uel uirorum, uel hominū: & horum rursus uel totum, uel pars, ut caput Galero, manus Chirotheca, pedes Calceæ & quæcumq; materia, ut è ligno, sparto, corio, serico. Hic uestimentū, à quo corpus patitur, habetur ratio. Ex Tit. Sartorum, Sutorum, Textorū, exempla huc transferri possunt: illic tum forma tum instrumentū, hic P' sus habetur ratio, quatenus non homines tantum, sed quæuis alia res tam inanimata quam animata tegere possunt. Et uelut res: sic Aulæa parierum, Storea pavimentū, P' elà lacunariū, Tentoria deniq; uicaria Aedificiorum uestimenta esse uidentur.

Pellii usus frigoris uitandi causa, olim apud BRITANNOS fuit, item apud SCYTHAS. Ouidius lib. 3. Tristium, de Tomicanis, inter quos exulabat:

Pellibus & laxis arcem mala frigora braccis, Oraq; de toto corpore sola patent.

Apud ueteres Romanos nō fuisse, testatur Tranquillus, scribens Augustum solitū esse hymese quaternis tunicis munire aduersus uim frigoris: quod utiq; non fecisset, si pellibus longè mollioribus, ut mos fuisset. Postea Neronis temporibus, ea molliora ad ipsos quoq; Romanos irrepit, quado Seneca in epist. frigoris causa, meminit de pelluculis uulpiū & marium Ponticorum, quos Itali zebellinos, & alij, præsertim Angli, fabiles uocant, quæ ut quàm aliæ molliores, ita preciosiores multo sunt. Polyd. lib. 3. c. 6. de Inuent. rerum.

Togam Terul. lib. de Pallio scribit à PELA S GIS inuentā, ad Lydos primū, à Lydis deinde ad Romanos delatam fuisse, apud quos diuersa eius fuerunt genera. Tunica interior uestis sine manicis, fenatoria, eadē nobis linea proxima catni est, quam camisiam uocamus. Bulla aurea puerorum nobilium Romanorum erat, trabea triumphantiū, lacerna ludorum spectantium, militum uerò, paludamentū, chlamys, quæ & Macedonum Græcorumq; abolla, lena & sagum, quod uulgo fayon uel cotta dicitur, à quo milites nostros sagatos appellamus. At stola matronarū erat ad pedes usque demissa, extremaq; in parte inflata, fasciola exornata. Polydorus lib. 3. cap. 6.

Anno MDXV. cuius quidam Londinensis RICARDVS Hun, uestium artifex, amittit infansem filium: propter quod parochus sacerdos ab eo precebat, quem admo dum moris est, lin teolum sibi dari, quo infans inuolutus fuerat cum est baptizatus. Ricardus contra negabat aliquid ei deberi, cum infans nihil ipsius domi proprium habuisset. Ita rixando ambo ad litem intendendam ardebāt, & à lite ad maliciā rapiabantur, cum sacerdos accusatur à Ricardo, quod contra legem illam terribilem, de præmuniri, commississet: & à sacerdotè Ricardus hæresos insinuat, quod id impietatis crimen conicitur in carcerē à Ricardo Fitzjames Londinensē episcopo.

episcopo, ubi parum mansit, quia non longè pōt à custo de carcere miser reperitur laqueo suspensus. Hoc ubi factum exiit in uulgus, peruausitq; per urbem, & iam ad seditionē res spectaret, Henricus II. rex protinus iussit Gulielmum Horium uicarium ipsius episcopi cum custode & apparitore curiæ episcopalis, in uincula abripi, quæstionemq; de morte hominis constitui. Quæ habita, corpus mortuum cre matura, ac Gulielmus ad extremū cum sociis captiuis custodia liberatus, missus factus est. Polyd. lib. 27.

IACOBS Hommil uestiarius, orb artis suæ peritiam à Iacobo III. rege ad summam dignitatem euectus, à proceribus capto rege strangulatus est. Appendix Hist. Scotorum.

Arma defensiva. Fabri

Clypeorum.

DIDYMAON faber clypei, quem Aeneas dedit Niso cursori peractis ludis, qui fiebant in Sicilia ad Anchisæ tumulum. Virgilius lib. 7. Aen.

MAMVRIVS fabricauit Saliorum ancylia, qui propterea nomen eius solebant canere in fine Saliarium carminum.

Thoracum.

Demetrio Polioretio Rhodum obfidenti duo ex Cypro allati thoraces ferrei fuerunt, pondo uterq; quadragnum. quorum

OPIFICES ORGANI RESPECTV VVENTIS

Actiue considerati, quatenus eo Vtens AGERE

dicitur, uel quo ad

FACVLTATEM ANIMAE. Huc opifices organorum

RATIOCINATIONI INSERUIENTIVM.

Cuiusmodi sunt Libri, Calculi, Pondera, Mensura. De quibus supra, alio respectu.

VISIONI INSERUIENTIVM. Vt

Speculorum.

Apud Arcades in templo Heræ, id est, Cereris, prope Megalopolim, speculum parieti inclusum fuit, in quo deorū signa & solium ipsum dilucidè cernebatur, at homines minimè. Pausanias in Arcadicis.

Speculum argenteū PRAXITELES primus fecit Magni Põpeij ætate. Plin. lib. 33. AESCVLAPIVS ex plumbo, crystallo, serico, uitro specula fieri docuit. Cic. lib. 3. de Nat. deor.

SIDONII specula è uitro excogitauerunt. Plinius lib. 36. c. 26.

Fenestrarum.

Hæc ex uaria materia fieri possunt, è papyro, è uitro, è coram, è lapide speculati, è tela inuoluta. Quatenus è uitro, sic ad Vitrarios fabros pertinet. Et sic de cæteris. Hæc P' sus, illic Martiana consideratur.

ADDITIONI COMMODATIUM.

Sic Musica organa, sic Campanæ, sic Florologia. De quibus paulo antè respectu Impressionis suæ.

MOTVI INSERUIENTIVM. FABRI

Scalarum.

EVPHRANOR mechanicus, exul Sicyonius scalas fecit, quibus Aratus urbem conscendit, & à tyrannide Nicoelis patriam liberauit, quod detraheret ei omnem suspicionem at tificium. Plut. in Arato.

HABITVM. Huc opifices organorum

THEORICIS STVDII INSERUIENTIVM. Cuiusmodi sunt

Libri, Scripturæ.

De Typographis, de Scribis superioribus egimus. Res eadem, diuersos respectus.

ACTIONI PRACTICÆ COMMODATIUM. Puta

Luliu.

Hæc omnes ii, qui è qualibet uicq; materia, organa luliu destinata conficiunt.

Religioni.

Hæc omnes uel Armorum uel P' asorum sacrorum opifices, quibus instrumenta in reuolunt procurant.

Mercaturæ. Verbi gratia

Monetarij.

De Argentariis supra inter Commutatarios operas egimus. Hæc ipsum Monetæ suæ Pecuniæ opificum consideramus.

rum firmitatem & robur opifex ostentans ZOLVS, into queri catapultæ ex spacio passuum XXXVI. teli iussit. Quo adacto integrum pectus inuenit, quæ leuiter fuit sicut à filo perstrumtum. Hunc thoracem ipse gestauit: alterum Alcinu. Epirota, uir omnium, qui in prædijs eius erant, bellicosissimus ualentissimusq; qui solus CXX. pondo armis utebatur, cum cæteri LX pondo uterentur. Is pugnas Rhodi secundum theatrum occubuit. Plut. in Demetrio.

SARMATÆ Nomades ungulas ubi legerint equinas, perpur gatas, ac dissectas, ad similitudinem squamarum draconis expolliunt. Squamulas perforant, & equinis uel bubulis neruulis consunt, inde sibi loricas concinnant: quæ neq; elegantia, neq; firmitate loricas Græcorum inferiores sunt. Eæ namq; tum cominus, tum eminus percussa, idus sustinent. Nam lintæ lorice hæudquaquã pugnantibus utiles, q ferro uehementius immisso peruiæ sunt, sed uenatoribus cetero præsidio sunt: in illis namq; leonum & pardorum dentes retunduntur. Talem loricam præparauit in Atticis, in quæ Aesculapij Athenis spectari asserit.

Solearum ferrearum.

PELETHRONII primi equorum ungulas ferreis soleis munire coepere, uisdemq; primi sunt usi. Polydorus de Inuent. rerum.

Lucius III. Lucensis, Friderico imperante, obtinuit suis LV. CENSIBVS, ut Hetrufci non alia quàm Lucensis moneta uti possent: sicut in Transpadana regione PAPIENSIS, anno MCXXCII. Volat. lib. 22. Anthropol.

Hyperboli Atheniensis demagogi (qui ultimus omnium ostracismo urbe pulsus est) PATER, stigmatias, in Argyrocopeo (id est, officina ubi cuditur pecunia) publice seruauit. Lilius Gyraldus Dialogo 6. Hist. pœt.

MECHANICIS ARTIFICIBVS INSERUIENTIVM.

Opifices instrumentorum conuenientium

Aquilegis.

CTESIBVS Alexandrinus spiritus naturales, pneumaticasq; res inuenit. Plinius lib. 7. cap. 37. Vitruuius lib. de Architectura 9. cap. 9. Pneumatica autem organa, quasi dicas spiritalia, sunt machinæ, quibus ui aeris conceptiq; spiritus aqua extollitur.

Tormentariis. Verbi gratia

Pulueris pyrrici confectores.

Mirabili ALFONSI Atefina Ferrariæ ducis ingenio, uicifacilis ex aquæ impetu machina instituta est, ad conficiendam exiguo tempore ingentem tormentarij pulueris copiam. Ab ea namq; demissi elatiq; alternatim feruici plures pistilli in gæneas pilas decedentes, carbonem & sulphur cum sale nitro contundebant, tanto compendio, ut plurimum operatum laborem unius tantum regentis pueri cura superaret. Iouius in Alfonso Atefino.

Medicis. Pharmacopœi, & Chirurgicorum instrumentorum fabri.

Pharmacopœia cognitio è naturali philosophia petenda, quatenus τὸν ὑγιεῖν ἱστορίαν συμπλέκται. Exercitatio mechanica est, huiusq; loci propria. Quod si ut Medico famulatur consideres, eiusq; dextra manus uulgo appellatur, sic ad Medicinam referri potest. Ipsa quinetiam Coquinaria, quatenus Alimenta medico in faciendam medicinam usui futura preparat, hic communiari meretur.

Militiæ. Huc pertinent

Armorum opifices.

Fabricæ in lib. C. dicuntur, qui armorum ac telorum in officinis ab Imperatore constitutis fabricandorum uis habebant, nam officina uulgo Fabrica dicebatur: ut scribit Lustin. Nouell. de armis, XXCV. ubi uetat alibi quàm certis & constitutis locis arma tela ue fabricari: iubetq; Fabricensium certum corpus esse, & militiam quandam. In l. 3. C. de fabric. iubentur fabricenses stigmata suæ puncta aut notas publicas in brachijs impressas habere, ut interuosi & latitanes agnosci possint. Florum, de Verb. iuris. Opifices Armorum Offendentium, uide sub Tit. Diuisioni inseruientium organorum fabri: Defendentium uerò sub Tit. Arma defensiva. At hic quatenus Militi inseruiunt.

Chalcis Eubœæ ciuitas. ECHALCIDENSIVM officinis in gæs armorū areorū & quadrigarū uis p. diit. Stephanus ab officinis arariis urbi Chalcidi in Eubœa, nomen addidit putat. Etiam in p. curib. Tanq; Chalcidice nobis peperit uxor.

CLEMENS faber armorum Cracouiensis. Eo pulfato, magna orta feditio. Cromerus.

GEORGIVS pater *[obscuro]* admirabili artificio opera armorum elaborare sciebat, quib. & defendentur contra vim aduersariorum in conflictu, & instruentur ad hos percellendum sternendumq; qui manu siue in acie cum hostibus, seu in ludis equestribus cum suis conferere uellet. Harum igitur artium ille peritus, & iis uirtutibus ornatus, in notitiam peruenit maximorum & potentissimorum principum, iisq; carus fuit. Imp. Maximilianum I. aliquando cum glorioso prouocatore Italo, cui nomen Claudio Bataro, certamine singulari congressum, Georgius ea dexteritate ita instruxit, & sic arma ipsius machinando parauit, ut fortissimo uiro Maximiliano uictoria certa facile etiam & celeteriter contingeret. Claudius enim non diu repugnans, cum, quanto omnibus rebus esset inferior, sentiens ad pedes Maximiliani se abiicisset, ita in potestate eius se tradidit.

Machinarum bellicarum artifices.

Machinae bellicae quatenus locant propugnantes uel impugnant, inter Aedificia referri merentur: hincq; adeo excellenter Machinarii uox uulgaris appellationem traxere, propter operis excellentiam. Quatenus uero instrumenta sunt Agentis, uel Defendentis uel Offendentis, sic inter Militaria opera hoc loco recensentur. Atque Architecti, Statuarii, Nautis inserunt, aliter sunt generis.

ARCHIMEDES Syracusanus, M. Marcelli Cos. Rom. uictoriam machinis suis longo tempore elusit, quandiu Virtutem cum Arte certamen fuit. Ast ubi Dolo auctior Virtus Arte sibi subiecit, capta est urbs clauissima, & mirabilis ille architectus cetera uictoris edictum ab imperito milite castus, sic cum puluerem figuris mathematicis praegnantem sanguine suo saturauit.

ARTEMON faber machinarius, temporibus ferme Periclis. Qui cum claudus esset, passim suas machinas circuferebat. Athen. in 12. Dipnos. lib. reterens hoc prouerbium, citat auctorem Chamaeleontem Ponticum, qui testatur Artemoni *[obscuro]* cognomen additum, quod praedelicus in lecto circumferretur, siue quod is postea ceperit uoluptaria ac mollem agere uitam, cum antea pauper fuisset. Erasmus in pro- uerbio, Artemon uerfatilis.

HERACLIDES Tarentinus architectus in Philippi, Persei patris, gratiam solus Rhodiorum classem incendit. Polyzenus libro quinto.

Victo Mithridate, Amisum Ponti urbem opulentissimam diu obsedit Lucullus. In causa praefectus erat **CALLIMACHVS**, q. scientia apparatus machinalis & omnis uerfutiae, cuius in obsidione usus sit, uehementissimè fatigauit Romanos. Hic tunc solertia & consilio est uictus Luculli, qui qua diei hora abducere & rescire cõsueuerat milites, ea ad ortus est moenia. Quorum cum modicam partem coepisset, ille, uel quod praedam inuideret Romanis, uel quod facultatem sibi eua dedit strueret, deseruit incenditq; urbem. Plut. in Lucullo.

Capto Byzantio, cum **PRI CVS** artifex ob innumeras summi ingenij machinas, quas ibi construxerat Seuerianae oppugnationi infestissimas, Imperatori delatus esset: tamen quod id custodiendi municipij sui causa fecisse se diceret, denique propter eius artem eximiam, qua uix Archimedi concedebat, absolutus est. Xiphilius in Seuero.

Carnificibus.

PERILLVS faber taurum aeneum excogitauit, in quo fontes subiectis ignibus torquerentur. Similiter **ARVNTIVS** Paterculul. Vterq; tamen crudeliratis suae poenas dedit: ille a Phalaride, hic a Censorino Aegistae tyranno operis sui specimen exhibere coactus. Fulgofus lib. 9. c. 2. ex Plinij lib. 34. cap. 8.

**OPIFICES ORGANI RESPECTU UTENTIS PARS
SIVE CONSIDERATI, QUATENUS EO UTENS
PATI uidetur secundum**

ANIMVM. Quatenus ab organo

ERVDITVR. V. G. A'

Pictura, Statuaria.

Has respectu V. G. superio- re loco explicauimus. Huc pertinent, quatenus ex tabulis & statu- tis patitur homo, quo ad inter- nas facultates, ut imaginatio uel memoria excitantur, confirmantur.

Libris, Scripturis.

Typographus & Scribas paulo ante enarrauimus. Moneta- rius tantum hoc loco eo solum in considerationem uenire posse, diuerso respectu.

OBLECTATVR. UT AB

Organis Musicis.

Organa musica, ut Actio- nis eorum, qui his utuntur, inscri- bunt, superioris sunt loci: ut uero Pa- stori audito- rum, ita huc referri debent.

CORPVS. QUATENUS V. G. ab organo

SANATVR.

Sic Medicorum Instrumentorum artifices huc referri possunt.

MOVETVR. SECUNDVM locum.

De his Instrumentis supra, quatenus quis seipsum Mouet.

LOCATVR.

Vide, Opifices Aedificiorum.

TEGITVR.

Huc Vestimentorum, Armorum opifices, De quibus in praecedentibus.



**VOLVMINIS VIGESIMI
FINIS.**




T H E A T R I
H V M A N A E
V I T A E

Volumen Vigefimum-
primum

DE
INSTRUMENTIS ACTIONVM
& PASSIONVM hu-
manarum

QVATVOR LIBRIS
pertractans.




T H E A T R I
H V M A N A E
V I T A E

Volumen Vigessimum-
primum

DE
INSTRUMENTIS ACTIONVM
& PASSIONVM hu-
manarum

QVATVOR LIBRIS
pertractans.





Eruditione ac Virtute
præstantem
MART. SCHILLINGVM
Patritium Vratisla-
uiensem
THEOD. ZVINGERVVS
XXI
Theatri Volumine

INSTRUMENTA
humanarū actionum & passionū
QVATVOR LIBB. Cō-
plectente

- QVORVM SANE
- I. De NATVRA disputat
 - II. De ARTE agit
 - III. De EXERCITATIONE differit
 - IV. De Instrumentis SECVNDARIIS decernit

AD
Academicæ conuersationis ho-
nestam mem. refri-
candam
A D A



TOMI VIGESIMIPRIMI
LIBRORVM
DISPOSITIO.

HISTORIÆ Humane Titulos, respectu Efficiētis causæ instrumen- talis (qua in hoc genere propter sui euentiam primas videtur obtine re) XXI hocce VOLUMINE de- ducamus. Homo ad agendum pa- tiendumq̄ idoneus est, quādo secun- dum Animū simul atq̄ corpus iis præfidiis & ueluti instrumentis or- nat, ut & Finem suum & ea quæ ad finem pertinent, consequi possit. Is uerò si non ornatur, eum à fine si- mul excidere, & iis quæ ad finem fa- ciunt frustrari necesse est. Horū au- tem ipsorum INSTRUMENTO RVM aliā statuimus

Primaria, Tria numero: quæ ut mū- tuas sibi inuicem operas tradunt, sic cogitatione frequētius quàm re ipsa inueniuntur distincta. Hippocra- tes diuinus, & post illum Galenus, se- ptenario explicare maluerunt, hisce uersibus comprehensa: Ingenium, Methodus, Labor, Educatio, & V- sus, Præceptor doctus, Veri etiam stu- dium. Porro ex tribus istis alia ni- dentur esse

Innata, ingenita, insita, con- nata, NATVRA scili- cet, siue integra illa, à Deo Opt. Max. homini data: siue corrupta aliunde. De qua LIBER PRI- MVS.

Ac- quisi- ta uel
Aliena suggestio- ne. ARS uni- uersim dicta. LI- BRO II.


Propria actione. EXERCITATIO. De qua LIB. III.

Secundaria, numero uaria, primariorum & obstetricis & comi- tes, & pedissequas. LIB. IV.




LIBRI PRIMI
TITVLORVM
DISPOSITIO.

INTER tria Instrumenta Rationum & Passionum huma- narum NATVRA primum si- bilocum uendicat: quam IN- GENIUM & INDOLEM u- niuersim appellare liceat. Bius consideratio bipartita: ut



Cognoscitur. Vide seq. signum I.



Voluminis Vigesimalprimi Liber I.

De NATURAE praesidijs & adiumentis.



INGENII, INDOLES POSSESSIO.

IN GENERE. INGENIO.
rum Varietas. Huc
POPVLORVM Diuersi Mores.

Sicut quaedam regiones sunt, quae acuta ingenia & solertia gi-
gnunt, ut quibus est aer purus & tenuis, uelut Athenis: aliae,
quae retusa & hebetiora, ut quibus crassus & pinguis, sicut
Thebis: ita ex caeli rigore uel clementia, nonnunquam ex
sideru statu uel influxu, uirtutes uitaeque gentibus innascun-
tur, quae ingenita ad eos loci incolae afficiunt, itaque corpori-
bus animisque insident, ut illa habeant propria & perpetua.
Sic CAMPANI superbi natura, & bonitate agroru ex mi-
tissimo caelo, & affluentia copia uoluptatu terrestrium mari-
timarumque rerum, semper habiti sunt. Domiciliu enim su-
perbiae (ut Cicero inquit) praecipue Capanus fuit. ARGIVI &
BRVTII, ex more insito geti, latrones, illoru nauque ingenia
latrocinij laeta sunt, & rapinis gaudent. RHEGINI pau-
di & formidolosi. ITALI nobilitate praestant, & regali qua-
dam magnificentia lauti & stolidi, contentiosis audi-
di, consilijsque capiendis non ratione, sed impetu feruntur:
tamen religioni deditos esse, haud dubium est. (Nempe hec
de Gallis homo Italus, & Aragoniae factioni addictus.) HI-
SPANI iactabundi, duri & parci, abactoresque acerrimi, ad
inediam laboresque atque ad mortem parati. GRAECI licet
ingenio & facundia praestent, eos tamen nationis uicio (un-
de Graeca fides in proverbij uenit) assentatorum, leuiss atque
infideles esse manifestu est. CAPPADOCES, CILICES
& CRETENSES, suo ingenio fraudulenti & mendaces:
quippe promissu fidem fallunt, & periurio se adstringunt: in
quorum nota Graecum illud est, *οψηλα νεωτερον νεωτερον*. APHRI
subdoli & mendaces, quum enim multum classe rebusque
matrimis ualeant, usu & commercio multarum gentium,
ad fallendu prouisi & solertes sunt. apud eos enim frequen-
ter mercatores uentitant, & studio quaerunt, quae uisum
merces importent. NYMIDAE uero leuissimae fidei ingenia.
Cuius perulantissimi: atque in uulgaribus scriptis foed-
dissent, quae perulantissimi: atque in uulgaribus scriptis foed-
impunctu, GALATAE inuicem. SYRI cupiditate uitari,
praeter modum rerum appetentes, gens iniquissima, audaciaque
in nouas res. ALEXANDRINI desultores & dicitores. IN-
DI & PERSAE otiosi: neque enim ab re proditum est, otium
fratrem esse libertatis. quod de AETOLIS quoque traditur,
qui nullius imperio paruerunt. Hi enim cum perpetuo libe-
ri sint, in otio degunt. Contra uero LYDOS & Phryges,
quum regibus seruiant, negotijs intentos esse & laborio-
sos. EMPORITANI imbelles & barbari; AETOLI &
LOCRENSES foedifragi. DRUIDAE religiosi & malefici,
supra quam dici potest: nam dedita superstitionibus gens,
in factis hominem immolat, & cruore captiuorum adolet
aras: uiscumque & alia dictu nefanda pro numinibus colit.
GERMANI & CIMBRI, duri & laboriosi: latrocinij tam-
en & rapinis, quorum nullam infamiam putant, a pite-
ritia dediti: quare Cimbro Germani predones uocant, quo-
rum uires ad impetum ualidae sunt, sed momento temporis
dilatantur. CORSI duri & immanes, horridis ingenijs:
quippe qui ipsas belluas crudelitate uincant, cruci ore inge-
nitam immanitatem praefidentes. SCYTHAE quoque rapidi
& feroces, & dira feritate grassantes, suis tamen rebus con-
tenti, nihil alienum appetentes; apud quos nihil est furto
grauius. ASIANI, IONES, AETHIOPES, MEDI, ARA-
BES, TARENTINI & GALATAE, molles & effeminati,
enteruatis animis, ad inertiam nequitiamque parati, omnib.
inbuti delinquentis, in gymnasijs & turpibus amoribus
exerciti. Illecebrae enim luxuriae ad extinguendū uigorem

animi apud eos sunt. SICVLII Vafri & monstrifico in-
genio. ASTI supra Byzantium, dolosi maxime. Contra ue-
ro CYMANI in Acolia, hebetes & infultis: quippe qui plu-
uiae tempore, nisi admonentur, uoce praconis, porticus
non subeant. BOEOTII & THEBANI, plus habent ui-
rium quam ingenij. SYRACUSANI uariae multiplicisque
natura: aut enim excellentissimi & omni uirtutum genere
praediti, aut improbissimi & omnib. uitijs deprauati: quod
de Atheniensibus quoque proditur. HEDVI iracundi & te-
merarij, turbulenti & cocitati animi. LYCVRES duri, agre-
stes & fallaces suapte natura, & ex sterili agro & aspero
quae incolunt, nihil ferendo nisi magno labore partum. Ma-
ximus Tyrius prodidit, CROTONIATA S palaestra &
gymnicis certamine ualere, LACEDAMONIOS pede-
stru, Atheniensis nauali, uenatu CRETENSES, SYBARI-
TA S luxu, THEBANOS tibijs, IONES choro & cātu. Idē
adnotauit uulgari adagio ferri, Medicam molliem, Sar-
danapali luxum, delicias Ionias, Siculas mentas, saltatio-
nes Sybariticas, Corinthias meretrices. Artium quoque di-
sciplinas Menander dixit nauata consuetudine distingui na-
tionibus uarijs. Namque MITYLENAEI cithara delectan-
tur, THEBANI tibia, ALEXANDRINI geometria ual-
let, ATHENIENSES statuaria & pictura, CROTONIA-
TAE medicina: AEGINETAE athletaru pugna. Quod pro-
ximē accedit ad id quod Eustathius memorie prodidit, for-
san mutauit ab illis, Boeotios circa palastram reliquasque
artes gymnicas ualde probati, Athenienses in naualibus,
Thebalos in equestri (quippe cum ex equo primu pugna-
re docuerint) Lacedaemonios legibus ualere, Cyrenaeos in
ephectica scientia. Alex. lib. 4. c. 13.

EVROPAEI Asiaticis bellicosiores sunt, tum natura, pro-
pter anni tempotum magnam inaequalitatem, quae & ad
animi & ad corporis duritiam facit: tum lege. Nam cum sui
sint iuris, & pro seipis, non pro alijs pericula suscipiant, ma-
gna animi alacritate difficultates omnes subeunt, ex re be-
ne gesta uictoriae praemia reportant. Hip. de Aere aquis
locis.

ATHENIENSIS populus facile mouetur ad iram, facile re-
fleitur ad miserationem, prope suscipari potius quam
edoceri pederentium uult: ad subueniendum hominibus ob-
secris & abiectis promptior est: item orationibus iocosis &
ridiculis mulcetur, easque ahteponit. Celebrantibus ipsi sumi
maximē retinetur, taxantibus minimē succenfer. Formida-
bilis est uel summis magistratibus: contra clemens etiā er-
ga hostes. Plut. in Praeceptis politicis.

Populi CARTHAGINENSIS mores, acerbi, tristes, dicto
magistratibus audientes: duri ijs, quibus imperant: oblecto
languidissimi terrore, seuisissimi in ira, in deliberatis constan-
tes, a iocis & salibus alieni & abhorrentes. Non hi, si Cleon
ab ipsis postulasset, quodiam sacrificaret & inuitauerat ho-
spites, ut concionem prodicerent, tum risu & plausu con-
surrexissent. Neque Alcibiadi, cum in concione coturnix ex
pallio eius euolasset, propense ad eam recipendam & testi-
tuendam adfuisse, uerū necassent eos, qui ipsos ludibrio
haberent. Antiochem, quod d leonem secum in expeditioni-
bus duceret, qui sarcinas suas ferebat, intentantes affecta-
te cum tyrannidem, in exilium eger. Ibidem.

SINGVLORVM DIUERSI MORES.

Ex Tit. Dissimilitudo ingeniorum atque morum, hinc quaedam.

ALEXANDER Magnus puer etiamnu citharam pulsare di-
scerat. Magistro iubente chordam quandam tangere mo-
dulo conuenientem, & quam postulat artis ratio: Et quid
ggggg 3 intereffi

interesse, inquit, etiam si hanc passauero? in alia digitorum intendens. Tum is respondit: Nihil interesse regis, sed non eodem modo nihil interesse futuri citharædi. Cautè admodum uolentem discipuli ingenium admonens, ne sibi idè quod Lino contingeret, quem Hercules acerbe reprehensus plethro percussum interfecit. Adian. lib. 3. de Varia historia.

ZETHVS & AMPHION fratres diuersorum morum atque studiorum. Iade Horat. lib. 1. epist. 19.

Nec quum uenari uolet ille, poemata panges. Gratia sic fratrum geminorum Amphionis atq; Zethi distulit, donec suspecta se uero conticuit lyra: fratrem celsisse putatur Moribus Amphion.

ARISTANETVS sine Aristæus & PHILOPOEMEN Megalopolitanus Achæi, ita inter se iuncti fuerunt, ut nec eodem essent ingenio, nec eandem republicam seclam sequerentur. Nam Philopœmen quidem & animo & corpore ad omnes bellicos usus ab ipsa natura factus erat: alter autem ad Reipublice gubernationem, & deliberationes quæ eloquentiam postulabat. Tam seclam Reipublicæ ita inter se differebat. Nam cum Romanorum amplitudo iam & Philippicis & Antiochicis temporibus profusa cum Græco imperio implicaretur: Aristanetus rempublicam ita temperabat, ut quicquid Romanis accommo datum esset, alacriter faceret, interdum etiam iussa illorum antea uideretur: interim tamen operam dabat, ut leges seruare uideretur, eamq; speciem prætendebat, si qua illarum Romanorum literis aperitè refutaretur. At Philopœmen, si quid eorum, quæ postulabantur, cõsentanum legibus erat, & societas concedebat omnia, & sine detractione adiutabat. Si quid uerò præter illas mandasset, adduci non poterat ut ultro pareret: sed à magistratibus primum id approbandum, deinde iterum petendum esse asserbat. Quod si nec sic quidem persuasissent: tandem uelut deos obsecratus, cedebat, & imperata faciebat. Suidas.

IN SPECIE INGENIA QUALIA.

Arist. lib. 2. Rhetoricor. ingenia Qualitatis respectu facti duplicia: alia quidem bene à natura conformata, diuidit in uoluptatis & cõsonantia. Motus celeris uel tardis (illa Mobilis & Aluta, hæc Stabilia dicitur passus) alia uero, malè à natura conformata, uoluptatis scilicet & uoluptatis, quando mobilitas nimia fuerit, uoluptatis nimia stuporè inuoluit. Sic Alcibiadis & Dionysii maioris posteros in uoluptatis, Socratis & Cimonis in uoluptatis degenerasse. Ad quas differetias principes quatuor alia ingeniorum differetia referri possunt, Magna, Parua, Mediocria: Felicitia, Infelicitia: Aptia, Ineptia: Velocitas, Tarditas, Obfusca, Præcocia, Serotinitas: prout ab Actionis magnitudine, à successu, ab accomodatione apta uel expedita, ab cõproprietate facili, à maturitate, eorundem sit denominatio.

MAGNA. ILLUSTRIA.

Quicumque in quocumque uite genere excelluerunt, præter Institutionis & Exercitationis præsentia, Ingenium uelut fundamentum habuerunt, necesse est. Expropter Ingenia magna hic ponimus, actionis, magni illustrata & declarata.

In Theoricis.

GVILIELMO Budæo Gallia acutiore ingenio, ac flore iudicio, exactiore diligentia, maiore eruditione nullum unquam produxit: hæc uero erate nec Italia quidem. Nihil est unquam uel Græcorum uel Latinorum scriptorum, quod ille non euoluerit, legerit, excusserit. Græca & Latina iuxta & summe calleat. Tã facile utraq; lingua loquitur, quàm Gallica, quæ est ei uerba uel haud scio an etiam facilius. De libro Græco quæ sunt scripta, leget Latinè de Latino Græcè. Hæc quæ uidemus tam elaboratè, tam exultè ab eo conscripta, extemporali sunt ei facultate parata. Facilius tum Græcè scribit, tum Latinè, quàm etiam earum linguarum peritissimi intelligent. Nihil est tam reconditum, tam abstrusum in his linguis, quod non peruestigari, adierit, insperet, & uelut Cerberum è tenebris produxerit in lucem. Infinita sunt seu uocum significationes, seu loquendi figurae ac proprietates, quas unius Budæi opera sciunt homines studiosi, prioribus seculis ignoratas. Et hæc quidem omnia tanta & tam admirabilia ipse per se sine magistro ullo perdidit. Felix ac fecundum ingenium, quod in se uno inuenit & doctorè, & discipulum, & docendi uiam, rationemq;. Et cuius decimam partem alij sub magnis magistris uix discunt, ipse id totum à se magistro edoctus est. Nihil dixi de scietia Iuris, quæ per ipsum instaurari collapsa iam cõcepit: nihil de Philosophia, cuius ipse in libris de Affe id specimen edidit, quod edere non quiesceret nisi homo, qui in omnium philosophorum libris assiduo uersatus esset, maximosq; in eis progressus haberet. Accedit his

omnibus, quod haud dubiè ceteras res uniuersas antecellit, probitas tantæ doctrinæ congrua decensq;, tam rara, tamq; admirabilis, ut sine ceteris ingenij dotibus, monitionisq; miraculè possit uideri: ut eruditione, ita & pibitate superiore non habet. Qui in omni uita actibusq; tā uarijs primas semper religioni partes attribuit. Qui uir coniugatus, liberorū plenus, nunquã commo dis ullis & rei familiaris incrementis transuersus est actus, semper seq; suamq; fortunam rexit, & moderatus est: nec à fortuna, quantum uis magna spe propofita, abripi se se permittit: semper se ipsum habuit in sua potestate. Homo uersatus in legationibus, in aula, inter principes uiros, nihil unquam gratiæ dedit, nullas sentari in animu induxit: patrimoniu nunquã auxit, quod à recto uel pilum latum deflectere nõ sustinuit: in seipsum acior quam in alios iudex: muneribus inuidiosissimis functus, non inuenit à quo labacula spargere uellet, uel suspitione criminis qualibet perstringeretur, etiã in libera gère, nec omnino muta, & satis suspicaci. L. Viues in 2. lib. Augusti de ciuitate Dei, cap. 17.

In Practicis.

AGATHOCLEM Sicilia tyrannum excellentes ingenij atq; animi dotes habuisse, ex eo constat: quod anno ætatis circiter decimo octauo Syracusas, prope quas natus fuerat, confugiens, à rota fulgura, è fumo, à limo, non multo post omnem Siciliam sine ditionis fecit, Carthaginensibus in summa discrimina adduxit: deniq; in imperio ceteros uitam egerit, appellatione regia. Suidas, & Iustinus lib. 22.

DEMETRIVS Poliorcetes & MANTONIVS Triumuirum à stipulati sunt Platoni, uitia item magna ut uirtutes à magna profertur in dote. Fuerit aq; uelut uinoq; dediti, bellicosi, munifici, sumtuosi, insolentes. Tã fortunæ quog; habuerunt paritates consentaneas. Nõ solum enim peritiam uitam reliquam magnas res feliciter gesserit, magnis in rebus cespitauerunt, plurimis potius sunt, plurimas amiserunt, inopinatè conuiderunt, præter spem denud sunt excitati: uirtutem etiam uitam sinterunt, captus alter ab hostibus, alter penè in eam fortunã delapsus. Plutarchus in Demetrii proœmio.

VICTORINO, qui Gallias post Iunium Posthumum tenuit, neminem ex illis in præferendum, non uirtute Traianum, non Antoninum clementiam, non grauitate Neruum, non in gubernando ætario Vespasianum, non in censura aut senitate totius uitæ Pertinacem uel Seuerum: sed omnia hæc libido & cupiditas uelut uoluptatis sic perdidit, ut nemo audeat uirtutes eius licetis mandare. Trebellius Pollio.

In utriusq.

IN CHRISTIANO Moguntino archiepiscopo, qui bella grauius, pro Friderico I. Imp. in Italia felicissimè gessit, multa fuere præclara, quod d. facundus, liberris, illustribus, magnanimis: Latina, Romana, Gallica, Græca, Lombardica, Brabantica, linguis, ut sua utebatur, natione Thuringus. Hunc suo tempore orantem Itali sunt mirati. Diuinarum scripturarum non erat ignarus: quem Leo Tufcus, notarius Emanuelis Imperatoris orientalis Græcorum, laudib. effert. Scripsit etiam Friderici Imperatoris uita, epistolas diuersas, & orationes. Nulla ciuitas, arx nulla resistit oppugnantibus.

Subegit Ferrariã & Rauennam. Anconam Bicinaro obfessam euerit. Cranzius lib. 6. Metrop. c. ult.

INFELICIA.

Cum Cumanus, EPHORVS ex Illocratibus ludo sine ullo fructu discessisset, eodèq; à patre Demophilo remissus esset, depressus altera mercede, ludè Diphron eum appellauit. Magnã curã tamè in eo posuit excolèdo: & quemadmodum arte cõmodè uteretur, ipse ei præcepta dedit. Plut. in uita Illocratibus.

APTA.

M. CATO talis erat, ut si arma sumisset, natum in armis crederes: si se ad studia cõuertisset, inter literas educatum. De eo T. Lilius Dec. 4. lib. 1. ita prædicat: In hoc uiro tanta uis animi ingenijq; fuit, ut quocumq; loco natus esset, fortunã sibi ipse facturus uideretur. Era. sin Adag.

INEPTIA.

CN. CORN. Scipio, Hæpali F. priusquam mereri possit, cum ei Hispania puincia forte obuenisset, ne illuc iret, decreuit, adiecta crusa, q. reddere facere nesciret. Itaq; apertè inhonestu uitæ adu, sine ullo prouinciali ministerio, tamè repetendum dari lege damnatus est. Valerius Maximus lib. 6. cap. 3.

ACUTA.

VINVTIVS cuius Romanus, Augusti tempore, quo nemo in agendis causis præstantius habuit ingenium, quicquid longa cogitatio illi præstatura erat, prima intentio animi dæbat, et

bar, ex tempore causas agebat: sed non desiderabat hanc conditionem, ut ex tempore agere uideretur. Volaterranus lib. 26. & Seneca in Declamationibus.

DAVOSTINVS lib. 4. Confessionum cap. 16. ingenij acumen in intelligendo simi & disponendo sibi diuinitus datum fatetur: sed hoc unum docet, quod hoc Dei dono non rectè uteretur, neq; inde sacrificaret auctori suo. Vigesimo ætatis anno Categoriæ Arist. ignotas prius, nullo interprete per se intellexit: adeoq; exactè, ut facile eos, qui sub opt. magistris cas hauserant, superaret.

OBTUSA, CRASSA, PINGUIA.

Plutarchus Bæorus ipse, cum alijs aliquot locis, tum in commentario de Carniu esu scribit ab Atticis notatos BOEOTOS, tanquã brutos & stupidos, ac pingues: idq; propter edacitatè: quod ea gens magis stoliditatis opinione referta, habuit, ita postmodum conditionis contemum claritate mutauit: & quantum in eritiæ spectaculum fuit, tantum prudentiæ & fortitudinis exemplū euasit. Cuius pater scordiam contemplatam, filiam ei Slesuicium præfeci FROVINI in matrimonium dedit, ut foceri prudentia regnum ei firmaret. Saxo lib. 4.

VELOCIA. ATHENODORVS Stoicus, Augusto familiaris, igni similis

esse dicebatur à Sallustio, propinqua omnia incendenti, ob feruorem & successum in docendo. Suidas.

FIRMA. CTASIMA.

CIMON Miliadis F. qui in carcere obiit, admodum adolescens, cum Elpenice fore adhuc uirgine & innupta orbus, in prima ætate ad populum infamis fuit, & malè audiuit ex lustris & uinolentia, quasi auum referens ingenio Cimone, quem aiunt ob mentis stuporem Coalemum, id est, factum fuisse dictum. Stesimbrotus Thafius, Cimoni ferè coætanteus, nec musica eum, nec ulla alia instructu liberali disciplina & Græcis usitata, memorat fuisse, atq; ab Attico acumine leporibusq; quàm remotissimum: mores uerò insigni generositate & sinceritate tinctos, potiusq; ingenium huius uiri Peloponnesium fuisse.

Et candidum, simplexq; bonumq; in maximis. ut apud Euripidem Herculis. Et tamen hic stupidus homo res postea gessit pro Atheniensium repub. maximas. Plutarchus in eius uita.

FABIVS Max. Dictator, Ouicula puer etiã num dictus est ex mansuetis & grauibus moribus. Quippe sedatum ingenium eius & taciturnitas, magnaq; in fruentis puerilibus oblectamentis cautio, tarditas ac labor in percipiendis literis, facilitas & obsequium aduersus foedales, stultitiæ opinionem ei apud ignotos & ignauia præbuit. Stablem uerò aliamq; eius indolem, & animi magnitudinem atq; celsitudinem, pauci fuisse qui perspicerent. Plut. in Fabio.

PRÆCOCIA.

Plinius lib. 7. refert, Caionè Censorium uelut ex oraculo prodidisse, Senilem inuentam præmaturè mortis esse signum. Et apud Senecam libro Cõtrouersiarum secundo, Cõtrouersia prima, Cestius de ingenio ALFII Flauij prædicasse fertur, Tam maturè magnum ingenium non esse uitale. Talem puerum Sophocles uidebat, uocat. Erasmus.

INDOLIS, MORVM NATIVORVM CONSIDERATIO. HVC PERTINET INDOLES

NON MUTATA, CONSTANS.

Vide locum Constantiæ, quatuor exempla Indolis institutione & exercitatione confirmate continet.

MUTATA.

Ex loco Inconstantiæ huc multa accomodari poterunt.

SOLOMON, ob altam indolem à sapientissimo patre est fra tribus prælatus: in quo prudentissimum senem nihil æquè ac pietatem spectasse, credere æquum est. Fuit ille sapiens, fuit diues, munificus, elegans: à pietate tamè deflectit, Ethnicæ uxori gratificatus: & quod maior spes in iuuenè eluxit tendæ pietatis, eò molestius in senè desiderium fuit neglectæ Sab. lib. 8. cap. 8.

CAROLVS Crassus Imp. qui iuuenis mira indole fuerat, a. deo degenerauit ab illa Caroli Magni stirpe, ut quod rebus suis publicisq; superesse non possit, curator ei daretur Carolomanni filius, nomine Arnulfus, nobili exemplo, fratri filius patruo, qui & Augustus salutaris est. Aemil. lib. 3.

INGENIUM, INDOLES, NATIVA VIRTVS Vitiuante, per se elucescens, sese exerens.

Ἐποπία Græci, naturam animi corporisq; bonitatem appellant. Latini Ingenium, quasi ingenitum & conatum nobis dixere. Plato ingenios naturales, & quedã ueluti feminaria uirtutum: Aristoteles uero adueras procliuitates seu proensiones quasdam, uocauit. Et Plato quidẽ eas has ueluti scintillas actu nobis adesse, in primo tamè animæ descensu in corpore ita obliterari, ut nõ nisi etatis progressu denud emergant: eamq; ob causam omnè nostram cognitionè puram & aduersum esse censuit. Aristoteles autè de uirtutibus & philosophis, potentia tantum naturalem, ad hæc bona, rationis atq; sensus ope, acquirenda, animo humano insitã affirmauit: eumq; tabula rase similem esse dixit, in qua nihil descriptum esset, omnia tamen describi possent. Itaq; profertur fuit ausus, nihil esse in intellectu, quod non prius fuerit in sensu. Ingeniosorum uirtutum istorum ut uarietas est magna, sic ab his temporis progressu excitatis, & in flammam erumpentibus, alios quidẽ auris, aeneis, ferreis, alios argenteis, stanneis, plumbeis animabus præditos uideri, idem Plato existimauit. Neque tamen quo ad Animu tantum, uerum etiã quo ad Corpus & Fortunas, id quæ & de quæ iste in hominibus obseruantur, quas Astrologi secundario ad siderum influxum, Theologi primario ad prouidentiam diuinam reuocant: atque stulti nescio cui Fortune acceptas referunt. Hæc porò Natura semina quoniam in primis annis tanquam flores quosdam edunt, in stemmè inuicè spectatores & obseruatores rapere, & diligenter amotari consueuerunt: at illustris tamen atque terribis in ipsi adultis per fructus suos confirmata elucescunt. cum nemo in quouis genere uirtutis excellere posse uideatur, nisi Naturæ fundamentum probè iactum habeat. De cognitione ergo Naturæ, probæ uel improbe, in quouis genere humanarum actionum passionumq;, que in puerili etate efflorescat, hic agemus: quam ipsam ars superueniens, Exercitatio in supersequens, plurimum stiel promouet & ampliat, & corrigere cõsueuit. Quatenus uerò ex hac ipsa Indole tanquam signo quid aliud colligitur, ut quando Democritus ex compositione fascis Protagoræ ingenium illius ad philosophiam procline esse cognouit; sic ad Indolis cognitionem referri debet. Porò eius Naturæ, que in Adultis in utramvis partem cernitur (cum secundum Animum quidem Medici, Rhetores, Philosophi boni Bonitate nature necessarid niantur, secundum Corpus itidè detur Efficiacia quedam natura in alium agendi, V. G. Sanandi, Robur aliorum eneruandi, Fascinandi, Occidendi; secundum Fortunas denique Procliuitas quedam ad Opes comparandas, ad Amicitias conciliandas, ad Dignitates consequendas) sub locis Habituum Animi, Corporis item, Fortunæq; bonorum atque malorum, exempla congesimus.

I E S V S Christus (quem Iosephus Hominem dicere ueretur nos non tantum Deum, sic ad Theatrum Deorum pertinet, sed & Hominem, & quidem eum, quem Arist. in Politicis, quia optimus sit & praestantiss. omnium aliorum regē esse oportere censet: quē pariter Sibylla oraculum uerē regem pro rege à Romanis haberi, si salui esse uellent, ut auctor est Suetonius, perhibuit) ut in omni uirtutū genere excellit, & nobis utriusq; uitae regulam modumq; praescripsit: ita etiam primis statim annis suae diuinitatis argumēta exhibuit. Et ut ea quae de illius infantia ab apocryphis auctoribus sunt scripta praetereamus, illud unum commemorare satis erit, quod sapientiae non ad discendae (quod piaculum foret cogitare) sed exercendae studio flagrans, à matre & comitibus, cum quibus Hierosolymam solennis festi causa ascendit, clam se subduxit: & triduo integro multū diuq; à parentibus quaesitus, uix tandem in templo inter sapientissimos uiros de rebus sacris grauissimē disputans reperitus est. Quod quae magis mirum uideri debet, legem quam non didicerat, interpretari, & lingua Hebraea, quae tunc apud Iudaeos acroamatica erat, loqui poterat. Fabri itaq; filium mirabantur omnes: pauci diuinā indolis signa animaduertebant.

O R I G E N E S puer, parentē suum Leonidem (qui Episcopus fuit) saepe de abditis Scripturae sensibus interrogabat, ita ut pater ab eiusmodi praecoici sapientia retrahere illum cogere, sed uel non uolens, ne supra aetate saperet. Verum non ita accedens, & pectus intuens, quasi sancti Spiritus templum deo culabatur, sed, tali filio beati iudicabat. Euseb. lib. 6. cap. 3. & Suidas.

D. NICOLAUS Myrae episcopus in Lycia, etiamnum puer, quando reliqui eiusdem aetatis adolescenter dimissi à praecceptoribus lufibus operam dabāt, ipse sacras lectiones audiebat, quae tunc temporis publicē in ecclesia tractabantur. Gib. Cogn. lib. 6. Narrat.

Prophetica.

I O S E P H O Iacobi F. puero etiamnū crebra insomnia, & sonitoris agnōtie apud inuidios fratres dedere, simulq; reconditae sapientiae tu dimēta fuere: Genesios liber. Adolescentens Aegyptio Putiphari uēditus, duplex Pharaonis insomnium interpretatus, fatali inopia iussus ire obuiam, Aegyptum uniuersam septem annos à terribili defendit fame: patrē cum tota domo, iniquitate illa temporū, gratuita frumentatione sustentantē. Sab. lib. 1. cap. 4. ex Gen.

I O A N N E S Baptista in uero matris officij & pfectionis suae non obscura dedit indicia, quando mundi Saluatorem in uirginalibus claustris adhuc latentem exultatione sua adesse significauit, prius Prophetā quam praeco. Luc. 1.

Iuridica.

I O. P I C V S Mirandulae X. v. aetatis annum agēs, matris iussu, quae sacris eum initiari uehementer oprabat, discendi iuris Pontificij gratia Bononiam abiit. Quod cum biennij degulstasset, ex epistolis summorum Pontificum, quas Decretales uocāt, epitomen quandam collegit, quo omnes sanctionum illarum sententias cōclufit. Sed eo studio relicto, suum secutus genium, philosophiae tum humanae tum diuinae se dedit. Io. Franciscus in eius uita.

Physica.

A S C L E P I O D O T Y S Alexandrinus, Suidae familiaris, iam inde à puero naturae miracula obseruare, & causas inquirere studebat, à tritissimis exorsus, à lignorum uenis, à lapidum formis, ita ut artifices cuiusq; generis accuratē interrogando fatigaret. Suidas.

A N D R E A S Valsalius Bruxellensis, Caroli V. Imp. & Philippi Hispaniarum regis medicus, puer etiamnū mures, talpas, glires, interduo quoq; canes atq; feles dissectare, & intestina rimari auebat: magno omine eius, quae in eo postmodum inclaruit, Anatomicae periciae, quam iam inter mortuam ab inferis in lucem reuocauit.

F E L I X Platerus Bassiliensis, non minus in praxi quam in medica theorica excellens, puer etiamnum mirifico desiderio porcos cum macarentur inspicendi tenebatur, Ianij artificium mirabatur, uel hoc solo nomine beatum praedicabat, cui extempore interna uiscera citra errorē rimandi peritia adhaeret. Creuit cum aetate anatomiae medicae studium methodicum. Id quod Tabulae illius Anatomicae multo quam ullius alterius in hoc genere magis loquaces & luculentae abundē testantur.

P R O T A G O R A S Abderites puer ligna in fascem compendiosē posita, & ratione quadam geometrica librata humeris expeditissimē gestabat, quaestus causa. Democritus philosophus compositionis gratiam admiratus, fascem soluere, & denuō componere iussit. Quod cum Protagoras sine cunctatione fecisset: Adolescenter, inquit, cum ingenium bene facienda haberes, me sequere, ut quae maiora melioraq; sunt addidascas. Paruit ille, eiusque cultu si non bonus philosophus; egregius sanem Sophista euasit, discipulis pollicens, mercede sese edocturum τὸν ἄριστον λόγον κερταίωσι. Gell. lib. 5. cap. 3. & Athen. lib. 8. cap. 8. ex Epicuri epistola de Studijs.

A V I C E N N A medicus Euclidis libros quinque perlegit, sine praecceptore, antequam sextum decimum aetatis annum attingeret. Nic. Massa in eius uita ex Sorzano Arabe.

Poetica.

E V R I P I D E M tragedias adortum scribere tradunt, natum annos duo deingenti, naturę ductu, doctricę comitatu. Adjicit Philochorus, in tetra quadam Salaminis spelunca solitum scripturam. Caesius lib. 24. c. 10. A. L.

M E N A N D E R comicus, supra aetatem excellens, cum apud suos inuidia laboraret, produxit in theatrum suum praegnantem, eiusq; eadem uterum in Euripum proiecit. Ibi cum porcelli ductu naturae agerentur: Athenienses, inquit, uidi, si in teneris annis scientiam meam miramini, istos nate quis docuit? Ex Theod. Prisciano lib. 4. de Physica scientia, Gyaludus Dialogo 7. hist. poetarum.

P. V E R G I L I V S Maro, qui primum in lucem editus, uagiti nullum emisit, poeticae puer exercere cepit: & in Balisam ludimagistrum, ob infamiam latrociniorū lapidibus cooptum, distichon fecit.

Monte sub hoc lapidum regitur Balista sepultus:

Noctē dieq; tuum carpe uiator iter.

Mox etiam Morteum, Epigrammata, Diras, Culicem, anno aetatis XV. scripsit: & his uelut incunabulis diuinus ille spiritus ad Aeneida scribendam prouectus est, in qua Homerum inprimis, maxime uero ingenij sui bonitatem secutus est. Donatus in eius uita.

P. O V I D I V S Naso Sulmonensis, forensi studio, patris uoluntate, quamuis inuitus, sese primis annis addixit. Non tulere eam iniuriam diuites Musae, & uatē suum uindicare: ut pro balista legitur uelut in Balisam sepultus: Noctē dieq; tuum carpe uiator iter. Mox etiam Morteum, Epigrammata, Diras, Culicem, anno aetatis XV. scripsit: & his uelut incunabulis diuinus ille spiritus ad Aeneida scribendam prouectus est, in qua Homerum inprimis, maxime uero ingenij sui bonitatem secutus est. Donatus in eius uita.

P. O V I D I V S Naso Sulmonensis, forensi studio, patris uoluntate, quamuis inuitus, sese primis annis addixit. Non tulere eam iniuriam diuites Musae, & uatē suum uindicare: ut pro balista legitur uelut in Balisam sepultus: Noctē dieq; tuum carpe uiator iter. Mox etiam Morteum, Epigrammata, Diras, Culicem, anno aetatis XV. scripsit: & his uelut incunabulis diuinus ille spiritus ad Aeneida scribendam prouectus est, in qua Homerum inprimis, maxime uero ingenij sui bonitatem secutus est. Donatus in eius uita.

D. A V G V S T I N V S semetipsum in secunda puertia (anno scilicet aetatis duo decimo) legisse & intellexisse Logicos & Rhetoricos Aristotelis libros, testatur lib. 4. Confessionum.

A V I C E N N A Arabum Medicorum princeps, puer etiamnum logicam sola commentariorum opē per se didicit.

Practica. Mores naturales boni maluerum uirtutum & uitioum ethico-rum semina.

Lib. sexto Ethicorum Aristoteles uirtutes Ethicas dicit in Phisicis & uoluntas similiter etiam uirtutem diuinae uel in Phisicis in Phisicis, quam de uirtute appellat, & in uoluntas, quae quodammodo est. Phisicis quidem à natura proueniunt, & dispositiones tantum, non autem perfecti habitus conferri debent: neq; necessitatem aliquam in se habent, sed inclinationem tantum & propensionem naturalem denotant: quam ut in brutis cōsuetudo uincere potest, ita multo magis in hominibus ipsa ratio. Et enim cum sapiens (ut in prouerbio est) astris dominetur, longē facilius quā istas Phisicas refrenabit. Exempla quadam ex Tit. corum Qui miro modo seruari sunt, huc possunt transferri, quatenus propria industria aliquid ad suimetipsum defensionem conferunt.

Prudentia.

Cum gemellos Rebecca Isaac patriatque pareret, posterior fratris

fratris Esai plantam pertinaciter tenuit, ad eod nomen inde supplantatoris (id enim Hebraeis IACOBUS significat) inuenit, & omen fecerit eius, quam matris dolo instructi fratris praeripuit, primogenituram in se transferenda.

S O L O M O N acciperet regnum à patre adolefcens, ne puer dicam, quum in anceps iudicij genus incidit. Ignobilis puerpera filium nuper nati necauit incauto accubitu. Hæc (infamia serui, an alendi studio, nō traditur) occulte, quod fati constat, alteri puerperæ filium subtrahit suo similem, eademq; subtrahit loco quiescentis lateri leuiter applicat. Oritur inter eas contentio: postq; longam altercationem, ad regem itur. Stabat populus in cōcionis modum circumfusus, ancipitis iudicij exitum expectans, ex eo qualem habiturus esset regem, iudicaturus. Erat muliebris assertio rixæ (ut fit) & iurgio similior quam liti. Tum rex: Ite, inquit, & quando lites aliter expediti non potest, puerum in duas partes dissectum utriq; dimidium date. Tum uera mater: Quin uiuat potius, inquit, atq; illa integrum puerum habeat. Arripuit uocem sapientissimus rex, ueritatis restem: puerumq; huic ad duxit, in quo seruando maternus extiterat affectus. Sabellicus lib. 1. cap. 4.

D A N I E L puer Susannam matronam pudicissimam à duobus Senatoribus falso iudicio circumuentam, prudentia diuinitus inspirata à morte liberauit, & hoc ipso tam præclaro facto, quantum olim in Ecclesia Dei futurus esset propheta, specimen dedit. Historia Susanna. Hic, secundum Theodotionem, antequam iudicaret, appellatus est puer: postquam uerō exiit in eo Deus spiritum & indicauit senes, accepit presbyterij dignitatem. Hieronymus comment. libro 2. in Esaiam, capite 3.

H Y R C A N V S 11. puer missus à patre Iosepho Iudæorū principis Alexandriam, uti Ptolemæo Epiphani propter natum puerum gratularetur, ceteris fratribus reuolantibus quod alicuius mōres se ignorare dicerent: ab Arione patris Iosephi quaestore mille talenta extorsit, centū pueros totidemq; puellas, talento singulos emit, eodq; singulos talentum ferentes, regi & reginæ Cleopatre obtulit: admirantibus omnibus tam insperatam munificentiam, cum reliqui Syriæ principes uel opulentissimi non plus quam uiginti talenta obtulissent. Id autem inscio patre egit, ut regis gratia comparata, contra fratrum inuidias tutor esset. Porro ad conuiuium regis uocatus, cum ceteris principibus, in summo loco iussus est accumbere, propter aetatem. Reliquis autem conuiuiis ante Hyrcanum conuentibus, Tryphon quidam, cuius factis plurimum in conuiuio rex delectabatur, rogatus à conuiuio ad regem se uerit: & Videlicet, inquit, quantum ossium ante Hyrcanum iaceat. Hinc igitur collige, quod & pater eius totam Syriam ita spoliata, quemadmodum hic ossa nudauit caribus. Rege ad hoc dictum aridente, & rogante Hyrcanum: Vnde illa ossium congeries: Nihil mirum, inquit, domine, canum enim est ossa unā cum caribus absumere, sicut isti faciunt. Homines autem comestis caribus solent abicere ossa, quod & ego, homo cum sim, nunc facio. Rex iussit omnes conuiuias huic dicto applaudere. Iosephus libro duodecimo, capite quarto, Antiq.

C Y R V S etiamnum puer in Mediam cum matre profectus, quum uideret Atyagē auum regem sem picturatum oculo rum, & coloris infricatione, & appositionis comis Medorū more ornatum: Quam pulcrum (inquit) auum habeo, mater! Illa uerō quā rogaret, Vter ipsi prior uideretur, hinc, an pater? respondens Cyrus, Persarū quidem, ait, o mater! logē pulcherrimus est pater meus: Medis autē, quotquot equidem uidi quum in uis, tum ostiis, multum auus hic meus elegantia praestat. Hoc responso & aui muliebrē & patris uirilem formā prudētē expressit. Xenoph. 1. 1. Pædiae.

T H E M I S T O C L E M constat puerum etiamnum ardoris animi plenum fuisse, indole sapientem, studio ad res magnas propensum, natumque ad remp. tractandam, Quo dē remissionis & otij à literis discendis dabatur, id non puerorum more aliorum per lusum & oscitantiam terebat: sed inueniebant orationes eum secum meditantem & componentem. Argumentum orationum illarum accusatio erat aliqua, uel defensio puerorum. Disciplinae morales, ad uoluptatem uel urbanitatem conferentes, segnitē & lentē arripiebat. Quae uerō de prudentia uel actibus rerum tractarent, eas praeter aetatem amplectebatur. Vnde postmodum cum derideretur ab iis, qui uidebantur liberales & urbanis exultu exercitiis, compulsus est arrogantiore responso se ueri: Lyra se apandae tractandae psalterij esse rudem: sed urbem quam paruum accepisset, & obscuram, clarā & magnam reddere, id se tenere. Plut. in eius uita.

Iniunxit uirtus **A L E X A N D R O** Magno regi dignum & diuinum certamen, uno cultu ut cunctos exortatos mortales uni aduentis imperio faceret, unice affluerent uitae rationi. Hunc cum iam inde ab incunabulis in sumum haberet

coalescentemq; & una cum aetate gliscentem amore, postquam legati ab rege Persarū ad Philippū uenerunt, qui peregre erat: excipiens eos Alexander benignē hospitio, nihil aliorum more puerile quaesuit, de aureo arbutto, uel de horis pensilibus, uel de regis cultu: sed de rebus praecipuis imperij percontabatur, quanta Persarū copia, quem locū rex in acie caperet, quādo dimicaturus esset, Vlyssis exceplo;

Quoniam ille arma loco Mauortia equoq; teneret: quae uix ad superiores provincias contendenti à mari cōpendiosissima: ut obstupescerent hospites dicerent: Puer hic rex est magnus, non oster opulētus. Plut. orat. 2. de Alexandri fortuna, & in eiusdem uita.

G O R G O regis Cleomenis filia, cū Milesius Aristagoras eum ad bellum cōtra Persas suscipiendū pro Ionibus sollicitaret, promitteretq; ei magnā pecuniam, ac quod magis praedebat, plus adderet: Perueret, inquit, te peregrinellus iste, pater, nisi quā primū domo eū eicceris. Plut. in Lacen; apoph.

E A D E M cum eidē à famulo calcos induci uideret: Hospes hic, inquit, pater, caret manibus. Plut. in Lacenarum apoph.

O T H O 111. annos uix natus undecim, procerum Germaniae sententia, solenni ritu initiatus & unctus Aquigrani, anno Domini 984. praefuit imperio annos 19. & appellatus est ob insignem prudentiam, quae ipsam aetatem superaret, Mirabilia mundi. Sigebertus, & Honorius.

Mortuo Hemmingo Danorum rege, Gotrici nepote ex filio, Syuardus cognomēto Ring, Gotrici ex filia nepos, Scaniae Sialandisq; imperauit. At confobrinus eius Ringo Iutiam occupauit. Is uniuersum imperij ius in seipsum trāsferre cōnatus, dum Syuardus externa bella seclatur, Sialandiam inuastit. Sialandis filij Syuardi **R E G N E R M** propē infantem regem dixerit, ut aduersum Ringonem torpentium sociorū animos excitarent. Ringo Sialandem magna manu urgebat. Omnibus metu percussis, Regnerus consilium dedit, uti ad hostem transiret, sed eum data oportunitate desererent. Puerile consilium amplexi, puerum in Noruagiā abducunt, simulataq; defectione, cum inrerim Syuardus reuertisset, in praelio Ringonē deseruerit. Ringo in acie caesus, Syuardus ex uulnere paulo post obiit: Regnerus in regno successit. Saxo lib. 9.

In **I O A N N E** Galeacio Mediolanensium dūce à primis statim puertitatis initiis, mira grauitatis, prudentiae atque memoriae species enituit, ut pleriq; tantas praecocis principibus dotes ad opimae frugis maturitatem nunquā peruenturas arbitrarentur. Ferunt enim, Galeacii 11. patrem, quum ex consuetudine cōsiliū à duo casset, à puero tū forte intentis oculis procerum ora atq; habitu contemplantē per iocum quesiuisse, Quisnam sibi ex eo numero sapientior uideretur? Tum uerō puerum, qui cum erat quinquennis, suspensio uultu confideratis singulis, demum accessisse ad Petrarcham, quem nunquam antea uiderat, & blandē arrepta toga eum orasse, ut se ad patris sellam festum perducere pareretur, statimque magnum cum admiratione omnibus risum obortum, quod puer perpericacis iudicio omnium longē clarissimum ea tempestate poetam delegisset. Iouius in uita Galeacij.

Astutiae & Calliditatis indoles.

A L C I B I A D E S etiamnū puer ad Pericle auunculum deditus, cum subtristit illum cōspiciatū esset, Equid est, inquit, auuncule, quod doleas? Illo uerō respondēt, Quod curati à se Propylaei rationē populo reddere nō possent: Quinimo, inquit, cogitandum tibi potius, quo pacto nō reddas. Arripuit statim Pericles puerile monitū, & patriā ad eod graui finitimorum populorum bello implicuit, ut sollicita de salute imperij ciuitas, aliō mentem conuerterit. Sicq; Alcibiades patriam, quā factus uir postmodum euerit, iam tum puer uiam, ut facillius rueret, ostendit. Sab. lib. 1. cap. 3. & Val. lib. 3. cap. 1. & Plut. in Alcibiade.

I D E M lustrabat in uico talis. Cum iactus uices redirent ad ipsum, superuenit plaustrum onustum. Ibi primum aurigam sustinere iussit: nam incidere iactus in uiam quā transibat plaustrum. Quo non parente ob rusticitatem, sed pergentē, alij pueri remouerūt se. Alcibiades pro uehiculo abiecit se in faciem, expandensq; se, Eo modo, dixit, si uellet, ut transiret. Ita metu homo periculis uehiculum inhibuit: & qui id spectabat, conclamauerunt pauidi, accurreruntq; ad eum; Plutarchus in Alcibiade.

Fortitudinis.

D A U I D Isai F. puertiam uix egressus, leonem & ursam in patrios greges diuersis temporibus irrucientes, folijs pedis manuumq; ui confecit. Quo successu animatus, non dubitauit paulo post cum Goliatho hoste immaniissimo ex promotione congreddi: non aetate, non statura corporis, non armis, nulla deniq; re alia praeterquam animi magnitudine illo par, sed felicitate maior. Sab. lib. 1. cap. 4. ex 1. Reg. 17.

H Y R C A N V S 11. Iosephi F. puer etiamnum, legatione ad Prolemæum Epiphaniem dextrē persanctus, itato patre, pro-

men dedit, qui postea regnum Neapolitanum & Siciliae adeptus, res gessit maximas. Valla lib. 2. Historiarum.

EDM. Alfonso tenerum aprum saucium ferire iusso à patre, dum multi cum risu hilaritateq; circumstantes illum ad horantur, Bernardi Centellæ pædagogus equus calcem inculsit in exteriori parte genu sinistri tanta vi, ut quamvis represso gemitu magnitudinem mali dissimulare conaretur, pallor tamen infusus atq; rigor cum animi defectu dolorem ingentem periculo famque plagam indicarent. Et erat qui Bernardo fugam suaderent. Sed frater solus dissuasit, ne uelut noxium ac sceleris conscium multi insequerentur ad retrahendum. Rex cum atronitus accurrisset, & fremens exclamaret, Vbi est qui primigenium meum peremit? Alfonso dolenti reluctans, Nihil est, inquit, periculi, pater: equus me, non homo percussit. Ea uoce patris iram mitigauit, & pædagogus uitæ consuluit. Vix tandem, reliquis medicis desperantibus, à Ferdinando Alfonso chirurgus uel hac una curatione æterna digno memoria curatus est. Valla libro 2. Historiarum.

CONSALVVS Agidarius Cordubensis, Magni cognomen pro rerum gestarum gloria adeptus, puer tanta indole statim excelluit, ut quamuis Alphonfus frater eius natu maior floreret, illi tamen omnia omnes adhuc puero tribuerent: sperarentque pro certo futurum, ut clarissimus euaderet, haberentque unâ Hispaniæ quem & militari gloria, & pacis artibus cæterarum omnium gentium regibus & imperatoribus obicerent. Fulg. lib. 3. cap. 1.

FERDINANDVS Daualus Piscarius ut primùm ingredi firmiter & loqui distindit cepit, parua curricula tormenta effragendo, grauius concionando, præferendoque uexilla sequentibus pueris, & multiplicis pugnas committendo, cuncta munia imperatoris implere uidebatur, obsecrante sæpe Musephilo præceptore, ut ingenium ab his inanibus ludis ad literarum Latinarum studia reuocaret. Sed ille quum esset literis studendum, historiis potiùs & fabulosis carminibus, uernacula & præsertim Hispanica lingua cõscriptis, oblectabatur, quibus heroum & fortissimorum equitum admiranda facinora celebrantur. Iouius eius uitæ lib. 1.

POMPEIUS Columa Cardinalis, cuius ope post ab exercitu Caroli V. Imperat. Roma capta est, decimum octauum aegens annum, est sub præceptore nihil de literarum studio remitteret, cum M. Antonio tamén patruele, ætate paulo maiore, de bellicis laudibus, & de maiorum suorum præclarè gestis assidue disputabat, neq; obscure arma tractare malle uidebatur, quam consensere in literis, quæ præstantissimum tantum ingenium gloriam afferrent, medicis autem uix necessaria uitæ frugi alimenta præbere cõsuescent. Iouius in eius uita.

MATTHEVS Schinerus Sedunensis Cardinalis, humili loco inter Vallesianos natus, dum puer captus pasceret, uulpem dormientem prehendit, & unguibus licet dentibusque relucantem, domum reuoluit. Si tolerantiam uulnerum spectes, fortitudinem puerilem admiraberis: si uerò in retinenda belua pertinaciam, iudicium fuisse dices eius constantiæ, quam post in Maximiliani I. Imp. partibus fouendis reipsa ostendit. Exemplum unum sit instar omnium. Gallorum rex Ludouicus XII. charta alla cum sigillo regio ad eum missa, quascunq; uellet condiciones scribere iussit, per se non statutum, quò minus rare forent, si modo ipse, relicto Cæsare, Gallicanas partes apud Helucios tueretur. Tum Cardinalis ad legatum, Nec nidum Galle tuum, nec uoluerè uolo. Hoc acroama Thomas Platerus Vallesianus, præceptor olim noster in grammaticis, à maioribus natu se accepisse non semel reuoluit.

Temperantiæ.

IOSEPHVS, Israclis filius, adhuc puer, quum in Putipharis domo Memphis seruiret, non herbis illicebis, non suppliciorum metu subigi potuit, ut muliebrem libidinem secutus, cum hera à qua procaciter appetebatur, solus stuprum faceret. Maluit castissimus puer, in tenebris, inter reos & sonites iacere: quam cum domum, in qua clementer ac benignè alebatur, flagitio foedare: dignus, qui plus in iis tenebris, in quas coniectus est, quam omnis Aegyptiorum sapientia uiderit. Sabellicus lib. 1. cap. 3.

STEPHANVS Constantinopolitanus presbyter, in utero matris ieiunia obseruauit, & infans strenuè colit. D. NICOLAUS Myræ & SISIPIVS Thauensis episcopi, idem fecerunt. Marul. lib. 4. cap. 1.

PSCIPIO Africanus maior, capta Carthagine in Hispania, perductaque ad eum, est admodum adolefcentem, puella nobilitateque eleganti forma: puellam castè sanctèq; in suorum aduentum custoditam, adolefcenti nobilissimo, cui desponsata erat, intactam & sine precio restituit. Illud duntaxat cum eo pactus, ut amicus inde esset Rom. populi: & ut in animum induceret, in Romana ciuitate multos esse ui-

ros sui similes. Sabellicus libro primo, capite quarto.

Libidinis.

QUARTILLA scortum nobile à Petronio Arbitro introductur sic loqui, Iunonem meam iratam habeam, si me unquam meminerim uirginem esse. Nam infans cum patribus in quinata sum, & subinde prodeuntri bus annis, maioribus me pueris applicui, donec ad hanc ætatem perueni. Erasmus in Adagiis.

Liberalitatis.

Alyages CYRO nepoti in cœna multas cum serinas, tum dicitum animalium carnes apposuisse fertur. Cyrus autem quum eam carniū copiam uideret: Dãne mihi, ait, aue, carnes hæc uniuersas, ut ex animi lubitu eis uenturi mihi facultas sit? Do uerò (inquit ille) per Iouem, mi fili! Ibi tum Cyrum aiunt fuentem carnes, inter auti ministros distribuisse, quum ad singulos huiusmodi quædam diceret: Hoc tibi do, quòd lubente animo equitandi præcepta mihi tradis. Hoc tibi, quòd tragula me donaris, quam etiamnum habeo. Tibi uerò, quòd auo præclarè infertur. Tibi, quòd matrem meam honore adficias. Xenophon de instit. Cyri lib. 1.

ALEXANDER Philippi filius, ætate puer, aris a demotus, sacrorum causa, largius thura focis congestit. Tum Leonidas præceptor: Sic sacrificabis, inquit, quando Arabum subegeris. Ille uocis memor, robustus rex & iam uictor, huiusmodi gentibus bello subactis, nauim ad eum thure onustam misit: præcipiens ut cum diis parcus esse desineret, qui secum tam benignè agerent. Plut. in Apoph.

CIVL. Cæsar adolefcentis adhuc à piratis captus, ut uoluptatem suam ostenderet, cum uinginti tantum talenta pro redemptionis precio exigere, quin quaginta persoluat, Plutarchus in eius uita.

Plurarchi Chersonzi filiole TIMOXENÆ indoles proflus felle carebat, placidaque erat, eiusque mutus amor & benignitas, uoluptatem simul & significationem præbebat humanitatis. Nam non infantibus aliis modò, sed & supellestili, qua ducebatur, & puppis puerilibus uolebat ut nutrix sua præberet & offerret mammam, quasi ad mensam suam propriam ex humanitate impertiens ea, que habebat, bona, & iucundissima sibi communicans iis, que ipsam oblectabant. Ante bimatum tamen perierit. Plutarchus in Confol. ad uxorem.

Georgius Gifera Boemus (Dubrauius Ioannem à Brandefo, cognomine Gifera, uocat) armorum gloria clarus (qui mortuo Alberto Imperatore LADISLAI pueri partes uisus ferè defenderat in Hungaria, cum rex Poloniæ Vladislaus regnum inuassisset, prædones sæpe acie fuderat, Ioannem Huniadem bis castris exuerat, rebellantes Hungaros magnis cladibus affecerat) cum cæteris legatis missus, ut puerum in Boemiam adduceret, ubi ad conspectum Ladislai, qui in aula Friderici III. Imp. patri & tutoris sextum ætatis annum agebat, intromissus est apud Nouam ciuitatem, eius manum exosculatus, in hunc modum uerba fecit: Video te tandem teneoq; mi rex. Si scires que pericula prepter te subii, quibus me laboribus implicui, quot aduerso corpore uulnera accepi. Patri ego tuo tibiq; uitam deuoui. Esti tu hæc per ætatem non intelligis. Et subridens, Quod, inquit, mihi præmium fidei ac laboris erit? & quod das militi tuo stipendium? Tum Ladislaus, oculos huc atque illuc circumuoluens, loculos Ioannis magistri camere, quibus illè numeros pauperibus erogandos asseruabat, ractus arripit, & sex tantum, neq; enim plura inuenit, illinc deprompta Gifera dono dedit. Quos auro postmodum inclusos è collo suspendit, regiæ gratitudinis monumentum, futuræ magnificentiæ indicium. Aeneas Syluius capite quinquagesimo octauo historię Boemice, & Bonfinius lib. 5. Dec. 3. & Dubrauius lib. 58.

Auariæ.

PVER cum auream laminam, quæ ex Dianæ corona deciderat, sustulisset, in iudicium adductus est. Iudices Arcopagite crepudia, talos & laminam auream proposuerunt puero. Qui cum iterum ad aurum inclinaret, plexus est tanquam sacrilegus: neq; ætati ueniam dederunt, sed flagitium & scelus in ipsa ueluti herba oppresserunt.

Prodigalitatis.

M. Antonius Triumuir ANTYLLIUM habebat ex Fuluiis puer Philote dederat ingentem uasorum uim: quæ quæ ille recusaret accipere, mensens ne pater tantam filij liberalitatem non probaret: Quid times, inquit puer, accipere? An fecis, cum qui dat, Antonij esse filium? Plut. in Antonio.

Ambitionis.

Tranquillus auctor est, puerum adhuc CIVL. Cæsarem semper Euripidis carmen, quod est in Phœnissis, in ore habuisse: Si ius humanum uiolandum est, regnandi causa uiolant oportet: in cæteris rebus pietatem colas. Idem nondum pube-

pubescens, quamuis dominante Sylla, tamen ad populum Romanum prodicens fiducia plenus, Diale ausus est sacerdotum petere. Iam cum apud Gades, Alexandri Magni statuam uidisset, illa crymãsse fertur: quòd cum Alexãdro (qui XXXV. annos natus, totum ferè orbem deuicarat) statè par esset, nihil adhuc egeggij designasset. Monarchiam lacrymæ istæ exoptare, atque etiam portendere uidebatur. Plutarchus in eius uita.

Magnanimitatis, in honoribus appetendis, consequendis, aut spernendis.

CYRVS puer uenatum egressus, ceruam & apru, frustra prohibentibus præceptoribus, infestatus confecit, nullo plagam metu, saltem ut carnes auo Alytaji regi Medorum donaret. Domum relatis feris, cum auo obtulit eas, tum se has ipsi uenatum dixit. Iacula uerò non illa quidem demonstrat, sanguine tamen conspersa illo posuit loco, quo ea uisum auum existimabat. Xenophon lib. j. Pædiæ.

IDEM, à matre Mandanc in Persidè, relicto Alytaje patre Medorum regè, reditura, utrum secum abire uellet rogatur, ne gauri. Quia domi quidem, inquit, inter æquales & sagittando & iaculando, ut sum, ita uideo esse præstantissimum. Hic autem satis intelligo me equitans ab æqualibus superari. Quod quidem mihi permolestum est. Quòd si me hic reliqueris, atq; ipse equitare didicero: quum inter Persas erit, facillè arbitror, illos me præstantissimos pedites superari: at quum huc ad Medos uenero, nimium inter equites bonos ipse excellentissimus, opem auo ferre conabor. Ibidem.

THEMISTOCLES cupiditate gloriæ omnes superauit mortales. Itaque iuuenis etiamnum & nouus, maximis precibus ab Epicle Hermionensi citharista, quem magno in honore Athenienses habebant, ut artem exerceat apud se, contendit: id cupiens, frequentes ut domum suam quærerent & celebrarent. Plut. in eius uita.

AGESILAVS Lacedæmoniorum rex, cum puer adhuc esset, & ageretur ludex solennis, quo pueri tui exercebantur, atq; is qui negotio præfectus erat, statueret illum in locum parum honorificum: bene est, inquit, ostendam enim non locum uisus, sed uiros loco conciliare dignitatem. Plut. in Apophth. Lacon. Hoc ipsum etiam ARISTIPPUS tribuunt.

Clementiæ.

Seuerus Imp. cum omnes hostes è medio tollere decreuisset, ut filiis suis Bassiano & Getæ pacatum relinquere imperium: Bassiano in omnibus assentiente, ut liberis etiam illorum suaderet necari: GETA puer interrogatur, Quamuis es fer occidendorum numerus? Eum cum pater edidisset, rogauit, Num isti haberent parentes ac propinquos? Quum re sponsum esset, habere, & quidem multos: Plures ergo, inquit, in ciuitate tristes futuri sunt, quam læti. Valuillet cordati pueri dictum, nisi quorundam crudelitas obstidisset. Erasmus lib. 6. Apophth. ex Spartiani Getæ.

FRANCISCVM filium pater Sforcia cæteris fratribus anteponebat, adolefcentem adhuc, cum aliquot fidelissimis in Apuliam misit, qui Ioannæ regnũ aduersus Aragonos tueretur. Atq; contenta adolefcentis ætate cum defecissent, Franciscus omnes non multo post uiuos cepit, ueniamque summa benignitate concessit, interq; suos, ut antea, principis esse uoluit. Quare patri Sforcia significata, iratus uehementer scripsit ad filium, ut de omnibus supplicium sumeret. Quibus lectis ille literis, parumper subsistens animo, mox nuncium interrogare cepit, Quo uultu pater id sibi præcepisset? Quumq; irato maxime, ille respondisset: Ego uerò, inquit, pacatum illius animum expectabo. Egnatus libro tertio, cap. 3.

Crudelitatis, Tyrannidis.

Sunt qui tradant, CAMBYSEM Cassandæ matri assidentè, quum animaduertisset eam cum Perside quadam muliere familiariter queri, quòd sibi uulnere Cyro prolem enixæ Aegyptiæ ab eo in amore ancilla præferretur: sponte ei pollicitem, si quando per ætatem adoleuisset, se quæ summa in Aegypto esset, ima reddiditum. Idq; cum postea fecerunt, bellum Amasi regi Aegypto intulisse, & Aegyptum subegisse. Sabellicus lib. 7. Eneadis 2.

DA CRONTIUS Spartanus, & puer adhuc, & imprudens, puer alterum Laconico cultro percussum occidit. Ob id cerè exilio dånatus est. nam & apud Græcos exilio uoluntario sortuiti casus iuebantur. & cum nullum homicidium impunitum esse debere existimarent, exilio puero non tantum eorum iniuriam puniebant (quæ cerè sine animo nocendi nulla esse potest) quam parentum incuriam atq; ignauiam, qui si diligentiam præstitissent, filij utiq; non peccati sent. Acrodius ex Xenophonis lib. 4. Pædiæ.

IN TIBERIO Cæsare sæua lentaq; natura tui in puero, tui multo magis in principe eluxit, etiam inter initia, cum adhuc fauorem moderatioris simulatione captaret. Scurram, qui

prætereunte finire, clarè mortuo mandarat, ut nunciaret Augusto, nondum reddid legata, quæ plebi reliquisset: agratum ad se recipere debitum, duciq; ad supplicium imperauit, & patri suo uerum referre. Nec multo post in Senatu Pompeio cuidam, equiti Romano, quiddam pernegat, dum uincula minatur, affirmauit fore, ut ex Pompeio Pompeianus feret: acerba cauillatione simul hominis nomen incescens, ueteremq; partium fortunam. Suetonius.

CALIGULA adolefcentis naturam suam atq; probrosam nec quidem inhibere poterat, quin & animaduersionibus pœnisq; ad supplicium datorum cupidissime interesset, & ganeas atq; adulteria capillamento uelatus & ueste longa noctibus ambiret: ac scœnicas saltandi canendiq; artes studiosissime appeteret. facillè id sanè Tiberio patiente, si per has manus fieri posset ferum eius ingenium. Suetonius.

DOMITIANVS, suscepto præturæ urbanæ honore, omnem uim dominationis tam licenter exercuit, ut iam tum, qualis in imperio aliquando futurus esset, ostenderet. Contra cætaris multorum uxoribus, Domitiam Longinã Aelio Lamia nuptam etiam in matrimonium abduxit: atq; uno die p. p. X urbanã officia, atque peregrina distribuit: mirari se Vespasiano dicitante, qd successorem non & sibi mitteret. Idè. COMMODOVS, M. Antonini Philosphi Imp. & Faustinae F. statim à pueritia turpis, improbus, crudelis, libidinosis, scurras se & gladiatorem magis quam Imperatorè ostendit, crudelitatisq; exempla multa præbuit. Culpinianus, ex Herodiano.

DIADYMENVS, qui cum patre Macrino Imp. perit, et si omnium, qui ea ætate fuerunt, longè pulcherrimus, paternam tamen in tenera adhuc ætate reuoluit scuitiam. Eius uisitas ad patrem una, altera ad matrem data, abundè id demonstrant: quæ deinceps in medium prolata: in causa fuerunt, ut cum patre sit ferro deditus, quum à militibus esset alioqui seruandus. Sab. lib. 6. Enn. 7.

Latro QUIDAM Scotus, ad Finnani antrum, uulgo Fenifden, in Angulia, cum scelerata familia ab hominum sodalibus se cretus agebat, sub Iacobo II. Scotorum regè. Mos erat homini truculentus adolefcentes quos aut furto sustulerat, aut abq; arbitris ingularat, domi suæ sitare. Ob quod scelus cum coniuge toraq; familia, unica filia uixdum annum unum nata excepta, uiuus flammis traditus est. Sed hæc Deidoni educata, priusquam duo decimum superasset annum, in paterno scelere deprehensa, quæ duceretur ad supplicium, conuersa ad increpates, uultu crudelitatis præ se ferente, Quid, inquit, me obiurgatis? si experti essetis quæ palatum delectet humana caro, ne à liberorum quidem esu abstineretis. Ita perperat criminis impetentis uiua terra obruta est. H. Boethius lib. 18.

PVER undecim annos natus, qui puellam istu lapidis occisam abdidit, decreto Curie anno MCCCXCIV. stipicula ad patibulum tractus, uitam finiuit laqueo. Bodinus lib. 4. Dæmon. cap. 5.

Popularitatis.

CYRVS puer etiamnum apud Alytagem auum educatus inter Medorum pueros, licet Persa genere, celeriter tamen æqualibus se immiscuit, ut iam ipsis familiaris esset. Quin etiam ipsorum parentes cum ad eundem, tum declarando se filios eorum diligere, ad eò sibi conciliant: ut si quid à rege petituri essent, filios iuberent orare Cyru, quòd rem ipsis efficieret. Cyrus uerò cum humanitatis, tum etiam honoris ad piscendi studio, nihil prius neq; potius ducebat, quam uti quod à pueris rogatus esset, effectum daret. Eum aliquando Alytages auus Medorum rex, in uenationem cum pueris æqualibus eduxit, & feris in loca equitantis idonea compulsis, magnam uenationem instituit, uctans ne quis feriret, priusquam Cyrus feriendo semet expleffer. At Cyrus prohiberi cæteros nõ ferens, æqualibus etiam suis liberam persequendi decertandiq; potestatem ab auo impetrauit, unumquemq; nominatim exhortans, & alium quidem qui aberrasset uel lapsus esset, ridens, alium uerò abq; ulla indicatione inuidiæ ob rem bene gestam laudans. Xenophon lib. j. Pædiæ.

OTHOMAGNVS Imp. Henrici Aucupis F. tam lætæ fuit indolis, ut ab omnibus Amor mundi diceretur. Et re ipsa postea se uetum amorem mundi esse, in imperio euidenter demonstrauit. Hedio in Chron. Germ.

Scurrilitatis.

NERO tener adhuc, Citerensibus ludis Troiam constantissimè fauorabiliterq; iussit. Suetonius. Carolus IV. Imp. VENCESLAVM filium suum, quem regni Boemiæ confortem fecerat, tempestiue grauioribus regni curis admouebat, ut bene consulta audire, laboresq; ferre consueferet. At ille ex feris negotiis non aliud quam tedium referebat, ac mox ad leuiã & nugatoria cum æqualibus delabebatur. Dubrauius lib. 22.

Consule Tit. Martium, qui in puertia pro Christo mori non dubitavit.

SAMVEL Helcanæ & Annæ F. adolescentulus nondum duodecim annos excedens annu...

IO SIA S Ammoni patri impio, octo annorum puer in regno Iudæorum successit...

DANIEL cum tribus sociis sine propheta, sine sacerdote, sine magistro...

TRES pueri Hebræi Sidracus Misacus & Abdenago, in Babylone, ne cultu abducerentur alienigenarum...

TOBIAS Nephthalensis iunior adhuc eleemosynas faciebat, primitias decimasque...

Adolescentiam ingressus ORIGENES, tanto amore martyrii flagrabat, ut martyres ad tribunalia ductos sequeretur...

D. AVGVSTINVS etiamnum puer in Dei inuocatione rumperebat nodos linguae suae...

IDEM etiamnum iuuenis lecto Hortensio Ciceronis, ad philosophiam, relicta oratoria...

D. BERNARDVS puer etiamnum mulierculam capitis dolorem carminibus sistere pollicentem repulit...

EMERICVS Stephani Hungarorum regis F. puer etiamnum somni parossimus...

ELIZABETHA Andrea Hungarorum regis F. quintum uix annum nata, praenimio orationis studio...

TOBIAS celestis nunciij ductum secutus, tamen puer adhuc & rerum omnium ignarus...

M. C. A. T. O minor puerum a maiore puero abduatum in ludo atque uinctum, se inuocantem, liberauit.

Inuilitia.

Templo Hierosolymitano a Rom. incenso, sacerdotes quidam in templi parietem euaserant.

Natus est Antoninus Geta Seueri & Vitellii Coss. Mediolani, VI Cal. Iun. ex Iulia...

TALVS nepos Dædali ex forore, eius curæ & disciplina commissus, puer etiamnum, quantus artifex futurus esset...

HYRCANI Iosephi Iudæorum principis F. indolem mechanicam in aranda terra, pete ex Tit. Prudens praecognitio...

30 CORPORIS BONORVM VEL MAIORVM INDOLES. Pura Roberis.

Sacrificulus Hercules, qui Thasi colitur, Timosthenes erat. Cui uxore eius spectrum quoddam Herculi persimile congressum aiunt...

HALDANVS, Borcari Dani ducis F. post Danorum rex, etiamnum adolefcens, pugilem insignis fama, quod ab eo puerriliter oblutente colapho percussus esset...

SCIOLODV S Lotheri Danorum regis F. qui patri successit, etiamnum puer, cum a tutoribus forte, quorum summo studio educabatur...

quibus Attalus & Scatus, clari illustresque, fuere. Quindecim annos natus, inuitato corporis incremento perfectissimum humani robotis specimen praeferebat...

Formæ, Venustatis. SOPATRA, Eustathij Cappadocis philosophi summi sub Constantio Imp. uxor, sapientia, magia, diuinationis studio...

Formæ, Venustatis. FORTIVITVRVM INDOLES. Pura Dignitatis Sacrae, Episcopalis. SAMVEL propheta, Helcanæ & Annæ F. primis annis in Domini tabernaculo educatus...

quibus Attalus & Scatus, clari illustresque, fuere. Quindecim annos natus, inuitato corporis incremento perfectissimum humani robotis specimen praeferebat...

Formæ, Venustatis. SOPATRA, Eustathij Cappadocis philosophi summi sub Constantio Imp. uxor, sapientia, magia, diuinationis studio...

Formæ, Venustatis. FORTIVITVRVM INDOLES. Pura Dignitatis Sacrae, Episcopalis. SAMVEL propheta, Helcanæ & Annæ F. primis annis in Domini tabernaculo educatus...

ATHANASIVS ille Magnus, in agmine puero rum ad mare Iudentium, Episcopi personam assumens, pueros baptizauit...

PIVS II. Pont. Max. Corfiniani septimum agens ætatis annu inter ludos pueriles Pont. Max. salutatus ab æqualibus, singulos ordine ad oscula pedum admisit.

Regia. CYRVS iussu Astygae regis Medorum, in Babylonia tradate regio babiloneo educatus, cum inter pastores per ludum rex creatus esset...

ROMVLVS & REMVS cum adoleferent, acres ambo & fortes, & intrepidi fuere. Romulus tamen praecellentior consilio & ciuili prudentia habebatur...

DECIVS Imp. teste Aur. Sexto, & Bubali inferioris Pannoniae urbe, nobiliss. natus parentibus, sed quorum nomina ignoratur...

IOANNES Francorū rex ab Anglis captus erat. CAROLVS Delphinus F. patrem recipere contentens, pietatis sapientiaque laudem tulit...

DECIVS Imp. teste Aur. Sexto, & Bubali inferioris Pannoniae urbe, nobiliss. natus parentibus, sed quorum nomina ignoratur...

IOANNES Francorū rex ab Anglis captus erat. CAROLVS Delphinus F. patrem recipere contentens, pietatis sapientiaque laudem tulit...

DECIVS Imp. teste Aur. Sexto, & Bubali inferioris Pannoniae urbe, nobiliss. natus parentibus, sed quorum nomina ignoratur...

DECIVS Imp. teste Aur. Sexto, & Bubali inferioris Pannoniae urbe, nobiliss. natus parentibus, sed quorum nomina ignoratur...

niteretur. Hoc iuueni uidebatur non opem ferre, sed leges imponere, praecipitque dare, ac praebere seditionis audacem...

LADISLAVS Hungariae rex, puer quatuor annorum, in oppido Cracoua, a Strigoniae d. Imp. patre melius saluatum uenerat. Incedebat per aulam tanquam sceleris regem esse, deberique sibi ab omnibus reuerentiam...

GLORIA. In CICERONE puero tanta eluxit indoles, ut condiscipuli omnes illum mirarentur, eorumque parentes ad ludum pergerent...

INIMICITIA. Pelasgi ab Atheniensibus regione pulsi, cum Lemnum occiperent, Atheniensium uxores diem festu Dianæ apud Brauronem agentes biremibus instructis per multas rapuerunt...

ADOLFVS, Gerardi Hofstati Comitis F. à Margarita Danorū regina dono accepta monile in pileo deferendum. Illud postquam pileo affixum aspexit, pileum recusatit...

DECIVS Imp. teste Aur. Sexto, & Bubali inferioris Pannoniae urbe, nobiliss. natus parentibus, sed quorum nomina ignoratur...

DECIVS Imp. teste Aur. Sexto, & Bubali inferioris Pannoniae urbe, nobiliss. natus parentibus, sed quorum nomina ignoratur...

DECIVS Imp. teste Aur. Sexto, & Bubali inferioris Pannoniae urbe, nobiliss. natus parentibus, sed quorum nomina ignoratur...

DECIVS Imp. teste Aur. Sexto, & Bubali inferioris Pannoniae urbe, nobiliss. natus parentibus, sed quorum nomina ignoratur...

DECIVS Imp. teste Aur. Sexto, & Bubali inferioris Pannoniae urbe, nobiliss. natus parentibus, sed quorum nomina ignoratur...

DECIVS Imp. teste Aur. Sexto, & Bubali inferioris Pannoniae urbe, nobiliss. natus parentibus, sed quorum nomina ignoratur...

DECIVS Imp. teste Aur. Sexto, & Bubali inferioris Pannoniae urbe, nobiliss. natus parentibus, sed quorum nomina ignoratur...

DECIVS Imp. teste Aur. Sexto, & Bubali inferioris Pannoniae urbe, nobiliss. natus parentibus, sed quorum nomina ignoratur...

in hortulo tugurium sibi confluxisset, in eo contemplandi causa uersabatur. Vide Tit. Contemplatio theorica. EPICVRVS Atheniensis, annos natus XIV, in hortis extra urbem philosophari cepit. Laertius.

DISCENDO. AVICENNA puer etiamnū logicā sola commentariorū ope per se didicit: Euclidis libros quinque perlegit sine præceptore, antequam decimum ætatis annū attigisset. Nic. Masia in eius uita, ex Soizano Arabe.

INTERROGANDO. ALEXANDER Magnus etiamnum puer, ab rege Persarum missos, absente Philippo accipiens hospitiū, factusq; his familiaris, eos ita cepit comitate sua, & quod nihil interrogaret puerile uel demissum, sed proximitates uiarum exquireret, atq; itineris rationem: quid rex, qui hostes, quæ deniq; uires & potentia essent Persarum: ut stupent illi, celebrantq; Philippi solertiam & uim nihil putarent cum huius pueri comparandam alacritate & indole. Plut. in Alex.

M. CATO Vticensis etiamnum puer pædagogō Sarpedoni in omnibus obediebat, simul tamen rationem eorum quæ facere iubebatur, quærebat. Plut. in lib. de Audiendis poet. & in Catone.

AEDODATVS D. Augustini spurius, annorū fermè XV, ingenio præueniebat multos graues & doctos uiros. Munera tua tibi cōfiteor, domine Deus meus, inquit ille lib. 9. Confessionum, cap. 6. creator omnium, & multum potens refo mare nostra desoniam: nam ego in illo puero præter delictū nihil habebam. Quod enim enutriebatur à nobis in disciplina tua, ut inspiraueras nobis, nullus alius. Munera tua tibi confiteor. Est liber noster qui inscribitur de Magistro. ipse tibi mecum loquitur. Tu scis illius esse sensa omnia quæ inferuntur tibi ex persona collocutoris mei, cum esset in annis sedecim. Multa eius alia mirabiliora expertus sum. Horrori mihi erat illud ingenium. Sed quis præter te talium miraculorum opifex?

DECLAMANDO, SCRIBENDO. Q. HORTENSIVS L. Craffo & Q. Scæuola consulibus primū in foro dixit, annos undecim natus, & cū præstantissimis oratorib. L. Craffo, M. Antonio, L. Philippo congressus est. Eius adolescentis admodum ingenium, ut Phidiegnum, simul aspectum & probatum est. Cic. in Bruto.

GORDIANVS Iunior, puer adhuc poemata, & soluta oratione de laudibus deorum scripsit. Præterea in Athenæo Romæ sæpè magna cum laude declamauit: mox patri legatus in Africam missus est. Lampridius.

CAROLVS Zenus, Petri filius ad Smyrnā à Turcis intercepti (quando à sacris nullo hostili metu auerti auocariq; potuit) puer circa VII ætatis annum apud Clementē V. Pont. max. Auenioni eam orationē habuit, deplorans sibi interitum, suamq; in illum pietatem obtestans, ut Pont. ipse admiratus tantam in puero indolem, penes se aliquot annos habere uoluisset, eumq; post Patris sacerdotio amplissimo donarit. Egnatius lib. 5, cap. 4.

IUDICIA EXERCENDO. DANIEL adolescens fatidicus, Susannæ pudicitiam ab infanda calumniæ labe prudentia sua uindicauit: accusatoribus in id supplicium, quod puellæ intenderant, compulsi.

ADMONENDO, CONSULENDO. GORGO regis Cleomenis filia, cum Milesius Aristagoras eū ad bellum contra Persas suscipiendum pro Ionibus sollicitaret, reeiperetq; ei magnam pecuniam, ac quo magis præcedebat, plus adderet: Peruerter, inquit, te peregrinellus iste, pater, nisi quamprimū domo eum eiecero. Plutarchus in Laconarum apophth.

REPREHENDENDO. ALCIBIADES, ubi ex pueris excessit, adit ludimagistrum, postulatq; uolumē Homerī. Qui cum nihil se diceret Homeri habere, inflicto colapho reliquit eum. Cum alius habere diceret se Homerum, quem ipse emendasset: Er tu, inquit, literas doces, qui uales emendare Homerum? Plut. in Alcibiade.

TOLERANDO. V. G. Ignominiam. AGESILAO puero etiamnum, cum ludi gymnici puerorum agerentur, chori magister locum minus honoratū assignauerat. Ille quamuis rex designatus, obtemperauit, dixitq; Probè sanq; nam ego ostendam, non loca uiros, sed uiros

cohonestare loca. Plutarchus in Apophthegmatibus.

LABORES MILITIAE. AVGVSTVS uiriliter toga sumta, profectum auunculum Cæsarem in Hispanias, aduersus Cn. Pompeij liberos, uixitum firmus à graui ualitudine, per insectas hostibus uias paucissimis comitibus, naufragio etiam factō, subsecutus, magnopere demeruit, approbata citò etiam morum indole super itineris industriam. Cæsare post receptas Hispanias expeditionem in Dacos, & inde in Parthos destinante, præmissus Apolloniam studiis uacauit. Suetonius. Cubabat humi Barchinus HANNIBAL, adolescens adhuc, inter stationes militum, quanquam imperatoris filius, militari sagulo coopertus. Verū durior ille cubatus non ad pietatem, sed ad futuram feritatem: non ad continentiam, sed seuitiam spectabat: non pietas illi curæ esse, sed immanitas ut satius fuerit ei dormire, quam per hæc bellū & sibi & patriæ calamitosum meditari. Sab. lib. 2. c. 3.

DANDO. Eleemosynam. D. BERNARDVS puer etiamnū, quoties numos habere poterat, clandestinas faciebat eleemosynas. Auator uita lib. 1. capite secundo. BERNARDINVS Senensis pupillari ætate Dianæ materiam commendatus, prandioli partem pauperibus impartire solitus: cum forte unicus esset panis domi, prohiberetq; infringere, portionem petiit suam: quam precariò adeptus, mendico obtulit. Sab. lib. 1. c. 3. DOMINICVS Hispanus dum Valentia literis operā dabat, libros uendidit, ut pauperes aleret: iam tum in illo summa sanctitatis non obscura uestigia apparebant. Marul. lib. 1. c. 2.

Munera. Plutarchi Chæronici filiola TIMOXENA, non infantibus aliis modo, sed & supellectili sua ducebatur, & ludicris puerilibus uolebat ut uixit sua præberet & offerret mamma: quasi ad mensam suam propriam ex humanitate imperitias ea, quæ habebat, bona & iucundissima sibi communicans eas, quæ ipsam oblectabant. Plut. in Consol. ad uxorem.

MORVM GRAVITATE. MACARIVS monachus, in diuersis ob religionē

BASILII Amerbachij L. Basilienis, & priuata uirtute, & Bonificij patris meritis celeberrimi, ea fuit indoles, ut iam in puero lenitas quædam morum grauitas, maturum iudicium, probitatis existimatio singularis elucesceret.

AEMVLANDO, INUIDENDO. THEMISTOCLES, cum aduersus barbaros pugnantem ab Atheniensibus apud Marathonem esset, & res gestæ celebrarentur Militiadis ducis: cogitabundus plerumq; noctes exiebat in somnes, & consuetas computationes intermittebat: stupentibus tam repentinam uitæ uicissitudinē dicens, Somnum sibi adimere Militiadis trophæum in Marathonē cretum. Plut. in Themistocle.

THVCYDIDES puer etiamnum, cum fortè historias suas recitanti Olympiæ Herodoto assuisset: dicentis uenustate permulsi, ac gloriæ stimulis concitatus, non temperauit sibi à lacrymis. Quod conspicuus Herodotus, Oloro Thucydidi patri illud insurrexit, & quædam res quæ ob hoc accidit. Quo indicabat, ingenium filij incitatus ad disciplinas uideri. Plut. Suidas, Cælius lib. 13. c. 19. A. L.

Cum orator Callistratus causam acturus in foro esset de Oro po, magna erat huius iudicij expectatio, cum ob oratoris illius præstantiam, cuius tunc maximè illustre nomen erat, propter ipsam actionem celebratam: quia præceptores & pædagogos audierat. DEMOSTHENES etiamnum puer constituisse inter se huius iudicij interesse, precib. contendit à pædagogo suo, ut ad audiendam causam duceretur. Ille quod consuetudinem haberet cum ministris publicis, qui auditorium aperiebant, locum accepit, ubi puer sederet in occulto, & audiret orationes. Cum placuisset Callistratus, & ministris celebraretur, gloriam æmulatus est illi: quod cereret à multis eum deduci & in coelum ferri. Multo uerò magis orationis uis, quæ rapere ad se & pellicere ualeret omnia, obstupuit. Ita quæ ualēdicens disciplinis & studiis reliquis puerilibus, exercuit & subegit se ipse, tanquam inter oratores futuros, declamationibus. Plutarchus in Demosthene.

ALEXANDER puer etiamnū, multas referēte uictorias Philippo, non legabatur, uerum contubernalibus suis dicebat, Nihil mihi reliquum faciet pater: Subiicientibus pueris, Et illa parari: Quid refert, inquit, multa si habeam, & agam nihil? Plut. in Apophth. regum.

Vladislaus Hungariæ & Boemiæ rex, cum in regni Hungariæ cōsortium Ludouicū E. infantem accepisset, eundemq; cū Pragæ in regem Boemiæ inaugurandum curasset: non tenuit

nuit ANNA, Ludouici foror, ætate paulo maior lacrymas, uiso Ludouico corona aurea redimito: interrogatq; à parente, Cur feret? Quia corona, inquit, regia careo, cum æquæ ac Ludouici regis sim filia. Vladislaus subridens, post solēna peracta coronā sibi afferri iussit, illamq; capiti puellæ imposuit: non obscuro omnino, Ludouico olim in regno Annam successuram. Cæso à Turcis ad Mohazium uicū Ludouico, ad Annam Ferdinādo Austriā nuptam multis cum lacrymis regnum peruenit. Dubrauius lib. 32.

CONFIDENDO, SVS CIPENDO. P. CORN. Scipio, cui post ex uirtute Africano fuit cognomē, cum sibi ædilitatem petenti Tribunus plebis uideret obstitere, quod nondum ad petendum legitima ætas esset: Satis, inquit, annorum habeo, si me Quirites habilem facere uolunt. Plut. in eius uita.

CAROLO IX. Galliæ regi regni Neapolitani tanquam ad se iure spectantis armis acquirendi animus non defuit, iam inde à puero, naturali quodam instinctu urgete: post etiam familiarium quorundam hortationibus sollicitatus, qui in nibus cum cogitationibus afferri iussit, hanc esse occasionem qua maiorum suorum gloriam superaret, proponebant: q; regno Neapolitano subacto, Turcarum imperiū facile subiigi posse uideretur. Guicciardinus lib. 1.

MINANDO. P. SCIPIO adolescens, Romanis legionibus ad Ausidium in Apulia cæsis, cum nobiles quidam adolescentēs ex ea acie elapsi, de Italia relinquenda consilia agitarēt, ad eos stricto ferro repētē ingressus, ad eō teruit minaciter instans: ut nō solum proposito auerteret, sed passi sint etiam a se iustitiam exigi, de patria non nisi cum uita relinquenda. Quo ipso factō mirum quantum patriæ salutē contuluit. Sabellius lib. 3. cap. 4.

OPTANDO. SOLOMON Iudæorum rex cum XII annorum esset, & in somnis à Deo quicquid uellet perere iuberetur, non opes, nō uictoriam, non uitam longæuam, sed sapientiam populis regendæ petiit: dignus hæc indole, qui quod dormiens elegerat, uigilans à bonorum omnium datore Deo liberalissimè consequeretur. I. Reg. 3. & Iosephus. Cuius rei argumentum dedidit, in auspicio hic.

M. CATO, Censorius, in puero M. D. Augusti uiculi sui editi carere, & ad uiculi unum tunc populi Latini de ciuitate impendenda conueniens, & C. Popedij filij, Plutarchus Silonē Popedij uocari, huiusmodi principis, Drusi autem hospiti, rogatus, ut totius populi uiculum adiunxerit, constanter uultu, non facturum se, respondit. Iterum, quicquid ac lapsus interpellatus, in proposito persistit. Tunc Popedius in exedam ædium partem cleuatur, abieciturum se eum inde, nisi precibus obtemperaret, minatus est. Nec hæc re ab incepto mouere potuit. Expressa est itaq; illa uox hominum, Gratulemur nobis Latini & socij, hunc esse tam paruum: quo senatore, ne sperare quidem nobis ciuitatem licuisset. Val. libro 3. cap. j. & Plut. in eius uita.

THEMISTOCLEMÈ Iudo literario redeuntem, cum pædagogus obuii Pistrato tyrano de uia decedere iussisset, placidè respondit: Nunquid hæc uia est non sufficit? Alcianus de Varia hist. lib. 3.

PVER quidam Spartanus, cum domino, cui seruebat, in ceteris diligentem promptamq; operam patienter nauaret, iustus matulam efferre: amissa libertatis reuocata memoria, parere recusat, & in hæc erumpens uerba, Disce seruos emere: ab altioribus ædium fenestris se præcipitauit. Plut.

Gerardi Hofstatiæ Comitiss à Thietmaris cæsi filius ADOLFVS, qui patriam à Danis penè oppressam uindicauit, puer etiamnum à regina Danorum Margarita (quæ Slesuicem ducatum tribus Gerardi orphanis debitum ad se pertrahere nitentur) dono acceptæ monile in pileo deferendum. Illud posteaquam pileo affixum aspexit, pileum recusauit. Iussit illud regina manicæ, assui. At manibus detrahens studuit. Irata, dorso affigi curauit. Ille parietem dorso allidēs, monile confregit. Regina conspiciens puerum sua dona auersantem, Tu, inquit, si uixeris, hostis eris regnorū nostrorum non uulgaris. Neq; uerò eam sefellit coniectura. Cranzius lib. 10. Saxoniæ, cap. 36.

CAROLVS Delphinus iurare recusat. Vide Tit. Indoles Fortitutorum, Regiæ Dignitatis.

TACENDO, CALANDO ARCANO.

PAPYRVS Prætextatus, de more in curiam à patre ductus, quum res, de qua die illo consultus fuerat Senatus, credita silentio esset: domum reuersus, à matreque appellatus, ne uel minus uel precibus maternis succumberet, mendacium confinxit, ad muliebrem intemperiem mitigandam prop-

portunum. Fide enim à matre prius accepta, fore ut rem in occulto haberet: Decretum, inquit, est, ut ad propagandam sobolem, liceat uiris plures uxores ducere. Hic bona mulier non tantum fidem non præstitit, sed præcipiti fama per uiciniam primò, deia per uniuersam urbem dissipata, auertor fuit, ut postridie illius diei ingens matronarum numerus in uestibulum curiæ cōtulerit. Mirati primores patrū infuetos matronarum cœtus, ubi quid querelatum attulissent cognitum est, & quid puer commentus esset, ad tegendum curiæ secretum: irritū uniuersus ordo muliebrem leuitatem, stultamque credulitatem: puer publicè laudatus, datumq; ut uni puerorum omnium curiam ingredi posthac liceret. Sab. lib. j. c. 3. ex Macrobio lib. j. c. 6.

EXERCENDO CORPVS. AVRELIANVS, qui Claudio successit in imperio, in Pannonia Sirmij natus, patrē, ut quidam ferunt, Aurelij clarissimi Senatoris colonò, inter Daciam & Macedoniam, matre sacerdotē templi Solis, qui in eo uico colebatur, ab incunabilis fuit uiuacissimus, & uiribus insignis. Nullus dies transibat, in quo se non pilo & sagittis exerceret, etiam festis diebus, otij impatiens. Cuspinianus.

INSERUIENDO. CYRVS puer ægtorante Alyage auo, Medorum rege, si quare noctu opus Alyagi foret, primus ille sentiebat, & omnium impigerimus ei ministrabat. Xenophon de Instit. Cyri libro primo.

LACRYMANDO. CYRVS etiamnum puer Alyagem auum Medorum regē aduersa ualitudine laboratē nunquam desererebat, neq; plorandi finem faciebat, de eius interitu sollicitus. Xenophon. THVCYDIDES Herodotum audiens illacrumat. Itidē ANNA, Ludouicum fratrem coronari uident. Vide paulo antè, Aemulando.

RESPECTV OCCASIONIS. INDOLES quæ sese prodit

IN LUDO. CYRVS puer inter ludendum rex electus, puerum immorigerum multauit. Vide supra, Indoles Dignitatis regie.

Cum propinquus quidam M. CATONIS inter alios pueros ipsum quoq; ad cenam natalibus suis uocasset, seriantes in parte quadam ædium collidebant inter se promiscuè iuniores & maiores. Ludus erat iudicia, accusationes, & abduktiones damnatorum. Ex iudicatis pueris unus facie speciosa à maiore puero ductus in cubiculū & uinctus appellauit Catonem. Mox Cato re intellecta perrexit ad fores, re pulsaq; statione & obstitentibus eduxit puerū, atq; ira percitus recepit se domum, comitatiq; sunt cum pueri ceteri. Plut. in Catone minore.

ATHANASIVS Alexandrinus puer baptizauit pueros, episcopi persona per ludum assumta. Vide Titulum, Indoles Dignitatis sacre.

INCERTAMINI BVS CVRSVVM, Luctæ, Equorum.

CYRVS Persa inter Medorum pueros educatus, nō ad ea certamina familiares suos prouocabat, in quibus ceteris se superiorē esse norat: sed in quibus cetero sciret inferiorē se discessitum: ea uerò primus ordiebatur, quum diceret effecturum illa se rectius ipsis. Itaque primus in equos insiliebat, uel ab equis sagittas ac iacula emittebat etiam tum, cū necdum planè peritus equitandi foret. Quod si discederet inferior, ipse de se plurimum ridebat. Quapropter quum Ideo quod superatus esset, haudquaquam defugeret ea uicissim facere, in quibus inferior fuerat, sed perpetuò uolueretur in tentando, qua ratione rursus idem rectius præstaret: celeriter eò peruenit, ut equitando par æqualibus esset, atq; etiam celeriter effecit, ut propter rei studium ipsos antequeretur. Xenophon de Instit. Cyri lib. j.

ALCIBIADES in lucta cum deprimeretur, ne caderet, manus illius, qui ipsum deprimebat, sibi iniectas ori admouit, & præter legem certaminis mordere cepit. Qui actu laxato cum diceret: Mordes Alcibiade miore mulierum? Minimè uerò, inquit, sed more leonum. Plut. in eius uita.

ALEXANDER Magnus etiamnum puer à Philippo patrē interrogatus, Libentem certaturus esset in stadio (pedum enim præstabat pernicitate) Atqui per libenter, respondit, si certaturi mecum reges sint. Plut. in Apophth.

CLAVDIVS II. (qui uirtute sua ad imperiū euectus est, Barbarorum terror) cum etiamnum puer, spectante Decio Imperatore, à colluctatore, qui statura maior erat, testes eius apprehenderentur: pudore iustus pugno dentes aduersario excussit. in legem gymnasticam peccare licere putans, quando alter legem pudoris excessisset. Fulgosus libro tertio, cap. 1.

AGESILAVS Archidami F. in Agelais, hoc est, Gregibus ap- pellatus puerilium cōuberniorum, amatorem Lyfandrum habuit, præcipuè ingenij eius modestiam stupentem, qui ei postmodum regnum Spartanum cōparavit. Cum enim oblinatissimus existeret in iuuenibus, maximiq; animi, & ubique peteret principatum, æstuq; ac feruore præditus es- set inexuperabili atque inuidio: facilitate tamen & placidi- tate is fuit, qui metu nihil, pudore imperata omnia faceret: plusq; probris doloer, quàm grauaretur laboribus. Plu- tarchus in Agefilao.

Tertio bello Punico, M. CATO Cenforius excessit uita, uati- cinatus de P. Scipione, qui finem impositurus bello esset. Hic tum quidem iuuenis erat, sed tribunus militum, speci- men in conflictibus prudentiæ & animi præbebat. Id Ro- mam nunciatum, cum peruenisset ad aures Catonis, dixit- se eum perhibent Homeri illu uersum de Tircia ex Odyss. «
ὄϊον ἀέκωντος, τοῖδ' ὄς σκιά ἀΐσσεται.
Huc modò cor soli est, reliqui uelut umbra feruntur.

Plutarchus in Catone.

P. CORN. SCIPIO, à populo Romano ad ædilitatis munus admiffus, adolescens adhuc cum se gessit, ut Quiritis om- nes, quid de illo in posterum sibi promittere possent, facillè perpicere. Plutarchus.

Bello Celtiberico ad Numantiam, C. MARIVS, disciplinæ mi- litari sub Scipione facillimè præ cæteris affuecens, hostem in conspectu imperatoris oppressit. Vnde & aliis honorib. est ab illo euectus: & cum sermo esset aliquando à cœna il- larum de imperatoribus, atque ex conuiuiis unus, siue ferid ambigeret, siue assentandi causa rogaret Scipione, Quém- nam post ipsam populus Romanus talem ducem & prin- cipem esset habiturus? Scipio manu humero Marij, qui su- pra eum cubabat, leniter percussit: Hunc fortassis, inquit. Tanta fuit indoles in Mario, ut in adolescente iam futura magnitudo eluceret: tanta in illo prudentia, ut ex rudimen- tis intelligeret finè. Fertur hac præsertim uoce Marius qua- si diuino oraculo in spem erectus ad temp. se contulisse, ac Cæcilij Metelli fauore, in cuius familie clientela perpetuè à patrè usq; fuerat, tribunus pl. factus. Plut. in Mario.

CAROLVS V. Gallorum rex cum filio suo CAROLO VI. indo- lis explorandæ causa coronam auream & galeam ferream ostendens, optionem fecisset alterutrius accipiendæ: gale- am sese malle filius respondit. Corroctus de dictis & fa- ctis memorabilibus.

MAGNVS Sforcia, quum in Alberici Balbiani castris esset fe- re imberbis, animoq; ferox & manu promptus sæpè turbas iurgias, misceret, nec quenquam ante se pugnam capeffe- re patere: in eo peracutus imperator animi atq; oris ha- bitum notauit, prædixitque cum, nisi immaturè caederet, & paululum feruidi ingenij impetum prudentia temperaret, absoluti ducis nomen habiturum. Nec multo post suborta altercatione inter commilitones in partienda præda, im- mortale cognomen adeptus est, quum eam minus æquali- ter diuidi immo dicè quereretur. Si quidem tota lite ad du- cis arbitrium delata, iudicataq;, ad Albericum subirato & minaci uultu conuersus: Mihi, inquit, imperator, hoc tuo iudicio rata pars prædæ periniquè surripitur, ita ut in poste- rum similem iniuriam æquo animo non sim laturus. Ad ea Albericus renidenti & contracto ore respondit: An & mihi quoq; uti aliis soles, adolescens, uim afferre uoles? desu- me ergo tibi Sforciæ nomen. Atq; ita, abolito Mutij nomi- ne, ut ab omnibus uocaretur, edixit: quæ uox Latine exprimi- tur Violentum. Iouius in uita Magni Sforciæ.

Inimice.

C. IVL. Cæsar etfi à partibus Marij fuit, inuidiam tamen ob eorū, qui interficiebantur, multitudinem & occupationes est à Sylla neglectus. Ipse ergo ad petitionem sacerdotij penè impubes uenit in campum. Cæterum huius repulsam ad- uersante clam ei L. Sylla tulit, qui cum de necando eo deli-

beraret, & ostenderent nonnulli (Mamercus Aemilius, & Aur. Cotta, teste Suetonio) nihil esse cause, cur tantulum puerum trucidaret: Nihil mentis dixit eos habere, si non ei puero multos uiderent Marios inesse. Hac uoce ad Cæsa- rem perlata, longo tempore palans in Sabinis abdidit se. Plut. in Cæfare, & Suetonius.

Margarita Danię regina AD OLF. Holfati ingeniu agnoscit. Vide supra, Indoles odij.

Nobilis.

Bocari filius ex Dröta Noruegionū regis Regnaldi filia HAL- DANVS fuit, cuius iuuentæ initia stoliditatis opinione re- ferta fuere, sequens uerò ætas fulgentissimis operum insi- gnibus illustris euasit. Adolescens pugilem ingenuæ famæ, quod ab eo pueriliter oblundens colapho percussus esset, gestamine quod in manu habebat petitem oppressit. Gui- tham Danorum reginam ambiens, cum natalium obscuri- tatem sibi obici uideret, factis gloriam nominis sibi com- paraturus, duodecim pugiles quercu in clauæ morem cõ- formata oppressit. Saxo lib. 7.

HENRICVS Ferreus Holfatus apud Anglos Iconem compe- scit. Vide Tit. Aemulatio erga peregrinos.

Genuine, Legitime.

PSYLLI filios suos iam editos serpentibus obiciebant. Qui si illæsi manerent, an suæ originis essent, experimento inter- noscebant. Alex. lib. 2. cap. 35.

Calamitose.

Fertur, cum quidam SENECA primæ concioni Periclis adole- scentuli interesset, idemq; iuuenis Pisistratum decrepitum iam concionantem audiisset, non tamen temperasse sibi, quod minus exclamaret, cauci illum ciuem oportere, quod Pisistrati orationi simillima eius foret oratio. Nec homi- nem aut ætimatione eloquij, aut morum augurium fessellit. Quid enim inter Pisistratum & Periclem interfuit? nisi quod ille armatus, hic sine armis tyrannidem gessit? Valerius Ma- ximus lib. 8. cap. 9.

Oditi humanum genus TIMON ATHENIENSIS, nulli ho- minum mitis, nulli blandus in occurfu, præterquam AL- CIBIADI puero. Hunc unum in publico comiter exci- pere, caput demulcere, osculari, amplecti. Rogatusque ali- quando, Vnde illa comitas in solum duntaxat Alcibiadem? Quia uideo, inquit, fore, ut hic adultus sit patriæ exitio fu- turus. Nec ille sua est coniectura deceptus. Sab. lib. 9. cap. 10. ex Plut. Alcibiade.

INDOLES NON COGNITA, OB- scura, dubia. Mores non agniti.


Ex Tit. Iudicij stulti de Moribus aliorum, hic qua- dam. Illic Iudicantis habitus, hic Iudicanti na- tura spectatur.

DEMOSTHENS, cum paulo antea regnum Alexander ad- ceptus esset, dicere in concionibus consueuerat, eum è Mæ- cedonia pedem non elaturum, cum domi amplexatus esset otium, delectareturq; ibi delicatis deambulationibus, uel- letq; longè à periculis bellicis abesse: atq; id se affirmabat non coniecturis quibusdam ductum proferre, sed certò te- nere, cum uirtus gloriaq; sanguine emeretur. Id pati non potuit Aeschines, cum sanguinis in altero falsò accusando mentionem facere, qui ipse penitus illo destitutus esset, & dicit in alijs orationibus eum hunc deperit, aduersus eum hunc edicere. Victorius lib. 25. Variarum lect. cap. 21.


Si quis tyrannum trucidasset MILTIADEM in Cheronefo, aut consuecentem forori postulasset & damnasset CIMO- NEM, aut THEMISTOCLEM petulanter per forum sal- tantem & lasciuientem urbe pepulisset, ut ille, qui post Al- cibiadis nomen derulit: nonne nobis Marathonis, Eurymæ dontes, & nobile Artemisium intercidissent tubi Cæropidæ clarum libertatis posuere Fundamentum. Plut. de tarda Dei uindicta.



LIBRI SECVNDI TITVLORVM DISPOSITIO.



LIBRI



Voluminis Vigesimiprimi

Liber II.

DE ARTE & INERTIA.

VM propter exemplorum varietatem, una perpetua serie Tituli non possint describi, visum est secundum causas singillatim eos enarrare.

Etsi autem in quouis exemplo omne genus causarum considerari potest, à potiori tamen denominatio atq; locatio sumetur.



INSTI

INSTITUTIONIS MATERIA.

Arist. 7. & 8. Polit. *... partim vero, partim vero constare ait: & propterea alia dicitur, alia vero vocari potest. Idem quidem, earum rerum, que non præceptis sed usu tantum & consuetudine traduntur. Sic quatuor fere puerorum erant vicia, Musica, Pictoria, Gymnastica, Grammatica: quorum terminus XVII. ætatis annus in Politicis statuitur. Verum verò vicia à XVII. usq; ad XXI. annum ea est, que artes liberales atq; ad ipsam philosophiam complectitur. Cuius tractatio in Politicis Aristoteleis cum multis aliis desideratur.*

**SIMPLEX INSTITVTIO, SINGIL-
LATIM** considerata, in iis que faciunt ad
**ANIMVM. PVTA IN
Theoricis.**

Consule sub loco Theoricorum habitum, Magistrorum Grammaticos, Rhetoricos, & similes. Etic. Materia solius rationem habemus: illic vero Habitum ipsius, à quo tanquam effectus profusio doctrina.

Philosophiam CHALDÆORVM & AEGYPTIORVM pueri à partibus discunt. Diod. lib. 2. cap. 8. & lib. 1. cap. 6. Cùm propter Alexandri successores regni cupiditate totum tetrum orbem perturbantes panolochria quædam disciplinarum immineret: ALEXANDRINI soli tum Græcos tum Barbaros fere omnes encyclicas disciplinas denuo docuere. Athen. lib. 4. cap. 24.

DIOANNES Euangelista quum Ephesi moraretur usq; ad ultimam senectutem, & vix inter discipulorum manus ad Ecclesiam deferretur, nec posset in plura uocem uerba contere: nihil aliud per singulos solebat proferre collectas, nisi hoc, Filii, diligite alterutrum. Tandem discipuli & fratres, qui aderant, ædio affecti, quod eadem semper audiret, dixerunt, Magister, quare semper hoc loqueris? At ille respondit, dignam Ioanne sententiam: Quia præceptum Domini est: & si solum fiat, sufficit. Hieron. in c. 6. ad Ephesios.

ANNO MCCCLV. lex de forma & modo philosophiæ explicandæ in Academia Parisiensi facta est: nominatim uetans, ne doctores subducendis singulis proposito rum librorum uerbis, nominando & dictando, auditorum manum potius impediatur, quam explicatione perpetua mentem erudiant. Tales doctores lex appellat Nominatores ad pennam. Centum post annis Gulielmus cardinalis Totauiellus, sedis Apostolicæ legatus, Parisiensis Academiæ statum constituit, ueteres quidam leges abrogauit, quasdam confirmauit. Pennam (quæ lex illa uetus admissæ discipulis uidebatur) neq; sustulit, neq; imperauit, sed tantum permisit: uocis autem continuationem, & sententiarum disquisitionem retinuit, curiosam & sollicitam illam de uerbo ad uerbum prælectionem uehementius etiam condempnauit & reiecit. Philosophicos libros de puncto in punctum, de capitulo in capitulum, ore & uoce doceri ac pronunciarum uoluit, ex D. Hieronymi auctoritate, dicentis, Haber nescio quid latentis enegæ, uix uocis actus, & in aures discipuli de auctoris uoce transfusa fortius sonat. P. Ramus in oratione pro philosophica disciplina Acad. Paris.

Practicis tum Virtutibus.

Ex Tit. habitum ethicorum exempla mutuari possunt. Iuuenes illic Magistros fortitudinis, temperantiae, iustitiae, ut reliquarum uirtutum.

INDI & BRACHMANES edito infanti curatorem, & uita magistrum custo demq; adhibebant, ut sub legibus & magistratibus, bonis disciplinis formatus, salutaribus exemplis erudiretur. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 25.

PERSE tria præcipuè liberos suos docebant: equitare, iaculari, & uera dicere. Vicissim tria uehementer damabant: mentiri, inter uarios esse, & in animum rem immundam edere. Fulg. lib. 2. cap. 1. ex Xenophonte & Plut.

IANVM fuisse bifrontem opinantur, pinguntq; eum ita & fingunt Romani: forte quia Græcus natione ex Perthæbia fuit, transgressusq; in Italiam, commigrauit illius regionis barbaris, unaq; linguam & mores eorum mutauit. An potius quod Italiam incolentes feris & peruersis moribus præditos hic in aliam uitæ formam inducendo, ad agriculturam & ciuilitatem conuertit & transformauit, Plut. in Quæstionibus Romanis.

POETAS omnigenæ uirtutis magistros uulgò esse dicunt. Vide Tit. Poeticæ utilitas.

LYCVRGVS corpora uirginum Spartanarum cursu, lucta, discorum & telorum iactu exercuit: ut & foetus radix ualidum in ualentibus corporibus exordium accipiens germinaret melius, atq; illæ strenuè partus excipientes, bene & facile aduersus puerperij decerarent dolores. Ac remotis de-

licis, umbratili uita, mollitia omni feminina, affluere iacta puellas atq; adultos nudos in publico uersari, certisq; solennibus saltare & cantare, assistentibus atq; spectantibus iuuenibus. Interim sales in quæq; festiue iacentes, perstringebant peccantes: contra laudes in merentes carminibus compositas recitantes, magno gloriæ & honestatis cupidine iuuenes incendebant. Cuius enim celebrata uirtus fuerat, & qui inter uirgines habebatur clarus, abibat elatus illis laudibus. Facetiarum aculei & diceriorum nihil erant sciri castigacionibus obtusiores: quod ad id spectaculum, simul cum cæteris ciuibus, reges & senatus conuenirent. Detecti uirginum nihil inerat obsceni, cum qua coniunctus rubor erat, aberat libido: sed simplicem assuetudinem & studium boni habitus conciliabat, gustumq; feminæ prebebat spirituum non inermium: quod societate nec ipsæ uirtutis & gloriæ excluderentur. Vnde & dicere & gloriari non dubitabant, quæ de Gorgone Leonidæ uxore literis prodita sunt: cum mulier quædam, peregrina scilicet, diceret ei, Solæ uos Lacænae imperium in uiros habetis: Nempc solæ, inquit, parimus uiros. Plut. in Lycurgo.

CRETENSIVM in liberorum educatione laus ea circumferretur insignis, quod liberæ conditionis pueros cogebant primum, memoriæ leges commendare, non citra melos concinnatas, ut ex musica uoluptate afficerentur, ac illæ se discerentur procliuius, ne quandoq; iniuste se egissent, in in scitiam crimen refundere pergeret. Mox uero deorum hymnis animum adiciebant. Postremò præstantium uirorum perdiscabant laudes, opinor, ut omnium imperita etas, exemplis obblandientibus ad uirtutem amplius incenderetur. Cæli. lib. 18. cap. 26. A. L.

Leotychidas primus interrogatus, Quid potissimum ingenuos pueros discere oporteat? Hæc, inquit, quæ uisui eis futura sunt, quando uiri cœuerunt. Plut. in Apoph.

Vitiis.

Consule Tit. Magistrum improbitatis & uitiarum tum in genere, tum in specie Timiditatis, Intemperantiae, Auiditatis, & similibus.

Conuenerat inter Germaniæ principes & episcopos, ut Henrico IIII. rege puero existeret, ipsi alternis uicibus Imperio præsentent. BREMENSI archiepiscopus sua defungens uice, diutius quam licebat dominationem retinuit: ipsumq; Imperatorem, quod magis eum sibi deuinceret, suo more uicere permittebat. Principes tandem atq; episcopi (inter quos facile primi erant Hanno Colonienfis, Eberhardus Treuitorum, & Sigfridus Moguntinus) item cæteri Francorum optimates, frequenti senatu Tributæ in ripa Rheni conueniunt. Collatis ibi sententiis, Archiepiscopus, nisi Cæsarem confestim reddat, iudicatur hostis, & Cæsari ad principis venire detrectanti, regnum abdicandum decernitur. Anno 1066. Lambertus Schafnaburgensis, & Auentinus lib. 5. Annalium. Cuspinianus uero culpam omnem malæ institutionis in HANNONEM Coloniensem reiecit, qui Agnetæ Imperatricem post quinquennale administrationem repulerit, & in suam potestatem redactum Imperatorem, omni genere uoluptatum imbuerit.

Edouardus II. Anglorum rex suaapte natura ad leuitatem propensus, PETERVM Ganeftonem hominem improbissimū, quem Edouardus pater ut à familiaritate filij remoueret, in exilium eiecerat, reuocauit, comitemq; Cornubiæ regniq; gubernatorem fecit. Is ut erat nequitiarum artifex, regem armauit scurrarum, ganeonum, parasitorum, citharædorum, lenonum cateruis, quibus cum dies noctesq; ludendo, commellando, scortando transigeret. Optimates capto consilio Petrum in Hyberniam exulatum agunt. Tulit id factum rex molestissimè, palamque omnibus mortem intentabat, nisi continuò reuocaretur. Ergo in integrum restitutus, cum exulceraret regis animum uehementius, ab optimatibus aperto bello petitus, non longè à Varuico obrunctus est. Edouardus uno scelerum magistro orbatus, duos alios sibi adlegit, Hugones Spenferios, patrem & filium. Quorum consiliis cum regetur, principes à rege alienati, ipsius armis oppressi sunt, & Anglia miserrimè à Scotis afflictæ. Tandem Isabella regina cum Edouardo F. armis regem profectui capiunt: Hugonem utrumq; equorum caudis tractum suspendunt, patriq; filium sufficiunt. Polyd. lib. 18.

Ricardus II. Edouardo IIII. uo in Angliæ regno successit anno Salu-

quod de Atheniensibus olim, tunc quoq; de Gallis iactatū fuerit, imprudentiam illorū diuina prouidentia corrigi solere. Aegid. Corrozetus de Dicitis & factis mem. Maximilianus I. Imp. sub magistro P E T R O, qui postea No- uae ciuitatis antistes fuit, aliquot annis cū nobilium quo- rumdam filijs contubernaliibus latinis dicitur literas. Sed cū Petrus, sophismata illi inculcare uellet, ad quae capes- fenda aptus non erat, uerbis tandem effecit, ut literas magis odio haberet quā diligeret. Ita q; iam Romanorū Rex factus, dixisse fertur: Si hodie praceptor meus uiuere Petrus, quanquam multa praceptoribus debeamus, effice- rem ut imperitiae institutionis illū pōneret. Cuspinianus.

DE QVO AD MODVM. Institutio

OCCVLTA, ENIGMATICA.

Reges Aegyptiorum ex sacerdotibus aut bellatoribus crea- bantur: habebāt hi ex uirtute, ex sapientia illi dignationem & ornamenta. Designatus ex bellacibus confectum in S A C E R D O T V M collegium allegebatur, ueniebatq; in consortium philosophiae tēctae propemodum fabulis, quae exilia ueritatis simulacra & scintillas continent. ut certe nonnullam ipsi significationē dant, qui pro delubris sphin- gas ferē colloctāt, quōd sapientia theologia corū inuolutā cōtineat. Signū, quod Sai est, Mineruē, quā eandē putāt Iūn esse, inscriptionem habuit huiusmodi: Ego sum uniuersum, quod fuit, quod est, & qd est futurū, scāmeūq; meū nullus mortalium aperuit unquam. Cū arbitrentur com- plures appellationem esse apud Aegyptios proprium Io- uis Amum (quem nos prauē Ammonē dicimus) Manethos Sebennites ocellum putat & occultationem hac uoce in- dicari. At Abderites Hecataeus hoc uocabulū ostendit usur- pare inter se Aegyptios, quando quem inclamant: uocati- uam enim hanc dictionē esse. Quocirca primum deum uni ueritati eundem statuerit esse, quasi tēctum & reconditū: inuitantesq; & orantes, ut manifestus & apertus fiat, Amū dicunt. Plut. in Iside & Osride.

APTA, ACCOMMODATA.

De officio praepetoris exempla CHIRONIS & ATLAN- TIS affert Autonius Eidyll. 5.

Sic neq; Peliden teirebat Achillea Chiron Theffalico permixtus equo, nec pinifer Atlas Amphitryoniadem puerum: sed blandus ueterq; Mitibus alloquij teneros mulcebat alumnos.

Ouidius de CHIRONE l. de Arte:

Philyrides puerum citharæ praefecit Achillem, Atq; animos molli contu dicit arte feros. Qui toties socios, toties exteruit hostes, Creditur annosum percimuisse fenem. Quas Hecator sensurus erat, postente magistro, Verberibus iussas praebuit ille manus.

PYTHAGORAS quocunq; in disciplinam recipiebat, eorū ingenium primō ex physylognomia scrutabatur: deinde taceandi tempus praeferebat, plus, minus. Sed non mi- nus quā quā tacuit quā biennium. Eo tempore neque percontari parum intellecta, neq; audita commentari fas erat. Hi *ἀκροατοὶ* dicebantur: silentium ipsum *ἐξουσία*. Post id tempus, silentio iam eruditi uerba facere, quærere, scri- bere, commentari poterant: & *μαθηματικοὶ* dicebantur, ab ijs artibus quas iam discere meditariq; ceperant. Mathema- tics instructi, ad physica accedebant, & *φυσικοί* uocabātur. Quo quot autē in disciplinam recepti fuerāt, quod quisq; familiae pecuniaeq; habebant, in medium dabant: & coiba- tur societas inseparabilis, ut rectē antiquo Romano uerbo *κοινόν* appellari pouerit. Gellius Noctium Atticarum li- bro l. cap. 9.

Apud SPARTANOS Corredus a quopiā puer si detulisset id ad patrē: turpe erat Parenti, nisi tantundē, ubi audierat, infixisset. Credebant enim illos ex disciplina patria nihil filijs turpe iniunxisse. Plut. in institutis Laconicis.

In conuiuiū apud Xenophontem singulis dicere iussis, quo artificio, quōe bono sibi praecipue placerent: quum ordo uenisset ad S O C R A T E M, iocō dixit: Se maximē gloriari de lenocinio. Sentiens, se tradere ueram uirtutem, quae potissimum commēdat habentem, quaeq; tum priuatum tum publicē cōciliat homini beneuolentiam & amorem. Eracl. lib. 3. Apoph.

IDEM interrogatus, Qui fieri posset, ut quum ipse ad dicen- dum ineptus esset, alios redderet idoneos? Quoniam cotes, inquit, ipsē quidem secare non possunt, ferrum tamen red- dunt acutum.

DIOGENES Cynicus, quōd captus uenderetur in Creta, praeco- ni roganti Quid sciret, & quo uitulo eum commendaret emptori? Dic, inquit, te uendere hominem, qui sciat impe- rare liberis. Quidam Xenias Corinthius admittatus praeco- ni nouitatem, adiit Diogenem, percontans, Num sciret

quod profiteretur? Vbi ex sermone hominis comperit, esse sapientem ac doctū: eum meratus duxit domum, eiq; suos liberos erudiendos tradidit. Quos ille susceptos liberaliter instituit: primūq; tradidit artes liberales, mox docuit equi- tare, arcum tendere, fundam rotare, iaculari telum. In pala- stra uerō non permittebat, ut praedicta illos grauioribus laboribus in morem athletarum exerceret: sed quantum ad robur bonamq; corporis ualitudinem cōduceret. Curaui etiam, ut ex poetis alijsq; scriptoribus optima quaeq; edi- ficerent: quōd ea tantum uerē sciamus, quae memoria tene- mus. Breuiter, totius doctrinae summā illis rededit in com- pendium, quo & citius perciperet, & fidelius memoria cō- plecteretur. Eodē instituit domi ministrare parentibus, cibo leni uiliq; & aquae potu contentos esse: cumq; caeteri caesarem aleret ad formae commendationem, ille iussit eos radere comam: & si quando prodendum esset in publicis, in comto producebatur absque tunicis incalceatos ac tactos. Quin & ad uenatum illos instituebat, Lacedaemonios imitatus. His rebus factū est, ut a pueris obseruaretur, perq; illos parenti commendaretur. Alij narrant praecōnem Dio- genis iussu ita praedictae: Est ne quispiam qui uelit, emere dominum? Laert. lib. 6.

E V B V L V S gymnasta, ingresso gymnasium Acate adole- scente, illum statim ad imitationem composuit Asbyli Cro- toniatæ pentathli, qui peridum uicerat. Eos uerō qui uel in cursu, uel iactu, uel quo agone alio, siue ignauē cecidisset, siue flagitiosē alterum supplantasset, deniq; prehensione aut aggressu ufos illegitimo, uel uiderat Acates ipse, uel ita audierat, dissimulari ut non posset, probris insectabatur, ut ab eorum amulatione adolefcentem suum detererret: atq; is non esset ignarus, in eo se ludo consistere, ubi nec com- mendari turpiter factum posset, uel latere inter tot obser- uantes: paratamq; illi ignominiam, quicunq; contra praescripta legum gymnastij sese exerceret. Reliquos qui eundem ad ludum aduētare essent soliti, Eubulus magnis lau- dibus euechebat, ut iuuenis sui strenuitatem exaceret: quo ipse eundem in modum uellet bene audire, & ignauū eum puderet, spētantibus tot fortium uirorum oculis. Viues de Officio mariti.

LYCON Troadensis, Stratonis Lampfaceni successor, per 42. annos scholam tenuit. Olymp. 127. propter eloquentiā Gly- con dictus, educaudis pueris maximē idoneus: cū pueris pudorem & gloriae studium adhiberet, nō fecis atq; equis frenum & calcaria. Laert. lib. 5.

TIMOTHEVS musicus duplicem exiebat mercedē ab ijs discipulis, qui alijs praepetoribus fuissent prius usi, quōd duplicem quoq; habiturus esset laborem: alterū dedocendi, alterum docendi. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 25.

Thebanus ISMENIAS discipulis suis ostendens tam eos, qui bene, quā qui secus tibia canerent, solitas erat dicere, Ita canendum: ac contra, Ita cauendum non est. ANTIGENI- DAS uerō etiam maiore oblectamēto iuuenes arbitra- tur bonos tibicinas audituros, si aliquando maiorū quoq; experimēta egissent. Plut. in praemio Demetrii.

Alabadenfis APOLLONIUS, dicendi magister, cū mercede doceret, non tamē patiebatur eos, quos iudicabat non posse oratores euadere, operam apud se perdere: dimitte- batq; & ad quam quenq; artem putabat esse idoneum, ad eam impellere atq; hortari solebat. Cic. de Orat.

BRIXIENSIS quidam nobilis, inter multa quae sapienter & cum amicis & cum uicinis agit, hunc cum filijs morem ser- uat. Vsq; ad quartum decimum aetatis annum ferulis & uer- beribus lasciuientes domat, tenerum ac tractabile ingenium ad arbitrium suum fingens. Hinc flagris abiectis, precibus ac monitis ad uirtutē cohortatur, rectam uiuendi uiam se- dulō illis inculcans, & pericula enumerans, quae obliquis tramitibus gradientes manent: hoc patris officium disti- tans, filios enim esse, nō seruos, cum quibus neruis & cate- nis agendum. Adicit & illam facti rationem: Quid, inquit, se simul & filium torquere iuuat? Sapientē nemo nisi Deus facit. Itaq; dum nihil intelligit, officium tuum imple: post, admonuisse satis est: de reliquis, si quid carere uel suppli- cio dignū interuenierit, & tibi parce, & filio, curamq; hāc om- nū supremo artificio cōmitte. Petrarca de Sapienter factis

INEPTA, INCONVENIENS.

LYNVS Herculei fidibus canere docuit: uerū quia eundē rusticus canentem acerbius reprehendit, Hercules reprehē- sionis impatiens, plectro percussit praepetorem interfecit. Pessimē quidem Hercules egit, imprudenter tamē & Ly- nus, cū quādam ingenia mimis, quādam blandis uerbis instituenda sint. Aelianus lib. 3. Var. hist.

Homerus in Odyfsea Telemachum intro ducit stolidū & impe- ritum, quōd sub matre PENELOPE educatus esset, parte Vlyfse uarijs interitum erroribus per uniuersum orbē iactato. Mammacuthus in proserbium abij, pro stupido & fatuo ho- mine.

mine. Aristarchus id nomē ait fidum per onomatopoeiam. Demetrius putauit familiare nomen esse, quo fabula sit in- tegra conscripta, quam Aristophanes quidam, plures Plato- nis comici esse existimant. Didymus Mammacuthum, ut & Mammothreptum, dici iulit, quasi à mammis nutritū, quod Hesiodus exprimit, ubi inquit,

ἄλλ' ἔργον μὲν παῖς ἔστω πατρὸς μισθὸν κερδοῦ ἐπιφύει' ἀπὸ θάλασσης μίγα νύμφη δὲ οὐκ ὀνειδί.

Molles & effeminati temporibus Augustini, *μαμαμθητικοὶ* dicebantur: siue quōd ab AVITIS essent educati, quae nepo- tunc suos tenerius amant quā ipse matres: siue quōd Graeci *μαμμή* diminutiū dicunt materculam. Quin & ho- die uulgus Germanorum matris filium appellat adolefcentem delicatius educatum. Ac tales dicebantur Matrifiare. Erasmus in Prouerb. *πατὴρ μισθὸν μὲνεν.*

Rectissime dixit Carneades, à REGIBVS nullam artem rectē dici, praeter artem equitandi: propterea quōd solus equus, quonia non sentit principis ac plebei discrimen, nescit adu- lari regi: sed excutit, quicunq; is fuerit, qui non aptē morit insidere potest. Plut. de Dignosc. adulator.

Alcibiades Homerū ualde admiratus est, & in precio habuit. Proinde cum aliquando in ludum literarium uenisset, Iliadem petijt: cumq; LVDIMAGISTER se nihil Homeri ha- bere affirmaret, infixit ei pugna: atq; cum imperitū esse, & similes sui pueros efficere dixit. Aelianus lib. 15. Var. hist.

PHILIPPVS Macedoniae rex, quum dissidentes Graeciae popu- los ad pacem conaretur adducere, & Leontinus GOR- GIAS de Graecorum concordia librum accuratissimum in Olympia recitasset: uerq; eadē multitudine reiectus ac iri- sus, quōd de aliena cōcordia uerba faceret, qui ipse domi suae non posset concordiam stabilire. nam rex domi diffi- dentes habebat filium & uxorem, orator uerō uxorē & an- cillam. Lud. Viues de Pacificatione.

Liguriens pueri Diogenes pugni infixit P A D A G O G O. Rectē ille, qui culpam non discipulo, sed doctori ascripsit. Plut. Com. Virtutem doceri posse.

SYBARITA quidā pueroz moderator (quod genus ho- minum non secus quā reliqui Sybaritae, luxu diffidebat) cū puer quem ducebat, per uiam in sicum incidisset, & stu- pulisset, uehementissimē eum obiurgauit: atque ipse rapto quōd inuentum erat, deuorauit. Cū id legerem in Sybari- ticijs historijs, inquit Aelianus lib. 14. facere nō potui quin riderem. Idcirco uerō memoriae prodidi, quōd nō inuideo caeteris etiam materiam occasioneq; rideādi.

LEONIDAS praepetor Alexandri Magni fuit cum LYSI- MACHO: quorum negligentia multi temulentia Alexan- dri adscribit, quōd adulari magis, quā regem institueret uiderentur. Plutarchus.

ORBILIVS Benueentanus Grammaticus, plagosus admo- dum & asper fuit, in caedendo simul ac reprehendendo. Vnde etiā Domitius Marfus: Si quos Orbilus ferula caueatq; cecidit. Ingenia liberalia humanitate & gloriae stimulis ac- cenduntur, plagis & uerbis corūm pūit & indurefcunt.

CORMANVS monachus à Doneualdo Scotorum rege ad Northumbros religionis propagandae causa missus, anno ferē toto cūm sublimia arcana pietatis rudi populo maiore eruditione ostentatione quā pietate propōneret, absque profectu redijt, eiq; Aidanus successor datus. H. Boeth. li. 9.

DE QVO AD INSTRVMENTVM.

INSTITUTIO FACTA

VIVA VOCE.

Apud Israelitas septuaginta duo seniores, quibus de spiritu Moysi datum erat, à Moſe acroamaticam legis expositionē hauserunt: & quia ore tenus tradebatur ea doctrina, CA- BALA fuit dicta, à Cabal Hebraica uoce, quio d recipere si- gnificat. Hebraeos Graeci tanquam simiae imitati, fabularum inuolucris Cybelen (parum immutato nomine) deorū ma- trem finxerunt: & mysticas sacrorum ceremonias, quas ini- tiatis tantūm communicare fas erat, intro duxerūt, ut arca- no silentio auctoritatem sacris paterent.

Artes OLIM per manus tradebantur à PARENTIBVS & praepetoribus, nec scripto edebantur, sed certo sacramen- to per successiones *ἕρπυρα*. Hinc loquendi ille modus apud Graecos, *ἕρπυρα*.

PYTHAGOREOS memorant praepetia sua scripto nō man- dare, sed memoriam & disciplinam earum instillare dignis uiuam. Ac cū perplexae illae & arcaez, quas uocat, in geo- metria rationes & commentationes essent indigno cupiam euulgare, denūciare deos contendunt, magna aliqua & inuisitata clade se admiffum illud scelus persecuturos. Itaq; acroamatica tantūm doctrina illorum fuit. Plut. in uita Nu- mae. Empedocles certē Agrigentinus & Plato Atheniensis cum Pythagorica dogmata, quae acroamatica haecenus fuerant, scriptis euulgare cepissent, exclusi sunt à schola: &

lex lata, ne quis poeta amplius ad praepetia admitteretur. Laert. lib. 8. in Empedocle.

DISPVATIONE, INTER- rogatione.

Nihil docebat S O C R A T E S: sed ingressione aperiens dubi- tationum, sicut puerperij, iuuenibus, excitabat, fuscitabat, & eliciebat genūnas intelligētiās: quod quidem obfiterri- candi artem dixit: non quae extrinsecus infunderet, ut alij ostentabant, mētem illis, qui cum ipsis agebant: uerūm de- monstraret habere eos domi propriam, quae aleret, rudem tamen & inconditam. Plut. in quaest. Plat.

DIOGENES Sinopenfis Cynicus, orāte cum Hegesia, ut sibi scripta quaedam interpretaretur: Stultus, inquit, es Hegesia, qui caricas quidem nō pictas, sed ueras eligis: uera autem exercitatione neglecta te ad scriptā confers. Laertius lib. 6. in eius uita.

CARMINIBVS, CANTILENIS.

Tabulae apud Delphos extant duae, quae ad uitam inprimis sunt necessariae. Nosce te ipsum, & Nequid nimis. Nam ex his reliqua sunt apta omnia. Plut. in consol. ad Apolloniū.

LACONES affectabant cantilenarum elegantiam & carmi- nū, quibus inerat aculeus, qui excitaret animos, spiritusq; quasi motu fanatico & alacritate inflammaret. Dicitio nu- da erat & uirilī, neq; argumentum habebant aliud, quā ornāmēta corum, qui generosē uixissent, & pro Sparta oc- cubuissent, quos immortalitati commendabant: & probra ignaorum, quōd acerbam atq; infelicem uiderent uitam: professionem itē & magniloquentiam ad uitutem con- gruētem ataribus. Plut. in Laconicis.

Apud ROMANOS, maiores natū in cōiuijs ad tibias egre- gia superiorum opera carmine comprehensa pangebant, quōd ad ea imitanda iuuentutē alacriorem redderent. Quid hoc splēndidius, quid etiam utilius certamine? Pubertas ca- nis suum honorem reddebat: defuncta uirum cursu aetas, ingredientiē aetuosam uita fauoris nutrimentis pprosequē- batur. Quas Athenas, quā scholam, quae alienigena stu- dia huc domesticā disciplinā praetulerim? Inde oriebatur Camilli, Scipionēs, Fabricij, per quos res Romana ita fuit aucta, ut uniuerso orbi imperaret. Val. Max. lib. 2. cap. 1. Cic. lib. 1. & quarto Tuscul. quaest.

TVISCO Germanorum primus rex, uirorum fortium facta, quae exemplum posteris essent, carminibus celebrare insti- tuit. Auentinus lib. 1. Annalium.

ADHORTATIONE.

Rex Persarum PVERVM habebat cubicularium, qui mane- regium thalamum ingressus, his uerbis illum expergefacie- bat, *ἀνέστη δὲ βασιλεῦ, καὶ φρόντισε παραμάτρων, ἀνὸρ σὲ φροντισέων ὁ Μεσοποταμῶν ἰσθμῶν*. id est, Surge rex, ac negotia cura, quae te Mesopotamides curare iussit. Plutarchus in libro Aduer- sus principem imperitū.

SCRIPTIS, LECTIOE.

Demetrius Phalereus PTOLEMVM regē admonuit, com- mentarios de regnō & imperio cōpararet uolueretq;. Quae namq; dubitant subijcere regibus amici, hāc descripta in commentarijs sunt. Plut. in Apophthegmatib.

M. VARRO exoratus à Cn. Pompeio Cofs. designato cū M. Craffo ob consumptam in rebus bellicis adolefcentiā Rei- pub. consuetudinū ignaro, de habendo fenatu librū con- scripsit, quē ille secutus, tātus domi inter suos euasit, quan- tus foris contra hostes fuerat. Gellius lib. 14. c. 7.

Acutissimos iuxta & doctissimos poetas Graecos Latinosq;, qui amatoriam cecinerunt, uetat Ouidius attingi ab eo, qui mores impudicos fugiat: Callimachum scilicet, Philetam, Anacreontem, Sappho, Tibullum, Propertium, Cornelium Gallum, quorum ingenium & Musas tota Graecia, tota Ita- lia, totus orbis admiratus est. Sic inquit in secūdo libro De remedio amoris:

Eloquar inuitus, teneros ne tange poetas: Summoueo dotes impius ipse meas. Callimachum fugito, non est inimicus amor, Et cum Callimacho tu quoq; Cōenoces. Me certe Sappho meliosem fecit amica, Nec rigidos mores Teia Musa dedit. Carmina quis potuit tūto legisse Tibulli? Vel tua, cuius opus Cynthia sola fuit? Quis potuit lecto durus discedere Gallo?

Ad postremum se quoq; uitari iubet:

Et mea nescio quid carmina tale sonant.

Sonant certe, & ea de causa à bono principe in exilium me- ritissimū ad Getas expulsi sunt. In quo subit admirari seu- eritatem uel scilicet, uel principis illius. Ludo. Viues de Chri- stiana femina lib. 1.

INSCRIPTIONIBVS.

In delubro Apollinis Pythij non Iliadem, non Odyfseam, non denique Pinarii carmina descripterunt AMPHYCTIO-

NE s: fed, Nofce teipfum, Ne quid nimis, Sponde, proxima est noxa: admittentes ditionis succinctam tenuitatem, quae in breuius uerbis sententiam solidam complectitur. Ipse in uaticinijs suis concepit est Apollo & astrictus, nominaturq; Loxias, id est, tortuosus, ex eo potius, quod garrulitate uiuat, quam ex obfcuritate. Plut. de Garrul.

IMAGINIBVS, NOTIS.

Idem Cabala, Pythagorae, Platonisque docendi modus fuit, parq; & similis, qua quis ad eius rei cognitionem & mysteria deduceretur, exercitatio: per symbola scilicet atq; notas, per prouerbia & paræmias, per numeros & figuras, per literas, syllabas, & uerba. Ad hunc modum Pythagoras Y litera iuuentuti symbolum exhibet: Theta, mortis index est: T autem litera figura, Christi crux ostenditur: unde Ezechiel, Signa T, in fronte gementium & dolentium. Et Christus demq; se principium & finem esse docens, & in se initij decursum ad finem, & finis recursum ad initium, Ego, inquit, sum A & Ω. Sed & Iulianus Martyr, X litera forma, facrae Christi crucis mysterium contineri monet: Platonē ad uocat in testem, & in Timæo, de Dei filio differantem, scribere, Deum in Mundo filium suum instar X litera posuisse. Io. Metellus.

Sai in fani Mineruæ uetibulo sculptus fuit infans, senex, mox accipiter, hinc piscis, postremò equus fluitatilis. Id significabat enigmaticè, O nascentes & morientes, deus odit impudentiam. Nam infans & senex nascentes & morientes, accipitrem deum denotant, piscem odium, maris causa, equo fluitatili impudentiam. Dicitur enim, cum interemcit patre, confuetudinem habere cum genitrice. Plut. de Iude.

Apud AEGYPTIOS in regum summo sceptro Ciconiæ figura ponebatur, in imo hippopotamus: ut ipso gestamine admonerentur, pietatem plurimi facere oportere, uiolentiam cohibere. Nam hippopotamus animal effrum est ac uiolentum, atq; adeo impium: quippe quod interfecto patre matrem iuit, teste Plutarcho in com. cui titulus, Verà animantia sunt prudentiora. Erasmus in Adagijs, ex Suida.

Legislator Lacedæmoniorum catulos duos eorundē parentum LYCVRSVS fumpit, quos non pari modo educauit: uerum unum reddidit uocacem & gulosum: faciem alterum, & uenacorem peritum. Cōcione hinc aduocata Lacedæmoniorum: Momentū utiq; Lacedæmonij, inquit, ad uirtutis fecerunt haud est mediocre assuetudo, & doctrina, & institutio, disciplinaq; uiuendi. Id ego uobis exemplū planum faciam. Mox productos catulos illos dimisit, statuens ex aduerso catulis ollam & lepore. Ibi alter cursu leporem, ollam alter petijt. Cum autem quid ea re significaret, aut quod spectans catulos ostendisset, cōcōctare nondum ualens Lacedæmonij: Parentum hi sunt, inquit, eorundē ambrosia quia in disciplinam dati sunt diuersam, hic edax, alter euasit uenator. Plut. de Instit. liberis.

LAONES Venerem colunt armatam: & uerò deos omnes feminas & mares cum hasta fingunt, uelut præditos uirtute bellica: usurpantq; in proterbio, manum ad mouenti implorandam fortunam, quasi aggrediendo opus & agēdo, aliās non cetero oporteat deos. Plut. in institutis Laconicis.

THEANO Pausania mater, cum is Medorū partibus studere deprehensus (quinquaginta enim auritalenta à Dario accepit, ut Spartam proderet) supplex in templū Mineruæ Chalcidicæ confugisset, unde supplicem abstrahere non licebat: eò profecta, laterem ad ostium applicauit, assentiens etiam patre Agessio. Lacones imitati fortitudinē & sapientiam, quilibet ianuis laterem aptauit: ut neq; supplicē abstraherent, & proditorem in clusum fame occiderent. Polyæn. lib. 8. & Aelian. lib. 4. Var. hist. ex Epitimidē.

DANTHVRAS, qui Scythis regio imperio præfuit, ad Dariū, Persarum regem qui litrum traiecerat, literas quidem, quibus ei minaretur, misit nullas, sed pro literis, symbolum hoc eum rem, ranam, auem, sagittam, aratrum Cūq; hæc in Darij castris alius aliter interpretaretur: Oron-topagas tribunus militum censuit significari, eos omnium rerum deditorem esse facturos: domorū (hoc eum rem inuenere) aquatum, aëris, armorum, regionis, harum rerū symbola esse, ranam, auem, sagittā, aratrum. At Xiphodres longè alio modo interpretatus: Nos uerò, inquit, quantum hæc symbola ostendūt, nisi aut terram subeamus, ut mures: aut aquam, ut rana; aut euolemus, ut aues: nō effugiemus ipsorum tela: neq; enim terræ, quam ipsi arant, domini sumus. Hoc Pherecydes Syrium narrare, ait Clemens Alexandrinus. Herodotus autem in Melpomene hæc ipsam historiam aliquanto aliter narrat.

Scytharum rex, qui octoginta liberos reliquit, SCILVRVS, iaculorum fasciculū, cum deponeret uitam, postulatuit: quē tradidit eis, iustitq; ut colligat simul diffingeret & rumpere. Quod ubi non potuerunt, ipse extraxit singula, ac facile omnia confregit: consensionem eorum & unitatem esse demonstrans ualidā & inexpugnabilem: infirmam dif-

fo ciationem atque instabilem. Plut. de Garrulitate. Cūm ARISTOTELIS philosophus decumberet, anno atq; tatis sexagesimo secundo, neq; salutis spes ulla superesset, discipuli de successore solliciti erant. Erant tunc in eius ludo boni multi, fed precipui duo, Theophrastus Lesbius, & Menædemus Rhodius: ingenio atq; doctrina ceteros præstantes. Aristoteles igitur ut discipulorū petitioni satisfacere, simulat, unum, quod tum biberet, non esse ex ualeudine sua, sed nimis asperū: ac propterea quæri iubet exoticum, uel Rhodiū aliquod uel Lesbium, uel Rhoium; eo dixit, quod sese magis iuuisset. Eunt, curant, inueniunt, adferunt. Tum Aristoteles Rhoium petit, degustat. Firmum, inquit, herede unum & iucundum. Petit mox Lesbium: quo item degustato, Vtrumq; inquit, oppidū bonum. Sed id dicitur à Aristotele. Id ubi dixit, nemini fuit dubium, quin lepore simul & uerecundā, succedentem illa uoce sibi, non unum deiegitisset. Is erat Lesbius Theophrastus, homo sua uirtute insigni linguaq; pariter atq; uita. Itaq; non diu post Aristotele uita deluendo, ad Theophrastum omnes cōcesserunt. Gellius lib. 13. cap. 5. & Laert. lib. 5. cap. 1.

Apud ROM. delubrum Hortæ perpetuū ueteres apertum habebant, ut Antistius Labeo scriptū reliquit: scilicet uide, quæ quasi incitat & hortatur ad res agendas, nullam uiam quam moram faceret, neq; cōcluderetur uel feris contineretur. Plut. in quæst. Rom.

ROMANI censores into magistratu statim alimenta sacrorum aserūt locabant. Forte cum custodes sint cōsentes præcipuorum, sitq; eorum officij aseruari & diligenter seruati sacra, publica, ritus, mores, & uite instituta, uigilantissimi animantis rationem habent: unaq; cum horum cura cūm, ne soluti & lēti sint in sacris, cohortantur. Plut. in quæst. Rom.

DIONYSIVS Tyrannus cuidam, qui illum felicē adferebat, ensēm alligatum setæ equinæ capiti superimpoluit: Distinctus ensis cui super impia Ceruice pendet, non Siculæ dapes Dulcem elaborabunt saporem: Non aurum, citharæq; cantus Somnum reducent. — Horat. 3. Carm. 1.

ROM. nubentem attingere iubet ignem & aquam: quoniam sicut ignis sine humore exuicus & aridus est, sterilis autem & exilis sine igne aqua: perinde mas imbecillis & femina seorsum, sed amborum congressus præstat uiro & uxori uita contubernium: quod non deserendū, sed in confortium ueniendum omnis fortunæ, etiam si nihil boni inter se, nisi ignem & aquam collaturū sint. Plut. in quæst. Rom.

ALPHONSVS, Aragonum & Sicilia rex, numifinata illustrum Imperatorum, & Cæsaris ante alios, per uniuersam Italiam summo studio conquisita, in eburnea arcuā religiosissimē adseruari uoluit: quibus, quum alia eorū simulaera iam uerufate collapsa non extarent, mirum in modū se delectari, & tantorum uirorum exemplum ad uirtutem & gloriam excitari dicebat. Antonius Panormita lib. 2. de Rebus gestis Alphonsi: & Aeneas Syluius in comment.

ASSVEFACTIONE, EXERCITATIONE iugi, Conuersatione.

AEGYPTIIS regibus domi non ulli fortuna homines ministrabant: sed sacerdotum liberi, uirtuteq; insignes uiri, qui uigefimum annum transcendissent: ut horū conspectu moti, à seclere atque intemperantia continerentur. Herodotus libro secundo, capite primo.

ZEVXIDAMVS quærenti, Qua de causa leges de fortitudine non scriptas seruant, atq; iuuentuti scripto propositas non præberent legendas? Quod inquit, fortibus factis potius quam scripturæ assuescendum sit attendere. Plut. in Apophtheg.

Xanthippen ferebat SOCRATES iracundā morofamq; mulierem: quasi facildē cōuersaturus cum alijs, illam si ferre inueneret. Plut. de Emolumento ex inimicis capiēdo.

CIMON Militiadis F. Athenienfium dux contra Persas erat. Cum uerò penderet uctigalia focij, milites uerò & naues completas, ut indistūm ijs fuerat, non præberent, sed essent iam ab expeditionibus auersi, atque à bello abhorrerent: agros uerò colere & quietam uitam gesserent ducere, quia hostes receperant se, nec quicquam facessabant negotij: ad hæc munera subeunda compellēbat eos reliqui Athenienfium duces: nō parentes iudicij multisq; coercendo inuidiosum reddēbant imperium Athenienfium & amarum. At Cimō uim nulli afferebat Graeco. Pecuniam autē ab illis, qui nomina dare uolebant, & naues uacuas accipiebat, ipsos ex bellatōribus agricolas & negotiatores permittētes effici: Athenienfes uerò magno numero uicissim imponebat in naues, & expeditionibus subiegebat. Quare breui spacio eos fociorum dominos ipsorum præbentium stipendijs & nummis reddidit. Hos enim, qui nauigabat assidue, arma perpetuū tractabant, sustinebat & exercebat se suis

expeditionibus, quia assuescebant illi formidare & assentari: eua debant imprudentes pro focijs uctigales eorum & serui. Plut. in Cimone.

Patabant Athenienfes reliqui, calcem Persici belli esse cladem ad Marathonem barbarorum: THEMISTOCLES uerò certamentum exordium maiorum, ad quæ se ipse accingebat assidue ad Græciam protegendam, impendentiaq; longè prospiciens, ciuitatem exercebat. Ac primum uctigal Lauroticum ex argenti metallis partientibus de more inter hæc Athenienfibus, solus sustinuit ad populū ferre, ut hæc omiffa diuisione tirmes ea pecunia ad bellum Aegineticum armarent. Hoc enim uigebar in Græcia maxime, obtinebantq; numero nauium Aeginetæ pelagus. Qua de causa eos facilius induxit, neque Dariū uel Persas (nam aberant hi præcūl, nec pro certo timebant uenturos) ostentauit: uerum ciuium in Aeginetas acerbitate & amulatione abusus in tempore est ad apparatum. Si quidem ex ea pecunia centum triremes, quæ cum Xerxe depugnauerunt, paratæ sunt. Mox deducens & detrahens paulatim ciuitatem ad mare, quasi terra nec cum paribus quidem comparari ualeret, uiribus autem naualibus cum barbaros reprimere, tum Græciæ posse iura dare: pro statarijs peditibus, ut ait Plato, nauicos eos & pelagicos homines reddidit, præbuitq; ansam sui calamitatis, lancea & clypeo Themistoclem ciuibus extorere populū Athenienfem scalam & remo alligasse. Hoc designauit, uictō, ut tradit Stephobrotus, Militiæ, qui opposuerit se ei. Illo certè tempore alliam Græciæ ex mari incoluitatem, atq; urbem Athenienfem quæ fuit deleta, fuisse à triremibus erectam, cum alia, tum ipse testatus est Xerxes. Quippe legionibus adhuc integris terrestribus, ut uictus naualē citē pugna, tanquam impar hostibus consueuit fugam: Mardonijq; magis ad sustinendos à perseguendo se Græcos, quam subiugandos reliquit. Plut. in Themistocle, & Polyb. lib. 1.

Posteaquam Pelopidas Thebas à seruitute Lacedæmoniorū liberauit, THEBANI persefoli cōseruerunt quotidie manus cum Lacedæmonijs; conflixeruntq; prælijs: non illis quidem magnis, sed quæ magnam exercitacionem adferrent & utum. Vnde excitati animi sunt, & corporibus durati, peritiamq; ex consuetudine & audaciam ex certaminibus comparauerunt. Quamobrem Antalcidam aiunt Spartiatem Agessio ex Bœotia reuerso saucio dixisse: Ne tu egregiam mercedem refers à Thebanis, qui bellare inuitos & dimicare docuisti. Fuit profectū magister eorū non Agessio, sed illi qui per occasionem & cum consilio, sicut catulos perite Thebanos immiserunt hostibus, donec gustata uictoria nec animorum penitus eos: inter quos præcipuam Pelopidas laudem tulit. Ex quo enim primum belli cum duces ceperunt, non intermiserunt quoquo imperium ei deferre: sed usque ad exitum uitæ, aut facram cohortem duxit, aut ferē semper fuit Bœotarches. Plut. in Pelopida.

AGESILAVS cum assidue bello Thebanos persequeretur, ac uulnere in prælio fuisset affectus, serunt Antalcidam dixisse: Præclaram mercedem refers à Thebanis, qui inuitos & rudes pugnaire docuisti. Plut. in Apophthegmatib.

DIOGENES circumabit in Ceramicō, sipem à statijs petens: ostenditq; mirantibus, Repulsam referre meditari se. Plut. de Nimiā uerecundia.

In urbe Africæ Lepti moris est, postridie nuptiarū ut ad sponsi matrem mittat sponsa ollam postulatam: illa non det, sed neget habere se, quod noscens ab exordio focus animum nouercalem, si quid accidat postea acerbis, ne agrè ferat, neq; indignetur. Plut. in Præceptis conubialib.

M. CASSVS educatus est angustis in ædibus in duorum fratrum contubernio. Frater eius uxores superstitibus adhuc parentibus duxerat, utebanturq; mensa omnes eadē. Ob quod uel maximē uita temperans fuisse & moderatus uideatur. Plut. in Crasso.

VENCESLAVS v. à patre Vencellao reg. Boemorum regē optimo & sanctissimo Hungaris in regem datus, uixitum decennis, illorum conuersatione in omnem luxum præceptis abiit: ita ut post patrem item Boemorum rex factus, assiduis in oculis esset, & per ignauiam Poloniæ regnum propè amisisset, à scario quodam Olmuicij cæsus. Dubrauius libro 10.

OBSERVATIONE, IN- spectione.

Moris erat apud LAONES, adolefcentiores à maioribus natu rogari, Quò pergerent, & ad quid. Nō respondentem aut uelamentam causantem castigabant. Qui non castigaret se præsentē offendentem, is parū affinis culpæ erat atq; is, qui lapsus esset. At qui obiurgari agrè ferebat, in magno erat populo. Plut. in institutis Laconicis.

EXEMPLIS.

Consule Tit. Imitationis, quædam uicinos, & eos, qui-

bustum uersantur, imitantur. Sub Tit. Magistrorum militarijs disciplina, exempla eorum reperies, qui solo exemplo & conuersatione ad uirtutem accenderunt suos.

CADMVS rex Thebanus, spectatorib. ostendēs cadauer filij sui Penthei, qui cum contemneret sacra Bacchi, & illuderet ea peragentibus, à Bacchis miserè dilaniatus interierat (extat fabula apud Theocritum Idyllio 33. Ouidium item libro 3. Metam.) ad spectatores conuersus, inquit apud Eurip. in Bacchis.

Ei d' an' ois d' am' an' ois epe' p' e' o' s, es tu d' o' l' o' p' h' an' s, d' u' b' u' r' o' n' u' y' e' d' a' o' l' i' d' e' s.

Si est qui deos contemnit, ad huius respiciens mortem, existimet esse deos.

LACEDÆMONIJS, uitæ inculpatæ exēplo pueros suos docebant. Nam cum admonerent adolescentem, ut temperantiam dicerent, plurimum conducebat, ut uiderent senes ipsos quotidie temperanter uitam agere. Cum traderent præcepta parendi magistratibus, multum conducebat, ut seniores intuerentur magno studio parere magistratibus. Eosdem cum docerent, ut cibi potusq; continentiam seruarent, admodum iuabat, quòd oculis cererent senes non prius abire uentris implendi gratia, quam principes permisissent. Xenophona in Laconum republica, Stobæus Sermo. 42.

IDEM seruos in conuiuia introducebat ebrios, ut sic filios, ex seruorum turpitudine conspecta, sobrios esse docerent. Plutarchus in Demetrio.

AGESILAVS rex Spartanorum, cum cereret nonnullos ciues, quòd equos ad sacra certamina alerent, in precio haberi, & sibi placere: quòd subiceret Græcorum oculis nullius uirtutis esse, sed opum, sed sumus illam uictoriam: fore rorem suam impulit Cyniscam, ut currum conscenderet, & Olympijs certaret. Plut. in Agessio, & Apophth.

IDEM, si quando opus aliquod à militibus fieri mature uellet, ipse sub oculis omnium ei princeps manus admo-nebat. In senectute eadem disciplina utebatur, rogantiq; Cur aspera hyeme sine tunica id ætatis ageret? Quò æmuletur hoc, inquit, iuuentus exemplo eis proposito maximorum natu & imperantium. Plutarchus in Apophthegmatibus.

PLATO castigare aiebat uita sua se Speusippum, & conspectu tantum suo in disputatione Polemonecm XENOCRA- TES inuertit flexitq; Plut. de Discern. adul.

Plutarchus in Demetrio commemorat ISMENIAM Thebanum, summum tibicinem, doctoremq; accuratum eius artibus, cum mōstrasset discipulis & qui bene & qui malè tibijs uerentur, solitum dicere: Sic uti tibijs oportet: contraq; sic uti minime oportet. Vtrumque enim diligenter notatum, perfectum absolutumq; artificem reddere potest. Victorious lib. 20. Var. lect. c. 11.

Induxit Terentius in Adelphis DEMIAM rationem omnem callido seruo, qua fingebat filium, ita exponētē. Nihil pretermitto, consuefacio, deniq; inspicere tanquam in speculum, uitas omnium lubeo, atq; ex alijs sumere exemplum sibi. Hoc facio. Reddē sanē. Hoc fugio. Callidē. Hoc laudi est. Isthæces est. Hoc uitio datur. Prohibitissimē. Victorious ibidem.

DIONYSIVS tyrānus muro areas Syracufanas In litore circumdans in CCC stadia producto, aderat ipse LX millib. operarum, studiaq; laborantium nunc hortando, nunc increpando adiuebat, non nunquam suimet ministerio corporis in operam succedebat. Dio dorus libro decimo quarto. Vide Tit. Philopatias.

DIONYSIO tyranno Syracufano philosophante cum Platone, alicuiusdem studijs incredibili ardore incubuerunt. Plutarchus.

ALEXANDER Magnus deuictis Indis Susa profectus, Statyram maiorem Darij filiam sibi iunxit matrimonio iuniorum Drypetim Hephæstioni uxorem dedit. Suasit in signioribus amicis, uti exemplo suo sponsalia inirent, fecitque ut nobilissimæ Persicæ puellæ eis nuberent. Diodorus libro decimosextimo.

Rex ANTIGONVS sciscitante ex eo filio, Quādo castra moturi essent? Quid tu, inquit, an times, ne tubam solus nō euadias? Ergo ne uocem quidem creditidē occultam ei, cui regnum erat relicturn? Sanē quidem, ut temperanter gereret se in talibus & religiose, noluit eum docere. Plutarchus de Garrulitate.

MALCOLMVS Scotorum rex, hortatu Margaritæ reginæ, regio Anglorum sanguine nata, coniugis sanctissimæ, totū se uirtutibus deuouit, elemosynas ac alia pia sanctaq; opera faciens. tantumq; breui profecti, ut in tota Albionē nemo quantumuis religiosus illi par uitæ sanctimoniam haberetur: eiusque exemplum subditi strenuè sunt imitati. H. Boethius lib. 12.

T. Manlius TORQUATUS, filium, non quia contra patriam, sed etiam pro patria, tamen quia contra imperium suum, id est, contra quod imperauerat pater imperator, ab hoste prouocatus iuuenili ardore pugnauerat, licet uicisset, occidit: ne plus mali esset in exemplo imperij contenti, quam boni in gloria hostis occisi. August. lib. 5. de ciuit. Dei, c. 18.

Recte Iuuenalis, plus habere ponderis testatur PARENTVM exempla apud filios, quam multorum doctorum monita & precepta. Vnico certe malefacto grauius nocent parantes, quam multis sancte consultis preceptores profuerint. Idcirco Satyra decima quinta, sapienter sua det his uerbis:

Nil dictu foedum, uisusq; hæc limina tangat,
Intra quæ puer est: procul hinc, procul inde puella
Lenonum, & cantus pernoctantis parafiti.
Maxima debetur puero reuerentia: si quid
Turpe paras, nec tu pucri contemferis annos,
Sed peccaturo obstat tibi filius infans.

Animaduertendum est, pontificis Vxoriam, apud Rom. singularis exempli & magni documenti esse oportere, ut sicut ab omni noxa & libidine ipse mundus erat, ita uxor casta & innocens maneat. Alex. lib. 2. cap. 8.

NERO Imp. Isthmum Corinthia cum perfodere aggressus, primum ipse corbem suis extulit humeris. Lucianus.

ANTONINVS Caracalla Imp. militaria munera primus omnium obibat, siue quid fodendum esset, siue pons fluminis imponendus. Vide Tit. Phalaris.

NVMIDIAM Quadratillam sigillat Cæcilius Plinius, quod Pantomimos effusus fouebat, quam principi femine conuenit. In eo tamen prudentiam anus laudat, quod Quadratum nepotem suum adolecentem spectare nec domi nec in theatro Pantomimos suos permisit: cum que uel illos audiret, uel animum calculorum lusu laxatura, solita nepoti esset iubere, abire, atq; studeret. Idem auctor, HISPVLA uxor suæ amittit maximas agit per epistolâ gratias, quod uxorem suam apud ipsam educatâ, suabus atq; exemplis ad rectum honestumq; fixerit, nihilq; in illa domo uiderit nisi sanctum & imitandum. Ludo. Viues de Christiana femina lib. 2.

De sua institutione Horat. lib. 1. Sermonum, Satyra 4. hæc scribit, digna quæ & memoriæ commendentur, & uiuis imaginibus exprimentur:

Inuenit PATER optimus hoc me,
Vt fugerem exemplis uitiorum quæq; notando.
Cum me hortaretur parè, frugaliter atq;
Viuerem uti contentus eo, quod mi ipse parasset:
Nonne uides Albi ut malè uiuat filius: utq;
Barus inops? magnum documentum, ne patriam rem
Perdere quis uelit. A turpi meretricis amore
Cum deterreret: Sectani dissimilis sis.
Ne sequerer mæchas, concessa cum uenere uti
Possim: Deprænsi non, bella est fama Treboni,
Aiebat. Sapiens uicatu, quidq; petitu

MAGISTRI, PRÆCEPTORES ALIORVM.

POPVLI, CIVITATES.

ALEXANDRINI tum Græcos tum Barbaros ferè omnes encyclicas disciplinas denudò docuerunt, cum propter successum Alexandri Magni interstina bella literæ bonæ ferè intercidissent. Athen. lib. 4. cap. 24.

Euripides in Troadib. GRACIAM uxorq; deum appellauit eximie, non tam propter studium suscipiendi alendiq; liberos, quam eosdem rectè educandi. Victorius lib. 27. Variarum c. 5.

ROMANI quotannis sex optimatum filios ad sex Hetruriae populos mittebant, ut auguralem scientiam discerent. Alex. lib. 5. cap. 19.

BRITANNIAM Gallie bis magistrum fuisse accepimus. Veterum Gallorum disciplina, inquit Cæsar, in Britannia reperta, atq; inde in Galliam translata esse existimatur. Et sic qui diligentius eam rem cognoscere uellent, plerumq; illò discendi causa proficiscebantur. Confirmat hoc ipsum Aemilianus lib. 1. cap. 6. de gestis Francorum. Deinde cum barbaris, afflicta Romanis bellis Gallie libertate, omnem quoq; disciplinam afflixisset, ex eadem insula Flaccus Albinus, uel Alcumus, Carolo Magno honorificè acceptus, liberales artes in Gallia rursus excitauit, primaque Parisiensis Academiæ fundamenta posuit. P. Ramus in proœmio Mathematicum.

LEGISLATORES.

LYCVRGVS affuecit ciues, ne uellent, neu scirent priuatum uiuere: uerum ut apud more ad Remp. cõglobati semper, & inter se circa principem uolucati, afflatuq; lymphatico atq; gloriæ siti tantum non mente alienati, patriæ essent toti addicti. Plut. in Lycurgo.

Sit melius, causas reddet tibi. M. satis est, si Traditum ab antiquis morem seruare, tuamq; Dum custodis eges, uitam famamq; ueri Incolumem possim. Simul ac durauerit ætas Membra, animamq; tuam, nabis sine cortice. Sic me Formabat puerum dictis, & siue iubebat Vt facerem quid, Habes audirem, quo facias hoc, Vnum ex iudicibus selectis obijcebat: Siue uetabat, An hoc in honestum & inutile factu Néc ne sit, ad dubites? flagret tumore malo quum Hic, atq; ille. Auidos uicinum funus ut ægro s Exanimat, mortisq; metu sibi parere cogit: Sic teneros animos aliena opprobria sæpè Absterrent uitijs. Ex hoc ego sanus ab illis, Pernicem quæcumq; ferunt, medio cribus, & quis Ignofcas, uitijs teneor. Horat. lib. 1. Sat. 4.

Cum PAULA Romana Bethlehemæ uirginibus lanquentibus largè præberet omnia, & esum quoq; exhiberet carni: si quando ipsa ægrotasset, sibi non indulgebat Hieron. in epitaphio.

MANVEL Comnenus Imp. urbis Dorylæi iustitiatione aggressus, ipse primus saxa humeris portare cepit. Vide Tit. Phalaris.

FRANCISCVS I. Gallorum rex, ut primùm literas, à quibus sui maiores semper abhorruerant, amare cepit, statim secuta nobilitas est: deinde reliqui ordines tanto studio bonas artes conquisierunt, ut nusquam literatorum extitit copia maior. Ioan. Bodinus Methodi histor. cap. 6.

OPATIO.

CYRVS rex deuictis Lydis imperauit ex consilio Croesi, ut cauponiam exerceret, neq; tractarent arma, sed uelut terram usq; demissa uicerent, quæ olim mollitiem indicabat: ut ad eum modum ueluti in feminas transformati, ad rebellionem fierent inutiles. Herod. lib. 1.

RELIGIONE.

Inter philosophos uix alium reperias, qui religiosus instituerit adolecentiam, quam PYTHAGORA sunde & superstitionis non nihil admiscuit, quod rudis ætas, quemadmodum & indocta multitudo, nudis & apertis philosophiæ præceptis regi non queat. Huc nimirum pertinebat carminum interdicitus eius, holerum commendatio, & quinque mensis abstinentia, postremò Symbolorum uelut oracula quædam, prius ediscenda quam intelligerentur. Erasmus in Adagijb.

PRÆMIIS.

VERRIVS Flaccus libertinus docendi genere maximè inclinat, cum pueros inter se committeret, non solum materia quam scriberent, uerum etiam præmio proposito. id est, liber aliquis antiquus, pulcher, aut rarior. Quare ab Augusto præceptor quoque nepotibus eius electus, transiit in Palatium cum tota schola. Docuit in atrio domus Catilinæ, & sextertia centena in annum accepit. Sub Tiberio obiit. Prænestæ statua ei posita est, propter factos ordinatos.

ALEXANDRI Magni legibus innumeri homines uti sunt & utuntur: beatoresq; quæserunt ab Alexandro subacti illis, qui ei sunt elapsi. Hos enim ex misera uita exemit nemo, illos agere compulit uictor in felicitate. Plut. de Alex. fortuna seu uirtutib. orat. 1.

HEROES.

De CHIRONE, uide supra, Institutio proba. Romæ ara fuit Hercules & Musarum communis: quia literas docuit HERCVLES Euandrum, ut in historia Liba prodidit: & consuebantur facere præclarè illi, qui amicos & propinquos erudiebant. Serò cooperit mercede docere, ac primus aperuit ludum literarium Sp. Caruilius, Caruilius illius, qui coniugem principis repudiavit, libertus. Plut. in Quest. Romanis.

REGES, PRINCIPES, MAGISTRATVS.

CLEMENS Leonidæ F. rex Spartanus, qui sublati Ephoris ad Lycurg leges ciuitatem reuocauit, omnium ipse erat doctior. Erugalem, simplicem, nulla relicentorem aut splendidiorem cæterorum cultum suum tanquam temperantiæ exemplum proponebat. Quod ad negotia Græciæ ei præbuit non nihil momenti: siquidem cum alios reges Græci adirent, non ita opes & luxum eorum superabant, ut exacerabantur superbiam & fastum tumidè & asperè cum appellantis ipsos agentium. Cleomenem cum adirent, qui rex & uerè erat & dicebatur: neq; purpuras circa cum, neq; lænas, neq; lectulorum conspicerent uel lectularum instrumentum: neque per nuncios & ianitorum gregem, uel per libellos grauatim & cum difficultate respondènt: uerum illum ipsum pallio amictum plebeis ad salutationes

PÆDAGOGI. HQ. RVRVS VEL Publici. Ludimagistri.

Hæc Titulum Grammaticorum accommodato.

occurrentem, colloquentemq; & uacantem exporrecto uultu humanoq; ad euntibus: his artibus capiebantur & ducbantur, solumq; ab Hercule illum prædicabant ortum. Plutarchus in Cleomene.

HIPPARCHVS Pilsitrat F. quamuis tyrannus, sapientiæ tamen studia promouit, omnig; studio annexus est, ut optimis imperaret. Ciues igitur primùm in urbe erudit curauit. Mox etiam eos qui in agris erant. Nam electis his quæ sapientissima esse iudicabat, ea elegiacis uersibus complexus, statuis Mercurialibus quas Hermas uocauit, & in medio ciuitatis, & in singulis tribubus erexit, inscripsit, uti etiã præterentes sapientiæ præcepta discerent. In qualibet enim statua duo erant epigrammata. In sinistra quidè parte Mercurius dicebat, se in medio populi & ciuitatis consistere. In dextra uerò sic: Admonet Hipparchus, iusta tenere uelis. In uia Steriaca legebatur: Admonet Hipparchus, Ex omni parte cauendum, Ne quis amicum ausit decipere improbius. Plato in Hipparcho.

AVGVSTVS Cæsar rectorem solitus est apponere ætate paruis, ac mente lapsis, donec adolefcerent, ut respicerent: ac plurimum liberos & educauit simul cum suis, & instituit. Suetonius.

CAROLVS Magnus Burchardo Herbipolensi episcopo duo decim adolefcentes, ex illustribus patribus Saxonom natos, quos ostes acceperat, seruandos & erudiendos in doctrina pietatis commisit: ut narrat Capgrauus & Lelandus, teste Balæo Centuria 13. cap. 57. Osnaburgensi episcopo scholam aperire præcepit. Cranzius in Metropoli libro primo capite secundo.

CVRATORES.

LYDVOVICVS Hungariæ & Boemiæ rex, XI annorū puer Vladisao patri successit: qui si nactus fuisset educatorem, qualem oportuit Regem habere, qui non solum corporis uitæq; curam suscepisset, sed multò magis optimam uiuendi rationem menti eius indidisset, tam bona indoles, quæ in puero emicuit, sopita nunquam fuisset. Nunc alior morumq; formator ei patris uoluntate GEORGIVS Marchio Brandenburgensis obtingit, bonus ille quidem princeps, sed cui conuiuia, theatraq; & arena, in qua hastis concurritur, ludiq; & choreæ magis cordi erant, quam feria studia: quæ mox deliciae Ludouicum sic profecuta sunt, ut cõsultationes de regno grauiores uirare cane petiis & angue. Dubrauius libro trigessimotertio.

Carolus IV. Imp. moriens Venceslao VI. filio, regi & Imp. itidem, moderatorem consiliorū omnium dederat IOANNEM archiepiscopum Pragensem: cui Venceslaus auscultare suisq; cupiditatibus modum imponere solebat. At eodensueto, eum rectore destituit, in omne genus scelorum præceptis abijt. Dubrauius lib. 23.

AMATORES.

SPARTANI pueros si quid deliquissent, ætatis nomine excusatos habebant: amatores illorum negligentis institutionis causa puniebant. Plutarchus in Lycurgo, & Aelianus libro 3.

Fuit olim in Hispania Ciuitas, in qua iuuentus otio atq; opulentia perditâ, nihil præter conuiuia, saltationes, amores, lusus curare cepit, cum magno seniorum moerore, qui ex ijs initijs grandem Reipubl. suæ iacturam augurabatur. Eorum quidam cum animaduertisset hos iuuenes de uoluntate ac iudicijis feminarum pendere, auctor reliquos senibus fuit, ut quisque filius suis, & nurbis declararet, quo in discrimine sita essent ciuitatis res, quæ ex florenti ac felice, miserima ac perditissima esset futura, simul primùm amantissimi homines administrationem illius suscepissent: feminas uerò, quæ nunc molliter per opulentiam ætatem agerent, inuensis negotijs in egestate atque inopia rerum omnium durissimam toleraturas uitam. Vnicum restare hisce malis remedium, si illæ, quarum censuris iuuentus tan-topere tribueret, ad prudentiæ illos studium, curamq; publicæ salutis extimularent. id futurum persicillè, si saltatores, loquaces, ineptos, conuiuatores, ludibundos, aperta significatione fastidij desingerent atque auerfarentur: probò autem, moderatos, sobrios, comiter ac beneuolè exiperent: hos laudarent, tanquam futuros aliquando columen & tutelam patriæ: ut uerarent illos, ut nequam & perditos adolefcentes, nullius frugis, & patriæ futuros decori: atq; exitio. Placuit senibus consilium, idq; FEMINÆ, ut in tā manifesto periculo, acutissimè exequuta sunt. Breui itaq; tempore iuuentus ita est commutata, ut è proficillissimis ac perditissimis, cordatissimi uiri euaserint, atque illa ciuitas multò deinceps florentior fuit sub his iuuenibus, quam sub illis senibus fuerat. Ludouicus Viues de Christiana femina libro primo fe puerum hæc historiam audiuisse scribit.

PHEMIVS ludimagister Smyrnaeus, cui Critheis Cornina ex furto concubita prægnans elocata fuit, & non multo post ad Meletem flumiuium filium peperit, quem Meletigenem uocauit. Eum Phemius moriens & opum heredem & scho læ successorem reliquit. Qui postea cum in peregrinationibus uisum amississet, lingua Acolica HOMERVS, quasi cæcus, dictus est, & scriptis suis artem poetiæ occupauit. In præceptorem & altorem gratis, somen illius suæ potest in seruit. Docuit in Chio priuatum filios cuiusdã locupletis hominis ad Bollissum uicium, & in eorum gratiam Cercopas, Batrachomyomachiam, Epichchidas & alia puerilia scripsit: deinde in ipsa urbe Chio publicè docuit. Herodotus & Plutarchus.

CALIMACHVS poeta clarissimus literas publicè docuit in Eleusini Alexandria uico: dein in aula regis diu uersatus est. Olymp. 123. Gyrard. Dial. 3. Hist. poet.

ATROMETVS literarum magister Athenis, Aeschinus oratoris summi pater, Plutarcho teste.

DIONYSIVS iunior tyrannus Syracusanus, regno per Dionem pulsus, Corinthum abijt: ibiq; in extrema paupertate constitutus, ludum literarum aperuit: tanta solitudine, ut Diogenes iocatus sit, eum cum Musis & Apolline duodecim habere discipulos.

ARISTEAS Proconnesius, cum esset in sullonis cuiusdã officina in Proconneso mortuus, eadem die atq; hora à multis in Sicilia uisus est, literas docens. Quod cum eis sapienter euenisset, & per multos annos innotuisset, ac trebidus in Sicilia se eius imago offerret: Siculi aram ipsi posuerunt, atq; ut heroi sacrificarunt. Apollonius in hist. mirab.

Primus CARBILIUS iuuentum Romæ ludum aperuit: Sp. Carbilij libertus, qui uxorem repudiavit primus. Alexan. lib. 2. cap. 25. & Plut.

CRAATES Mallores legatus & philosophus primus Romæ per legationis uicem grammaticas fecit acroases, teste Tranquillo de illust. gram.

PORTVS Licinius primus Romæ poetiæ doctus scribitur à Seruio, his uerbis:

Punico bello secundo Musa pennato gradu Intulit sese bellicosam in Romuli gentem feram; Gell. lib. decimo septimo, capite uigesimo primo.

VAL. Cato grammaticus & poeta, nobiles Rom. erudit. Q. RHEMIVS Palæmon uicinus, Romæ publicè docuit: Vide tit. Grammaticorum.

Literas Latinas Græcasq; tum & præcepta dicendi edoctus est Iulius Cæsar à M. ANTONIO Gniphone, homine Gallo, qui magno ingenio uir, ac singulari memoria, præterea moribus comis, & natura facilis, primò in ædibus L. Cæsaris patris Græcam Latinamq; Grammaticam & Rhetoricè edocuit: hinc in suis ipsius: multa discentiū liberalitate cõsequutus, quum nunquam pacifceretur de mercede. Suet. lib. 2. cap. 17.

PÆLIVS Pertinax Ligur, patre libertino natus, literis & calculo puer dedit operam: in Græcis inprimis eruditus. Sulpitium Apollinarem audiuit, post quæ Grammaticam publicè professus est. Exinde per diuersa officia ad imperium Romanum ascendit. Quomodo Nicolaus V. & ipse Ligur, ad Pontificatum peruenit. Gyrardus Dialogo 5. Poet. hist.

TABERIVS Hiera grammaticus nobilissimus, Brutii & Cassium docuit, ut testis est Suetonius de illustribus grammaticis, capite duodecimo: tantaq; honestate præditus fuit, ut temporibus Syllanis proscriptorum liberos gratis & sine mercede ulla in disciplinam receperit.

FLACCVS Albinus, uel Alcuinus, post Bedam & Adelmum Anglorum omnium eruditissimus, in schola Cantabrigienfi artes professus est. Ab Offa Merciorum rege ad Carolum Magnum pacis causa missus, Caroli præceptor in Dialecticis, Rhetoricis & Astronomicis fuit, anno 790. Plurima scripsit. Carolus eum in monasterio D. Martini Turonensis abbatem fecit. Hen. Esfordienfis cap. 69. & Vincentius lib. 23. cap. 173. & Sigebertus.

OTHRICVS secundus Magdeburgensis archiepiscopus, uir ex tēpitate doctissimus, non minus fama auditores etiã suos illustrauit. Qui enim Othricū meruisset audire præceptore, ali quid sibi supra cæteros accepisse uidebatur. Cranzius lib. 3. Metrop. cap. 37.

Priuari, Magistri

Heroum.

Cum Hercules adoleuisset, iaculandi artè à TEVTARO Scythia pastore, ut ait Iacius, hausit, uel à Rhadamanthio. Alij ab Amphitryonis pastoribus: alij à Chirone & Thestia de malunt: Theocritus, ab Euryto quodam. A Lino Apollinis filio literas didicit, musicã ab Eumolpo: iustam & artes ceteras

terras ludicras ab Harpalyco Mercurij & Phanopes filio: ab Autolyco curru agitare: equitandi peritia ab Amphitryone. Qui fuerint magistri in singulis facultatib. docet Theocritus. Natalis Comes Mythol. lib. 7. cap. 1.

CRIVS, hoc est, Aries, Phryx pædagogus fuit. Cuius opera hœuercali odio subtractus, ad Colchos euasit, ubi ab Acea rege immolatus est. Pellis ei detracta, in templo suspensa & deaurata, uelleris aurei fabulæ occasione dedit. Sab. libro 5. En. 1.

Cum educaretur à Pitheo auo materno Thefeus, rectorem eū habuisse & pædagogū nomine CONNIDAM, cui ad hoc usq; æuum prædicæ Thefeorum artem immolant, memoriam eius celebrantes & honorantes, iustius, quam Silanio nem uenerantur & Parrhasium, Thefei imaginum pictores & plastas. Plut. in Thefeo.

CHIRON & PHOENIX Achilles præceptores fuere: in medicina Chiron, in moribus Phoenix. Testatur Phoenix apud Homerum, à patre Peleo se custodem ei & præceptore dātū esse, μὴδων τε ἐπιτήρησιν ἰδρύσας, περιήγησά τε ἐργων. De Chirone Pin datus ode 3. Nemeorum:

ἄσθον ἄσθον χείρων
πρῶτον λήθην τ' ἴατρον, ἔδδον τήγαν
ὅς ἐπειτ' ἐν ἀσκληπιῶν
τὸν φερέμενον δίδαξεν
μελεπλοχέου νόμον.
νύμφη δὲ αὐτὸς ἀγλαΐα φέρων
βριχίος βύρασθαι ἕρπονι τί οἱ φίλε-
παιον ἀπὸ τῶν ἀρξάνων
νοισι πῶτα θυμὸν αὐξάνων.

Profundus consilio Chiron educat lapidea Iasonē in domo: deinde etiam Aesculapium, quem pharmacorum doctur per manus molliter apparandorū artē. Despondit etiā Peleo clarā Nerei filiam, filiumq; eius excellentissimum educat molliter, uirtutibus cunctis animū eius exornās.

Regum, Principum.

Multi Alexandri Magni institutioni apppositi fuerunt nutritij, pædagogi, & magistri appellati: quibus omnibus impostus LEONIDAS erat uir & moribus seuerus & propinquitate Olympiada contingens. Hic pædagogi nomē cum honesto & specioso coniunctum officio repudiabat, atque ab alijs dignitatis & necessitudinis causa nutritius Alexandri & rector uocabatur. Ille qui speciem pædagogi & uocabulum sumebat, LYSIMACHVS natione Acarnan, urbanitate nulla præditus erat alia: sed, quod Phœnicem nominaret se, Alexandrū Achillem, & Philippum Pelea, ideo gratus erat, & secundum locum tenebat. Vide Tit. Fidei erga præceptores. Porro ingenium eius considerans Philippus non facile impelli, quod relucere uolentibus, sed rationibus promte ad officium duci: etiam ipse suadere potius quam imperare tentauit ei. Musicæ & triualium artium doctoribus nequaquam credens institutionem & expolitionem eius: quod rem duceret magis arduam, atque eam, quæ haberet, ut apud Sophoclem est,

Multis opus frænis, etiam clauis simul.

Philosophorum clarissimum & eruditissimū acciuit ARISTOTELEM, præmium quæ ei dedit institutionis præclarum & decorum. Stagiram patriam Aristotelis, quam excederat, iterum frequentaui incolis: ciuesque, qui in exilio aut in seruitute erant, reduxit domum. Ludum eis & studij locum Nymphæum prope Miezam assignauit: ubi & hac ætate sedes Aristotelis lapideas, & ambulationes umbrosas monstrant. Opinio est Alexandrum ab eo non ethica modò & politica præcepta percepisse, uerum etiam ex interioribus & grauioribus disciplinis, quas acroamaticas & epopticas illi peculiariter nuncupant, neque efferebant in uulgus, attigisse. Medicinæ quoque studio imbutum ab Aristotele Alexandrum putant. Nam quæ non tantum commentatione eius delectatus est, uerum multas etiam amicis succurrit in morbis, præscripsitque certa remedia & rationem uictus, quod ex epistolis eius discas. Plutarchus in Alexandro. Extrahodie exemplum epistolæ Philippi Macedonum regis, qua terror ille Græciæ testatur, nō magis se latari quod Alexander filius natus esset: quam quod Aristotelem haberet, cui puerum tradere posset institrendum. Gell. lib. 9. cap. 3.

APOLODORVS Pergamenus Augusti præceptor, à libidine & iracundia illum prudenter retraxit. Strabo libro decimotertio.

THEODORVS Gadarensis sophista, seruili ortu genere, magister Tiberij Cæsaris. Suidas.

SENECA philosophus, Neronis præceptor, ab eodem, ob plagas quas puer acceperat, in solis aquæ calidæ uenas secare iussus, perijt.

ALEXANDER Aegæus, Peripateticus, præceptor Neronis, unā cum Chæremone philosopho, Neronem uocabat τῶν

ἄν ἄσθον ἄσθον χείρων, lutū sanguine maceratum. Suidas. Traianus Imp. PLVTARCHO Chæronensī, quo cum familiarissimè uixit, & qui plura ingenij sui monumenta ad eum scripsit, uisus est præceptore. Cuspinianus.

M. Antoninus Philosophus, patre mortuo, ab auo paterno adoptatus, præceptoribus traditus est. Plurimum deulit FRONTONI Cornelio, cui statuum à Senatu impetrauit, & APOLLONIO Chalcedonio Stoiico, ad cuius domum discendi causa accedere solebat. Plerosque alios insignes philosophos audiuit, ut Sextum Chæronensem Plutarchi nepotem, Iunium Rusticum, Claudium Maximum, & alios multos, quibus honores maximos exhibuit, imagines eorum aureas fecit, condiscipulos quincetiam diuitijs auxit. Cuspinianus:

L. Verus Antoninus præceptores habuit SCAVRVM Grammaticum Scauri filium, eius qui Hadriani præceptor fuit: Græcos TELEPHVM atque Harpocrationem. Rhetores Apollonium Celærem, Caninium Rufum, Herodem Anticum: philosophos, Apollonium & Sextū Chæronicum. Volater. lib. 23. Anthrop.

Comodus Imp. habuit præceptores ONESICRATEM Græcum grammaticum, Latinū uerò Capellam Antistium, oratorem Atreium Sanctum. Lampridius.

ANTIPATER Hierapolitanus Seueri Imp. filiorum præceptor, à quibus & honoris ergò Deorum præceptor appellabatur. Quæ uox in proeuerbium cecit, ut qui principes erudiunt, deorum dicantur institutores. Fuit idem Seueri ab epistolis, cum in ea re ita excelleret, ut omnibus alijs præconi posset. Seueri etiam res gestas historia complexus uidetur. Cælius libro uigesimo primo, capite trigesimo tertio A. L.

FAB. Quintilianus à Domitiano Imp. sororis filiorum institutioni præfatus. Gyradius Dialogo 5. Hist. poet. Alexander Seuerus Imp. à prima pueritia bonis artibus tam ciuilibus quam militaribus fuit institutus, matre Mammea procurante, quæ ei nobilissimos quoque præceptores adhibuit, Valer. CO RDVM, T. Viturium, Aur. Philippum, Iulian. Frontinum, Bebium Macrinum, & alios multos. Cuspinianus.

LACTANTIUS Firmianus Crispum Constantini Imperatoris filium in Gallia literis erudiuit. Ad eò pauper, ut plerunque necessarius egeret. Poggij de Felicitate principum, & Platina.

POSTHVMVS, præfes Galliarum à Valeriano Imp. ob morum grauitatem cōstitutus. Ei Galienus filium Saloninum credidit instituentem. Galli imperatore posthumum elegerunt ob contemtum Galieni, & Saloninum interfecerunt. Cum annos septem Gallias instaurasset, Germanorū incurfiones cohuiisset, interectus est cum filio posthumo iuniore. Cuspinianus.

ANATOLIVS Theodosij Imp. præceptor, uir probus & diuiciarum cōtemtor. Volaterranus libro decimotertio, capite tertio Anthrop.

Zonaras refert ARSENIUM diaconum fuisse Romanæ ecclesiæ, eruditione & uirtute celebrem: cuius disciplinæ Theodosius Imp. duos filios Honorium & Arcadium, literis imbuendos, tradidit: cum quæ ijs non ut cum imperatoribus, sed tanquam plebeijs agere cum iussit: plagas etiam adhibere, sicubi officium non facerent. Imperator aliquando de improbitate Arsenij ludum ingressus, cum pueros in sellis collocauos, Arsenium stantem docendi munere fungi deprehendisset: grauter indignatus præcepit, ut pueri posthac stantes discerent, Arsenius uerò sedens doceret. Plagas ab eo aliquando pro delicto certo Arcadius acceperat, & iratus, insidias præceptorī comparauit, perussore subornato. Quod consilium Arsenius animaduertens, aula relicta, clam in solitudinem Seethin Aegypti se contulit, ibique solitariam uitam professus est. Ab imperatore autem diligenter quæsitus, ipuceniri nusquam potuit. Nicephorus libro duodecimo capite uigesimo tertio tradit, Arcadium ipsum, cum sanctissimè in solitudine uiuere Arsenium cognouisset, misisse ad eum, qui nomine suo ueniam delicti sui simul, & benedictionem ab eo peterent.

AVSONIVS Burdegalensis, Valentiniani Cæsaris F. Gratianum erudiuit.

SERENVS Sammonicus Gordiani Iunioris principis præceptor fuit. Legauit eidē bibliothecam suam sexaginta duomillia uoluminum cōtinentem. In balneis à Caracalla trucidatus. Spartianus, & Capitolinus.

MAXIMVS philosophus Platonius atque magus, Epirotæ uel Byzantius, præceptor Iuliani principis, cui dedicauit etiam sua in Aristotelem commentaria. Volateranus libro decimo septimo Anthrop.

LONGINVS philosophus Syrus ex Palmyra ciuitate, præceptor Zenobiæ Palmyræ reginæ, interfectus ab Aureliano, in gus urbis direptione. Vopiscus.

CASSTODORVS Rauennas præceptor Theoderici regis Gothorum. Volat. lib. 14. cap. 2. Anthrop.

Carolus Magnus primò usus doctore PETRO Pisano fene Diacono, in Gramaticis: in cæteris disciplinis, ALBINVM siue Alcinum obseruauit, Anglum natione, Bedæ auditorem, multas eruditionis uitum: inter cuius scripta etiā Glossa Bibliorum ordinaria connumeratur. Hunc ex regis Britannij legato hospitem primū fecit, ex hospite præceptorē, eiusq; iussu Parisiense gymnasium extulit: inde Papiensē, postea quam Longobardos perdomuit. Cuspinianus, & Cranzius lib. 2. Saxoniz c. 7.

Literis Leo philosophus Imp. initiatus fuit Byzantij. Rhetoricam, Philosophiam, Arithmeticam, & reliquas scientias in Antro insula didicit, ibi uersatus cum MICHAELO Psello. Cedrenus.

GILBERTVS Floriacensis monachus Gallus, philosophus insignis, Othone III Imp. & Robertum regē Francorum erudit. Huius opera Remensis, illius uerò Rauennatenfis, & tandem Romanus factus est episcopus sub nomine Syluestri II. Vincentius, Antoninus, Platina, Aemilius lib. 3. Sigonius lib. 7. regni Ital.

LANFRANCVS Cantuariensis antistes, Gulielmi Ruffi Anglorum regis feram naturam, rabiem, furorē, coereuit: conciliari parti studio Anglorum armis eidem. Quæ res principij salutis fuit: nam ille omnino animo cōiuratorum occubuisse, nisi Lanfrancus id malū auertisset. Eo mortuo Rufus, perinde ut solutus uinculis, omnia repagula iuris, pudoris, & officij preterijt, præcepitq; in omnē licentia abijt. Polydorus lib. 10.

Alfonsi Aragonum & Siciliæ regis præceptor fuit ANTONIVS Panormita, qui & uitā eius luculentissimè descripsit. Galeacij Sforciæ Mediolanensem Ducis præceptor fuit COLA siue Nicolaus Montano: qui cum principem uirgis fæpe cæcidisset, ab eodem iam fenex uirgis cæsus, lege talionis, iudicatusq; cupidus, Hier. Olgiatum ad tyranni eadem incitauit. Iouius in elogio Galeacij.

IOANNES Iouianus Pontanus natus Cæretē Vmbriæ oppido, patre Iacobo Pontano à factiosis ciuibus interfecto, Neapolim profugit, ubi tandē Alphonsi iunioris regis præceptor & epistolarius magister extitit. Philosophus, orator ac poeta insignis.

PHILIPPVS Callimachus Tufcus, orator & poetā, uersatus aliquandiu in aula Pij II. Cùm Paulus II. Pp. Põmponium Lærum, Platinam, & quosdam alios uiros eruditos, amicos Callimachi, siue quod de religione malè sentiret, siue quod in se conspirare dicerentur, comprehendi iussisset, Callimachus Cazimiro adhuc regnante in Polonia profugit, & pro præceptorē regis filij fuit. Ioannes Albertus rex factus, Callimachi præceptoris arbitrio omnia ferè gerebat. Perijt fluxu uentris, anno 1496. Cromerus lib. 30.

GALEOTTVS Martius Mathiæ Coruini Vngariæ regis. Iouius in elogijs.

Maximiliani primi ENGELBERTVS quidā pius homo, postea ab Imperatore Nouæ ciuitatis in Austria (quæ patria Imperatoris erat) episcopus institutus. Cuspinianus.

Leo X. pontifex bonus literis à prima ætate diligenter institutus, præceptoribus usus doctissimis, cum alijs, tum maxime ANGELO Politiano, uiro uirtusq; inguē callētissimo. HADRIVS VI Pontifex, Caroli V Imp. præceptor fuit.

Doctorem hominum.

Consule Tit. Grammaticorum, Rhetorum, Poetarum, Theologorum, Mathematicorum, quatenus discipulos doctos post se relinquant.

FRONOPIS Homeri, Agonas Zoroastris, Pherecydes Pythagoræ, Pythagoras Alceonis Crotoniatæ præceptor fuit. ZARATA. Pythagoræ fuit præceptor. Plutarchus de Animæ ortu.

THALES Milesius Anaximandri & Anaximenis Milesiorum: Anaximenes Anaxagoræ Clazomenij: Anaxagoras Archelai Milesij, Carneadis, Socratis, Euripidis: Archelaus Xenophanis: Xenophanes Parmenidis Eleatis. Laertius.

PARMENIDES Melij Samij, & Zenonis Eleatis: Zeno Leucippi Eleatis, Leucippus Democriti Abderitis, Democritus Protagoræ Abderitis. Laertius.

In Euthydemo Platonis Socrates CONNVM præceptorem fuit, à quo senex fidibus canere didicit, ludibrij causa à pueris uocatum fuisse γέροντα δὲ δόκον inquit. SOCRATES Platonis, Xenophontis, Antisthenis, Aeschini, Atheniensium, Aristippi Cyrenæici, & Euclidis Megarensis. Laertius.

ARISTIPPVS Cyrenæicorum princeps, Aretes filius, Ptolemæi Aethiopijs, Antipatri Cyrenæi. ARETÆ Aristippus filius, ob idipsum μετὰ τὸν δόκον dictus: huius Theodotus discipulus. Idem.

STILPO Megarensis, Euclidis auditor, Menedemi Eretrienfis, Timonis Nicæi. Idem.

PLATO Speusippi Atheniensis, Xenocratis Chalcedonij, Aristotelis Stagiritæ, Dionis Syracusani, Heraclidis Pontici, Laikheniæ Mantinæ, Axiotheæ Philisæ. Idem.

ARISTOTELES Theophrasti Erejsij, & Menedemi Eretrienfis: Theophrastus Demetrii Phalerei, & Stratonis Lampfaceni. Strato Lyconis Troadenfis, Xenocrates Epicuri Atheniensis. Idem.

ANTISTHENES Diogenis Sinopenfis: Diogenes Monimi Syracusani, Cratetis Thebani, Cares Zenonis Citriæ, Metroclis Maronitæ, eiusq; sororis Hipparchiæ, quam in uxorem duxit. Laertius.

ZENO Stoicorum princeps, Cleanthis Assij: Cleanthes Chryssippi Solensis, Chryssippus Erasistrati medici.

EPICVRVS Metrodij Atheniensis, Polyæni Lampfaceni, Leontie Atticæ meretricis. Laertius.

Euripides Atheniensis, à corporis cura ad excolendi animi studium transfessus, auditor fuit ANAXAGORÆ Clazomenij physici: atque unā etiam cum illo uixisse, Dionysius Halicarnassensis in Rhetoricis scribit: idq; præcipue cognosci a se ipso poetæ fabula Menalippe sapiente, ubi eius philosophi placita inserit. Meminerit huiusce rei Grcij scriptores, inter quos Dio dorus, Eusebius, alij. Vitruuius uerò de rerum principijs agens, Euripides, inquit, auditor Anaxagoræ, quem philosophum Athenienses scenticum appellauerunt, &c. Idem Athenæus in quarto, ubi de Phæce agit: καὶ ἀπὸ αὐτοῦ φησὶν ὁ σαρπηδὸς ἔσθ'· φιλόσοφος. In Rhetoricis Euripides magistrum habuit PRODICVM Cœum: in morali uerò philosophia SOCRATEM. Gyradius de Poetis.

CARNEADES Clitomachum, qui antè dicebatur Asdrubal, natione Pœnum, Græcorum mores induere compulit. ZENON Babylonium Diogenē ad philosophiam traxit. Plut. de Alexandri fort.

HIPPOCRATES Cous præceptores habuit Heraclidem patrem suum, ex genere Aselepiadarum: dein etiam Herodicum, Gorgiam Leontinum rhetorem audiuit, & Democritum Abderitem philosophum, ad quem curandum ab Abderitis euocatus fuerat. Soranus in eius uita.

Demosthenes rhetor ISEO usus est ad dicendū dūce, quamuis scholam eo tēpore haberet Iſocrates: uel quod ob orbitatem pendere Iſocrati præfinitam mercedem non ualere decem minas, uel quod dictionem ut neurosam & uersutam Iſci ad usum præferret. At Hermippus, fuisse Platonis Demosthenem auditorem scribit, atq; illud plurimum ei contulisset ad dicendum. Refert itē Ctesibium dicere Demosthenem à Callia Syracusano & nonnullis alijs clam accepisse & considerasse Iſocratis atque Alcidasantis artificium. Plut. in Demosthene.

LÆLIVS M. Varronis, SIO & PARTHENIVS Græcijs Vergilij, ORBILIVS Horatij, PALÆMON & Fl. Virginius Persij præceptores fuere.

Cicero schola relicta puerili PHILONI dedit operam Academicam. quæ Romani supra cæteros Clitomachi alumnos & ob dicen di facultatē admirati sunt, & dilexerunt ob morum suauitatem. Simul etiam Mutium Scaeuolam factus est consultum uirum & principem senatus, ex quo iuris prudentiam hausit. Ut applicuit Athenas, Antiochum Alcaionitam audiuit, uolubilitate captus & uenustate eius orationis: opinionum uerò eius non probauit nouationem. Iam enim à uetere, quam uocāt, Academia desierat, Carneade scētæ Antiochus defertor, uel euidencia permotus & sensibus, uel, ut alij dicunt, ambitione aliqua & dissentione cum Clitomachi & Philonis discipulis, Stoica præcepta ubiq; ferè mutata sententia amplexus: Cicero autē maluit illis inhærrere, atq; illa sequi. Inde in Asiam & Rhodum nauigauit. In Asia Xenoclem Adramettinum, & Magnetem Dionysium, & Menippum Carem audiuit: Rhodi Apollōnium oratorē Molonis filium & philosophum Posidonij. Plut. in Cicero.

Galenus medicus primū à Stoiico præceptore Philopatoris discipulo uirtutis studia animiq; tranquillitatem aliquam hausit, & mox à Platónico CAYO aliquam rerum diuinarum cognitionem, & deinde à Peripatetico Aspalsij discipulo naturalium præcipue (quamuis enim ex philosophijs istis alias quoq; philosophiæ partes singuli tractent, in illis tamen quas dixi excellunt) postremò autem in Epicureum incidit, qui nimium in uoluptate, non ut reliqui ferè in usu uirtutis, felicitatem hominis collocabat. Præceptores inde habuit, primò SATYRVVM: secundò PELOPEM apud Smyinam. Fuit ille discipulus Quinti, qui neminem ea arte secusdam habuit, cuius sepe meminit Galenus: Pelops autem Numesiani, qui & ipse Quinti celeberrimus auditor extiterat. Post hos NYMESIANO Corinthi dedit operā. Vius est quoq; FECIANO præceptor, qui & ipse Quinti discip.

ti discipulus cu eo diu uixerat, ut & Satyrus. Sed & Pergami STRATONICVM, Sabini Hippocratici discipulu, preceptorem habuit: Smyrnae aut ALBINVM Platonicum, annum iam natum tricesimum secundu. Neq; rationalis solium secta preceptores ei eximij contigerunt: sed etia methodici, & inter empiricos AESCHRION Pergamenus. Meminit horum passim, tum praesentem lib. De animi morbis cognosc. Gesnerus in eius uita.

D. Hieronymus praepceptores habuit in literis Hebraeis BARABANVM & NICODEVM ludaeos: in humanioribus Donatum & Victorinum: in sacris Gregorij Nazianzenum, Apollinarem Antiochenum, & Didymum Alexandrinum. Crinitus lib. 6. cap. 6.

Vivorum Politicorum, pacis bellique artis illustrium.

EPAMINONDAS Polymni F. Thebanus eruditus sic fuit, ut nemo Thebanus magis: nam & citharizare, & cantare ad chordarum sonum doctus est a Dionysio, qui non minore fuit in musicis gloria, quam Damon, aut Lamprus, quoru perulgata sunt nomina: carmina cantare tibijs, ab Olympodoro: saltare, a Calliphone. At Philosophiae praepceptorem habuit Lyfiam Tarentinum Pythagorum: cui quidem se fuit deditus, ut adolescens trise & feuerum fenet, omnibus aequalibus suis praeposuit. Probus in Epaminonda. Periclem praepceptorem habuisse in Musicis DAMONEM memorant pleriq; Aristoteles Musica excultu apud PYTHOCLIDEM tradit. Apparet Damonem, cum insignis esset solifista, quo ad uulgus acrimoniam sua inumbaret, nomen praetextu Musicae. Adfuit Pericle hic uelut athleta in rebus, alipres & magister, non fuit clam tamen lyrae Damonem uelameto uti: uerum ut iniquitatis & tyrannidis fautor exilio punitus decennali fuit, praebuitq; Eleatem, de natura, Parmenidis morte, philosophantem: inprimis uero ANAXAGORAM. Plut. in eius uita.

Phocion dux etatissimus Atheniensium, adolescentulus PLATONI, deinde etiam in Academia XENOCRATI opera dedit, & a tenera statim aetate optimis quibusq; studijs incubuit. Plut. in eius uita.

Plato in Siciliam appulit, nullo quidem consilio humano: sed haud dubie deus aliquis aditum procul libertatis Syracusanis instituentis, & tyrannidis molientis euerfionem, detulit PLATONEM. Syracusanus, Dionemq; fratrem, Aristomaches uxoris Dionysij tyranni ad colloquium eius attraxit. Plutarchus in Dione.

Philopemnis Tegeatis, Craugidis F. ducis fortissimi, tutor fuit Cleander Mantinensis exul: praepceptores cum alij, tum MEGLORPHANES & ECEDELVS, Arcefilæ Piranae discipuli. Legit quinetiam eruditorum libros, quibus uel bellicae res, uel imperatorum consilia mandata essent. Pausanias in Arcad. Plut. in Philopemene Ecdemum & Demophanem uocat, Archelai discipulos.

Caronis minoris praepceptor erat urbanus, promtorq; ad incedendum ratione quam pugno, SARPEDO nomine. Xenocles o' πειθαρχητής, ἢ δόξων ἕξων τῶν κοινῶν ἀπορρητοῦτος. Habuit quoq; ANTIPTATRYM Tyrium Stoicum in moralibus. Plut. in Catone.

M. Brutus Caesaris interfector, ANTIOCHVM Afcalonitam Academicu admiratus est, fratremq; eius ARISTONEM sibi contubernalem fecit. In Rhetoricis uerus est EMPYLO. Plut. in Bruto.

ARISTODEMVS, Pompeij Magni filiorum didascalus. LIVIVS Andronicus primus fabularum actor apud Latinos, praepceptor Liuji Salinatoris filioru, & ab eo manusissus. Nicephorus GREGORAS historicus, Theodori Metrochitæ Logothetae liberorum praepceptor sub Andronico seniore. Testatur ipsemet lib. 8.

LAVRENTIVS Medices praepceptorem habuit in Grammaticis GENTILEM Vrbinate, quem postea Aretinorum pontificem renunciandum curauit. IOANNE Argyropylo Cosini aut skipendij Byzantio euocato Peripateticorum, a MARSILO Ficino, (quem Cosmus domi a puero ad liberos in literis instituedos educauerat) Platonico dogmata hausit. Brut. lib. 5. hist. Flor. & Iouius in Leone X. PARENTES.

IOF omnium patientissimus, doctrina & exeplo liberos suos ad tolerantiam, & quandam animi tranquillitatem instruxit. Nam qui patrem & tot cladibus affectu aermumsumq; in pietate & officio permanentem uideret, tolerantierq; omnia feretem, hi (ut credere aequum est) si ruinam, qua demum obruti sunt, prauidere potuissent, ta fortiter tulissent, quam senex uno casu omnes tulit amissos. Sab. lib. 3. cap. 2. DAVID iam moriturus diligenter instruxit Salomonem filiu suum, qui regnare debebat post eum. 3. Reg. 2. TOBIAS iam senex Tobiae filio praepcepta dat, ut se mortuum

sepeliat honorifice, matrem honoret & alat, quoad uixit, memor doloru quos eius causa in partu perulisset, uita functam secum honeste sepeliat, iustitiam colat, improbum societatem fugiat, liberalitatem erga pauperes exerceat, ab omni impudicitia abstineat, uxore ex suis cognatis petat, superbiam uitet, bonis consilijs obtemperet. Tobiae 4. RAGVEL Saram filiam, quam iunior Tobiae desponsarat, cum marito abeuntem monuit, ut socerum & socrum loco parentum honoraret, maritum diligeret, familiam regeret, domum gubernaret, se inculpatam praestaret. Tobiae 10. Timotheum Pauli Apostoli discipulum & comilitonem auia LOIS & mater EVNICE in uera pietate erudierunt, licet pater idolis seruiret. 2. ad Timoth. 1.

LIMYRNII uxores habent communes, & liberos communiter alunt usq; ad annos quinq;: deinde sexto anno omnibus pueris congregatis, similitudines ipsoru ad uiros coniectant, & unicuique similem tradunt puerum ceu patrem, quem ille acceptum pro filio educat. Ex Nicolao de Moribus gent. Stob. Sem. 42.

CHALDEORVM & AEGYPTIORVM sacerdotum pueri a patribus, discunt philosophiam, omni aliarum rerum cura posthabita. Itaq; tum quia a teneris annis in ea doctrina erudiantur, tum quia diuini in illa persecrant, doctissimi euadunt. Diod. lib. 2. cap. 8. & lib. 4. cap. 6.

LAMPONEM Aeginetam Pindarus ode 6. Isthmiorum laudat praecelara institutione filiorum, inquit: *ἄμπελον δὲ, καὶ τὴν ἑρμῆος ἀπαύτων, ἠοσίδου, ἡμεῖς πρῶτον τῶν ἰσθμῶν, ἠοσὶ τε φράσων παρανοῶν, ἑμῶν δὲ ἐστὶν κτιστῶν ἐν ἀστυδίῳ.* Heciodus in *ergoni* inquit: *— καλέη δὲ τε ἑρμῶν δὲ φέλει.*

Epaminonda Thebanu POLYMNIS pater, quamuis pauperimus, patrijs omnibus disciplinis a puero erudiendum curauit, & Lyfi Tarentino Pythagoreo commisit. Pausanias in Boeoticis, & Diod. lib. 16.

PROCLUS Naucratia usq; adeo indulgens in filium fuit, ut in alendis canibusq; adesse: diuitias, has nugas cu diuitijs cu senibus dimissurū, quam cu aequalib. Philostratus.

DE ANTIGENE Siculo extat Antipatri Theffalonicensis elegans carmen apud Stobatum sec. 5. *Ἀντιγένης ὁ γαλήνιος ἑποποιεῖ τὸ πρῶτον ἄσπιν, ὅτ' ἂν ἦδ' ἂν νεύρωτος ἐστὶν διδύμου, πωρθένης καὶ ἀπὸ τῆς γαλῆς δ' ἐμῆ, ἕρπε σμωεργῶν ἡλακάρτου, ἀρκεσὶν πηρῆμα πύρην βίον, ἡδ' ἰση ἐστὶν ὑμῶν, ἀρκεσὶν δὲ ἡδὲα ροσῆος, ἡρπε φήλασος, πῶσος ἀσπίνης βελέουσιπύτων.*

Antigenes Gelous hunc sermonem aliquando ad filiam dixit, cum iam esset moribundus: O formosa uirgo, & filia mea, sociam tibi retine colum, sufficientes tenui uitae opes. Quod si uiro nupseris, Graeque patris mores obseruato probos, firmissimam uiro dotem.

EVENOR Parrhasium Ephesium filiu in pictura instituit: ut MYCON filiam Timaretum. Plin. lib. 35. cap. 9. HIPPOCRATES ille Magnus, Couis, patrem Heraclidam ex genere Asclepiadarum in arte medica praepceptorem habuit. Soranus in eius uita.

AENEAS apud Virgilium Afcamium filium his uerbis planè aureis instruit: *Disce puer uirtutem ex me, uerumq; laborem, Fortunam ex alijs.*

Breuis praepceptor, sed fertilis admodum & fructuosa. Tib. Graccho mortuo CORNELIA cum XII relicta liberis, cum in uiduitate manens reliquam amississet prolem, excepta unica filia quae Aficanae minoris nupsit, & filijs duobus Tiberio, & Caio, eos tanta eduxit cura, ut cum in pube Romana essent citra controuersiam summa indole, praecelarijs tamen institutis quam geniti uiderentur ad uirtutem. Plur. in Gracchijs.

LAEMYLIO Paulo maxima cura fuit liberorum institutio: qui uictor Perfo omni Macedoniae gaza potitus, ex tam opulenta praeda nihil attigit praeter libros regiae bibliothecae, quos filijs habendos dedit. Petijt ab Atheniensibus, ut sibi probatissimum philosophum mitterent ad erudiendos liberos. Illi Metrodorum Atheniensem, Carneadis auditorum, philosophum & pietorem insignem ei miserunt. Cicero de Oratore. Idem filios in disciplina Romana, & ueteri, quomodo ipse ante fuerat, exercuit. Verum in Graeca ambrosiosior. non solum enim grammatici & sophistae & rhetores, sed plures quoq; pictores, eorumq; & catuloru redtores, magistri uenandi cum adolefcentibus uersabantur. Ipse nisi negotijs publicis distractus, spectabat meditates & excententes fec. Plut. in Aemyljo.

CATO Censorius filium suum instituit ipse in literis licet scitū seruum literatorē haberet, Chilonem nomine, qui multos pueros

ros pueros erudiebat. Nolebat autem filium, ut ipse ait, a seruo male audire, uel aure uellicari, si tardius disceret, nec uerò esse tantulae disciplinae causa obstruam seruo: uerum erat ipse eius ludimagister, ipse legum doctor, ipse lanista. Neq; iaculari modo & armis depugnare atq; equitare docuit filium: sed pugilatum etiam, aetum & algorem tolerare, uertices & fluctus luminis nado superare. Historias sua manu se grandibus literis dicit conscripsisse, ut filius disciplinam maiorem & ueteru instituta domo petere ualeret. Turpiter loqui non minus filio praesente quam uirginibus Vestalibus cauiffe, nunquam cum eo in balneis fuisse. Tam praclarum fingenti opus ad uirtutem Catoni, & conformanti filium, cum responderet studium illius, etiam ob indolem obtemperaret mens, sed esset corpus ad tolerandos labores mollius, remissionem uictus intētiorem & austeriorem. Plut. in Catone.

Fuit Iulius Caesar admirabili docilitate, & ad dicendi facultatem appositus, sermo eius Latinus, exculus est demotica confuecudine ab AVELIA matre, quae purè ac eleganter Romanè loquebatur, ut Mutia, Laelia, Cornelia, & aliae primariae matronae: in quarum familijs insignes oratores extiterunt. Lud. Viues in exordium Suetonij de Iul. Caesare.

IVLIVS Caesar cum Octauium adhuc infantem educandum sumfisset, de eo statim bene sperare cepit, atq; cum introducere ad nobilissimos uiros, & ad omnia quae conuenire ei uidebantur, qui summum imperium bene gesturus esset. Nam in omni genere dicendi Graecè & Latinè exercebatur: militiae labores perferere, perdiscere omnia quae ad rep. quae uic ad regnum pertinebant. Xiphilinus in Augusto.

SERVII Oppidij memorabilis institutio his uerbis ab Horatio lib. 2. Sermonum, Satyra 3. exponitur: *Seruius Oppidius, Canis duo praedia diuis, Antiquo censu, natis dedisse duobus Fertur, & hoc moriens pueris dixisse uocatis Ad lectum: Postquam te talos, Aule, uocesq; Ferre sinu laxo, donare & ludere uidi, Te Tyberis numerare, cauis abscondere tristemet: Extimui, ne uos ageret uersania discors, Tu Nomentanum, tu ne sequerere Cicutam. Quare per diuos oratus uterq; penatèis, Tu caue ne minuas, tu ne maius facias id, Quod fatis esse putat pater, & natura coecccet. Praeterea ne uos titillet gloria, iure Iurando obstringam ambo, uter Aedilis fuerit, uel Vestrum Praetor, is intelligibilis, & facer esto. In cicere, atq; faba, bona tu perdasq; lupinis, Laetus ut in circo spaciare, aut aeneus ut stes, Nudus agris, nudus numis in sane paternis.*

AVGVSTVS Caesar filiam & neptes ita instituit, ut etiam lanificio assuefaceret: ueraretq; loqui, aut agere quicquid, nisi pro palam, & quod in diuinis commentarijs referretur. Extrancoerum quidem coetu adeo prohibuit, ut L. Tucinio, clario decoroq; iuueni scripserit: *Quondam parum modo desse fecit eum, quod filiam suam Baias salutarum uenisset. Ne pates suos Lucidè & Caium, quos ab Agrippa in spem successiois adoptarat, & literas, & natate, aliaq; rudimenta per se plerumque docuit: ac nihil neque laborauit, quam ut imitarentur chirographum suum. Neq; coenauit unà, nisi in imo lecto assiderent: neque iter fecit, nisi ut uehiculo antecirent, aut circa aequitarent. Suet.*

Maurus rex MASINISSA, ut testatur Ptolemæus libro octauo Commentariorum, quarentibus sumas coemere, dixit, Apud uos, o uiri, mulieres pueros non parient? Nam Masinissa filioru pueros apud se nutrebat. Complures erant filiarum etiā filij, quos omnes ad trienniu usq; educabat. Quo spacio peracto ad patres eos remittebat, aliosq; denud capiebat. Eubulus Comicus in Gratij. Athen. lib. 12. c. 8. Horatius PATRVS sui libertini hominis studium in educando filio cui aliàs, tum praesertim lib. 1. Sermonum, Satyra 6. praedicat:

— Pater macro pauper agello Nollit in Flauiludum me mittere magni; Quod pueri magnis est centurionibus orti, Lauro suspensi loculos, tabulamq; lacerto, Ibaui, octonis referentes idibus ara: Sed puerum est ausus Romam portare docendum Artes, quas doceat quibus Eques atq; Senator Semet prognatos. Vestem, seruosq; sequentes In magno ut populo si quis uidisset, auita Ex re praebere sumtus mihi crederet illos, Ipse mihi custos incorruptissimus omnes Circum doctores aderat. Quic multa? pudicum (Qui primus uirtutis honos) seruauit ab omni Non solum factu, uerum opprobrio quoq; turpi: Nec timuit, sibi ne uitio quis uereret, olim Si praeco paruas, aut, ut fuit ipse, coaetor

Mercedes seque rerum neq; ego esse questus. Ob hoc nunc Laus illi debetur, & a me gratia maior.

MATER D. Clemens Apostoli Athenas Roma proficisci uoluit, ubi ipsa quidè sine periculo uinere posset, filij uerò bonas literas doceretur, ut refert ipse Clemens lib. 7. Recogn. Alexander Imp. a MOESA aua optimè institutus, & a matre MAMMEA. Mortua Mæsa, Mammea multo impensius incubuit in filij institutionem, nec pati eum adiri a quoquam malarum artium artifice. Sed auctor erat adolescenti, ut in ijs se artibus exerceret, quae imperatori necessariae essent; adeoq; natura sua sponte mitis maternis profecit consilijs, ut quatuordecim annos inuentum egerit imperium, ne uno quidè interfecto. Irascebaturq; Mammea matri, quod extruendarum opum paulo cupidior esset. Sab. lib. 6. En. 7. Ipsa undiq; imperium custodiebat, eiq; persuadebat, ut loagissimo tempore ius diceret, quod illa occupatione distractus tempus non haberet ad peccandum. Suidas.

ZENOBI A Palmyrenorum regina, quam Aurelianus Imp. in triumpho duxit, filios suos Herennianum & Timolaum aded exercuit Latino sermone, ut Graecè uel difficilè, uel raro loquerentur. Nec ipsa Romana ignara lingue, sed rarijs sic locuta, pudore cohibita. Aegyptiacè plurimum loquebatur. Fuitq; Alexandrinae historici totiusq; orientis peritissima, quam in formam Epitomes redelegit traditur. Sab. lib. 7. En. 7. ex Pollione.

AEDESA Hermiæ uxor, cognata magni Syriani philosophi, pulcherrima & optima Alexandrinorum mulierum, moribus marito similis, patrimonio ob beneficentiam erga pauperes obarato uidua relicta cum pupillis duobus, Ammonio & Heliodoro, ut in philosophia filij erudirentur, & patri doctrinam unà cum patrimonio consequerentur, cum ijs Athenas nauigauit, Hierace Synesi fratre comitante. Vir tutem eius cum reliquis philosophorum coetus, tum antesignanus Proclus sunt admirati. Suidas.

HELENA Constantinum Magnum F. suum instituit, ut uirtute animosus esset absq; superbia, & Rempublicam summo studio curaret, Deoque cum timore & tremore scrulret. Suidas.

Amalafuenta Ostgothorum in Italia regina, filiu Atalaricum Romanis moribus & disciplina instruendum curauit. Et facile in optimum principem euassisset, nisi tres Gothi illius educatores, rapinis (quibus affluere erant) inhiantes, prudentia Reginae consilium impediunt, affirmantes Gothorum proceribus nequaquam placere, Regem sub magistro rum tyrannide educari, qui minis & uerberibus meticolsum seruum efficerent: praestare maiorum reuerentia solutum, inter coeuous uiuere, armaq; & equos tractare, quibus animi uigor, generositasq; ad maioribus accepta in dies aueretur: Theodericum patrem, qui tantu acquisiuisset imperium, ab literis abhorrente, frequentius usurpasse, haudquaquam eos quos feruax timor iam semel inuassisset, gladios & lanceas toleraturos. Adolescens ergo in lasciuiores uitam resolutus, praesertim post Iustini Imperatoris fatum, cuius potentiam formidabat, matre neq; adire, neq; alloqui dignabatur. Regina tres illos auctores suosq; matorum, in diuersas Italiae prouincias, ne regiam in dolè penitus corumpere, sub specie honoris dimissos, immisissis clam perculsibus occidit, adolefcentem sibi reconciliauit, & melioribus consilijs imbuens, effecit, ut spem de se bonam (si per fata licuisset) polliceretur. Io. Magnus lib. 10. cap. 2 & 3. ex Suida.

Agilulpho Longobardorum rege mortuo Adoaldus F. cum THEODELINDA matre, magno totius gentis studio & fauore regnum per manus accepit, mansitq; regnum puero incolome pacatumq; toto decennio, quo uixit muliebri tutela. Sab. lib. 6. En. 8.

CAROLVS Magnus Imp. maxima cura liberos educauit: Nunquam domi sine ipsis coenauit, nunquā iter fecit, quin filij aequitarent, filiae uehiculo extremo agmine claudente subsequerentur: ipsos liberalibus studijs institui iussit. Mares simul ac per aetatem licuit, more Germanoru equis, armis, uenationibus exercuit: feminas uerò etiā lanificio, colo fusoq;, ne otio torperent, assuefecit. Atq; hæc cum admodum pulchrae essent, nullam earum nuptum dedit usque ad mortè, negans se earu consuetudine carere posse. Auet. tinus lib. 4. Aemyl. lib. 2. Cuspinianus.

GETSA Vngariae rex, ut filius Stephanus cum lacte praepcepta sacrae legis imbiberet, operam dedit. Bonfinius lib. 1. Dec. 2. rerum Vngar.

EDOARDVS rex Anglorum, filias suas ita instituerat, ut literis uacarent, colum & acum exercere consuefcerent, & his artibus pudice pubem uirginitatis transigeret. Filios ita, ut primū eruditio plena literarum in eos cōfueret, & deinde quasi philosophi ad gubernandam Rempublicam, non rudes procederent. Gulielmus Malmesburienfis lib. 2. de gestis Anglorum, & Ranulphus lib. 6. cap. 4.

BLANCA Hispana D. Ludouici Francorum regis mater, coadhuc impubere, ex mariti testamento rebus administrandis praefecta, quod mulier, quod externa, quod externi fide consilio q; uteretur, iniquos amulosq; habitu alioqui sine controversia, sine exceptione laudibus cumulat. Fecit illam a puero filium ita instituisse, eaq; religione imbuit, ut in animum induceret malle emori, quam scelus concipere. Patrem quoq; Ludouicum Regem, opinio est, ea contentia in summa omnium rerum licentia temporibusq; corruptissimis extitisse, ut usum uoluptatum intra septa matrimonij cohiberet: ut mirum non sit, tali utrinq; indole, domesticisq; institutionibus ac exemplis sobolem sanctam fuisse. Et sanctam per se matrem, filius ubi adoleuit, etiam sanctiorem effecit. Aemil. lib. 7.

LVDOLVCVS Crassus Francorum rex, triginta regnavit annis: & ne quid fortunato decessit deesset, cum fatalem sibi diem appetere sentiret, reuocauit filium Ludouicum Iuniorum regem & Vasconia: coramq; hortatus est, obsecratusq; ut magis pie regnaret, quam ipse fecisset: religionem coleret: regentibus consulere: orbis pupillisq; prospiceret: paci communitq; dignitati ac saluti inderet: Regnum nihil aliud quam procuracionem munusq; publicum existimaret: cuius in uita administrati reddendam exacte rationem continud post fata sciret, sedente in se immortali iudice, sua cuiq; facinori parata praesenti sempiternaq; mercede. Aemilius lib. 5.

ANASTASIA Matthaei Magni Vicecomitis mater, puerum rara inter Italicas matronas caritate proprijs uberibus aluit, adulem q; usq; adeo diligenter & plane uirili cura honestissimis moribus instituit, ut Otho Vicecomes, Mediolanensis Archiepiscopus, nescio quid egregium & uere magnu in pueri indole se conspiceret: fateretur. Iouius in eius uita. Paulò antequam LAURENTIUS Medices uita excederet, Ioannem Cardinalem F. Romam cum insigni comitatu ad Innocentium VIII. misit, deditq; ei praecipua summæ plenae prudentiae, peculiari libello ad honestissimam uitæ rationem conscripta. Quibus tanta incubuit diligentia Ioannes, ut licet pulsus patria cum Petro & Iuliano fratribus, tamen ob ingenij liberalis, eruditi & obsequetis uim ab omnibus mortalibus diligeretur, & tandem reductus Hispanis armis in patriam, ad pontificatum sub Leonis X. nomine peruenit. Iouius in eius uita.

LAURENTIUS & IULIANVS Medices, Petri ff. praeter naturæ dotes domesticam disciplinam habuere optimam, Lucretia Tornabone matris lectiss. feminae, quæ literarum quoq; studijs dedita erat, imitatione. Brutus lib. 5. hist. Flor. MARIA Lusitanæ regina, Emmanuels uxor, filios octo enixa, & insita caritate & discipline seueritate in puerili officio continebat, nec permittebat, ut aliquid ludendo committeret, quod ab honestate abhorret. Nullu, quantum uis leue, puerilis flagitij uestigium in illis impunitum relinquebat. Oforius lib. II. rerum Em.

NVTRICES.

Ferunt uartam Mineruam a Dædale nutrice, educatâ fuisse, muliere sanè ingeniosa, & ad omnia preclara opera præta, quæ illam omnibus artibus erudit. Posidonius de Dijs & Heroibus, Natalis Comes Mythol. lib. 4. cap. 5.

NVTRICES uerat Plato, inanes aut aniles fabulas pueris suis narrare. Idem præcipiendum matribus: hinc enim fit, ut quidam ex prima illa educatione in grandiozem gratem uel teneros, uel fractos & pueriles animos referant, nihil ut graue ac prudens au dire & sustinere queant, sed tantum libros ineptissimarum fabularu sedentur, qui nec ueri quicquam narrant, nec uerisimile. Lud. Viues de Christiana femina lib. 2. ex Plut. de Insti.

BASILIVS Magnus passim gloriatur, se Christianis natu parentibus, & a MACRINA nutrice educatum, quæ Gregorij Neocæsariensis discipula fuerit, eiusq; conciones referre solita animum suum uera pietate imbuerit. Basilus in Epistola, ad Neocæsarienses.

D. Augustinus lib. 9. Confessionum c. 8. ANVS cuiusdam meminit, quæ Monicae matris suæ & fororū educationi praefecta erat, quali fide illas erudit. Inter cætera & hoc addit: Præter illas horas, quibus ad mensam parentum moderatissimè aiebantur, etiam si exardescerent siti, nec aquam bibere sin ebat, præcauens consuuetudinem malam, & addens uerbum sanum: Modò aquam bibitis, quia in potestate uinum non habetis: cum autem ad maritos ueneritis, facta dominæ apothecarum & cellariorum, aqua sordebit, & mos potandi præualebit.

FRATRES, SORORES.

THEODOSIVS Iunior filius Arcadij Imp. cum pater obiret uixdum octo natus annos, Anthemio praefecto imperium administrante, a Pulcheria sorore bonis disciplinis ac moribus institutus fuit. Cuspinianus ex Zonara.

ROMANI suos liberos fratribus educandos dabant, quod apud eos & caritas esset generis, & indulgentia paterna erga filios abesse. Volat. lib. 30. Philologie, cap. 29. & Alex. lib. 2. cap. 25. Hinc illud Satyrici, Dum sapius paruus. NVMDIA Quadrantilla licet Pantomimis impensè delectaretur, Quadratum tamen nepotem huiuscemodi spectacula accedere non sinebat. Plinius Cæcilius auctor. Qui Hr. SPVLÆ, amita uxoris suæ, pro bona institutione gratias officiosè agit in Epistolis.

MARITI.

Tu quidem, inquit Plut. in Praeceptis con. ad POLLIANVM, qui eius iâ es ætatis, ut incumberes debeas in philosophia studio ijs, quæ cum demonstratione & probatione traduntur, mores ita ut exornes, colloquendo ac sectando eos, qui prodesse tibi possunt. Vxor uero Eurydice quod ex usu est undiq; apud modo colligens, ac ferens in te ipse, participa, ac fere cum ea colloquia, atque ita gratas ei & familiares doctrinas optimas redde:

Quandoquidem pater es tu illi uenerandaq; mater, Tu frater. Nec minus est uxorem audire dicentem gratæ.

Ast es tu mihi uir præceptor, & philosophus, & rerum magister optimarum & diuinitarum. Etenim à rebus absurdis abducuntur iuscemodi disciplinae mulieres. Erubescet enim, quæ geometriam ad discit femina, saltare: neq; ueneficiorum delectabit incantamenta, quæ Platonis fascinata sermonibus est & Xenophonis. Quod si qua deuocare lunæ profiteatur, ridebit incantationem & insulsiatatem earu, quæ hinc fidem adhibent, mulierum, quæ astrologia non sit rudis.

THOMAS Morus Anglus uigilijs, ieiunijs, precationibus, alijsq; consimilibus progymnasmatibus sacerdotium meditabatur. Neq; quicquam obtabat, quo minus se huius generi ad diceret, nisi quod uxor desiderium non posset excutere. Maluit igitur maritus esse castus, quam sacerdos impurus. Virginem duxit admodu puellam, claro genenatam, rudè adhuc, utpote rursum inter parentes ac sorores semper habitam, quo magis illi liceret illam ad suos mores fingere. Hanc & literis institutam curauit, & omni musice genere doctam reddidit, planeq; talcm pendè fixerat, qui cum lubisset uniuersam ætatem exigere, ni mors præmatu puellam sustulisset è medio, sed enixè liberos aliquot. Paucis mensibus à funere uxoris uiuam duxit, magis curandæ familiæ, quam uoluptati: quippe nec bellam admodum, nec puellam, ut ipse iocari solebat, sed a crem ac uigilantem matrem familiam. Vix ullus maritus à sua tantu obsequij impetrauit imperio atq; seueritate, quantum hic blandicij iocisq;. Effecit etiam ut mulieriam ad senium uergeret, ad hoc animi minimè mollis, postremò ad rem attentissima, citihara, rectitudine, mono chordo, tibijsq; canere disceret, & in hisce rebus quotidie præscriptum operæ pensum exigenti marito redderet. Induxit denique & tertiam. Erasmus in eius uita.

UXORES.

Vide Titulum, Magistrj pietatis, Superstitiosis, Vxoress.

EVA prima mater à serpente persuasa de fructu uetito comedit: & quod exitialis fuit, à damum culpæ participem suo fecit consilio. Gen. 3.

Socrates rogatus ab Antisthene, Cur qui cæteros iuberet uxores suas docere ea omnia quoru peritas esse uellent, XANTHIPPEN tamen suam omnium quæ sunt, fuerunt & erunt mulierum molestissimam, bonis moribus instituire nesciret? Quod, inquit, eos etiam uideo, qui equestris rei peritissimi fieri uolunt, non illos sibi equos comparare, qui libentissimè pareant: sed ualde animosos. Existimant enim se, si tales cohibere possint, facile alios etiam equos tracturos. Itaq; & ipse quem uti hominum consuetudine curiam, hanc mihi quæsum, cum scirem futurum, ut si eam tolerare possem, facile cum uniuersis hominibus cæteris uersarer. Xenoph. Conuiuio.

Leonidas rex Spartanus, strangulato in carcere Agide, eius uxorem AGIATIDEM nomine, quæ nuper pepererat filium, quod collocari eam nollet alteri (erat enim opulentæ heres patrimonij Agiatij Gylippi patris, ætatisq; & formæ flore inter feminas Græcas longè præcellente, & probatis moribus) domo extractam, ut filio Cleomeni despondit, haud satis ad nuptias maturo. Quapropter multa mouit illa, uti ferunt, orans ne compelleretur inuita. Ut uero conuulsi iusta Cleomeni fuit, Leonidam oderat: erga ipsam nuptui idiffert: uxoris familiaritate motus Cleomenes, Agidis consilia commendantis, Ephoros tyrannidem exercentes contra ipsos reges sustulit, & alienum remisit, agros ex æquo partitus est. Et sic, quod uiuus non poterat Agis,

percunctabatur, & attentè exponentem audiebat Agidis consilium & institutum. Itaq; uxoris monica fecucus, Ephoros tandem interfecit, & Agidem fe re ipsa praestitit, æqualitatem à Lycurgo institutam reducendo. Plut. in Agide.

Autharis Longobardorum rex, THEODELINDAM, Gariibaldi Bauarorum regis filiam duxit uxore. Sed anno uix dum exacto fato perit. Coeptum agitari de nouo rege creando. Cæterum quia parum inter primores conueniebat, quis omnium potissimum crearetur, eò decursum est, ut quem Theodelinda ex omni ducum numero sibi uirum legisset, is totius gentis rex esset. tanta tum indoles in una fuit femina, ut genus hominum ferox & immane non dubitauerit amplissimi regni summam eius arbitrio subicere. Quanta in Theodelinda uirtus fuerit, diui Gregorij demonstrant epistolæ. Legit hæc sibi uirum Agilulphum, Taurinorum ducem, uirum fortem, formaq; & ætate florètem. Hæc sanctioribus Gregorij pontificis præceptis imbuta, præferentem alio qui uirum, dextrè monendo, ueritatique lucem oculis amouendo eò traxit, ut omnibus suæ gentis auctor fuerit, à malo rum demonum cultu, delectandaq; hæresi, sese uindictam. Restituit inde omnia, quæ Longobardi diuorum templis ademissent, auxitq; donaria, superadicit & prædia. Sab. lib. 5. En. 8.

D. MARGARITA, D. Eduardi Anglorum regis ex Eduardo filio & Agatha Pannoniæ regina nepis, Malcolm III. Scotorum regi nupta, & maritum & subditos ad religionis studium mirificè inflammauit. Dauid filius, qui patri in regno successit, parentum pietatis imitator: Henricus Dauidis pater, licet ante patrem obit: Malcolmus & Henrici patris & aui hæres non magis regni quam sanctimonie, ob perpetuam castitatem Virginis cognomen meruit. Hætor Boethius libro 13.

DOMINI.

CORNELIUS Centurio Casariensis pietatem quam hauserat, omnibus quoq; uernis & domesticis suis communem esse uoluit. Atq; ut ipse D. Petri, sic tota eius familia ipsum Cornelium præceptorem habuisse uideri potest. M. C. R. S. S. V. S. cum seruos plurimos agnoscat, scriptores, argentarios, dispensatores, fructuores haberet, ijs tamen omnibus doctis instituentisq; fuerat; quod domino maxime conuenire arbitrarer seruorum curam, qui rei domesticæ animata essent instrumenta. Reliqua enim à seruis, seruis à domino gubernari debere dicebat. Plutarchus in eius uita.

SERVI, CAPTIVI.

Naaman Syrus à captiua PVELLA Israelitide de sanctitate Medice prophætæ instructus, ad illum profectus, à lepra mundatus est.

ATHENIENSIS duce Nicia parum feliciter aliquando pugnauerat ad uerfus Siculos, permultis occisis, plerisq; captiuis in Siciliam abductis, qui Siculorum filios literas docere coacti sunt. Proinde pauci qui fuga clapsi redierant Athenas, rogati quid hic aut ille faceret in Sicilia, respondèbant, Aut perit, aut docet literas. Erat in Adag. ex Zeno d. LIVIJS Andronicus primus apud Latinos fabulam docuit, Luuij Salinatoris seruus fuit, cuiusque liberos erudit. Mox manumissus, & Luuij nomine donatus, cum prius Andronicus diceretur.

Iberi Asiani (qui hodie Georgiani dicuntur) ad Christianismu conuersi sunt à MVLIERE Christiana, quam captiuam abduxerat. Rufinus libro 1. cap. 10. Socrates libro 1. cap. 20. Vide Tit. Conuerforum.

HOSPITES.

Cum Q. Fabius Maximus Tarentum reciperet, sub eo fortè admodum adolefcens militabat M. Caro. Hospitio usus NEARCHI cuiusdam Pythagorici, desiderauit eam disciplinam intelligere. De iisdem cum dicerentem illum audiuisset, quibus usus Plato est, qui uoluptatem maximam mali escat uocat: calamitatem animæ primam, corpus: liberationem & purgationem illas cogitationes, quibus maxime à corporis affectibus auocat & abducit se ipsam: amplexus est multò acris frugalitatem & continentiam. Plut. in Catone.

HOSTES.

HENRICVS IV. Iacobum Roberti III. Scotorum regis, licet hostis, F. in liberali penes fe custo dia habuit, & opimis præceptoribus erudiendum tradidit. Proinde ad tantam probitatem atq; eruditionem peruenit, ut omnibus admirationi foret. Vide Tit. Hostes magistri.

MORTVI.

AGIS Spartanorum rex ob nouas tabulas & legem agrariâ à Leonida rege æmulo in carcere necatus fuerat. Eius uiduam Agiatidem cum Leonidas Cleomeni filio uel inuitam nuptui idiffert: uxoris familiaritate motus Cleomenes, Agidis consilia commendantis, Ephoros tyrannidem exercentes contra ipsos reges sustulit, & alienum remisit, agros ex æquo partitus est. Et sic, quod uiuus non poterat Agis,

mortuus per uxorem impetrauit, ut æqualitas à Lycurgo instituta reduceretur. Plut. in Agide.

BRUTA.

Bruta quatenus uel inueniunt, uel docent aliquid, ad Theatrum Brutorum per se pertinent. Hæc referuntur tantum respectu hominum, qui illorum exemplum erudiuntur.

PSITTACVS auis Leonem Basilij Macedonis Imp. Finiustè captiuum, sua uoce liberauit. Vide Titulum, Clementie magistri Bruta.

Q. VALES. NEMPE.

OBLATI FORTVITO.

Ex precedentibus, Exempla quadam petenda.

DELECTI. MAGISTRI EX PROFESSO.

Vide supra, Populi Magistri.

Apud THYRIOS & omnem ferè Græciam lege cauebatur, ut pueris cum primu adoluerent, magistros studiorum, doctos ætate & usu, in primo tyrocinio publica impensa præficerent, utq; plures unius curæ & disciplinæ mandaretur, qui magister esset & comes, sicut de THYRSICIS & Mafsilicibus traditur. Idem apud Iberos SEKTORIVS fecit, ut magistris scientissimis, qui artes docerent liberales, ingenuosq; educarent, stipendium de publico daret. ALEXANDER Macedo multis millibus puerorum ex Perside magistros dedit, qui Græca instituta, mores, militaremq; disciplinam præcipere. VESPASIANVS Græcis Latinisq; thetoribus annua centena dedit. M. ANTONINVS Pius thetoribus, per omnes provincias annua salaria constituit. TRIANVS quoque adolentes ad quinque millia bonæ indolis, ex omni imperio selectos, publicè ali, & parentis affectu paribus disciplinis erudiri curauit. Alex. lib. 2. cap. 25.

Charondas Thuriorum legislator, liberos ciuium omnes in ludo literarum rudimentis instituendos tradi, conductis ad id mercede & ære publico PRÆCEPTORIBVS, lege iussit. Diodorus lib. 12.

Syraculis seruilem scientiam QVIDAM edocebat, pueros mercede instituens, ut coquinariam scirent, uel id finem famulatum alium. Arist. lib. 1. Polit.

Agelæus Xenophonti illi sapienti, quem secum magno in honore habebat, liberos suos ut acceret, & LA CEDÆMONE educaret; quod pulcherrima disciplina imbuerentur imperandi atq; parendi. Plut. in Apoph.

Phocion Atheniensis, cum Phoci filij intemperantiam domestica disciplina cohibere non posset, LA CEDÆMONE misit instituendum: eo que à adolescentium ordine collocauit, quem ægypti Græco uerbo dixerunt. nec dubitauit hominem temperantiae cultor egregius, externam disciplinam Atticæ præferre, quæ tum omnium præstantissima habebatur: ratus (quod certe est) uitam hominis magis exemplo proficere, quam præceptis. Sab. lib. 3. cap. 2. Eo ipso autem non parum offendit populum Athenensem, quasi instituta despiceret & fastidiret domestica. Cui cum dixisset Demades: Quin inducimus, Phocion, populum Athenensem, ut instituta Laconica recipiat? Quod si mihi auctor sis, præsto sum ad ferendam & sua dendam legem. Tibi uerò, inquit, admodum conueniat, tantopere unguentū redolenti & chlamydem istam gerenti, de coniuuijs Laconicis consulere populo Athenensi, & Lycurgum laudare. Plut. in Phocione.

In ludum literarium non solum ingenui pueri, sed & uirgines nondum adultæ, literis & bonis disciplinis formandæ Romæ uentitabant. Eligebatur aliqua MATRONA insignis, spectata uirtutis, toto generi propinqua, aut VIR grauissimæ disciplinæ, cuius sanctitate & moribus, tota familia & infantilis cognatio, bonarum artium cupiens imbueretur. Apud eum in domo honestissima Hætruscas primu literas, mox Græcas, & haud multo post circumscriptas sententias, quas Chrias Græci uocant, ediscebat: deinde studia liberalia & animi cultum. A quibus si quid esset offensum, prætextati anguillarum tergo, pueri ferula; à parentibus uerò leuioribus flagris uel plagis, aut puerili uerbere pledebantur: quibus exciti disciplinis, ad uirtutem itegetabæ animos corporaq;. Alex. lib. 2. cap. 25.

ALYPVVS Alexandrinus, lamblichus æqualis, philosophus insignis, multos habuit sectatores: sed eius institutio intra colloquij & priuatae disputationis terminos stabat, librumque nemo proferebat. Tantum erat illi dialecticæ studium. Eunapius in lamblichio.

QVO INSTRUMENTO.

Vide supra, Institutionis forma quo ad Instrumentum.

DE QVO STUDIO, DILIGENTIA, PROMPTITUDINE. Huc Doctores

DILIGENTES, PROMPTI. EPICVRVS Atheniensis tanto studio discipulos exercebat, ut etiam memoriter tenerent ipsius scripta. Laert. lib. 10. ARISTO Chius male audiens apud Sophistas, quod eum quibusvis colloqueretur: Ferre quoque, inquit, uellem sermonum capaces esse ad uirtutum stimulantium. Plut. Cum principibus philosophandum. ARCESILAVS Pitaneus ut doctissimus erat, & in docendo promptus atq; diligens, ita etiam in communicandis rebus suis mirè facilis. Laert. lib. 4. AVGVSTI Cæsaris in docendo suos studium, uide Tit. Parentes magistri. CUM MATHÉMATICVS proconfuli in Asia seniori Gordiano prædiceret, ad imperium ipsum peruenturum, & Gordianum uerbis suis non habere fidem perspicere: artis suæ libris atque instrumentis, per rationem omnia quæ dixerat probauit: ad eum ut fidem apud eum, etiam experimento ipsi, sibi faceret: omnia enim, ita ut prædixerat, iuxta tempus designatum cœnerunt. ZEVGMATIVS monachus quamuis cæcus esset, tamen se-

dulo circuiuit oras, docens, confirmans, reprehendens. Theodoretus lib. 4. cap. 28. AS CLEPIVS Afer in Baiensi territorio parui uici episcopus, in docendo extemporanea facultate præditus erat, circa annum Domini 440. sub Theodosio iuniore. Gennadius in Catalogo suo. IOANNES Mailrosius Scorus, Bedæ discipulus, in Vuermutheni cœnobio, cum CLAUDIO Clemente populari suo Parisios uenit, opera mercatorum quorundam Britannorum. Alij eos à Scotorum rege Achaio ad Carolum Magnū missos afferunt. Parisiis in forum publicum progressi, cum alij merces uenales exponerent, ipsi alta uoce proclamarent, se sapientiam uenalem habere. Erat tunc apud Carolum Albinus, qui cum illis Bedam audiuerat. Is regi persuadet, ut scholam instituat, & scholæ illos præficiat. Pariter, & prima Luterianæ Academiæ fundamenta iacit. Ioannes postea à Carolo Ticinum quoq; missus est Gymnasij instituendi causa, anno Domini 792. BARTOLVS, qui quinquennium cōsumsit integrum in prælectiōe legis, de ætate. ff. de minoribus. Richard. in eius uita.

NEGLIGENTES.

Sub Tit. Negligentia, quædam Negligentis Institutionis afferuntur.

DISCIPVLI QVORVM CVNQVE QVALES CVNQVE. EDOCTI AB ALIIS.

Propter relationem mutuam docentis & discipuli, alter ab altero nec existere, nec cognosci potest. Proinde exempla pleraq; sub Præceptorum loco posita respectu Agentis, hic respectu Patientis repeti possent, nisi tautologiam uitaremus.

DE QVI DIDICERINT. RESPECTU

QUALITATIS. PVTA

Heroes.

IASON respondens Pelææ, apud Pindarum ode 4. Pythiorum, sic de seipso ait:

Φαίη διδασκαλίῳ χέροντι οἴσῃ, ἀνθρώποι γδ ἴσμεν πᾶσι χρηστόν, καὶ φιλόδοξον, ἵνα πᾶσι τῶν μὲν κέρως θεῶν ἄρῃται, ἕκαστος δ' ἐκτελέσῃται κίαντος, οὐτ' ἕρπον οὐτ' ἴπ' οὐτ' οὐδ' ἀπλόον κείρασαν ἐπὶ τῶν ἰσχυρῶν, ἵνα γὰρ ἄλλοι κέρως πᾶσι τῶν μὲν κέρως θεῶν ἄρῃται.

Aio me doctrinam Chironis ferre. Ex antro enim reuertor à Chariclone & Philyra, ubi Centauri me filia educarunt castæ. Ac uiginti illic transactis annis, neq; factum neque dictum turpe apud illos proloquutus, abij domum uersus, antiquam curans patris mei domum.

Reges discipuli aliorum.

Instituta erant apud Aegyptios dici noctisque horæ, quibus REGI lege permissa agere fas erat. Mane surgentem regem primum epistolas omnes missas capere oportebat: ut cognitis iis quæ sibi agenda essent, responso dato, singula in tempore exque ordine rectè agerentur. His actis, cum in uirorum excellentium cœtu lausisset corpus, uicem præclaram indutus sacra diis faciebat. Sacerdotum princeps, iuxta aram hostiis deductis, astante rege, magna uoce audiente populo ualitudinem prosperam, omnia que bona præcatur regi, iustitiam in subditos colenti. Narrabat insuper particulatim regis uirtutes, in deos pietatem ac religionem, in homines humanitatem seruantis: tum illum continentem dicebat, iustum, magnique animi, ueracem, liberalem, omnique frenantem cupiditates: pœnas insuper mitiores quam postulerent errantis crimina exigentem, reddentem uerò gratiam meritis ampliozem. Multa his similia postquam orauerat ille, tandem execrationem in malos exquebatur. Tum regem culpa purgans, omne crimen in ministris, qui regi iniqua sua derent, coniciebat. His actis sacerdos, & regem ad felicem diisque gratam uitam hortabatur, & simul ad bonos mores, agendumq; non quæ suaderent mali, sed quæ ad laudem & uirtutem maximè pertinerent. Demùm cum rex tauro diis sacra fecisset, sacerdos quædam ex libris sacris clarissimorum uirorum consilia adæq; proferebat, quibus rex monitus, imperio piè ac iuste illorum exemplo uteretur. Dioid. lib. 1. cap. 6. PERSARVM reges, filios suos, ubi iam septimum ætatis annum compluerunt, ad equestris disciplinæ magistros, atque ipsas uenationes mitunt. Anno autem 14. curam eiusdem suscipiunt, qui magistri regij appellantur. Atq; hi quidem ex uariis Persa electi quatuor sunt, cæteris omnibus uirtute præstantes, sapientia, iustitia, temperantia ac fortitudine. Parnus magiam docet, & regia instituta tradit.

Secundus commonet, ut in tota uita ueritatem præcipue colat. Tertius, ne quo affectu aut libidine superetur, sed liberè uitam agere assuecat, sibi que ipsi primum imperare, nec alteri seruire. Quartus demùm, intrepidum illum & impaudum reddat. Ex Platonis Alcibiade, Crinitus libro 1. capite 2. de Hon. discip.

DEMETRIVS Poliorcetes capta Megara, ad se philosophum Stilponem uocari iussit, de quo magna quidem apud Megatenfes & cæteros Græcos in studiis sapientie erat opinio. Demetrius illum comiter affatus, perhumane rogat, An ei milites aliquid ademiissent? Nihil, inquit Stilpo: scientiam enim adimere non potuerunt. Cætera non mea sunt, sed fortuna. Captus Demetrius tempestiuo hominis sermone, ex hoste eius est auditor factus. Sab. lib. 7. En. 4.

C. IULIUS Cæsar composita ciuili seditione per M. Lepidum, mortuo Sylla, mota, Rhodum secedere statuit, & ad declinandam inuidiam, & ut per otium ac requiem Apollonio Moloni clarissimo tunc dicendi magistro operam daret. Suetonius.

TIBERIVS, antequam imperio potiretur, uirio Augusto uirtuoso, Rhodum profectus est, ibiq; tanquam ex priuatis uisus gymnasia literaria frequentauit. Cum circa scholas & auditoria professorum assiduus esset, motu inter Antiochias grauiore iurgio, non desuit qui eum interuenientem, & quasi studiosiorem partis alterius conuicio incesset. Sed sim itaq; regressus domum, repente cum apparitoribus prodiret: citatumq; pro tribunali, uoce præconis, uicicentorem rapi iussit in carcerem. Suetonius.

Valamius Ostrogothorum rex Illyricum uastans, à Leone Imperatore Græco in amicitiam susceptor est, sic ut Gothi Romanorum stipendiarij essent. Fidei faciendæ causa Valamius Theodemi fratris filium THEODERICVM ex Aurilena concubina obfidem dedit, annum octauum ætatis agentem. Quem Leo ob mortuum & formæ elegantiam filij loco optimis artibus instituendum curauit, non obsecra si gnificatione, futurum illum aliquando urbis Romanæ & Italiæ ab Herulorum tyrannide liberatorem. Ioannes Magnus libro 9. cap. 9.

In ZOFALENSIYM Aethiopum regis aula Regij filij, quos habet stipendiarios, nutriuntur, tum ut ea educatione Regem debita fide & amore profectui studerent, tum ut illis obfidibus Rex eorum parentes in officio & fide contineret. Est maximus semper exercitū stipatus, quamuis summa pax & otium cum omnibus finitimis nationibus: sibi illi firmo foredere constitutum. tunc enim censet, sibi nullum à bello fore periculum, cum in pace bellum semper Regum fortunis impendere suspicatus fuerit. Orosius lib. 4. rerum Em.

Docti homines qui ab aliis didicerunt.

Academicus AESCHINES, cum sophistæ aliqui simulare didicerent eum, fuisse Carneadis se, cum nō fuisset, audirent. Ego uerò tunc, inquit, Carneadem senem audiui, cum abieciisset oratio eius fragorem & strepitum, atq; intra utilitatem & comitatem esset contraria. Plut. An seni tradida respub. CRITO

CRITO Atheniensis cum quatuor liberis dedit operam Socratici. Sab. lib. 2. En. 4. PHILISCVS Aegineta, cum Athenas spectandi gratia uenisset, audito Diogene, philosophiæ operam dedit. Huius autem pater misit ad eum accerendum, fratrem. Sed idem illi quoq; accidit. Deniq; pater utrumq; reuocaturus, ipse etiam philosophatus est. Suidas.

Senes qui didicerunt.

SOCRATEM ætate prouectum sub Cōno magistro fidibus tractandis operam dare cœpisse, constat: fatius iudicatem, eius artis usum serò, quam nūquam percipere. Solonis illud dicens, ἀπὸ μὲν τῶν παλαιῶν, ἀπὸ μὲν τῶν νεωτέρων. Val. lib. 8. cap. 7. & Cic. de Senectute, & Suidas.

LAQVDES Cyrenæus, Arcefilai in noua Academia successor, senex Geometriæ operam dare cœpit. Rogante quodam, Num uerò nunc tempus? Respondit, An ne nunc quidem? Laertius libro 4.

LYSIMACHVS philosophus, apud Platonem in Lachete dialogo de fortitudine, inquit: Statuo, quò senior sum, eò studiosius unà cum adolescentibus discere.

CLITOMACHVS Carthagenensis, patria lingua Adrubal didicit, Athenas uenit iam quadragenarius, adiuuitque Carneadem. Eius ille inditum admiratus, inter suos esse passus est. Promouit igitur tantum, ut Carneadi successerit. Laertius lib. 4.

MANTONIUS Romanorum Imp. Sexto philosopho utebatur familiaris, inuisens sæpè illius domum. Romam nuper uenerat Lucius, uir sapiens, & Hero dis philosophiæ familiaris. Is ex occurfu inuicem sciscitari, Quoniam aut cur pergere respondit Imperator, ἡμεῖς τῶν μαθητῶν τῶν μαθητῶν, pulchrum etiam senescenti discere: peto philosophum Sextum, percipitur quæ necdum edidit. Tunc Lucius prolata in cœlum manu, O Iupiter, ait, Romanorum Imperator, iam appetente senio, gestans librum, qui pueris mos est, præceptorum adit. At meus imperator Alexander annum secundum & tricesimum agens mortuus est. Erat uerò Sextus Chæronensis, Plutarchi ex sorore nepos, qui de Pyrrhonica philosophia decem concinuit libros. Iulius Capitolinus, Philostratus. Cæl. lib. 20. cap. 26. Antiq. L. c. 6.

EYRIDICE, mulier Illyrica, modisq; omnibus barbara, institutorum liberorum gratia literis se dedit ætate iam prouecta. Cuius in liberis caritatem clarè demonstrat, quod consecrauit Musis, epigramma:

Ingentem hunc Musis Hieropolietis amorem, Quo mens flagrat, uel, dedicata Eurydice, Mater aduolens literas addidit edoctas Facta hæc natorum possit ut, incubuit.

Plutarchus de Instit. liberis. ROBERTVS Hierosolymorum & Siciliæ rex optimus, fortissimus atq; doctissimus. Solonis hoc in ore habebat, ἡγεμόνας δὲ αἰεὶ ποιεῖν τὸ δίδασκεν. Tanto autem literarum amore tenebatur, ut si sibi alterutro carèdum esset, regno quam literis se priuari malle, assereret. Petrarca de Studio.

LAVRENTIUS Valla, iam senex Græcas didicit literas, quibus cum plus satis operam dedisset, interrogatus à Nicolao quinto Pont. Max. Cur tanto studio Græcis operam daret literis? Ut duplicem, inquit, abs te Pontifex mercedem accipiam. Pontanus libro de Principe.

ALPHONSVS Aragonium Siciliæ regem, non septem regnorum administratione, curaq; non bella ingentia, que gefcit, retinere potuerunt, quò minus rex iam quinquagenarius, qui tot populis imperitabat, literario præceptoris se subiiceret, ne Latine loquendi usu careret: & ne Hispani literarum expertes, Liuiana lectione fraudarentur, ipse Liuium è Latina in Cæsalonensem linguam transtulit. Fulgosus libro 8. cap. 7.

DE QVANTITATE. DISCIPVLI

Multi.

Vide Tit. Pedagogy publici, quatenus multos habere discipulos.

Pauci.

Si præceptorem spectes, hæc Infelicitas est. Sin discipulos, qui didicerunt, respectu Numeri consideras, hæc pertinet.

Stratonius citharædus, in gymnasio nouem Musarum imagines, unamq; habebat Apollinis, duosq; discipulos: interrogatus is à quibusdam, Quot haberet DISCIPVLOS? Cum diis, inquit, duo decim. Iocus est in uoce, οὐδὲ δύο: qua cum prærationis loco, ad conciliandum uel exprimentum fatorem diuinum, ut consueuerint Græci, ipse ad numerum denotandum iocosè transtulit. Athen. lib. 8. cap. 7.

Alexium philosophum Eliensem, quòd in loco doceret insulubri, tum in rerum multarum, quæ usui erant necessariæ, perantia, DISCIPVLI deseruerunt omnes: & quidem quem

uehementer probaretur, ac placeret. Lud. Viues De tradendis discipulis, lib. 2. Laetantius Firmianus Arnobij discipulus, cum rhetoricam Nicomædi doceret, infrequentia DISCIPVLOVM motus in Græca ciuitate, ad scribendum se contulit. Qua in re tantum ualuit, ut post tempora Ciceronis ab eò secundum habeatur. Platina.

DE A QVIBVS EDOCTI, INSTITVTI.

Disciplina & Doctrina, Discipuli & Doctores, mutuo discernunt respectu. Est tamen cum quis discit ab eo qui non docet, uel saltem non uult docere. Exemplorum proinde uarietas in suos locos subdiuisanda erit.

DE A SEIPSIS. ΑΥΤΟΔΙΔΑΚΤΟΙ.

Ad τοὺς μαθητὰς Græci uocant, eos, qui absq; ulla discipulino eruditione. Acquirunt uisus uel per se, sola mentis agitatione & contemplatione: uel ope & subsidio librorum. In illis certè ingenij diuinitas quædam apparet, propter quam ad inuentiones quodammodo referendi essent. Inuentio enim duplex est. Alii id quod nondum inuentum erat, inueniunt: alij uerò id quod inuentum erat ab aliis, ipsi quoque à nemine admonti inueniunt: cum nil prohibeat, res easdem à diuersis inueniri. At qui ope tutorum magistrorum discunt, minori admiratione digni sunt, & huc pertinent ratione discipline ab aliis percepta. Et priores quidem illi propriè & simpliciter αὐτοδιδάκται sunt appellandi: posteriores non ab absolute, sed tantum respectu præceptorum uina uoce docentium, quibus caruerunt.

ANTONIVS, sanctus & perfectus uir, Aegyptius monachus, sine ulla literarum scientia Scripturas diuinas & memoriter audiendo tenuit, & prudenter agitando intellexit. D. August. lib. 1. de doctrina Christi.

AVGVSTINVS semetipsum in secunda pueritia (anno scilicet ætatis duodecimo) legisse & intellexisse Logicos & Rhetoricos Aristotelis libros, testatur lib. 4. Confess.

BERNARDVS, literas suas in syluis & agris didicit meditando sacra eloquia & orando: nec ullos unquam alios (ut idem de se testatur) habuit præceptores, quàm quercus & fagos. Marul. lib. 2. cap. 3. & Sab. lib. 2. cap. 7.

STEPHANVS anachoreta, cum aliquando illiteratus à rudis haberetur, tantum in Marcotidis eremo manens profecit, ut neminem ad eum discendi aliquid gratia accessisset ferant, quin idem discens se satis edoctum diceret. Marulus libro 3. cap. 4.

ARISTEAS Proconessus, philosophus, cum nullam sapientia opinionem apud suos haberet, eo quòd in ea comparanda nullis magistris uis uideretur: finxit animum suum relicto corpore in aera subleuari, & per uniuersum orbem uagari usq; ad Hyperboreos & Indos, omniumq; gentium mores & res pub. ex sublimi loco cōtemplari solitum. Quo commento, accedentibus etiam magicis præstigijs, auctore quòd suos sibi peperit. Maximus Tyrus 22. sermones.

PHILIPPO, filio Syri, tempore Halyatis Lydorum regis, absque ullo præceptore lectis Phœnicum scriptis non inter posteros præceptores Phœnicorum clarus est. Suidas.

HERACLITVS Ephesius, licet (ut Suidas ait) nullum haberet præceptorem, eò tamen assiduo studio peruenit, ut inter philosophos numerari crearetur. Volaterranus libro 15. Anthrop.

AESCHINES Demosthenis æmulus, cum in iudicijs scribæ munere fungeretur, nullo docente ad tãtam eloquentiam euasisse dicitur. Gyrardus Dialogo 7. Hist. poet.

EPICVRVS seipsum habuit magistrum. Itaque mirum non est, cum, in quo tam miraculose eruditionis fomites fuerunt, tam plausibiles disputationes sustentasse. Petrarca.

MANILIUS Senator Romanus, uir ingenio diuino, & moribus supra hominem, factus est nullo præceptore doctissimus: qui de Phœnicis auis uita & morte primus scripsit. Plinius libro 10. cap. 1.

PERGILIUS Maro, si Petrarca credimus, nullum ex hominibus præceptorem habuisse legitur: uero simillius est, illum in bicipiti (ut Satyricus inquit) Parnasso somniantem, tam diuinum omnigenæ scientiæ, inprimis uerò poetice spiritum hauisse. Viuos fortasse non habuit, quorum ope ad tantum eruditionis fastigium peruenit: at multos plurimos, quos imitatus est, ut Macrobius libro 3. & 6. Saturnalium testatur.

APVLEIUS Madaverensis nullius disciplinæ usus, tantus, quantum scripta eius testantur, asinus factus est, ut auri cognomen merito tulcrit.

AVICENNA Medicorum Arabum facillè princeps, Logicos & Euclidis libros, ob præceptoris imperitiam, sola lectio nis assiduitate intellexit. Læcio Alpharabij com. super Metaphysicis, desperatam iam diuinæ philosophiæ cognitionem ac-

nem affectus scribitur Sorzano in eius vita. ARNOLDVS Villanouanus abiq; magistro, mutis tantum pceptoribus usus, sui temporis medicos & philosophos omnes facile superauit. Ita que cum Galli prius disciplinae causa Italos adire consueuissent, Arnoldum pceptorum natu, suis semetipso opib. sustinere Parisiis cepere. Symphorianus IOANNES Dominici, patria Florentinus, cardinalis Ragusinus, annorum xviii. ordinem ingressus, literarum penitus ignarus, adco profecit assidua lectione, ut more Augustini per se omnes ferè disciplinas comprehenderit: ut ipse in quodam libro ad Colutinum testatur, & Volaterranus libro 21. Anthropol.

IO. PICOVS Mirandula, naturæ miraculum, reconditam sapientiam nullius ferè pceptione, sola ingenij bonitate, multorum pceptorum subsidio, affectus est. Ioannes Franciscus in eius vita.

AB INTELLIGENTIIS edocti.

Plut. in Solone subueniens ad sapientiam appellat. Exempla veterum poetarum huc pertinent, qui Musarum & Apollinis afflatu doctissimi euasit. se perhibentur.

A Deo, Diuis. desolatorum.

BESELEEL Vris F. Huris nepos, ex tribu Iudaica, omnis opificij mechanici peritiam, intelligentiam, scientiam diuinitus à Domino habuit, ut aurum, argentum, aes, gemmas, ligna artificiosè fabricare posset ad tabernaculum Domini in deserto. Holiabvm Achisamachi F. ex tribu Dania, & aliis etiam opificibus peritiam auxit, ut opus à Domino Mosi iniunctum perficere possent. Exodi 31.

SALOMON rex Iudeorum sapientiam à Deo petit, & eandem affectus est, ut ad eum audiendum ab extremis Africae finibus Nicaula regina Saba fuerit profecta: Neque in diuinis tantum, sed etiam in naturalibus ita excellit, ut ab hyfopo usq; ad cedrum sapientissimè differuisse & scripsisse perhibeatur.

Quatuor spades regio, Iudæos, DANIELEM, Ananiam, Misaclem & Afatiam, Deus omnium rerum cognitione & prudentia donauit, & inprimis Daniele omnium uisori & somniorum peritiam reddidit. Dan. 1.

HEREMIAE, qui ad mittentem se Dominum dixerat, Qui es dominator Domine? ecce ego nescio loqui, quia iuuenis sum. Respondit Dominus: Ne dicas quia iuuenis sum: prius enim quam formareris in utero, noui te: & antequam exires de uulua matris tuæ, sanctificauit te, & prophetam in gentibus constitui te. Hieron. com. in Esaiam lib. 2. cap. 3.

APOSTOLIS diuinitus in sacra die Pentecostes linguarum donum fuit infusum, ut cum una sola lingua loquerentur, ab omnibus tamen intelligerentur. Sic enim Deus miraculosè Babylonicam confusionem in unum idioma recolligere uoluit, & simul instrumentum propagandi Euangelij suis discipulis largiri

HOR, Aegyptius abbas, literas non dicitur: & oblatore suo bello, cum orasset, legere cepit: neque minus doctrinæ illi unius aut alterius horæ oratio contulit, quam alius multorum annorum studium. Marul. lib. 2. cap. 2. Idem seruo cuidam tuiduo oranti contigisse. Fulg. lib. 1. cap. 6. tradit.

MARIA Aegyptiaca ad summum omnis sapientiae, orandi assiduitate peruenit. Ibidem.

SERVVS quidam Barbarus, ætate D. Augustini, literas ipsas nullo homine docente, triduanis precibus ut sibi reuelaretur orando, perfectè didicit, sic ut etiam codicem oblatum, stupentibus qui aderant, legendo percurreret. Testis ipsemet lib. 1. de doct. Christi.

ROMVALDVS abbas, ordinis Camaldulensis auctor, cum ad Sutrj montis monasterium uenisset, & ibidem sacra celebraret, aliquandiu in celsa raptus stetit: & Psalmorum interpres factus est, quorum paulo antè ne lector quidem satis idoneus fuerat. Marul. lib. 2. cap. 4.

Basilij episcopus, FEREM Syriæ solitario Græci sermonis usum à Deo precibus impetrauit, cum ille Syria cam linguam tantum, in qua natus erat, calleret. Marul. lib. 2. cap. 2.

THOMAS Aquinas, cum legere, scribere, disputare uellet, prius orare solebat. Prophetarum uaticinia legens, incidit in locum explicatissimum. Oranti ergo, Petrus & Paulus apostoli in uisu affuerunt, & sensum Scripturæ, quam percipere non poterat, aperuerunt. Hæc rem ab ipso adhuc

uientem se audiuisse, Reginaldus frater post obitum eius testatus est. Ibidem.

IOANNES Traiectensis episcopus, ab aratro ad Episcopatum uocatus sub Clothario rege, diuinitus literarum & uirtutum Ecclesiasticarum cognitionem sumpsit. Vide Tit. Doctorem Ecclesiasticum septimi Seculi.

HILDEGARDIS Spanheimensis, abbatissa, quæ octogentaria circa annum Christi m. obiit, multa scripsit, latinè licet sermonis ignara, eruditioè diuinitus hausta, quod ipsamet testatur in libro, qui Sciquis dicitur, his uerbis: Cum quadraginta duorum, septemq; mensium essem, maximè coruscationis igneum lumen aperto celo ueniens, totum cerebrum meum transfudit, & totum cor, totumq; pectus meum uelut flamma, non tamen ardens, sed calens, ita inflamauit, ut sol rem aliquam calefacit, super quam radios suos ponit. Et repente intellectum expositionis librorum, uide licet Psalterij, Euangelij, & aliorum catholicorum tam ueteris quam noui Testamenti uoluminum sapiebam: non autem interpretationem uerborum textus eorum, nec diuisionem syllabarum, nec cognitionem casuum aut temporum habebam. Auctor uitæ libro 1. cap. 1. Cæterum uita est quodam Grammatico, qui casus, tempora & genera disponebat, sed ad sensum uel intellectum Scripturæ nihil omnino adderet, uel demeret.

AD DEMONIBVS.

Ab Homero MINOS dei nuncupatur familiaris, id est, Plato ne interprete, assecla & discipulus. Neq; enim priuatus ceu senax ille ignauos, uel domi sedes, uel languidos discipulos esse deorum, sed reges: quibus si contigerit prudentia, iustitia, humanitas, & magnanimitas, omnibus, qui eis agerent, essent commo datur & consulti. Plut. Cum principibus philosophandum.

PASTOR quidam Liburnus, omnium linguarum notitiam ex morbo adeptus est. Vide Tit. Mortui qui reuixerunt.

THYNICVS à Musis afflatus, hymnum absolutissimum composuit. Vide Tit. Poetarum lyricorum.

EVAGES pastor, diuino afflatus numine, poeta euasit comicus. Vide Tit. Comicorum.

PASTOR quidam ad Orphei sepulcrum dormiens, Orpheus uersus magna & sua uoce decantare cepit. Vide Tit. Oracula non intellecta.

Apud Phluntem in postica fori parte domus est, quam Phlasiatica nuncupant. In eam ingressus AMPHIARAVS cum noctem unam obdormisset, statim diuinare cepit, cum antè in doctus planè fuisset. Id cum ita euenisset, in reliquum omne tempus occlusæ illæ aures fuerunt. Pausanias in Corinthiacis.

PINDARO, per somnum Proserpinam deam obseruatam esse, & apud eum questam, quod cæteri quidem dei ab eo hymnis celebrati forent, solum se ab eo præteritum, narrat Pausanias in Bæoticis. Id uerò se facturum, cum ad eam uenisset, pollicitus est Pindarus. At cum ante decimum diem is obiisset, ANVI cuidam affini, quæ carmina persæpè canere consueuerat, per somnum astitit, hymnumq; in Proserpinam deâ ille conuincit: quæ illa experrecta statim exscripsit.

NVM A Pompilius genij cuiusdâ commercium familiaremq; congressum adeptus, diuinarum est rerum peritissimus factus. Vide Tit. Contemplatio theoretica.

SOPATRA circa Ephefum in campis Caystris nata, patre Græco uiro locuplete, quinquennium attigerat, cum duo senes, manticis instructi, pelliti ambo, in prædium paternum Sosipatræ uenire, & uillico persuasere, ut sibi curam uinæ committeret. Hic cum proventus præter spem extitisset copiosior, prædij dominus eos mensæ suæ adhibuit. Illi forma Sosipatræ fauciatu patri persuadent, ut sibi prædium cum Sosipatra in quinquennium concedat. Parete ille, peregrinatû abire exacto quinquennio redit: facta potestate filiam quiduis interrogandi, admirandam eius sapientiam cognoscit, cum quæcunq; sibi eo quinquennio absentate contigissent tanquam præsentia narret: adeoq; nullis aliis ufa magistris, poetarum, philosophorum, oratorû scripta omnia & intelligeret, & memoriter teneret, & interpretaretur. Eunapius in uita Aedesi.

AEDESIVS Chrysanthij Sardiæ pontificis & magi filius, sub Iuliano, solem tantum aspicias, oracula sua debet, quæquam nec uersuum legem sciret, nec dum grammatice præcepta calleret. Vicissim tamen ætatis anno decessit, Sathana Christianam religionem impugnantis ludibrium. Eunapius in uita Chrysanthij.

AB HOMINIBVS EDOCTI.

In genere.

HERMOLAVS Barbarus Venetus, homo doctissimus, tam submitte sese gessit, ut à quouis discere non dedignaretur, sæpeq; proximis & familiaribus de aliquo dubio percontaretur. Volat. lib. 21. Anthropol.

Vellem.

Vellem, inquit Viues, ut docti aliqui delectarentur eo more, quem fuisse CAROLI cuiusdam Viruli narraui audiebam Louanij, hominis non perinde literati, ut boni: nec illi ingenium aut diligentia defuit, sed locus & tempora. Is Louanij gymnasio Lilliano præerat: & quia sub cura sua pueros habebat complures, ad uisendum uel filios uel propinquos quum uenirent uarij generis homines, colloqui illos cum eo erat necesse, & ut est consuetudo regionis, conuiuari etiam. Inquirebat horas aliquot ante conuiuij tempus, quibus in rebus plurimum & dextrè esset conuiua suus uersatus. Erat alius nauata, alius miles, alius agricola, alius faber, alius furor, alius pistior: de eodem ipse artificio aliquid intertere legebat, & meditabatur. Tum ueniebat ad mensam paratus, ut & oblectaret conuiuiam sermone de rebus ipsi notis, & ab illo ita prouocato intima & secretissima artis faciliè cognosceret: aut direq; breuissima hora, quæ ille usu multorum annorum uix esset affectus. Ita discedebat de colloquio & conuiua lætiôr, & conuiuator prudentior ac peritior. Quam prudentia humanæ opem ferret, qui hæc mandarent literis, ut ab exercitatissimis in qua; arte accepissent: Lud. Viues de Tradendis disciplinis lib. 4.

In specie. Vpura à

Poetis.

Phalangem Macedonicam, quem cunctum Liuius uocat, præsentis ordinis, excogitauit PHILIPPVS Alexandri Magni pater, ducto ab herobus exemplo, quos clypeis clypeos iunxit, cecinit Homerus. Quo titu qui armantur, phalangitæ dicuntur. Dioid. lib. 16.

Traquilus auctor est, puerum adhuc C. IUL. Cæsarem semper Euripidii carmen quod est in Phœnissis in ore habuisse: Sicut humanum uiolandum est, regnandi causa uiolari oportet: in cæteris rebus pietatem colas.

Historiis.

MAGRIPPAM (qui sapientia & uirtute animi dignus est habitus, quem Augustus, licet plebeium hominem, unica filia Iuliam uirum deligeret) dicere solitum accepimus, plurimum se debere illi Sallustianæ sententiæ, quæ in oratione Massiniae moriens habetur: Concordia paruus crescit, discordia maxima dilabuntur. per hanc enim se didicisse, & fratrem & amicum bonum ac fidelem agere. Petrarcha. ALEXANDER Seuerus, in rebus dubiis historiae gnarus solitus erat consulere Lampridius.

Doctores, Pceptores, Philosophis, Literatis.

Consule Tit. Doctorem, Pceptorem.

DION Syracusanus quamuis tinctus moribus esset sub tyranno Dionysio abiectis uitæq; obnoxia & trepida, arroganti famulatio, insolentibus deliciis, & consuetudini summi bonum uoluptatibus & opulencia merenti affuetus, atq; in iis uolutatus: ut primùm tamen doctrinam gustauit Platonis, & philosophiam ad uirtutem ducem, ilico est ad eam animo incensus: atq; ex suo ad honestatem proclui animo simpliciter planè & iuueniliter existimans ab iisdem pceptis pariter Dionysium motum iri: contendit & effecit, ut per otium ille conueniret & audiret Platonem. Plut. in Dione. Zenonis Citriæ scholam sæpius rex ANTIGONVS Demetrii filius ingressus, post eius obitum dixisse fertur, Heu quæ spectacula perdidit! Quia in Peisanaeta porticu Stoicus fuit: ab eo illius asseclatores, qui Zenonij prius nominati sunt, Stoicorum nomen tulere. Eratothenes poetas eos ab initio nuncupatos prodidit. Sab. lib. 8. En. 4.

PSCIPITO in medijs difficillimi belli apparatus bonarum artium studia non prætermisit, philosophorum scholas crepidatus frequentans. Et ne post tot insignes uictorias animum sibi insolecere prosperis successibus rerum permitte ret, cum literis & literatis frequens uersabatur. Pontanus de Fortitudine, ex Plutarcho.

CN. Pompeius à bello Mithridatico reuertens, Rhodum profectus, omnes liberalium artium professores audire pro nõ paruo habuit negotio, singulisq; talentum unum dono obtulit. Posidonium Stoicæ disciplinæ uirum, qui cum fortè ægrotus iacebat, domi uisere dignatus est. Cuius ædes subiturus, uetuit licetores ostium ut moris fuit pulsare, summissiq; inuictus imperator priuatè domi fauces, quibus penè totus se Oriens submiserat. Ei in discessu interrogati, Num quid iuberet respondisse Posidonium ferunt.

Alij dicuntur in hunc modum respondisse.

Se gereret clarè atq; alios excelleret omnes.

Strabo libro 11. Eodem tempore Cratippum Athenis addiit: cuiusdemque post colloquio recreatus est, cum ex acie Pharfalica fugiens in Aegyptum profugit. Aelianus libro 7. de Varia hist.

CATO minor postquam sacerdos Apollinis est factus, uitam impendio magis astinxit: atq; Antipatro Tyrio Stoicæ se-

clæ philosopho in contubernium allecto, incubuit potissimum ethicis & politicis præceptis, atque ad omne genus uirtutum quasi afflatu aliquo lymphatus est tactus. Supra cætera officia iustitiam amplexus est rigidam & inflexam ad benignitatem uel gratiam. Plut. in Catoe.

CAROLVS IIII. Rom. Imp. in scholam Prægensem aliquando ingressus, cum disputantes philosophos per horas quatuor audiuisset, & purpurati cœnæ tempus adesse dicerent: Mihi, inquit, tempus est minimè: nam cœna mea hæc est. Aeneas Syl. lib. 4. Comment. in res gest. Alphonfi, & Cranzius lib. 10. Vandaliæ, cap. 1.

ALPHONSVS Calabriae dux senior, Antonio Panormitæ incredibili uoluptate operam dabat, aliquid ex priorum Annalibus referenti: quinetiam ueterum ab eo scriptorum lectiones singulis diebus audiebat: ac licet multis magnificè interim grauaetur rebus & curis, nunquam tamen passus est, horam libro dictam à negotiis auferri. Pontanus de Principe.

ALPHONVS Aragonum rex, scholas & auditoria, Theologotum inprimis, magnificè adornari curauit: interfuit quinque ipse lectioni, non pallio & crepidulis inambulans gymnasio, ut Scipio ille: sed attentissimo animo, & toto (ut aiunt) pectore incumbens: quodq; & doctis imitandum, & ignauis rudibusq; pudori sit, pedes (cui satis longè distaret auditorium) ad lectionem uenire, pietatis studiorum flagrantissimus, non dubitauit. Vergilij Aeneida tanti fecit, ut sedens Messanae inter pueros etiam humillimæ conditionis, ab Antonio Panormita (qui eius carmina explanabat) lectiones multas audierit. Panorm. lib. 1. & 4. de Rebus eius gestis.

LYDOVICVS XII. Gallorum rex potentissimus, Ticini Iasonis Mayni Iurecos auditorium ingredi non dubitauit, ut oraculum illud Italiæ uis uiribus hauriret, cuius famam iam pridem audiuerat. Scholasticis manu silentium indixit, uertitq; eos assurgentes loco cedere, sed iis immixtus consedit, centum circumfusis proceribus nobiliss. lectionem sibi à latere comitem esse Iasonem recto capite uoluit, rogatq; aurata donauit. Multa autem cum ipso confersens, inter cætera etiam rogauit, Cur celebs uiueret? Tum ille ambitiosus, quàm par erat, Vt te intercedente, ô Rex, Iulius II. Pontifex Max. me galero purpurco absq; ullo religionis metu donare possit: Iouius in Elogiis, & Bejn. Sac. cus lib. 3. Ticinensis hist.

Impis.

ORIGENES Adamantius, ætatis suæ doctorem hominum facile princeps, cum Eccliam prophetam interpretaretur, minime dedecori sibi esse duxit, ad Hebræum quandam Rabbinum confugere, ut ab eo disceret ubi olim urbs Ariel fuisset: iudiciumque illius secutus, ea reuocare quæ antè scripserat. Nam quæquam inter Christianos peritissimus esset, in Iudaica tamen historia, peritiori in re sua Hebræo cedere uoluit: quem aliis in rebus inferiorem magis, quàm patrem habebat. Fulg. lib. 8. cap. 13.

D. Hieronymus à Barchanina Iudæo in Bibliorum conuersione ad adiutus, non quod puderet à Iudæo discere, sed quod Iudæus inuidiam suæ gentis declinaret. Erasmus in eius uita.

D. AVGVSTINVS cum gentium calumnias refutare uellet, qui clades in imperio Romano acceptas nouæ religioni ascribebant: atq; eis ostendere, longè plura atq; grauiora perpeffos Romanos, antequam Christus adoraretur: idque historiarum fide atque testimonio probare oporteret: ad eam rem Pauli Orosij, cui ea notior erat historia, opem requisit: eamque affectus, largè ipsa usus est. Fulg. gofus libro 8. cap. 13.

D. Aug. lib. 5. de Ciu. Dei, cap. 17. Romanorum exemplo PIOS ad probitatem & sanctimoniam uinæ hortatur, ingens: Vtatur etiam in his rebus beneficio Domini Dei nostri: consideremus quanta contemserint, quæ pertulerint, quas cupiditates subegerint pro humana gloria, qui eam tanquã mercedem talium uirtutum accipere meruerunt: & ualeat nobis etiam hoc ad opprimendam superbiam, ut cum illa ciuitas, in qua nobis regnare promissum est, tantum ab hac distet, quantum distat cælum à terra, à temporali læticia uita æterna, ab inanibus laudibus solida gloria, à societate mortalium societas angelorum, à lumine solis & lunæ lumen eius qui fecit solem & lunam: nihil sibi magnum fecisse uideatur tantæ patriæ ciues, si pro illa adipsam fecerint boni operis aliquid, uel mala aliqua sustinerint: cum illi pro hac terrena iam adepta tanta fecerint, tanta perpeffis sint: præsertim, quia remissio peccatorum, quæ ciues ad æternam colligit patriam, habet aliquid, cui per umbram quandam simile fuit asyllum illud Romulcum, quod multitudinem, qua illa ciuitas condiderat, quoruilibet delictorum congregauit impunita. Cap. quinetiam seq. ueluti per inductionem docet, quas illorum uirtutes imitari debeamus. Ad extremum subiungit: Per illud imperium tam latè tamq; diuturnum, uirorumq; tantorum uirtutibus præclarum

kkkkk 3 rum

rum atq; gloriosum, & illorum intentioni merces, quam querebant, est reddita, & nobis proposita necessaria: com monitionis exempla: ut si uirtutes, quarum ista utenque sunt similes, quas isti pro ciuitatis terrae gloria tenuerunt, pro Dei gloriosissima ciuitate non tenuerimus, pudore pigramur, si tenuerimus, superbia non extollamur. Quoniam sicut dicit Apostolus, indigna sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Ad humanam uero gloriam praesentisq; temporis satis digna uita existimabatur illorum.

Stultis, Pueris.

Ex loco Prudentiae huc ii, qui Stultorum uel Praetorum consilia acceperunt.

Parentibus.

Vide supra, Paronites filium magistri. Apud Aegyptios filius nullam aliam artem quam paternam discit, teste Herod. lib. 6. & Dio. lib. 1. cap. 6. Proinde etiam apud eosdem milites, qui Calasiries & Hermotybies dicuntur, nulli alteri artificio operam daunt, sed artem militarem discit filius a patre.

AGASTHELES Lacedaemoniorum rex, interrogatus, cur tam audax discendi, non adiungeret sibi Philophanem sophistam? regia prorsus indole respondit: Se eorum discipulum esse uult, quorum esset & filius: nempe qui uirtutem ipsis factis praestarent non eorum, qui compositis arte uerbis de uirtute nugarentur. Plut. in Apoph. Laconicis.

Cyrus maior a Cambyse patre Persarum rege belli & pacis artibus instructus, exiit in spem tanti regni, quantum est postea ab eo constitutum. Xenophon.

ARISTIPPVS, Cyrenaei nepos ex filia Arete, a matre edoctus, ut regis dicitur, dicitur fuit. Laert. lib. 2. in Aristippo.

DAMAX a Pythagora patre instituta, ad summam peruenit eruditionem.

ARETE Cyrenaei Aristippi filia, & discipula, mortuo patre scholam illius rexit, & uia uoce auditores magna frequenter docuit. Laert. lib. 2. in Aristippo.

SCYLEVS filius regis Scytharum Arripthis, cum a matre Istrina lingua moribusq; Graecis institutus fuisset: posteaquam ad regnum peruenit, Scythicos mores exoluit, Graecam uicem di consuetudinem sequebatur. Tadem cum Graeca quoque Dionysij festa apud Borythenitas clam suis celebrasset, a Scythis regio & uita fuit priuatus. Herod. lib. 4.

LALIA sermo ex eloquentia C. Laelii patris defluxit: Liciniam lepos a patre L. Crasso emanauit. Mutiae duae filiae ab utroque parente eloquentiam didicerunt. Quintilianus libro 1. capite 1. & Cicero in Bruto.

GALLENVS Medicus, ad annum usq; decimum quintum sub Nicone architecto Pergameno patre grammatica, arithmetica, geometria & astronomia eruditus est. Ad dialecticam inde contemplationem, ut sibi deinceps philosophia uacaret, ab illo perductus est. Animi tranquillitatem sibi comparare, gloriam contemnere, unam ueritatem suspicere, ob nullam pecuniam iacturam merore affici, quam diu, quae reliqua essent, ad curandum corpus sufficerent, a patre edoctus est. Quae quidem patris praecipua se semper retinuisse, & ob nullam rerum fortunaeq; uicissitudinem, animo perturbatum fuisse, scribit Gellius in eius uita.

SACERDOS Antiochenus a filio suo ad Christianam religionem conuertitur. Vide Tit. Conuersi.

HELIOGABALVS Imp. fuit ab incunabilis in summo enutritus luxu: & tantum Symiamirae matri deditus, ut cum ipsa meretricio more uiuens in aula Seueri & Antonini Catacallae, omnia turpia exereret, ac sine illius uoluntate nihil in Rep. faceret deinceps. Cuspinianus.

VALENTINIANVS III. Imper. mortuo patre Constantio Caesare a Placidia matre in omni mollitie nutritus, ad incantamenta & mathematica se conuertit, ut matronis potiretur alienis. Cuspin.

MAHOMETO Saracenorum prophetae, dicunt quidam fuisse patrem daemonum cultorem, matrem Ismaelitam, Hebraicae legis non ignaram. Puerum dum pater suam, mater aliter legem ingerit ac inculcat, utroq; imbutus cultu, neutrum adultus recepit, sed ut callidus erat, inter Christianae pietatis uiros diuinitate uersatus, ex duabus legibus unam composuit, Cuspinianus.

Contux Vratilae XII. ducis Boemorum Drabonucia, mulier audax, & ad scelus prona, duos pariter filios uiro peperit, VENESLAVM & BOLESLAVM. Priorem Ludmilae auiae tradidit educandum, alterum ipsa enutrit. Alumnus nutricum imitari mores, Veneslaus pietatem coluit: Boleslaus idolorum sectas cultum, fratrem interemto, regnum arripuit. Aen. Syl. in hist. Boem.

FRANCISCVS Sforcia, a patre Sforcia Magno tria praecipua accepit, eaque religiosè obseruauit: Alterius nuptiam ne attingeret: Seruum domi diu habitum, uirumque iam fa-

ciam, ne uerberaret, aut statim a se dimitteret, persoluto illi iusto salario: Calcitrone equo nullo uteretur. Egnatius libro 4. capite 3.

Coniugijs.

Et de Diogenis, superire loco Docentis ratio habita.

PENDA Merciorum rex Aluchefredae filiae Osiuij Northumbroborum regis uxoris suae blanditijs & soceri armis religionem Christi suscepit. Polyd. lib. 4.

HAALONI, Magonis Tatarorum regis fratri, qui Persarum Caliphum, Babylone exsilia, sustulit, nuptis in Perside Docti scanton puella regia stirpe, & ab his oriunda, qui ut Christum nuper natum adorarent frequenter hominum comitatu in Iudaeam uenerat. Coniugis hortatu omnia Mahometi templa Haalon iussit dirui, amplexitq; passim eius deliniquitotes. Sab. lib. 6. En. 9.

Mulierculis.

Exempla quaedam peccati ex Tit. Bonis consilijs qui paruerunt.

HIPPONAX Iambum a lambe uetula irrisus reperit. Vide Tit. Poeticae inuentores.

GALLENVS de conceptione foetus, motuq; uuluae, ut cognosceret an diuersa esset conceptus ratio in brutis & hominibus, mulierculas consulere, illarumq; experientia suas rationes stabilire non dubitauit. Testis id est lib. 1. cap. 2. de semine.

AEDESIVS sophista Cappadox, Iamblichi discipulus, professor Pergamenus, nunquam uel deambulando otiosus erat, sed olerum ueditrici obuius, de precio, de cultu, de prouentu olerum interrogabat, ipse quae norat addebat: idem factitabat apud textorem, fabrum, ceterosq; mechanicos, ut nihil aliud, uoculas saltem, quibus uterentur, ad discendum. Eunapius in Prisco.

Plebeis, Mechanicis.

PIETOR quidam rogatus, Quem artis magistrum habuisset? Populum digito ostendit. id sentiens, iudicium populi imitando non esse sperandum. Erasmus lib. 8. Apoph.

APELLES perfecta opera proponebat in pergula transfinitibus, atq; post ipsam tabulam latens, uicia quae notantur auscultabat, uulgum diligentem iudicem quam se praeferebat. Feruntq; a furore reprehensum, quod in crepidis una intus pauciores fecisset anas, eodem postero die superbo emendatione pristinae admonitionis cauilante dicacra erus, indignatum prospexisset denunciantem, ne supra crepidam sutor iudicaret: quod & ipsum in prouerbum uenit. Plin. lib. 3. cap. 10.

ASCLEPIODOTVS Alexandrinus philosophus naturae rerum studio accensus, mechanicis artificibus affidebat, de singulis accuratissimè inquirebat, & cum haec acroasi, quantum poterat, auctororum scripta conferebat. Suidas haec de eo, ut familiaris suo.

Seruis, Captiuis.

Cyrus CROESVM regem, quem apud se captiuum habebat, pro consultore in rebus grauissimis adhibuit, & filium quoque Cambysen eidem commendauit. Herod. lib. 3.

Peregrinis.

Scribit Aegyptiorum sacerdotes, in sacris contineri libris transisse primum ad Aegyptios ORPHEVM, MVSEVM, Melampodem, Daedalum, HOMERVM poetam, & Spartanum LYCVRGVM. Deinceps SOLOMEM Atheniensem, THALETEM Milesum, PLATONEM philosophum, ac SAMIUM PYTHAGORAM, EVDOLVM quoque mathematicum, ac DEMOCRITVM Abderitem, & INOPIDEM Chium. Dio. lib. 1. cap. 9. quae singulorum ab Aegyptiis in sua scripta translulerint, ostendit. Eudoxum audiretorem fuisse Chonupheos autem Memphitae, Sonchitis Saitae Solonem, Oenupheos Heliopolitae Pythagorae. Hic, ut creditur, apud illos, magna in admiratione fuit, admittitq; illos eorum gryphos & mysteria est imitatus, scilicet suis enigmata intexuit. Plut. de Iude.

ATHENIENSIS schola peregrinis ferè inclauit. Si scda ripaterica spectes, Aristoteles fuit ex Stagira, ex Erefo Theophrastus, Strato e Lampfaco, Glycon ex Troade, Aristoteles ex Cea, Critolaus Phaselites. Si Stoicam, Citiensis Zeno, Cleantes Lyssius, Chryssippus Solensis, Diogenes Babylonius, Antipater Tarfensis, Atheniensis Archedemus in Parthos migravit Babylone, atque illic successorem Stoicam reliquit. Nempè scdantes ipsi otium, quo frui non admittit domi integrum est iis, qui quantalacumq; auctoritate uel opibus sunt praediti, peregrinari uoluerunt. Enunc quoque probatissimus & optimus quisque peregre uiuit: non quia pulsus fuerit, sed quod emigrarit: non quod in exilium sit actus, sed fugiat ultrò molchias, interpellationes, & egestas, quae patria imponit. Plut. de Exilio.

Hosibus.

Hosibus.

Domini non omnes gentes à terra sancta ISRAELITIS exurbauit, uiuente Iosua, sed aliquas reliquit, exercendorum & tentandorum Israelitum gratia, nimirum quinq; Palaestinarum praefecturas, omnesq; Chananaeos & Sidonios & Hebraeos Libani montis incolae: à quibus miserè sunt uexati, quando cumq; relicto Domino idolis seruierunt. Iudic. 3.

PELOPIDA s liberatus per Epaminohdam, grates habere se Alexandro tyranno Pharaeorum iactauit. Periculum enim se potissimum nunc fecisse sui, ac compressisse etiam ad lethum se, pedum ad bellum, obfirmato esse animo. Plut. in Apoph. Alia primùm deuidta luxuriam misti in Italia, suisq; illecebris uictores ROMANOS cepit. multoq; magis Attali regis hereditas, tum enim preciosam suppellectilem in auctionibus, regis emere ciuius Romae licuit, anno urbis DCXXXVI. Deuidta Achaia prius anno DCIIIX signa & tabulae pictae, ne quid deesset ad luxuriam, inuenta sunt. Plinius libro 33. capite 11. Rectè igitur Horatius lib. 2. Epistoliarum: Graecia capta ferum uictorem cepit, & artes Intulit agresti LATIO.

Robertus III. Scotorum rex, Dauidem F. dyfcolum Roberto Stuarto fratri suo, quem regni gubernatorem dixerat, tradidit, ut patri diligentia atq; fide ad meliorem frugem reuocaretur. Robertus ne potem regni haereditatem declaratum fame in carcere necauit: rumore sparso, à scariis casum esse. Rex indignè ferens filij necem, suspicans tamen fratris perfidiam, alterum filium IACOBVM, ipem regni, clam in Angliam ad Henricum IV. regem, licet hostem, misit. Eum Anglus in liberali custodia penes se habuit, & optimis praecipuissimè erudiendum tradidit. Proinde ad tantam probitatem atque eruditionem peruenit, ut omnibus admirationi foret. Ense dimicare, & hasta ad unguem certare sic callebat, ut athletam diceret. In choreis saltationibusque agilimus: mulicam exaetè tenebat, omnis generis Grammaticam, oratoriam, poeticamq; ut tum temporis, eximie nouerat. In lingua uerna uel tam ornata faciebat carmina, ut poematum credidisset. Latine uerò, ut tum mos erat, temporis iniuria incondita quidem, attamen grauitissimè referta sententia conficiebat. Phytices arcana omnia comperita habebat. Theologiam ac ius fidei, ut nulli cederet. Ea omnia octo decim annis, quibus in Anglia captus fuit, unica Henrici regis cura addidit. H. Boethius lib. 16.

BRVTIS.

Milui uidentur artem gubernandi HOMINES docuisse caudae flexibus, in caelo monstrante natura, quid opus esset in profundo. Plin. lib. 10. c. 10.

Ab Hippopotamo (est illud animal in Nilo) MEDICI mittere in morbis sanguinem didicerunt. Assidua nanque sit lacitate segnior redditus, exit in litus, recentes harundinum castrum speculatur, atq; ubi acutissimum uidet stipitem, imprensus corpus, uenam in crure uulnerat, eoque profusiuo corpus exonerat, plagam limo obducit. Clysteris uisum in Aegypto monstrauit Ibis, ciconiae ferè similis, & ipsa quoque serpentis pernicies. Haec rostri aduncitate per eam partem se perluit, qua redduntur excrementa.

Medicamenta, quorum usum ANIMALIA monstrauerunt, Plin. lib. 8. cap. 26. & 27. recitat.

Hirundines inuenere herbam chelidoniam. Hac enim oculis pullorum in nido restituum usum, ut quidam uoluit, etiam erutus oculis. Hoc tamen Cornelius Celsus lib. 6. naturae eius auis, non herbae assignat. Inueniunt Canes canariam, qua fastidium deducunt, eamq; in nostro conspectu mandant, sed ita ut nunquam intelligatur quae sit: etenim de pasta cernitur. Plin. lib. 29. cap. 4. Notata est haec animalis huius malignitas in alia herba maior. Percussus enim à serpente mederi quidam sibi dicitur, sed illum homine insperante non decerpit. Simplicius Ceruae monstrare elaphoboscon. Item felis emixae à partu. Dictamnii ostendere uulneratae pasta, statim deciditibus telis. Plinius lib. 25. cap. 8. Id Cicero in 2. de Nat. deor. feris capris adscribit. Cerui percussi à phalangio, quod est aranei genus, caneros edendo sibi medentur. Polydorus.

THRACES quando fluuium congelatum transire infiteuerunt, indicem faciunt firmitatis glaciae uulpem. Nam progrediens illa, glaciae aurem sentim admoct. Quae si percipiat ex strepitu propè undam delabentem, conuulsis non altum esse gelu, sed tenue & infirmum, subsistit: ac ni prohibeatur, regressur. Si strepitum non sentiat, transit fidenter. Plut. de Animalium comparatione.

BRASIDAS captum in carycis murè morosus ab eo dimisit. Tum ad assistentes ait: Nullum est adeo animal pusillum, quod sit percellere sustineat aggredientes, non ualeat esse saluum. Plut. in Apoph.

AGESILAVS murem conspicatus ex fenestra trahi à puero, quicum tegebat: ut eluctans manum momordit mus te-

mentis, profugitq; ostendit id illis, qui praesto erant, aitque: Quando animal minimum ita propulsat iniuriam, quid uiros facere deceat, perpendite. Idem.

DIONYSIVS senior, cum in tyrannidis exordio à conspirantibus in eum ciuibus obsideretur, amici consulebant ei, nisi uellet in potestatem eorum redactus necari, ut deponeret dominatum. At ipse bouem cum uideret, quem cocus macrabat, illico concidentem: Quid, an ne durum sit, inquit, si mortis timore adeò breuis tantum imperium derelinquamus? Ibidem.

NAVPLIENSES olim, cum abroso palmitis uitam multo se ratiorem animaduertissent redditam, samentorum putationem ab asino commonstratam didicere. Pausan. lib. 2.

Ceruus CLODOVEO primo Fraecorum regi, sacris Christianis initiato, contra Alaricum Gothum pugnare uolentem, uadum inundati fluminis monstrauit: quem rex ipse cum toto exercitu secutus, flumine transuecto, Gothum fudit, & infidelem superauit. Gaguinus.

EIEZES Barizae Ianizorum ducis F. etiamnum tiro, singulari certamine contra Bitezem Pannoniū pugnauit, quo tempore Amurates Turcorum rex in campis Cassionis contra Ioannem Huniadem in acie constiterat. In columis uterque ad suos reuersus est. Amurate fortitudinem eius admirante, lepore se magistro usum respondit. Magis adhuc mirante rege, cum puer, inquit, in Asia lepore XL sagittis frustra peterem, & is ultimè stridore terribis aufugisset, certè cognoui, fatalem eius uitae terminum nondum aduenisse. Proinde etiam ego Pannonio me hac sepe opponere non dubitauit, licet aetate & robore superiori. Chalcocondylas libro septimo.

DE QVOMODO. EDOCTI

CONTEMPLATIONE.

Vide locum Contemplationis.

DANIEL cum tribus socijs sine propheta, sine sacerdote, sine magistro, legem Dei obseruauit sobrie, iuste, & pie: uixitq; sine labe inter pueros gentiles. Dan. 1.

HERACLITVS Ephesius cum esset iuuenis, nihil se dicebat scire: uir factus, nihil se ignorare profitebatur. Et ille idem tamen neminem audiuit, sed ex semetipso omnia ingi contemplatione didicit. Laertius lib. 9.

AVDITIONE.

De illa sequi libro, inter Exercitationes.

Legati Atheniensium Romam aduenarant, Carneades Academicus, & Diogenes Stoicus philosophus, petiit ut iudicio subleuaretur populus Atheniensis, cui indicta causa condemnato, postulatibus Oropiis & Sicyonijs iudicibus, lis aestimata quingentis talentis fuerat. Hos illic studiossissimi quique ADOLESCENTES adibant, frequentesq; audiebant & celebrabant. Carneadis lepos praecipue, cuius magna uis, & ea ut non inferius erat nomen, cum insignes & benignos auditores nactus esset, instar ueti urbem sonitu compleuit: uulgatumque fuit, uirum Graecum ad miraculum usque eximium, omnia delinquentem & allicientem, mirum in fuisse iuuentui ardorem, per quem reliquarum uoluptatum & oblectamentorum oblitus, quasi sanatici repererentur ad philosophiam. Cum ea res caeteris placeret Romanis, atque adolescentiam libenter uiderent literis Graecis imbui, & excellentibus uiris uti: M. Cato iam senis uisus improbauit: ueritus, ne iuuentus eò conuerteret studium, atque eloquentiae gloriam rebus gerendis & disciplinae militari antefereat. Plut. in Catone.

SERVVLVS mendicus & eger, & literarum ignarus, ecclesiastica opuscula ex elemosynis comparauerat: alijs quidem legenda, quoribus lectore nactus fuisset, sibi uerò auscultanda atq; edicenda. Audiendi assiduitas reddidit eruditum, ita ut alijs memoriter praedicaret, quae ipse legere nesciebat. Marulus lib. 2. cap. 5.

CONVERSATIONE.

Vide Tit. Peregrinationum.

Deuidto Agide eum postulare obsides Antipater pueros quinquaginta, respondit Eteocles Ephorus, non daturos PERROS, ne minus instructi patria disciplina in compositi euaderent: neque enim ciues essent. Senes uel mulieres, si placeret ei, bis totidem daturos. Denunciantem illò ultimam, si accepisset responsum publicè reddiderunt, si morte impetres grauiora, aequiore animo moriemur. Plutarchus in apophtheg. Laconicis.

Athenaeus lib. 12. narrat ALCIPTADEM, postquam à tutoribus accepisset suas facultates, Abydum Hellefponi nauigasse, atque illic luxu deliciisque fuisse corruptum. Erasmus in Adagijs.

CONSILIO.

Vide Tit. Bonis consilijs parere.

L. PAVLVS Aemilius augur creatus, ita veteribus institutis fuit intentus, & perdidit maiorum religionem, ut quod fa...

CN. Pompeius cum M. Crasso cōsul designatus, quoniam per militiæ tempora politicarum rerum expertus fuerat, M. Varro...

CATO minor ex Asiatica peregrinatione reuersus, cum petere quæsturam legitime posset, non ante accessit ad petendū, quam leges perlegisset quæstorias, singulaq; ex peritis inuestigasset, & summam uim esset complexus muneris illius. Plut. in eius uita.

AGAPIVS Atheniensis philosophus, post Procli obitum, sub Marino, in admiratione fuit, ob discendi cupiditatem: cum subinde quæstiones proponeret, explicatu difficilis. Suidas.

IVLIANI Iurecons. clarissimi nota est uox, & ad hunc uerbum dicitur: Quamuis alterum pedem in sepulchro habeam, discendi tamen percupidus sum.

CYROES Perfarum rex, licet barbarus, studio tamen & assiduo labore eò peruenit, ut philosophiam discipulisq; omnes Græcorum ascultus, & par summis Philosophis habitus sit. Agathias.

D. HERONYMVS ex longo morbo conualescens, tanta auiditate studia omnia repetiuit, ut quod exercitationi linguæ profuit, nocuit corporis ualitudini. Tertius ipsemet in epistola ad Euagrium.

DIDYMVS Alexandrinus cum Grammaticam puer disceret, & ex ophthalmia oculos amisset: discendi studio oculorū cladem superauit. Literarum characteres & effigies tabulis insculptas, post crebram repetitionem, digitis immixtis, obseruauit, & postea doctissimus euasit. Socrates lib. 4. c. 25.

IOANNES Picus Concordiæ & Mirandulæ comes, omnibus bonis externis, quæ animam à labore ad libidinem traducere possunt, affluens, iam inde à prima pueritia incredibili literarum studio flagrauit. Itaq; ad tantam peruenit eruditionem iuuenis adhuc, ut Naturæ miraculum merito appellari poterit. Voluit nimirum Deus opt. max. in hoc uiro ostendere, non tam ingenium (ut plurimi opinantur) quàm discendi studium & ardorem, nostræ ætatis hominibus deesse. Fulgosius lib. 8. c. 7.

HADRIANVS VI. Pōl. puer adhuc ob rem angustam domi Louaniam missus, in Portorium collegium, ut grauitō ale retur, receptus est. Nulla ferè eum unquam à scholis iuuenilis uoluptas euocabat: & cum esset supra disciplinæ duritiam, uini, cibiq; parcissimus, etiam cæteros æquales suos perenni continentia, & lenitate animi superabat, tanta discendi felicitate, ut quæ aliis essent obscura, uel nimia commentantium subtilitate abstrusiora, ea in eundē rimanti apprehendentique longè facilima uiderentur. Paulus Iouius in eius uita.

CHRISTOPHORVS Longolius Belga iurecons. in centum uirale collegium Parisiensis curiæ cooptatus, humaniora studia non neglexit, sed C. Plinij lectioni totum se dicauit. Et ne quid in eo intelligendo sibi deesset, Græcæ linguæ operam dedit: Medicos omnes, rei herbariæ rusticæque scriptores, historicos Rom. orbem deniq; encyclopædiæ enoluit. Vmbratili huic cognitioni experientia iungete uolens, stirpium & piscium historie causa in prouincia Narbonensium profectus est: & geographiæ oculata fide hauriendæ desiderio adolescens Hispaniam totam, adulta iam ætate Britanniam, Germaniam, Italiam emensus est, statueratque in orientem proficisci, nisi Turcorum arma cum deteruissent. Ad Sedunos eodem consilio tendens, quod sub illud tempus à Gallis ad Mediolanum magna essent clade affecti Heluetij, tanquam explorator capus, comitū altero cæso, altero per Rhodanum natado elapso, duro carceri mancipatus. Sedunensis cardinalis opera liberatus, & à uulnere grauissimo curatus, uaticiq; liberalissimè instructus, regionem totam lustrauit, & tabellis descriptam secum domum reportauit. Sæpè prædicabat, se quicquid rerum naturæ cognitione proficisset, id C. Plinij lectioni acceptum referre, qui in omnibus illi occasionem plura quærendi & inuestigandi semper dedit. Hos ipsos tamen tam præclaro conatus, Ciceronianæ imitationis fascino, P. Bembi cardinalis

lis suauis, deceptus, abiecit, & dum inanis eloquentiæ nomē affectat, eiusque causa Rom. ciuitate donatur, rerum pulcherrima cognitione neglecta, in ipso ætatis flore Patauij occubuit. Auctor uitæ.

DE QVO SVCESSV. ALII quidem

DISCVNT

Cito, Facile, Dociles.

Εὐδοκία à Græcis dicitur, qui bonitate ingenij multa breui perceperunt, inquit Cælius lib. 19. cap. 9. Antiq. lect. Di. cuntur & εὐπεδός. Vide Tit. Linguarum studium, item, Lectiois profectus.

CYRVS Perfarum rex, ad annum usq; duo decimum, Perfarū institutus discipula, palam æqualibus uniuersis præstabat, quum dicendi quæ necesse foret celeritate, tum singula præclare uiriliter gerendo. Xenophon de Instit. Cyri lib. j. Hocrates Rhetor in acerrimo ingenio THEOPOMPI & lenissimo EPHORI, alteri se calcaria adhibere, alteri frenos dixit. Cicero in Bruto.

ARISTOTELES inter omnes Platonis discipulos fumè doctissimus fuit. Itaq; Plato de Xenocrate & Aristotele dicebat: Cui equo quem asinum adiungo? & Aristotelem quidem freno, Xenocratem uerò calcariis egere asserbat. Laertius in uita Xenocratis.

THEOPHRASTVS inter Aristotelis discipulos ingeniosissimus fuit. Itaq; Aristoteles de Theophrasto & Callisthenedem dicebat, quod de Xenocrate & Aristotele Plato. Laertius in uita Theophrasti.

GALLENVS Pergamenus, anno ætatis xv liberales artes iam perceperat, & decimo seculo ad Medicinam se contulit, sic ut præceptoribus etiam in iudicando & inueniendo superior esset.

RHEMMIVS Palæmon Vicetinus, mulieris uerna, dum herilem filium in scholas comitatur, literas didicit. Vide Tit. Grammaticorum.

PETRONIANVS Valerius ætatis anno III ac xx humanam tenuit uis ac diuinum, medicinæ nec imperitus, ut ciuilia præteream, & toties obitas legationes. Cælius lib. 19. capite 9. Antiq. lect.

EPIPHANES, filius Carpocratis hæretici, Gnosticorum patris, tam præclaro fuit ingenio, ut xvii ætatis anno (quo etiam obiit) omnes disciplinas ad unguem à patre suo haureret, & in philosophia Platonica excellentissimus fuerit. Hæ ob rem Sama Cephaleniæ urbs diuinis honoribus illum post mortem affecti. Vide catalogum Hæreticorum.

IVLIANVS Imperator puer etiam uix, incredibili uix ingenij, quicquid librorum proferebatur, memoria complectebatur, ita ut præcœcem eruditionem ægrè ferre magistri uiderentur, quasi non haberent quid puero instillarent. Eunapius in Maximo.

IAMBlichVS philosophus Pythagoricus, à Chalce Syriæ, Porphyrij discipulus, Constantini Magni tempore, tam ingeniosus fuit, ut breui tempore secundas post præceptorem Romæ obtineret, nec ab eo quicquam differre uideretur, quo ad doctrinam. Eunapius in eius uita.

GREGORIVS Siculus, in uico qui Prætorius dicitur, prope Agrigentum natus, octauo ætatis anno apud Damianum grammaticum cepit literas discere: & quadriennio tantum profecit, ut in clericum reciperetur. Inde Hierosolymis à Marcario episcopo diaconus factus, tandem Romæ Agrigentinus episcopus creatus est, singulari sanctimonia, pietate & miraculis clarus, post annum Christi sexcentisimum. Metaphrales in uita eius.

AVICENNA mira ingenij felicitate, annos natus decem & octo, Logica, Mathematica, Physica, Diuina iam omnia ad unguem tenebat. Sorzanus Arabs.

EPIPHANIVS, qui postea Ticinensis fuit episcopus, quum uix octauum attigisset annum, Lector in Ecclesia ab episcopo Crispino constitutus fuit. Vide Tit. Doctorū Ecclesiæ.

PETRVS Belfortis Lemouicensis cardinalis à Clemente v. l. paruo creatus est, uix decimum septimum annum attingens. Et ne uideretur carni ac sanguini magis quam Ecclesiæ confulisse Pontifex, eundem ad exquisitissimos doctores, maxime uerò ad Baldum, qui tum Perusij legebat, disciplinæ gratia

gratia misit: ubi tantū in quouis genere doctrinæ profecit, ut idem Baldus eius auctoritate in confirmandis rebus dubiis plerunq; uteretur. Hic demū Urbano v. successit in Pontificatu, sub nomine Gregorij xi, & exulante in Gallias sedem Apostolicam lxx annis, Romam reduxit, anno Salutis MCCCLXXVI. Platina.

BARTHOLOI de scipio testimonium, in d. l. quidam cum filium, ff. de uerb. oblig. est huiusmodi: Habui magistrum, qui me primas literas docuit, Petrum de Assilio, qui sua doctrina me talem reddidit, ut in XIII anno ætatis meæ, ceperim iura audire sub domino Cino de Pistorio in ciuitate Perusij: sub quo ita profeci, ut xx anno Bononiæ repetendo & disputando publicè de iure responderim, & anno XXI Doctor creatus sim. Hotom. de Verbis iuris.

ANGELVS de Valdis Perusinus, anno ætatis uigesimo tertio doctoratus insignia sumpsit, & publicè iura profiteri cepit.

IO. PICVS Mirādula, prompto ad eò ingenio erat, ut audita semel à recitate carmina, & directo, & retrogrado ordine miræ omnium admiratione recenseret, tenacissimaq; reineret memoria, quo d cæteris contrā euenire solet. Nam qui ceteri sunt ingenio, natura ferri solet, ut non multum memoria ualeant: qui uerò cum labore percipiunt, tenaciōres præceptorum eua dant. Io. Franciscus in eius uita.

Rodolf. AGRICOLA Frisius cum Louanij in ipso pædagogio inter Belgas, qui Gallica lingua utebantur, & ad Musicen naturam propensiores sunt, habitaret, Gallicam linguam ita didicit, ut Hannoniorum simplicem uulgaritatem deuitaret, aulicamq; eius lingue elegantiam feliciter imitaretur. Mirabantur Galli, Frisium intra paucissimos menses, abq; præceptore, & id Louanij, Gallicè perorantem. Gerardus Nouiomagus in eius uita.

HENRICVS Enriquez Hispanus monachus in Paranas orientalis Indig. de scipio testatur, quod linguam Indicam, quam alij uix quinquennio addiscunt, quinque mensium spacio ita asscultus sit, ut loqui & scribere optime sciret, & uerba & nomina: ad eò ut indigenæ maiori cuidam uirtuti hoc tri-

INSTITVTIONIS, DISCIPLINÆ FRVCTVS

DE BONAE.

IOIADA pontifex sanctissimus, Ioam, Ochoziæ F. puerulum Athaliæ auia eripuit, in templo per sexennium aluit, septimo anno regem fecit, & in pietate instituit. Iojada mortuo, rex seductus à principibus Iudæorum, impius euasit. 4. Regum, cap. 12.

Corrigi uel distorti quæ uidentur educatione & disciplina demonstrauit Aristoxenus: qui ex æqualibus suis referit THELESIAM Thebanum, fortè adolescentem etiam tum, cum educatus fuisset in optima musica, haussisset; cum aliā nobilitum poetarum artem, tum etiam Pindari, Dionysij Thebani, Lamprij, Pratinæ, cæterorumq; Lyricorū, qui uiri præstantes in pulsandorum fidium fuerant, tibia prægela red cecinit, reliquisq; uniuersæ disciplinæ partibus egregiè fuisse excultū: uerum ætatis flexu à scenica & pisturata musica usque ad eò delinuit, ut præstantibus illis, in quibus creuerat, despectis, Philoxeni & Timothei poemata edidisset, atq; ex his ipsis illa, quæ præ cæteris uarietate & nouitate præstarent: cumque contulisset se ad modulus condendos, periculumq; faceret in utroq; genere, Modulare & Philoxenico, nihil potuisse in genere Philoxenico præstare. in causa fuisse optimam eius institutionem. Plut. de Musica.

CRAES Cynicus scribens Hipparchiæ uxori de filio nato, cum pollicetur sibi curæ futurum, ut illum matri ciconiam pro cane remittat in senecta. Canes enim uocantur Cynicæ sectæ philosophi. Significabat puerum fore pium, qui parentem iam decrepitam mutuo foueret. Erasimus in Adag. Pericles cum aliis præceptoribus usus est, tum potissimum ANAXAGORA Clazomenio philosopho, qui maximū ci pondus & spiritus ad populum tractandum solidiores conciliari, planeq; maiestatem morum excitauit & exultit. Eius conuersatio non solum ad eruditionem, eloquentiam, morumq; grauitatem illi profuit, uerum omni etiam libera uitæ eum superflitione, quæ terrorem ex rebus æthereis inprimis ignorantibus earum causas, & iis qui rerum diuinarum metu pauent percellunturq; rebus earum: quem eximè naturalis ratio, pro terrificis & aduæte superstitione, securam inserit cum bona spe religionem. Plut. in Pericle.

Cum Amyntas Macedonū rex illis, qui eum debellauerant, stipendium pendere, ob sidem Philippū, cæteris filijs iuniorum, dare compulsus esset, illi adolescentulum Thebas custodiendum miserunt. Ciuitas tam curam Epaminundę patris Polymnidi demandauit, ut puerum creditum diligenter seruaret. Erat Epaminudæ filij præceptor Pythagoreus LYSIAS (Lysias Pausanias dicitur in Bæoticis) sub quo multum

buerent, cum esset præmiū diligentis, industria, atq; ingenij. Cardanus de Rerum uarietate lib. 15. cap. 81. HADRIANVS VI. Pont. puer adhuc, tanta discendi felicitate fuit, ut quæ aliis essent obscura, uel nimia commentantiū subtilitate abstrusiora, ea in eundē rimanti apprehendentique longè facilima uiderentur. Iouius in eius uita.

Tardè.

Simonidis DISCIPVLI tardi chœnicem hordei asino dare cogebantur. Vide Tit. Tarditatis iusta supplicia.

DE DISCVNT.

Menedem⁹ nauigates ait MVLTO S studiosiorū causa Athenas, sapientes primū, inde fieri philosophos, mox oratores, prægressu temporis tyrones: atq; quod magis imbuti literis sint, eò arrogantiam magis & factum deponere. Plut. de Virtutis profectu.

NIL DISCVNT.

CAROLVS V. Imp. puer ab Hadriano, qui postea quā ad politificatum ascendit, vi. cognomen tulit, Maximiliani Imp. aui uoluntate institutus fuit. Verū cum mores in principibus literis potiores existimaret, nec his perdiscendis tantū operæ uel temporis, quantum equorū & armorum studiis impertendum arbitrarer, deprecante præceptore, citius quàm debebat, scholam deseruit: præsertim cum Carolus Cæurius nobilis Belga, qui tū erat nutritius, ut integra ad eò lecentis possessione frueretur, alumnū militares iocos sed pius offerendo sensim auerteret à literis. Hadrianus officio deccedens, discipulo perblandè dixit, futurum aliquādo, ut eum præsentis negligentia pœneret. Audiui ego (inquit Iouius) Cæsarem, cum Genuæ Latinam orationem à quodam recitatam nequaquam præclare intelligeret, suspirantem hæc uerba ingenio ore protulisse: Agnoisco, inquit, nūc maximè, & cum dolore quidem, Hadriani magistrū meū diuina monita, cum hos flores & elegantias Latini sermonis percipere nequeam, & meminerim cum sæpè prædixisset, me aliquando puerilis incuriæ pœnas daturum. Iouius in Hadriano.

profecit Philippus. Cumq; adolentes duo & natura adiuuauerunt, & diligentia sibi non deesset, uterque ad maximas uirtutes peruenit. Epaminundas quidē magnis & periculosis certaminibus, præter omnium opinionē, patriam suam totius Græciæ principem fecit: Philippus autem captata temporum ratione in rebus agendis, nihil Epaminundæ laudibus inferior, Macedonicæ monarchiæ fundamenta iecit amplissima. Diod. lib. 16. & Plut. in Epaminundæ. Cuidam interroganti, Quānam in re melior esset euasurus FLIVS si erudiretur? Si nihil aliud, inquit Aristippus, certè in theatro non sedebit lapis super lapidem. Laertius.

PHILIPPVS rex iussit Alexandro F. ut audiret Aristotelem, & philosophiæ uacaret: Ne, inquit, multa admittas, quoniam me admittissem pœneret. Plut. in Apoph.

DIONYSIVS minorē tyrannum, natura sua non malum, sed bonarum literarum inertia mutilatum & labefactum morib. Dion cum animaduertisset: hortatus eum est, ut dederet sese literis, & Platonem philosophorum principem enixè rogaret, ut in Siciliam ueniret. ubi uenisset, daret se ei: quod moribus ex doctrina ad uirtutem expolitus, atque ad diuinissimum rerum & pulcherrimum cōformatum exemplum, magnum sibi incepti, magnam item ciuibus pararet felicitatem. Vt ergo uocatus uenit in Siciliam Plato, primo aduentu eximia comitate & honore est exceptus. Nam regius currus & splendidè cultus præstō fuit: è nauī egredienti. Tyrānus autem, tanquam magno bono imperium suum esset auctum, sacrificauit. Pudor in conuiuijs, aula composita, atque ipsius tyranni in omnibus responsis iudicijsq; lenitas spem ciuibus miram præbebat conuersationis. Ardor erat ad disciplinas & philosophiam omnium. Tyrannidis sedem, ut facta est, puluis occupabat, ob numerum eorum, qui geometriæ incumbebant. Paucis interpositis diebus solenne sacrificium fuit in arce. Ibi cum præcæretur de more præco, ut dominatus in multis ætates consisteret in concussus: assistens Dionysius perhibere dixisse: Quin tu desinis in nos exerari? Eam mutationem ægrè ferentes adulatores, Philiso uiro alio qui docto auctore, Dionem proditiōnis accusauerunt, & ut in Italiam relegeretur effecerunt: & sic Platonis conuersationem cum Dionysio interrupērunt. Plutarchus in Dionē.

Philosophus quidam TIGRANEM Armeniorum regis filium instituebat, tanta cura, ut nunquam à latere eius discederet. Eum uicissim Tigranes plus quàm patrem & colebat & admirabatur. Armenius zolotylo prætextu, quod filium cōtrumperet, innocentiā nēcauit. Philosophus mortuus

rus, arcesso discipulo precepit, ne patri ob hoc facinus succerent: non enim hoc ex malivolentia, sed errore faceret: quæcumq; uerò per errorem homines delinquant, ea præter animi sententiã committit. Huius certè conuersationis fructus ad Armenium quamuis immerentem amplissimus peruenit, quando captus à Cyro, & suo ipsius iudicio condemnatus, Tigranis philosophicis rationibus à uictore uitam atq; regnum impetrauit. Xenophon lib. 3. Pædiæ. Carolus III. Imp. moriens VENCE S L A O VI. filio, regi & Imp. itidem, moderatorem consiliorum omnium dederat Ioannem archiepiscopum Pragensem: cui; uni Venceslaus auscultare, suisque cupiditatibus modum imponere solebat. At eo defuncto, ceu rectore destitutus, in omne genus scelèrum præceptis abiit. Dubravius lib. 23.

30 MALAE.

HELI summus pontifex Israelitarum, quia filios suos lenius quam debebat reprehenderat, unã cum filiis grauius à Domino punitus est. 1. Reg. 7. Deuictio Agide cū postulare obfides Antipater pueros quirit.

INSTITVTIO NVLLA. EAQVE RVRVS VEL PER

30 CONSILIVM CERTVM

LYCVRGVS pugilatus & pancratij interdixit certamen, quone per ludum quidem fatiscere assuescēt. Plut. in Apoph. Cùm maris imperium tenerent MITYLENESES, sociis q̄ descuerant, hanc poenam imposuerunt, ut liberos suos nō docerent literas, neq; artes liberales. Omnium suppliciorū hoc grauissimū iudicantes, si in incitiã & ignorantia artium liberalium uitam transigere cogentur. Aelianus lib. 7. de Varia historia.

DIONYSIVS minor, Syracusanorum tyrannus, non fuit natura malus: sed ueritus pater eius, ne si animi ei creuissent, & consuetudine uteretur hominum cordorum, insidiaretur sibi & dominatu spoliaret: inclusum asseruauit in conclau. Vbi usū destitutus alio, parua plaustra, candela, sedes lignæ & mensas fabricabat. Plut. in Dionē.

VLIANVS Imp. Apostata cū Christianos in Ethnicis disciplinis eruditos, plurimum superstitioni Gentilium officere cererent, edicto cauuit, ne pueri Christianorum ullo philosophiã genere amplius erudirentur: hac ratione sperans fore, ut idiotæ permanerent, eoq; facilius ad idololatriam deficerent.

HABDALLAS Mahumetanus Syria tyrannus, Abūmaro Cōstantinopoli imperante, Christianos sub suo principatu degentes, literas discere prohibuit. Paul. Diaconus lib. 22.

CAROLVS II. X. Gallorū rex, Ludouici XI. filius, Ambasiã educatus fuit: præter domesticos ministros à patre rege attributos, nemini eius adeundi uisendiue copia data. Latine scire pater eum uetuit, præter illud unum, Qui nescit simulare, nescit regnare. Aemilius lib. 10.

30 SVBLATA.

De Rhetoribus Romæ Cn. Domitius Aenobarbus, L. Licinius Crassus censores ita edixerunt: Renunciatum est nobis, esse homines, qui nouum genus disciplinæ instituerunt, ad quos inuentus in ludos conueniat: eos sibi homē impoluit se Latinos rhetoras: sibi homines adolescentulos totos dies desiderare. Maiores nostri, q̄ liberos suos discere, & quos in ludos itare uellent, instituerunt. Hæc noua, quæ præter consuetudinem ac mores maiorum sunt, neq; placent, neq; reuidentur. Quapropter & iis, qui eos ludos habent, & iis, qui eō uenire consueuerunt, uisum est faciendum, ut ostenderemus nostram sententiã, nobis non placere. Sueton. de Clar. orat. & Gell. lib. 13. c. 11.

IVSTINIANVS Magnus Imp. cū nimius esset in extruendis templis, atq; ad eorum ædificationem infinitis egeret pecuniis, de consilio præfecti stipendia liberalium artium magistris olim constituta, in omnibus urbibus sustulit, quas, uacantibus literarum ludis, rusticitas inuasiit. Zonaras.

MICHAEL Balbus Imp. literaturam ad eō est auersatus, ut ne pueros quidem ea permiserit erudiri: ne uel uersariæ ipsius coarguerent atq; rescellendæ instrumenta alij inderarent: uel disciplina adiuti, cū oculorum ac linguæ uelocitate in legendo uterentur, ipsi palmam eius rei prætererent. Cedrenus.

quaginta, respōdit ETIOCLESE Ephorus, nō daturus pueros, ne minus instructi patria disciplina, incompositi euaderent: neq; enim ciues essent. Senes uel mulieres, si placeret ei, bis totidem daturus. Denunciante illo ultima, ni accepisset, responsum publicè reddiderunt: Si morte imperes grauiora, æquiore animo moriemur. Plut. in apoph. Lacon.

TELEMACHVS absente patre Vlyse ad Troiam, sub matris Penelopes tutela molliter educatus, procorum quinque annis conuersatione corruptus, patri dissimilimus euasit. Magnus Smæech, Gothorum, Sueonum & Noruegiorum rex, triennis, sub tutela MATHÆ Cherelmundi regnum optime administrauit. Eo mortuo, crudelissimus tyrannus euasit. Ioannes Magnus lib. 21.

Locuplēs QYEDAM mulier cū unicum filium nimis indulgenter educasset, fur factus filius, & ad crucem ductus, uidit matrem: cum qua cū secretum petisset colloqui, naris matris dentibus auulsit, atq; in humi expucis, alta uoce dixit: Sit hoc, ciues, precium maternæ educationis. Ex plurim hoc à materna auia sua sæpè recitatum fuisse, testatur Pontanus cap. 9. de Liberalitate.

30 OMISSA.

AGESILAVS intempetua ambitione gloriæ luxurians, rerum gerendarum præceptorem Lyfandri citò abiecit. Plut. in Politicis.

AGASICLES Lacedæmoniorum rex, mirante quodã, quod qui discendi studiosus esset, non admitteret Philophanem sophistam: Horum, respōdit, uolo discipulus esse, quorum sum filius. Plut. in Apophth.

PLATO rogatus, uti leges Cyrenæis scriberet: id facere recusauit: magnæ molis esse fatus, ita fortunatis leges dare Cyrenæis. Plut. ad Principem indoctum.

Geradatas uel Gerada Spartiata hospiti seicitiã, Quo esset in adulteros poena apud eos constituta? nihil enim uidere de eo se ab LYCVGO sancitum: respōdit, Adulter, hospes, apud nos non inuenitur. Quo subiicente: Quid si inuenis sit? Taurum, inquit Geradatas, luit ingentem qui capite traiecto Taygerum bibit ex Eurota. Obstupecente illo ac dicente: Qui exiit bos tantus? ides Geradatas: Qui, inquit, adulter exiit Lacedæmone, ubi opulentiã, delicia, pigmenta, infamia: pudor uerò, modestia & erga magistratus obsequium in honore sunt? Plut. in Apoph.

Luctantibus pueris non apponebant rectores SPARTANI, ne artis ea contentio sed uirtutis esset. Quapropter rogatus Lyfander, Qui cum Charon superasset? Ingenti artificio, inquit. Ibidem.

30 NEGLIGENTIAM INTERMISSA.


Apud ATHENIENSES si nullam à patre mechanicam artē edoctus fuisset filius, nulla ei sentio confectio ex Solonis lege debebat alimenta. Sab. lib. 6. c. 1.


Antiquius Aesopi fabellas etiam uulgus idiotarum tenebat. Has igitur qui nō legisset, nihil scire uidebat. Vnde de HOMINE uehementer stupido & imperito dicebatur: *ὁπὶ τῶν ἰδιωτῶν μὴ γινώσκων*, id est, Ne Aesopum quidem triuisti. Ab hoc omnis fabellæ, in quibus inducuntur animalia bruta, *ἀπὸ τῶν μὴ γινώσκων* dicitur: quem admodum in quibus homines, Sybariticæ, siue Sybaritides dimittunt. Erasim. in Adag. Crates Thebanus, Cynicus, cū in editissimam urbis locum ascendisset: Quotum ruitis HOMINES, inquit, qui omne studium in pecuniis collocatis: filiorū uerò, quibus eas relinquatis, nullam curam habetis? Plutarchus in libro de Educ. lib.

Diogenes Sinopensis multis uerbis in inertiam & incitiã MEGARENSIVM inuehebatur: dicebatq; se Megarense allicius artetem esse malle, quam filium. Quo significabat, Megarense pecotis diligentiorē curam gerere, quam liberorum. Aelianus libro 12. de Varia historia. Et sanè meritò reprehenduntur Megarense, inquit Ludouicus Viues lib. 2. de Femina Christi, qui filios suos fordidam fugalitate & auaritiã docebat, habituri pro liberis frugilectuos. Antiqua hæc Megarensum reprehensio, in quam multos hodie Europæ populos meritò posse conferri?



LIBRI TERTII TITVLORVM DISPOSITIO.





N. Nego-
tium VO-
LVNTA-
RIVM
uariatū
reſpe-
ctu

B. Alic

Præcepta percipit. DISCIPLINA.

Obſeruat. OBSERVATIO

Aliqua.
Nulla.

Homines Deorum.
Populi Populorum. Reges Regum. Subditi Principum.
Discipuli Præceptorum. Filij Parentum. Minores Maiorum.
Fratres Fratrum, Sororum. Coniuges Coniugum.

Philosophi: Philosophorum.
Poetarum.

Oratores Historicorum.

Historici: Historicorum.
Poetarum.

Poetae: Poetarum.
Philosophorum.

Histriones Oratorum. Medici Mechanicorum. Pictores Naturæ.
Musici Poetarum.

Mechanici: Mechanicorum.
Poetarum.

Christiani: Iudeorum.
Ethnicorum.

Orthodoxi Hereticorum.

Gentiles: Iudeorum.
Christianorum.

Sorta Philosophorum. Victores Victorum.

Homines Belluarum, quo ad: Voces.
Mores.

Exempla

Exprimi. IMITATIO, considerata secundum

Res


Quas imitantur. Sic imitantur: Naturam rerum uniuersim. Sapientiam. Eloquentiam. Scripturam. Manum. Pugnam. Ceremonias. Religionem. Mechanicam industriam. Mores. Manuetudinem. Virtutem in genere. Improbiteriam. Legislationem. Prudentiam in Iudicando. Fortitudinem. Impudicitiam. Auaritiam. Clementiam. Pietatem, Religionem. Tyrannidem. Regnum. Habitum, Vestitum. Formam. Gloriam.

Per quas imitantur. Vi per: Scripta. Picturas, Statuas. Reip. administrationem.


Formam siue Modum: Ingeniosa. Aptâ. Ineptâ. Vel respectu eius: Quod imitatur. Per quod imitatur. Facilis, Difficilis.

Euentum, quia: Succesit. Rata. Non succesit. Irrita.

Adiunctum: Felix. Infelix.



D. In





Voluminis Vigesimalprimi

Liber III.

DE EXERCITATIONE.



NEGOTIVM VOLVNTARIVM. HVIVS SVNT GENERIS,

DE SVA TRACTARE OFFICIUM suum facere in Studiis & Officiis.

THEORICIS.
Sardanapalus, Plutarcho teste, sepulcro suo incidit curavit: *ταύτην ἔγραψεν ἡ φωνή, ἡ ἰφθόμοστα, ἡ μαστ' ἑσώτος Τίγρη' ἕκαστον.*
At CRATES philosophus per parodiam sic inuenerit: *ταύτην ἔγραψεν ἡ φωνή, ἡ ἰφθόμοστα, ἡ μαστ' ἑσώτος Τίγρη' ἕκαστον.*
Cælius lib. 9. cap. 15. Antiq. Lect.

T. POMPONIUS Atticus eques Romanus, & familiaris Ciceronis, studiis sese totum tradiderat: procul a Repub. non necessitate, sed in dicio. Antiquitatis maximus admirator & custos, adeo ut Augustus, quo cum erat affinitate coniunctus, semper eum aliquid de veterum rebus & doctrina rogaret, aut questionē aliquam ei proponeret. Corn. Nepos.

PRACTICIS.
Cogebantur AEGYPTII omnes (ex Amasis regis edicto) scripta sua nomina ad præfides regionum, & simul quo exercitio uiuerent, deferre: qua in re si quis mentiretur, aut si iniusto uiueret quæstu, in mortis poenam incidebat. Aiunt, hanc eandem legem à Solone, cum ad Aegyptios penetrasset, ad ATHENIENSIS traductam. Diod. lib. 1. c. 6. & Herod. l. 2.
Nil æquē apud GYMNO SOPHISTAS laudare se Apuleius scribit, quā quod torporem animi & otium oderit. quin posita mensa, prius quām edulia apponantur, conuenientes illic adolescententes interrogant magistri, quōdnam à lucis ortu ad id diei bonum fecerint. Cælius lib. 11. cap. 1. A. L.
DIONYSIVS maior percurant, Effēne otium ei? Absit, inquit, hoc unquam ut mihi cōtingat. Plut. in Regū apoph.
Apud ROM. cum consul auspiciatur uel immolat, præco clara uoce edicebat, Hoc age. admonens adstantes officij. Plutarchus in Numa.

VESPASIANVS per totum Imperij tempus nihil habuit antiquius, quā propē assiduat nutantemq; Rempublicam stabilire primō, deinde & ornare. Suetonius.
M. CATO Censorius tria in tota uita deestari solebat, primū, arcanum aliquod feminæ credere: secundum, si transiisset nauis, quō pedibus accedere licuisset: tertio, si qua dies ei per incuriam inanis effluxisset. Plut. in eius uita. Eiusdē præclara est sententia in libro, qui inscriptus est Carmen de moribus: Nam uita, inquit, humana propē uti ferrū est. Ferrum si exerceas, conteritur: si non exerceas, tamen rubigo interficit. Item homines exercendo uidemus conterī. Si nihil exerceas, inertia atque torpedō plus detrimenti facit quā exercitatio. Gell. lib. 11. c. 2. Idem dicere solebat, Non minus otij, quā negotij clarorum uirorū rationem extare oportere. At educto Galba parastus distabat, Neminem otij sui rationem reddere cogi. Cælius lib. 11. cap. 3. A. L.

SEVERVS Imp. symbolum tribuno dari iussit, Laboremus. PERTINAX ad imperij alicui dederat, Militemus. Huic placuit belli omen, illi pacis. Sublato namq; bello, reditur ad agriculturam & officia. Otium in pace delicias alit, & omne flagitiorum genus. Aelius Spartianus.
D. BERNARDVS solebat dicere, se non esse suum, sed aliorum seruitio deputatum. Quoties nihil foris erat quod ageret, domi meditationi Scripturæ sese totum dabat, adeo ut sæpē alia nec audiret nec uideret. Rursus quoties foris aliquid succurrendum erat, intermissis studiis serū id fecit. Nullo unquam tempore otiosus fuit. Aur enim legit aliquid, aut meditatū est, aut orauit, aut concionatus est. Auctor uita lib. 2. capite 4. & 7.

BELLICIS.
Dominus in terra Sancta multas gentes infideles Chanæorum ab ISRAELITIS relinqui uoluit, & non excindi: sic ab hoste externo securi, in se mutuo arma uertent: sed ha-

berent, quorum perfidiam metuentes, in officio ueraq; religione & bellica fortitudine persistenter. Iudic. 3.
THESSALI bellicosi semper sunt habiti. Hinc quidam interrogatus, Quinā in Thessalia censerentur abiectionissimā bello, respondit, feriat. Cælius lib. 11. c. 1. A. L. & Eras. in Apoph.
LACONES tanto studio rei militaris tenebantur, ut mechanicas artes planē negligerent. Vide Tit. Seditionem caltem sem ortam sedare.

ALEXANDER Magnus, qui sciret, quorum spectatorem & auditorem esse deceret, atq; in quibus certare & ipsum elaborare: hoc quidem, armis ut præcelleret, meditabatur assidue, atq; ut esset, quod Achylus ait, *βριδύς οὐκ ἄλλοτῆρας δ' αὖτις ἀντιπύλοισι.*
Bellator acris & tremendus hostibus.

Hanc tenebat artem auitam ab Acacidis & Hercule. Ceteris artibus honorem citra æmulationem habebat: atque uoluntatem & ueneras amplectebatur earum, ita blandimento ad eas festandas non trahebatur. Plut. orat. 2. de Alex. fortuna uel uirtute.

TERTIUS Sitalci pater ferebat, cum à bello feriretur, nihil se equifonibus præferebat. Plut. in Apophthegm.
CLEOMENES Spartanorum rex, cum rogaret quidam, Cur Argiuos, qui bellum uobis faciunt, cum eos subinde uiceritis, non deleuistis? Ut habebamus, inquit, qui iuuentutem nostram exerceant. Plut. in Apophthegm.

Oppidum quoddam Laconibus subinde infestum, ostendente regē funditus se deleuerunt, non permiserunt PHORIS Minime deleueris, inquit, uel sustuleris iuuentutis nostræ cotem. Idem.

Disciplina militaris acriter retenta, principatum Italia ROMANO imperio peperit: & multarum urbium, magnorum regum, ualidissimarum gentium reginē largita est. Fauces Pontici sinus patefecit. Alpium, Taurique montis conuulsa claustra tradidit, ortumq; de parua Romuli casa totius terrarum orbis fecit columnam. Val. Max. lib. 2. cap. 2.

Appium Claudium crebro solitum dicere accepimus, Negotium populū ROMANO melius, quā otium committi: non quod ignoraret, quā iucundus tranquillitatis status esset, sed quod anima duceret, præpotentia imperia agitatione rerum ad uirtutem capefendam excitari, nimia quiete in desidiam resoluī. Et sanē negotium nomine horridum ciuitatis Rom. mores in suo statu continuit, blandæ appellationis quies plurimis uitis respexit. Val. Max. lib. 7. c. 2.

P. SCIPIO Nasica Carthaginem excindi distulit, Cato nisi sese opponens, ne securi Romani, uirtutis studium relinquerent. Vide Titulum Prudentiæ in conseruanda fortitudine suorum.

NICEPHORVS Phocas Imp. ad unam rem militarem, referebat omnia. Vnde, quod in se fuit, decreto sanxit, ut milites in bellis interfecit, pari cum martyribus honore coleretur, & similib. hymnis ac ueneratione celebraretur. Zonaras.

GERMANI olim bella ultrō appetebant, uopote quibus omnis à re bellica esset quies ingrata. Inertia & ignauia dabatur, si uero aliquid quærere, quod possit cruore parari. Bellorum cura destituti, somno & cibo uel fortissimi quique indulgebant: domo & agrorum cura feminis & senibus delegata. Ut mirum uideri possit, duo tam diuersa eidem genti affuisse, & inertia amorem & odium quietis. Huius ipsius studio, uno spectaculorum genere contenti erant, ut uidi iuuenes inter gladios & frameas sese celeriter expeditent. Exercitatio artem parabat, ars decorem. Sab. lib. 2. Enn. 6.

Habebant SUEVI plim centum pagos, quo singuli mille ad bellum uiros singulis mittebant annis, alternisq; inter se militabant, Bellatores ab iis uictum accipiebant, qui militibus erant

LIBER III.

erant imitantes. Atq; ita duplex genti, rei militaris & agrorum fuit cultus. Sab. lib. 6. En. 6. & Auentinus lib. 1.

DE NOVA, INSOLITA, RARA FAGERE.

DIOCLETIANVS primus Imperatorum & communicauit imperium, & posuit illud, quæ duo noua in illo contigisse, oratores dixerunt. Sigonius lib. 1. Imp. occid.

DE SERIA TRACTARE.

CRETENSES, LACONES, PHRYGES, & NABATHEI, filios suos etiam ingenuos, seruilis officia tum domi, tum foris præfere uoluerunt: ne in deliciis educati, otio respercerent, & libertate sua abuterentur. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 25.
EPAMINONDAS, cū dissolutē Thebani in ludos per festū quoddā & cōpotationes se proiecissent, solus arma & muros inspicit, Integritū manere se & stationē agere dicit, quō cæteris uino & somno indulgere liceret. Plutarchus ad Principem indoctum.

PHILIPPVS Macedo, qui Chæronæ multum ineptiebat ex crapula, præbebatq; se ridiculū, simul atq; uerba apud eum facta sunt de fœdere & pace, unctum composuit, supercilium contraxit, uertigineq; & impotentia expulsa, prouidit & sobrium dedit Atheniensibus respōsum. Plut. l. 7. Quæst. 10.

Lantgrauij Thuringiæ principis uxor ELIZABETHA Panonum regis filia, cū multis ante nuptiarum opibus poleretur: ne quando per otii luxu dilueret, inter ancillas exercebatur, lanam linumq; carpendo, nendo, texendo, suendo, cæteraq; id genus opera cōficiendo. Sic pudicitiam seruauit, sic humilitatem custo diuit, sic euangelicæ perfectionis insignia, quibus post obitum mariti abundē eluxit, com parauit. Marul. lib. 3. cap. 9. Sab. lib. 2. cap. 9.

Apud SINAS Indiæ populos nemia sano, quamuis oculis orbatus sit, mendicare permittitur. Cæci molas trusatiles uersando sibi uictum parant. Oforius lib. 11.

DE VITIIS TRACTARE.

SOLOON cū otium malorum omnium fontem esse sibi persuaderet, inertes homines & otiosos poena affici iussit.
PYRRHVS Epirotarum rex, cū quidam inter pocula quærerent, Vtrum Antigidas, an Satyrus melior esset tibicen? Mihi sanē dixit, præfere uideatur dux Polyperchon: inuauēs, quæri oportere non inutilia, sed necessaria. Vsq; adeo ne in conuiuiis quidem aliud quā am mæditari patiebatur. At Plut. in Pyrrho rogatum scribit, Python an Caphisias tibicen ei uideretur melior.

Xenophon lib. 4. de memorabilibus dictis ac factis Socratis, scripsit de SOCRATE summo philosopho, *ὅτι καὶ αὐτὸς ἔδιδε ἡρώδην ἐπιμαρτυρεῖν τὴν αὐτοῦ ἀντιπύλον, quōd & iocis ipsius graues, pleniūq; doctriinæ & sapientiæ fuerint, unde ad audientes non minus fructus quā ex feriis redire solebat.*

GELO tyrannus educebat subinde rusticarum sicut in expeditione Syracusanis: quō melior redderetur ager cultura, nec ipsi ex otio deteriores. Plut. in Apoph.
D. BERNARDVS quoties nil foris esset quod ageret, scripturæ domi totus uocabat. Rursus si negotium foris incidisset, serū illud intermissis tātisper studiū tractabat. Auctor uita.

EVGENIVS IV. Scotorum rex otiosos homines aut in exilium abire aut artem manuariā discere cogit. H. Boëth. l. 9. Lege KENNETHI Scotorum regis, otio addidit, securā, & huiusmodi hominum genus, lotis & flagro cædebantur. H. Boëthius lib. 10.

Lege MACCABÆI Scotorum regis, histriones, ludiones, mihi, & reliquum otiosorum nebulonum genus, nisi regis peculiarari gratia ita permittantur, ad aliquod artificium agendum coguntor: quōd si recusent, nisi inepti ægritudine aut mutilatione fuerint, iumentorū more ad aratum aut plaustrum trahendum adiguntor. H. Boëthius lib. 12.

MARIA Lusitanorum regina, Emmanuelis uxor, otium pati non poterat, neq; regis uirginis & mulieris otio corrumpi sinebat. Itaq; manibus suis delino aut è bombycinis filis, opera muliebria faciebat, & mulieres ad eadem opera magis exemplo, quā uerbis excitabat. Ofor. lib. 11. rer. Emm.

DE VARIIS TRACTARE. Et uel

DE DIVERSO TEMPORE.

Clazomenius TIMESIAS fuit cætera in rempub. uir bonus: sed quōd tractare omnia perse uellet, imprudēs in inuidiā & odium incurrit, donec hoc ei contigit. Fortē pueri in uia ex fossa quapiam talem, dum ille transit, eruebat: quorum aliqui dicebant sciscendū: unus percussit talem: Vr, ita, inquit, Timefæ cerebrum excutiam, quomodo est hic excussus. Quo Timesias audito, cū esse omnibus se animaduertisset odio, regressus domū, uxori rem aperuit: cui cū inuississet, ut raptis secum necessariis sequeretur, extemplo à foribus excelsit urbe. Plut. in Præcept. pol.

METIOCHVS unus ex Periclis amicis, illius potentia inuidiosē urebatur & infolenter. Itaq; uulgō in illum decātabatur: Metiochus dux est, Metiochus uiarum, Metiochus panis, Metiochus farinæ est curator, Metiochus omnia mouet, Metiochus in malam rem ibit. Plut. in Præcept. polit.

THEAGENES cū palmam tulisset non modō solennibus, sed multis aliis ludis, nec pancratio solum, sed & pugilarum dolichoq; sepulo deniq; heroico in funere quodam appositata de morte omnibus portione exiliit, pancratioq; decertauit: quasi uincere nemo ipso debuisset præfente. Vnde coaceruauit ducentas supra mille coronas: quarum plerasque nauici non facias. Plut. in Præceptis politicis.

In ATTALVM, Martialis Epigram. lib. 2. sic scribit: Declamas bellē, causas agis Attale bellē, Historias bellas, carmina bella facis.
Componis bellē mimos, epigrammata bellē: Bellus Grammaticus, bellus es Astrologus.
Et bellē cantas, & saltas Attale bellē: Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.
Nil benē cum facias, facis attamen omnia bellē. Vis dicam quid sis: magnus es ardelio.

In eundem lib. 1. sic uidet: Semper agis causas, & res agis Attale semper: Est, non est, quod agas, Attale semper agis. Si res & causæ defunt, agis Attale mulas. Attale, ne quod agas desit, agas animam.

In VACCERRAM, Martialis Epigrammatum lib. 11. Et delator es, & calumniator, Et fraudator es, & negotiator, Et fellator es, & lanista: miror Quare non habeas Vaccera numos.

DE EODEM TEMPORE. SIMVL. THEODECTES philosophus, Aristotelis discipulus, ea fuit ingenij felicitate, ut simul legere, scribere & dictare posset: coq; de eo dictum fuit, quōd ingenium & memoriam ad nutum haberet. Idem de ADRIANO Imp. scribunt.

C. IUL. Cæsar ingenij uigorem & celeritatem quodam igne uolucrum habuit. Scribere & legere simul, dictare & audire solitus erat. Epistolas uerō maximarum rerum quaternas pariter libraris dictabat, ipse manu propria quintā ad dēs: & si calamum eximeres, septenas. Plin. lib. 7. cap. 25. & Plut. in eius uita ex Oppio.

DE VITIIS TRACTARE.

ROM. censores primū illud agebant, quōd alimenta sacrorum anserum locabant. Leue hoc quidem, ut à leuibus diligentia suæ omnes proponerent: graue uerō, si grati animi uel erga bruta significationem intuerentur. Plut.
EPHORI Spartanus inito magistratu Laconibus *μυθισα κέρων* imperabat: in re uenitula imperij sui primitias degustandas propinantes. Plutarchus.

DE INVITIIS TRACTARE.

OTIO ABVTI.

DEMOCRITVS cū cucumere ueliceretur, ut sensit liquorē eius melleum, rogauit ministrum, Vnde comparatus esset? Quæ cum certum hortum nuncupasset: exurgens ducere eam iussit se & monstrare locum. Mirante muliere, & quid quæreret, percunstante: Dulcoris, inquit, mihi inuestiganda est causa: quam eructo, si spectauero locum. Accumbe agē, inquit, aridens mulier. Impudens ego cucumerem in uas condideram melleum. Tum ille uelut stomachans: En ecce me, inquit. Ego nihilominus incumbam ratiocinationi, quasi propria cucumeri & familiaris sit dulcedo. Plut. lib. 11. Quæst. conuiuialium. & Laertius lib. 9. cap. 7.

PIRES Carius ex Halicarnasso, frater Artemistiæ reginæ, Homeri Iliados uersibus heroicis pentametrum adiecit, & adeo ut in Elegiacum carmen Iliada commutaret: ut, *μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηλεΐδω ἀγχιόθεν, μέλαινα γῆ σὺ πάρος περ ἔχου ἔχου σφίσις.* In eum quoq; referunt Margiten & Batrachomyomachiam, Homero alio qui attributa poemata. Gyraldus ex Suida.

TIMOLAVS Larissæ Macedo, Anaximenis Lampfaceni discipulus, rhetor & poeta, in Homericæ Iliade heroicum heroicō addidit: ut, *μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηλεΐδω ἀγχιόθεν, ἢ θετο γῆ, σὺ κερλά μῆνιν ἄειδε κέρων.* Gyr. Dial. 3. Hist. poet. ex Suida.

NESTOR sub Seuero, Laranæus ex Lycaonia, Pisandri poetæ pater, Iliada conscripsit *ἀπὸ γῆλων*, quia deceret in ca litera, uel *ἀπὸ γῆλων*, Gyraldus Dialogo quarto historiarum poetarum ex Suida.

IDÆVS Rhodius, uersum uerui componens, poemam Homericam duplicauit. Idem.

TRYPHIODOVS grammaticus Aegyptius & poeta heroicis scripsit Odyssiam *ἀπὸ γῆλων*, absque à litera. Suidas.
Ludus Cleanthis reiciendus. Cavillatur enim interdum simulant explicare: illudq;

tes conuenisset. Qui in altero latere Venærem siue Coum, septenarium (uel senarium) numerum significante, sex lu crabatur, & quicquid etiam ex iactu Caniculæ depositum esse. Qui Chium siue ternarium, tres numos: qui Senionem siue quaternarium, quatuor lu crabatur, qui propter ea dexter nuncupabatur. Persius: quod dexter senio ferret Scire erat in uoto. At rectius uidetur Erasmus sensisse, cumq; eo Cardanus, iniquis: Quatuor talis ludabant, iuxta numerum etiam laterum astragalorum: atq; in his supina pars & prorsum nihil comitodi aut damni afferebat. Seniore qui iecerat, totidē aut plures numos cogebat in mensam deponere collufores: Cane uero qui iecerat, ipse exponēbaticollēctam summā tollebat, qui Venere iaciebat. Erat Venus iactus, cum quatuor tali singuli diuersam superficiē exponēbant: sic ut unus Senionē, alter Canem, tertius Supinam, quartus Prōnā ostenderet. Ita Ouid. Quid ualeant tali, quo possit plurima iactu Figere, damnosus effugiasq; Cane. & Martialis de Venere, Cum steterit nullus uultu tibitralis eodē, Munera me dices magna dedisse tibi. Itaq; iactus ē quatuor talorum diuersis faciebus consurgētis nomen fuerit Venus, non aut lateris tali. Porro iactus quatuor talorum in uniuersum sunt x x x v. Alij quidem uniuersales, quādo non iactus omnia latera simul ualēt: alij singulares, quādo non omnia simul, nec eodem modo ualēt. Vniuersales quidem quatuor: ut puta uel dissimiles omnes, Venus: uel similes omnes, cum inutiles Terniones aut Quaterniones, tū uiles Cane aut Seniones. Singulares uero, ē quatuor talis similes habebant uel duos, uel tres. Si duos, tum reliqui duo uel similes erant, & prodibant iactus sex: uel dissimiles, & subsiliebant iactus duodecim. Si tres, quarto reliquo diuerso, iactus ad iungebantur duo decim. In uniuersum itaq; x x x v. iactus. E quibus uniuersi tres tantum ualent: Venus sola iustro: Cane lusori, Seniones collufori dānos. Et hinc pro uerbium, *χρῆστος πάρος πάρος*, de uoluntate inaequalibus. E singularib; aut qui ualuerint, incertum est. Sed tamen si diuina relicet, quemadmodum uniuersi cane lusori, seniones collufori erant damnosita quoq; in singularibus pari proporzioe, v. g. si quis duos cane & totidē seniones proieciisset, sibi aliusq; ex æquo damnosus erat: si unum senionem, alius: si unum cane, sibi ipsi. Terniones & quaterniones igna ui erant. Iam si uarij iactus inter se cohærantur, forte etiam hic quædam erat certa obseruatio. Vt si primus iactus senionum, secundus canum foret. An huc Stesichorius iactus, quem alij tesserarum iudo, Cælius ex Polluce etiam talorum tribuit, & ostonarij uim habuisse ait. Euripides quadragenarij erat. Alexander etiam Vulturij, & Herculei, & Basilici meminit. Et hæc ruri deambulantes.

Ab Eustathio proditum, *κωβέων*, id est cuborū usum, & *πρωτόων*, id est PESSORVM, à Palamede fuisse excogitatum apud Troiam: etiam si apud Aegyptios id referunt quidā. Quamuis apud illos non tam *πρωτόων*, id est lusoria foret ratio hæc, quā philosophica, & ex intimis eruta doctrinæ conceptaculis. Eius formā & modum prosequitur libro primo Athenæus. Nam & apud Homerum lusu hoc genus oblectantur proci, & coniugij Penelope omen captant. Cælius libro 20. capite 14. Antiq. Lect.

Talis Apollonius in Argonauticis puerum CYPIDINEM ludentem facit.

Chartis.



Ostracis, Conchulis.

ΕΡΟΣΤΡΑΚΙΣΜΟΣ ludus puerilis, in quo *εραυον τον ημελειων ημετα τει υδρατος εππολις αφισαν*, *εραυον τον ημετα τει υδρατος εππολις αφισαν*, *εραυον τον ημετα τει υδρατος εππολις αφισαν*. Inde uerbum *εραυον*. Cui apud Suidam, *εραυον τον ημετα τει υδρατος εππολις αφισαν*.

Pat ueræ amicitie clarissimum P. SCIPIO & C. LÆLIUS, tum amoris uinculo, tum etiam omnium uirtutum inter se iunctum societate, ut actiuose uita iter æquali gradu exercebantur, ita animi quoq; remissioni communiter acquiescebant. Constat namq; eos Caietæ & Laurenti uagas litonibus cōchulas & calculos lectitasse: idq; P. Crassius ex socero suo Q. Scæuola, qui gener Lælij fuit, audiuisset pœnuerit prædicauit, Valerius libro 8. capite 8. & Alexander libro 5. capite 21.

De lusu ostracorum (quem Ostracorda Græci uocant) Iulius Pollux in hunc ferē modum tradit. Pueri ducta in medio lineâ, duas in partes sese distribuēbant, quarum altera intra ostracum, altera extra dicebatur. Deinde mittēte quopiam ad lineam testam, utrius partis superior extitisset aliquis, hunc insequēbantur, qui illi ad hærebant, reliquis in fugam conuertis. Cæterum ē fugientibus qui comprehensus esset, is confidebat, Afinus dictus, testaq; proiecta dicebat. Nox dies. Nam interior testæ pars pice sublitera erat, quæ nox respondēbat. Hoc autem lusus genus appellabatur *εραυον τον ημετα τει υδρατος εππολις αφισαν*, id est, testæ conuersio. Plato lib. de Repub. 7. & in Phædro uidetur meminisse. Erasmus in Ostracismo.

Folii.

Κληρονομία, SO RS Mercurij. Vetere consuetudine fortiter in hydriam folium oliuæ coniciebāt, quod Mercurium uocabant, & in eius dei honorem primum eximebant. Altera fors eius erat, qui Mercurium sequebatur. Euripides in Aëolo consuetudinis huius meminit. Suidas.

PLATAGONION, inquit Pollux, nuncupatur crotalum, fistrumq; quo utitur nutrices, dum lenire infantes cupiunt, qui difficilius consopiantur. Addit, Amantes quoq; platonie iustitiam. Hoc uero Græci quidam interpretantes ita accipiunt, esse platonie papaueris & anemones herbe folia, *από τει παυεραιων*, hoc est, *από τει παυεραιων*, à sono quem collisa faciunt. Iis quidem periclitabantur, eequid amans suis forent grati, essetq; affectus mutuus. Si quidem pollicis imponentes ea, & iudici, mox collidebāt, quod si perciperissent, aut ruborem concepissent, quo nomine Rhodia uocabant, amari se augurabantur: si minus, ut frustrati in gemiscebāt. Idipsum significat Theocritus:

εραυον τον ημετα τει υδρατος εππολις αφισαν, hoc est, *από τει παυεραιων*, hoc est, *από τει παυεραιων*, hoc est, *από τει παυεραιων*. id est, Cognoui uel prius, quādo periclitante me, an amare abste, neq; telephyllō insonuit collisum, sed uanē mollitiā brachio conflacuit. Vbi telephyllon interpretes esse annuntiant papaueris ramum, cuius foliis intra manum collisus, ex sono de amore coniectabant, dictumq; putant, quasi *από τει παυεραιων*, quod d' amore præmonstrat. Cælius libro 19. capite quarto. Antiq. Lect.

Frustribus.

Festiuus fuit antiquitatis mos. Consecuerant lufitantes pueri li in sublime FICO S, seu ichiadas, uel unæ acinos iactate, moxq; hiantes ore excipere. Cælius lib. 18. cap. 9. *εραυον τον ημετα τει υδρατος εππολις αφισαν*, hoc est, *από τει παυεραιων*, hoc est, *από τει παυεραιων*. Lulus NV CVM quidam talis est apud Athenienses. Interrogabat aliquis nucibus comprehensis extensa q; manu, Quantum habeo? Quod si alter ditiusauerit: sumit quotquot ille habet in manu. Si uero errauerit in respondendo, tot soluit, quot interrogator in manu tenuit. Suidas.

Nuces loco alexæ fuerunt pueris ROM. notidum adultis, quibus in Saturnalibus ludere permiffum: sicut iuuenib; alexæ: reliquo anni tempore uetabatur. Tranquillus Augustam laxandi animi causâ cum pueris facie liberali ocellatis nucibus luffisse dicit Alexander lib. 3. cap. 21. nucis ocellatas, nucleos, in Persicis pomis fitos esse, putat, quibus persæpe ludere nostrates pueros uidemus: dictosq; ocellatas, propter ocellos & foramina quibus muniuntur undiq; Neq; de amygdala & auellana, sed de persicorū ossibus cum locum intelligi debere. Persius in Satyris:

Et nucibus facimus quæcumq; relictiis, Quam sapimus patuos. Noces autem relinquere, est omiffis studiis & nugis puerilibus, ad gratiora magisq; seria conuerti. Hinc etiam ortæ illæ dicendi figuræ. Nunquam à nucibus recedere. Redire ad nucis, Noces obicere, Noces intermittere, Nucibus indulgere, Noces repetere. Rautissus.

Muscis.

DOMITIANVS Imp. inter initia principatus, quotidie secerum sibi horarium sumere solebat: nec quicquam amplius, quā muscas captare, ac stylo præacuto confingere: ut cuiusdam interroganti, Effēne quis intus cum Cæsare? non absurdè responsum sit à Vibio Crispo: Ne musca quidem. Suetonius, & Eutropius lib. 9. cap. 3.

Miluis.

ΟΡΥΤΟΚΟΠΟΣ ludus quidam est, in quo coturnices in orbem collocant, quorum capita feriunt: & qui in gyro coturnicem prostrauerit, ordine reliquas capit. Qui uero aberrat, tra didit aliter coturnices uerberandas. id que per uices faciunt. Suidas.

Apud RHODIOS festum (siue ludicrum foret id) solitum celebrari, in quo cornici aggregatio fiebat quædā hordei, & id genus rerum aliarum: undè id, *εραυον τον ημετα τει υδρατος εππολις αφισαν*.

id est, cornici uirgo ferti ficos. Qui uero eiusmodi præerant curæ, Coronitæ dicebantur: sicuti in libro de Nominibus Alexandrinus comeminit Pamphilus. Quæ ab eis dem præcinebantur, id est, *εραυον τον ημετα τει υδρατος εππολις αφισαν*, hoc est, *από τει παυεραιων*, hoc est, *από τει παυεραιων*. quæ dabantur, Coronitata uocabantur. Cælius lib. 17. A. L. c. 13.

Κληρονομία apud EOSDEM, facrum uere celebrari solitum, in quo ita concinebant, *εραυον τον ημετα τει υδρατος εππολις αφισαν*, hoc est, *από τει παυεραιων*, hoc est, *από τει παυεραιων*. Venit uenit hirundo pulcras ferens horas, & annos pulcros. Ex Theognide 3. de Sacrificiis Rhodiis. Idē. PERGAMI omnibus annis spectaculum gallorum publicè cedi solitū, ceu gladiatorum scribit Plinius lib. 10. cap. 21. Sed & Athenis id factitari ceptum, ut auctor Aelianus est, à Themistocle superatis Persis. Adicit & in sermone, qui Anacharsis seu de Gymnasticis inscribitur, Lucianus, coturnicum magno studio, non gallorum modo, certamina ibidem spectari consueuiffie. Scueri quoq; filios Herodiani scribit, diffidēre solitos puerili primū ceramice, edendis coturnicij pugnis, gallinaceorumq; cōfiliibus. Proditur item memoria, Socratem Iphicrati duci animos adieciffe, quum ei præmonstrasset gallinacos coram Callia pennis ac rostro demicantes. Quam utilitatē agnouit & Chrystippus in libro de Iustitia, dū gallorum emulacione iniici nobis ad fortitudinē stimulos, & subitici calcaria prodidit. Cæll. lib. 16. c. 13. A. L. ALCIBIADES coturnicem secum fers in concionem. Vide Tit. Munificentiæ honorificæ in dandis pecuniis.

Ostendit nobis IOANNES Euangelista, uiuentem hominem in negotijs perpetuè uersari non posse, ita ne aliquando otium attingat. Itaq; is sæpe cum pedere iudebat. Propter quam rem cum eum adolefens quidam amator irrideret, arbitratu parum contemere seni hominē, qui sanctimoniam exemplum atq; specimen esset, ut otiosus cum aue animi laxamentum quæreret: Ioannes penderet arcum ab eius humero confpicuus, petiit ut arcum tenderet. Quod cum egisset adolefens, sapiusq; sagittasq; demum à Ioanne dimissis, arcum remisit. Tum Ioannes remittens causam quæsiuit. Respondente autem adolefente, arcum funem se detraxisse, ut cum uti eo necesse fuerit, sagittationi inuitum non inueniat. Tunc Ioannes: Et ego & cæteri honesto otio interdum relaxamur, ut maioribus uiribus orationi atq; iciniao sufficere possimus. Quod fieri non possit, si semper eodem tenore uiueremus. Fulgosi lib. 8. cap. 8. Idem de AMASII rege Aegypto narrat Herod. lib. 2.

Similis.

REX quidam Aegyptius simias aliquot inuicuit, ut saltandi rationem perdisceret. Vt enim nullum animal ad figurā hominis propius accedit, ita nec aliud actus humanos aut melius aut libentius imitatur. Artem itaq; saltandi protinus edocēta saltare ceperunt, insignibus induta purpuris, ac perforata. Multoq; iam tempore maiorem in modum placebat spectaculum, donec ē spectatoribus facetus quispian, nucis, quas clanculum in sinu gestabat, in medium abiicit. Ibi simia, simul atq; nucis uidissent, oblitæ choreæ, id esse ceperunt quod ante fuerant, ac repente ē saltatricibus in simias redierunt: contritissiq; personis, dilaceratis uelutibus, pro nucibus inter se depugnabant, non sine maximo spectatorum risu. Erasmus ex Luciano.

Vesica.

Solent PVERI acceptas suum uesicas spiritu implere, ac iuxta ignem super cineres sic eas conficcare, ut incalefcat, nec tamen lædantur, estque iustus in Ionia & in alijs gentibus non paucis persæquens. Accinūt uero inter fricandum uerfus quosdam numeroso & cætu & rhythmo, & horitatur ad incrementum. Vbi uero illis abundè uidetur extensa, rursus infiant, ac magis distendunt, & iterum fricant, quoad satis augmenti accepisse uideantur. Gal. de Nat. fac. lib. 1. cap. 7.

Numis.

ΧΑΚΡΙΣΜΟΣ, ludi genus, quo numum taptim circummagēdo digito impo sitū excutiebat pueri, & priusquam humi cadere excipiebant digito refo. Eustathius Iliad. 8. & Pollux.

Poculo, Cottabo.

Magni studij CO TTABVS apud Siculos erat, apud quos & inuentus fuit, ita ut gradus etiā huic ludō peroportunos cōstituerent: ut Dicearchus narrat in libro de Alcmena. Callimachus eleganter Siculam guttam appellauit. Dicearchus Milesius Aristotelis discipulus guttam etiam Siculum nomen esse asserit in libro de Alcæo. Est autem gutta humor ille, qui relinquitur in poculo à bibentibus, quum in manum conuerfam desuper ludentes in cottabem coniciebant. Scribit Clearchus in tractatu de Linguis, Theffalos ac Rhodios cottabum ex poculis guttā appellare consueuiffie. MANSUDI genus, id quod in pelui fiebat. Peluis aqua impletur, atq; oxybapha uacua in ea natabant, in quæ guttas inrendentes ex carcheis ea immergere nitebātur. Capiebat ille cottabos, qui plura eorum demeriffet. Athen. lib. 15. cap. 1. De ea re Suidas in uerbo *Κοτταβίζων* sic scribit: Ludicrum

apud Athenienses fuit huiusmodi. Bacillus humi defigebatur, & alius imponebatur, qui moueretur, ut in libella: de quo duæ lancee penderent, & sub ijs lancib; duæ aquæ crateres, & sub aqua æneum sigillum inauratum, quod Manes dicebatur. Hæc fiebat in symposiis: ac ludentibus omnibus, aliquis surgebat phialam tenēs mero plenam: atq; cminus stans, unum omne uno impetu in lancē fundebat, ut repleta mergeretur: & caput sigilli sub aqua latentis feriens, sonitum ederet, qui cottabus dicebatur: quod maior, cō melior. Quod si nihil de uino effunderet, uincebat, & sciebat se amari ab amica: si minus, uincebatur. Suidas.

Personis, Habitu mutato.

ROMANI ueris initio, Matti deorum pompam celebrabant; in qua passim omnibus quas uellent personas induere licebat. Vide Tit. Pœna perfidia erga principes.

PERSONARVM RATIONE HABITA. Nempē

Qui luserint, v. G.

Populi, Republicæ, Ciuitates.

LACON quispian uidens scenicum apparatus ATHENIENSIVM, dixit: Quantum peccant Athenienses, tantū qui in ludum serij impendunt: id est, magnarū classium sumus & exercitiū stipēdia effundunt in theatrum. Nam si ad calculū reuocetur, quanti fabula quæq; steterit: plus impendit platum fiet cum populum in Bacchas, Phœnissas, Oedipodas, Antigonom, Mædæ & Electræ calamitates: quā pro imperio & liberate belligerans cum barbaris erogarit. Duces sæpē numero postquam edixerant, ut in cōta cibaria milites secum ferrent, eduxerunt eos ad prælia. Et hercle trierarchi fœcis naualibus parata farina, & iij opsonium cepis & caseo, impoferunt eos in nauibus. Choragij uero mimis anguillas, iā quinculas, alij nucleos, & medullam apponentes, in longum tempus conuiuio excipiebant, dum uocem exerceant, & genio indulgerent. Atq; ex his, qui succubiffent, hoc restabat eis, ut explo derentur & illuderentur: uictores non mensam assequēbantur, non monumentum palmae, ut est Demetrius auctor, Sed in rudentibus uitam depositam, Demortuorumq; cenotaphiam domum.

Nam huiusmodi exitus exiteritū poticæ, neq; inde clarius quicquam. Plur. de gloria Athen.

GRÆCORVM studia ludicra, post uictos Persas otiantium; Horat. lib. 2. Epist. 1. his uersibus describit:

Vt primū positus nugari Græcia bellis Cepit, & in uitium fortuna labier æquā; Nunc athletarum studiis, nunc arte equorum: Marmoris, aut eboris fabros, aut æris amari: Suspēdit picta uultum mentemq; tabella: Nunc tibi cinibus, nunc est gausia tragædis: Sub nutrice puella, uelut si luderet in fans: Quo d' cupide petiit, maturè plena reliquit.

Sub Diocletiano & Maximiano Imp. ROMANA ciuitas nimia rerū prosperitate cæcata usque ad ebriam luxuriam distulserat, ut cum se iij omnia deliciarum genera imtemperanter effunderet, ipsa de felicitate sua præpē triumphare quotidie uideretur. Nam ex nobilitate alij tanto statuarum sibi ponendatum studio exarserant, ut eas etiam auro circumuestiret: alij curribus solito altioribus uecti, aut cultu laxiore ornati, aut immēsis familiarium agminibus stipati per urbem gloriosius incedebant: non detulerant etiam, qui continuandis agris & iungendis possessionibus serulētes, nihil aliud contēderunt, quā ut patrimonium suum in imensum augerent. Cantores autem, & scenicos artifices in tantō precio habuerunt, ut eiusmodi acromata, atque ortij liberalia oblectamenta, pluris quā doctos aut disertos homines facerent. Mensas uero uulgō sic instruebant, ut exquisitissimis dapibus conquirendis, & coniuuiis imtempestiuis celebrandis, insana perorandi peruigilantiq; libidine dies noctesq; consumerent. Ex plebe autem alij in tabernis uinariis pernoscabant: nonnulli uel abris umbraculorum theatralium se abdebant, quidam aleis pugnaciter contēdebant, omnes ferimē totos dies in theatris ac circis, ludis muneribusq; de diti trāducebant, otium ipsum Imperatorum solertia comparatum ad uoluptatem, non ad uitutem incltamentum habentes. Atque hi quidē mores (licet postiores aliquot Imperatores emendare conati sint) tamē indies corruptiores deteriorēsq; effecti sunt, quousque tota Italia otio marcescente, ac diuturno propē languore torpente, barbari Imperium ex omni parte debile inuaserunt, ac fœuissimè distraxerunt. Sigonius lib. 1. Imp. occidit.

Reges, Principes.

MANTONIUS cum Cæsare Octauiō in gratiam redierat, & iustq; fororē Octauiæ duxerat. Eum tamen concertationē iudic

nautes & bellicas machinis ingeniose fabricaretur, non ad fordida & puerilia, ut pleriq; regum, opera animum intendens, sed ad rei bellicae usum maxime necessaria. Quindecimremem nauim contexit, & alteram uno ordine adhuc maiorem, Plinius trigintarem prodidit. Ingentem præterea machinã, qua aduersus Rhodios est usus, qui Ptolemæi partes fuerant secuti. Machina ab euentu urbium expugnatricis est dicta, & ipse per hæc quæ fugebant Poliporthos est dictus, id est, urbium populator. Sab. lib. 7. En. 4.

DIONYSIVS iunior cura belli solutus, plaustella, mensas & sedes mira arte pinxit. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 21.

Videtur L. TARQUINIUS (qui ultimus fuit Romanorũ regum) ab agri cura non abhoruisse: qui ex horto sanctum illud Gabinæ ciuitati, Corinthoq; translaticium, dedit filio responsum. Sabellicus lib. 2. cap. 9.

AVGVSTVS Cæsar piscando etiam fallere otium consueuerat. Suetonius.

M. ANTONIVS Triumuir solebat, Alexã drinis illecebris capere, cum regina Cleopatra sæpius piscari: habebatq; urinatores paratos, qui occulte pisces uicissim ipsius piscantis hamo affigerent. Admonuit frequens captura reginam uanæ ostentationis. Quam ut maiore quodam risu eluderet, præmisit qui fumosum piscem piscanti appenderet. Qui attractus, ingentem ridendi materiam præbuit Cleopatraz & legatis qui aderant. Erubuit Antonius, suis elusus artibus. Ad quem Cleopatra: Alexandrinorum est (inquit) Antoni Imperator fortissime, piscari: tuum, bellando uincere. Sab. lib. 10. cap. 4. ex Plut. Antonio.

M. ANTONIVS Philoſophus Imp. imperij mole, & philoſophiæ studio rum affuditur defatigatus, lassum iam animũ, aut pila aut pictura recreabat: altera enim corpus exercebat, altera immutato cogitandi genere, unã cum corpore spiritum renouabat. Fulg. lib. 8. cap. 8.

DIOCLETIANVS imperio deposito sponte, Salonæ Dalmatiæ hortulũ colebat, & lactucis irrigadis otium terebat.

SAROCHEVS Tartarorum rex, Magni Tamberlani filius, ut regni curis defatigatus animum recrearet, sagittas in arcus usum, flagellaq; manu sua conficiebat, ut ea postmodum in foro uenirent. Fulg. lib. 8. cap. 8.

MAHVMEITES II. Turcarum rex, Constantinopolis euerſor, regno longè maiore quàm Sarochus potitus, cuius ipse maiorem partem armis atq; uirtute pepererat, animi gratia hylgula aut cochlearia pingere aut sculpere solebat: regniq; curis, aut etiam studio, cui magnam temporis sui partem impendebat, defessus, hortum colere solebat: nunc raris fodienda humo, nonnunquam puradis arboribus, fructibusq; qui ex co capiebantur, magno studio uedi curabat: non ut auarus plura congereret, sed uoluptate captus corũ laborum, quos in curando horro perulerat. Fulg. lib. 8. c. 8. & Sab. lib. 7. En. 4. Idem cum oratorũ postulata au direct exterrnarum gentium, cochlearia lignea affabrè cælabat, aut in tabula aliquid effingebat. Sab. lib. 2. cap. 9.

INNOCENTIUS VIII. Pontifex, prorsus pontificias curas non omisit, & tamè succisus horas, quas transigere otiosus poterat, non ut Pius II. Pontifex, nonnulliq; alij, studijs dabat, sed per sæpe putandis hortorum suorum arboribus impendebat. Fulg. lib. 8. cap. 8.

Fuit FRANCISCI Foscarì Venerorum ducis principatus uarijs curis, uarijsq; molestijs publicis, belloq; in primis Gallico cõ Philippo Mediolanensi duce plurimos uexatus annos. In quo certè & Patres ipsi, & uniuersa ciuitas, & Foscarus ipse dux præcipuè laborarunt. Cæterum constat ipsum ducem, cum otium ipsum non aspernaretur, intra publicas res quamuis maxime sollicitum, piscationi operam, ubi liceret, impendere solitum, proculque ab urbis stagnis in eo otio uenturum. Videbat enim, qua sapientia præstabat, non posse publicæ rei tantos studijs a se sustineri, nisi priuato solatio quandoq; indulgeret. Petrarca de Otio.

Animus relaxando.

Animi relaxatio contraria est eiusdem intentioni (ab arcu ducta similitudine) Intentio est in Occupatione sine negotio proposito, qualescunq; illud sit, pro instituto uite aliud atque aliud (sic est qui ludens serua agit: est etiam qui serua agens ludis) Relaxatio uel in nulla occupatione, uel in diuersa a negotio proposito. Quam relaxationem olim Præbanitas moderetur ex loco Præbanitatis exempla non pauca huc poterunt transferri.

Uino.

Consule Tit. Ebriosorum. Illic Intemperantia circa alimenta, circa cibum uidelicet & potum, habetur ratio: hic uero Hilaritatis, quæ mentis alienationem comitatur. Primum cerè non alimentum tantum, sed & medicamentũ causa hominis datum. Sed quæ alimentum ratio, ut non nisi moderatè sumptum corpori commodet, eadem quoq; medicamenti. Cæterum quia medicum &

invenire & obseruare & reinere difficile est, capro. per plures ex uino ebrios quàm hila-res uidere licet.

TEVCER ob eadem fratris Phoci ex Salamine insula, cui pater Aæcus, uti & Aeginæ, imperabat, fugere coactus, calamitatis undiq; oppressus, uino curas abegisse narratur ab Horatio in Odis:

Teucer Salamina patremq; Cum fugeret tamen uida Lyxo Tempora populea fertur uinxisse corona.

AMASIS Aegyptiorum rex, ab aurora usq; dum refertum esset forum, accuratè negotia expediebat: deinde potabat, & inter compositores iocabatur. Quibus rebus offensus amicus, cum uerbis castigabat, quod contra dignitatè regiam ageret. Quibus ille respondit: Arcus ab his quorũ sunt, cum est opus, intendi: eisdem si semper intenti sunt, ruptum irinec posse eis illos, cum indigeant, uti. Ita etiã homo si assiduò labore studio, nec ullam partem ad lufum sibi indulgere uelit, fore ut pederentur aut mente capiat, ut in membris. Eapropter utriq; rei tempus impertiendum. Herod. lib. 4.

Amoribus.

IO. Menesius Lusitanus, rebus in India & Mauritania sub Emanuele Lusitanorũ rege gestis dux clariss. cum uitæ castimonia & morum integritate multum omnibus, qui uitam in armis degerent, anteciret, tum amoribus sine uitæ petulantia, aut ulla uerborum obsecitate deditus erat, ita tamen, ut in illis etiam non libidinis ullum uestigium extaret, sed ludus sine ullius pudoris intertremore quaestus appareret. Quantum ingenio ualeret, uersus, quos patrio sermone composuit, aperte declarant. Nec enim illis quidquam uel argutus, uel festiuus excogitari potest. Oſorius lib. 9. rerum Em.

Medicamentis.

Pisitratu Nestoris, & Telemachus Ulyſſis F. conuiuio exipiuntur à Menelao. HELENA ad lætitiã generandã inſpicit poculo uini Nepenthes, de quo sic Homerus Odyſſ. d.

ὄψ' αὐτ' ἄλλ' ὀπίσθ' Ἐλίην δῖος ἐννεπέλιμα· Ἀδτιὸν ἄρ' ἐς οἶνον βάλε Φάρμακον ἔνδοξ' ἔπιτρον, Νηπενθες τ' ἄρχον τ'ε, κρυπὸν ἐπιλήθον ἀπαιτῶν. Ὅς τὸ κρεττοτέρωθεν, ἐπιλήθον κρηττοτέρωθεν, Ὅν κ' ἀφ' ἡμετέρων γὰρ βάλου ἡμετ' ὄναρ παρθεῖν, Ὅδ' ἂν οἱ ἡστυπείθειαν κρηττοτέρωθεν τ'ε, Ὅδ' ἂν οἱ ἀστυπείθειαν ἀδελφῶν, ἢ φίλων γὰρ χαλεκῶ θηροῖεν, ὃ δ' ἐφθαλμοῖσιν ἔδραπο. Τὸια δῖος θνητῶν ἔχει Φάρμακον κρηττοτέρωθεν Ἐδραπο, τὰ οἱ Πολυδάμεια πάρος ἔθνος παρθέουτες. Αἰγυπτιῶν τοι κρηττοτέρωθεν ἔδραπο ἀστυπείθειαν, Φάρμακον ποτὶ δὲ μὲν ἔδραπο κρηττοτέρωθεν, ποτὶ δὲ λυγρῶ.

Consueuerat SELYMVS Turcicus Imp. nonnunquam edere semen quoddam Turcis notum, quod rerũ feriarum acmolestarum memoriã hominibus admittit, eosq; liberos aciocundos per aliquot horas facit. Id quod ipse efficiebat, ne profundius grauioribus cogitationibus inhæresceret, sed ad oblectandum animum aliquod temporis spatium haberet. Iouius in uita Selymi, testimonio Andreæ Criti Veneretorum ducis.

TVRCÆ præter opium (de quo sub Tit. Milites animare medicamentis) in usu habent puluerem illis dictum Heitram luc: cuius circiter cochlear quicunq; sumperit, nihil loquitur, ac continuo ridet, admiranda se uidere ratus: atq; hinc suos instituit gestus, ut ingentem omnibus spectatoribus risum moueat. qui ubi ad mentem redierit, se his uel illis fuisse locis, & mira uisidisse rerum spectacula, asserit. Rogati illi, puluerem cannabinum esse pleriq; responderunt, qui etiam ex Galeni doctrina lib. 1. de Alimentis, largius paulo sumptus caput ferit, uaporem sursum ob multã calefactionem mittens. Vide Vierum lib. 2. c. 35. de præstig. dam. Quidam herbæ, quam Moluccam uulgo dicunt, semen esse uolunt, eamq; iccirco Lymphaticam nuncupant.

Corpus occupando

Conuiujs.

T. SEMPRONIUS Gracchus re bene gesta hilaritatis causa conuiuium cum militibus instituit. Vide Titulum, Fortitudinis cuiuscunq; præmia & honores. Memmio cuidam utuperati CATONEM Vticensem, dicens: quòd totas noctes potaret: At illud, inquit Cicero, non addis, cum totos dies aleam ludere. cuiuslibet excusans Catonem, qui totum diem Reipublicæ negotijs dabat, nocturnas aliquot horas sumebat laxando animo. Eras. 4. Apoph.

Natatu.

ROMANÆ iuuentutis summum studium fuit in nandi, peritia, post solitas exercitationes, quibus quasi simulacris pugnae, animos corporaq; tanquam ad uerum bellum accuebant. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 20.

Deam

Deambulatione.

ANTONIVS cremita cum olim suos monachos animi & relaxationis gratia in desertum duxisset, obuiamq; uenisset sagittarius, admirans cur Christi serui in otio uitam degerent: iussit Antonius ut arcum magis magisq; intenderet. Ille cum incolumi arcu ulterius non posse, respondisset: Bene, inquit Antonius: sic quoq; nihil est quod continuum & perpetuum laborem ferre possit. Volaten. lib. 21. Anthrop. Mutuatus ab Ioanne Euangelista scq. fol.

Equitatione.

MARCVS Cornarius sublato Marino Falero princeps Venetorum creatus, dũ res ipsas publicas curaret, semper equo uehebatur: non tam quòd securiorem fore crederet, quàm quòd ipso equitandi usu maxime oblectaretur. Eo otio equitandi delectatus, & grauiores pro Repub. curas sustinere uidebatur. Egnatius lib. 8. cap. 8.

Salatione.

Salationis ortum, species, differentias Scaliger lib. 1. Poet. c. 18. persequitur. Ea apud VETÈRES non ubiq; & passim, sed in conuiuio, deliciarum causa, si quando præstatur, laudis fuit. Quippe cantus & saltatio, Homero teste, conuiuij appendices sunt, modesta tamen, non impudens. Alex. ab Alexan. lib. 2. cap. 25.

HOMERVS literarum parens, quum iucundissima homini in digitos mitteret, somnum, amorem, cantũ, postremam addidit salationem, sed præclaro distincto epitheto, dixitque ἀρμονίαν, ut quæ reprehensionis morsum nesciret. Sed & alibi huic quædam à Deo cõtributum bellandi rationè, uimq; scribit: illi autem salationis artificem modũ & optabilem cantum. Versus Homeri sunt hi:

ὄναρ κεν γὰρ ἔδρασε θεὸς πολεμικῆν ἔργα, ἔδρα δ' ἀρχαῖον τ'ε, ἢ κρηττοτέρωθεν αὐτοῖσιν.

Ceu planè inuauit, eam esse prædulcem musicam, quæ non sit salatione abiuncta, dicaturq; deorum pulcherrimũ donum. Vbi & illud attendendum amplius, quum bifariam res distribuerit, in bellum & pacè, duo hæc tantum, ut pulcherrima, bellicis opposuit negotijs. Cælius lib. 5. cap. 3.

SOCRATES salationem quoq; esse perdidendam arbitrabatur, uelut multum inſit uenustatis in apto concinnoque motu, & corporis affirmatione cõposita, nec erubuit iam magno natu inter disciplinas serias habere salationè. Cæterum inquit secundo Legum Plato, Reliquæ animantes sensu ordinis inordinationisq; suorum morum uacat, quibus bene compositos nomen inditũ est numeri, & contentus. Nos autem deos nostrarum celebritatum comites habuimus, qui sensum numerosum, concinnum, suauem, pericundum nobis dedere, modulos saltandique genera docuerit. Choros ἀπὸ τῆς γαργῆς, id est, à gaudio nominauerunt. Itaque primam crudendi rationem effici Musarum & Apollinis opera, perspicuum est: ineruditumque hominem esse, qui choreæ Musarum expertis sit: eruditũ uerò, qui compos eius est. Totumq; id genus in choream, salationemq; & cantum distribui declarat. Cælius lib. 5. c. 3. A. L.

Pugna.

Vide Corporis exercitia, quatenus ludendo obeuntur.

Alexandri Magni MILITES ludicio certamine omen faciũt uictoriae. Vide Tit. Victoris omnia.

VENATIONES erant spectacula, in quibus posite in theatro feræ, ut tygrès, elephanti & leones, gladiatoribus congregiebantur usq; ad mortem & casum alterutrius partis. Suetonius inquit: Venationes editæ per dies quinq; ac nouissimè pugna diuisa in duas acies, quingenis pedibus, elephantis uicenis, tricenis equitibus hinc & inde commissis. In uenationibus & gladiatorijs soli conducti, aut dånati, & ambitiosi ad ostentationè suarum uirtũ adhibebatur, quoniam maximũ uitæ discrimen imminerebat Alex. ibidè. MAIYMA M ludi genus fuisse quoddam satis pater ex l. 1. C. de Maiuma. Suidas scribit, à Maio mense sistum uocabulũ, quòd ciues Rom. certo eius mensis die, Hostiam maritimã urbem ludibundi oppugnarent, seseque in aquas marinas deiecerent. Quod si uerum est, permirum uideatur nullam eius ludi in Quidij Fastis mentionem fieri: ut omittat, quòd Arcadius & Honorius Imp. non se ciuib. Rom. sed prouincialib. eius ludi licentiam reddere scripserunt. Hotoman. de Verbis iuris.

TARVISINI uirgines & adoleſcentes in arce tuenda præliũ committunt. Vide infra, Ex ludo Bellum.

Suffocatione.

Seleucus quosdam ex Thracibus SVFFOCATIONEM ludere solitos in conuiujs asserit, laqueum rotundum ex loco quopiam demittentes, sub quo lapidem ad perpendicularum ponebant, qui facile ascendentes conuolebatur. Sortiebantur postea inter se, atq; is cui fors tulisset, falcem

accipiens lapidè ascendebat, collumque põnebat in laqueum, mox accedens alius lapidè prouolebat, ille uero suspensus subtrahit lapidè, nisi citissimè laqueum falce abscidisset, moriebatur. Alij interea ridentes pro ioco mortem illius habebant. Athenæus.

Mixto ludi genere.

MISCELLANET ludi erant, qui ex ludionum multiplici genere consuebantur. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 10.

FINIS RATIONE HABITA. CVR. Ludere causa

Religionis.

Ludi propter sumum ad Magnificentiã pertinent. Idem, quatenus qui ludunt animi uel corporis uires exercent, ad locos Poetarum, Musicorum, Athletarum referri debent. Quatenus religionis causa celebrantur, Tomo Religioso expediuntur. Heic considerantur ratione etiam religiosi.

Ludos apud GRÆCOS non unius generis fuisse, ex multorum ueterum scriptorum libris manifestum est. Apud Pindarum enim, ut cæteros auctores præteream, legimus, Græcis certo tẽpore celebrata fuisse solenniter certamina Atheniensia, Argiua, Arcadica, Thebana, Aeginetica, Pellensia, Delphica, Panathenæa, Sicyonia, Megarensia, Eleusinia, Marathonica, Aetnæa, Eubœa, & præterea aliquot alia ibidem recensentur. Inter cætera uerò omnia, maxime illustria & clara semper fuerunt Olympia, etiam orationibus: quæ omnia ita instituta fuerunt in honorem deorum (quos hac ratione placare offensus etiam solebant) uel præstantis alicuius uiri memoriam, optimè & præclarè de hominum uitam meritum etiam, ut iuuentus à primis statim annis, ad amorem uirtutis, & laudis æternum decus accenderetur. Ad ea tum (quia ueteres probitatis & honestatis longè fuerunt amantissimi & cupidissimi) nemini aditus patere potuit, nisi uirtutis, fortitudinis, pietatis & honestatis præclara aliquot apud omnes haberet testimonia. M. Neander in præfat. Aristologia.

Liberalitatis exercendæ.

PHILIPPVS Hispaniarum rex, Caroli V. F. Augusti instar aliquando ludere usus est, tantum ut liberalitatis uoluptate perfrui posset. Pascasius Iustus lib. 1. de Alea.

Exercitij militaris.

GLADIATORII ludi instituti sunt ad exercitiã armis uenturum, ut iuuenes ipsi (si quando res postularer) assuescerent non expauescere congressum hostilè. Alex. lib. 5. c. 8.

Dignitatis.

THEATRALES ludi apud Romanos non statim erant: sed ut quicq; ad honores, aut ædilitatem, præturam uel consulatum euectus erat, ad conciliandum populi fauorem maxima læticia colebat & celebrabat, in quibus elephatorum & leonum pugnas, aliarumq; belliarum uenationes erant. Alexan. lib. 6. cap. 10.

HONORARIJ ludi dicebantur, qui ab ijs, qui nouum magistratum inſissent, ad populi fauorem conciliandum magnificis & proprijs expensis edebantur. Ibidem.

Insultationis.

CLEOMENES Leonidè F. Spartanorum rex populabundus fines Megalopolitanos ingressus, tum ingentem prædam conegit, tum magnam uastitatem edidit agri. Deniq; captis artificibus, qui ludicram artem faciebant, & ueniebant ex Messene, excitauit in hostico theatrum: exhibitisq; quadraginta minarum sumtu in unum diem ludis, sedit illic ad eos spectandos: non quò duceretur eo spectaculo, sed ut hostibus quasi insultaret, & quàm longè illis esset superior, cumulatè illorum demonstraret despicientia. quando alioquin inter Græcorũ & regum exercitus unus ille nō mimos traheret secum, non præstigiatores, non saltatrices uel psaltrias: sed omni lasciuia, scurrilitate, insolentia uacabat. quòd ferè exercebat se iuuentus, maiores natu docerèt eam: ludosq; cum otium esset, in solitis facietijs & festiuis Laconicisq; inter se didis ponerent. Plut. in Cleomene.

LOCI RATIONE HABITA. LVDERE

In Sacris.

Consule Titulum, Ludi sacri.

In Castris.

CASTRENSES ludi, in castris Prætorianis: plerunq; cum uenatione dabantur, quorũ meminit Alex. ab Alex. lib. 6. c. 19.

TEMPORIS RATIONE. QVANDO. Ludere

In expeditionibus.

ARCADES & ACHAEI etiam in castris ludos spectant. Vide Tit. Spectaculorum quorumcunq; studium & amor. m m m m 2 Hosti-

Hofibus irrumpentibus.

CARTHAGINEM omnibus viribus Genfericus Vandaloru rex teritavit, ratus, se urbe ea, quae princeps provincie effer, in ditionem adducta, facile inde tota Africa positurum. Cum autem moenia assidue a barbaris quateretur, tamen, ut Victor inquit, ecclesia Carthaginis in saniebat in circis, luxuriabat in theatris: alij foris iugulabantur, alij intus fornicabantur: pars plebis erat foris captiva hominum, pars intus captiva uitiorum. Satis constat, urbem Genfericum dolo cepisse. Qua uero ratione capta sit, historia non loquuntur. Sigonius lib. 12. Imp. occid.

In Calamitate.

MAXIMILIANVS I. Imperator, uxore sibi desponsata, ducis Francisci Britanniae filia, & ea rapta a Ludouico rege Gallic in itinere, quo die res illi est relata, fuit maxime hilaritatis, & haustilia exercuit, ac si nihil aduersi accidisset. Hedio in Chronico Germanoru. Cranzius lib. 13. c. 16. Saxonię.

In Morte.

CANIVS Iulius philosophus, iam cadendus, latrunculis in trepidę ludit. Vide Tit. Mortis uolentę tolerantia ethica.

EVENTVS RESPECTV. EX LVDO PROVENIT

Opulentia.

ACCA Laurętia ex ludo æditum cum Hercule locupletata Romanos hæredes reliquit. Vide supra, Cum Dæmonibus.

Bellum.

Ludi MARIARVM apud Venetos. Vide Tit. Raptorum. Petro Ziano Venetorum duce ex leuissima causa grauissima cum Patavinis orta est discordia. Florebant tum longa pæta VRVISINO RVM opes: & quum ludis multa; lasciuia, ut fit, in secundis rebus ciuitas ipsa luxuriaretur: commenta dicitur suauē ludicrum, ut castellum media urbe peregrinis pelibus ac eisdem ualde pretiosis, purpureisq; stragulis murorum loco muniretur: ut ingenuę uirgines, quibus locum tuendum destinaret, pro galeis coronas aureas haberent, pro thoracibus, pro brachiorum tegmētis armillas, & diuissima monia. Puellę eleganti forma castellum præsidio tenerent: nobilissimi adolefcentes uirginib; equales arcem oppugnarent: missilia quę utrinq; iaceret, poma essent, muscatę nuces, rosę, lilia, aliq; flores in pilarum speciem conglobati: subita ad hæc rosę ac aquę etaculatus, uarięq; alia odoramentorum exquisita genera. Is reru apparatus multos, ut fit, mortales spectandi studio Taurisum traxerat. Veniant & Veneti non pauci, & ex Patauio ad id spectaculum inuitati. Sed quum iā loci oppugnatio omniu oculos occupasset, essentq; conctorum animi intenti, qua parte primu in castellum ipsum oppugnatores irumpere: accidit, ut Venetorum iuuenum globus, occupata repente porta, iam iam signa esset illaturus. Quod ex Patavinis quidam, qui proximo loco & ipsi uirgines oppugnabant, conspiciat, Venetis præsentem gloriam inuidentes, factu in signiferum impetu, uexillu in quo diui Marci effigies erat, illi præreptum ignominiosę lacerarunt. Continuo ex iniuria orta est rixarum fidesq; non sine cæde, ibidem dimicatum, nisi qui ludis præsidebant, confestim spectaculum edicto soluisent. Discessum est utrinq; iratis animis. Patavini suę culpa conscij (apparebat enim haud inultam se eam a Venetis iniuriam laturos) Taurisum in socios assumtis sine ulla belli denunciatione primas partes occupant: Venetos fines ingressi, subitam inde prædam abducere: resq; publico nomine repetitas non modo nõ reddunt, sed Bebianam etiam turrim flumini impostam oppugnare incipiunt. Ad Bebias est pugnatum. Aquileiensis antistitis interuētu pax secuta, his conditionibus, ut quinq; & uiginti illoru, a quibus Taurisino spectaculo iniuria orta erat, Venetias ad principem mitterentur: cui fas esset eos quo uellet supplicio afficere. Eos postea traditos Venetis iniuriolos dimisit. Sabellicus lib. 8. Decr.

Cædes.

CAMBYSES rex Persarum leonis catulo duos canes immittit ludi causa. Vide Titulum, Pæfidi erga fratres cum cæde.

IMPORTVNA, INTEMPESTIVA TRACTARE.

Vide Tit. Dicitio nulla, item Tit. Importunitas.

ANTIOPHVS rex Chalcidę a Demetriade profectus, amore captus uirginis Chalcidensis, Neoptolemi filię, dum patrem primõ ablegando, deinde coram ipse rogãdo fatigasset, inuitum se grauiori fortunę conditioniq; illigantę, tandem re impetrata, tanquam in media pace, nuptias celebrauit: & reliquum hyemis, oblitus quas tum simul duas res suscepisset, bellum Romanum, & Gręciam liberandã, omnia omnium rerum cura, in conuiuijs & uinum sequentibus

uoluptatibus, ac deinde ex fatigatione magis, quã fatigatate caru, in fomo traduxit. Liuius lib. 36. & Athenęus 10. lib. 8. c. 10. c. 11. Ex Polybio, Victorius lib. 24. Var. lect. c. 11. C. GRACCHVS, flagrante adhuc fraterna clade quã longissimę a reprob. remota egit uitã: inde iniurijs & contumelia inflammatus intulit se in eam: mox molestiarum & glorię peritus, cum quereeret exitum, cuperetq; uitę uicissitudinem & quietem, non inuenit deponendę potencie suę ob magnitudinem eius rationem, uerũ in ea occubuit. Plut. in præceptis Polit.

ALIENA SCIRE, COGNOSCERE, QUÆ SCIRE

gnoscere, quæ scire

INTEREST.

Huius ex Prudentia loco exempla mutuanda.

NIL INTEREST. CVRIOSA COGNITIO.

Lacones ADOLESCENTEM ex gymnasio infimulauit, quod uia, quę fert Pylęã, nosset. Plut. in Laconicis.

ALIENA TRACTARE. CVRIOSA NEGOTII ALIENI AFFECTIO, SUSCEPTIO.

IN GENERE.

OLVM quendam scto nomine suis perstringit uersibus Martialis lib. 7. aliena curantem potius quã sua.

THEORICA. PHILOSOPHICA VEL ORATORIA A POLITICIS aut Militibus tractata

Indecorę.

PHICRATES quod etiã declamationes domi in cœtu meditarietur, ostentui fuit. Nam est rhetor bonus, non ineptus esset, debebat tamē in gloria militari acquirere ludo cedere Sophistis. Plutarch. in præceptis Politicis.

Decorę.

P. SCIPIO maior quod ei ab expeditionibus & repub. gerenda orti concedebatur, id in literis tradidit, dicebat tum minime se esse in otio, cãm esset otiosus. Plut. in Apophth.

GRÆCA A LATINIS TRACTATA.

HORATIVVS de seipso lib. 1. Satyra 10. sic scribit: Atq; ego quum Græcos facerem, natus mare citra Verficulos, uentum me tali uoce Quirinus Post mediam noctem uisus, quum somnia uera: In syluam non ligna feris infansius, ac si Magnas Græcorum malis implere ceteruas.

POETICA A MEDICIS TRACTATA.

PERIANDE R quidam (non ille Corinthius, medicus egregius, poetam tamen se uideri uolebat. Poemata ergo illipida quaedam passim recitabat. Vnde Archidamus Agellai filius illi dicere solebat, Qui fit, o Periander, ut uerba hæc iasq; kalos poiētis kalōiōi ai tētiō raiōi; Gyrald. in 3. dial. Historię Poet. ex Plut. Lacon.

POLITICA A SACRIS TRACTATA.

PHARISÆI apud Iudæos populari gratia maxime ualebant. Quos sibi Alexandra Alexandri regis uxor post mariti mortem deuinxit, eorumq; consilij regnũ retinuit & administrauit, ita ut nomen regni penes Alexandram esset, penes Phariseos uerõ administratio. Quorum instinctu optimates quosq; regina sustulit, quod ij Alexandro regi in populum fauendi auctores fuissent, & sic Respub. præsidibus orbata, multis calamitatibus post reginæ mortem fuit subiecta. Iosephus lib. 13. cap. 24. Antiquitatum.

Tiberio imperante, SERVIVS Maluginensis Flamen Dialis postulat ut Asiam forte obtineret, sui; semper in posterum ratio haberetur. At cum Lentulus Augur multa ex aduerso differuisset, Cæsar etiam ipse Tiberius Pont. Max. decretum Pontificum recitasset, quo continebatur, ne Flamen Dialis plus quã binoctium abesset, dum ne diebus publici sacrificij, nec sepius quã bis in annu: iudicatum est annuam absentiam, Prouinciarumq; administrationem Dialibus non concedi: itaque de Asia pro Seruio non placere. Quid nunc dicemus de Episcopis ac Curionibus nostris? procul dubio non possunt uel biduum a sacris recedere, quia ad ea semel accessisse nemo est qui accuset. P. Aetodius ex Corn. Taciti lib. 3.

HERONYMVS Saonarola monachus, uitę sanctimonie & concionandi facultate celebris, dum sese Mediceis curibus opponit, & popularem Florentinę reipublicę statum in sacris concionibus defendere nititur: cum detecta coniuratione eos, qui Mediceos reducere studebat, Franciscus Valorius in secta Hieronymi facile princeps, extremo supplicio affici curasset: populus Mediceorum commiseratione

ne ductus, sic immutatus est, ut ultrò in partes transiret, aduersus Hieronymi sectatores bellum susciperet. Tantq; rerum atq; animorum commutatio, non toto uerente anno his diffidij Florentię consecuta est, ut Hieronymus qui modo singulari sanctimonie uirtutis; homine animis ciuium imperitaret, & in numerum diuorum ut uiuens referretur publico consensu mereret, conuersu populi, fenatusq; decreto damnatus sit, & in arca curiæ fœdissimi supplicio concrematus. In eo tumultu, quo templum diui Marci ferro & flammis est oppugnatum, ut Saonarola caperet, armati hostes in domum Francisci Valoriij impetum fecerunt: qua directa, atq; etiam interfecta eius uxore, dum ipse a licitoribus in curiam duceretur, à propinquis damnatorum ante proconsulis ædes trucidatus est. Iouius in Leone 10. lib. 1.

BELLICA A SACRIS TRACTATA. Sic bellica tractant Pontifices.

LEO IX. Pp. cum prædia pontificia, quæ in Germania erant, cum Beneuentano ducatu, Henrico III. Imp. perente permutasset: Germanorum firmo auxilio ab Imp. instructus, Nortmannis, qui assiduis incursionibus ea loca infestabat, bellum indixit, & primus post Ioannem X. ad bellum prodijt. Nortmanni, pontificis reuerentia ducti, statim pacę petierunt, ea lege, ut quę tunc tenebant, Ecclesię beneficio retinerent, atq; eius feudatarij fierent. Tum Leo: Reddant autē, inquit, res sancto Petro creptas, deinde de pace loquantur. Cui Nortmannus ferrox, Atqui prius nullies morte pugnan do oppetiturus sum, quã quę semel armis peperit, redditurus. Primo igitur prælio Nortmanni loco moti cesserunt, inde collectis copijs pontificis ex improuiso aggressi ita circumueniunt, ut Lombardos in fugam coniecerint, Germanos ad unum propè omnes occiderint. Leo ex prælio in castellum trepidus se recepit, ibiq; acriter obfessus, tandem reddita, quam ademerat, sacrorum cõmuniõne, se dedit, ac in colubis am Humfrido comite Beneuentu deductus est. Sigonius lib. 8. regni Ital.

PASCHALIS II. ad pontificatum euectus, armis inuictus heros, utroq; gladio cõtra Hæreticu Imp. pontificatũ defendit. Pecunia à Rogerio Apulię Duce aduerso, copias, quæ necessarię uidebantur, cõtraxit, ac bello Albam transiit, oppidoq; expugnato, Clementem III. Antipapam inde deiecit. Sigonius lib. 9. regni Ital.

VRBANVS II. Pp. Claramonte Romam rediit, ubi bellum sacrum susceperat, cum Clementem III. Antipapam ab Henrico IV. Imp. occupatã Vrbe potiri, se uerò per arma excludi uidit, haudquaquam animo defecit, uerũ eo ardore, quo bellum contra Saracenos susceperat, arma parauit, ac proprijs multorum, quos ad sacram expeditionem accenderat, auxilijs uisus, Vrbe occupauit, ac Clemente in arcem compulso Lateranum repugnant. Biennio post eundem in arte acriter oppugnauit: cum quę alia ratione propositum teatere non posset, custodiens pecunia corruptis, demum arcem in ditionē adduxit. Clemens uerò clam elapsus, Albam se Marforum reuulit, ac firmo ibi se præsidio communiuit. Ibidem.

VICTOR III. Pp. an. 1087. ut Saracenorũ, qui in Africa erant, insolentiam frangeret, consilio cum episcopis & cardinalibus habito, ingentē ex omnibus Italię partibus exercitum conuocauit: ac uexillo beati Petri tradito, & noxijs omnibus relaxatis in Africam misit: ac per eos centu millia hostium cæcidit; & urbem eorum maximam cepit. Neque uictoria ulla per hæc tempora fuit insignior: quippe eodem die in Italia nunciata, quę est in Africa cõmpatata. Ibid.

LVCIVS II. Pp. Romanos imperium pontificium nouo Senatu instituit & Patrio delecto renuentes; armis ad officiu redigere conabatur. Itaq; exercitu cõparato senatores in Capitolio obfedit, ordinē illi; libertatis Romanię erat fundamentu, cupiens abolere. At Iordanes Patiticus Pontificem cum suis à Capitolio repulit, atq; ad implorandũ Conradigræci Germanorum auxilium impulit. Narrat etiã Gothifredus, Luciu in pugna lapide percussu fuisse, neq; amplius usq; ad diem obitus sui, qui proxime cõsequutus est, in folio pontificio confedit. Sigonius lib. 11. regni Ital.

INNOCENTIVS II. Pp. à Lothario Imp. restitutus, in Rõgēntiam Sicielię regem cõcilio Lateranensi bellum decreuit, qui non solum Agacletum II. aduertit ueneratus pontificem fuerat, sed etiam diris deutoris in pernicia perma nebat, atq; electionis & consecrationem episcoporum ad se contra decreta traheret: & sanctum Germanum aliaq; Cassinatę ecclesię loca per uim occupata tenebat. Comparato igitur Romanorum exercitu ipsemet Pp. Leonis noni exemplo aduersus eum profectus, eundem omnino exitu habuit. Nam Rogerium ad sanctum Germanum obuium

factum omnibus Cassinatę monasterij locis eiecit, atq; in castrum Gallutij cõpulum acri obfisione circumdedit. Verũm Gulielmo Rogerij filio Tarenti principe cum firmo militum robore superueniente, profligato exercitu, ipse cum Cardinalibus est comprehensus. Rogerius obfisione liberatus ipsum Neapolim deduxit, atq; eximio, ut dicitur, honore trahauit. Ibi paciẽ mentione utrinq; illata, res haud ægrę conuenit. Rogerius Innocentium custodia, Innocentius Rogerium contracta noxa exoluit: & ne ulla in futurũ belli materia superesset, ipsum regem Sicielię, Ducem Apulię & Calabrię, & Principem Capuę appellauit, atque hominem, ut uocabant, ligium ecclesię confirmauit. Tiburtes inde neglectã religione adhuc in contumacia permanētes armis cogēdos, qui ultrò obtemperare nolent, decreuit: ac recum Romanis communicata, exercitum eorum eduxit, atq; acriter Vrbe obfidere instituit. Tiburtes, cõsiliu experientie cum uirtute fortunę ceperunt, ac rependē portis egressi, & castra pontificis ac Romanorum adorti, eos secum prælio decertare coegerunt, ac demum loco motos castra opulentissima deserere, & fuga salutem sibi querere compulerunt. Seq. anno Innocentius bellum Tiburtinũ maioribus quã antē uiribus instaurauit, cum ipsius defectio nis indignitate accensus, tum à Romanis, qui se à Tiburtibus pullos, castrisq; exitus indignabantur, inductus. Tiburtes autem Romanorum apparatu deterriti, uictusq; suis diffisi, antequam ad extrema uenirent, pacem à pontifice postularunt. Neq; ea obsequio iurando, atq; obfidiis in fidem tradendis ægrę est impetrata. Romani uerò, qui & parta uictoria ferociore euaserant, & irati acerbiorę pœna Tiburtes afficiendos existimabant, à pontifice flagitarunt, ne tantam defectiõnem tam molli uindictæ conditione uellet: Tiburtes meruisse, ut muris dissectis & Iatijs finibus truderentur, neq; ipsum a defectiõnis turpi futurũ, nisi in auctores earum atrocius foret animaduertit. Innocentius eontra supplicibus pacem danciam cõcebat. Romani seditione cõditi, in Capitolio cõcionē indixere, & tandē in eam sententiã descendit, ut Sicielię Romanis libertatis statum restituendum, pontifici uiam sacrorum quationem relinquit, ut in eadem sententiã dicitur. Romanos uerò nem separatim impudē, & bellum cum Tiburibus, non tantum Innocentius populum Romanum a sacris amouit, quod pontificum iure cõmuni, cuius a pontificis temporibus ad eum usq; sicut participes iustas, non tam uox in timorem Romani amittendi dominatus adductus, in uim exca icoluit, sed etiam in illis, qui in eadem sententiã cõsentio tantu momenti fuit, ut omnes deinceps pontifices, usq; ad Clementem tertium exercuerit. Sepulch. Innocentię Cardinales excludo populo ad cõmitia conueniunt, ac post die eius diei Vidonem ciuem Castellatum, ex Cardinaliũ collegio pontificem sublegerunt, ac mox cõsecratum Cælestinum secundum uocauerunt. Ibidem.

Cardinales.

GREGORIUS Montelõngus, apostolica sedis in Lombardia legatus, ab Innocentio III. Pp. Aquilegensis patriarchatu ornatus, contra Fridericum II. Imp. rem gessit. Eo cõstantē, hinc Placentini, Mediolanenses, inde Bononienses, Ferrarienses, Regini, Mutinenses præsidia immiserant. Parnam celerissima: ut Fridericus illorum eruptionibus penę quotidianis agitatus, castra remouit, fuerit cõmunire cõactus. Biennio toto tracta obfidio. Tandem facta eruptione in securos, uictoriam cepit, solbq; aquanere. Turpi fuga elapsus Fridericus, ingentē thesauros hosti reliquit diripiendos. Cranzius lib. 8. Saxonię c. 13. & 14.

AGIDIVS Magnus, cardinalis Sabinus gēre Carilla, apud Hispanos nobilit. dum pontificia sedes in Gallia exulat, ab Innocentio VI. in Italiam missus, legatus à latere, ut uo cã; Tyrannos Ecclesię terras, Ludouici Bauarij Imp. iussu occupantes, miro uictoriarum cursu imperata facere coegit, Italiam pacauit, arces plurimas edificauit, per annos quinq;

Consule Titulum, Doctis duces.

Cum expeditionem maritimam Philippus in Euboeam adora-

SACRA A' PROFANIS tractata.

Ex loco Impietatis, exempla eorum qui Sacra temere contraclauerunt.

LVLVS Moguntinus episcopus interfuit belli a Carolo Magno gestis: ut indicant Malmesburius & Lelandus apud Balaeum, Centuria 3. cap. 56.

LVIPTERTVS episcopus Moguntinus, seculo duodecimo a Christi natiuitate, cum accolis Rheni, & Lotharingis, per saltus Hercinios in Bohemiam, manu ferroque uiam aperiens, transiit: & quinque reges Bohemorum sibi occurrentes caecidit, regionemque illam praedando & inflammando peragravit, ac cum triumpho reuersus est. Auentinus libro 4.

Boemi.

Ioannes de Praga Olomucensis episcopus creatus, aduersante sibi Vencellao Romanorum & Boemiae rege, Alfonso Canonico Viffregradensem amulum habuit. Caeterum a Concilio Constantiensi Ioannis electio approbata fuit, ad eum ut in Cardinalium etiam coetum sub titulo sancti Cyriaci fuerit aggregatus an. 1126. Hic non pontificem modo egit, sed fortissimum & militem & imperatorem, Hussitarum copijs ipsius auspicio saepe fuis. Cataphracto equo insidens, instructis eorum aciebus saepe occurrit, ob id uulgo Ferreus nuncupatus. Augustinus Morauus in catalogo episcoporum Olmucensium.

Hungari.

PAVLVS Tomoreus Colloccensis archiepiscopus belli fumissimi in Vngaria, in quo rex Ludovicus perijt, auctor & administrator. Vide Tit. Stultitia in consulendo.

GEORGIVS Martinus Dalmata, Variadensis Antistes, bello paceque potens, a Ioanne rege Hungariae Stephano filio infanti tutor relictus, contra Ferdinandum regem Solymani arma implorauit, & Budam egregie defendit. A Iulio III. Cardinalis creatus est. Neque uero tum primum, sed multo ante spectata fuit uirtus eius, cum & ipse Ferdinandus hostis saepe diceret, nihil se proferre inuidere Ioanni, quam unum cucullarum, qui galeas decem millibus tuendo regno potior haberetur. Monachum uulgo appellabant, quod esset ordinis Pauli primi eremita. Tanta ei inerat auctoritas cum summa in omnes casus urgentium rerum industria, ut quum concionanti similis prodiret, quod uellet uel corruptos alienatosque, cuium animos impelleret. Tandem cum in affectu regni suspitionem incidisset, ex insidijs interentus est. Iouius.

Dani, Sueones.

ABSALON Roskildensis primus episcopus, inde etiam Lundensis archiepiscopus, Valdemari regis Danorum collectaneus, belliciosissimus fuit: cuius signum nunquam sine fuga ab hostibus spectari solitum, multas caeq; illustres uictorias cum aliis tum praesertim de Selaui regni peperit. Saxo lib. 14. & seq.

Rege Carolo Canuto pulso, Ioannes Vpsalensis archiepiscopus Christiannum Danum regno Suecorum imposuerat. Christiannus Sueonum uim suspectam habens, Ioannem in uincula coiectum secum abduxit. CATILVS Lincopensis episcopus, Ioannis nepos, uisa Danorum tyrannide, pontificalia indumenta, praesente Canonico collegio, induit, quasi rem diuinam solenniter peracturus: eaq; rursus & sine mora singillatim exuens, & ad summum in ecclesia Lincopensi altare repouens, uotum uouit Deo. Se non prius ea recepturum, quam oppressam patriam a tyrannorum feruitute liberasset. Deinde ex eodem loco sumtis militariibus armis instar cataphracti militis ad preparatam militiam extra ecclesiam septa egressus, comites habuit. Canonicos, eam rem uolentem lacrymis & genibus prosequentes. Ad quos conuersus dixisse fertur illud Palmyrae inueniunt inuocant, & genibus prostrati, cum exuam dicit Dominum. Valde exortum munus suam humilissimum. Christianni exercitus aq; rursus, ad ecclesiam rediit. hinc Danos glaciali pugna cepit, & memorabilem uictoria adeptus est, hostes fulmine a turribus discerit, uictoriam, & aliud praclarum officium ab aliquo pontifice in patriam unquam collatum memoratur. Ea pugna patria in libertatem, & Carolus in patriam, a tyrannorum imperio liberata, & in eam populum restitutus fuit. Tit. Magnus lib. 23. cap. 9.

IOANNES Vpsalensis archiepiscopus, Christiannum Danorum regem Sueonum regno exiit. Vide Tit. Romitudo in tyrannorum imperio.

MECHANICA TRACTATA

A' Sacris hominibus.

Non fuit satis Apostolis tantum spiritualia curare negotia, sed si quid supererat temporis, manuum labori impendebant. Lucas in Actis testatur, PAVLV M apostolum, cum Corinthi apud Aquilam & Priscillam hospitaretur, sabbatis quidem in synagoga disputare solitum, reliquis uero diebus artem scenae fabricam exercuisse. & ipsimet in epistola ad Corinthios, ab Epheso scribens, ait: Laboramus operantes manibus nostris. In epistola quoque ad Thessalonicenses, Non inquieti, inquit, sumus inter uos, neque gratias panem manducauimus ab aliquo: sed in labore & fatione nocte & die operantes, ne quem uestrum grauauerimus: non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus uobis ad imitandum nos. Nam cum effemus apud uos, hoc denuntiabamus uobis: Quoniam si quis non uult operari, nec manducet. Rursusque in Actis, ad maiores natu ecclesiae, quae Ephesi erat, loquens, ait: Argentum & aurum aut uestem nullius conuicui, sicut ipsi scitis: quoniam ad ea quae mihi opus erant, & ijs qui mecum sunt, ministrauerunt manus istae. Omnia ostendi uobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infimos, ac meminisse uerbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit: Beatus est magis dare quam accipere. Ab Aimonē Cantuariensi archidiacono de Paulo traditum est, quod a gallicino usque ad horam quintam operi manuum, & inde usque ad horam uesperinarum facienda ad populum sermonibus uacare solitus sit: residuum uero temporis imperierit cibo, somno, solatio. Ita nulla hora illi praeterijt immunis, ex parteq; laboris, nisi quam edendi dormiendiq; necessitas intepellabat, mente interim Deo inuenta. Marul. lib. 3. cap. 9.

PETRV M & THOMAM & IACOBVM & IOANNEM, post susceptum Apostolatus officium, piscatione se exercuisse, quum imo iubente Domino laxasset, in Euangelio legitur. Quis tale opus reprehendere audeat, si Dominus iubendo approbauit?

ANTONIVS eremita solitudinis taedio affectus, exclamare coepit: Seruari cupio Domine, & cogitationes meae mihi aduersantur. Mox ubi de cella prodijt, conspexit hominem monachali habitu succinctum, nunc calathos texentē, nunc ad orandum procumbentem. Et dum rem tacitus miratur, ab eodem tandem audiuit: Sic & tu age, Antoni, & tentationes uinces. Cumque id loquentē statim non comparuisset, anima duerteret, angelum Dei fuisse intellexit. Ibidem.

ANTONIVS abbas hominum ad se confluentium frequentia offensus, relicto monasterio ulteriore eremum petijt ac he fratres uictum ipsi deserendo uacarentur (tridui enim se tenere ab eis distabat) terram coluit, sementemq; fecit, & uolucula plantauit, ut etiam ijs, qui uisendi gratia accessissent, ad conuencendum satis esset. Si quid otij suppeteret, sportulas de palmarum folijs texebat. Marul. libro 3. cap. 9. Sabell. lib. 2. cap. 9.

VENERIVS abbas, dum solitarius in Palmaria insula, quae a continenti Lunensis oppidi octo millia passuum abest, uitam dure admodum asperē, ageret, diu herbis pomisque syluestribus sustentatus, tandem ad agri se culturam accinxit, tanto Domini fauore, ut unum sacculum, hordeiq; modicum habens, die uno humum profuderit, semen ipse parit, messem fecerit. Ibidem.

Cum PAVLO abbate in quodam Thebaidis monasterio mille quingenti monachi erant, omnes manibus sibi uictum comparantes, ita ut etiam extra monasterium pauperibus alimoniae subsidia mitterent. Plurima inter eos artificum opera,

opera, & necessitatis & exercitij gratia, ut edomita assiduis fationibus caro diceret seruire spiritui. Ibidem.

PHYLORONIVS presbyter, dum in quodam Galicij monte multa se abstinentia fatigaret, non minus manuum operatione exercebatur. Inde illi suppetere poterunt longinquae peregrinationis impensa, Romam Hierosolymamq; itineranti. Ibidem.

DE ARCHEBIO Cassianus refert, quod dum adhuc in coenobio cum fratribus uerfaretur, laborem quo ibi omnes suis horis exercebantur, sibi duplicato pro matre creditori satisfecerit, cum ipsa ob inopiam soluendo non esset. Deinde solitarii institutum secutus, cum in insula Nili uitam duceret, Cassiano eodem locuti, atque ibidem inter anacho retas residere cupienti, cellam cum suppellectile dono obtulit, se inde transmigrare uelle dicens. Post paucos autem dies reuersus, alteram multo labore sibi costruxit. Sed mox & illam simul cum instrumento pari simulatione alijs eo apullis conceffit, & iam tertiam (ut ipse Cassianus tradit) sibi ponere moliebatur: hanc etiam daturus, si habitatorem inuenisset. Ibidem.

SERAPIONIS abbatis monachi manuum mercede sibi in diem alimenta coquirebant. Cum in agris tempestiua messis esset, rusticis operam locabant, & quicquid stipis inde exegissent, indigentibus (hisq; maxime qui in uinculis erant) erogabant. Marul. lib. 3. cap. 9. Sabell. lib. 2. cap. 9.

IOANNES abbas, qui in Thebaidis eremo uitam duxit, singulis Dominicis diebus pane ab angelo delato se sustentauit: caeteris diebus fscellas extendo uictum parauit. Ibidem.

VANDU abbas Fontanellae in Gallia, a Batilde regina diuinitus monita, plauru cibarijs onustu accepit. Sed deinceps de operib. manu uictum suo necessaria suppetitauit. Ibidem.

DOROTHEVS in deserto Aegypti abbas, noctis quoque partem operi manuum dabat, sportulas contexere solitus: interdiu autem lapides coehere, & cellas edificare, quas ibi habitare uolentibus ultro offerrebat. Sportulis autē diuenditis, precium omne indigentibus donabat. Ibidem.

Manuum labore uictitasse fertur HILARIVS abbas in monte Aemiliae commoratus, atque ibidem suis impensis ecclesiam construxisse. Ibidem.

DIUS HIERONYMV M ad Demetriadem uirginem sic scribit: Statue quor horis sanctam Scripturam edicere debeas, quanto tempore legere, non ad laborem, sed ad delectationem & instructionem animae. Cumque, haec finieris spatia, & frequenter te ad figenda genera sollicitudo animae suscitauerit, habere lanam semper in manibus, uel taminis pollicem fila deducito, uel ad torquenda subtegmina in alucolis fusi uertatur, aliarumque neta aut in globum collige, aut tendenda compone: quae texta sunt respice, quae errata reprehende, quae facienda consistue. Si tantis operi uarietatis fueris occupata, nunquam dies tibi longi erunt: sed quamuis aeternis tendantur solibus, breues uidebuntur, in quibus aliquid operis praetermissum non est. Haec obseruans & respicam saluabis, & alias, erisq; magistra sanctae conuersationis, multarumque castitate lucrum tuum facies, Scriptura dicente: In desiderijs est anima omnis otiosi. Nec circo tibi ab opere cessandum est, quia Deo propitio nulla re indiges: sed ideo cum omnibus laborandum est, ut per occasionē operis nihil aliud cogites, nisi quod ad Domini pertinet seruitutem. Marul. lib. 3. cap. 9.

A' Regibus, Principibus.

Hic de uis uictum, qui ipsmet manus operationi mechanice qualicumque adhibuerit. Nam qui habitum mechanicum in alis laudans, colunt, admirantur, sub cuiusq; artis cultu in specie, in genere uero sub Mechanicarum cultu studio recensentur.

ACHILLES cum esset tertius a Ioue (ut poetae fabulantur) ipse propria manu carnes secis, legatis, qui ab Achillis ue-

nerant, cenam summo studio parare non erubuit. Aelianus lib. 7. de Varia historia.

VLVSSES Homericus, fatetur etiam ipse, multa se scire, & quae sciat, manibus etiam exequi. Domum rediturus ex insula Calypsus, ipse sua manu solo gladio quod illi siue rarem, qua ueheret, celerrime confecit. Ibidem.

GAMBRIVVS Thulico num septimus rex, circiter annu mundi 3413 aeconomia studiosus, doctus primus decoquere ceruissam. Gaffar. in Epitome Chron.

A' Philosophis, Literatis.

CLEANTHIS, MENEDEMI, ASCLEPIADIS exempla, qui interdum philosophati sunt, noctu mechanicis exercitijs alimenta sibi parant: pete ex Tit. Paupertatem qui studio eruditionis contemere.

THOMAS Paterus Sedunus, praceptor non in ipsa iuuentute, quod qui non laborat, neque manducare iubetur ab Apostolo, partim necessitate ipsa coactus, ut uictum suum facilius toleraret, restioni operam dare coepit Basilea, altera saepe manu funem torquens, altera uero, quando per absentia restionis licebat, Grammaticam Hebraeam aliumue auctorem tenens, quoad & lux maior, & fortuna benignior affulset, ut sordido exercitio relicto, ad Musarum castra magno cum iuuentus fructu redierit.

Ab Imperitijs.

Promethus cum a Ioue donu accepisset formandi a Ioue homines, & iam plurimos formasset, & aliquando abiisset ab officina longius, accessit frater EPIMETHEVS polypragmon, & fratris Promethei opera imitari coepit. fabricatosq; festinanter & indiligenter a se homines, fratris operib. commisit. Quare cum iam Prometheus, indito singulis uitali spiritu, eos in lucē produceret, quos Epimetheus finxerat, omnes stulti, inepti & stupidi, & improbi etiam euaserunt: qui uero Promethei opus erant, omnes pij, sapientes, probi, atq; honesti prodierunt. Gilb. Cogn. lib. 2. Narrat.

De quodā RVSTICO refert Barolus in suo tractatu de Falcone, in prin. qui falconē cuiusdā nobilis uenatoris peditu reperit cum gelis & sonalijs, quē posuit sub banco: & dedit ei beccare panē, caseum, rapas, & carnes salvas, de quibus ipse rusticus nutriebatur: occasione quorum cibariorum falco interijt. Et cum quaelio esset, an rusticus ad interesse teneretur illi nobili, decidit Barolus ibi quod sic. Nam tenetur pro illo damno ad interesse, nō actione legis Aquiliae, quia falconem nō occidit, sed tenetur actione in factu, quia ipsum male nutriendo & imperite tractando causam mortis praebuit. L. quia actione. §. Celsus. ff. ad legem Aquil. Nec potest quis rusticu excusare, licet fecerit quod potuit, & sciuit, & falconem ut suam propriam personā tractauit, & aluit: propter quod uidebatur excusandus cap. bona fides. de deposito. at tamen tenetur ex eo, quia fuit in culpa non leui se immiscendo rei ad ipsum non pertinēt, nec statui suo conuenienti: cui solium colere terram de qua uinat conuenit, & non de uenatione. Potuit in super cognoscere in gelis & sonalijs falconem ab alio fuisse occupatū & derentum, & sic alteri domino pertinere, & in sua naturali libertate nō esse, ut sibi rustico occupati concederetur: ut dicto §. fere igitur bellia. Inst. de rerum diuisio. Vnde debuit cum in publicum prodere, ipsumque consignatū libello publicare, ut illius inuentio ad domini notitiam perueniret, ut dicimus de seruo fugituo in l. i. in princ. ff. de ser. fugit. & l. falsus §. qui alienam. ff. de ser. Gul. Bencidit. in rep. cap. Raynuitius.

VIRILIA MVNIA A' MV. licibus suscepta.

Vide Titulum Mulieres bellicose. item Titulum yuuanonogarsu.

OTIVM. RESPECTV

SERERVM SIVE NEGOTII

A' QVO ABSTINENT. VI. dicitur ab Exercitio

POLITICO. A' REIP. ADMINISTRATIONE.

Ex Tit. Magistratu adiciat, huc quedam.

LVCVLLVS post praclara Reip. munera, aetate propeclior totum sese otio philosophico dedit. Plut. in eius uita. Mortuo Carolo IV. Imp. dum Vencellaus F. quem successorem regni & imperij fecerat, edendo ac bibendo otium in Boemia tereret, Pragam mittitur legatus a Germanis principibus & salutem ab illo rebus suis expectare per aduentum illius in Germaniam. Inconsultus ille omnibus responderet, se, quae peragenda sibi in Germania fuerat, pridem omnia negotia conuicisse, Regno Romanorum legitime ibi inuito;

nec in praesens uidere superesse quicquam, quod istic agat. Si quis princeps opera sua indigeat, ille ad Regē suum potius ueniat, quam Rex ad illum. Dubrauius lib. 23.

BELLICO.

GERMANI quoties bella non inuent, non multu uenatibus, plus per otium transigunt, dediti somno cibiq; fortissimus quisq; ac bellicosissimus nihil agēs: delegata domus & penatium & agrorum cura feminis senibusq; & infirmissimo cuiq; ex familia, ipsi hebet: mira diuersitate naturae, cum ijdem homines sic amet inertiā, & oderint quietē. Corn. Tacitus de moribus Germanorum.

BRAZILIENSES sunt ad laborem pigri, ad luxum & otium propensi. Quoties a bellis conuiescunt, totum tempus in conuiuijs, & cantibus, & saltationibus sine illo modo consumunt; Choro in eodem loco semper insistent.

institutes circum orbem uersant. In cantibus non distinctis sonorum interuallis, sed simplici uocum ratione carmina modulatur. Illic autem quae fecerint in bello commemorant, facinoraeque sua summis laudibus extollunt: & omnes cantus ad uirtutis militaris laudem symphoniam profequuntur. Alij uero saltantibus pocula ministrant: donec tandem omnes temulencia oppressi sternantur. Oforius lib. 2. reru Em. MECHANICO.

ALEXANDRIDES Leontis Fugatus, Cur Spartani agroru cultum illis permittent? Quoniam, respondit, maiorem curam nostri quam agrorum habemus, iccirco illotas comparauimus. Plut. in Laconicis.

QVADAM apud Syllanum abbatem in Scythioico caenobio manibus laborantes monachos cauillatur. Vide Tit. de Praeceptis.

PERSONA

Populi. LACEDAEMONII, cum disciplinam militarem coleret, turpe putabant esse, in alia ulla arte occupari. Itaq; Herondas cum Athenis esset, audissetq; quendam damnatum ut in certem & otiosum hominem tristem de foro abire, comitantibus amicis, & ipsis merorem praeferebantibus, rogauit eos qui propere stabant, ut monstrarent sibi hominem, qui damnatus esset, quod liber & ingenuus foret. Ad eum seruile & ignominiae plenum putabant, uersari in aliquo studio, quod rei quarendae factum uideretur. Plut. in Apoph.

Strabo lib. Geographia. II. scribit, uulgo dictum in ALBANORVM gentem, Cycloporum uitam: ut qui neque culturae studio, & ad omnem uitae cultum incertes & rudes essent. Erasmus in Adagijs.

Reges, Principes.

Scytharum rex ATEAS nihil existimare se aiebat, cum feriatetur, equisonibus praestantiorum esse. Plut. An seni traclanda res publica.

AT T A L V M Eumens fratrem ex diuturna quiete & pace plane oscitantem unus ex amicorum cohorte Philopomenes pascebat frenuē pascentem se: ut Romani quotidie per ludibriū ab redeuntibus ex Asia quae terent, Ecquid posset rex apud Philopomenem? Ibidem.

Caesar TIBERIVS in insulam Capreas secedens, reip. quidē curam usq; adeo abiecit, ut postea non decurias equicum unquam suppleret, nō Tribunos militum, Praefectosq; non prouinciarū Praefides ullos mutarit: Hispaniam & Syriam per aliquot annos sine consularibus legatis haberit: Armeniam à Parthis occupari, Moesiam à Dacis, Sarmatisque, Gallias à Germanis uastari neglexerit: magno dedecore imperiū, nec minore discrimine. Suetonius in Tiberio.

NERO Caesar augendi propagandiq; Imperij neq; uoluntate ulla, neq; spe motus unquam, etiam ex Britannia deducere exercitum cogitauit: nec nisi uerecundia, ne obtrectare parentis gloriae uideretur, desistit. Ponti modo regnum concedente Polemone, item Alpium, defuncto Coelso in prouinciae formam redegit. Suetonius.

Valerianus in Rhetijs & Norico ab exercitu, GALIENVS Romae à senatu imperatores electi sunt post Gallum: quorum imperium perniciosum Romano nomini fuit, principum ignauia, & in Christianos saeuicia. Nam & Germani Raenannam usq; peruenerunt, ferro ac flamma omnia uastantes: & Valerianus in Mesopotamia bellum gerens, à Parthis captus, in seruitute turpiter uixit. Eo enim ut scabello Pacorus Persarum rex equum insensurus utebatur. Galienus ignauiae & otio deditus, barbaros minime repressit, & occasionem dedit 30. tyrannis, ut Ro. imperium inuaderent, & quod domi relictum erat ab externo hoste, pessundaret. Tandem cum temp. deseruisset, ac Mediolani libidinib. operam daret, occiditur. Platina.

ROMANVS Junior, nepos Romani Lacapeni senioris ex filia, uino deditus ac otio, uoluptuarios tarum homines infamesq; circa se habebat, imperij cura cuida Iosepho Brin-gae tradita. Volat. lib. 23. Anthrop. ex Zonara.

CONSTANTINVS Romani filius, Imperij curā alijs commisit: Diogenem, qui Syriam praerat, Bulgariae ducem constituit, ad coerecendos Pazinacas, qui excursionses quotidie in Bulgariae faciebant. Ibidem.

ALEXANDER Basilij Macedonis Imp. filius, uiginti annoru iuuenis, singulari desidia, rebus grauioribus omisis, tantum uenationi, equis & canibus operam dedit. Ibidem.

RICARDVS II. Anglorum rex, Edouardi III. regis belliosissimi ex Edouardo duce Aquitaniae fortissimo nepos, ignauus & uoluptatibus deditus, ut omnem bellandim materiam ab se uerteret, suadentibus suis, qui ei lenocinabantur, donauit patrum suum ducē Lancastrium Aquitaniae

principatu. Aquitani animo cementes breui futurum, ut Francis praedae essent, nisi principem haberent, à quo ab iniuria defenderentur, ducis imperium abnuerunt, atq; legatos ad Ricardum miserunt, qui diceret se regi parere assuetos, non posse ab officio discedere. Excusatio Aquitanoru à rege accepta est: quia duxa in uxore Caroli Gallorum regis. Isabella uix dum octenni, in 30. annos inducias pepigit, ob quod factū multos procerum Gallis infestos à se abalienauit, Thomam Glocestriensem fratrem perdidit interfecit, Henricum nepotem ex fratre Ioanne in exilium eiecit. A quo captus, uitaē cupidine imperium ultrā deposuit, & non multo post in carcere perijt. Polyd. lib. 20.

EDWARDVS II. rex Anglus minime regij animi, nec bello felix, ignominiam à Scotis accepit, quos pater eius ter subegerat. Curam summamq; omnium reru demandauit Hugoni amico suo principi. Isabella, regis Francorum & filia & soror, cum nihil apud uirum gratia, precibus, admonitione uel posset, patientia muliebri in iram uersa, cum paucis matronis, ac aliquot generis proceribus, qui ferre diutius non poterant Hugonis noui hominis impotentiam, per causam religionis uocatiq; solendi, Cantium peti, diuiniq; martyrem uenerata in Franciam transmisi ad fratrem regē Francum. Ab eo impetravit, ut filium Eduardum adolecentulum, quem secū duxerat, in fidem reciperet, ducemq; Aquitaniae institueret. Gallorum igitur opibus, reginae ductu, ex procuratore rerum deditus, ac ad supplicium tradius Hugo: Eduardus adolecentulus uiuo patre, atq; adeo in ordinem coactō, rex salutat⁹ est coronatusq;. Aemilius lib. 8. & Polyd. lib. 18.

VLADISLAVS II. Boemerum rex, etate ingrauescente, curis regni & laboribus praegratus; secum meditari cepit de onere tam graui uel deponendo, uel allucando. Itaque ad Vogilaum, quem praeter ceteros proceres beneuolentia prosequabatur, grauiorem negotiorum molem trātulit, additis cum quibus consilia actionesq; communicaret. Ipse extructo sibi in Strahouienſi secessu conclauit, cum cœnobitis diuersatus est, laudans subinde Manuelem Byzantinum Caesarem, quod deposito imperio, uitam monasticam secutus fuerit. Ceterum breui tempore Vogilaus magnam in se multorum, inter quos Suatopluci quoq; regis filij, inuidiam conſlauit, propter benignum & largum erga se regis fauorem, ex re bene administrata conceptum: adeo ut idem Suatoplucus obuim sibi cum ante cubiculum regium habens, eiusmodi uerbis inuaserit: Quousq; tandem regnum spoliare per regias largitiones abs te extortas non cessabis? Quo ad, inquit, tu rex designatus non fueris. Quo ille responso irritatus, stricto pugione fugientem in cubiculum, rege coram, faucibus, nemine in illum iniicere sedulum auso, quamquam rex comprehendi illum iusserit. Sed nunquam deinde in conspectum regis Suatoplucus uenit, aliquam diu in Hungaria apud Stephanum regem, posthac uxore mortua in Bauiaria apud Albertum fratrem suum, usq; ad exitum uitae commoratus. At rex otio & secessu Strahouienſi uel primoribus tantum labijs degustato, abduci ab illo ne hoc quidem incommodo accepto potuit, sed regno potius toto cedere Friderico filio maluit, nō omnibus consilium illius comprobantibus: quod unum regnum, duos reges alere uix bene posset, quodq; duobus seruire dominum uideretur difficillimum. Atq; in hac hominū distractione, status quoq; regni disturbati cepit, patris filijq; auctoritate apud subditos indies magis ac magis elanguescente. Itaq; Sobieslaus patruelis (quoniam licet regi amulum Vladislaui hortatu Caesaris Friderici, à carcere liberare, quā secessu suū relinquere maluit) apud Cesarē obtinuit, ut Vladislaus uel imperio se abdicaret, uel solus regnaret. Fridericus sponte in exilium abiit. Mortuo Vladislaui Sobieslaus successit. Dubrauius lib. 12.

VENCESLAVS VI. Imp. regnum in Boemos initio statim adeo dissolutē auspicatus est, ut nullam neq; legum neque iudiciorum curam habuerit. Hinc latrocinia & rapinae rursus per uias publicas exerceri cepit, ingentem rerum iacturam, praesertim mercatoribus, Pragam tanquam ad celeberrimum emporium consuetibus, attulerunt. Nō enim pedites modo, sed etiā equites itinera obsidebant, maleficijs nobilitate quoq; obnoxia. Ad hos reprimendos exercitum iusto fuit opus. Tres arcēs à faxo struatae ad fundamentum sunt dirutae, quae Boemi, Zleby, Zbieroh, Rohozecz, uocant. Dubrauius lib. 23.

Militēs. Plutarchus Periclem refert uierſam Atheniensem multitudinem partium in octo partes, fortibus usum: & CVI contigisset alba faba, huic caeteris pugnantibus permisisse in cōtuitijs atq; otio agere. Quapropter etiam prouerbio aiunt eos, quibus res aliqua suauiter succedit, cum diem album uocare, nimirum ab alba faba. Erasmus.

Militēs.

Plutarchus Periclem refert uierſam Atheniensem multitudinem partium in octo partes, fortibus usum: & CVI contigisset alba faba, huic caeteris pugnantibus permisisse in cōtuitijs atq; otio agere. Quapropter etiam prouerbio aiunt eos, quibus res aliqua suauiter succedit, cum diem album uocare, nimirum ab alba faba. Erasmus.

Plutarchus Periclem refert uierſam Atheniensem multitudinem partium in octo partes, fortibus usum: & CVI contigisset alba faba, huic caeteris pugnantibus permisisse in cōtuitijs atq; otio agere. Quapropter etiam prouerbio aiunt eos, quibus res aliqua suauiter succedit, cum diem album uocare, nimirum ab alba faba. Erasmus.

Parasti. GALBA parasitus, obijcētib⁹ quod in otio uiueret: Nemo, inquit, cogit ad reddendam otij sui rationē. inuens nullus ruitis uiuere quam otiosos. Nam rerum gestarum rationem poseunt qui tractant negotia: at ab otiosis ea ratio non potest exigi. Eras. lib. 3. Apoph.

QVOMODO. OTIANTVR VEL Voluntate inducitur.

Vide Tit. Intermissionis, quatenus intermissio-nem negotij otium excipit.

Augustus uicinam Capreis insulam ἀπεργόροδον appellabat, à desidia QVORVNDAM secedentium illuc & comitatu suo. Suetonius.

Fridericus Marchio Brandenburgensis, qui contra Bohemos sub Iuliano Caesario legato numerofum duxit exercitum, conditurus testamentum, quatuor ad se filios euocauit, IOANNEM, Fridericum, Albertum, alteri Fridericum: & Ioannem, quod is natu maior esset, in hunc fermē modum allocutus fertur: Primus ego dignitatem Electoratus imperij in nostram familiam adduxi, cum essem Sigismundo Caesari admodum familiaris. Nunc cura mihi est, ne tantum decus in domo nostra uilescat. Tibi, ut uideo, quietis & tranquillitatis est unicum studium. In Electoratu praeter curā & assiduum laborem nihil inuenias. Eam ob causam, si tua uoluntate id possum, Marchionatum Brandenburgensem, cuius eligendi Caesarem est, Friderico, qui tibi aetate succedit, quiq; & uigilantior, & ad labores expeditior est, testamentum relinquam. Tibi Voilandiam, Alberto Franconiam, alteri Friderico Misniae partē. Ioannes qui aegre prius tulerat sibi Fridericum praepōni, gratias patri egit, qui suo consulisset otio. Aeneas Syl. lib. 2. Com. in Panormitae Alfonso.

Coacti.

Multatus tota Asia circa Taurum ANTIOCHVS rex Syriae, à Romanis bello uictus, testatus est se magna cura liberatū, quod modicis regni finibus inclusus esset. Sab. lib. 9. c. II. SELEVCII exemplum & ALFONSI regis pete ex Tit. Infe-lices reges.

CVR. OTIANTVR CAUSA

RELIGIONIS.

Consule Titulum Monachorum.

PHILOSOPHIAE.

Vide Contemplationis locum.

BAIAZETES II. Turcorum Imp. iam senex, & podagrosus omnis bellis, in cubere quieti ac philosophiae cepit: praesertim uerō doctrinae Auerrois, qua summopere delectabatur. Louius in eius uita.

HENRICVS VI. Anglorum rex, Galliae regnum à patre Henrico u. partum amisit, Normania excidit, Aquitania uictus est. Domi in reſtibus bellis agitur, dū quietis studio Margaritae uxori regni gubernacula committit, & ipse animae tantum suae curam gerit, conspuratione procerū regno turbatur, in Scotia exul confugit, anno regni 38. Christi uerō 1461. Inde mitato habitu in Angliam rediturus capitur. Caeterum à Ricardo Varuiceni comite, auxilio Ludouici Francorum regis regio restituit, sexto post mense ab Edouardo uictus & captus est: & tandem, ne eo uiuo noui tumultus in populo uetostissimo exorirentur, à Ricardo Glocestria duce in carcere, iussu regis, capite multatus est. Polyd. lib. 23. & 24.

VOLVPTATIS.

Ex Tit. Voluptatibus dediti, exempla pleraq; huc transferri possunt, quatenus Otium à suis & quidem serijs Negotiis uoluptuarium excipit.

MOERORIS.

LAERTES, qui annos uiginti ruri solitarius egit, Cui anas assidue potumq; cibumq; parabat, patriam, domum, regnum desugit: agnitionem tamē cum ineria & merore assiduum contubernalem habuit. Plut. de Tranquill. animi.

QUIETIS, TRANQUILLITATIS.

PSIPIO, qui primus Africanus appellatus est, requeſcens à reipub. pulcherrimis muneribus, otium sibi sumebat aliquando: & à cœtu hominum frequentiaq; interitum, tantum in portum, se in solitudinem recipiebat. Cato apud Ciceronem lib. 3. Officiorum, à principio.

SERVILIUS Vacia, uir praetorius ac praedines, odio negotiorum abdidit se in uillam suā, quam habebat non procul à Cumis: nec alla re notus fuit, quam eius uillae otio. Itaq; qui negotijs premebantur, exclamare solebat, O Vacia, solus sens uiuere. Huius tamen ignatiūm & sine lictis otium damnas Seneca epist. 51. negat illum scire uiuere, sed latere. eodēq; nonnunquam uillam praeteriens, ioco dicere solebat, Hic situs est Vacia. subindicans, nihil interesse inter

mortuum, & inerti otio additum. Erasmus lib. 3. Apoph. & Caelius lib. II. cap. I. A. L.

SIMILIS; uir fortissimus, sub Adriano, postregnum uitae septennium, uacatione imperata, in agris per otium & quietem transiit. Proinde moriens sepulcro inscribi iussit: Similis iacet hic, cuius aetas multorum quidem annorum fuit, septem quamuis tantum annis uixit. Caelius libro II. capite I. A. L.

ERICVS X. ex duce Pomeraniae trium regnorū Aquilonis, Daniae, Noruagiae, & Sueciae per adoptionē rex factus (cui hoc magnificū accidit, ut primus inter reges Danorū ab exteris in regnum uocaretur, ex Vandalorum natione, quae fuit Danico semper nomini infestissima) cum tranquillitatis nulla illi in regno spes superesset, nec posset efficere, ut suum ex fratre nepotem relinqueret successorem: clam enauigauit in Pomerania: ibiq; uel coemptis, uel legitima successione maiorum praedijs comparatis, quietus diu superuixit, conuolens in arce quam uocant Rugenold: peruenitq; uiuendo ad annum Christi 1430. Queruntur Dani, ueteres regni gazas cum illo pariter abijisse: negant alij regem quidquam secū euulisse, nisi quod legitimo ad se iure pertineret. Cranzius lib. 8. Daniae c. 21.

FRVCTVS. OTII EVENTVS

BONVS.

Nicander SPARTANVS Atheniensis obijcēti, Nimum dediti estis otio. respondit, Verum non sicut uos temere dicitis. Plut. in Apophthegmatib.

MALVS. V. C.

Improbis.

Thestalus quidā interrogatus, Qui nam essent THESSALORVM deterrimi? Qui, inquit, à bellicis negotijs otium agunt. Barbari nesciunt uti pace. Eras. 6. Apophtheg.

Adulterium.

DAUID rex domi defes, absentibus reliquis in militia, Bethsabeam corrupit, eiusq; maritum Vriam interfecit curauit. 2. Regum II.

AE GISTHVM Ouid. I. de Rem. am. otiosis omnib. exempli loco proponit, inquit.

Queritur, Aegisthus qua re sit factus adulter: In promptu causa est, desidiosus erat. Pugnant alij tardis apud Ilium armis, Quod tulerat uires Graecia tota suas. Siue operam bellis uellet dare, nulla gereret, Siue foro, uacuum litibus Argos erat. Quod potuit fecit: ne nil ageretur, amauit. Sic uenit ille puer, sic puer ille manet. Regni amissio.

Mortuo Clothario III. Francorum regē, REGVM quoque à Clodoueo Magno originem ducentium gloria intermorta est, anno Christi DC LXXVII. sic ut nomen tantum regium haberent, omni ui dominandi in Magistris equitum sita. Ad id fastigium conscenderant, regibus socordiae luxuriaq; se macipantibus, ac illa magni Clodouei indole exolescente. Quantumq; maiores gloria & finium propagatione, ducebantur, tantum hi remissione curarum, & uoluptatum illecebris felicitatem metiebantur. Calendis tantum Maij in publicis prodibant, bobus uicti (ut Auentinus lib. 3. scribit) copiam sui facientes: muneraq; uicissim & accipiebant, & dabāt. nullo alio publico, uiuorum uel munere fūcti. Contra Magistris equitum, Imperatorum regumq; legationes audire, responsa reddere, foedera icere, pacis, belli, legum, institutorum arbitri moderatoresq;. Quantoq; magis illi summam rerū ab se ut grauem molestamq; reijcēbant, tanto maius hi suum ius, incrementaq; uitium audacitatisq; ampliora faciebāt. Id quod in Ebroino, Vifaldeo, Bertario, efficacissimē uerō in Pipino apparuit, qui ad eam dignitatem armis sub Theodorico euectus, ita paci Franciae consuluit, ut sibi posterisq; prospiceret. Quibus tantum opum circumdedit, ut uiam sibi ad regnum fecerint. Nani Carolus Martellus, Pipini ex Alpaide pellice F. à patre Austrasianorum dux creatus, Ramanfredum Magistrum equitum uicit, & dignitate exiit, quam sibi assumptit. Rebus inde contra Saxones feliciter gestis, à conuētū uniuersae Franciae nō Magister equitū, sed altiore fastigio, princeps Francorum salutat⁹ est. Pipinus F. deiecit Childerico stupido, rex creatus est, Clodouei Magni stirpe extincta. Aemilius lib. 2. & 2. & Sigebertus in Chron. & Ritus lib. I. regum Franc.

Reip. interitus.

Expugnato ab LACEDAEMONIIS oppido cœcto dixerunt Ephori, sublata est pubis nostrae palæstra. non habebunt posthac, quibuscum uictentur, aduersarios. Plut. in apophthegmatib. Laconicis.

QMETELVS, bello secundo Punico, pulso tandem ex Italia Hannibale, ac subacta Carthagine, cuius gaudio exultantibus

tibus, solus in Senatu graui ac circumspēta sententia usus est. Ignorare se afferēs, an ea uictoria leta magis an formidabilis esset Reip. Sicut enim Hannibal Alpes ingenti strepitu transgressus, cōcussa Italia, dormitantem Pop. ROM. excitasset: ita uerendum, ne illo digresso, silētio & pacis reditu, rursus obdormiscerent, & quos labor ac metus exerceuerant, securus torpor opprimeret.

P. Scipio NASICA, cām exstulimarent & dicerēt quidam rem ROMANAM euertis Carthaginēsis. & subingatis Achæis in tuto esse: Atqui nunc, inquit, in lubrico fumus: quandoquidmet neq; quos metuamus, neq; qui nobis imponāt uerendum, reliquos nobis fecimus. Plut. de Emolumento ex inimicis capiēdo.

Catonē certē Censorio delendā esse Carthaginem suadente, Nasica restitit. Futurum enim asserēbat, ut potētis hostis metu liberati ROMANI, uel otio & ignauia torpescerent, uel in se mutud arma conuertērent. Quod non multo post euerfa Carthagine euenit. Tit. Dicitur enim Græchorū furoribus coortis, bellorum ciuiliū seminaria iacta fuēre.

I. LVCVLLO, quamdiu prudentiam suam rebus gerendis exercebat, quom quomq; ex Romanis ducibus reperias præstantiorem? Postquam uerō in uitā demisit se solutam, & instituitum supinum & focors, spongiantū more in tranquillo obtorpescens emarcescensq;, Callistheniq; permit-

tens libero senectutem suam pascendā & curandam, habitus est amatorijs ueneficijs ab eo potionatus, & præstigijs falcinatus: quoad Marcus frater, isto amoto, dispensationem & procurationem per reliquum uitæ eius, quæ nō fuit diuturna, suscepit. Plut. in Sen. tractanda resp.

Supplicium.

ReX peregrē profectus, feruis suis decem cuilibet minam committit, ut cum ea fernerentur. Primus mina sua decē alias minas acquisiuit. Alter quinq;. Tertius humi cam defoderat. Et priores quidem illos rex maximis affectis præmijs potestremum uerō etiam ea, quam non exerceuerat, mina priuauit, eamq; habenti decem dari iussit. Vtinam uerō diligenter parabolam hęc Christianus quisq; secum perpenderet: certē maiori diligentia & innocentia in sua quisque uocatione uersaretur, uitam hanc non otij aut priuati commodi ergō sibi datam cognoscens, sed ut secundum uirtutem agendo, minam sibi à Domino Deo cōmissam, multo cum fenore sanctissimarum operationum exerceat & illustret. Lucæ 19. Eandem parabolam, mutatis tamen personarum circumstantijs, uni quinq; alteri duo, tertio unum talentum, repetit Christus paulō ante suam passionem in monte oliueti. Matth. 25.

Herondas Spartanus Athenis agens, cūm QVENDAM otij damnatum audisset, petiuit mostrari sibi eum, qui in genua causā iudicatus esset. Plut. in Apophthegmatib.

INVENTIO.

De rerum Inuentoribus uarij uarij: sed ex professo Polydorus Vergilius octo libros conscripsit. Nos in exemplis Inuentorum nunc Inuentum ipsum, nunc inueniendi Modum consideramus. Inuentum ipsum qualecūq; bonum est. Modus uerō parum arte cōstat, quæ Ingeniosa inuentio dicitur: partim arte caret. quid si per accidens certa suscipiatur, simpliciter & sine arte inuentio dicitur: si abq; per accidens, casu fortuito, fortuitam Inuentio dicitur: & ob id ipsam admirandam constituit.

RESPECTU SVBIECTI Quorū. Ratione habita

HOMINIS, QVO AD ILLIUS Animum. Inuentores Theoricorum habitum.

Vide Tit. Inuentores Grammaticæ, Rhetoricæ, Musicae, Magiæ, &c. item Tit. Hesiarcharum. Ille ex professo ipsius Elabius ratio habetur, hic solius Exeritationis.

Artes omnes in GRÆCIA intra mille annorum repertæ. Varro lib. 3. cap. 1.

Fama est MENANDRO familiarē quempiam dixisse: Instant Menander Bacchanalia, nec comœdiam tu fecisti? Respondisse illum: Ego medijs studijs comœdiam condidi, digestum est enim argumentum, cui accinant uersus oportet. Plut. de Gloria Athen.

Religionis.

Apud AETHIOPEs asserunt deorum cultum primitiū ad inuentum. Sacra insuper, pompas, celebritates, aliq; quibus dijs honores impenduntur, ab eis fuisse reperta. Quæ ex re ipsorum in deos pietate religioneq; inter omnes uulgata, uidetur Aethiopum sacra dijs admodum grata esse. Huius rei testimonium asserit Homerum, qui in sua Iliade Iouem reliquosq; unā deos introductum in Aethiopiam, tum ad sacra quæ eis de more fiebant, tum ad odorum suauitatem commigrantes. Diodorus lib. 3. cap. 1.

Legum.

Legislatoris quatenus leges inueniunt, quæ hominum uitæ utiles sunt, presentis sunt loci: quatenus uerō leges præcepta continent omnium uirtutum, sic ad Theoriam præctiam pertinent.

Iudicij.

HYETTUS Argiuorum rex, primus omnium de adulterio penam sumpfit, quādo Molurum Artisanis F. cum uxore deprehensum occidit, & Orchomenum profugit. Multo post Draco penam adulterorum confirmauit. Pausanias lib. 9. in Beoticis. Iudicij capitis in AREOPAGO primum actū est. Plin. libro 7. cap. 36.

Suffragiorum.

PALAMEDES suffragiorum ferendorum rationem inuenit. Polyd. lib. 2. cap. 2. de rerum inuent.

Belli.

PAN inter Bacchi duces non postremus, primus cornua in acie constituenda reperit (hinc cornutus à poetis fingitur) Primus etiā stratagemate hostes circumuenire, & nocturnum metum illis incutere docuit, quem à Pane inuentore etiamnum ho die Panicum uocant. Polyænus.

ASSYRII primi mortalium rege, Nino duce ausi in exterarum gentes arma ferre narrantur, quarum multas sibi subdidērunt. Iustinus lib. 1.

Ordinem exercitus, signi dationem, tesserarum, uigilias inuenit PALAMEDES Nauplij Trojanis bello. Specularē significationem SINO, eodem bello, quando in urbem pene trans, noctu facem extulit, & Græcis signū irruptionis dedit. Inducias LYCAON. Foedera THESEYS. Classe primus depugnauit MINOS. Plin. lib. 7. cap. 36.

GORGIA primus Thebis sacrum manipulum instituit. Polyænus lib. 2.

Pugnare ex equo, THESSALI secundum Pelium montem, qui postea Centauri sunt dicti. Plin. lib. 7. cap. 36.

Praelium AFRI contra Aegyptios primi fecere fustibus, quos uocant phalangas. Plin. lib. 7. cap. 36.

Gladiatorum inuentum MANTINENSIBVS attribuit Heronippus, Demona de uno ex ciuibus consulente, quem postea imitati sunt Cyrenæi. Ephorus autem lib. 6. Historiarum, Exercebant, inquit, Arcades & Mantinenses res bellicas, Astolamq; militarem & ueterem armandi consuetudinem, quam nunc etiam uelut ab ipsis inuentoribus Mantiniam nuncupant. Annis dimicandi ratio præterea Mantinæ primum inuenta fuit, cuius artificium Democritus primus docuit. Athen. lib. 4. cap. 17.

Equites quidam ab ALEXANDRO instituti sunt, quos à duplici genere pugna appellabant dimachas, & hi quidem ex equo pugnant peritissimè: ubi uerō exigeret necessitas, & foret regio equitatu inepta (cuiusmodi Græci uocant ἀφιστοί) mox desilientes ex equis cōgrediebantur ut pedes, ne omnino forent ἀπίμαχοι, id est, pugnae expertes, & Lydium paterentur incommodum. Cælius lib. 21. c. 31. A. L. VELITVM usus eo bello primum repertus est, quo Capuam Fuluius Flaccus imperator obfedit. Val. lib. 2. c. 1.

Ludi.

LYDI inuentores ludorum fuerunt. Herod. lib. 1. Quinctiam nomen ludorum apud Romanos (teste Hesychio) ab ipsomet Lydis ortum habuit, qui in Italiam duce Tyrreno nauigauit, quasi Lydorum essent artes & inuenta. Nam Latini y Græcorum in u conuertere solent. Causam autem inueniendorum ludorum alex. tesserarum & pilæ, pte exiti Fames memorabiles.

PALAMEDES inuentor tesserarum, & talorum. Pausanias in Phocicis.

Mechanicorum artium operantium.

Inuentores Agriculturae, Piscinæ, Nauticæ, & reliquarum artium, ad proprios titulos mechanicos, Agriculturam, Piscinam, Nauticam referre uolumus. Huc it, qui uel ob plura diuersa inuenta, uel ob unum inuentum diuersis inueniens artibus, ad Titulos uarij referri possunt.

Corpus. Inuentores

Cibi.

Cum Saturni tempore ante Iouem homines carnibus humanis uescerentur, IUPITER ueritatem nequis eo cibo ueretur, & ab humanis carnibus ab glandes conuertit: quæ arbor, ut ab eo primum monstrata, consecrata illi creditur. Diodorus lib. 2. cap. 1.

Veteres ATHENIENSES alimētorum semen ediderunt inter Græcos, atq; aquam fontanam accendendi, copiam ignis hominibus, quibus esset opus, largiti sunt. Plutarchus in Cimone.

DROMEVS Stymphalius, primus athletarum carnibus uesci cepit, cum ante ipsum casco è fescellis alerentur. Vide Tit. Curiosum in Itadio.

Primi LYDI carycam inuenērūt, de cuius præparatione dixerunt ij, qui condiendi artis præcepta tradiderunt. Athenus lib. 12. cap. 4.

Potus.

BACCHVS uini inuētōr, apud ueteres passim celebratur. De eo Tircias apud Eurip. Bacchis:

Ὅ σμήλιος γόνος βαχχῶν ἄρδ' ἄνθρωποι ἐνὲρ κἀνανθηκῶς ὀνηπίης, ὃ παύει τὰς πάλαι κἀπὸ βροτῶς λυπῆς, ὅταν πῶλ' ἄσιν ἀποπέλει ροῆς ἕπαις τε λυβίλ' τῶν ἰσθημῶν ἰσκαῖν δίδωσι, ὃδ' ἐξ ἄλλο φέρμενον πόσιον.

Semelæ filius uua humidam potionem inuenit, & attulit mortalibus, ea quæ ceteris facit miseris homines à trinitia, ubi impleti fuerint iusti humore: perq; somnū obliuionem, quæ quotidie sunt, maiorum, dat. Non est aliud pharmacum laborum.

Philochorus AMPHICTYONEM scribit Atheniensium regem primum omnium uinum miscuisse, quippe qui missionē à Dionysio didicisset: quare rectè se habuisse homines ita bibentes, ait, qui prius uero in curuabantur, atq; idcirco Dionysio Recto, in Horarum sacello aram fuisse erectam. Nymphis etiam aram ponē extruxit, monumentum missionis faciens uino uentibus, quia Bacchi nutrices Musæ fuisse dicuntur. Legem præterea fanciuit tantum uini nō misti post cibos sumere, quantum satis esset ad libandum ἀναλὸ δόσιον: at reliqui misti quantum quisq; uellet. Iouis præterea Seruatoris nomen in uo care instituit, boni ominis causa. Athenæus lib. 2. cap. 1. Dipnof.

Vinum aqua miscere primus docuit ex auctoritate Plinij STAPHYLVS: ex quorundam grammaticorum monumentis Lycurgus. Athenæus uerō lib. 2. c. 2. Staphylus ait uini aqua temperandi usum Melampoda primum inuenisse. Staphylum autem Liberi patris filium fuisse dicunt, à quo σταφυλή, uua. De hac mixtione Meleager in i. Græcorum Epigr. poeticam asserit rationem:

Αἰ νύ μ' ἔμειπεν τὸν Βάκχον, ὅς ἐκ σπυρῶς ἴλασ' ὀ κῆρ', ἢ μὲν, ἰσθὲς τέρφης ἔπει κολαδίον, τὴν κτῆσιν οὐκ ἴσθ' ἄσιν ἀποπέλει ροῆς ἕπαις τε λυβίλ' τῶν ἰσθημῶν ἰσκαῖν δίδωσι, ὃδ' ἐξ ἄλλο φέρμενον πόσιον.

Bacchus à Lyurgo Thraciæ rege pene oppressus (Diodorus lib. 4. Q. Calaber 2. Stephanus in dictione βακχικός) in mare se præcipitans, à Thetide & Eunyone suscipitur. Figmentum ab Homeri glossographo Iliad. ζ. ad plenum tractatur. Quod Athenæus detegit lib. j. uinum a qua marina dilutum suauissimum reddi. Plinius: Græcorum uina legimus perfundi aqua solere ad lenitatem excitandam. Sed marina & falsa id factitatum, ne corrumpentur, putauit Acron. Aelia Plut. in Causis natur. Heraclidem in Allegoriis. Phurnurus in Baccho. Aristophanes enarrator in Nebulis. Vini Coi appellatione nullum aliud præfisc intelligitur quam τρυβαλαος ὀμένο, id est, marina aqua factum (nam ἀναεργχῶν dicitur, cui marina non admisceatur) à serui furto exortum, sic mensuram expleatis. Cato lib. de Rustica, cap. 12. & Dionys. Vitensis lib. 8. c. 23. Brodeus in Epigr. Græcis.

ARISTAVS in Thracia primus omnium mel uino miscuit. Plin. lib. 14. cap. 4.

Exercitiorum.

ORICADMVVS luctæ & pugillationis fuit legislator, suaque industria Siculum morem pugillandi (quem uocant) excogitauit. Aelianus lib. 11. Var. hist.

Palastram POLLVX inuenit, uel ATHENIENSES. Aelian. libro tertio.

THESEVS ubi in Delum insulam appulit, ex Creta rediens, falsationem inuit cum pueris, quæ Labyrinthi præferret errores, orbibus orbis impediētes. Plut. in Thefeo.

Saltationes & choreæ primæ ab EBRIIS uidentur hominibus instituta, in quibus calor nimio accensus inero ad inebriosos motus atq; salus eos incitauit. Caloris enim est mouere. Videtur huc alludere eymon Græcum τὸ δὲ χαῖνῶς enim & ἐργασίαν, ὅπ' τῶν ἐργῶν, id est, à uitii ordinibus, inter quos

choreas ducebant, Baccho primitias offerētes, deriuari uolunt. Est autem ἐργῶς fouea, in qua feruntur uites, quasi ἐργῶς τῆς, ab ἐργῶ, quod est fodio.

Saltationem armatam CVRETES docuerunt: Pyrrhichen PYRRHVS: utranq; in Creta. Plin. lib. 7. c. 36.

Balneorum.

Memoriae proditum est ab Ibyco, calida lauacra inuenta ab HERCVLE, quibus ille diuturno labore defessus plurimū ueretur, quæ sibi à Vulcano fuerint indicata. At alij, inter quos Pisander, ea Mineræ benignitate Herculi monstrata dixerunt. N. Comes Mythol. lib. 7. c. 1.

Sepulcræ.

Scribit Diodorus lib. 5. c. 15. eorum quæ ad defunctorū spectēt cultum, PLVTONEM fuisse auctorem primū: quo nomine creditum mox, uita functis præsidere.

Fortunæ Inuentores

Opum.

Tradunt, Cererem ac Iasionem puerum genuisse, appellatum PLVTONEM: qui cultum uitæ, pecuniasq; coaceruare, ac in usus custodire primus mōstrauerit, cūm antea parua congregandæ seruandæq; pecuniæ fuisset cura. Eundem uolūt, sepulcrorum, funerum, atq; honorum qui mortuis impenduntur, usum introduxisse, cūm antea nulla earum rerum apud homines esset confuetudo. Quæ causa extitit, ut uita functis dominari existimaretur. Diod. lib. 5. c. 15.

Pecunie, Numorum.

LYDI primi numum aureum & argenteum percusserunt ad utendum. Herod. lib. 1.

HERMODOICE Midæ Phrygum regis uxor, sapientia & artificij ingenio præstans, Cumæis prima cudidit numos. Cælius lib. 21. cap. 48. A. L.

Dracon Coreyus de Lapidibus, inquit: Fama est IANVM fuisse bicipitem, cūm alteram faciem haberet à tergo, alteram ante. Primum hunc coronam, primū tumultuatis pontes, nauigijsq; inuenisse asitit, ac primū æreum nummū cōsignasse. Complures idcirco ciuitates in Græcia, in Italia & Sicilia bicipitem figuram in numis imprimere solent, ex altera uerō parte uel pontem, uel coronam, uel nauigium. Athenæus lib. 15. cap. 19.

Politie.

Regiam ciuitatem AEGYPTII, popularem Remp. ATTICI reperere, teste Plin. lib. 7. c. 36. Pausanias in Atticis THESEY Remp. Atheniensium in Democratiā conuertisse scribit. Post Thesem, teste Plinio, tyrannus primus fuit PHALARIS Agrigenti.

Fœderum.

Inuenta MERCVRII dicuntur esse reconciliationes, ac fœdera quæ in bellis sunt. Præcones quoq; adiciuntur, qui interueniunt esse solent, ob eamq; rem ab hoste tuti. Vnde & ipsum commune utriusq; dicunt: cūm utilitatis communis, ac pacis mutue interpretis existat. Diod. lib. 5. c. 15.

Comingij.

ERICHTHONIVM ueteres bitorem fuisse aiunt, superiore parte hominem, inferiore serpentem, quia leges prior tu kerit de matrimonijs apud Athenienses, cūm nemo patrem antea, sed matrem tantū cognosceret, quia cuius ad quāuis accedere licebat. N. Comes Mythol. lib. 9. c. 11.

Atheniensium regem CECROPEM non alia magis causa naturæ duplicis fabulosa narrat antiquitas, quā ex conuuij ratione excogitata: sicuti multis placet. Quippe ante Cecropem brutorum more in Græcia mulieres concubitu utebantur miscello: unde fiebat ut pueri μὲν φῶς dicerentur, id est, naturæ unius, quia matrem tantūm agnoscerent, patre prorsum incerto. Vbi uerō ferinos id genus mores sustulit Cecrops, effectū quodammodo δὲ φῶς, auctori ipsum id adoptarunt cognomen. Cælius lib. 18. c. 23. A. L. ex Athen. libro 13. c. 1. Hoc instituit Cecrops, ut ex Aegypto oriundus, legum Vulcani illius loci non ignarus. Dicebat autem Atticam ob illius petulantia consuetudinem uti diis fuisse obrunt. Regnauit annis quinquaginta, teste Suida, qui δὲ φῶς dictum putat, quōd ex Aegypto profectus, regnum in Græcia tenuisset.

SOTER I. instituit, ne legitima haberetur uxor, nisi cui sacerdos ex instituto benedixisset, & quam parentes solēni pom pamore Christiano marito collocaissent, quamq; etiam paranyphæ de more custo diuissent. Hoc autē constituit multa pericula reiiciens, quæ in nouas nuptias cadere solēt ex præstigijs & magicis artibus quorundam improborū. Græci tamen hoc decretum Euaritio adscribit. Platina.

Repudiij.

SP. CARBILIVS primus apud Romanos uxorem sterilitatis nomine repudiavit. Volat. lib. 14. c. 2. Anthrop.

Seruitij. Seruitium inuenire LACEDÆMONII. Plin. lib. 7. cap. 56.

RERV. INVETORES RERV

Naturalium. Puta

Ignis.

Ignem è filice PYRODES Cilicis F. inuenit. At eundem in caua feruare ferula PROMETHVS docuit. Plin. lib. 7.

Aque.

Huc Puterum inuenit.

Artificialium. V. G.

Instrumentorum mechanicorum.

Vide Mechanicos locos.

Ephorus ANACHARSIS Scythæ inuenta profert, excusitatores ignis folles, bicipitem ancloram, rotam figuralem. At quomodo rota ipsa ex eius inuentione extat, quam Homerus antiquior illo nouit? Strabo lib. 7.

Mensurarum, Ponderum.

Eutropius SIDONIVM mensuras & pondera eo tempore inuenisse tradit, quo apud Albanos Procas, apud Iudæos Aza regnauit. Alij Mercurium ex Creta, Iouis filium. Plin. lib. 7. Phidonem Argium, uel, ut Gellio placet, Palamede. Strabo lib. 5. Phadonem Eliensem. Nimirum quia alij apud alios primum mensuras & pondera inuenerunt. Laertius libro 9. ex Aristoxeno affirmat, Pythagoram primum ad inuenisse Gracis, & Iosephus 1. Antiq. dicit, Cainum Adam filium hæc constituisse. Polydorus, & Sab. lib. 7. Enn. 2.

Campanarum.

PAVLINVS Nolæ urbis Campaniæ episcopus primus in sua ecclesia Campanæ usum inuenisse proditur, & ad pia munia transfuisse, ut nimirum eius sono excitari possent remotius habitantes, ad conciones precatonesq; Atq; hinc fortasse tenuit cõsuetudo, ut nolæ & campanæ uocabulis censeretur tintinnabula ab hac Campaniæ Nola. Gilbertus Cognatus lib. 3. Narrat.

Armorum, Tormentorum.

Traditur AMMOON Libyæ rex galea in bellis usus, cuius insignis fuit arictis caput. Sunt q; ipsum asserat natura in utroq; tempore paruula habuisse cornua, propterea filium eius Bacchum eodem fuisse aspectu: posterisq; traditum, deum huc cornua gestasse. Dioid. lib. 3. c. 5.

Clypeos inueniunt PROETVS & ACRIVS inter se bellantes, siue CHALCVS Athamantis F. Loriam MIDIAS Messenius. Galeam, gladium, hastam LACEDÆMONII. Ocreas & cristas CARES. Arcum & sagittam SCYTHES Iouis F. uel PERSES Persæ F. Lanceas AETOLII. Iaculum cum amento, AETOLVS Martis F. Hastas uelitates & pilu TYRRHENVS. Securim PENTHESILEA Amazonum regina. Scorpionem tormentum CRETES. SYRI catapultam. PHONICES balistam & fundam. Testudines ARTEMON Clazomenius. Equum (qui nunc Aries dicitur) EPVS ad Troiam.

CARES tria inuenta habent. Galeis cristas primi imposuerunt (huc oraculum Amasi regi Aegyptiorum datum ab ipse) clypeis signa adiunxere, & lora scutoru excogitarunt, cum antea baltheis duntaxat coriacis fulcientes scuta, collo sinistroq; humero sustinerent. Herod. lib. 1.

DEMETRIVS Antigonis F. in machinis bellicis tantum ingenio præcelluit, ut ob id ipsum Poliorcetes nomen inueniret, meritoq; de illo iactatum sit, Demetrii machinas magnitudine sua etiam amicis stuporem, pulchritudine uerò etiã hostibus adferre uoluptatem. Fœdere cum Rhodiis icto, helepolis, machinam à capiendis uribus dictã, apud illos reliquit, quæ simul & regis magnificentiam, & illorum fortitudinem testaretur. Plut. in Demetrio.

Tertullianus scribit Arietem, machinam oppugnatariam, inuentum fuisse CARTHAGINENSIVM. Vitruuius in oppugnatione Gadum id factum scribit.

Circa annum Sal. MCCCXXC. sclopetorum usum BERCHTHOLDVS Niger Germanus monachus reperit. Atque ut fecunda est improbitas, inter priuatos primum paragi cepit, hinc rebus publicis communicari. Augusta Vindelico-rum prima inter Germaniæ urbes bombardis usa dicitur. Stumpfius lib. 13. Heluetiæ. Egnatius Venetos primos ex Italia, arte à Germanis accepta, contra Genuenses Clodiensi bello usos tormentis scribit.

Admirabilis cuniculorum ratio est. Huius tam atrocis inuenti auctor fuit FRANCISCVS Georgius Senensis. Docuit hic Hispanos arcem Lucullanam iuxta Neapolim, quam Gallituebantur, nunc Ouum uocant, euertere, æde illius sacra cum Gallis, qui intus erant, etiam in mare ex monte trans-lata. Cardanus de Subtilitate, lib. de Elementis.

quantum corporis sui in eo consideret, tantum aque extra folium effluere. Itaq; cum eius rationem explanationis offendiſſet, non est moratus, sed exiliuit gaudio motus de folio, & nudus uadens domum uersus, significabat clara uoce inuenisse quod quæret. Nam currens idem dem gæcè clamabat, εὕρηκα, εὕρηκα. Tum uerò ex eo inuentionis ingreſſu, duas dicitur fecisse massas æquo pondere, quo etiã fuerat corona, unam ex auro, alteram ex argento. Cùm ita fecisset, uas amplum ad summa labra impleuit aqua, in quo demisit argenteam massam. Cuius quãta magnitudo in uase depreſſa est, tantũ aquæ effluxit. Ita exorta massa, quando minus factum fuerat, refudit, sextario mensus, ut eodem modo, quò prius fuerat, ad labra æquaretur. Ita ex eo inuenit, quantum ad certum pondus argenti certa aquæ mensura respõderet. Cùm id expertus eſſet, tum aurẽam massam similiter pleno uase demisit, & ea exorta eadẽ ratione mensura addita, inuenit ex aqua non tantũ deſluxiſſe, sed tantum minus quantum minus magni corpore eodem pondere auri massa eſſet quàm argenti. Postea uerò repleto uase in eadẽ aqua ipsa corona demissa, inuenit plus aquæ deſluxiſſe in argenteam quàm in aurẽã eodem pondere massam, & ita ex eo quòd plus deſluxerat aqua in corona, quã in massa, ratio cinatũs, deprehendit argenti in auro mistionem, & manifestũ furtum redemptoris. Vitruuius lib. 9. c. 3. Proculus tamen Geloni regi attribuit lib. 2. cap. 3. quod alij cum Vitruuio tribuunt Hieroni.

GALENVS, αἰσχυρὸς ἢ ἐπιβλητὸς πῶτον, multa se per seipsum inuestigasse scribit. Hoc ingenio & uniuersales morboru curationes, siue curandi indicationes excogitauit, & particulares quasdam, ut de sanandis oculorum doloribus, ite neruis lauciat, primum in hac curatione ausus modum prius usitatum immutare. Hac ingenij sagacitate (sæpe aliqua circa ægrotos obseruauit, quæ ab aliis non animaduersa admirationem ei conciliarunt, tanquam ex arte diceret aut diuinaret quædam, quæ tamen sola industria & diligentis animaduersione, à quouis mediocriter solerti, intelligi poterant, quale est quod lib. j. de sanitate tuenda circa animaduersum pueri plorantis desiderium de se scribit. Cùm ex Alexandria in patriam rediret, diuertit in itinere in quoddã rusticum prædium, ubi forte ægrotabat dominus, ac penè suffo cabatur uas ac glandium tumore. Cùm autem descendit alia remedia, ac iam matureſcerent nucæ, considerata corticum natura acri & adstringente, ex illis corticibus, expressit succum, cui mel addidit: hoc remedio subito liberauit ægrotum: eo demq; postea semper se felicissimè usum narrat. Gênerus in eius uita.

NICOLAUS Clenardus, is cuius græca grammatica omnium teritur manibus, cum incredibili desiderio linguæ Arabicæ descendens arderet, neq; uel uiuos præceptores Louanij, uel mutos magistros habere posset, forte quadam Psalmos Arabicis caracteribus descriptos absq; punctis nactus, admirando studio & inexhausto labore consonantes Arabicos hac arte deprehendit. Psalmorum in Arabico codice numerum ex interstitiis & rubricis colligens, eundem cum Hebraicis eodidicibus consentire deprehendit. Mox conueniunt quadam auguras propria nomina eadem in utraq; seruari lingua, istemq; consonantibus scribi: eos psalmos, qui propriis abundante nominibus, selegit: & uersus Arabicos uersibus Hebraicis, uerba uerbis confrens, solo obseruato numero, ex uariarum uocũ obseruatione consonantes tandem Arabicis aliquot inuenit, & modò non Musis hecatomben fecit. Iam uerò eum uocabilis codex careret, tanq; anima sua, nec ulla spes sese ostenderet earum uel uidendarum uel cognoscendarum, quoniam Salmantica in Hispania eius linguæ peritos inueniri uiros audiuerat, commo-dum oblata occasione in Hispaniam contendit, ubi præclara in ea lingua profecit, & Lexicon Arabicum concinuit, eo potissimum studio, ut aliquando Mahumetanos sua ipsorum lingua aggredi posset & confutaret. Testatur hæc ipsemet in 2. lib. Epist.

Inuenio nouo orbe ab Hispanis, nouus quoq; morbus regionis Peru incolis tam familiaris, quàm nostris est scabies, ex contagio uenere ad Hispanos peruenit, ab his bello Neapolitano ad Gallos, unde Gallicus uulgo dicitur, æternum monumentum occupati tunc à Gallis mirabilis celeritate regi Neapolitani. Hæc lucus cum tyranni dem suam crudelitissimè in miseris mortales exerceret eo uehementius, quòd morbo incognito remedium conueniens medici adhibere ignoraret: HISPANVS quidam eo malo infectus (dignus profecto cuius nomen literarum monumentis consecratu eſſet) è morbi natali loco morbi quoq; remedium peten-

dum, ingeniosè collegit, quòd naturam nõ noueram, sed pientis. matrem, singulis malis efficacissima antidota proferre, à philosophis audiuiſſet. In Americam ergo nauigãs, & morbi curationem desideratam obtinuit, & remediũ inuſitatũ è ligno guaiaco nostris hominibus commoſtrauit. Petrus Cieza Tomo 2. c. 29. Indicæ hist.

DILIGENS.

Clearchus meminit in Arenis PSAMMETICHVM Aegyptiorum regem pueros educasse, qui piscibus uesceretur, cū Nili fontes inuenire cuperet: alios rursus sine potu assuescere iuſſiſſe, qui Libyæ deserta perquirent, quoru pauci admodum uixerunt. Athen. lib. 8. c. 6.

MITHRIDATES rex Ponti, in herbarum uiribus inueniendis fuit diligentissimus. Plinius.

COSCONIVS Latine linguæ uerba primigenia mille collegerat. M. VARRO inde ratiocinando collegit quingenta uerborum millia declinationib; fieri posse, imitatus Democritum, ex infinitis atomis, quæ undè fiat non dicit, sed cuiusmodi sint, rerum uniuersitatem constituentem. Varro libro 5. de ling. Latina.

MULTIPLEX.

Diodorus lib. 4. Scribit, CYBELEN, Menois uetustiss. Phrygiæ regis F. multas artes ingenij acuminè & inuenisse & edocuisse mortales: sicut cantum tibig, lusus, choreas, cymbalorum tympanorumq; sonitus: artem præterea ueterinariam, & infantum morbis tribuenda: quibus quòd multi curare turpiter, idcirco eam Magiã matrem nominatam esse.

PROMTA, EXPEDITA, VELOX.

APXIPON.

CHRYSIPPVS Cleanthis discipulus, sæpè numero dicere solebat, Egere se tantum nouorum dogmatum suggestionem, nam probationes se facillè reperiturum. Tanta in eo fuit diligentia & studium in inueniendo. Laert. lib. 7.

ARCESILAVS Pitaneus in inuentione felix fuit. Ritè & facillè obiectis occurrere, otatidniq; ambitum ad id quod erat propositum referre, atq; omni tempore sese accommodare misissè sciebat. Laert. lib. 4.

Iambe, lauacro assidens, atq; operi illi suo intenta, accusauit Hipponactem, qui cum eo accessisset, attraxerat uas plenum lanæ, atq; euerteret: ἄσπιτον ἄσπιτον, ἴσθι ἐνὸς ἀπὸ τοῦ ἐπιβλητῆρος. Te sis Hephæstion, qui scripsit de metris, ubi de Iambe loquitur: & ostendit eo numero, qui fortissimè anit illi extiderat, ualde delectatũ poetam, ipso postea multũ usum, atq; ab ipsa appellasse. Victorius lib. 20. Var. lect. c. 14. Scaliger lib. j. c. 54. Iambum non à Iambe, sed pòtius Iambèn à Iambo dictam, propter mordacitatem, autumat.

AESCHYLVM aiunt tragedias in uino scriptasse, cum merito iam incaluisse. Plut. lib. j. Quæst. conu. 5. Fuit auus Plutarchi Lamprias inter pocula ad inueniendum longè solito solertior & facundior. Diceret hic solebat, thuris modo se ex feruore odorem effundere. Idem.

ALCIBIADES Atheniensis in inuentione eorum, quæ dicenda essent, promptissimus erat & ingeniosissimus. Vide Titulum, Ratio cinatio.

ABSQVE CONSILIO. Per

Obseruationem.

Quidam Aegyptiorum sacerdotès affirmant primum regnasse VULCANVM, inuentorem ignis, eoq; beneficio ab Aegyptiis constitutum. Cùm enim arboris istu fulminis in montibus cõflagasset, ligna propinqua hyberno tempore flamma sunt comprehensa, qua ex re Vulcanum calore lætatum, deficiente igne addidisse illi notiam materiam: & eo modo continuato igne, alios homines conuocasse ad eius aspectum, tanquam à se reperi. Diodorus lib. j. cap. 2. Vitruuius lib. 2. auctor est, pastores arborum collisione ignem excitatum primò obseruasse.

SERVVS quidam in Coo insula resignatis uini generosi do-lis, mensuram aqua expleuit marina. Quo fortuito casu cū uinum prestantius redditum deprehendisset, auctor fuit domino uinum τὸ ἐπιβλητὸν ὑπὸ τοῦ ἁπλοῦ, hoc est, aqua marina mixtum conficiendi. Cato de Rustica, & Brõdeus in Epig. græcis. Delphici oraculi patefactam primum uim scribit, cùm pastor quidam CORËTAS nomine, qui fortè in eum inciderat, pòt uoces fanaticas misisset: quas primũ, qui aderant, contemnebant: inde euentu fidem iis, quæ ille prædixerat, faciente obstupuerunt. Plut. de Orat. def.

Scribit Philonides medicus in lib. de Vnguentis & coronis, qd cùm uitis in Græciam à Dionysio ex mari rubro lata fuisset, pœmulciq; in immoderatum uini usum conuerteretur, ac uinum purum biberent, alij in furias conuersi fuerunt, alij uerò ob capitis grauedinem mortuis similes uidebantur. At cùm quidam biberent in regione, imber incidit fortè, conuiuiumq; dissoluit: craterem uerò, exiguum qui uinum restitum habebat, aqua impleuit. Mox cùm fetenitas orta fuisset, in eundem locum reuersi sunt: uinumq; mistum gustan-

tes, fructum nem facilem ac sine dolore sunt confecti, atque idcirco Graeci Bonum daemoneum significant uino non misco, quod datur in caena, Deum illum, qui missionem inuenit, uenerantes: erat autem hic Dionysius. Primum uero poculum, quod datur post conam, Ioui Seruatori indicere solent, quem missionis illius salubris, ac imbris auctore esse arbitrantur. Athen. lib. 13. c. 5.

Lapidem Magnetem, quem Sideritum alij, alij Heracleon uocant, MAGNES (ut auctor est Nicæder) in Ida reperit. Namque passim inuenitur, ut in Hispania quoque. Inuenisse autem fertur, clauis crepidarum & baculi cuspide haerentibus cum armenta pasceret. Plin. lib. 36. cap. 16.

Philarchus lib. 6. Hist. mala Cydonia uires pharmacorum lethaliū odoris sui bonitate debilitat, si in cista eadem posita fuerint, à PHARMACOPOLA quodam obseruatum scribit, atque si his dentur, quibus uenenum tacite paratur, eos seruari illaefos. Athen. lib. 3. c. 4.

M. Tullius, & plerique alij res Corinthium casu mixturā indicant, Corintho cum caperetur incensa. Nam incendio perustis plurimis status atque simulacris, aëris, auri argentiq; uenę in commune fluxerunt. De eo sic Plut. de Pythia oraculis: Corinthium res non arte sed casu fama est coloris accepisse elegantiam, cum depastus esset ignis domū, in qua aliquantum auri & argenti, plurimum tamen conditum aëris erat: quæ cōflata & confusa nomen aëris maiori portione dederunt. Alij tradunt aëriam quendam in Corinthi, cum incidisset in thesaurum, in quo recondita erat magna auri uis, ac uereretur, ne res comperiretur, paulatim præcidisse aurū, & modicę admiscuisse aëri. Quod cum mirificę acciperet temperaturam, uendebat id, cum esset in magna dignatione coloris & nitoris gratia, carę. Cæterum utrumque fabulosum esse uidetur.

Somnum.

CÆLIVS Rhodiginus lib. 27. cap. 9. Antiqui lecti testatur se locum perobscurum in Plinio, quem uigilans assequi nequiterat, in somnis enucleasse, & auctorem quoque à quo enarratus esset, numero paginæ ad unguem correspondente, obseruasse.

CONSULTO SVSCEPTA: ET uel per Induſtriam propriam.

De Nauticæ rei primis INVENTORIBVS, sic scribit Claud. in Raptu Proſperinæ:

Inuenta secuit primus qui naue præfundum, Et rudibus remis sollicitauit a quas: Qui dubiis ausus committere statibus alnum, Quas natura negat, præbuit arte uias: Tranquillis primūm trepidus se credidit undis, Litora securo tramite summa legens. Mox longos tentare sinus, & linquere terras, Et leni cepit pandere uela Notæ. Ast ubi paulatim præceps audacia creuit, Cordaq; languentem dedidit eæ metum: Iam uagus irrupit pelago, cœlumq; secutus, Aegæas hemes, Ioniumq; domat.

THALES Milesius inuenit mēsuram altitudinis pyramidum, umbram metiendo, qua hora par esse corpori solet. Diodorus lib. i. cap. 5. & Strabo lib. 17.

Prope Cortynam in Creta, apparentem splenem pecora non habent: quod MEDICORVM scrutantes scholæ, in illis enasci herbam locis deniq; compertum prodidere, qua uescientia pecora lienes imminuerent: unde & lienos curandis medicamen excogitatum, quod ex re asplenon Cretensis dicunt. Cælius lib. 4. c. 18. A. L.

GORGIAS primus Thebis Sacram cohortē instituit. Ea constabat ex amatoribus & amariis triginta. Amantes enim se mutuo nunquam facile deserent: sed aut pro se mutuo mortem oppetent, aut hostes superabunt ac uincunt. Polyænus libro secundo.

Dionysio tyranno preparante se ad bellum Carthaginensibus inferendum, SYRACVSIS catapultæ tormentum primum excogitatum effectumq; constituit, quod nunquam antea usquam gentium confectum fuerat, utpote cōtractis in eum locum ex toto propē terrarum orbe cuiusq; artis fabris opificibusq; quos mercedis magnitudo allegerat. Magnitudo quoq; præmiorum, quæ propostita erant illis in mediū data, quibus artificij palma decreta fuisset, excitata omnium mentes, & intenta ad uictoriam ingenia reddebat. Diodorus libro 14.

Obsessa à Rom. Capua, cum equitatu Campanorum crebris excursionibus equites Rom. quia numero pauciores erant, resistere non possent: Q. NÆVIVS centurio è peditibus lectos expediti corporis, breuib; & incuruis septenis armatos hastis, paruo tegmine munitos, ueloci saltu iunge re se equitantibus, & rursus celeri motu dilabi instituit, quod

facilius equestri prælio subiecti pedites, uiros pariter atque equos hostium telis incesseferent. Ea q; nouitas pugnae unicam Campanæ perfidij debilitauit auxilium. Ideoq; auctori eius Nauio adhuc honos est habitus. Valerius lib. 2. cap. j. & Frontinus lib. 4. cap. 7.

Memorant C. IV. L. Cæsarē rationem cum amicis per literas agendi principem excogitasse: cum colloquendi coram de rebus necessariis tempus propter occupationum multitudinem atq; urbis laxitatem non daretur. Plut. in Cæsarē.

GALENVS Pergamenus medicus bubulum caesum uetustū sibi allatum, quod ad acris esset & edēdo minime salubris, auferri iusserat. Famulis longo post tempore quid eo fieri uellet rogantibus, cum ille iam absumtū arbitraretur: periorum inter familiares quæri cepit, Cui nā usui caesum ille ac commodari posset. Commōdum interea arbriticus aduerſus: cuius topis caesum hunc, de quo perne suilla salitq; emollium imposuit, & citra dolorem rupta cute topus eduxit. Testis ipsemet lib. 10. de Simpl. med. fac.

Imitationem.

Cum aliquando Nilus suum egressus alueum totam inundasset Aegyptū, & postea intra suos limites regressus esset, uarias animantes in campis relictas aiunt, inter easq; remansisse testudinem, & uocat. Hanc cum MERCURIVS in uenisset, consumpta iam carne, sed superstitib; neruis, & percussione digitorum sonum excitasset, ad exemplum illius lyram composuit. Proinde Horatius in l. carminum uocat Curuæ lyrae parentem. Pausanias in Eliacis.

Syringa Nympham à PANE amatam fixerunt antiqui. Quæ cum uim effugere non posset, in calamum fuit conuerſa. At cum ad ripas Ladonis fluminis Pan aliquantum constitisset, uentusq; calamos leuiter agitasset, quidā perforati harmoniam emittere, ac suauem sonum deprehensit: illos carpens Pan, fistulam, cum illas inflasset, paulatim inuenit. Hi calami cum nati essent in Ladone flumine, Syrix fuit fistula uocata fuit Ladonis filia, Natalis Comes Mythologiæ lib. 5. cap. 6.

Obruncata ab Perſeo Medusa, inter superſtites sorores luctus est exortus haud mediocris: sed & serpentum syrixum, id est, sibilus ex earundem inaudiebatur capite. Quo uelut cōcentu cum oblectaretur PALLAS, ex imitatione aulicæ excogitauit, quam de serpente numerosis capitibus etiā polycephalon censuit nuncupandam. Sunt quibus arideat amplius, polycephalum dici, quod quinquaginta affertur, incinente tibicine, ex quibus constitueretur corus. Cælius lib. 9. cap. 8. A. L.

MELAMPODE diuinationis fama noto appellatur unū ellebori genus melampodion. Aliqui pastorem eodem nomine inuenisse tradunt, capras purgari pasto illo animaduertentem, datoq; lacte earum sanasse Proctidas furentes. Plin. lib. 25. c. 5.

SYRACVSIS saltationem primò exortam, doctorum quidā memoriæ prodiderunt, à tyrāni uidelicet Hieronis scultia, qui inter alia diſu immittia, Syracusanos etiam mutis uti colloquiis uenerit: quæ uerò necessaria forent, pedum, manuum, oculorum nutibus indicisq; iusserit petere. Vnde mox saltationi exortum peperit necessitas. Cælius Rhodiginus lib. 5. cap. 3.

Corinthi quondam uirginis sepulcro parentes calathum floribus & fructibus, forte & puppis plenum, imposuerunt: acanthi radix sub esset, uerò germinare cepit, & calathi latera undiquaq; circumuoluit. Naturæ opus fortuitum admiratus ARCHITECTVS quidam, ad arte tranſiuit, & cornicibus Corinthiis principium fecit, quorum ea sit erga Ionicos & Doricos proportio, quæ uirginis erga matronam & uirum. Vitruuius lib. 6.

DIKYTADES Sicyonius primus figulus Corinthi, operaſiæ Paleſtricæ, imagines ex creta fingere cepit. Filia enim capta amore iuuenis, illo abeunte peregrè, umbram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circumſcripſit, quibus pater eius impressa argilla typum fecit. Plinius libro trigefimo quinto, cap. 12.

Be...

RESPECTV FINIS, SVCESSVS. INVENTIO

FELIX.

HISPANVS quidam morbo Gallico infectus, eius euratione incognita existente, inde mali remedium petendum arbitratus, ubi natales mali fuissent, in Americam nauigans, Guaiaci decoctum bibit, curatus est, nouiq; medicamentū planè diuini, inuentor fuit. Petrus Cieza Tomo 2. rerum Indicarum, cap. 29.

INANIS. IRRITA.

HOMERVS Poetarū princeps, cum in Iensis litore cæcus obambularer, & piscatores quosdā illic federe animaduertisset: signatus quid ageret, interrogauit eos, Num quid haberent illi cū otiosi pediculus necaret, obſcurè responderūt: ἴσ' ἔλαβ' ἡμῶν ἡμῶν, ἢ ἴσ' ἔλαβ' ἡμῶν ἡμῶν. Hoc ænigmate usque ad eō scipsum excreuit Homerus, ut

cum eius solutionem inuenire non posset, præ merore contabuerit. Plut. in eius uita. ARISTOTELEM philosophum, cum non posset naturā Euripi in Chalcide inuestigare, tædio animā effuisse perhibet Gregorius Nazianzenus. Iustini autē martyris testimonio se in profundum illius præcipitans demersus est. Tacet hoc Ammonius, & Lactius. Brodeus in l. Epigr.

DISCIPLINA.

Disciplina respectu Discipulis, Doctrina respectu Docentis. Vtraq; Arte nititur, si Rem spectes, & Methodo, si Modum consideres. Eo nomine Secundo libro huius Voluminis utramq; comprehendimus. At huc certè, quatenus Artium exercitium Doctrinæ, & Præſtium Disciplina esse uidetur, referri poterant.

OBSERVATIO

ALIQUA.

Vide paulo ante, Inuentio consilio suscepto per Imitationem.

Ab AEGYPTIIS plura prodigia reperta sunt, quàm à cæteris omnibus hominibus. Nam cum prodigium exiret, scribunt id obseruantes quomodo eueniret. Et si quando postmodum huius simile extiterit, exemplo prioris putant euenturum. Herod. lib. 2.

Præſertim MO RTALES agrotos in propatulo collocabāt: quibus, si quid salutare uel ægrotado ipsi uel ægros tractando comperisset, indicaret. Atq; hac ratione artem experientia auſam putant. Plut. de Noſte teipsum.

Cum in Peloponneso aſinus uitem arrodisset, & uindemia uentus puenisset, NAVIENSIS ex ea obseruatione pri mi putationem uitium instituit. Pausanias in Corinth.

ZEVXIS Heracleotes pictor, anno quarto XCV. Olympiad. Aggrigentis facturus tabulam, quā in templo Iunonis Lacinia publicè dicaret, inſpexit uirgines eorum nudas, & quinq; elegit: ut quod in qua; laudatissimum esset, exprimeret. Plin. lib. 35. c. 9.

THALES peregrè post longum spacium reuerſus, rogantibus amicis, Quid maximè nouum uidisset? Tyrannum, inquit, fecerunt. Plut. de Socratis daemone.

LACEDÆMONII seruos suos agrestes, quos Iotas uocāt, uino ingurgitabant, illosque uino madidos & disentos in coetum iuuenum introducebant: ut iuxta Anacharis & Platonis consilium, temulentia turpitudinem intuentes, quasi perſeſt ignauiam, à uino & ebrietatis uitio promtius abſtinerent. Plut. in Demetrio.

DARIVS Xerxis genitor seipſe celebrans, in præliis dixit & præſenti in diſcrimine fieri se sapientiorē. Plut. in Apoph.

IMITATIO

RESPECTV PERSONARVM. Qui Quos imitentur. IMITATORES

HOMINES Dei.

...

CLESTINVS Pontifex aſello inſidens Christi humilitatem æmulatur. Vide Tit. Magistratu sacro se abdicare.

POPVLI, POPVLARIVM.

Vide, Imitari Legislationem.

Tradunt Medos multarum rerum auctores ARMENIIS fuisse, ac prius etiam PERSIS, qui in potestate Asiæ successerunt. Nam quæ nunc Persica schola dicitur, & equitandi & sagittandi studium, & culus, & ornatus, & religioſa à subditis in reges ueneratio, à Medis profecta est. Idq; uerum esse uestitus declarat. Nam tiara, & cidaris, & pileus, & manicatae tunice, & anaxyrides in frigidis & borealibus locis, quales sunt Medici, apta gestamina uidentur. In australibus uerò nequaquam. Persæ autem magna ex parte rubrum mare accolunt: magis enim meridionales sunt, quàm Babylonij, uel Sufij. Hi post subactos Medos quædam sibi uendicauerunt, quæ Medorum erant, & ad eō honesti & regij uictorum mores uincitibus uisū suat, ut pro nudis ac leuibus muliebria gestare, & uelamentis contegi paterentur. Sunt qui dicunt, Medeam quæ ibi imperauit, quemadmodum Iasonem, uestem hanc prius commonstrasse. Nam ea faciem suā occultabat, cum pro rege exiret. Strabo lib. 11.

De Creta uenerat consentientem gentes, quod præſcis temporibus optimis fuerit instituta legibus, eiusq; æmulos & sectatores fuisse GRÆCORVM optimos atq; primarios, inprimisque LACEDÆMONIOS, sicut in uolumine de legib; Plato demonstrat, & Ephorus in lib. de Rebus publ. Europæ. Postea delapsa est ad latrocinia. Strabo lib. 10. ex Arist. in 2. Polit.

LACON Athenas profectus, ut uidit Athenienses salamenta & pulmenta sub hasta uidentes, uedigalia colligentes, leuocinium facientes, actusq; alios foedos obeuntes, neq; ducentes quicquam turpe: postea domum reuerſus, quærentibus ex eo ciuib; Quæ uidisset Athenis? Omnia, inquit, reſta. cauillatoriè subinuenit, omnia apud Athenienses honesta, turpe nihil cenſeri. Plut. in apoph. Laconicis.

DIOGENES bibentem manibus cōspicatus, eiecit è matica sua poculum. Plut. de Virtutis profectu.

ASCLEPIODOTVS Alexandrinus, Suidæ familiaris, iam inde à puero naturæ miracula obseruare & causas inquirere studebat, à tritissimis exortus, à lignorum uenis, à lapidum formis, ita ut artifices cuiusq; generis accuratè interrogando fatigaret. Suidas.

HENRICVS dominus Stargardij, Magnopolensis dux, in armis plurimum uersatus, tantum experimenti eo labore contraxit, ut notibus q̄ in certuū frequenter inambulās, stellaris situm & ordinem annotans, horas discernere posset: ceterum ad res ciuiles tam imperitus, ut monetam patriam nō dignosceret. Sederat aliquando diſſeſator eius, & cupreos calculos longo ante se ordine calculans habebat. Dux aëris indigus, quum putaret aureos, ac uertuū in unū, Hos, inq; ego meis uſibus deſumo: tu alios quære. Mouit astantibus risum. Quum diſpenſator diceret, Nō esse illos uſui, præterquam ad calculandum, proſiciens abiit. Cranzius libro 12. Vandalicæ, cap. 15.

NVLLA.

MICHAEL Balbus Imp. Thomam rebellē obſidione preme-re maluit, quàm tormentis urbem Adrianopolim expugnare, ne Scythæ uicini tormentorum noticiam conſequerentur. Cedrenus.

Ab Afis quadringos equos iungere GRÆCI didicere. Herodotus libro 4.

SCOTORVM mores patrij circa Malcolm Cammoir tempora mutari ceperunt. Vicinis enim Britannis primū à Romanis subactis otioq; enervatis, ac postea à Saxonibus expulſis, commilitij eorum commercio non nihil: mox Pictis quoque deletis, ubi affinitate Anglis coniungi ceperunt, mores quoque eorum amplexi sunt, cognomina sibi nobilitatis imponentes, eaq; Anglorum more ostentantes: mox etiam Ducum Comitumque appellationibus introductis: cum olim eiusdē potestatis essent. Thani, hoc est, quæſtores regij, ob fidem uirtutemq; non ob sanguinem iis meritis donati. H. Boethius in Scotio.

Cum IACOBO I. Scotorū rege, qui per XIIX an. in Angliā captiuus fuerat, in patriam reuertente, uenerunt Angli aulicique complures, præſertim cum rex Anglam duxisset uxorem. Quorum imitatione Scoti maximis impensis & deliciis cōuiuia instruere didicere. Cui malo ut obuiam iretur, in ſynodo Perthi indicta, cenſentibus quibusdā morē hunc penitus ex ipſa etiam regis aula exterminandum, placuit tamēn plerisque, ut magnatibus quidem liceret, sed ſolennib; duntaxat diebus, uti arto cretis (quorum ante eam ætatem nunquam uſus Scotis fuerat) ac delicatiorib; edulis. Quæ lege effecere, ut precio atque honore luxu inſuper addito, ſenſim contentio edictō, maioris intemperantię occaſio fuerit data. H. Boethius lib. 17.

REGES IMITATORES

Regum.

AGESILAVS Archidami F. Lacedæmoniorum rex, uir maximi animi, habito delectu, clauſq; instructa, in Asiā contra Artoxerxem regem Perſarum profecturus, Agamemnonis æmulus, Aulidem rem diuinam facturus uenit, quod illinc Agamemnon etiam dea placata ad Troiam ſoluſſet. Intellegebat enim se beatoris, quàm Agamemnon olim fuisset, ciuitatis regem esse, neque minus, quàm olim ille, cunctæ n n n n n 3 Græciæ

sed longè alia ratione, ac iudicio diuerso: quippe cum aper- te id simpliciterq; Herodorus fecerit, ac nomen etiam ip- sius poetæ posuerit, non sententias tantum inde transfule- rit. Cùm contrà Thucydes maiore artificio id tradarit, & furta illa tegere, ac leuiter immutare, ne facile agnoscatùr, semper conatus sit. Victorius lib. 28. Var. lect. cap. 21.

POETÆ IMITATORES

PANCRATES Arcadius imitatus Hesiodum, egea baldozia composuit. Gyrald. Dial. 3. Hist. poet. MENANDER & admiratus maximè & secutus est, quamuis in opere diuerso, Euripidem. Quintilianus. ENNIVS Eucmerum poetam Messenium imitatus esse dicitur à Cicero, quoniam fortes & claros uiros in deorum numerum relatos recenset. Gyrald. Dial. 3. Hist. poet. PLAVTVS comicus Epi charum inprimis, deinde Diphilū & Philemonem imitatus est. Gyrald. Dial. 3. Hist. poet. VERGILIUS Maro quamuis ingenio excellentissimo fuit, maluit tamen in plerisque Græcos tūd imitari, quā su- opte matre cum periculo scribere. Itaq; in Eclogis Theocri- tum, in Georgicis de signis tempestatum Arati Phanome- na imitatus est: in euerione Troiæ describenda Pisandrum ferè ad uerbum transfudit. Aenciā totam, Homeri Iliadem & Odysseam in unum contrahens, composuit. Quos uer- sus ab Homero sumferit, Macrobius lib. Saturn. cap. 2. & seq. ostendit. Quinimò tam dulcis ei rosa est Homeri imitatio, ut utria quoq; nonnulla amulari uoluerit. ibidem cap. 24. Ex Apollonio totum quartum Aeneidos, Medæ infantiam ad Didonem transferens: ex Pindaro Aetnam mutatus est, cap. 17. Quos uerò ab antiquis Latinis poetis uel integros uel multos uersus accepit, lib. 6. cap. 1. & 2. OVIDIVS Naso imitatus est Callimachum poetam, qui con- tra Apollonium discipulum ingratum, carmen auulenti- mum, ibi inscriptum, ab aue Aegyptia, ediderat: nam simi- li genere scripti contra uxoris sollicitatorem usus est, cum in Ponto exularet. Gyrald. in 3. Dialogo poet. CORN. Gallus in Elegiis secutus est colorem Euphorionis Chalcedici elegiographi: Probo Grammatico teste. SEXAVR. Propertius, Callimachum Cyrenæum & Philetam Coum in Elegiis imitatus est. Ipse certè se Romanum Cal- limachum appellauit. Gyrald. Dial. 4. Hist. poet. MARTIALIS secutus est in Epigrammatis Marsum poe- tam, Pedonem atque Gerulicum: quorum exemplo seip- sum tuetur, ac lasciuam uerborum licentiam excusat. Catullum quoque, & Licinium Caluum plurimi fecit. Cri- nitus de poetis.

Philosophorum.

In componendis fabulis à Socrate magistro inuitatum EVRI- PIDEM in Nebulis auctor est Aristophanes. Mnesilochus uerò, fabulæ Phryges ligna, hoc est materiam misultrasse Socratem cecinit: quod & suo carmine ipse Euripides non negauit. Gyrald. in Hist. poetarum.

HISTRIONES ORATORVM.

Q Hortensius plurimum in corporis decoro motu positum credens, penè plus studij in eodem elaborando, quā in ipsa eloquentia affectanda impendit. Itaque necirris, utrum cupidius ad audiendum eum, an ad spectandum concurre- retur: sic uerbis oratoris aspectus, & rursus aspectui uerba seruiabant. Constat AESOPYM atq; ROSCIUM ludicræ artis peritissimos, illo causas agente, in corona frequenter altissit, ut foro petitos gestus in scenam referret. Val. Max. lib. 8. cap. 10. & Vol. lib. 13. cap. 3. Anthrop.

MEDICI MECHANICORVM.

Apellides & Archimedes architecti machinamentum Trispa- sum inuenerunt ad naues deducendas, funibus non per manus, sed per ergatam attractis. MEDICI eos imita- ti, structuræ modum minuentes, Trispasum chirurgicum ad luxata fractaq; restituenda fabricauerunt. Oribalus de Machinamentis.

MVSICI POETARVM.

TERPANDER Homeri uersus imitatus est, Orphei modos in cithara. Plut. de Musica.

MECHANICI IMITATORES

Mechanicorum.

PAVSIAS Sicyonius pictor ex Plin. l. 13. c. 11. amauit in inuenta Glycerâ municipè suam, inuentricem coronarum, certan- doq; imitatione eius ad numerosissimam florum uarieta- tem perduxit artem illam. Verum idem lib. 21. utriq; hoc potius assignare uidetur, scribens: Postea uariari ceptum mistura uersicolori, florumque inuicem odores coloref- que accendere Sicyonij, ex ingenio Pauliæ pictoris, atque Glyceræ coronariæ, dilectæ admō dum illi, quum opera eius pictura imitaretur.

Poetarum.

EVPHRANOR pictor Grammaticum de Iouis archetypo consuli. Vide Titul. Placita aliorum sequi in Mechanicis. Prodicus Phocæus, Epicus uetus, scripsit Minyada, opus uariis historicis referentibus quo POLYGNOTVS pictura- rum nonnullarum sumit argumentum.

CHRISTIANI IMITATORES

Iudeorum.

Ignis lucernarum æternus potiùs à Mosaico quā à Vestali ortum traxisse suum uidetur apud CHRISTIANOS. Polydorus lib. 6. cap. 11.

Iudeorum.

Iudeorum.

Ignis lucernarum æternus potiùs à Mosaico quā à Vestali ortum traxisse suum uidetur apud CHRISTIANOS. Polydorus lib. 6. cap. 11.

Ebriicorum.

Calædis Maij frondibus domos exornare, Floralium reliquia uidentur. Idem.

Calendis Ian. regem creare, à Saturnalibus desumptum uide- tur, quibus seruis domini ministrabant. Idem. Quin quatuor minorum & Megalensium uelligia, & Bac- chanalium, duobus ferè ante Quadragesimæ initium men- sibus nostri retinent, quando personati per urbem discir- rentes infantiunt. Polydorus.

Hereticorum.

Pfallendi rationem per Antiphona, id est choros sibi alterna- tim succinates, primus Constantinopoli instituisse D. IO- ANNES Chrysostomus legitur, amulatione quadam A- rianorum, qui ad oratoria sua extra urbem procedentes, inter eundem ea modulandi ratione utebantur, singulati quadam pietatis specie. Ne itaq; simpliciores è saniore Ec- clesia, illa hypocrisis ab alienarentur, similia ipse quoq; insti- tuit, & quidem maiori cum splendore & magnificentia, ad ditis ardentibus facibus, & argenteis quibusdam crucibus. Socrates lib. 6. cap. 8. item Sozomen. lib. 8. cap. 8.

GENILES IMITATORES

Iudeorum.

PYTHAGORAM philosophum Hermippus asserit multas Iudeorum leges in suam sectam transtulisse. Iosephus lib. 1. contra Apionem.

Iustinus martyri in Paraclesi ad gentes, & Eusebius in Præpar. Euang. & Theodoretus de Græcorum affectionibus, PLA- TONEM ex Hebræorum libris multa in suos transtulisse scribunt. Hinc Numenius philosophus dicebat, *πὶ τῶν ἑβραίων τῶν ἡμετέρων ἀποστόλων, quid est Plato, nisi Moyses artijfians?* Et Aristobulus Iudæus ad Philometora lib. 1. sicut Eusebius citat: Legem, inquit, nostram in multis Plato sequutus est aperte namq; in multis diligenter examinasse singula uide- tur. Mosaica enim uolumina ante Alexandrum, & ante Per- sarum imperium traducta fuerant: unde plurima, sicut & Pythagoras philosophus ille, accepit. Viues in lib. 8. de Ci- u. Dei, cap. 11. ubi Aug. inquit: Mirantur quidam nobis, in Chri- sti gratia sociati, cum audiunt uel legūt Platonem de Deo ista sensisse, quæ multum congruere ueritati nostræ religio- nis agnoscent. Vnde nonnulli putauerunt eum, quando perrexit in Aegyptum, Hieroniam audisse prophetam, uel scripturas Propheticas in eadem peregrinatione legisse. Sed diligenter supputata temporum ratio, Platonem indi- cat à tempore, quo prophetauit Hieroniam, centum ferè annos postea natum fuisse. Ergo nec Hieroniam uidere potuit tanto antè defunctum, nec eadem scripturas lege- re, quæ nondum fuerant in Græcæ linguam translata: nisi forte quia fuit acerrimi studij, sicut Aegyptias, ita & istas per interpretem didicit: non ut scribendo transferret, quod Ptolemæus pro ingenti beneficio meruisse perhibetur, sed ut colloquendo quid continerent, quantum capere potu- issent, addisceret.

Christianorum.

IVLIANVS, ut templa gentilia Christianorum Ecclesiis con- formaret, iussit in iis altaria & primarias sedes ædificari. So- zom. lib. 5. cap. 16.

SCORTA PHILOSOPHOS

IMITANTVR.

GNATHENA meretrix, Legem cõiuualem conscripsit, iux- ta quam ad ipsam eiusq; filiam conuiuas accedere oportebat:

bat: quòd ad eorum philosophorum amulationem facie- bat, qui res huiusmodi conscripserunt. Hanc legem scripsit Callimachus in tabula tertia legum. Athen. li. 13. ca. 14. & 17.

VICTORES SVBACTORVM.

HORATIUS lib. 2. Epist. de ROMANIS & Græcis sic scribit: Græcia capta ferum uictorem cepit, & artes Intulit agresti Latio.

HOMINES BELLVARVM imitati

Mores.

HOMINES bestiarum Democritus summis in rebus esse di- scipulos ostendit, araneæ in texendo & faciando, hirundi- nis in ædificando, suauiter modulantium oloribus & luscinia in cantu & uoce fingenda: lam artium medicæ ex unquoq; unum generum magnam in eis & insignem portionem uide- mus. Non solum enim medicamentis utuntur, cum testa- diaes origanum, muscæ rûam, quando deuorauerunt an- guem, superedant, canes felle laborantes certa herba repur- gent se: draco oculorum caliginem marathro dissipet & in- cidat: uisus, ut primùm lustrò est egressus, aron syluaticum edat, quòd huius acrimonia intestinum eius coalitum refe- ret: alias fastidiosus pergat ad formicarum cuniculos, ibiq; affidens succo dulci madentem exerat linguam, dum for- micis cateat, quæ deuoratæ ei profunt. Purgationem, quâ sibi ipsis ex sanguine adhibet, animaduertisse Aegyptij & imitatores esse referunt se. Sacerdotes autem, ex qua bibiti- bis, aqua se lustrant: nam si medicata uel aliâ in salubris sit, non attingit eam. Verùm etiam inedia curantur quædã. Siquidem lupi & leones, quando carnibus nimium sunt op- pleti, cubantes ferentesq; se quiescunt. Nigra narrant ob- lecto ei hœdo, cum uictus ratione uitur, non uesci biduū, tertio die potere famelicam aliud, & caueam lacerare, illi parere, q; contubernalem iam putet & familiarè. Sed & cu- ram, quæ manu redidit, ab elephantis usurari aiunt. iacu- la, spicula, & sagittas assidentes uulneratis citra cruciatum expedit & sine incommodo extrahunt. Capræ Creticæ, quæ dictamò gustato facillè sagittas expellunt, mulieribus prægnantibus monstrauerunt huic herbè uim elidendi par- tus esse: siquidem ad aliud nihil propant uulneratæ, sed ad querendum & inuestigandum pergunt dictamum. Plu- tarchus de Animantium comparatione.

NAVPLIENSES cùm demorsam ab asino uitem, quam per- rituram existimabant, sequente anno lætiores & uberioris fructus proferre uidentur, fortuiti ad animi traduxere, & imitatione imitari uoluer. Pausanias.

Voces.

MAGNES ex Icaro urbe, Comicus, omnium animantium uo- ces imitatus est, & ab istem fabulis suis nomen indidit. Quem admodum ARISTOPHANES Ranarum coaxan- tum, Aut uoces, Vespariū bombos imitatus est. Gyraldus.

RESPECTV RERV, QVAS IMI- TANTVR. Imitari

NATVRAM RERV VNIVERSIM.

Uideret antiquus ille fabulosus PROTEVS falcator quispiã aut histrio fuisse egregius, qui sciret se in omnia formare, omniaq; imitari, ita ut aque humorem, & ignis acumen per motuum celeritatem imitaretur, leonis feritatem, i- ram pardalis, arboris susurrum, & omnino, quicquid colli- buisset, referret. Natalis Comes lib. 8. cap. 3. Mythol.

SAPIENTIAM.

PYTHAGORA S, ut creditur, apud Heliopolitas magna in admiratione fuit, admiratusq; illos eorum gryphos & my- steria est imitatus, scitissq; suis enigmata intexit. Siquidè à literis hieroglyphicis multa ex præceptis Pythagoricis ni- hil discedunt: ceu hæc, In sella ne comedas, Super chænicè ne sed eas, Palmam ne seras, Ignem domi gladio ne fodias. Plut. de Iside & Osiride.

ELOQVENTIAM.

PERICLES Pisistratum imitatus est, tum eloquentia, tum e- tiam tyrannide in populum. Hoc tantum interfuit, quòd ar- matus Pisistratus, Pericles uerò inermis Remp. tenuit. Plu- tarchus in eius uita.

DEMOSTHENES Periclem imitatus est, cùm in aliis, tum etiam hoc ipso, quòd nunquam nisi præmeditatus uerba faceret. Auctoritatem ea re Pericli imparem, eloquentiq; cer- tè principatum obtinuit. Plut. in Demosthene.

CHARISIVS, orator insignis, multas orationes Attico ge- nere scripsit, cùm Lysiam oratorem præstantissimum imita- ri cuperet. Cic. in Bruto.

M. TUL. CICERO è Græcis Demosthenem imitatus est, è Lati- nis Q Hortensium oratorem summū, ut in Bruto testatur. LOLLIANVS Ephesius Sophista & scholæ & populo præsu- rit Atheniensis, dicebat extemporaliter, Icti imitatione, quæ audiuit. Philostratus.

SATRIVS Russus non fuit contentus uulgari facundia, sed

Ciceronis æmulus esse uoluit. Plin. in Epistolis.

PHILO Iudæus Alexandria natus, disciplinissq; omnibus es- ruditus, in nostra & Græcorum philosophia facillè cæteros antecellit. Eloquētiæ enim Platonis ad eum amulator fuit, ut communi iam proverbio celebretur, *ἢ Πλάτων φιλολόγος, ἢ Φίλων ῥητορικός*: Aut Plato philonifas, aut Philo platonifas. Volat. li. 18. Anthrop. ex D. Hieronymi Catalogo scriptorū.

CHRISTOPHORVS Longolius Macliniensis Belgæ, Iure- coff. cùm adolescens per omnia scriptorum genera uagaretur, neq; quæquam unum uel quo ad eruditionem, uel quò ad stylum, sibi imitandum proponeret, sed ut ipse de se di- cere soleret, tantum in uno quoq; notaret, quantum acutè aut sententiosè dictum esset: eo factum est, ut prudēt sem per ferè diceret, quòd fuit etiam naturæ oratio uerò eius, quæ ex uerbis unidq; accersitis constaret, nullam neq; ele- gantiam, neq; uenustatem præ se ferret, formamq; dicendi inconditam & minimè æquabilem redderet. Petrus Bem- bus cùm multa eius prudētè quidem scripta, sed inquina- tis & corruptis uerbis referata uideret, dolere se apud eum sæpè testatus est, quòd cum à natura & literis ad oratorias artes instructissimus esset, uoluntate etiam in eas maximè propensus, negligeret tamen eam partem emendatè & Latine loquendi, quam Cicero eloquentiæ Romanæ parens, solum & quasi fundamentum oratoris esse iudicauit, unde etiam eloquentia ipsa nomen sumfisset. Magnopere igitur est cohortatus, ut totam suam dictionem, ad præstantem il- lam Ciceronis formam reuocaret, eumq; solum ex oratori- bus sibi imitandum proponeret. Cuius consilio & auctori- tati tantum tribuit, ut quinq; annos continuos ab ea co- hortatione nullum deniq; alium auctorem Latinum in mā- nibus haberet, nullam legeret, præter unum Ciceronem. In quo tantum studio industriaq; profecit, ut post breue tem- pus, cùm sibi eam legem indixisset, ne aliis atq; à Cicerone sumtis uerbis uteretur, ad omnia ferè quæcunq; animo cõ- cepisset exprimenda, abundè ex illo uno uerba electa sup- peterent. Cùmq; se totum ad summi illius oratoris imitatio- nem dedisset, sicq; toto animo contendisset, ut nihil unquã magis, quàm peiffectam illius scribendi formam animo in- clusam haberet, etiam in omnibus quæ scripsit, ut eodè mō- do dicere posset, magnopere laborauit. In hæc uerò formã scriptæ sunt ab eo orationes duæ, quibus uerò accusationi respondet, qui cum Romæ perduellionis reū egere, una præ- terea ad Lutherianos oratio, & aliquot epistolæ ad ami- cos. Reliqua omnia q; scripsit ipse ab olèda cõsuetudine, ut ita fieret, amicis moriès cõmendauit. Obiit Patauij in flore æ- tatis, eloquētor quàm doctior, anno Sal. 1522. Auctor uitæ.

SCRIPTVRAM, MANVM.

TI TVS, quæcunq; uellet chirographa imitabatur: ut ioto, dū per ludū certaret, falsarius quandòq; uocaretur. Cuspin. ALXIS, T. Pomponij Attici puer amanuensis, cùm Titus mor- bo impeditus, sua manu, ut consueuerat, ad M. Ciceronem scri- bere non posset, ipseq; munus illud obire deberet, nitebat- tur effingere manum Põponij, ne intelligeret Cicero, literis aliena manu scriptis, amicum ægotare. Quare ingt Cicero se animum illius amare, probareq; studium, atq; optamam so- luntatem, qui tantum diligentè poneret in se fallendo, sol- licitudineq; liberando. Quia tamen non ita licuit exprime- re manum Attici, quin ipse diuersitate literæ cognosceret, addit se non amare manum illius deprehensam, quòd erat indicium inualctudinis Attici. Victor. lib. 18. Var. lect. ca. 10.

RVGNANDI GENVS.

Retiariorum GLADIATORVM ars imitatio sic Pitaci insti- tuta. Vide Tit. Certamina ex prouocatione.

CEREMONIAS, RELIGIONEM.

IVLIANVS apostata callidissimo commento omnia, quæ in paganismò essent, ad Christianorum cultum, mores, actio- nes, ritus, consuetudines attemperauit: templa sedibus & processionibus ornauit: lectores, qui cætes doceret & mo- nerent, instituit: horas certas peccationibus destinauit: mu- lierum pariter atq; uirorum in sacris suis habere curam ius- sit: peregrinorum diuersoria & pauperum habitacula instruxit: collationes præcepit: peccantibus pœnitentiæ leges or- dinauit, & post eam, medioctem correptionem & receptio- nem. Notas deniq; & formas literarum, quæs episcopi Chri- stianorum pauperibus & peregrinis dabant, ipse quoque imitabatur. per sua denu sibi, his artibus & nouo fuce se esse sturum, ut pagani breui omnes fierent. Eustrõpius lib. 11. So- zomenus lib. 5. cap. 16.

MECHANICAM INDVSTRIAM.

Vendicauit sibi duplici nomine famam Germania, duarum artium inuentione, militarium scilicet tormentorum, & im- primendorum librorum: quarum hæc pacis & otij altric- est & parens, uti prior illa belli. Vtriusque uerò VENETI- A in terra Italia usum sibi uendicauit primum. Siquidem Genuens bello, primum à Germanis Venetias tor- menta importata fuerunt, quæ defendēdã libertatis Venet- præ-

Quod imitatur.

Huc omnes ii, qui vel id quod non debet, vel quod non possunt, imitantur. Vide paulo ante, Imitationem uisitorum.

AETHIOPEs regis morbos imitantur. Vide Tit. Fidei subditorum erga reges, amando. CHRYSIPPVS Solensis emulatus est in scribendo Epicurum, ut si quid Epicurus scribere cepisset, scriberet & Chrysippus. Atq; ideo saepius eadem scripsit, tumultuaria simul & mendose propter festinationem: totq; testimonia ingerit, ut ex his folis pleni libri uideatur esse. Laert. in Epicuro. DISCIPVLOS Platonis imitatos memorant eius contra-ctos humeros, Aristoteles balbutiem. Plut. de Dignof. adul. Alexandri SVCCESORES complures & amici emulati sunt illius proiectam ceruicem, & in sinistram humerum modice propensam, oculos uel leuitatem, & uocis asperitatem. Plut. in Alexandro. Eiusdem quoq; luxum familiares secuti sunt, teste Aeliano.

POETARVM sui temporis stultitiam in externa specie à Democrito adfinesbrata potius quam in natua & genuina idea imitanda, Horatius lib. de Arte his uerbis taxat:

Ingenium misera quia fortunatus arte Credit, & excludit fanos Helicone poetas Democritus: bona pars non unguem ponere curat, Non barbaram secreta petit loca, balnea uitat. Nanciscetur enim precium, nomenq; poetæ, Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam Tonfori Licino commiserit.

Auctoritate Cratini ueteris Comici peruersa POETÆ, quòd Nulla placere diu nec uiuere carmina possunt, Quæ scribantur aquæ potioribus. —

exemplo quæntiam præstantiss. poetarum, quia Laudibus arguitur uini uisus Homerus, Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma Proflitit dicenda. —

non cessare, ut inquit Horatius lib. i. Epistola 19. Nocturno cerare mero, putere diurno.

Quorum stultam imitationem eodem in loco insectatur, inquit:

Quid nisi QVIS uultu toruo ferus & pede nudo Exiguæq; togæ simulet textore Catonem, Virtutem ne repræsentet moreq; Catonis? Rupit HYARBITAM Timagenis emula lingua, Dum studet urbanus tendiq; disertus haberi. Decipit exemplar uitis imitabile. Quòd si Pallarem casu, biberent exangue cuminum. O imitatores seruum pecus, ut mihi saepe Bilem, saepe iocum uestri mouere tumulus.

Cæsare cum exercitu Romam petente, CN. Pompeius, cuius curæ sese Respub. commiserat, Biondusum secessit, & illinc soluens, in Græcia peraratum & classem collegit: Themistoclis se consilium imitari prætexens, qui aduentante Xerxe, relicta urbe, naues cõscenderit. At stulta certe imitatio fuit, in dispare causa, & euentu dispare. Plut. in Pompeio.

HORATIVVS lib. i. Satyra 10. de seipso sic scribit: Atq; ego quum Græcos facerem natus mare citra Versiculos, uenit me tali uoce Quirinus, Post mediam noctem uisus, quum somnia uera: In syluam non ligna feras infans, ac si Magnas Græcorum malis implere ceteruas.

M. FAVONIVS familiaris Catonis iunioris & emulato, qualis Apollo dorus Phalereus quondam fuit Socratis, incitatus & mente motus ab eius oratione, quæ non sensum neq; modicè, sed acutus cum rapuerat quasi lymphatum & fanaticum. Plut. in Catone.

Cum Pompeiani uisiti à Julio Cæsare Vticam ad Catonem cõ fugissent: STATILIVS quidam Catonis subsequi infractum & immotum affectabat animum. Hunc orauit Cato ut abnaugaret. Vbi recusauit, Apollonium Stoicum & Demetrium Peripateticum, tumentem mollire atq; adducere ad id, quod ex usu eius esset, iussit. Idem.

Cuminum omne pallorem bibentibus gignit. Ita ferunt Portij Latronis clari theoris adfectatores similitudinem coloris studis contracti imitatos: & paulo ante IVLIVM Vin dicem adfertorem illum à Nerone libertatis, captatione testamenti, sic leno cinatum. Plin. lib. 20. cap. 14.

C. CALIGVLA Cæsar Baiarum medium interuallum, & Puteolanas moles trium millium & sexcentorum ferè passuum ponte coniunxit, contractis undiq; onerariis nauibus: imitatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquanto angustiore Hellepontum contabulauit. Suetonius in Caligula, & Dion lib. 58.

CONSTANTIVS Imp. Magnentio Lugduni uisito, Romam ueniens, urbis magnificentiam cum stupore admiratus est.

Cum ad Forum Traiani uenisset, Traiani equum locatum in atrij medio imitari se uelle & posse dixit. Cui Hormisda Perfa propè affans, Antè, inquit, fabulum tale condi iubeto, si uales: equus quem fabricare constituis ita latè succedat, ut iste quem uidemus. Marcellinus.

Per quod imitatur.

Consule Tit. Annularum, quatenus eorum quos emulantur, uirtutes inepte expriment. Item Tit. Nigacitatis.

SIMONIDES uisiosè imitatus Homerum: uide Titulum Sagittariorum.

NEARCHVS Pittaci Mitylenæi F. Orphei lyram naclus, cum infeliciter imitatus est. uide Tit. Musicorum indoctorum.

DIONYSIVS Sicilia tyrannus comædias & Tragædias scripsit: quas cum contemni, & uulgè fabulam esse cognosceret, nulli rei: arcebat, ut Aeschyli pugillares, quibus ille sua poemata describere fuerat solitus, assuetueretur: quibus ad epitis, iam se Aeschyli doctrinam omnem & scribendi rationem habere existimabat.

Cicero in Oratore, corripit QVOSDAM sinistros imitatores Thucydidis, qui relictis uirtutibus, ipsius uitia sedulo expri mebant. Huius, inquit, nemo neq; uerborum neque sententiarum grauitatem admiratur, sed cum mutua laudam & hiantia locuti sunt, quæ uel fine magistro facere poterunt, germanos se putant esse Thucydidas. Eiusdem iudicij quoque fuit Dionysius Halicarnassus. Victorius libro 4. Variarum lect. capite 10.

Cum Philippus Alexandri Magni pater expeditionem in Corinthios apparare diceretur, Corinthij operi certatim incere ceperunt: hic antea comparabat, ille lapides congerabat, alius muros substruebat, nonnulli propugnacula firmabant. Eorum studium DIOGENES Cynicus uicens, pallio succinctus, dolium suum uelut citroq; uersare per uicium collem cepit. Percunctante quodam, Quidnam hic agis, o Diogenes? Voluo (inquit) ego quoq; dolium, ne solus cessator esse uidear. Guido Bituricensis.

C. CÆsar CALIGVLA militiam, resq; bellicas femel attingit, neq; ex destinato, sed cum ad uisendum nemus, flumenq; Clitumni Meuaniam processisset: admonitus de suppleendo numero Batuarorum, quos circa se habebat, ut Imperator se ostenderet, Iul. Cæsarem, & Augustum imitaretur, expeditionis Germanicæ impetum cepit neq; distulit, sed legionibus & auxiliis undiq; excitis, delectibus undiq; acerbissimè actis, contracto & omnis generis comæte quantum nunquam antè, iter ingressus est: confectiq; modo tam festinanter & rapidè, ut prætorianæ cohortes contra morem signa iumentis imponere, & ita subsequi cogentur: interdu ad eodè segniter & delicatè, ut o Christophoro ueheretur, atque à propinquarum urbium plebe uerri sibi uias, & conspergi propter puluerem exigeret. Suetonius.

NERO Cæsar se eum destinata, qui Apollinem cantu, Solè aurigatione equiparare putaretur, imitariq; Herculis facta, in idq; leo paratus fuisse dicitur, quem nudus in Amphitheatro, claua aut brachiorum nexibus elideret. Sabelli cus libro 2. Enneadis 7. ex Suetonio.

ANTONINVS Caracalla ad lstrum cum peruenisset, Germanos accolis sibi conciliauit, ut & auxilia ab eis acciperet, & satellites, & eorum habitu uteretur. Suidas. Thraciam petens Macedonibus conterminam, repente ad eodè studiofus Alexandri factus est, ut omnes urbes & urbium templa illius imaginibus breui repleuerit, renouata passim ducis memoria, quin bicipitia quadam simulacra figurauit, sua scilicet, & Alexandri facie. Ipse Macedonico more causam gestabat & crepidas. Lectissimam iuuenum manum, Macedoniam phalangem appellauit. Uti utebantur eodem armorum genere, quo uiuo Alexandro armati fuerant, galea nimium facta ex crudo bouis corio, thorace ex lino triplici, scuto ex ære, lancea longa, hasta breui, crepidis, gladio. Alexandrum Orientalem Augustum appellauit. Romanarum legionum ductores iussi sunt ferre nomina, quæ olim Alexandri duces tulissent. Ilium progressus, Achilles tumulum inuisit, ornavitque corona & floribus: quem ut imitaretur, Festum libertorum carissimū. Patroclum appellauit. Hunc paucis diebus quibus illi fuit, extinctum (ipsius opera, ut quidam putant, ut Achilles ritu amicum iuneret) honorificentissimè sepeliuit. Achillem in omnibus imitatus. In quo ministerio quam crinem quaereret, quem rogo iniiceret, essetq; Caracallæ perraris capillus, omnibus ridiculo fuisse dicitur, rotondit tamen quos habuit. Post Achillem & Hannibalem Pœnum mirari, & ex Romanis ducibus unum Cornelium Syllam. Sab. lib. 5. En. 7. ex Diono.

Regulus RVSTICVM Stoicorum simium dixit, conuulsiæ gratia, ut refert Plinius in Epistolis, opinor quòd barba & pallio Stoicum ageret uerius quam moribus. Erafmus in Adagijs.

COM.

COMMODOVS Imp. repudiato Romanorum principum habitu, leonis pelle intratus, clauamque gestans, in medium prodibat. Interdum non sine contentu & derisu in muliebri ueste, ut Hercules, cuius æmulus uideri uoluit, sese spectandum obtulit. Sab. lib. 5. En. 7. ex Diono. Maximiliano I. Cæsari legati VENTORVM superba uoce bellum indicabant, Romana imitatione: s. P. Q. V. indicit bellum Maximiliano. Quibus ille: Quam inceptè in dixistis, tam stultè bellum gerite. Ioach. Curcus in Silsig Annalib.

FACILIS.

Vide paulo ante, Inuenio consulè suscepta per Imitationem.

PHILIPPVS Amyntæ F. Macedo, excogitauit σικκασισμὸν, ordinem illum iustissimum phalangis, quæ Macedonum peculiaris fuit (Lianus Cuneum uocat) sumto exemplo heroum, qui clypeos clypeis in bello Troiano iungebant, uti scribit Homerus.

Διότις ἐξ ἀσπίδ' ἔρετο, κέρως κόρυμα, κίβηθ' ὀπίσθη. Diodoris libro 16.

PHIDIAS simulacro Iouis Olympij perfecto, quo nullum præstantius, aut admirabilius humane fabricate sunt manus, interrogatus ab amico, Quònam mentem suam dirigens, uultum Iouis propemodum ex ipso caelo petiunt, eboris lineamentis esset amplexus? Ille se Homeri uerbis quasi magistro usum respondit:

ἦ, γὰρ κινῶν ἄνευ τῆς ἀφροσύνης νέον Κρονίων' ἀποδοῦσαι δ' ἴσθαι χροῖται ἐπιπέφασται ἀλλαντὸν κέρως ἀπὸ ἀδωδέστω, μέγαν δ' ἐδάξεν ὄλομπερ.

Valerius libro 3. capite 7. Iuuenalis de GRÆCORVM facilitate in imitando quiduis, in hunc modum, Satyra 3. ubi Nationem uocat comædam, ob historiam imitationem:

Ingenium uelox, audacia perdita, sermo Promptus, & lrae torrentior. Ede quid illum Esse putes, quem uis hominem secum attulit ad nos? Grammaticus, Rhetor, Geometres, Pictor, Aliptes, Augur, Schoenobates, Medicus, Magus, omnia nouit: Græculus eufuriens, si in caelum iusseris, ibit. Ad summū non Maurus erat, nec Sarmata, nec Thrax, Qui sumisr penas, mediis fed natus Athenis.

Hircius de AEGYPTIIS contra Cæsarem dimicantibus, ipsi homines, inquit, ingeniosissimi & acutissimi, quæ à nobis fieri uiderant, ea solertia, efficiebant, ut nostri illorum opera imitari uiderentur.

M. FVRIVS Bibaculus Cremonensis Iambographus, Pantomimus dictus est, quia omnia imitaretur. Circa tempora Ciceronis uixit. Vergilius ab eo carmina aliquot accepisse dicitur, teste Macrobio. Gyrald. Dial. 4. Hist. poet.

TITIANVS Græcus orator, præceptor Maximij principis, qui scripsit libros Prouinciarum pulcherrimos, omnia tam probe in uita imitatus est, ut non immeritò sui temporis simia appellatus sit. Capitolinus in Maximino, & Cælius libro tertio, capite 10.

TITVS Imp. notis excipere uelocissimè solitus, cum amanuensibus suis per ludum iocumq; certans imitabatur chirographa quæcumq; uisidisset: ac profitebatur saepè, se maximū falsarium esse potuisse. Suetonius.

ALEXANDER Archiepiscopus titulo diui Andreae, filius Iacobi Scotiae regis insignis artifex erat in aliena uita imitanda. Senæ olim Erasmo Rot. quo familiariss. utebatur, ostendit codicem quendam typis excusum, quem certò sciebat nunquam ab eo lectum. In eo multa annotarat in spacijs marginalibus. Protinus agnouit Erasmus manum suā: Agnosco, inquit, figuras meas, uerum codicem hunc nec legi nec habui unquam. Ille contra, Legisti olimi, sed ex didicalio qui unde hæ tuæ manus notuæ? Tandem cum tili fastus est dolum. Tum Erasmus, Næ tu præclarè falsarium agere possis, si uelis. Erasmus aduersus mendacium.

DIFFICILIS.

VIRGILIVS cum sibi exprobratum esset, quòd uersus Homericos abstulisset, & in operis sui generem redegegisset: respondisse traditur, magnarum esse uirum, auferre clauā de manu Herculis. Non dissimulans, se illis uerbis non præcarid, sed pro suis uti. Petrarca de Iocis.

RESPECTV CONATVS. Imitatio

IRRITA.

TELESIAS, Thebanus poeta & musicus, cum iuuenis adhuc

in optima musica uersatus esset, Pindari, Dionysij Thebani, Lampri, Pratinæ, & reliquorum Lyricorum, qui poetæ crumaton fuerunt: exacto ætatis uigore usque ad eodè captus est fenicia & uariâ illa musica, ut neglectis illis bonis, in quibus diu uersatus fuerat, ad Philoxeni & Timothei modos, uarios atq; nouos, animum deflexerit: & tamen cum diu satis elaborasset inter Pindaricum & Philoxenium modum, Philoxenium quamuis deteriorem nunquam assequi potuit, quòd optimis à puero affluisset. Plutarchus in Musica, ex Aristoxeno.

Cum in rebus simili aliquo illustrandis admirabilis semper fuerit Homerus, illa in primis ipsius collatio celebratur, & à magnis auctoribus in astra tollitur, cum, intersecto ab Hectore Patroclo, principes Græcarum copiarum se eodè repente contulerunt, ne corpus ipsius ad se traherent hostes, ludibrioq; ipsum afficerent: contraq; Troiani, & ipsi conferti, duce Hectore plenam integramq; uictoriam illam adipisci conati sunt, ac globo facto fortiter restiterunt Græcis. Concursum enim eum, clamoremq; edicium ab urraq; parte, illustrare uolēs poeta, fecit eum similem magno fluctui, qui incurrit in fluium autum imbribus, & ipsa magna uim aquarum effundentem in mare: unde uicina litora, percussa fluctibus clamant, sonoremq; ingentem edunt. Omnis igitur hæc collatio multis magnisque uirtutibus referta est, in primis autem tertius ipsius uersus, quo singulari quodā artificio, sermonisq; eius facilitate, mirificè exprimit sono literarum, sonorem eum, quem dixit eo excitari. Est autem hic, ualde notus:

ἦντες βόταν, ἔδωγον μένος ἄλδος ἕλω.

Ut autem magis adhuc hanc collationem celebrem, libet hic adponere, quòd in antiquo libro declarationis loco ad notatum inueni: legitur enim illic, imaginem hanc causam fuisse, ut PLATO combussisset sua poemata: factum namq; in ea esse, quòd uidetur naturæ repugnare, ut quòd auditur, planius euidentiufq; sit, quam quòd aspicitur. In alio tamen scholio in eundem locum, traditur hoc cõtigisse Soloni, quòd mihi sanè minus uerisimile est: neque enim ita grandis ille poeta fuit, ut contendere de summo loco potuerit cum Homero: & præterea poemata ipsius leuia plerunq; & aliquando etiam mollia lasciuiaq; erant. Victorius lib. 36. Var. lect. cap. 13.

PHILOPOEMENES Megalopolitanus dux præstantissimus Arcadum, Epaminundæ Thebani artes & res gestas studiosissimè emulatus, assequi tamen nullo pacto potuit. Fuit enim Epaminundas miti prorsus ingenio, & animi lenitate summa, cum hic ad iram esset procliuor. Pausanias in Arcadici. De eo sic Plutarchus: Strenuitatem eius & prudentiam atque abstinentiam egregiè expressit: lenitatem, grauitatem, humanitatem in ciuilibus contentionibus nò potuit retinere. Vnde propter iracundiam & animum præfactum ad militares uidebatur quam ad ciuiles artes accommodatior.

RESPECTV EVENTVS. IMITATIO

FELIX.

Quemadmodum qui frequenter iaciunt, interdum etiam colineant, scopumq; ferunt, dum assiduitas & quotidiana industria in tractandis instrumentis, plerunq; ad dexteritatè non scientiam, sed artem gignit: ad eundem modum LIBANIVS Sophista Antiochenus, dum emulationis studio atq; imitationis contentione, adiungit se & ueluti affricat ueteribus scriptoribus, optimis & idoneis ducibus, uestigia optima ingressus est, & fructus uia quam inlitit dignos percepit. Eunapius in eius uita.

SELMIVS Turcarum princeps, cuius maiores ab historia uelut à fabulis semper abhorruerant, primus gesta C. Iul. Cæsaris in linguam uernaculam transferri curauit, ac uis imitatione, breui magnam Asie minoris & Africæ partem cum imperio maiorum coniunxit. Bodinus.

INFELIX.

ICARVS patrem Dædalum malè imitatus perit. Vide Titulum Nautarum.

TVL. Hostilius Numæ magiam in eliciendis fulminibus non ritè imitatus, fulmine ictus conflagrauit. Plinius libro 28. cap. 2. ex L. Pisone.

In eadèth Ioannis Cardinalis & Iuliani Medicum conspirarunt AVGVSTINVS Caponius, & PETERVS Paulus Boscolus, qui Bruti uirtutem & gloriam ferebat in caelum, seque Brutum fore testabatur: sibi fidem magni consilij participem Cassium reperiret. Ergo Caponius, qui multa à Boscolo ex historiis de Cassio præclara audierat, libenter in eius nomen est adoptatus. Cæterum detecta coniuratione, uterq; supplicium extremum tulit. Iouius lib. 3. in Leone X.

CONSVETVDO, ASSVEFACTIO

BONA.

LACEDÆMONI & CRETENSES moribus erudiebantur, non uerbis. Athenienses uerò, & penè omnes alij Græci, quæ quidem oportet agi præcipiebant suis legibus: affuecere uerò ad hæc operibus minime ualere. Iosephus lib.2. contra Appionem.

Apud GERMANOS plus bonos mores, quàm apud alios bonas ualere leges, Tacitus prædicat.

AGESILAVS rex quodam adhortante, ingenio indulgeret, ac fuggerente, ob incertum fortunæ fortasse non datum iri eius faciendi occasionem: At ego, inquit, sic consuefactio me, nulla ut in incertitudine quæram uicissitudinem. Plutarchus in Apophthegmatibus.

TELESIAS Thebanus cum affuisset optimis ueterum Lyricorum crumatis, senex iam magno licet studio Timothei & Philoxeni musicæ alleg non potuit. Plut. de Musica.

Apud ROM. munus capere uiro ab uxore, aut uxori à uiro uetitum fuit, ne muneribus capiendis affuetæ, etiam alienos admitterent. Plut. in quæst. Rom.

CMARIVS Coss. IIII. cum ad Rhodanæ castra haberet contra Cimbro, milites uallum conficere & speculari iussit, ut uultum hostium ferre, & uocem tolerare planè absconferam; affuissent, arma item & tractationem eorum cõdicerent. Ita temporis tractu horrenda in speciem reddebant in animo ex aspectu lenia. Atque quotidianus hic aspectus militibus non tantum partem detestati pauoris, sed & ad barbarorum minas atque intolerandam insolentiam feruor eos subiens, irritauit & inflammauit animos: cum non modò procularent omnia circumquaq; hostes, sed in uallum quoque magna proacitate & ferocia incurfarent. Plutarchus in Mario.

MALA. EAQVE TVM

IN GENERE.

CRETENSES cum acerbissima execratione aduersus eos, quos uehementer oderunt, uti uolunt, ut mala consuetudine delecentur, optant: modestoq; uoti genere efficacissimum ultionis euentum reperiunt. Inutiliter enim aliquid concupiscere, & in eo perseueranter morari, exitio ea dulce do uicina est. Val. lib.7. cap.2.

IN SPECIE. ASSUESCERE

Latrocini.

CONVERSATIO. RESPECTV HABITO

PERSONARVM, CVM QUIBUS uel

SVSCEPTA. V. C. Cum

Probis.

Homines Deum timentes, uolebat habere secum TOBIAS in conuiuio, & hoc ipsum docuit filium suum, Noli manducare cum peccatoribus. Tob.2.4.

Improbis.

Captis Hierosolymis ab ISRAELITIS, tenuerunt tamen arcem Iebusei, usq; ad Dauidis uictoriam. Nec Hierosolymis ferrum adeò in omnes euagatum scribit Iosephus, sed Beniaminiorum auaritia oppidanos tributarios factos. Quod exemplum cæteræ tribus imitæ, omni iure belli abstinendo, sibi & posteris in cendium aluere. Promiscuus gentis usus uelut contagiosa quedam lues sensim Israelitas infecit, ut non longo interiecto tempore à ueræ pietatis cultu alienati, merito iratum sint numen experti. Sab. lib.4. Enn.1.

MICHAEL Balbus Imp. nefandam heresim à pueris imbibit, utpote in Phrygiæ urbe Amorio natus, in qua Iudæi, Athiniani, & scelestissimum hominum colluues habitabat. Inter quos erant qui baptisma suscipere, & Mosaicæ præcepta in sectione præputij sequerentur. Cusp.

NON SVSCEPTA. CVM

Improbis.

Dicebat Vxor Tobie iunioris: Nunquam cum ludentibus miscui me, nec cum his qui in leuitate ambulat participem præbui. Tob.3.

Thyestes graui dolore oppressus, fractusq; atrocibus malis, iubebat OMNES secedere, nec ut aliqui se tangere, permit-

Crudelitati.

CLAVDIVS Imp. ludis gladiatoris impensè delectabatur: eorumq; consuetudine sanguini & cædibus afflicta, crudeliter in quosuis leui de causa fœuuit, Messalina instigante. Zonaras.

BARTOLVS in iudicandis reis seuerus admodum fuit. Andreas Barbatias causam eius affert, quòd Bartolus postquam 21. ætatis anno doctoratus gradum suscepit, iudex malefactorum fuerit, & illic feruorem illam condemnandi facinorosi imberberit: ut quos cum iudex esset non potuerit perdere ore, conaretur postea perdere calamo. Fichardus in eius uita.

Calamitati.

OUIDIVS de seipso lib.3. de Ponto 7. sic scribit: Hoc quoq; Naso ferens: etenim maiora tulisti: iam tibi sentiri sarcina nulla potest. Ductus ab armento taurus detestatur aratrum, Subtrahit & duro colla nouella iugo. Nos, quibus assuevit fatum crudeliter uti, Ad mala iam pridem non sumus ulla rudes. Quiq; fugax rerum, securaq; in otia natus, Mollis, & impatiens ante laboris eram: Vltima nunc patior, nec me mare porribus orbum Perdere, diuersæ nec potuere uia, Sufficitq; malis animus: nam corpus ab illo Accipit uires, uixq; ferenda tulit. Pone metum, ualeo: cor pulsq;, quod ante laborum Impatiens nobis inualidumq; fuit, Sufficit, atq; ipso uexatum induruit usu. An magis infirmo non uacat esse mihi?

ABSVRDA.

Aeschylus ludis Isthmiis ego in faciem pugile atque infeculo clamore, Quantū ualet, inquit, consuetudo? SPETATORES uociferantur, ictus silet. Plut. de Audiendis poetis.

tebat. Carmen apud Ciceronem legitur in III. lib. Tuscul. Nolite hospites ad me adire: illico istic Ne contagio mea uobis umbræ oblit: Tanta uis sceleris in corpore hæret.

Charondas THYRIOS eius suos à familiaritate & consuetudine perditorum, lege prohibuit: actionemq; prauæ consuetudinis constituit, grauiq; eius delicti reis imposita multa, licentiam eos ercruit, reliquos à delinquendo ratus deterritum iri metu pœnæ. Diod. lib.12.

Amicitia.

Distū apud Romanos est HOMINIS lepidi & popularis, quæ is auctor fuit, tritum, quo die solus coenauerat, & cœnauerat, & edisse se, non coenasse: quasi colloquium cœna & festiuitatem semper postulet oblectantem. Plutarchus lib.7. Quæst. conuiuialium.

Peregrinitas.

Plato in libris de Republica fugiendum esse mare censuit, perinde ac improbitatis magistrum. Nam ut ab eo quisq; maxime remotus sit, ita optime Republicam administratur. Mare attingentes, inquit Strabo, deteriores effecti latrocinari cœperunt, & hospites mactare, illorum opibus inhiantes. Proinde ueteres ATHENIENSIVM reges in coloborant plurimum, uti à mari ciues abducerent, agrisque insisterent colendis. Vnde oborta uidetur fabella, Neptunum de regione cum Minerua disceptantem, ab ea superatum, olea, quam moriam dicunt, iudicibus præmonstrata. At contra maritimis rebus ciuitatem præcipue applicuit Themistocles. Quæ re aduersus nobilitatem auctor euasit populis, ad nautas & celestas & gubernatores potentia recidente. Cælius lib.16. cap.23. A. L.

LYCVR

LYCVRGVS legem tulit, ut peregrini finibus arcerentur: ne aduenæ alicuius noxæ ciuibus doctores existerent. Plut. in institutis Laconicis.

SPARTANIS ciuibus nefas fuit peregrinari, ne alienos mores urbi importarent. Quin & peregræ eò delati, nisi qui rei publicæ utiles essent, urbe excluderentur. Thucydides est auctor, ne quid Laconicæ disciplinæ peregrinæ gentes imberberent, quòd fati inhumanè haud immerito aliquis dixerit. Plutarchus, quod propitijs uero est, ne mutuo congressu noui sermones in urbe orirentur, & ex his noua iudicia, dissidèq; uoluntates, quæ sunt reipublicæ perniciosissimæ. Sabell. lib.1. En.2.

BYZANTII ob frequens emporium quod habebant, mistis quoque moribus & corruptis fuere, ebriosi, libidinosi. Athenæus lib.12. cap.10.

Hostibus.

In rhetis appellatis interdixerat LYCVRGVS præficus in eodem idem identem arma ferri, ne bellare addicerent. Plutarchus in Apoph.

FRVCTVS. EX CONVERSA-TIONE facti

BONI, DOCTI, PERITI.

SAVL, cum in prophetarum cœtum incidisset, subito & ipse diuino furore correptus, uaticinari cepit. Id admirantes, qui Saul ante cognouerant, inter se distabant. Quid accidit Sauli, num & Saul inter prophetas? Ea uox deinde uersa est Hebræis in prouerbium, de re noua & inopinata, subitaq;. Erasmus in Adagijs.

Plato fratris filium SPEVSIPPVM ex magna dissolutione & licentia coercuit, nullo quidem aduersus eum acerbo uel dicto uel facto, sed quòd fugienti parentes, qui assidue eum perstringebant & insectabantur, placidum præberet se & lenem, imbuuit cum magna sui & philosophiæ reuerentia & studio: tametsi multi amici ei obicerent, non corrigi ab eo adolescerentem. At hic maiorem in modum corrigere se cum ostendit: quòd uita sua & consuetudine quotidiana efficeret, ut discrimen intelligeret à turpibus honestorum. Plut. de Pietate erga fratres.

THEBANI Lacedæmonios, eosdemq; hostes, præceptores habere, quando assidue prætorum disciplinam illorū militarem didicere. Itaq; cum Agesilaus rex in Boeotia uulnere aliquando fuisset affectus, Antalcidas eius æmulus, Næ tu præclaram, inquit, mercedem refers à Thebanis, qui inuitos & ignaros docuisti pugnare. Et profectò bellaciorum ferunt tunc Thebanos quàm unquam aliàs euasisse, cõpluribus Lacedæmoniorum in ipso expeditionibus uelut tritos. Plutarchus in Laconicis, in Agesilao & Pelopida, & Polyæno libro 1.

Valentinianus III. Bonifacium Africa Comitè, Aetij æmulu astu tyrannidis insimulatum, bello persequutus est. Et bello BARBARI à Romanis auxilio aduocati, rei naualis usum, cuius planè rudes erant, Romanorum periculo in eorum post exitium didicerunt. Sigonius lib.12. Imp. occid.

MALI.

PETRVS apostolus, Christi amore inter omnes ardentissimus, tunc quidem refixit, cum atrium Cayphæ ingressus, impiorum hominum se implicuit colloquiis: compulsiq; est negare se illum nosse, quem paulo ante Dei uiuentis filium confessus fuerat. Corruptum itaq; (ut Paulus ait) bonos mores, confabulationes pessimæ. Et qui tangit picem, inquinabitur ab ea. Ibidem ex Matth. 26. & Ioan. 18.

Tyndareus accusans MENEAVM, quòd defenderet matricidam Orestem, culpam reuicitan diurnam conuersationem cum Barbaris, apud Eurip. in Oreste iniquis: Βεβαιωθησονται, ἡδὺν ὄντιν ἐν βαρβαρίαις.

HERMIONE, indicans Orestis cognato, quid se impulerit, ut cogitare de interficienda Andromache, apud Euripidem in Andromacha inquit: Κακῶν γυναικῶν ἑσθλοὶ γὰ ἀποδάσκουσι, ἢ μὴν ἡδύκατοι τὸς δ' ἐργάζονται ἄβυσσος.

Herum accessus me perdidit: quæ mihi distantes hos inspirant sermones.

CHALCEDONII cum prius frugi essent, simul atq; Byzantium societate uti ceperunt, eadem quoque uita hauserunt. Athen. lib.12. cap.16.

Argius quidam cū Eudamide dixisset, LACEDÆMONIOS

peregrinationibus reddi deteriores, quòd interim degenerarent: maiorū legibus & institutis: At uos, inquit, quū Spartam uenitis, non deteriores, sed meliores euaditis. Distum retorfit in Argium: hoc enim dicens, magis suam gentem uituperauit, quàm Lacedæmoniorum. Plut. in Lacon.

LEONIDAS Cleonymi F. rex Spartanorū, Agides, cum dia in aulis satrapicis uolucatus fuisset, mores corruptiss. induit, & luxu Spartā corrupit: Agidè ceterè Eudamide F. qui Lycurgi leges reuocare studebat, interfecit. Plut. in Agide.

Scythæ Nomades, ob illatum sibi bellum à Dario rege Persarū, cum Spartanis societatem iniere, ut ipsi quidè Scythæ iuxta flumen Phasin Medicam regionè inuaderent: Spartia tæ uerò ab Epheso ascenderent, & ad certum locum utriq; occurrerent. Cum legatis Scytharum uerfatus CLEOMENES Spartanorum rex, unum copiosè bibere didicit, & ex eo tandem furiosus est redditus. Hinc Spartani ἐπιβλήσαν μιν, pro eo quòd est intemperanter potare. Herod. lib.6.

Diogenes apud Laertium formoso ADOLESCENTI ad conuiuium accedenti dixit, Chiron, id est, deterior reuertes: cumq; ille rediisset, & Diogeni dixisset, Reuertes quidè sum, & non Chiron, (alludens ad Centauri nomen) respõdit: Non Chiron, sed Eurycion (qui & ipse fuit Centaurus) ἡδύκατος μὲν, εὐκαταστῆς δὲ. quo sensu Aristophanes in Nubibus dixit, εὐκαταστῆς, hoc est, cinædus. Eurycion autem significat latè uel laxè incedentem. Gilbertus Cognatus libro 2. Narr. ex Laertio.

Querit Aristoteles philosophus, cur TIBICINES & MYSTICI, qui festis ac celebritatibus mercede conducti canunt, quos uulgus Græcorum Dionysiacos uocabat, uoluptatibus semper dediti, nunquam ad bonam illam frugem peruenirent, sed nequiter perditis moribus uitam omnem degenerent? Respondet hinc fieri, quòd quum semper inter delicias & conuiuia uerfentur, nec unquam philosophiæ præcepta, quæ ad uitam sanctè degendam pertinent, audiant: nec ullum, dum redè uiuit, aspiciant: aliter uiuere nesciunt, quàm quomodo uel audiendo, uel uidento, uel usu didicerunt. Nihil porò audierunt, nihil uiderunt, aut consueuerunt, nisi uoluptuarium & pecuniarum, inter uoces & clamores absonos, inter saltantes, osculantes, ridentes, edentes, potantes, uomentes, inter perfusos immo dica lætitia, & omni cura mentis morumque abiectæ. hæc eadem moribus & tota uita ut exprimat necesse est. Ludouicus Viues de Christiana femina lib.1.

MANT. Triumuir Curionis familiaritate uita ea, quibus postea obnoxius fuit, contraxit. Plut. in eius uita.

BOLESLAVS, Polonorū rex, Cassimiri ex monacho regis F. commixtus gentilibus didicit opera eorum, & seruiuit immunditijs eorum: intermissiq; uirtutum studio factus est sentina omnium uitiorum. Cranzius lib.3. Vandalicæ, ca.12.

Inepti.

Plutarchus in com. de Dignotione amici & adulatoris, scribit tantam habere uim assiduum consuetudinem, ut imprudētes etiam imitemur uita eorum, quibuscum uiuimus. Sic Platonis FAMILIARES eius curiuitatem seu contractos humeros imitabantur: Aristotelis amici, balbutiem eiusdem exprimebant: Alexandri Macedonum regis familiares ceruicis inflexum, & uocis in dicendo asperitatem effingebant. Plato de Legibus 2. eleganter indicat, quomodo fallat contagium.

Insulces.

MAGOS ab Oriente ad Christum Bethlehema natum stella perduxit: sed tamen cum interim ad Herodem Hierosolymam diuertissent, latuit illic, subtraxitq; sese obtutibus eorum. Cum uerò inde discessissent, rursum comparuit, & usq; ad locum quò ibant, fideliter præcessit. Quid est hoc, nisi quia caligat in nobis rectæ rationis lumen, quamdiu illis iungimur, quos nebula premit uitiorum? Tunc nitefcit & exoritur, cum his relictis, ad quarendum Deum conuertimur. Quoniam Deus lux est, & tenebræ in eo nõ sunt ulla. Marulus lib.3. cap.7.

TACHOS Aegyptius, donec usus est uernaculo uictu, & frugaliter uixit, omnium hominum fuit sanissimus. Postquam uerò ad Persas uenit, & in illorum luxum delapsus est, cum non posset ferre tantam ciborum insolentiam, in dysenteriam lapsus uitam cum morte commutauit. Aelianus lib.5. de Varia historia.

INSPECTIO. ΑΤΤΟΨΙΑ.

Ex Titulo Explorationis, quedam buc transferri poterunt.

THALES rogatus à Molpagora Ione, quid maxime suspensum uidisset? respondit, Tyrannum senem. Plutarchus in Conuiuio.

XERXES rex nauali prælio confiscentibus inter se Persis &

Græcis, in edito promontorio constitit, & certam securus spectauit, tanta cum admiratione uirtutis hostiū, & detestacione suorum ignauitæ, ut nihil antiquius habuerit, quàm relicto in Græcia Mardonio, fugam in Asiam arripere.

o o o o o 3 IDEM

IDEM in Græciam mouens, in campis Abydenis uniuersum lustrauit exercitum, ex alta specula. Quo conspecto, illa crymâsse fertur, causamq; rogatus, dixisse, Quod nullus è tanta multitudinè centum annos superatus esset. Herodotus.

Panætium acciuit P. SCIPIO, cum senatus eum misisset gentium improbitatem & bene constitutos mores speculati, ut est auctor Posidonius. Plut. an Principib. philosophadû.

SCIPIO Aemilianus, qui sub L. Lucullo tribunus militû in Hispania militabat, ad Masinissam regem uenit, Luculli nomine ab eo elephantem postulaturus, eo ipso tempore, quo Masinissa cum Hasdrubale Carthaginensium Imp. acie dimicaturus erat. Scipio cõcuras acies intuitus, prius quâ signa canerent, editiorem locum occupat, ut commodius inde prælium spectaret. Ferunt postea dicere solitum, nullo unquam tempore se tantam ex quouis alio spectaculo percipisse uoluptatem, quâ cum supra centum millia hominû inter se pugnantium ipse omni sollicitudine & cura liber, ex alta contemplantus esset specula. Pugna à prima luce ad noctem distracta est, multis hinc inde cadentibus, ad postremû rex aliquanto superior acie excessit, cui in castra redeunt gratulabundus Scipio occurrit. Sab. lib. 8. En. 5.

Manij Curij forum M. CATO, cum uenerat ad se in Sabinos, uisere solebat: apud quem sedens Samnitate quondam hostium, tum iam clientium suorû, dona relegauerat. Cic. lib. 3. de Repub. citatur à Nonio Marcello.

Magna tenebat Romanos cupiditas uidendi, quem nã Deum Iudæi colerent: nam credebant illius aliquam esse in eorû templo imaginem. Idcirco CN. Pompeius ab Hircano contra Aristobulum fratrem uocatus, captis Hierosolymis, paucis comitatus usq; ad adyrum penetravit, quod Iudæi sancta sanctorum uocant, quò nefas est alios ingredi quàm sacerdotes: nihilq; ibi inuenit præter mensam auream, & circa eandem candelabra, uel libatoria non pauca, nec non & aromatum multitudinè, in thesauris uerò sacras pecunias duo millia talentorum. Tantum Iosephus. Tacitus lib. 27. Romanorum, inquit, primus Gn. Pompeius Iudæos domu it, templumq; iure uictoriæ ingressus est. Inde uulgatum, nullas intus deûm effigies, uaciam sedem, & inania arca-na. L. Viues in lib. 18. Aug. de Ciu. Dei, cap. 45.

ADRIANVS Imp. omnes Rom. pop. prouincias intuisit. Vide Tit. Peregrinationes.

CONSTANTIVS Imp. magna strage uictor ad Murfam Panoniam Magnentio tyranno, & XXX M. caesis, prima luce, cum tumulo confesso subiectam planiciem & præterfluentem annen referta cadaueribus conspexisset, illa crymâsse, non tam uictoriæ letitia, quàm egestorum dolore permotus: atq; uniuersos sine discrimine sepeliri, qui uerò spirabant, diligenter curari præcepit. Sigon. lib. 5. Imp. occid.

HLARION uisendi Antonij Eremitæ cupiditate ardens, e-remum adiit, ac statim ut illum uidit, habitum mutauit, religionis propositum suscepit: duobus ferè mensibus iuxta eum mansit, contemplan ordinem uitæ eius, morumque grauitatem, quàm creber in oratione, quàm humilis in su-

scipiendis fratribus, seu in corripiendis, alacer in exhortandis: & ut continentiam, cibiq; eius aperitatem nulla unquam infirmitas frangeret. His imbutus exemplis in solitudine secessit, tantaq; præstitit sanctitate, ut ubiq; latebras quærirans, nusquam latere potuerit, miraculis eum semper prodentibus. Marul. lib. 3. cap. 7. ex D. Hieronymo.

LEO V. Imp. Constantinopolitanus, cum legem sanxisset in summis urbi imminetibus periculis, ut quicunq; post crepusculum deprehenderetur in plateis, caesus uerberibus in carcerem coniceretur donec illucesceret: uolens custodum experiri fidem, noctu solus è palatio mutato habitu sese proripuit. Cumq; à primis & secundis custodibus pecunia se redemisset: à tertia custodia pugnis flagrisque caesus, carceri traditus. Cum autem uix multis signis custodia magistro peruasisset Imperatorem se esse, tandem dimittitur. Manè factò custodi. urbis euocatis Imperator, Num quis nocte præterita sit deprehensus, interrogat. Et pecunia corruptos grauitè multauit: magnis uicissim munerib. locupletauit eos, qui casum se custodia mancipauerant. Cuspianus ex Zonara.

EVGENIVS III. Pp. an. 1148. Claramuallem, ubi paucis antè annis D. Bernardi discipulus monachus federat, uisitauit, ac gloriam pontificatus Romani insigni humilitate repræsentauit. Admirationi erat omnibus in tanto dignitatis fastigio tam constans sui demisso. Etenim & tunica lanea carnem premebat, & dies noctesq; cuculla indutus nò solùm incedebat, sed etiam cubabat: intus monachi habitum gerens, extrinsecus pontificem se & motibus & in dementis præstabat. Segementa ei circumferbantur puluinaria, lectus pallis instratus cortina ambebat purpurea: at si uoluerentur operimenta, superiectione laneis complexa stramina & palæa conglobatq; reperiebantur. Allocutus monachos, & consolatus, fratrem & sodalem se inter eos, nò do minum præstitit aut magistrû: cumq; cum ibi longiorè morâ trahere non pateretur magna affectantium multitudine, salute fratrib. dicta in Italia iter suscepit. Sigon. l. 1. regni Ital.

LVDOVICVS Iunior Francorum rex duxerat Elisabetham Alfonso II. Hispaniæ Imperatoris filia ex Berengaria Barcinonense. Post eum obrederatores ex uili concubina susceptam criminarentur, Ludouicus prætextu peregrinationis ad D. Iacobum in Hispaniam uenit. Cui Imperator superbo aula apparatus occurrit, & ostendens ei Comitum Barcinonæ, ex huius, inquit, sorore Berengaria suscepi filiam uxorem tuam. Tum Ludouicus, Benedictus Deus, ait, quòd filiam tanti domini ex sorore tanti principis habere merui in uxorem. Obtulit autem Imperator multa donaria, sed ex illis Ludouicus unicum carbunculum accepit, quem in corona spinæ Dominicæ apud sanctum Dionysium collocauit. Rodericus Toletanus lib. 7. regum Hisp. cap. 9.

IACOBUS II. Scotorum rex, Anglos in arce Roxburgo obsessens, quum curiosior propius ad machinas accederet, ab una earum impetu rupta, grauissimo ictu in inguine lætus confestim interit. H. Boethius lib. 18.

LECTIO, CONSIDERATA

DE RESPECTU SVBIECTI, QVOD legitur, Librorum scilicet & Scriptorum. Quo ad

THEIN. HVIVS EST LOCI

Librorum studium. Bibliothecæ tam priuatæ quam publicæ.

Cum non semper uinos habeamus præceptores, aut certe nã semper doctos & bonos, Bibliothecæ à regibus olim & locupletibus hominibus instituta fuerunt, in quibus optimorum auctoriû libri recondentur: & ex quibus suo iure tempore, tanquam è pen- nu, deponi possunt. Si Spectes Summum, ad locum Magnificentiæ pertinent: si Opulentia, inter Fortuina commutatæ merentur: si subiectum Lætionis, huius sunt loci.

Propter Regum Iudæorum idololatriam, & populi grauissima scelera factum est, ut destructa synagoga, libri sacri intercederent, sub Iosia rege à studiosis uiris uix tandem reperti. Sc-dechia autè regnate, Hierosolyma rursum deuastata, templû exultum cum libris. Verum ES DRAS sacerdos & legis Doctor post captiuitatem Babylonicâ Moïsis & prophetarum libros restituit, & in ordinem redactos publicè interpretatus est, idq; per dies singulos à primo ad nouissimum. 2. Ecdrae 8. Dein de aliis ipse libros adiecit. Nã Moïses præter leges scriptas, secretiora quædam mysteria, uti à Deo accepta, sapientioribus tantum (quos Origenes Cõsiliarios mirabiles uocat) tradidit. Quæ propterea Cabala siue traditio appellabatur, quòd non per literas, sed successione quadam, hereditario iure, alter ab altero reciperet. Sicut in ecclesia Christi traditiones quædam àpparuerunt, ab Apostolis hæc- nus quasi per manus ad nos transmiffæ creduntur. Nihil e-

nim aliud erat Cabala, quàm doctrina quædam uia uoce tradita, continens certissimam diuinæ legis scriptæ interpretationem. Quam Esdras de septuaginta doctissimorum uiuorum consilio in libros redegit legibus, ne si quando propter bella & captiuitates institutus à maioribus tradendi mos obseruari non posset, cœlestis doctrinæ arcana interirent. Quòd uerò eos tam diligenter in synagoga sua cõseruari iudæi, non absq; singulari prouidentia Dei factû esse affirmat Iustinus in oratione contra Gentem: ne Christiani eos proferentes, quasi suppositi aut corrupti essent, quos suos iudæi blasphemias maledicis præberent: unde & Christianorum baiuli siue scriuarij beato Augustino uocantur. 4. Regum 2. Iosephus lib. 10. cap. 10. Eusebius lib. 3. cap. 8. Midden dorpius de Academicis.

NEHEMIAS è Babylonica captiuitate reuertens, librariam instituit, & epistolâs de robis gestis regum congeffit. Postea IVDAS Machabeus, capta urbe ab Antiocho Epiphane, omnia collegit, quæ superbus hostis reliqua fecerat. 2. Machab. 2.

Apud Perfas SVSIANA bibliotheca admodum memorabilis fuit: quâ Metasthenes Perfa cõsuluit, cû de iudicio temporum & annalium Perfarum, post Berofum, scriberet, in quâ Annales Perfarum fuerunt. Metasthenes in historiis.

PISISTRATVS tyrannus Bibliothecam primus Athenis publicauit, quâ Xerxes urbe potitus ad Perfas transtulit. Eam deinde multis post annis Seleucus Nicator referendam curauit. Homerus eius iussu, in eum qui nunc est ordinem redactus fuit. Quis tam hoc filio Hipparcho tribuit. Gell. lib. 6. cap. 17. Eam Adrianus Imp. restituit, & mirabilem ipse construxit nouam: teste Eusebio & Adone apud Platinam in uita

in uita Alexandri I. Scribit Egnarius in uita Claudij, quòd cum Gothi bibliothecam hanc exurere conarerit, quidam eum peruasit, à Mufis abstinentum, & literis parcendum esse, quibus dum Græci diligentius incumbere, minus ad bella idonei redderentur.

IN CNIDO insula, una ex Cycladibus, Bibliotheca fuit, quâ Andreas Medicus, in eo quem de Medicis origine concti pfit, libro, Hippocratis igne concrematam ex inuidia (contrariam enim Medicis sectam Cnidij tuebantur) scribit. So ranus in uita Hippocratis.

EVME NES Attali filius, munito Pergamo, nobilè Bibliothecam instituit, conquisitis undiq; libris, supra dacta millia, in hædinis pelibus (quæ à loco postea Pergamene fuerunt dictæ) descripsit. Volat. lib. 13. Anthropol. 4. & Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 30. Hanc postea M. Ant. Cleopatra dono dedit. Plut. in uita Antonij.

ARISTOTELES primus omnium, quantum nobis quidem constat, inquit Strabo, libros congregauit, & Aegyptiorû reges bibliothecæ ordinem docuit. Moriens scholam & bibliothecam reliquit Theophrasto: Theophrastus uerò Neco Corinfi F. discipulo suo, qui eam Scepsim dedidit. Post cuius mortem ad imperitos hæredes thesaurus iste peruenit. Qui Pergamenum & Aegyptiorum regum studiû in conquirendis undiq; libris audientes, inuidia quadam uel etiam auaritia ducti, in subterraneo illos loco concludere, ubi cum tincis & blattis, ad Apelliconè usq; Teium pugna- uere. L. Corn. Sylla ex Asia reuersus, pace Michridati data, Piræcum tenuit: ibiq; mysteriis iniuriatus defensus ibi bibliothecam Apelliconis Teij, in qua pleriq; Aristotelis & Theophrasti libri erant, haud dum satis in uulgus noti. Ex ea, ubi deportata Romam fuit, ferunt plurima interierisse Tyrannionem grammaticum: à quo accepta Andronicum Rhodium exemplaria, eaq; in lucem edidisse, & uulgasse hos, q nunc manibus teruntur, indices. Plutarchus in Sylla, & Strabo libro decimotertio.

PTOLEMÆVS Philadelphus, rex Aegypti, Stratonis discipulus, maximis sumptibus undiq; conquisitos libros ex autographis describi curauit, & in Museo collocari: quo nominè Scholæ & Bibliothecæ locus uocabatur. Timon Phlianus perioicum Musarum calathum appellauit, & philosophos illic tanquam in panagro quodam aues uersantes irridet apud Athen. lib. 1. cap. 17. Gal. in 3. Epid. & 1. de Natura hum. refert, cum Atheniensibus annonæ penuria pressis nò prius alimenta concessisset, quàm sibi tragœdiarum Sophoclis, Euripidis & Aeschylj autographorum potestatem fecisset. Pro quibus tamen, præter uetigalium immunitatem, XV talenta iisdem oppignerauit: & eadem postea cum exemplis exemplarib. illis dono dedit. Ab Eleazar summo Iudæorum pontifice, LXXII Hebraicæ legis interpretes, sex è qualibet tribu delectos imperatit, qui apud Pharam Nilim insulam in singulis casis singuli Biblia interpretati sunt, tanta Spiritus sancti uirtute, ut in omnibus planè conuenerent, & ne in minimo quidem uerbo discrepant. Ita quæ in LXXII uolumina digesta Biblia, in Alexandrina bibliotheca fuisse reposita, quæ, præter Hippocratis opera, cædintis forulis inclusa, septingenta, siue, ut alij, ducetra millia librorum continebat, ex qua Zeuxis & Mnemon Hippocratis in- terpres, tertium Epidemiôrû librum mutuati sunt, & com mentaria, in quibus Bibliothecæ præfectus erat Demetrius Phalereus, ut dicitur in huiusmodi oratione, Callimachus historicus filius Batti, à Ptolemæo Philadelpho usque ad Euergetem præfuit. Sub Ptolemæo Euergete, Eratosthenes Cyrenensis Callimachi discipulus, qui primus uniuersum nouis uerbis circûm LXXII. Itadori, esse prodidit, unde & obis terrarum mentes appellari, ut dicitur in secessit Apollonius Rhodius, qui Aristonij postam Comiti- us successorè reliquit. Sed cum Achilles, inquit, præfectus Julium Cæsarem, occidit Pompeium, quædam Cæsaris proxima circa regiam cætra incendi mandauit, ut igni hostem: aceret. Qui igitur præter pulcherrimas domos, nobilissimorum librorum millia perierunt, inquit Sabell. Encead. 6. lib. 7. Aulus uerò Gellius lib. 6. cap. ult. scribit, quòd ille librorum numerus priore bello Alexandrino, dum diriperetur ea urbs, non spontè, sed à militibus (ut Volaterrano etiam placet) incensus sit. Quæ tamen paulo post restituta uidetur. Nam Domitianus Imp. Romani Imperij bibliothecas reparaturus, misit Alexandriam uiros doctos, qui libros describerent, & alibi repositos descriptosq; cum Alexandrinis conferrent, emendarentq; ut Tranquillus & Aurelius Victor in uita eius scriptum reliquerunt. Et nouam, minore uetere, uetere quæ filiam suo tempore ad Serapium florentem exstitisse scribit Tertullianus apologetici cap. 19. in qua Symmachj, Aquilæ, Theodotionis, reliquorumque Interpretum translationes, & doctissimi commentarij, auctore Epiphano libro de Ponderibus & mensuris, asseruabantur. Midden dor

pius de Academicis, ex Eusebio libro 5. Ecclesiast. hist. Nicephoro libro 4. cap. 14. Iosepho lib. 12. Antiq. Iud. cap. 2. Clemente libro 1. Stromatum, & Zonara. Athanasius de Persecutione ad orthodoxos, scribit huius bibliothecæ libros ab Arianiis exustos fuisse.

PERSEI regis Macedonum bibliotheca Romam translata à Paulo Aemyljo. Plut. in Aemyljo.

ASINIVS Pollio, primus Romæ bibliothecam de manubiis dicauit, eamq; doctissimorum uirorum imaginibus uel ueris, uel etiam fictis ornauit: eaq; re Alexandria & Pergamæ reges superasse uisus est, & (ut Plinius lib. 33. cap. 2. inquit) ingenia hominum Republicam fecit. Marcus Varronis imaginem, quamuis adhuc uiuentis, pro cumulo magnæ gloriæ ibi posuisse fertur. Plinius libro septimo, cap. 30. & libro 36. capite 2.

TYRANNION, Esfies Amyseni nobilis grammatici discipulus, clarus & diues per doctrinam factus, tria librorum millia possedit. Plut. in Sylla.

LLVCVLLVS, inter alias splendoris & magnificentie laudes, hanc quoq; obtinuit, cõparata numerosa & ornata bibliotheca, quæ cunctis pateret etiam peregrinis, quorum disputationes libenter audiebat. Plut. in eius uita.

OCTAUIA Augusti soror & Marcelli uxor, præcipui nominis bibliothecam Romæ instituit magni sumptibus & impensis. de qua Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 25.

HADRIANVS Imp. & alia Atheniensibus opera exadificauit, & Iunonis ac Iouis Panellenj uerem: in qua etiam Bibliothecam fecit, & gymnasium Adriarium, in quo columenæ centum è Libycis lapicidinis uidebantur. Paulanias in Atticis, & Platina.

TRIANVS Imp. bibliothecam nobilissimâ publicauit, quæ Vlpia dicta est: in qua libris linteis gesta principum, ac elephantinis Senatusconsultâ confectis iussit. Volat. lib. 23. Anthropol. & Cuspinianus.

CPLINIVS Secundus, uir doctissimus, & in Repub. sub Traiano clarissimus, non Romæ tantum, uerum etiam Nouocomi in municipio suo bibliothecam dedicauit, & annuos sumtus in alimenta ingeniorum pollicitus erogauit: tertiamque salarij partem publico præceptorij obtulit. Ioannes Catanus in eius uita. Eundem postea locû Paulus Iouius, episcopus Nucernus, bibliotheca noua illustrauit, & clarissimorum uirorum imaginibus exornauit.

SAMMONICI Sereni bibliotheca fuit libris optimis referta, quam Gordiano iuniori testamento reliquit, discipulo: in qua LXXII millia uoluminum fuisse memoratur: quia bibliotheca Gordianus in famam hominum literatorum peruenit. Iulius Capitolinus.

TA CITVS Imp. Corn. Taciti uiri consularis historiam de Romanis imperatoribus, non modò in omnibus bibliothecis iussit collocari: sed etiam edicto cauuit, ut deas quotannis ad usum publicum transferberetur, atq; in bibliothecis poneretur. Flauius Vopiscus.

EPAPHRODITVS Cheroneensis grammaticus sub Nerone parauit XXX millia librorum, eorumq; bonorum. Suidas.

ECCELESTIIS statim post tempora Apostolorum, passim ingruentibus hæreticis, summæ curæ fuit catholicorum doctorum scripta & interpretationes Sacrarum literarû in bibliothecis (quas in templis habebant) reponere, ut cum ab illis semper uia uoce erudiri non possent, saltem literarû monumentis ab iis erudirentur. Itaque ALEXANDER episcopus Hierosolymitanus celeberrimus ordine XXXV. nobilem bibliothecam Hierosolymis instituit, in quam uirorum Ecclesiasticorum scripta reposit, Berylli, Hippolyti, Caij, & aliorum: quibus se adiuit in scribenda historia Ecclesiastica testatur Eusebius lib. 6. cap. 21. Is martyr sub Decio in carcere obiit.

Cæsareæ bibliothecam aperuit IULIVS Africanus philosophus, historicus & theologus summus. Quam postea plurimum auxit EVSEBIVS Cæsariensis episcopus & PAMPHILVS Laodicenus presbyter, ad XXX millia uoluminum. Pamphilus sua manu maximam partem librorû Origenis descripsit, quos se thesauri instar colere Eusebius asseruit. Hanc D. Hieronymus in rebus difficilioribus consulere, & ad castigatissimorum exemplorum ueritatem ueteris testamenti libros emendare solebat, ut partim in Psalmum 1 partim in cap. 3. epistolæ Pauli ad Titum faretur. Eam nonnihil collapsam restaurare conatus est Euzoius episcopus Cæsariensis, ut auctor est Hieronymus in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum, & Eusebius lib. 3. Iacobus Midden dorpius de Academicis.

CONSTANTINVS Magnus libros sacros quâ incorruptissimè describi, ecclesiis proponi publicè, & posteritati ad æternam memoriam relinqui curauit: quos superiores tyranni ferro & flammis abolere conati erant. Marcionistæ uerò hæretici indignis modis adulterauerant. Nulla commodior uia Euangelium uel propagari, uel propugnari posse.

certò sibi ipsi persuadens. Extat ea de re epistola ad Eusebium Nicomediensem, cuius exemplum Eusebius recitat lib. 4. de vita Constantini, & Socrates lib. j. c. 9.

LV CINIUS Hispanus, cum D. Hieronymi opusculorum mirifico desiderio teneretur, sex notarios ad eum Bethlehemamissit, qui omnia eius opera excuberent. D. Hieron. in eius Epitaphio.

CONSTANTINOPOLI ad templum Sophiae instructissima bibliotheca erat, quae decem myriades librorum contineret. Vnde in Ecclesiasticam suam historiam se plurima tractulisse fatetur Nicephorus lib. j. c. j. Theodosius junior Imperatorum librorum congerendorum tam studiosus fuisse legitur, ut ea laude Ptolemaeo Aegyptio haud inferior esset. Multa sanctorum Patrum monumenta sua manu describat, quae in bibliothecam reponeret: ut auctor est Nicephorus lib. 14. cap. 3. Ex ea Constantinus Imp. in sexta synodo oecumenica sanctorum patrum libros depromi iussit: ut conuenerit, quam de una tantum in Christo natura Georgius patriarcha Constantinopolitanus, & Macarius Antiochenus instituerat, decideret, ut Platina in vita Agathonis primi, & Vsergensis in Chronico scriptum reliquerit. In eadem urbe, in basilica Hilarij duplex fuit bibliotheca, teste Platina, & Sabellico Eneadis 8. lib. 2. In ea CXX millia librorum reposita fuisse, & interitum draconis CXX pedum longitudine, in quo aureis literis Homeri Ilias & Odysea inscripta fuerint, testatur Zonaras 3. Conflagrauit sub Zenone Imperatore.

ANTIOCHIAE, in suburbio Daphne dicto, eo in templo, quod Traiano olim dicatum fuerat, nobilis fuit bibliotheca, à Iuliano Apostata instituta. Quam Iouinianus ex infestatione uxoris, faces succubitis, concubinis, incendijs iussit. Suidas.

ESCIPIVS Gregorij Nazianzeni discipulus, bibliotheca Origenis & Pamphili martyris Caesareae, longo tempore corruptam, multo labore restituit. Obiit sub Theodosio. Bergamo mensis libro 9.

HIPPONENSIS bibliotheca meminit Augustinus, & in ea opusculum Hieronymi de Haeresibus non reperiri, conuenitur in lib. de Haereticis, cap. 88.

HILARIVS episcopus Rom. duas in baptisterio Lateranensi bibliothecas fecit: in quibus Gelasij libros contra Nestorium & Eutychem custodiri, testatur liber Pontificalis.

FERVSI O (qui post Scotorum regnum in Britannia restituit) ex praeda Romana, capta urbe sub Alarico Gotho, oblige, praeter uasa quaedam sacra & preciosam suppellectilem, zica libraria. Quam is magni thesauri loco secum deuenit, tandem in Iona insula simul cum historiis suae gentis collocauit. Eam bibliothecam Aeneas Silius Eugenij IIII. Pp. legatus aditus fuerat, spe Liuianae historiae sed inani concepta, nisi Iacobi I. regis morte turbatis rebus impeditus fuisset. H. Boethius lib. 7.

CAROLVS Magnus Aquisgrani, in palatio suo bibliotheca maxima copia librorum instructam habuit. Trithemius de Viris illustribus, Sermones Patrum, homilias sanctorum, diligenter inquiri & conscribi iussit. Et omnium nationum memorabilia gesta, quae in literis nondum erant relata, scribi mandauit. Cranzius lib. 2. Saxonicor. cap. 2. & 9. Per Iuar dum monachum, in unum uolumen historias martyrum congeri curauit. Ecclesiam D. Iacobi libris ornauit. Vincentius lib. 24. cap. 2. & 7. ex Turpino.

LVDVIGVS Pius Imp. conuento Aquisgrani acto, monachos sacerdotesque libros omnium professionum scribere iussit, ne sacris quidem feminis ab hoc labore liberatis. Extant passim in Bibliothecis cuiusvis generis libri in membranis, quos uirgines sanctae scripserunt. Auentinus lib. 4. Annalium Boiorum.

ANSGARIVS episcopus Hamburgensis, sub Ludouico Pio Imp. Hamburgi bibliothecam instruxit, quam Dani incendunt. Cranzius lib. j. cap. 33. in Metropoli, & in Saxonia lib. 2. cap. 28.

AVTIGRANI bibliothecam Carolus Magnus moriens iussit uendi, & pecuniam pauperibus distribu. Trithemius de Viris illustribus.

EBERTVS Eboracensis archiepiscopus, nobilissimam bibliothecam in gratiam studiosorum instituit: unde Albinus libris in bibliothecam Turonensem transferri curauit. Ba-laus Centuria 2. cap. 15.

GALECIVS II. Viccomes, Francisci Petrarcae hortatu magnam bibliothecam condidit. Iouius in eius uita.

ACCA episcopus Hagustaldensis in Anglia, historias martyrum cum caeteris libris Ecclesiasticis congregans, amplissimam bibliothecam instruxit. obiit anno DCCXL. Beda lib. 5. cap. 21. Angl. hist.

NICOLAVS V. Pont. Max. bibliothecam Vaticanam instituit, missis undique doctis uiris comparatorum librorum gratia. Volaterranus lib. 22. Anthropologia. Eam Callistus eius successor paucis diebus dissipauit. Pontanus capit. 2.

de Magnific. & Aeneas Silius capite 38. Europa.

Ex bibliothecis **ITALIAE** depromta leguntur exemplaria Graeca: Ananias, Cyrillus, Didymus, Chrysolomus, & imprimis Basilij magni, quo tempore sub Eugenio IIII. Florentino concilio habitam est, cui Graecorum Imp. Ioannes Palaeologus interfuit, & Graeci cum Latinis de processione Spiritus sancti disputarunt. Latini exemplaria Constantinopoli iam olim allata proferebant, ubi legebatur, ab utroque Spiritu sanctum procedere. Graeci exemplaria uitiola esse dicebant. Sua ipsos promere Latini iuebant. Aliquot proposuere, sed ea uariae lectionis. Alia à patre filioque procedere testabantur: alia à patre: nec praeterea quicquam addebant. Cum Imp. multa se in Graecia eiusmodi habere diceret, Cardinalis Iulianus Caesarius, Auguste, inquit, cum in certamen sciret Maiestatem tibi sibi fuisse defendendum, oportuit arma non domi relicta, sed in contentione allata. Acmilis libro 10.

BESSARION Cardinalis Nicenus, & patriarcha Constantinopolitanus, insignem bibliothecam multis libris tam Graecis quam Latinis ornatisimam moriens Venetis legauit. Eam illi honestissimo loco ad D. Marcum repositit. Eapropter Marciana uulgò dicitur. Huius praefectus fuit non paruo stipendio M. Ant. Sabell. Trithemius in eius uita.

ALFONSVS Aragonum rex & Siciliae, in bibliotheca extruenda maxime sollicitus, à Cosmo Medice Florentino principi, quamuis hoste, Liuij Decades dono accepit. Quas cum euolueret, Medicis prohibentibus, ne forte ueneno infectae essent: O stulti, respondit, an nescitis, regum animas sub Dei opt. max. tutela esse? A Venetis brachij ex reliquijs Titi Liuij, summi muneris instar obtinuit: cuius rei testimoniu Patuij in curia etiamnum hodie extat. Cum arcem Neapolitanam instaurare decreuisset, Vitruuij de Architectura libri afferri ad se iussit. Verum cum sine ornatu, sineque asseribus allatus esset: Non decere, inquit, hunc potissimum librum, qui nos quomodo contegamur, tam belle doceat, detectum incidere. Librum igitur egregie ad usum parari mandauit, & omnibus semper edificijs adhibuit. Panormita libro j. IDEM, cum aliquando de iactura rerum preciosarum sermo haberetur, persansit à affirmasse dicitur, Malle se gemmas, uniones, margaritas suas, quae quidem essent in toto orbe celeberrimae & preciosissimae, quam librorum qualescumque perditum iri. Panorm. lib. 4. de Rebus gestis Alfonsi.

COSMVS Medices aliorum, at **LAVRENTIVS** ex filio Petro nepos etiam sui ipsius causa optimarum artium studiosus, locupletissimum sibi bibliothecam comparauit. Inter eos, quorum opera ea instruenda utebatur, Ioannem Lasca rem Byzantinum, hominem doctum magnaeque nobilitatis regis muneribus donauit. Brutus lib. 5. Flor. hist.

MATHIAS Coruinus rex Hungariae, Budae bibliotheca magnificam & locupletem instruxit: dignus profecto, cuius uirtutes Homeri carmine decantarentur. Capta Buda, à Turcis dissipata est.

IOANNES Picus Mirandula, eruditissimus uir, septem in comparandis libris aureorum numum millia exposuit. Guido.

FRANCISCVS I. Galliae rex, non minus literis quam armis clarus, Parisiis apud S. Victorem, & in arce Fontanablio bibliothecas instruit, quas conquisitis undique; ex media Graecia & Arabia libris illustrare studuit.

FEDERICVS Feltrius, dux Urbini, celeberrimam instituit bibliothecam, quam postea **GUIDO** eius F. omnis doctrinae decus, ac doctissimorum hominum praesidium, cum auro & argento, tum librorum copia adauxit: ornauitque. Polyd. lib. 2. cap. 7. de Rerum inuent.

FVGGERI nostra aetate inter reliquas magnificentiae laudes hanc primam habere, quod non modò (ut multi) in optimorum auctorum uoluminibus maximo summo undique conquirendis laborarunt, uerum etiam summa liberalitate in Reip. Christianae utilitatem eodem typis excudi curauerunt: quod ut opib. à plerisque Germaniae nostrae principibus, uentur, sic opum usu longo plerisque; interuallo post se relinquunt. Ioannis certe Iacobi Fuggeri haec in re regius prope fuit animus: par fere Huldrici Fuggeri, nisi Aleo quaedam Musis inimica praeclearis illorum conatibus aetatis, ut ita dicam, iniecerit pedicas.

AVGVSTANA quinetiam Respublica, ne hoc uirtutis gene-

re à suis ciuib. superaretur, literarum thesauri congerendi magnam habuit habereque curam: quae adeo hic uoluntate sua praefecit bibliotheca.

IOANNES Capuon Pforrens, cum aliquando Eberardi Barba-ri principis Wirtenbergenfis nomine, ad Caesarem Fridericum IIII. cum alijs legatus uenisset, & reliquis splendida lan-ua, ut uocant, nimirum aut equi pulcerrimè intrati, aut aureae phialae, & reliqua id genus dono darentur, hic Capnio antiquissima quaedam & bene descripta Biblia Hebraica, quae uel immanis auri pondus à Caesare accipere maluit. Bral-licanus in praefatione in Saluatum.

Cur uero **BASILIENSIS** Gymnasij bibliotheca hic obliuiscatur? Quae uti ex multorum Cœnobiorum bibliothecis con-stita est, ita quotidie liberalitate Typographorum nostro-rum maxima capit incrementa. Debet sane hoc ipsum munificentiae alienae additamentum Ioan. Oporino, qui primus auctorum quoscunq; excuderet exemplum unū Academiae obulit, & collegis reliquijs sua imitatione in publicum con-ferendi auctori fuit.

Librorum & Scriptorum & Bibliothe- carum neglectus, odium, contentus.

Bibliotheca uastatur & dissipatur uel consilio, uel casti. Consilio, eoque malo, ab imperijs & male foriatu hominibus, qui eodem sunt erga libros, doctorem liberos, animo, quo erga doctos ipsos: quos uel suspiciant quodam tanquam inuites damnant, uel inuidia, tanquam suis obstruunt lumen, uel aduerunt. Casti uero pereunt in uastationibus, incendijs, illu- sionibus tum publicis tum priuatis.

CALIGULA cogitauit de Homeri carminibus abolendis, & parum absuit quin Vergilij & Titi Liuij scripta, simul & imagines ex omnibus Bibliothecis amoueret: quorum alterum ut nullius ingenij minimaeque doctrinae, alterum ut uer-bum in historia, negligentemque, carpebat. Senecam etiam tunc maxime placentem, arenam esse sine calce dicebat. De Iurisconsultis, quasi eorum scientiae omnia uel aboliturus, saepe iactauit, effecturum scilicet, ne quid praeter aquam re- spondere possint Suetonius.

GERMANI, cum Athenas, Galieno imperante, cepissent, in- gentem librorum acerum in foro cumularat igne exurendum. At quidam prohibuit, Dimittamus (inquit) libros Graecis, quibus dum incumbunt, imbelles fiunt. Auentinus lib. 2. Annalium Boiorum.

IOVINIANVS Imp. factus, ubi ex Persia Antiochiam uenit, ab uxore sua incitatus, ad eam elegantissimam in suburbio Daphne ad Adriano Imperatore ad consecrationem Traia- ni patris conditam, & à Iuliano bibliothecam designatam, cum omnibus libris cremauit, ipsos concubinis cum uisu py- ram incenditibus. Antiocheni famosis libellos partim hu- mi abiecerunt, ut quibus tollerent, ac legere: partim parietibus affigebant. Suidas.

XPHICIN. HVIVS QUI LOCI, Delectus scriptorum. Est quos leges- rint, uel legere debuerint.

In genere.

PHILOPOEMENES Megalopolitanus dux, scriptis Philo- sopherum studebat non quibuslibet, sed ex quibus sperabat fructum se ad uirtutem capturum. Ex carminibus Homeri- cis solis atten debat his, quae ad fortitudinem excitare & in- cendere existimabat animos. Reliquorum scriptorum exi- mit Euangelii commentariis de instruenda acie dabat assiduum operam. Terebat etiam Alexandri historiae: doctrinam debere ducens ad facta tendere, nisi ori causa & inuultus lo- quacitatis perageretur. Siquidem praecceptorum acie dige- rendae, delineationibus quae essent in tabulis descriptae re- pudiatas, experientia agebat in praesentia, & meditatio- nem obibat, ac locorum conuexa, camporumque praerupta, & quoscunq; casus & figuras acie circa lumina uel fossas uel angustias diuellendae, aut contra conglomerandae, secum in uincere faciendae, hinc ipse experiebat, hinc proponebat comitibus suis. Et sane uidetur hic ut plus nimio studij ad disciplinam militarem contulisset, bellicasque artes sicut am-

plissimum studium amplexus uirtutis, contemisse sicut i- gnauos eius rudes. Plutarchus in eius uita.

Quantum Plato uir summus est Philolaum miratus, tantum nec minus Platonem M. **CICERO**: qui usque ad eum copiam effluxit, ut penè ille ipse sit factus. Pari affectu Socratis iu- cunditatem est æmulatus, ac uim Demosthenis: quorum uir- tutes aut exaequauit homo ad eloquentiam natus, aut pro- pria uix uix superauit. Sab. lib. 2. c. 7.

AVGVSTVS Imp. ingenio & doctrina Sallustij, Liuij, Virgilij, Horatij, Asinij Pollionis, Messalij Coruini oratoris insignis, delectatus est: quorum scriptis etiam eius res gestae immor- talitati commendatae sunt. Suetonius.

L. Ceionius COMMODOVS, Aelius Verus Caesar dictus, ab Adriano adoptatus. In lecto semper habuit Quindij & Apici-lij libros Amorum. Martialem Virgilium suum appellabat. Rodolphus **AGRICOLA** Frisius (qui primus nostro auro Logi- cam ab inferis reduxit) Plinij naturalem historiam nunquam è sinu deponebat. Iunioris Plinij epistolas, Quintilianij de Oratoria institutione libros sibi descripserat, quibus Platonis Ciceronisque, nonnulla selectissima addiderat. Hanc bi- bliothecam semper circumferre, caeteros libros apud amici- cos relinquere. Gerardus Nouiomagus in eius uita.

ALEXANDER Mammææ F. Platonis praecipue libros & Ci- ceronis Officia legebat. Ex poetis Serenum Sammonicum, quem nouerat & dilexerat: Horatium & Athenæum. Virgi- lium maxime, quem poetarum Platonem appellare solebat. Gyraldus dialogo 5. Hist. poet.

Vereres.

ZENONI Citio oraculum contentulis, Qua ratione optime uirtutum esset: responsum ferunt, & uergetur tibi uergetur, si mortuus color fieret: uel, si mortuorum consuetudine u- teretur: id est, si scripta ueterum legeret. Suidas, & Laertius.

Pios.

D. HIERONYMVS ad Furiam uiduam scribens: Post Scripturas sanctas, inquit, doctorem hominum tractatus lege, co- rum duntaxat, quorum fides nota est. Nō necesse habes au- rum in luto quaerere: multis margaritis diuendiis, unam redime margaritam.

Haereticos.

Ebriicos.

D. HIERONYMVS, Roma relicta, Hierosolymam petiit: Gen- tilium nihilominus libros, praecipue Ciceronis, uide leges. Visus igitur est sibi per quietem ad superni iudicis tribunal in caelum trahi, a celsari, uerberibus affici, quod Ciceroonia nus esset, non Christianus. Verum cum iuramento dimissus, ne unquam posthac alios praeterquam diuinos codices praemanibus haberet, tanto deinceps studio legit diuina, quan- to ante mortalia non legerat. Itaque latentium sub uelamento mysterium dulcore iam tandem plenius hausto, exclama- uit dicens: Quae pars fidei cum infidelibus quae communi- catio luci ad tenebras? quis consensus Christo cum Belial? Quid facit cum Pfalleno Horatius? cum Euangelis Maro? cum Apostolo Cicero? Demum ait: Non debemus bibere simul calicem Christi, & calicem daemoniorum. Eadem sen- tire si quem non mouet admonentis auctoritas, moueat sal- tem patientis flagella, quae ille experietus, cum & uibices in corpore apparent, & discedente somno dolor non dis- cederet, intellexit non saporis fuisse, sed punitionis. Marul. lib. 2. c. 5. Sabell. lib. 2. c. 7. At Laur. Valla, & quidam alij, ma- gnam Hieronymo iniuriam putat illatam, quod pro Cice- roniano uapulant. Sic sanctos uiros irudentij, qui plus elo- quentiae Ciceronis & sapientiae Aristotelis, quam ipsimet Deo tribuunt.

Poetas.

ALEXANDER Magnus natura studiosus & multa lectionis erat. Iliada, uirtutis bellicae & credens & appellans institu- tionem, accepit ab Aristotele correctam, quam ex narthecio uocant. Eam semper cum pugione, ut prodidit Onofricus, repositam habebat sub puluino. Aliorum librorum cum in supe- rioribus prouincis non esset ei facultas, mandauit Harpalo, ut mitteret. Ille misit ei Philisij libros, Euripidisque, & Sopho- clis & Aeschylj tragicarum magnam uim: Telestis quoque Philoxeni, dithyrambos. Plut. in Alexandro.

estare. Ac ne periculum memoriae adiret, aut in ediscendo tempus absumeret, inlicitum recitare omnia. Sermones quoque cum singulis, atque etiam cum Livia sua grauioribus, non nisi in scriptis & de libello habebat: ne plus minusve loqueretur extempore. Suetonius.

EXTEMPORAE DICENDO. DICTIO

Extemporanea, ad tempus. Vide Tit. Rhetoricae exercitatio extemporanea. In Poetica usus extemporaneus.

DILIGENTER, ASSIDUE, DICTIO elaborata.

GRACCHUS orator, qui & ingenio erat duro, & commode dicebat, parata erat fistula eburnea, qua uocem harmonice hinc illuc per tenores ducunt. Quod tenens feruus eius Eeycinus, qui, dum diceret, tergo assistebat, tenorem remittebat mollem & placidum: quo uociferantem reuocabat, asperitatemque & fremitum detrahebat illius uoci, sicut

Compacta per ceram modulatur fistula Dulces modos cicadae.

demulcens & sopites illius oratoris iram. Plut. de Non irasc. C. CARBO orator summus, praeter ceteras uirtutes etiam industrius & diligens, in exercitationibus commentationibusque multum operae solitus fuit ponere. Cic. in Bruto.

M. CRASSVS, aequalis Q. Hortensii, medio criter a doctrina instructus, angustius etiam a natura: labore & industria, & quod adhibebat ad obtinendas causas, curam etiam & gratiam in principibus patronis aliquot annos fuit. Cic. in Bruto.

QUANTVM HVC DICTIO, ORATIO

PROLIXA. MVLTA.

LEGATVS, qui Lacedaemonem Peritho uenerat, prolixam orationem habuit. Vt perorauit & quae fuit, Quid relaturus esset Perinthiis? Quid aliud, inquit Agis, quam uix tam dem abrupisse te sermonem, ac me tacuisse. Plut. in Apophtheg. Agis Archidami filius Abderitarum LEGATO, ubi prolixae orationis finem fecit, Quid ciuitati suae esset renunciaturus requirenti: Quantum temporis, inquit, dicendo consumisti, tantum me tacitum auscultasse. Ibidem.

Athenodorus philosophus multum EOS damnari debere agebat, qui longis orationibus deum fatigarent, eaque petent, quae peti ab eis homines ferre nollent: rogandumque solum de his deum esse, quae minimemoleste homines ferant, etiam si ab omnibus intelligantur.

Labotus Lacon CVIDAM multa uerba fundenti: Quid mihi, inquit, in minutis grandia praefaris? Quanta enim res fuerit, tanta sit & oratio, qua ueris. Plut. in Apoph.

Epaminondas SPARTANORVM legatis, multis uerbis in Thebanos inuectis: Atqui breuitatem, inquit, hi uobis uerborum extorsere. Plut. in Apophth.

BREVIS. PAVCA.

Homerus VLYSSEM disertissimum maxime taciturnum expressit, filiumque eius, & coniugem & nutricem. Siquidem audis eam dicentem:

Non secus ac fortis quercus ferrumue tacebo.

Ipsae assidens Pentelopae

— miseretur Vlysses

Coniugis ex animo mcerentis lumina uerum

Palpebris stabant immortis, continua sicut

Vel ferrum.

Vtque adeo fuit corpus eius unde quaque temperantia refer-

SCRIPTIONIS XPHIC. SCRIBENDI EXERCITATIO VEL

OBITA. RATIONE HABITA

SVBIECTI, SECVNDVM

Substantiam, de Quibus rebus scribunt. Scribere

Varia.

ORIGENES opus quoddam, uarias tractans materias, peruenit in scriptis, summa metaphora ab aulis & stragulis picturatis, quibus olim diuites impense delectabantur. Quod ad hominem uersipilem transferri potest. Erasmus in Adagiis.

Filla.

Socrates cum audisset PLATONEM recitare sermonem, quem scripserat de amicitia, uocatum Lylin, admirans inquit, Vt multa de me mentis est hic adulescens. non pauca enim unquam a Socrate prolata scripsit, ac personae ipsius fald attribuit. Neque tamen hoc intellexit Socrates, peccasse

tum: cuncta & ratio habens sibi obtemperantiam, oculis imperauit, ut lacrymis temperarent, lingua ne loqueretur, cor di, ne tremere neque latraret.

Alit huic cura uorax in pectore fixa remansit: quod pertineret usque ad rationis expertes motus ratio, spiritumque & sanguinem sibi redderet audientem & partem. Plutarchus de Garrulitate.

PYTHIAE oratio, quomodo lineam mathematicam breuissimam ex his, quae eadem habet extremitates, rectam nuncupant: sic dum non facit flexum, nec circuitionem, nec ambiguitatem, sed recta ad ueritatem pergit, quamuis ad fidem sit ancteps, & hominum iudiciis obnoxia, nemini tamen haesitans sui coarguedi locum reliquit: ornamentis autem & donis sanum compleuit barbarorum & Graecorum, adificationemque elegantia & apparatus Amphythionis. Plutarchus de Pythiae oraculis.

Charillus rex LACONVM, quid tam raras leges Lycurgus scripsisset, requisitus: Eos respondit, qui uerba usurpent pauca, non requirere numerosas leges. Plut. in Apophth.

Plato, LA CEDAMONIOS ait, initio uideri solitos rudes & imperitos: sed postea torquere ac uibrare breue aliquod dictum: ut is, qui cum discederet, puer praecipis uideretur. Muretus lib. 8. Var. lect. cap. 21.

Spintharus EPAMINONDAM celebrans, haud temere ait, qui uel plura sciret uel pauca loqueretur, offendisse scilicet. Plutarchus de Audiendo.

PHOCIONIS astrictam breuitatem admirabantur Athenienses. Ac Polyuchus oratorem dicebat Demosthenem primum esse, sed acerrimum in dicendo Phocionem. Quippe oratio nem eius concisa dictione plurimum sententiae complecti. Demosthenes proinde, qui ceteros fastidiebat, exurgente Phocione, dicere solitus erat, *εἰς τὸν λόγον κρητὴς πρῶτος*, Verborum meorum securis surgit. Plut. in praecipis Politicis.

IDEM dicenti in concione, Prae te fers Phocionem meditari: Recte diuina, inquit. Meditor enim, an quid praedicere de oratione, quam ad populum habiturus sum, ualeam. Plutarchus in Apophthegmatibus.

Philippus Macedo cum QVIBVS DAM scripsisset, Essentia scriptum in urbem acceptum? Non, magnis literis in charta scriptum remiserunt. Plut. de Garrulitate.

Demetrius in com. *ἀπὸ τῆς ἰσχυρίας*, libenter THVCYDIDEM usum docet casibus obliquis, unde oratio eius ut breuior, ita quoque obscurior erat. Crebri enim usurpati obliqui casus, quod *παρρησίας* uocatur a Graecis, efficiunt orationem breuiorem. Vid. orator lib. 10. Var. lect. cap. 10.

AGESILAVS cum inuitaretur ad audiendum quendam, qui uocem lucinae reddebat, detrahit, fatuus: Ipsam saepe audiui. Plutarchus in Apophthegmatibus.

PLOTINVS Crispinus Stoicus propter loquacitatem Areta locus dicitur. Vide Tit. Poetae Physiologi.

AESCHINES Atheniensis orator primus diuinitus dicere dicitur. ed quod extempore diceret, tanquam numine afflatus. Suidas.

CN. Pompeius orationem Graecam apud Ptolemaem regem habiturus, eandem scriptam prius relegit. Plut.

M. Antoninus Imp. in Ionia degens, ARISTIDEM, Eudemonis philosophi F. quem nondum nouerat, euocatum ad se ita interrogare perrexit: Quando, inquit, te audiemus? Hodie, ait ille, proponas, cras uero audias. *ἢ γὰρ τὸ πρῶτον ἐπιβήσομαι, ἀλλὰ τὰν ἀκεφάλωτον*. hoc est. Non ex uocentibus sumus, sed ex eorum numero qui accuratè dicunt. Vomentes uero intelligebat, qui extemporali uerentur oratione. Ad quam quum minus ipse proclius foret natura, rem totam ut inuolam aspernabatur irridebatque. Caesius lib. 21. cap. 8. Antiq. Lect. ex Philostrato & Eunapio.

Platonem aliqua in re, sententiaque, abhorrentes a iudicio suo sibi assignasse: sed tantum locutum eum cum aliis, qui in eo sermone istudcebantur, quae nunquam locutus fuerat: atque ed libetius (ut suspicari licet) sanctissimus senex amouit a se sententias illas, quia prima pars eius sermonis contumit in lasciuo delicatoque amore orando. Laertius: At Gorgias cum dialogum Gorgiam legisset, contentus ad eos, qui praesentes aderant, affirmavit, nihil eorum se neque protulisse, neque audisse a Platone: prius enim ille studuit opinionem eas iudiciae de illis rebus a se amoliri: mendacique arguere, quod a maleuolo animo proficeretur. Alij uero tradunt eum dixisse, egregie scire Platonem laedere quos uelit, ac notas inuere aduersariis. *de κελος εἰς τὸν Πλάτωνα λαμβάνειν*. Victorius libro decimo tertio Variarum lectionum, capite 19.

Alia, Falla.

Res omnes singulorum annorum inhaerebat literis PONTIEM MAR

Max. efferebatque, in album, & proponebat Tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi. Cic. de Oratore.

Edicta.

VI Pontifices res gestas, sic PRÆTORES edicta sua in album referant, & proponebant Tabulam in publico, potestas ut esset populo cognoscendi, quem admodum anno quisque, suo ius dicitur esse. Moris autem fuit, ut Album hoc Praetoris penderetur, sic tamen ut de plano legi posset. Horoman. com. Verborum iuris.

Iussa, Mandata.

PALLAS libertus Claudij Caesaris libertos suos non modò non dignabatur alloquio, sed etiam nihil unquam domi, nisi nutu aut manu significasse proditit a Cornelio Tacito: aut si plura demonstranda forent, scripto uerbatur, ne uide licet uocem cum illis confociaret.

Quantitate Scriptio

Multa. Qui multa scripsere, *πολυγράφου*.

SOLOMON rex Iudaeorum sapientissimus, de omnibus rebus, quae in natura sunt, scripsisse dicitur, ab hyssopo ad cedrum Libani.

ZOROASTRES Persa uicies centum millia uersuum de magna edidit, teste Hermippo. Plin. lib. 30. cap. 1.

ARISTOTELES & multa scripsit, & ea arte atque diligentia usus est, ut superioribus omnes uicerit, posterioribus omnibus palmam praeriperit. Laertius supra CCC uolumina scripsisse ait, catalogum librorum eius confecit, sed in quo praecipui eorum quos nunc habemus desiderantur, ut sunt Ethica Nicomachia, Magna Eudemia, Rhetoricorum libri tres, Physicae acroasae lib. 8. de Caelo, de Ortu & Interitu, de Meteoris, & similes.

THEOPHRASTVS ad trecenta uolumina reliquit. Quorum catalogum ex Laertio petas.

DEMETRIVS Phalereus, Theophrasti auditor, librorum multitudinem & uersuum numero omnes ferme sui temporis Peripateticos superauit. Laert. lib. 5.

EPICVRVS Atheniensis infinitos libros scripsit, omnesque alios copia superauit. Eum aemulatus est Chrysippus. Laertius libro decimo.

APOLLODORVS, *κατασκευαστής* dicitur, Epicuri discipulus, ultra quadringenta uolumina scripsit. Similiter etiam SIDONIVS, Apollodori auditor. Laert. in Epicuro.

CHRYSIPPVS Solensis, discipulus & successor Cleanthis, Epicuri imitatione supra 700 uolumina scripsit, inter quae 311 Logicae fuere. Laertius, & Suidas.

DEMOCRITVS Physicus, oculus orbatus, plura quam tota Graecia, uidere potuit. Nihil enim est in tota rerum natura, de quo scribere non tentaret. Sabell. lib. 2. cap. 1.

ANTISTHENEM, quoniam multa conscripserat uolumina, Timon appellare solebat *παντοφύλακτον*, id est ingeniosum nugatorem. Non tamen dixit *εὐφύων*, sed *παντοφύων*, quod ingenio ad quiduis uersatili uaria tractaret argumenta, & in his quaedam non digna philosopho. Laertius lib. 6. cap. 1. de Vitis.

DEMOSTHENES Thucydidem oetias fertur exscripsisse, ut eius stylium sibi familiarem redderet.

ARISTARCHVS grammaticus Alexandrinus, discipulus Aristophanis grammatici, Olymp. 156 sub Ptolemaeo Philometore, scripsit Commentarios supra mille. Suidas apud Volater. libro 13. capite 4.

SERVIVS Sulpitius libros 180. de Iure ciuili edidit.

M. VARRO, Romanorum doctus, libros scripsit supra quingentos, quorum pars maxima Triumuirali tempestate perierit, bibliotheca ipsius direpta. Gellius lib. 3. ex Varronis primo Hebdomadum libro refert, eum anno 84. scripsisse 490. libros. Augustinus hunc apud Latinos, ac Origenem & Didymum apud Graecos plus ceteris scripsisse asserit. Tam multa legit, ut aliquid ei scribere uacasse miremur: tam multa scripsit, quam uix quenquam legere potuisse credamus. Eius lucubrations pulcherrimo encomio profequitur Cic. in 1. Acad. quaest.

M. TVL. Ciceronis assiduum studium, libris illius testatur, tum quos habemus, tum etiam quos desideramus. Illud mirum est, inter tot Reip. procellas atque tempestates eum uel ad cogitandum locum, uel ad scribendum otium habere potuisse. Vide Plutarchum.

Omnium studia diligentiamque C. PLINIVS studio suo superauit: qui quanquam in armis & magistratibus obeundis totum transegerit uitam, neque aliquid, quod agendum esset, omiserit: tam multa, tam doctè atque ornate scripsit, ut etiam otioso perdifficile sit, omnia quae is scripta reliquit, perlegere. nam praeter Naturalis historiae libros, opus diffusum atque uarium, infinita penè alia edidit. Fulg. lib. 8. capite 7.

DIDYMVM grammaticum Alexandrinum, qui Romae do-

cuit, appellat Demetrius Troezenius Bibliolatham, ob eorum commentariorum multitudinem quae edidit: sunt enim tria millia supra quingenta. Athen. lib. 4. cap. 4. Eandem ob causam Chalcenteros, id est aeneas intestinis praedictus dicitur esse. Vixit sub Augusto. Suidas.

GALENVS scripsit plurima, non solum in medicina, sed & in philosophia, grammatica, geometria, ut auctor Suidas est. sed & ipse inter librorum suorum & numerum & rationem ac modum exponit, duobus operibus huic rei dicitur, quibus partem eorum iam tum interisse docet, incendio templi Pacis (quo simul omnes etiam Bibliothecae Palatii conflagrarunt) in quem locum reponere labores suos confueuerant eius temporis scriptores. Porro qui Galenum scribendi commentandique diligentia uicerit, scriptorum uicem in singulis prope artibus numero superarit, inuenias neminem. Ad quingentos enim omnes scripsit: quot uix scribere do tantum absoluerit quisquam, nedum meditari simul ac literis mandare potuisse credatur: quorum tamen uix dimidia ad nos peruenit pars, ut doctissimus Iul. Alexandrinus animaduertit. Horum alij incendio consumti: alij propter barbaricam temporum secutam in Asia Graeciaque, aliaque ob causas perierunt: alij forte, quod declamatoriè & iuueniliter conscripti essent. Ioan. Fernelius uero in medicinae suae praefatione, praeter ducentos & quadraginta inquit, quos de aliis disciplinis, de medicina supra quadringentos conscripsit. Galenus (inquit Athenaeus in Dipnosophistis) tot philosophica & medicinalia uolumina condidit, ut scriptores ante se superant omnes. Gese-nus in eius uita.

CHRYSANTHVS Sardiæ sophista, Iuliani Imp. familiaris, octogenario maior propria manu tantum librorum exarauit, quantum uix alij iuuenta florentes legunt. Quo factum est, ut extremi digitorum articuli ob iuge scribendi exercitium curuati contractique fuerint. Eunapius in eius uita.

D. AVGVSTINVS cum iam nonagenarius esset, non minus operose exercuit diuinarum literarum studia, quam iuuenis media aetate fecerat. Scripsit itaque plura quam quisquam legerit: si ueris est Posidonius. Is decipi eum opinione credidit, qui omnia quae Augustinus scripsit, arbitraretur se legisse. Accessit his (quod hominis uel felicitati, uel sapientiae potius assignari possit) auctoritas tanta; ut nullius scriptis post Euangelicam historiam, Tarfensisque Pauli, maior hominum consensus accesserit. Sabellius libro primo, capite 7.

ORIGENIS sena millia librorum legisse se diuus Hieronymus scribit, eumque M. Varroni conferat. Auxerunt aliorum studia Bibliothecae, ac per partes compleuere: unus Origenes ingenij felicitate bibliothecam unam, quamuis ingentem, implere potuit. Idem Ambrosij sumibus septem notarios, iisque additos plures pueros fatigabat scribendo. Itaque *παντοφύων*, id est, compositor dicitur esse. Fulg. lib. 8. cap. 7. & Egnatius eodem ex Suida.

SIDORVS Pelusiotus philosophus & orator, scripsit epistolas ad tria millia, sacros enarrantes libros, ut Suidas ait.

PAMPHILVS Caesariensis tanto erga sacras literas studio flagrauit, ut maximam partem uoluminum Origenis suam manu descripserit, qui tempore D. Hieronymi in bibliotheca Caesariensi adhuc existerunt, ut Hieronymus ipse in libro de uitis illustribus testatur. Idem ait in Commentariis suis in duodecim Prophetas scriptis, se uiginti quinque libris manu Paphili Caesariensis exaratos seruare, tanquam Croesi opes. Antoninus tomo 1. tit. 8. Historiarum, & Volat. lib. 18. Anthrop.

Pauca.

Interrogatus Charilaus, Cur pauca admodum leges sanxisset Lycurgus? respondit, *λίγα νόμωσαν, ἀλλ' ὅμως νόμωσαν ἐστὶν ἄλλα*. Pauca dicentibus legum item paucitas sufficit. Plutarchus in Laconicis. similiter Plato in Politicis, ut Morborum multitudinem intemperantiam, sic Legum improbae multitudinis indicium esse statuit.

Longa, Prolixa.

ANTIMACHVS Colophonius in Thebaide sua aliquot libros insumsit, antequam septem ad Thebas perduceret. Itaque ad prolixitatis fastidium ab auditoribus omnibus excepto Platone, desertus fuisse narratur.

GALENVM (inquit Fernelius in praefatione suae Medicinae) multi Asiaticae redundanciae insimulant, quod *πολυγράφου* nimium, multa artium librorumque congerie multorum studia restinguat, & ad rem prosperantes distinet. Eum quidem fatemur, mira persuadendi necessitate disputasse subtilius: sed quod initio minime statuisser uniuersam artem compleere, breuem praecipienda legem non obseruasse: eadem identidem locis copulibus inculcasse, nunc huc nunc illic studio reprehendendi auidè ferri, sicque saepius ambi-

guitate lectoris animum distrahere. Sed ut in multis quantum dicendi copia possit, ostendit, ita in duobus ad, Glauconem theaeteticis, arte Medica, & de Constitutione artis, quantum artificiosa breuitate valeat, declarauit. Libro tertio de Difficultate respirationis, malle se esse loquacem scribit, quam suspitionem falsi dogmatis incurrere. huius enim nulla solatia esse ait, loquacitatis uero aliqua. Deinde hortatur eos, qui etiam pauca fastidiunt, ut quae uoluerint sibi deligant, reliqua ceu non scripta transgrediantur. Quemadmodum enim (inquit) in splendida epulatione cum multa sint apparatus, alius aliud eligit, hoc quidem ut dulce, aliud uero ut salubre: sic etiam sermo est apparatus esse oportet, electionem autem in utentibus.

Breuis.

Colon breuius ac paucis multa comprehendens, grauius putat ac utheuentius Demetrius Phalereus *ἡμετέριον*: proinde, inquit, Lacones *ἡμετέριον* in primis. Imperitis quoque concisa adducta que oratio praecipue congruit. Et qui libet dominus sermo monosyllabus est. Productior uero orationis tractus supplicantium legentiumque proprius. Caelius lib. 18. cap. 4. Antiq. Lect.

Pythij Apollinis templo non Iliada, non Odyssam, non Pindari poenas inscribere AMPHICTYONES: sed, Cognosce te ipsum, Nihil nimis, Fideiussioni praesto est nocumentum. A P O L L O ipse in responsis affectator erat breuitatis. Inde certe additum Loxiae, id est obliqui cognomentum putant, quod loquacitatem & uerborum collatione tota ui reclinet, magis quam ex obliquitate. Caelius lib. 13. cap. 5. Antiq. Lect.

Cum Alyattes imperasset & scripsisset quidam Lesbiis super bene: nihil respondit PITTA CVS, tantum cepas & panem ca lidum esse iussit. Plut. in Coniuiuo.

Imbuebant SPARTANI pueros, ut oratione uterentur, quae sel conditum uenustate haberet, & multum paucis in uerbis sensus. Ferreis numis Lycurgus ex magno pondere exiguum ualorem fecit monetae: sermonis contra in ieiuniis & contractis uerbis copiosam & grauem inclusit sententiam, multo silentio eos, stridit ut dicerent, & essent in respondendo acuti, moliens. Siquidem ut semel est eorum, qui essendi in uenerem suat, effectum plerumque & infecundum: ita loquentia immoderata sterilem effundit inspidumque sermonem. Plutarchus in Lycurgo, hinc laus celebratima: Sicuti ferrum atemperant Celiberes, ubi in terram defoderint, ac redun dans terrefacti; absterferint: ita & Laconicum sermonem nullis operum completibus, omnibusque quae sup erfluant refectis, eam habere temperaturam, ut rerum modò uim efficacius persequatur exprimatque. Caelius lib. 13. cap. 5. Antiq. Lect.

CHILLO Lacedaemonius, unus de septem, in loquendo breuissimus erat. Eam ob rem Aristagoras Milesius hunc loquendi morem Chilonium appellat, teste Laetio.

Hac dicit Ammon, Placere sibi magis LAECEDAMONIORVM benedictionem, quam reliquorum cuncta Graecorum sacra. Benedictionem uero, inquit Plato, nullam profus aliam Deus mihi dixisse uidetur, quam illorum orationem: periculum enim illa à ceteris differt. Plato in Alcibiade secundo.

Veteribus id fuit in Graecia percelebre, facilius multo esse philosophari, quam Laconum sermonem imitari. Disceprantibus Lacedaemonius cum Argiuis de finibus, uerbosior paulo epistolam illi Spartam misere, minitantes, plurima se illis detrimenta illaturos, ni cederent. Lacedaemonij, ut nil aliud scribendum censuerunt, quam uerbum unum, *ἄνισ*, hoc est, Si ueluti insinuerent, Si eualeritis, ista exequemini, quae nunc tumidius promittitis. Caelius lib. 18. capite 4. Antiq. Lect.

Philippo Macedonum regi iniqua postulanti, LAECEDAMONII rescripserunt, *ἡμετέριον ἡμετέριον*, De eo quod ad nos scripsisti, non.

Idem cum SPARTANO sine ingressu quaesiuisset, Vtrum uellent amicum an hostem se uenire? Rescripserunt, *ἡμετέριον*, Neutrum. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 19.

LAECEDAMONII ad Philippum: Dionysius Corinthi. Eadem, cum eis scripsisset: Si Laonia arma intulere, exterminabo uos: rescripserunt, Si Plut. de Garrulitate.

ARCHIDAMVS Aegillai ubi incuisauit in Arcadiam, nunciato ferre eis Elios suppetias, scripsit his: Archidamus Eliis: Praeclara res otium. Plut. in Apophtheg.

LYSANDER superatos dolo apud Aegos fluuium Athenienses, fameque pressos ad deditionem compulsi, scripsitque Ephoris: Captae sunt Athenae: Tum Ephori responderunt, Sat est capi. Plutarchus in Apophthegmatibus.

Breuitatis fuisse & ARGIUI studiofi. Proinde in Pindari Isthmiis, *ἡμετέριον ἡμετέριον*, id est, Argium modum, pro breui possitum, animaduertimus. Caelius lib. 18. cap. 4. A. L.

LEO Byzantius sophista, Philippo Byzantium oppugnare uolenti occurrens, Dic age, inquit, Philippe, quae te causa trahit oppugnatum nostra uenia? At ille: Amor, inquit, tuae patriae, qua uti potiar, ueni. Leo excipiens: At qui, respondit, non instrumentum bellico, sed musico amanti bus est opus. Quo dicto ducem à bello, Byzantino auertit. Philostratus.

PHILOXENVS Dithyramborum poeta, cum Dionysij tyranni metu, quoniam contra eius amicum Galateam fabulam composuerat, Tarentum diuertisset, & à tyranno per literas reuocaretur, accepto libello, primam tantum Graecorum literam in eo perscripsit, A, qua particula Graeci abnegando utuntur. Alij tamen & rescripsisse aiunt. Hinc pro uerbium, *φίλοξενος*, de iis qui quae rogantur, non obtemperant. Gyraldus Dialogo 9. Hist. poet.

M. BRVTVS breuius loquentiae Laconicae studiosissimus. Plutarchus in Bruto.

ALEXIVS Comnenus imperio accepto statim abrogationem gestorum à Nicephoro Botaniate decreuit, ac breui syllaba & multa ab eo constituta & facta deleuit, Lacones imitatus. Cuspinianus.

MODI, QVO MODO. HVC PERTINENT SCRIPTIO

Distincta.

Ant. Contius lib. 1. Subseciuarum lect. capite 8. de uerbis agit, cum Iustinianus dicat se Pandectas CL mille uerbis ex immenso oceano ueterum L. C. descripsisse, & uersus lineas interpretatur, cum Duarenus lib. 2. Annuerf. Disput. 6. periodos fuisse putet, quod olim quoque Biblia sacra per periodos distincta fuisse tradantur. Contius Suetonij auctoritate in Augusto, item Asconii Pediani & Casarii, uersum pro linea sumi adstruit: quinetiam si Pandectae Luterianae à Guillarda excusae expendantur, ad CXXX millia linearum prodire. Sed his addi potest, quod dicitur Graecis ordinem fulcorum aratorum ductorum significat, & Latini uersum uocantur eundem, à uersione aratorum, quae metaphora lineis certè solis conuenit. unde etiam uerbum, Exarare, pro scribere iam uero cum primi apud Graecos fuerint poetarum, omnium testimonio, qui scripserint, primi etiam uersibus uti sunt, ita ut uno uerbu unum metrum complecterentur, & una linea unum uersum absoluerent. Ab his sumto exemplo, reliqui etiam scriptores proae orationis suas lineas uersus nunc cupasse uidentur. Et ne sacra auctoritas obftet, illud apud Cabalistas receptum, Pentateuchum à Mose unico uerbo absolutum, hoc est, nullam distinctionem uocum fuisse, sed perpetua & aequali distantia literas omnes descriptas, quas posterius distinxere. Hic ergo, licet uoces continuas scribuntur fuerint, nec ulla periodorum euidentia nota, at lineas tamen fuisse necesse est. Nec hoc apud Hebraeos tantum: sed antiquitates etiam Italicae multa hanc literarum coherentiam habent, & distinctionis causa punctum uocibus interponitur, uersus ultima uocem nullam addit punctum, quia nulla uox alia sequitur. Praeterea eadem antiquitates imparib. quo ad longitudinem constantes uersibus (forte ut saxa minus sentirent inuicem mutilationis) uersus lineas esse conuincunt. Aristotelem Laerius scribit XL M. uersibus libros suos absolutisse, Theophrastum uicies mille. Quod si lineas intelligamus, quae ratio, cur ab istis libros suos metirentur? An certam chartae simul & characterum magnitudinem habebant (ut quae magni precij esset) cerum etiam linearum numerum, ut facile fuerit illis hac ratione metiri scripta: cum nos propter chartae uilitatem, & chartae & characterum formam mirum quantum uariemus?

Distinctio Voluminum per Libros, res est uetustissima. Sic & quinque libri Mosi antiquitate primi. Per Capita, quae *ἡμετέριον* Graecis, recens inuentum, quod interrupta libri conuinitate, nouum uelut initium & caput fiat. Vt se habet liber ad uolumen, sic caput ad librum. Graeci interpretes Aristotelis capita non habent. Aueroes in primo Collocationeum, Andalusios philosophos in tam uano commento gloriosus scribit, ut studio solum inferuere ineptia: sibi uero Aristotelis patris philosophiae imitatione neuiquam placere. At idem tamen Contextus numeris etiam distinxit, qui ita se ad capita habent, ut capita ad libros: & si distinctio per libros uniuersali ordini inferuere, quid ni particularibus methodis distinctio per capita, ut methodi partibus singulis ipse contextus?

Interrupta. Rhapsodia.

Scripta PROPHETARVM non continuata serie sunt scripta, sed aliis temporibus alia, eaque publice proposita, ut illic Esaiæ 30. Dominus praecipit: uel etiam priuatum exhibitum, ut illic Iochino regi Hieremias per Baruchum scribatum libellum offert. Ea postmodum scripta archiuis scribitis

eris illata, ne perirent, à uiris piis in unum uolumen congesta fuisse. Quemadmodum etià HOMERI poeſin primus Hipparchus in unum Rhapsodias corpus redegit.

Obscura scriptio.

Breuitas loquendi & sermonis obscuritas imperiosum quiddam habet: ideoque apertissima est minantibus utraque, mirificaeque prodest, ad amicos eorum, quibuscumque agimus, perterrefaciendos. Nam ut in tenebris magis timentur omnia, quam in luce: sic illae orationis quasi tenebrae terribiliora reddunt ea, quae proponuntur. Idque, ut opinor, secuti sunt LAECEDAMONII, cum ad Philippum ita scripserunt: Lacedaemonij Philippo. Dionysius Corinthi. Multo enim fortior, & ut Lucretij uerbo utar, penetratior illa breuitas fuit, quam si ita dixissent: Dionysius cum aliquando praepotens tyrannus fuerit, uti tu es, nunc tamen regno exutus priuata Corinthi uitam agit. Vide, ne, dum aliorum libertatem studeo opprimere, idem tibi quoque contingat. Neque dissimile illud DEMETRII ad Locrenses: Faxo, cicadae apud nos humi canant. cum significaret totam à se illorum regionem deuaſtatam iri. ATÆAS quoque, Scytharum rex hanc olim epistolam ad Byzantinos misisse fertur: Nolite uetigalibus meis detrimentum esse, ne equae meae ad uos aquatum eant. Muretus lib. 5. Var. lect. 17.

Demetrius in commentario *ἡμετέριον* libenter THVCYDIDEM usum docet casibus obliquis: unde oratio eius ut breuior, ita quoque obscurior erat. Crebri enim usurpati obliqui casus, quod *ἡμετέριον* uocatur à Graecis, efficiunt orationem breuiorem. Victorius libro decimo Variarum lectionum, capite 10.

Καρτείου ποιήματα. id est, Carcini poemata. Dicebantur ea, quae uiderentur obscurius & instar aenigmatum dicta. CARCINIUS poeta quispiam fuit, in quem iocatur Aristophanes in comedia, cui titulus, *ἡμετέριον*.

Ἠμετέριον ἡμετέριον. Quis est uel felicior uel Carcini strobilis. Is finxit Orestem ab Illo coactum, ut matricidium confiteretur, per aenigmata respondentem, auctore Suida. Erasmus in Adagijs.

Corinna Pindarum oppidò etiamnum iuuenem & facundiam ostentantem corripuit ut inermem, nec fabulas condentem, quod ad poetices munus spectat. Lingua abusiones, interpretationes, modòs, numeros rebus ad oblectandum suggerit. Quibus dictis magno per PINDARVS animum intendens hoc carmen fudit:

Imenon aut Melianum fagitissimum aureis, Cadmumque sacrum aut Spartiarum genus, Aut Herculis robur praecellens ulnere.

Quod ut Corinna ostendit, ridens illa, Manu dixit semen spargendum, non toto culco. Quippe reuera collectiam quandam fabularum Pindarus farraginem congestit, atque in hoc carmen effudit. Plut. de gloria Acheniensium.

Κρηνοπολιτῶν Aristophanes appellat AESCHYLVM, quasi praecipitorem auctorem, ob grandia uocabula. Suidas.

ARISTOTELES à multis propter obscuritatem damnatur. Verum non intelligunt illi, aliam esse rei, aliam uerborum obscuritatem: & aliud esse obscurè loqui, aliud artificium celare, cuius ignorantia densissimas tenebras intellectui offundere solet, ut ea quae aperta alioqui & manifesta sunt, obscurissima esse uideantur.

P. NIGIDIVS, qui M. Varroni & Ciceroni contemporaneus fuit, uir in omni genere literarum doctissimus, multa scripsit, & cum Varro de palma certauit, quae tamen propter obscuritatem ut inutilia intercederent. Gellius libro decimonono, capite 14.

Q. AELIVS Tubero, à causis ad ius civile transijt, & A. Offitio operam dedit. Multos in iure reliquit libros, sermone etiam antiquo usus affectauit scribere: & ideo parum libri eius grati habentur.

D. PAVLVS, organum Euangelij selectum, multa obscurius tractauit, propter rerum sublimitatem. Docet id ipsum D. Petrus, secunde suae epistolae cap. 3. in quibus, Quemadmodum noster cariss. frater Paulus, pro ea qua donatus est sapientia uobis scripsit, & in omnib. epistolis, de hisce rebus in eis loquens: in quibus innotuit obscura quaedam, quae in docti infirmijque, ut & caetera scripta, in suam perniciem detorqueant.

HEROPHILVS medicus de pulsibus arteriarum scripti, miranda arte. At propter nimiam subtilitatem desertus est. Plin. lib. 11. cap. 37.

Inepta.

EPHORVS Cumanus, qui accepit disciplinam ab Iſocrate, cum in narratione aliarum rerum non haberet res à patria factas, quas commemorare: nec imperare sibi posset, ut inditam relinqueret: in hanc uocem erupit, *ἡμετέριον ἡμετέριον*, quod animaduertum ab acutis

tis ingenijs risum ipsis mouit: & nedum dignitatem an obscuro oppido uerbis illis afferret, magis ipsius ignobilitatem patefecit. Victorius libro decimo octauo Variarum lectionum, capite quarto.

T. LIVIVS in 10. libro ab Vrbe condita, quo aduersam pugnam Cleonymi, ducis Lacedaemonij, cum Venetis exponit, narrat, eum exutum magna parte nauium, studio celebrandi suos. Quamuis enim casus ille memorabilis sit, resque omnino scitu digna: non libenter tamen soler ille auctor aliena facta cum rebus Romanis immiscere: ut ipsemet pluribus locis ostendit. Na quod addit: Roftra nauium, spoliaque Graecorum, in aede lunonis ueteri fixa, multos superesse qui uiderint: ac Patauij monumentum naualis pugnae, eo die quo pugnatum est, quotannis solenni certamine nauium flumine in oppidi medio exerceri: manifestò indicat uoluntatem suam: neque enim tam minutas res grauis scriptor tanta diligentia persecutus esset. Victorius lib. 18. Var. lect. c. 4.

PERSONAE RESPECTV CONSIDERATA SCRIPTIO.

Quo tempore. Scriptores Primi.

In tanta ueterum scriptorū copia primum ALIQVEM fuisse oportet, qui animi sui sensa posteritati scriptis commendaret. Cuius diligentia ut nulla re alia, ipsa certè inuentione & uetustate commendari debuerat.

PROMETHEVM temporibus Iudicum Hebraeorum apud Graecos telebrem fuisse tradit, qui primus in ueneris grammaticam philosophiam: id est, litterarum sapientiam. Is homines finxisse dicitur: quod effecterit, ut rudes atque indocti illi, sapientiam cognoscerent. Suidas.

PHERECYDES Syrius primus pedestri oratione scripta edidit. Hoc tamen alij tribuunt Cadmo Milesio, Suidas.

Omnium primus ANAXAGORAS, teste Laetio, librum ab se scriptum edidit. Gellius uero lib. 6. scribit PISISTRATVM tyrannum omnium uerborum libris publicè legèdos praebuisse. Sed profectò quis non uidet perperam Graecos, hominum genus in sui laudem effusissimum, hanc sibi gloriam uindicare? qui, ut Iosephus contra Apionem perspicue demonstrat, recentissimi sunt. Ex quo haud dubie multò ante Graecos, antiquissimi Hebraeorum, qui sacram historiam scripserunt, & Aegyptiorum sacerdotes, uel Chaldaei, libros ediderunt: atque ita Anaxagoram & Pisistratum apud Graecos tantum, primos foras edendos libros curasse credibile est. Polyd. lib. 2. cap. 7. de Rerum inuent.

LAVS Hermioncus primus scripsit de Musica, & Dithyrambos in certamen primus inuexit. Primus Cyclos choros instituit. Oden quoque *ἡμετέριον*, id est sine littera scripsit: & huiusmodi similem in Cererem. Gyraldus.

Qua aetate. Scriptores

Iuuenes.

EVPOLIS Sospolis F. Atheniensis septendecim natus annos septendecim fabulas exhibuit, septiesque uicit. Suidas.

MENANDER Comicus supra aetatem excellens, cum apud suos inuidia laboraret, produxit in theatrum suam praegnantem, eiusque exedum uterum in Euripum proiecit. Ibi cum porcelli ductu naturae agerentur: Athenienses, inquit, uiri, si in teneris annis meam scientiam miramini, istos natate quis docuit? Ex Theod. Prisciano lib. 4. de Physica scientia, Gyrald. dial. 7. Hist. poet.

P. VERGILIIVS Maro, poeticam puer exercere cepit: & in Balistam ludimagistum ob infamiam latrociniorum lapidibus cooperum diffichon fecit. Mox etià Moretum, Epigrammata, Difas, Culicem anno aetatis XV. scripsit. Donatus in eius uita.

HERMOGENES Tarfensis Rhetor annos natus IXXX aetate scripsit. Vide Tit. Rhetorum.

GORDIANVS Iunior, puer adhuc, poemata & soluta oratione de laudibus Deorum scripsit. Praeterea in Athenaeo Romae saepe magna cum laude declamauit: mox patri legatus in Africam missus est. Lampridius.

Senes.

SOPHOCLES cum rerum natura gloriosum certamen habuit: tam benigne illi mirifica opera sua exhibendo, quam illa opera eius tempore liberaliter subministrando. Propè enim centesimum annum attigit, sub ipsum transitum ad mortem, Oedipode Coloneo scripto: qua sola fabula omnium eiusdem studij poetarum praecipere gloria potuit: eiusdemque parò in iudicio recitata, ab amentiae crimine sese liberauit: idque ignotum esse posteris filius Sophoclis noluit, sepulcro patris hoc ipsum insculpendo. Val. Max. lib. 8. cap. 7. & Plut. An seni tract. resp.

Iſocrates anno uno, uel, ut nonnulli perhibent, quatuor ante mortem, scripsit orationem Panathenaeam, Panegyricam decè annis, alij uolunt quindecim, quam cum ex Gorgia

Leontino & Lyfia fuisse mutatum: Orationem de antido si duos & octoginta natus, orationes contra Philippum breui ante obitum. Plut. in uita Hocratis.

ISOCRATES nobilissimum librum, qui inscribitur *πρωτότυπος*, quartum & octogessimum annum agens (ita ut ipse significat) composuit, opus ardentis spiritus plenum: & superfuit operi annos quinque. Ex quo apparet, senescentibus membris eruditorum, intus animos, industrię beneficio, florem iuuentutis retinere. Neque hoc stylo terminos uita suę clausit: namque admirationis eius fructum quinquennio percepit. Valerius Maximus libro 2. capite 7. & Sabellicus libro 1. capite 7.

MTERRVARO, humanę uitę exemplo & spacio nominandus, non tam annis, quibus seculi tempus æquauit, quam stylo uiuacior fuit. In eodem enim lectulo & spiritus eius, & egregiorum operum cursus extinctus est. Val. lib. 8. cap. 7. & Blondus lib. 4.

ASCONIVS Pedianus grammaticus atq; historicus, cum septuagesimo ætatis suę anno oculis captus esset, atque ita duodecim annos uiuisset, eleganter quasdam historias, diligentia atq; industria superato ætatis atq; oculorum impedimento, perscripsit. Fulg. lib. 8. cap. 7.

DAVIDVS I NVS, siue morbi pertinacia siue doloris ob offensam patriam a Gæserico uictus, migravit ad cœlos, libris Iuliani heretici Pelagiani respondens, & gloriosus (ut inquit Prosper) in defensione Christianę gratię persecrans. Sigonius libro 12. Imp. occid.

Qua occupatione. Qui scripserunt, dum

Militant in castris.

Quato in precio fuerint apud ueteres scripta Polybij, & quam plena prudentia consilii que existimata, hinc etiam intelligitur, quod M. BRVTVS in medio ardore belli ciuilib, paulo ante, quam pugnatum est in campis Pharsalicis, cum in castris Pompeij esset, epitomen ipsorum confecit. Vidorius lib. 21. Variarum lect. cap. 1.

Audiunt in Scholis.

IASON Iurecoss. inter docendum sæpe hoc repetebat, Solus calamus uiuat Legistam. & BARBATA discipulus hortari solebat, ne parcerent calamo. Io. Neuizanus Sylulæ nuptialis libro 5.

Quo studio. Sic Scriptio alia

Extemporanea, aut uox spontanea.

SEPTUAGINTA duo seniores ab Eleazaro pontifice Hierosolymitano ad Ptolemæum Philadelphum missi, Alexandria in insula loco amœnissimo legis uersionem intra septuaginta dies absoluerunt, cum mane semper marina aqua lotis manibus opus aggredierentur, & usq; ad horam diei non nisi ibi conuersarentur, reliquum tempus curando corpori impenderent. Iosephus lib. 12. cap. 2.

Elaborata, ut scribitur uerbum.

HOMERVS solus hominum fastidium deuicit, quod semper nouus sit & uenustate floreat. Attamen cum illud de se scripto præcasset: *ὅστις ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἀποστρέφεται, οὐδὲν ἔτιον ἔσται αὐτῷ ἢ τὸ ἐπιβουλεύειν*. — mihi sed res illa molesta est. Præclare dictum uerbis exponere rursus. declinat & ueretur imminente omni orationi fatietatem, in alia ex aliis narando aures ducens, fastidiumque detrahebat nouitate. Plut. de Garrul.

THUCYDIDES in bello Peloponnesiaco tanto flagrauit ueritatis studio, ut mercedem iis præberet, qui rem gestam uerissimè nunciassent. Dictionis genere ueritate breui & obscuro, aded ut etiam pro uerbis locum dederit, *ἐπιλάσσειν δὲ λέγων, ἵνα τί τοι*: quoniam in Cylonio scelere explicando, consueto aperior & facilius esse uidetur. Eapropter Quintilianus narrationem istam mirari non desinit, ediscendamque summam cura iunioribus præcipit, ut facilitatem eandem, siue, ut Græci dicunt, *συνέφρων* stylo ualeant exprimere. Scribit Aphthonius, Nihil quidem in rebus esse oratione præstantius: rursus, in oratione nil Thucydide sapientius. Si quidem Herodotus in historia uoluptatem habet, ueluti scopum, inde fabulator homo dicitur quandoque: hic autem ueritatem: quæ quantum ipsam præcellit gratiam, tanto Thucydides Herodoto præstantior. Plutarchus in eorum dem cõparatione. Verum (ut propemodum Marcellino credimus) quum Homericam æmulari instituisse: œconomiam, Pindari uerò sublimitatem atque magnificentiam, ex industria obscuritatem affectauit, *ὡς μὴ πᾶσι ἀνὴρ βραχὺς*, id est, ne cui libet foret peruius, indeque uilior fieret, si omnes in potestate illius historiam haberent. Antiquius longè uiro fuit, prudentioribus modò comprobari. Certè *συνέφρων* nun-

cupatum nouimus, *κατὰ τὸ ἐξολογῆσαι*: sicuti poetam Homerum. Celsus libro 13. capite 19. Antiq. Lect. Ille certè oratione ubique ad hanc euidentiam contendit, ut auditor tanquam spectatorem faciat, stuporeque & animorum motus, quibus percipi furerunt rerum contemplatores, legentibus affectat imprimere. Plut. de gloria Athen.

EVRIDIDES Alcestidi poetæ Tragico obliuiscenti quoddam tri-duo tria tantum carmina composuisset, se uerò centum: respondit, Sed hoc interest, tua triuo tantummodo, mea uerò in omne tempus sufficient. Sic tarditatem suam laudauit, & Alcestidis rudem celeritatem damnauit. Gyrard. dia. log. 7. Hist. poetarum.

CHRYSIPPVS Stoicus *λογικὸν* uolumen exactissimæ subtilitatis ante XL ætatis annum ceptum, LXXX demum absoluit. Val. Max. lib. 8. cap. 7.

Demades orator clarissimus iocari solebat in DEMOSTHENEM, quod ceteri quidem oratores dicerent ad aquam, ipse uerò scriberet: taxans eum, quod nunquam nisi de scripto diceret, atq; etiam esset *ὀρθόπνομος*. Contra Demades, ut largius bibebat, ita ualebat extemporali dictione. Rhetores olim dicebant ad clespydrum.

VERG. MARO cum Georgica scriberet, quotidie meditatos mandè plurimos uersus dictare solebat, ac per totum diem retractando ad paucissimos redigebat: usam sese imitari professus, quæ lambendo informes catulos educebat. Aeneida profæca prius oratione composuit: quædam etiam leuissimis uerbis descripsit, quos per iocum pro tigillis uel tibicinis interponi se dicebat ad sustinendum opus, donec solidæ columnæ aduenirent. Bucolica septennio Neapoli: Aeneida undecimo anno, partim in Sicilia, partim in Campania perfecit. Donatus in eius uita, & Gellius lib. 17. cap. 10.

CIVILIVS Cæsar rerum suarum commentarios reliquit, Gallici ciuilibus belli Pompeiani, de quibus Cicero sic ferem Commentarios scripsit ualde quidem probandos: nudi sunt, recti, & uenusti, omni ornatu orationis, tanquam ueste detracta: sed dum uoluit alios habere, paratam unde fumeret, qui uellent scribere historiam, inceptis gratum fortasse fecit, qui illa uolunt calamitatis inurere: sanos quidem homines à scribendo deterruit. De eisdem commentariis Hircius ita prædicat: Aded probantur omnium iudicio, ut præcepta, non præbita facultas scriptoribus uideatur. Cuius tamen rei maior nostra, quam reliquorum est admiratio. Cæteri enim quam bene atque emendatè, nos etiam quam faciliè atque celeriter eos perscripserit, scimus. Suetonius.

Diligens.

CARNEADES Cyrenæus, nouæ princeps Academię, scripturus aduersus Zenonis Stoici liberos, uel certè cum Chryssippo disputaturus, caput helleboro prius purgatum, ne quid ex corruptis in stomacho humoribus ad domicilium usque animi redundaret, & constantiam uigoremque animi labefactaret. Gellius lib. 17. cap. 15. & Plinius lib. 5. cap. 25. Valerius Max. lib. 8.

CHRYSIPPVS octogesimo anno, ceptum ante quadragessimum, *λογικὸν* exactissimæ subtilitatis uolumen reliquit, cuius studium in tractandis ingenij sui monumentis tantum operis laborisque sustinuit, ut ad ea que scripsit penitus cognoscenda, longa uita sit opus. Valerius Maximus libro 8. capite 7.

DIODORVS Siculus, græcè historias scripsit sub Augusto Cæsare, quas Bibliothecam inscripsit: in eoq; opere absolueno triginta annos orbem peragrans consumpsit. Eusebius eum sub Iulio uiuissè ait, 180. Olymp. Comædias multas scripsit.

CRISPVS Sallustius, nobilis ueritatis historicus (sic enim de illo apud auctores uerissimos scriptum uideo) quod fidelis res Africæ complecteretur, libros Punicos perquisiuit peregrinamque linguam, per interpretem, flagranti studio scrutatus est. quin & maria transgressus dicitur, ut oculis suis crederet de conditionibus locorum. Bellum Iugurthinum conuirationemq; Catilinæ compendioso, & ad uigorem, ut dici solet, castigato complexus est stylo: sed nullo celebrior quam historiarum libro, qui amissus est, ueterum quidem testimonio illustris, apud nos solo iam nomine superstes. Petrarca de Studio.

AVGVSTVS Cæsar, genus eloquendi secutus est elegans, & temperatum: uitatis sententiarum ineptias, atque inconcinnitatem, & reconditiorum uerborum, ut ipse dicit, fetoribus: præcipuamque curam duxit, sensum animi quam aperitissimè exprimere. Quod quò facillius efficeret, aut necubi lectorem uel auditorem obturbaret, ac moraretur: neque præpositiones uerbis addere, neque coniunctiones sæpius iterare dubitauit, quæ detractæ afferunt aliquod obscuritatis, est gratiam augent. Ad epistolas omnes horarum quoque *moderata*,

menta, nec diei modò, sed & noctis, quibus datæ significauerunt, addebat. Suetonius.

GALLENVS incredibili studio omnem ferè simplicium medicamentorum, de quibus ueteres aliquid scripserant, materiam uidere & cognoscere uoluit: eamque ob causam de simplicibus medicamentis conditos à se libros annis preffuit undecim, donec incomperata quædam sibi adhuc exploraret. Erut tum noua quædam uideret, & exquisitissima in unoquoque genere sibi compararet, nauigauit in Cyprum, Lemnum, Cretam, & Palaestinam Syriæ: ad quæ uerò loca proficisci ipse non potuit, inde sibi adferre curauit. Itaque in opere de componendis medicamentis secundum genera: Adhortor (inquit) amicos omnes, si artis opera pulcrè obire uoluerint, ut me imitentur: qui ex omni natione quorantum præstantissima medicamenta, ut mihi adferantur, cura: eo, quod perditis, illi omnigenarum rerum coemtores, illa in dies adulterius contaminant. Dierum quoque criticorum diligentem explorationem fecit, prius quam artem traderet. non eum ita mouit Hippocratis auctoritas, ut fidem illi absq; confirmatione sensus de rebus omnibus simpliciter haberet. Gesnerus in eius uita.

RABANVS Francus abbas Fuldensis poeta, scripsit inter multa alia ad Ludouicum Pium Imp. de cælesti immortalis Imperatoris nota, carmen insigne: æmulatus Porphyriorem, qui ad Constantinum Maximum idem scripsit, cuius Hieronymus non sine laude mentionem facit. Literæ carminum singula ita composita fuerunt, separatim, ut calces, media, capita uersuum, fursum, deorsum, in orbem quoque lecta, quo quo uersum, metra referret. Auentinus libro quarto, annalium Boiorum. Hoc carminis genus laboriosissimum Eustathius Iliad. 4. nisi fallor *ἴσθ' ἢ* uocat: quæ si telam dicas, cum ut illic fila, ita hæc literæ quoquo uersum lectæ uerbum faciunt.

Negligens.

METROCLEVS Hipparchiæ frater, quæ Crateti nupsit, & Cratetis discipulus, libros suos, quos sub Theophrasto composuerat, combussit, inquit, *ἵνα εἴ τις ἀνελεῖται νεπέταν φαντασῆται, nunquam combustus, nisi diligentiam in eis summam desiderasset.* Laert. lib. 6.

PLATON Iuuenis adhuc tragædias scribere aggressus, iam certamen Dionysiacum inturus erat: uerum audito Socrate, eiusq; philosophia captus, poemata sua exuissit, inquit: *ἵνα εἴ τις ἀνελεῖται νεπέταν φαντασῆται.* Huc ades Vulcanæ, tua enim opera Plato indiget. Laertius libro 3.

AVGVSTVS Imp. exoritur est tragædiam Aiaceum multò maiore impetu quam successit: quo accit: ut delero carmine, rogatus ab amicis Quid Atax ageret? resp on disse dicitur, Aiaceum suum spongiam incubuisse. Ad eius uiri exitum alludens, qui ad Troiam ferro incubuit. Suetonius & Sabellicus lib. 1. Enead. 7.

Innumera uolumina CHRYSIPPVS Stoicus scripsit, teste Laertio. Vehementer tamen illi & iudicium & memoria defuit: temerè enim quicquid incidit, accumulauit, totaque uolumina plerumq; testimonis compleuit: ut si quis aliena detraxisset, uacuos Chryssippi libros reliquisset: & memoria tam fluxa fuit, ut eadem de re, oblitus quid antea scripsisset, sæpius idem scriberet.

De negligentia QVORNDAM in scribendo, dū modò multa scriberent, scribit Horat. lib. 1. Serm. fatyra 10.

— Si quis pedibus quid claudere sentis,

Hoc tantum contentus, amet scripsisse ducentos Antæ cibum uersus, totidem conatus: Hetrusci Quale fuit CÆSAR, rapido feruentis anni, Ingenium: capis quem fama esse librisq; Ambustus propriis. —

Eiusdem fuit ordinis LVCILLIVS, qui, teste eodem libro 1. Sermonum, fatyra 4.

— in hora sæpe ducentos,

Vt magnum, uersus dictabat, stans pede in uno, Cùm fueret lutulentus, erat quod tollere uelles, Garrulus atque piger scribendo ferre laborem. Si foret hoc nostrum fato dilatus in æuum, Detereret sibi multa: recideret omne, quod ultra Perfectum traheretur: & in uersu faciendo Sæpe caput scaberet, uinos & roderet ungues.

VIRGILIUM Georgicorum tertio nullum uerbum de suis, mansuetis fecisse (quorum tamen curam studiumque magnum fructum afferre rusticis, Varro lib. de Re pecuaria docet) uehementer miratur Vidorius lib. 17. cap. 11. Var. lect.

ORIGENES Adamantius & *Σωτηρικὸς* propter multitudinem scriptorum dictus, cum id potius spectaret ut multum, quam ut penicillatè scriberet, plurimis erroribus occasione inconsiderata scriptioe uidetur dedidisse, & Chiliastarum simul atque Arrianorum furoribus argumenta sup-

peditasse. Idque iure ei obuenuisse Suidas ait, qui Solomoni præcepto, in Multiloquio uanitatem esse prædicantis, parere recusat.

ARNOLDVS Villanouanus Medicus & Philosophus clarissimus: quæcumque semel scripserat, ea relegere & sub incudem reuocare minimè sustinebat, seu quia illa contemneret, seu quia nouis commentationibus tantum in eumendum putaret. Symphorianus Gampegius in eius uita.

MAGNVS Sforcia, sua manu nunquam epistolas, nisi tumultuariis ridendisque literis perscripsit: aded, ut ipso dicente ab amanuensibus exaratas, quodam symbolo potius, quam descripto nomine subnotaret, & mitteret. Iouius in eius uita.

Facilis.

ÆSCHYLVS, ut refert Plutarchus in Symposiasticis, tragædias suas potando scripsit.

QUINTIVS Naso Sulmonensis forensi studio patris uoluntate, quamuis, inuitus sese primis annis addidit. At mox pro o diosa legum repetitione, iucundissima & elegantissima carmina distituit. Siciple in 4. Tristium: Sponte sua carmen numeros ueniebat ad aptos: Et quod tentabam dicere, uersus erat.

Qua occasione. siue

Temporis.

ANTIPATER quum nec uellet, nec posset congregi comminus cum Carneade, qui magna uehementia inchebatur in Stoicos, semet ad scribendum uerit, multosq; libros edidit maledicos & ineptos, in quibus passim contradicebat Carneadi. Hinc uulgò cognomen adeptus est, *καλαμωβός*, quod nō lingua, sed calamo uociferaretur. Plutarchus *ἡσθεῖς ἀδελφείας*.

Loci.

PLAVTVS in pistrino comædias scripsit. Vide Tit. Paupertate non impediri à studio.

NON OBITA SCRIPTIO. QVONIAM NIHIL SCRIPSERE.

Causa intermissa uel neglecta scriptio ad diuersos habitus reduci potest. Nam qui nihil scribunt, uel indocti sunt, uel docti. Indocti rursus ignorantia laborant aut uerè ἀπισθαν, aut uerè ἀπισθαν. ἀπισθαν indocti, nihil scribunt, quia rectè scribere nequeunt. ἀπισθαν uerò indocti scribunt, ut in aliorum scriptis reprehendendis audaces sint, sic astra à scribendo supersedens, ne ignorantiam suam prodat. Docti porò, qui rectè scribere possunt, nihil scribunt, consilio uel laudabili, uel uisuperabili. Laudabili quidem, ne discipulas uel scientias indignis præstituant. Visuperabili uerò, aut propter ignauiam & laboris fugam: aut propter ambitionem, ut silentio auctoritatem suam foueant & ampliores reddant: aut propter inuidiam, quia rerum cognitionem reliquis inuidet: aut propter nimiam diligentiam, cum sibi ipsis nunquam satisfaciunt, malinèq; posteritatem suis fraudari scripsit, quam lenem negligentia reprehensionem incurrare. qui affectus ad Ambitionem referri debet, & sub Tit. Diligentia nimie in scribendo, exemplis illustrabitur. Viri boni est, bona sua non celare, ea quæ uia uoce sui seculi hominibus & scriptis posteritati communicare. Imperfecta multa quidem, at quid in hac uita perfectum? In genere igitur Exempla eorum, qui nihil scripserunt, quocumq; tandem consilio id fecerunt, recensebimus.

LYCVRGVS interrogatus, Cur legibus scriptis non esset tuus? Quod instituti, inquit, & informati recta disciplina, quod tempore conueniat, probent. Plut. in Apophtheg.



THALES Milesius nullum ingenij sui monumentum reliquit, secundum quosdam. Alij duos solos libros eum scripsisse aiunt, de Conuersione & Aequinotio: quod cætera cogni tu facilia esse diceret. Laert. in eius uita.


THEOCRITVS querenti, Quare libros nō scriberet? respondit: Quoniam ut libet, non possum: ut uerò possum, non libet. Hoc alij Aristarcho grammatico tribuunt. Stobæus sermone 19. ex Aristone.

Laertius ex philosophis recenset quosdam, qui nihil scripserunt, lib. 1. ut sunt, SOCRATES, Stilpon, Philippus, Menedemus, Pyrrho, Theodoros, Carneades, Brylo, Pythagoras etiam secundum quosdam, & Aristot. Chius. Socrates certè literas pestem memorię dicebat esse, quod iis freti homines, memorię exercitia negligenter.


SOCRATES roganti, Cur nihil scriptum ederet? respondit: Quia uideo chartam multò preciosiorē, quam ea que scribenda forent. Ex Aristone recitat Stobæus serm. 19.

PLATON philosophorum deus, in Epist. suis nihil se suorum scripsisse asserit, sed Socratis tantum placita: ea que propter in Dialogis suis alios semper dispuantes introducit, ut





IIII. Con



Voluminis Vigesimiprimi
Liber IV.
DE INSTRUMENTIS Secundariis.



MVLTITVDO, NVMERVS. HVIVS SVNT LOCI
ARTES MVLTAE ARTIBVS VARIIS DEDIT.

Livius lib. 33. & 34. sed maximè lib. 39. In CATONE inquit, fâta uis animi ingeniiq; fuit, ut quocunq; loco natus effec, fortunam sibi ipse facturus fuisse uideretur: nulla ars neque priuatæ neq; publicæ rei gerendæ ei defuit. Urbanas rusticâsq; res pariter callebat. Ad summos honores alios scientia iuris, alios eloquentia, alios gloria militaris prouexit: huic uersatile ingenium sic pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceret, quodcunq; ageret. In bello manu fortissimus, multisq; insignibus clarus pugnis: idem postea quâ ad magnos honores peruenit, summus imperator: idem in pace, si uis consuleret, peritissimus: si causa oranda esset, eloquentissimus. nec is tantum, cuius lingua uiuo co uiguerit, monumentum eloquentiæ nullum extet: uiuit imò uigetq; eloquentia eius, sacra scriptis omnis generis. Orationes & pro se multæ, & pro aliis, & in alios. nam non solum accusando, sed etiam causam dicendo fatigauit inimicos. Simulatas nimio plures & exercuerit eum, & ipse exercuit eas. nec facile dixeris, utrum magis prefferit eum no-

bilitas, an ille agitauerit nobilitatem. Asperi proculdubio animi, & linguæ acerbæ, & immo dicere libera fuit: sed inuidi cupiditatibus animi, & rigida innocentia, contemtor gratiæ, diuitiarum: in parsimonia, in patientia laboris periculiq; ferri propè corporis animiq; quem ne senectus quidem, quæ soluit omnia, stegerit: qui sexrum & octogesimo annum agens, causam dixerit, ipse pro se orauerit, scripseritq; octogesimo anno Ser. Galbam adduxerit in iudicium. Horom. in descript. Iuris consult.

DE INVENTIO MVLTAE.
Consule sub Tit. Inventorum, exempla eorum qui multa inuenere.

DE SCRIPTIO MVLTAE.
Ex Scriptionis loco illustretur.

DE ACTIO MVLTAE.
Consule Tit. Negotii, Paria tractare.

ATHENIENSES multis se negotiis implicare, dum exules

9999 &

& oppressos fouent, præco Thebanus ad Thefeum regem apud Eurip. Supplicib. inquit: Πράσσειν οὐ πῶδ' ἔδωκας, ἤτις ἐπὶ πόδισι. Curiosè agere tu multa soles, atque tua ciuitas. Cui Thefeus respondet inquitens: Τὸ γὰρ πρῶτον πῶδ' ἔδωκα, ποδὶ δὲ δαίμονα. Profectò laborans multa, multum felix est.

HERO RVM mulieres quotannis telas suas publicè proponunt: uiri autem, quæ plurimum laborasse uisa fuerit, illi maximum honorem deferunt. Nicolaus de moribus gentium, apud Stobæum sermone.

PAUCITAS.

Huc exempla eorum qui Pauca scripsere: item qui Otij studio negotia intermiserunt.

PRAECIPITANTIA IN SVSCIPIENDO, AGGREDIENDO.

Diana obiurgat THESEA, quòd festinando & præcipitando suam sententiam, filium suum perdidit, apud Eurip. in Hippolyto inquitens: Οὐ γὰρ ἄρα μακρῶς σέθεν γ' ἐπιμασ.

Cum rumor afflauisset incerto auctore de Alexandri obitu, proficientibusq; extemplo in suggestu ORATORIBVS Atheniensium, neq; cunctandum, sed bellandū iam suadentibus: præstolandū censuit Phocion, & certum cognoscendum: Nam hodie, inquit, si mortuus est, & cras erit & pòst mortuus. Plut. in Apophthegmatib.

PHILIPPVS rex Macedonum, prodicione ciuitatē Melitæorū occupaturus, cum circa mediam noctem uenturū se constituit, ante tempus exercitum de Larissa mouit, & in agrū Melitæorum matutinus uenit. Itaq; multis suorū amissis, cum dedecore reuersus est. Polybius Hist. lib. 9.

Populo Romano memorauit Augustus Cæsar successore impetrij se relicturnum, qui nunquam ea de re bis deliberasset,

Cæsarē TIBERIVM denotans. Plutarchus in Apophtheg. C. LVTORIVS Prifcus, Eques, poeta nobilis, ægroatante ad huc Druso Tiberij filio, carmina de morte illius scripserat. Indignissimū hoc meritò SENATVI uisum est. Quj enim aliud ex eo dici aut conijci potuit, quàm his uerbis liquidd Prifcum persuadere unicuiq; uoluisse, aut mortis illius cum Aelio Seiano & Liullia Drusi, se cōscium esse, aut quidem certè cupidum? quorum utrunque pœnam meretur. Quare à Senatu condemnatus, uita decessit. Aerodius ex Dione, libro 57.

Anno 349. CONSTANTIVS Imp. re sæpe cum Persis male gesta, demum cum Sapore rege apud Singarim oppidum prælio summo cōstitit: in quo haud dubiam uictoriā propter nimium MLLTYM ardorem, atq; intempetiuam certandi cupiditatē amisit. Nam cum pugna seditiosè ac stolidè contra omnia militaris disciplinæ præcepta dieiā præcipiti poposcerunt, tum prælium in noctem cum maxima sui pernicie produxerunt, Sigonius lib. 5. Imp. occid.

MATVRITAS IN SVSCIPIENDO, AGGREDIENDO.

Cum rogare Alcibiade bellum Syracusanum populus sciuisset, NICIAS uehementer ab ea expeditione populum deteruit. Verum cum surdis caneret, Alcibiadi & Lamacho collega uel inuitus additus fuit, ut illorum præcipitantiā maturis consilijs suis refranaret. Alcibiade autem rei capitalis accusato, relictus cum Lamacho, cunctatione nimia occasiō rei bene gerendæ uidetur amississe. Plut. in Nicia.

Apud Sophoclem Eletra queritur de fratre ORESTE, Φοίνης γὰρ, φάσκων δ' ἔδωκε δὲ λόγον ποιεῖ. Dicit quidem, sed è dictis facit nihil.

Elic respondet Chorus: Φιλὸν γὰρ δὴν ἄνθρωπος ἀνὴρ πρὸς ἄλλους ἐμὸν. Qui facinus ingens tentat, ille lentus est.

sentiens, in arduis ac periculosis negotijs non esse præcipitandum consilium. Huic rursus ita respondet Eletra, Καὶ μὲν ἔγωγε ἴσως ἔκρινον ἂν ὄντα. id est, At is quidem haud contante me seruatus est.

iudicans perniciosam esse cunctationem, quum uiget præsens periculum. Erasmus in Adagijs.

ALEXANDER Magnus interrogatus, Quomodo potius esset Græcia? respondit, ἡδὴν ἂν οὐκ ἔδειξεν. id est, Nil procrastinans. Homeri Scholiastes Iliad. β.

QABIVS Maximus post Cannensem urbis cladē uocatus cum M. Cl. Marcello ad impetrium, feroce uiro, præliandiq; semper cum Annibale audio, ipse spem cōceperat, si nemo signa cum Annibale conferret, breui fore, ut uires eius confectæ elanguerent. Itaq; dixit Annibal, magis se formidare Fabium à pugna abstinentem, quàm dimicantem Marcellum. Plut. in Apophthegmatibus.

IDEM signa cum Annibale conferre detrectans, sed atterere

instituent copias eius, rei pecuniarię angustijs & commedia laborantes, infesto agmine per loca aspera & alta scdta batur. Hic cum ludibrio haberet cum uulgo, atq; Annibalis pedagogum appellaret, floccifaciens id, rationibus suis utebatur, atq; amicus dixit, Eum, qui caulliorum & cōiurum merens esset, nimidiorem putare se eo, qui hostes fugiat. Plut. in Apophthegmatib.

DOMITIVS, quem Scipio Maior sibi apud Lucium fratrem substituerat legatū bello, quod cum Antiocho est gestum, contemplatus hostium aciem, præfectis, quos secum habebat, ut extemplo signa inferret, instantibus: negauit satis temporis suppeditare, ut concilis tot millibus, atq; impeditis eorum direpis, in castra reuerfi curare possent corpora. Idem facturum cras ostendit se maturè. Ac prælio postfridie cōferto quinqueaginta millia hostiū contrucidauit. Plut. in Apophthegmatibus.

SCIPIO desperationē cernens hostiū, redimere prædicauit se tractu securitatem. Si quidem duccem bonum medicum nouissimo loco adhibere in curatione ferrum. Tandem adortus in loco Numantinos, sudit fugauitq; eos. Ibi senioribus uictos probis increpationibus, quòd terga dedissent ijs, quos tam sæpe fugientes egissent, dixisse ferunt Numantium quemdam, Eisdem etiam nunc esse oues, at pastorem alium. Plut. in Apophthegmatib.

PAVLVS Aemilius inita per iuga montium Macedonia, in aciem instructus conspiciens hostes, cum impelleret cum ad hostes euestigato adoriendum Nafica: Si tua quidem, inquit, sim ætate. Enimueo multarum rerum mihi usus, ne cum instructa acie signa ex itinere cōferam, prohibet. Plut. in Apophthegmatibus.

CUNCTATIO IN SVSCIPIENDO, AGGREDIENDO.

DE RECTA. SIVE

IN SACRIS.

In Paralipomenon scribitur libro: quòd IVDÆI, obsidente Sennacheribo Hierusalē, in primo mensē pascha facere nō poterunt. Cæso autem per angelum exercitu eius, & fuga & morte eius annunciata, in secūdo mense summa festiuitate paschæ diem celebrarunt. Hieron. in Nahum, c. 1.

Cum in oppido Geris, quinqueaginta à Pelusio stadijs, post obitum pastoris sui, legissent ciues quendā NILAMMONEM, monachum, haud longè ab oppido illo casæ parue inclusum: & Theophilus Alexandrinus episcopus illi persuadere conaretur, ut ministerij administrationem susciperet: simulauit tandem Nilammon se uocationi cras obtemperaturum, hodie tantum sineret proprias res disponere. Postfridie, ut conuenerat, adest Theophilus. tum Nilammon: Quin prius ad Deum preces faciamus. Quòd cum Theo-

philus approbaret, inter ipsas preces Nilammon spiritum efflans obiit. Cumq; longius iusto tempus extraheretur, apertio ostio, mortuum repererunt. Sozomenus lib. 8. cap. 19.

ALEXANDER III. Pp. Parisios profectus, concilium Turo-num in Pentecosten in dicit: rogatusq; à multis, ut Bernardum Clarauallem eorum in proximo concilio in numeris Sanctorum referret, eorum se uoluntati obsequaturum ostendit: uerum literis aliorum eandem rem in alijs prouincijs celebrari postulantium obrutus, cum uideret omnium studijs seruire non posse, re in aliud tempus distulit. Sigonius lib. 13. regni Ital.

IN PROFANIS.

P. uel CN. Dolabella, Asiæ Procoff. Smyrneam matronā, quæ filium & maritum, propter interemptum filium ex priorē marito conceptum, ueneno sustulerat, ad AREOPAGITAS reiecit. Illi accusatorem & ream post centum annos redire iusserunt. Val. Max. lib. 8. cap. 1.

VITIO.

VITIOSA. PROCRASTINATIO, DILATIO. PROCRASTINATORES, CESTIATORES, ἀφροσύνη, ἠέσφοδο.

Υπερβέρηται, id est, Hyperberetæ, dicebantur olim admodum serotina, quæq; uix tardum adueniunt. Apud Macedones extremæ anni mensis ὑπερβέρηται appellabatur. Vnde que in longum proferebantur, Hyperberetæ dicebantur: perinde quasi apud Latinos dicas Decēbria: ὑπερβέρηται, comperendinatos. Suidas existimat eum esse mensē apud Macedones, quem nos Ocloberem uocamus, quòd tum sera sit ætas, & qua tum proueniunt, post legitimum tempus proueniunt uideantur. Erasmus in Adag.

SACRORVM. AD SACRA tardè accedentes.

Ex duobus Herculibus altaribus, quæ in maiore immolata sunt, ex his nihil accipiunt mulieres neq; gustant: quòd ad sacra uenerit CARMEN TA tardius: serò etiam uenit gens PINARIORVM: & propterea fummo toti sunt à cōiuiio epulantibus alijs. Vnde Pinarij ab esuriendo sunt dicti. Plut. in quest. Rom.

EDGARVS Angliæ rex uenatum abiens, Dunstanum archiepiscopum Cantuariensem rogat, ut Missam ad suum usq; differat reditum. Episcopus dum regem ad aram expectat, inter preces somno correptus, angelos audiuit canentes, Kyrieleison, Christeleison, Kyrieleison. Somno excusso, cum regem nondū redijisse ex altaribus cognosceret, iteum altari innixus, somno se dedit. Denud in cœli raptus, angelos conclamantes audiuit, Ite missa est. Quibus cum respòderetur, Deo gratias, rex cum satellitibus præto fuit. Sed Dunstanus Missam iterare noluit. Vincētius lib. 24. c. 85.

COGNITIONIS, LECTIIONIS. Etsi αἰγιον τὸ σπυδαιῖα, id est, in crastinum seria. Plutarchus in nita Pelopidæ narrat hæc uocem apud Græcos abijisse in prouerbium. Origenem dedit ARCHIAS tyrannus Thebanorum. Huic inter conuiuium allata est epistola de cōiuratis. Qui perulit, admonuit, ut statim legeret, de ferijs enim rebus scriptam esse. At ille uero madidus, risit, inquit, ἄς αἰγιον τὸ σπυδαιῖα: id est, In crastinum igitur seria, simulq; acceptam epistolam puluillo suppositus, cui infidebat, ac sermonem ceptum pergebat. Ea nocte à Pelopida cæsus est, & Thebæ à iugo Spartanorum liberata.

Apud HOLLANDOS quidam in cōiuiio accumbat igni uiciniore, ita ut ima uestis adureretur. Id animaduertens è conuiuiis quidam, Habeo, inquit, quòd tibi nunciam. tum alter, Si quid, inquit, tristius est, nolo audire in cōiuiio, ubi conuenit festiua lætaq; esse omnia. Non est, inquit, admodum lætum, mox alter, Post conuiuiū, inquit, seria. Vbi conuatum esset hilariter, Nunc, inquit, dicit, quicquid uoles. Ostendit illi uestem à tergo enormiter adustam. Ibi stomachi cepit, quòd non admonuisset in tempore: Volebam, inquit, at tu uetabas, ἡσπὶ δὲ πῶτον σπυδαιῖα. Erasmus in Adagijs.

NI CEPHORVS Phocas conspiratione uxoris Theophaniæ & Ioannis Zimifcis in lecto dormiens cæsus est. Ferru tradito sibi libello, in quo coniuuratorum nomina scripta erāt, ut sequentem noctem caueret, operam non impendisse ut legeret. Cuspinianus è Zonara.

REIPVB. CORRIGENDÆ.

FRIDERCVS III. Imp. tolerauit omnia, cunctator salutaris. Quoties apud illum fieret rerū comploratio, quòd hæc & illa fierent, hæc & illa timerentur, seruit respondisse, Necdum esse tēpus illa emendandi. Nec tamē illo uiuente hoc tempus impletum est: nescitur quando implendum. Cranzius lib. II. Saxoniæ c. 33.

VITÆ EMENDANDÆ.

D. AVGVSTINVS ipse de seipso sic scribens, Deum alloquitur, lib. 8. Confess. c. 7. Ego adolescens miser ualde, miser in exordio adolescentiæ ipsius etiam petieram à te castitatem, & dixeram: Da mihi castitatem & continentiam, sed noli modò. Timebam enim ne me citò exaudires, & citò sanares à morbo cōcupiscentiæ, quam malebam expleri quàm extingui. Itaq; uix demum post 30. ætatis annum eam obstinato animo complecti cepit.

CONUIUIORVM. AD CONUIUIA TARDI.

Plutarchus in Symposiacis ostendit olim cognomina quædā prouerbiali ioco iactata fuisse in EOS, qui serius ac cunctantius ad conuiuium accederent. Dictos enim tum καλοσπιδαντες, tum εσφοδοσπιδαντες, tum σπυδαιῖαντες. Quorum nomenclaturæ si coniectare licet, hæc esse puro, quòd qui cunctaretur adire, hi, quòd alij essent in mora, impedimentum esse uidebantur, quò minus illis cœnare liceret: deinde quòd lentitudine sua efficerent, ut conuiuium ad noctem usq; proferretur. Tertium cognomen κατ' αἰσθησῶσαν attri-

butum apparet. Negat autem apud Plutarchum quispiam, Pittacum ab Alcæo Zophorodordidem appellatum, quòd serius iniret cōiuium, sed quòd sordidis ac plebeijs comotationibus gauderet. Antiquus autem inlegās ac parum urbanum habebatur, si quis ad cōiuium rogatus, tardius aduenisset. Vnde POLYCHARMVS in apologia, qua uita suæ rationem reddit Atheniensibus, illud in laudem suam interposuit, αὐτὸς γὰρ ἀδύνατος, ἡ δὲ τῶν ἑσπείων ὑπόνοια καλῶς ἐπὶ δειπνῶν, ἡσπείλος ἀφροσύνη. id est, Ad hæc intuper Atheniensis, nunquam ad cœnā accessurus, post tempus accessi. Huius opinionis Battus quidam scitrus nō illepidè causam aperuit apud Cæsarē. Confueuit enim is, qui tardius uenirent ad conuiuium, ἡσπυδοσπιδαντες appellare, quasi dicas, conuiuiorum appetentes: propterea quòd quum essent occupati negotijs, ob cœnarum tamen cupiditatem nō excusarent ijs, à quibus rogarentur.

CONSILIORVM. AD CONSVL-tandum tardè accedentes.

GERMANIS hoc ex libertate uitium ineffe scribit Tacitus, quòd ad publicos cōuentus non simul nec iussi conueniunt, sed & alter & tertius dies contatione cœuentium abstuntur. Ergo patium hoc est & hæreditariū malum: sed quòd nostra ætate tantum creuit, ut uelut in prouerbium abierit, 23r uellendū ingen.

EXPEDITIONIS BELLICÆ.

Artaxerxe expeditionē aduersus Aegyptios, qui à Persis defecerant, suscipiente, duces copiarum erant, barbarorum quidem PHARNABAZVS, mercenario uerò (quorū erant 20000) Iphicrates Atheniēsis, à rege accessurus propter singularem uirtutem, quam in bello læpe exercuerat. Multis uerò annis Pharnabazo circa apparatus consumptis, Iphicrates uidens eum in sermone ualde potentem, in opere autem tardum, loquēdi libertate usus ad eum dixit: Mirari se, cur sermone sit tam celer, factis uerò admodum tardus. Ibi respondit Pharnabazus: Id fieri, quòd ipse quiddē sermonis sui dominus sit, factorum autem rex. Nam quoniam Perfarum duces non plenam omnium agendōiū potestatem habent, de omnibus ad regem referunt, similiter de unoquoq; responsū expectant. Ea mora factum, ut Nectanebis Aegyptiorū rex satis temporis habuerit ad se parandum. Itaq; irrita fuit illa expeditio. Diod. lib. 15.

GRÆCI, præcipueq; ex his LACEDÆMONII, quicquid essent rerum auspiciaturi, superstitione libenam obseruabant. Id quod tacitè notat Euripides, cum in Iphigenia in Aulide respondet Agamemnon, Tum nupturam filiam, ubi lunæ dexter circulus aduenerit. uidelicet de plena luna sentiens. Lucian. in libello de Astrologia, palam refert Lycurgum legem instituisse Lacedæmonijs, ne præliū inirent ante plenilunium. In eam superstitionem iocatur Aristoph. ἐν πλουτωνιστῶν. id est, Plenilunio, serò aut nunquam futurum significans. Etenim cū Datis & Artaphemes ductores regis Perfarum, in Marathonem irrupissent, plenilunium obseruabant, ut tum exirent in prælium. At prius quàm illi uenirent, Athenienses bellum aggressi sunt. Herodotus lib. 6. Inde quasi prouerbio de cunctantibus, & quauis occasione rem proferētibz, dicitur, ἐν τῇ πλουτωνιστῶν. id est, Plenilunio. RHE SVM Thracum duccm, apud Euripidem obiurgat Hector, quòd serius ad belli societatem uenisset, nimium de cimo demum anno: Σύμμαχοι μὲν ἐσθῆτον δὲ πρὸς σπυδαιῖαν. id est, Socius haud quidem aduenis, sed hospes ad mensam. isq; respondet, Ἀλλ' ὑπεροπὴν ἔλαβον, ἐν κρητῶ δ' ὄμωας. Sed μὲν γὰρ ἔδωκε δειπνῶν αἰσθησῶσαν ἔσθῆτον, καὶ δὲν περιόνας. id est, Serò quidem, ast in tempore aduenio tamen. Nam tu quidem iam prælians decennium, Nihil effectisti. Erasmus in Adagijs.

AVXILII.

Italiæ bellis inter Galliē regem Carolum VIII. & Aragonios primordia FEDERICI Aragonij, Alfonso Neapolitani regis fratris, in Genuenses profectio dedit, maiore proculdubio classe atque instructiore, quàm multis antè annis ulla Tyrthenum mare percurrentis. Hac cōfusus, quòdq; secum Genua exules haberet, Neapoli magna uictoria spe soluerunt profectiois tarditas, quòdq; in Senensium portibus, donec militum quinq; millia numerū expleret, confederat, difficile factū reddidit, id quòd mensum unum antea tentatum, facillimum extitisset. Nam cum hostes satis temporis ad res suas cōfirmandas habuissent, irrita fuit expeditio, & Caroli VIII. in Italiam à Ludouico Sforciam euocandi occasio extitit. Guicciard. lib. 1.

CAROLVS IIX. Gallorum rex, cum post suum ex Italia discessum, Ferdinandum Neapolim recuperasse cogitasset, & ad auxilium suum ferendū maturaret: tamen amorē cuius-

dam e reginae cubiculo puellae captus, ad Turonenses profectus sub specie D. Martini salutandi, mensum postea interium Lugduni in aniter consumsit, & pulcherrimam rerum generandarum occasione turpissime amisit. Guicciard. & Iovius lib. 2. & 3. Historiarum.

● PVGNÆ.

● MA R I V S. ex Libya, ubi lugurtham deicerat, in Urbē reuocatus, continuato per annos plures magistratu, ad bellum Cimbricum profectus, facidicæ muliens suavis, cui Marthæ nomen fuit, per biennium confectū abstinuit. Interea temporis castra ab hostibus summa vi oppugnata, nec minore constantia à Mario defensa sunt. Post clafpos uerò annos duos, cum Teutonibus & Ambronibus, qui diuifis copijs diuerfa uia ex Gallia in Italiā fuerant tranfgreffi, ad Aquas Sextias manus feliciter conferuit, ducenta millia hostium fudit, cepit nonaginta millia.

● ARMORVM PRÆPARATIONIS.

Dū instruitur acies, confpicuus Alexander MILITEM quendam, qui iaculum amencaret: exegit eum ut inutilē in acie, qui pararet arma tūc, cum efferet eis utendū. Plut. in Apoph.

● NAVIGATIONIS.

● ALEXANDER ORATOR. id est, Accessit luna. Dicitur in comprehenditores, qui nouam subinde causam comminifcunt, quo negotium proferant: à naturæ cuiusdam moribus ortum, cui ACESSE O fuerit nomen. Is cum efferet ignauus, ita prorogare confueuerat navigationē, ut se diceret lunā magis oportunam expectare.

● ELECTIONIS.

Mortuo Alexandro secūdo, Scotorū rege, cum Alexander filius successurus efferet, magna inter NOBILES difceptatio orta est. alij sidera, quæ plurimū illis obseruare mos efferet, ad uerfa regi creando esse dicentibus: alij non dum equitem auratum factum esse, ac propterea à regni gubernaculis prohiberi. At nisi contentis istiusmodi superstitionibus comes Fiffensis Scenæ fatali lapidi admotum puerum more maiorum in unctum coronasset, profectū dilatandis comitijs haud dubitē res in summum euasiffent dicerim. H. Boethius lib. 13.

An. 1480 ordinis Teutonorum per Liouoniam magister, Ber-

nardus de Borg, anno. superiōre cladē acceptam ab Russis uindicatur. Russi in uasiff armatorū 20. millib. Verum quū efferet rigidiffima bruma, multi manibus pedibusq; frigore conftrictis, sibi ad esse non poterant, nedum hostibus nocere. Plesgonia urbs dedicationē meditabatur. Sed Reualienfis EPISCOPVS antē nescio quod faciū implere officiū uoluit. Dum ille cunctatur, audiū numero Russi se oppofūtere, qui antē ad dedicationem promiffiffimi uidebantur. Ita expeditio illa, magnis inentata conatibus, per inutilē cunctationē euasiff, ac profus inutilis fuit: nisi quod Russi monffrata est Liouonæ ignota prius potentia: quam melius erat eos ignorasse. Cranzius lib. 13. Vandal. c. 18.

Henricus à Lyppa, Poloniæ præfectus, à VENESLAO V. Boemorum rege, crebris in Boemiam missis nuncijs subfidia postulabat, cōtra Vladislauum Lothicum. Vbi nulla apparuerunt, concessit ipse ad regem, coramq; exposuit, quo in periculo sita efferet res Polonica, cui tamē obuiam adhuc iri facillē posset, cum Sandomiriā, Cuyauiam, & ipsam regiam sedem Cracouiam obtineat, modò per tempus succurratur. Cum ergo proceres expeditionē in Poloniam statim faciendam suaderent, liberè exclamauit: Restituite nobis equum, si cupitis ut in Poloniam egiſ uocemur. Nunc enim præter sellam, atque eam malè fartam, maleq; rectam, nihil aliud nobis reliquiffis, ita ut ne aulam quiddē ex dignitate alere, nedū militem scribere queamus. Antequam latius indignatio ferperet, excipit Henricus, seq; pro omnibus sponsorem facit, daturum quemq; pro uisiffiua esse operam, ne miles regi deficiat. Scripta confestim ex Boemis duodecim, ex Morauiis autem quatuor millia hominū. Rex per gēs in Morauiam, ut in unum contraheret omnes copias, Olemucij à sicario egffus est. Dubrauius lib. 19.

LV C I V S Malucius Bononiensis, Ludonici Mediolanensis principis legatus, Venetijs ad Pisanum uicium pugnam inittur, & sibi confestim auxilio uenire rogantibus, prandere se prius uelle respōdit. Bemus lib. 3. Ven. hist.

Cum regem PTOLEMÆVM quidam ferēt laudibus, quod & exercitum quotidie probè exerceret, & ipse probè & sedulo in armis subigeret corpus suum: Philopœmenes inquit, Atqui quis regem, hoc ætatis suspiciat nō opus edentem, sed meditantem? Plut. in Philopœmenē.

diem, quin aut in foro diceret, aut meditaretur extra fori: sapiffimè autem eopem die utrumq; faciebat. Cic. in Bruto.

● PHILOSOPHI.

HESTIEVS Ponticus gloriabatur, se nunquam oriētē aut occidentē solem uidiffe, quin semper disciplina efferet intentus: sicut Nicias testatur in Successionibus. Athen. lib. 6. c. 8.

ZENONIS Cittiæ, Stoicorum principis, studijs & diligentiam nobis commendat uerfus illi, quos Laer. lib. 7. de eo uulgò iactatos asserit:

τὸν δ' ἀνὰ πρῶτον κενόει, ἃν ἄλλοθεν ἀπέει, ἢ φησὶν ἡλιόιο διαμείβεσθαι, ἢ νοσθ' ἄνθι, ἢ ἄλλ' ἢ τῶν δ' ἄλλων ἐπιεικῶν, ἢ δ' ἄλλ' ἢ τῶν ἄλλων ἀμείψι ὁρῶσα καλῶς ἴστανται ἢ κενὸν τῶν ἄλλων.

● PICTORES.

AP E L L E S pictor nullum diem otiosum abire patiebatur. Hinc illud: Nulla dies abeat, quin linea ducta superfit. Plut. lib. 35. c. 10.

● SENES.

● Consule Tit. Constantia, respectu Senectutis, quatenus ad extremam usq; senectutem incepto persistere.

● PRINCIPE, REGES.

VERSPASIANVS Imp. in principatu maturius semper, ac de nocte uigilabat: deinde perlecfis epistolis, officiorumq; omnium breuiarijs, amicos admittebat: ac dum salutabat, & calcabat ipse sese, & amicebat. Post decifa quæcūq; obueniffent negotia, gestationi, & inde quieti uacabat: accubabat tē aliquā pallacariū, quas in defunctæ locū Cænidis plurimas cōstituerat: ac fereret in balneū, tricliniūq; trāffibat. Nec ullo tempore facillior, aut in dulgētior traditur: eaq; momenta domesticū ad aliqd peredū magno pe caprabat. Suet. CALIXTVS 111. in audientis legationibus priuatorūq; hominum causis, antecessorum suorū facilitatem longè superauit: epistolas & regibus & amicis per seipsum dictauit. In signandis supplicationibus libens & hilaris tepus absumffit: de iure interrogatus, perceptidē respondit: leges & canones tā ei fuerant in promptu, quam si heri aut nudidiffertius scholā iuris primū exuiffet. Aen. Syl. cap. 38. Europe.

VITOLDVS Lituaniæ dux bellico fiffis. in mēsa legatos audiebat, & causas iudicabat. Guagninus in descript. Lituaniæ.

IO. CORVINVS regni Vng. gubernator in negotijs expedientis usq; ad eō sciffius & ardens fuit, item in audiendis cuiuscūq; generis hominib. patēs & in defellus, ut fedēs, stans, incedēs, equitās q; ius diceret. Bonfinius lib. 7. Dec. 3.

● MAGISTRATVS QVIVIS ALII.

TRIBVNVM plebis diem integrū ab urbe Roma abesse nequaquam licebat, ne auxilij latio, cum opus fuerit, ciuib. defice. HEDVJS in more fuit, ut qui summum gerit imperium, finibus excedere non posset. Apud eodē Rom. Tribuni plebis domus cuius patebat, foresq; per diem perq; noctem reclusæ erant, ut congressus faciles præberet, & neminem aditu arceret diceret. Nam foli Tribunū noctu pariter & die cuius opem imploranti præffo esse, & ius auxilij fui expedire, atq; à cuiusq; magistratus nimia potentia plebem tucri fas est. Alex. lib. 1. c. 3.

PRÆTOR ROMÆ similiter urbanum plus decem continuis diebus Roma abesse non licebat. Alex. lib. 2. cap. 13.

● IN QVOD ASSIDVI Pura

● IN EXERCITIO SVIIPSIVS. V. C.

● In Oratione, Precibus, Hymnis.

D. Hieronymus in epistola ad Marcellam, de BETHLEHEM sic scribit: In Christi uillula tota rusticitas, & extra psalmos silentium est. Quo cūq; te uerteris, aratorū suam tenens, Alleluia decantat. Sudans in effor psalmis se auocat, & curuatonē uitem falce uinitor, aliquid Dauidicum canit. Hæc sunt iu hac prouincia carmina: hæc, ut uulgo dicitur, amatorijs cantiones: hic pastorum sibilus, hæc arma culturæ.

THEODERICVS Gothorum rex Tolosæ obsessus à Littorio Valentiniani III duce, usq; ad diem pugnae stratus ciliocipres fudat, ante bellum in oratione iacuit, ad bellum de oratione surrexit, priusquam pugnam manu capesseret, supplicatione pugnauit, & in Deo fidens proficiff ad pugnam, quia iam muerat in oratione uictoriam. Prælio uictor, Littorium in potestatem redegit. Sigonius lib. 12. Imp. ex Saluiano Massiliensī episcopo.

GERVASIVS & PROTASIVS gemelli fratres, qui se unō partu editos, non magis formæ quam morum similitudine comprobabant, cum persecutionem fugientes annos decē domi latuiffent, toto eo tempore nihil aliud quam orasse atq; legiffe narantur. Dæmon in idolo loquens, dum consuleretur, nō se prius responfa daturum dixit, quam Geruasius Protasiusq; sibi ihura adolerent. Sed qui legendo fidē, orando constantiā perciperant, occidi potuerunt: cogi autem ut Christum negarent, non potuerunt. Mart. lib. 2. c. 5.

AS E L L E monachæ Romanæ præ orandi frequentia genua camelorum instar occalluere. D. Hieron. in eius uita.

D. STEPHANVS Vngarorum rex interdiu dicēdo iuri ac regalibus officijs & negotijs incumbebat, noctes ferē informes ducens, in diuina contemplatione uerfabatur, cum lacrymis pro publica & priuata salute supplicando. Bonf. lib. 1. Dec. 2.

● In Sacris.

LOTHARIVS Imp. in expeditione constitutus, summo diltulo missam pro defunctis, dehinc pro exercitū, tertiam postremo diei missā audiebat. Sigon. lib. 11. ex Petro Diacono.

● In Liberis.

C. PISO Ciceronis gener, studio & industria omnes uincebat. Nullum tempus illi unquam uacabat aut à forensi ditione, aut à commentatione domesticæ, aut à scribendo, aut à cogitando. Cic. in Bruto.

PORTIVS Latio, Hispanus, condiscipulus Senecæ, nobilis declamator, cum ad scribendū se composuiffet, iungebantur noctibus dies: & sicut interuallo grauius sibi instabat, nec definebat nisi rem perfequiffet. Rurif cum se remissioni traderet, in omnes luxus & iocos resoluēbatur: oēs quintetiam agrestes in syluis & montibus natos laboris tolerantia, ac uenandi solertia prouocabat & superabat. Cælius cap. 30. lib. 5. ex Seneca.

LV C I L L V S Senecæ familiaris, quæstor Siciliæ, magnā temporis partem ab officijs publicis uacans, studijs incumbere uolater. lib. 16. Vrb. Com.

GALENVS de seipso sic scribit in com. de Libris proprijs: Felicitatē meam, quam beneficio paterno habueram, quam ego maiorem adhuc redderem, quod citius meliusque reliquis omnibus quecūq; docebat, edificerem: nisi tamē per uniuersam ad eō uitā, in medicinæ philosophiæq; theoreticis me diligenter exercuiffem, nihil præclarum excellensq; confequutus eram.

MANTONIVS Philofophus Imperator, ultra publicas curas, quas nunquā deseruit (cuius rei argumentum est, quod diu pacatum tenuit Rom. imperium) plurimum studijs literis impendit, cum de Philofophia semper uel scriberet, uel

disputaret. Itaq; eius dicta scriptaq;, inter philofophos eo tempore magni habita fuerunt. Fulg. lib. 8. c. 7. Vide Tit. Senes qui dicitur non erubescunt.

ALPHONSVS X. Castellonensis rex, quantum regnorum curis gerendisq; bellis occupatus efferet, assiduè tamen studijs operam dedit, Astronomiæ præferim: in qua tantum excelluit, ut Tabulas composuiffet (opus in ea arte difficultimum) quæ ab eius nomine distiq; nunc quoq; ab astronomis in magna existimatione habentur. Fulg. lib. 8. c. 7.

BARTHOLOMÆVS Camerarius Beneuentanus, confectū diuim feudaliū interpres nobiliffimus, in Castum Petræ Pulcinæ prope Beneuentum, quasi carcerem, per triennium sese inclufit, ibiq; singulis diebus horas XV I Andree Iserniæ dedit, non solum eius scripta mentemq; pleniffimè intelligerē cupiens, uerum & errores, quibus is scriptorū incuria referens est, emēdare ope triginta eodum antiquorum desiderans, quos ob id continuo uel necesse erat, interea reuoluit, ut ipse testatur c. imperialē s. præterea, de proh. feud. alien. per Frid.

● In Contemplatione.

● Homo suapte natura cōuoluntariū est, & conuersionis amans. Ergo solitudinem fugit, quatenus homo: eandem amat, uel ut præstantior est homine, uel ut deterior. præstantior quidem, si philofophiæ causa: deterior si odio hominum. Exempla pleraq; ex Titulo Contemplationis erant petenda, quæ solitudinis hospitio quodammodo uti uidentur.

● Vide sub Animo, agitationum Effectib. Solitudo.

ORIONEM poetæ fabulatur uenatorem fuisse, & in Bœotia Pleiadas septem filias Atlantis (quæ postea in sidus fuerunt transmutatæ, & sinistro cōrnu Tauri infertæ) persecutum. Qua quidem persecutione assiduitatem nobis explicare uoluerunt. Pleiades enim Atlantis filie sunt dictæ, quod illas Atlas primus obferuarit. Easde postea Orion uel suopte ingenio, uel Atlantis monitione agnouit, & ut suā fabulæ gratia constaret, persecutus fingitur.

LYCVRGVS orator Athēniensis meditabatur & noctu & interdiu, quod non bene efferet ad subid dicendum comparatus. Ac quo facillius excitaretur & meditaretur, in lectulo cubabat, in quo uillus tantum & puluinus erat. Plutarchus:

● In Auditione.

● Vide Titulum Auditionis.

● In Lectione.

● Consule Tit. Lectio assidua, diligens.

● In Descendo.

ORPHEI exemplum, à Cassio Parmense graui carmine descriptum, antiquitatis uenerandō studio afferamus: Arguta primū cum pleetra parentis, & auro distinctam sumffit citharam Rhodopicius heros, Ridebant fegncis pulsus, digitosq; micantes Serius, & chordis in eodē dila distona uocis. Mox pudor exardens, & gloria dulcis honesti, Lusibus auerit puerilibus, omnis & illuc Perditijs incumbens Musa pallebat amore. Et nunc matris inhiat, nunc ille paternis Cantibus, hinc illinc discens dependet utriusq; Nulla Venus faciem cepit mentita dolosis Compedibus: somni fuerat parcusq; Lyæi: Donec ridiculus dudum, modulamine syluas, Euulfosq; suis scopolos radicibus egit. Ausus & ire uiam uiuentibus inconcessam, Pœnarum oblitos demulfit carmine Manes. Non leuis adscensus, si quis petit ardua: sudor Plurimus hunc tollet: nocturno exformis oliuo Immoritur, deler quod mox laudauerat in se, Qui cupit æternæ donari frondis honore.

● In Repub. administranda.

EPAMINONDA S, cum ex eo quæsitū efferet, Cur potantib. cæteris, festosq; dies summa lætitia celebrantib. solus ipse squallens, in magnaq; cogitatione defixus per urbem ambularet? Vt liceat, inquit, uobis omnib. remulcentis esse, atq; omni cura solatis. Plut. Aduersus duce imperitum.

NI C I A S Atheniensis uir opt. fuit. De eo Hiero sermones distipabat in uulgus, reipubl. causa eum ærumnosam & miseram uitam agere, cui & in balneo & super cœnam semper aliquid obijceretur publici negotijs: unde corpore esse cum affecto, amicis nec placidum nec iucundum, quos unā cum re familiari in republ. gerendā amiffet. Er reuera ea uita fuit Niciæ, ut de se ipse illud posset Agamemnonis diceret: Factus quidem specie reliquiffis præcellimus: Verum ministri multitudine sumus. Plut. in Niciæ.

Non Athenis Aristides, non Cato magistratum gessit frequenter Romae: & uacauerunt tamen perpetuo per totam uitam patrijs suis. Plut. An. seni tract. resp.

Fertur Cato iunior, tamen annis grauior esset, cum in eo uigeret uis ingenij consilijq; nulla re, nulloq; negotio adduci potuisse, ut in frequentem senatum ueniret oraretur. Alex. lib. 4. c. n.

EMMANUEL Lusitaniae rex pila, & frequentu uenatione, cum a negotijs erat otium, & ludis equestribus exercebatur. Sed uix unquam tantum eiusmodi ludis indulgit, ut non aliquid ea die, qua animum a negotijs relaxabat, quod ad regium munus pertineret, cum ministris suis transigeret. Siue enim in syluis uersaretur, in syluis praesto aderat, qui ei supplicem libellum offerret, & aliquid cum illo ageret, in quo salus resp. uerteretur. sicut ceoce in mari uagaretur, in ipsa celoce muniti uehebantur, qui cum illo multa de publ. rebus cum utilitate communi transigeret. Olorius lib. 12. reu. Em.

In Iudicijs.

ALEXANDER Mammææ Imp. suauis matris & saepius dixit, & longissimo tempore, etiam suis, suorumq; diebus solennibus, nonnunquam festis quoq; antiquis & religiosis. Nec semper praecipram legum securus duriciam, lenitatem mulcarum, ex bono & aequo perinde ut afficeretur, moderatus est. Suidas.

In Elempno.

IOANNES Elempno prius Alexandriae patriarcha in elempno danda alidius, & in Elempno misericors religiosus circa pecunias.

In Labore & Exercitio corporis.

NARCO iustabatur assidue. Quo conigit, ut nonnulli persuasum habuerint, statuisse cum in athleticum certam descendere. Suetonius.

CAROLVS Magnus assidue exercitabatur equitando ac uenando: quod illi gentilitium erat, quia uix ulla in terris natio inuenitur, quae in eo labore Francis possit aequari. Cranzius lib. 2. Saxoniae c. 8.

In Armia.

GERMANI ueteres nunquam uel ad consilium, uel ad diem festum nisi armati conueniebant: in consilij assensum suum animorum crepitu declarabant. Fulg. lib. 2. cap. 1. ex Tacito.

In Bellis.

Ter templum Iani, pacatis undiq; populis, otioq; & pace co-positis, quamdiu Romana res stetit, clausum fuit. Ex qua re coniectari licet, ROMANOS a gerendis bellis & strepitu armorum, parum otij & laxamenti habuisse: atq; ideo militari uis assidue, manu promptos, fortesq; bellatores euasisse. Semel a Numa templum Iani clausum fuit, per id tempus quo Romae regnauit, annis ferè 1111. & XL. quo tempore Iani ad innum Argileti indicè belli pacisq; consecrauit, cum populus Romanus tranquillam pacem ageret, & a belli tumultu homines ad decorum cultum curamq; reuocaret. Iterum post primum Punicum bellum, cum ad Aegades insulas nauali praelio contra Carthaginenses felici uictoria pugnatum est, ab urbe condita anno ferè quinquagesimo, isto cum Carthaginensibus foederet. Quo tempore diutino bello fractis animis uectigalis & stipendiaria populo Romano Carthago facta est, sed breui tempore. Tertio impetrante Caesare Augusto, post bellum Aetiaticum, Antonio & Cleopatra uictis profligatisq; pace terra marisq; parata, cum tot dissonas gentes nationesq; societate & foedere iunxisset: & a ciuili dissensione, assidueq; cladibus populus respirasse, & quietis imaginem sumissee uis foret. Qui tamen ter Ianum clausisse dicitur: post Aetiaticam uictoriam primò, quo tempore Augustus fuit consalutatus: secundo, post Cantabricam: tertio, cum a cunctis orbis partibus res pace composuisset. Post quos Nero princeps, & deinde Titus Caesar, uersa Hierosolyma & bellis confectis, Iani templum clausisse feruntur. Quod quidem templum ad infimum Argileti, medium circa forum, contra Capitolium fuit, forma quadrata, haud multae amplitudinis. Siquidem cum Iani simulacrum & aram tecto clausisset, non multum ultra spatij occupauit. Alex. lib. 1. cap. 14.

P. SCIPIO Nafica Carthaginè excindi distulit, Catoni sese opponens: ne securi Romani, uirtutis studium relinqueret. Vide Tit. Prudentia in conseruanda fortitudine suorum.

C. IVL. Caesar a nulla belli occasione, ne iniusti quidem ac periculosi abstinuit, tam foederatis quam infestis ac feris gentibus ulterò lacessitis: ad eò ut Senatus quondam legatos ad explorandum statum Galliarum mittendos decreuerit, ac nonnulli dedendum cum hostibus censuerint. Sed prospere decessitibus rebus, & saepius & plurimum quam quilibet unquam dierum supplicationes impetravit. Suetonius.

HADRIANVS Imp. in expeditionibus assiduus. Itaq; tali in cum iust epigrammate Florus quidam:

Ego nolo Caesar esse, Ambulare per Britannos, Scythicas pati pruinas.

Cui Caesar respondit: Ego nolo Florus esse, Ambulare per tabernas, Latitare per popinas, Culices pati rotundos.

Sentiens, se honestas occupationes praefere inuiti turpiq; otio. Suetonius in uita Hadriani.

GENSERICVS Vandalorum rex post Romam captam, classem quotannis eduxit, ac modò in Italiam, modò in Siciliam, urbibus maritimis partim diripiendis, partim etiam diruendis, cursum intendit. Inde ad Orientis conuerfus Imperium, Illyricum omne, hucq; adiacentes insulas cum tota Graecia incursum. Ad Italiam inde, Siciliamq; reuersus, si quid reliqui erat, abrafit, atq; ipsam pòst etiam & Sardiniam, & Maioricam, ac Minoricà occupauit. Adeo uerò temere in obuios quoq; rapi solitus fuit, ut, cum & Carthaginiis portu uelis passis soluere, rogatus a nauclero, Quorsum iter dirigeret? respondere fuerit solitus, Quò Deus impulerit. Sigonius lib. 14. Imp. occid.

IOANNES Cōnenus Imp. Alexij F. ad barbarorum incurfiones praecauedas, semper in armis erat. Nam quia facile detrimere capi ab imparatis uidebat, expeditionibus immolari maluit, ut & prouincie defenderetur, & milites assidue ipse habitum disciplinae bellicae acquirere. Nicetas.

CAROLVS Magnus uix XXXIII annis Saxones domare potuit. Difficile est, quoties superati ac supplices se dediderunt, imperata facturos polliciti: obfides qui imperabantur, absq; dilatione dederunt, legatos qui mittebantur susceperunt: aliquoties ita edomiti & emolliti, ut etià cultum demonum dimittere, & Christianae religioni se subdere pollicerentur. Regis autè magnanimitas, aut per se, aut per comites suos, misit exercitu, perfidiam illorum semper uicifcebat: donec gemino praelio, omnibus qui resistere uolebat profligatis, decem hominū millia ex ijs, qui utraq; Albi ripas incoluere, cum uxoribus & paruulis sublatos transfudit, & per Galliam atq; Germaniam multimoda diuisione distribuit. Ea q; conditione bellum per tot annos tractum cōstat esse finitum, ut abiecto demonum cultu, Christianae religionis sacramenta susceperunt. Cranzius lib. 2. Saxoniae cap. 4.

HARALDVS Danorū rex quum ob senectam seueritatemq; ciuibus grauis existeret, spiritum in aetate quam leuulo deponere praeprouit, cōsentaneum praeterea uitae operibus exitum habiturus. Itaq; quò mortem suam clariorem efficeret, inferosq; comitari periret, bello cōtra Ringonem Sueonum regem suscepto, in cuius apparatu septennium integrum infumfit, complures fari conforites adfiscere gestabat. Nec eum fellit opinio. Namque a Sueonibus acie uictus, & ab Othino daemone familiari oppressus, XXXI. procerum Danorum, XXXIII. M. Sueonum procerū mortis comites habuit. Saxo lib. 7. & 8.

In Mechanicis.

NEMEMIAS dux Iudeorum, muros Hierosolymae permissu Xerxis regis refectum, tanta diligentia & animi alacritate per duos annos & tres menses operi institit, ut ipse cū suis uestimenta nunquā exuerint, interdiu in opere, noctu in excubijs occupati: & altera quidè manu opus faciebant, altera arma tenebant, metu uicinorum, Samaritanorum praecipue, qui Iudaeis inuidebant. 2. Esdræ 4. & Iosephus lib. 11. cap. 5.

Ob laborum tolerantiam & industriam frugalitatemq; didi sunt AEGINETAE Myrmidones: quum enim haberent terram superne lapidosam, inferne frumētis idoneam, fodientes in cauernis habitare uisi sunt fornicatū more, & asportandis lapidibus quo dammodo eius animatis industriam representare. Erasmus in Adagij.

IN EXERCITIO ALIORVM. Eoque uel Sero.

ESDRAS sacerdos, & professor legis, permissu Xerxis Babylone Hierosolymam profectus, cum multis captiuis Iudaeis, Iudæos Hierosolymis in lege Domini erudit, & a mane ad meridiem usq; legē recitauit & suggestu, astantibus populi principibus. In festo deinde Scenopogiae quater in die Leuitas legē praelgere populo curauit. 1. Esdræ 7. & 3. Esdræ 8.

DIOANNES Euangelista quum Ephesi moraretur usque ad ultimam senectutem, & uix inter discipulorum manus ad ecclesiam deferretur, nec posset in plura uocem uerba cōtere, nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc, Filij, diligite alterutrū. Tandem discipuli, & fratres qui aderant cōdicio affecti, quòd ea de semper audirent, dixērunt, Magister, quare semper hoc loqueris? At is respondit dignam

dignam loanē sententiam, Quia praecceptū Domini est: & si solum fiat, sufficit. Hieron. in c. 6. ad Ephesios. GREGORIUS Magnus, Pont. Max. in cantu ad extremū usq; spiritum fessit subseq; pueros exercuit. Ab illo Cantus in Ecclesia Gregorius nomen accepit. LYCVRGVS legislator Spartanus de hostijs ad illū, qui percontabatur, Quid tam exiguas & uiles praecripisset? Ne unquā, inquit, Deū intermittere colere. Plut. in Lycurgo. Apud Rom. FLAMINI Diali noctem unā extra urbē manere nō licebat, ne sacra eius absentia negligēretur. Plut. in Probl.

Literario.

SOCRATES nullis positis fellis, neq; cōscenso folio, neq; ad horam sermonis uel deambulationis auditoribus praefinitam occurrens: uerum etiam per ludum, si ita castus fuisset, in cōuiuio, in contubernio militari, in frequentia fori, in carcere deniq; & cum hauriret uenenum, cum socijs philosophabatur. Plut. An. seni tractanda respub.

AEDÉSIVS Cappadox sophista in docendo diligentissimus & assiduus, nullum tempus otiosum abire sinebat, quin etiam de triualibus inter deambulandum sese offerētib; sermonem miferet. Eunapius in Prisco.

AVICENNA Medicus interdiu negotijs regijs occupatus, noctu discipulis operā dabat, & post pralectiones aut disputationes, musica illos exhilarabat, epulis potuq; reficiebat. Sorzanus in eius uita.

PHIL. Beroaldi Grammatici & oratoris inter multa egregia & istud memorabile fuit, quòd indefessus a mane ad uesperas post publicas lectiones, priuatas etiam uilegebat. Constat illum singulis diebus nouem lectiones legere solitum. Blanchinus in eius uita.

Corporis.

Vide Tit. Mag. Sri rei militaris.

AEGYPTII impubes filios ita exercebat, ut nisi stadia aliquot prius cōficerent cursu, uel cibum modo inuenerit: quos a prima pueritia nudis pedib; ingredi iubebat, ne delicatior cultus corpora hominū millia ex ijs, qui utraq; Albi ripas incoluere, cum uxoribus & paruulis sublatos transfudit, & per Galliam atq; Germaniam multimoda diuisione distribuit. Ea q; conditione bellum per tot annos tractum cōstat esse finitum, ut abiecto demonum cultu, Christianae religionis sacramenta susceperunt. Cranzius lib. 2. Saxoniae cap. 4.

EPAMINONDA 5 Thebanos milites bruma sub tectis uiuere non permittit. Vide Tit. Cōstantia in frigore tolerando.

MAXIMINVS senior priusquam ad imperium cōscenderet, sub Alexandro militans, quinto semper die in armis exercitum educerebat, militariq; more quotidie curendo atq; iustando exercebat. Ipse quoq; quantum iam grandis natus, campestrium exercitiorū labores cum alijs militibus subibat. Fulg. lib. 2. cap. 2.

PROBVS Imp. bellū Persicum parans, cum per Illyricum iter faceret, a militibus est interemptus, quòd nunquam militem otiosum pateretur, dicens, Annonam fructum militem comedere non debere: & quòd iustabat, breui militem non fore necessarios, cum iam totū penè orbem Romanis subiecisset, & pacasset. Nam cum uenisset Syrmium, ac patrium solum focundare cuperet, excicare cogitauit paludem. Quòd agrè ferētes milites, fugientem eum in turrem Ferratam, quam pro specula exadificauerat, interemcrunt, anno imperij eius v. l. v.

Politico.

CLAVDIVS Imp. legem tulit, ne senatori ultra septimum ab urbe lapidem inuisu Imperatoris abesse liceret. Suidas.

Mechanico.

Ceres cum ostenderet usum frumenti TRIPTOLEMO, fetur dixisse: Ni purges & molas, non comedes. Id in prouerbium abiit, & usurpatur in eos, qui cum alicuius rei occasione optimas habeat, ijs non utitur. Erasmus in Adagij.

QUANDO ASSIDVI. Nimirum Tempore

CERTO, CONSTITVTO: PARTITIS HORIS.

Feruat beatam VIRGINEM (quae & uirgines castitate & matres partu superauit) dum adhuc in templo feruaret, a summo mane usq; ad horam tertiam precatōnem extendisse, a tertia ad nonam lanificio sese occupasse. Inde demum summo modicè cibo, usq; ad occubitum solis lectitasse scripturas, & in earum meditatione pernoctasse. Haec itaq; uita institutione ad tantam morum sanctimoniam deuenit, ut sola pra omnibus & Saluatorem mundi parere, & post partum uirgo permanere digna sit iudicata. Marul. lib. 2. cap. 5. & lib. 3. c. 9. & Sab. lib. 2. c. 9.

ARISTOTELES exercitationes literarias diuiserat in matutinas & uespertinas. Has deinde praecipuas appellabat: & poetica, rhetorica, dialectica tractabat: illas uero, quibus

philosophiam occultiore exponerebat. Gell. lib. 20. cap. 4. Antistius Labeo Iureconf. Labeonis Antistij Cinnæ F. à Pomponio Trebatij discipulus fuisse traditur, consulatumq; sibi ab Augusto delatum recusasse, sed plurimam studijs operam dedisse, totumq; annum ita diuisisse, ut Romae sex mensibus fecederet, & conscribendis libris operam daret: itaq; quadraginta uolumina reliquisset, ex quibus plurima inter manus suò tempore uersabantur. Hotom. descript. Iustic.

IVLIANVS Imp. cum alijs, tum bello etiam Persico, Musis nocturnas uigilias impēdebat, nulloq; adhibito remedio, minimo strepitu excitabatur: noctis officia diuidens tripartitò, quietis, publicae rei, & Musarum. Quòd & Maguum Alexandrum fecitasse legitur: sed multo hic fortius, tēte Marc'ellinò.

THEODORO Metochitæ Dromilogothea etū magna moles negotiorum & curarum incumberebat, nihil tamen fuit quod eum a lectione & scriptione reuocaret. Ea dexteritate in uirrisq; uersabatur, ut a mane usq; ad uesperam in palatio Respublicam administraret, tanta diligentia, tantoque studio, quasi a literis prorsus alienus esset. Sed inde abiēs, adeò totus in literis erat quasi scholasticus esset, neq; cum Republica negotij quicquam haberet. Gregoras lib. 7.

AVICENNA Medicus interdiu negotijs regijs occupatus, noctu discipulis operā dabat, & post pralectiones aut disputationes, musica illos exhilarabat, epulis potuq; reficiebat. Sorzanus in eius uita.

INCERTO, RAPTO, FVRTI-uo, Subseciuo.

Et qui dum Consulant, Iter faciunt, Bellum gerunt, Spectant, quid aliud agunt.

VBI. V. C. ASSIDVI

IN SENATV.

CATO Uticensis ita doctrinā cupiditate flagrauit, ut ne in curia quidem, dū senatus cogeretur, temperaret sibi, quòd minus Graecos libros lectitaret. Qua quidem industria ostendit, alijs tēpora deesse, alios temporib; superesse. Val. lib. 3. cap. 7. & Cic. lib. 2. de Finibus, Heliouem librorum uocat.

IN ITINERE.

EVNCHVS Cañdacis regnè Aethiopiae, cum iter faceret, in curru Esaia propheta legebat. Ei diuinitus comes additus Philippus apostolus, ea que legebat interpretatus est, & credentem baptizauit. Act. 8.

PHILOPOEMENES Megalopolitanus ultimus illustrium Graeciae ducum hōn tantū longa militiae experientia rei bellicae peritus fuit, sed in pace assidua animi meditatioe sua sponte excitatus, praeparabatq; se ad subitos armorum casus. Inter ambulandum saltus, ualles, locorum anfractus, explorabundus considerare. Querere etiam nonnunquam a comitibus, si qua hostes, ex improuiso apparuissent, quo illis consilio esset occurrendum, qua acie, quibus insidijs. Per qua cōsecutus erat, ut nemo ea tempestate in instrueda acie peritior haberetur, quo loco metanda castra, quā signata, quibus munimentis, quae aquandi pabulandi, ratio, quòd mouētib; castra maximè tutum iter, qua forma agmen agendum. Sab. lib. 6. En. 3. ex Plut.

IVL. Caesar somnū plerunq; in uehiculis aut lecticis capiebat, conferens etiam ad actionem requiem. Vehetur interdiu ad arces, oppida, & castra. Assidebat ei puer unus ex ijs, qui dictata excipere inter proficiscendum assueti erant. Pōne unus, sedebat miles gladio accinctus. Strenuè ad eò iter faciebat, ut cum primo die exisset urbe, ad Rhodanum ostium perueniret. Plutarchus in Caesare.

Reliquit IDEM libros duos Anticatores, ac praeterea poemata quod inscribitur Iter. Quorum librorū primos in traiectu Alpium, quum ex ceteriore Gallia conueniens peractis ad exercitum rediret: sequētes sub tempus Mundensis praelij fecit: nouissimum dum ab urbe in Hispaniam uiderētem 1111 & XX die peruenit. Suetonius.

PLINIVS non cum otium esset tantum literis operam dabat: sed in mēsa quoq; legentē audiebat, aut notabat. Lectica quoq; utebatur, ut in uia uel legere uel scribere possit. Si quo ueretur, saepe intertēpēstas ministrū manūfēcit excipere dictata iubebat. Nepotē suum ambulante uidens obiurgauit: Poteras, inquit, has horas non pēdere. nā qui lectica uehebantur, aut recitante audiebant, aut si libuisset aliquid etiā enotabant, aut distabant aliquid: quorū nihil licet ambulanti. Fulg. lib. 8. c. 7. ex uita à nepote descripta.

AQVITIVS Valerij urbis monasterij abbas, ne qua die deesset quod legeret, quocūq; ibat, scōtēas maticas libris postferas secū deferrebat: neq; illi oneris hui' molesta erat grauitas, dū lectionis factae cōpensatur utilitas. Marul. lib. 2. c. 9.

IN CASTRIS.

IVLIVS Caesare in bello quidem unquam literarum studiū intermittebat: neq; in dos aut alia publica munera sine lectione

chone spectabat. Omnium testimonia Commentarij illius superant, inter armorum strepitum, ac bellorum tum exter-

AVGVSTVS liberalium studiorum adeo cupidus, ut me-

die Mutinensis belli ardore, legere aut scriberet, quoniam dieq; declamaret. Sab. lib. 1. En 7.

IN CONVIVIO.

Vide loci Alacritatis, Cuius corporis intermissus.

IN SPECTACVLIS.

C. IVL. Cæsar reprehensus fuit, quod inter spectandum epistolis libellisque legendis ac referendis uacaret. Cuius rumoris uitandi gratia Augustus Cæsar, quoties ludis ad-

IN BAÑEO.

ARCHIMEDEM uia formis abstrahentes ungebat ministri: hic uero in uentre figuras strigili delineabat. atq; inter lau-

ASSIDVITAS VITIOSA.

CANENDO.

Celebratur Græcis hic uersiculus de tibicine ARABIO, Drachma canit, sed quatuor compescitur.

SPECTANDO.

Hegemonem Thasium recitantem in theatro cum uoluptate audiuerit ATHENIENSES: ita quidem, ut eo etiam die, quo clades Sicula fuit nunciata, nemo discesserit, cum tam-

TARDITAS, SEGNITIES, LENTITVDO IN Operis, Studij cuiusuis deductione.

QVI VTPVTA

MAGISTRATVS.

TIBERIVS Cæsar biennio continuo post adeptum imperiū, pedem porta non exulit: sequenti tempore, præter quam in propinqua oppida, & cum longissimè, Antio tenus nū-

HADRIANVS VI. pontifex, in absoluendis negotijs aliquanto lentior timidiq; erat. Vnde illa in eum Hieronymi Balbi Vngari libertas, qui cum legatus Romam missus à Ferdinando Cæsaris fratre, coercendis Lutheranis & Tur-

IN QVIBUS SEGNES, LENTI

DICENDO.

Alcibiades, qui in rebus exco gitatis acerrimus erat, in dicitio-

mero inter dicendum, quæres & aucupans uocabulum aut uerbum, quod fugeret ipsum, sermone deficiabatur. Plut. de Virtutis profectu, & in præcept. Polit. ex Theophrasto.

SCRIBENDO.

DEPERGAMO scriptore fugitiuo, qui captus fuerat, sic scribit Aufonius:

Tam segnis scriptor, quam lentus, Pergame, cursor fugisti, & primo captus es in stadio. Ergo notas scripto rolerasti, Pergame, uultu, Et quas neglexit dextera, frons patitur.

ALEXIVS Comnenus Imp. fidei symbolum tardè scribens omen facit tyrannidis & improbitatis. Vide Tit. Tyrannidis diuinatio.

CONSVLTANDO.

TIBERIVS Imp. repentinis consilij (Aurelio teste) melior erat quam meditatijs. Vnde Augustum legimus dixisse: O miserum populum Rom. qui sub tam lentis maxillis edit. Plutarchus in Apoph. scribit dicere solitū Augustū Imp. Se Romani imperij successore eum esse reliquiturum, qui nun-

GERMANI lōgis cōsilijs, & frequētib. cōuentibus, magis distinet q̄ finiunt res cōceptas, dicta (ut uocāt) ex dicta creantes. Qua cōstantione rem quoq; Boemiam contra Hussitas perdidit. Cranzius lib. II. Vandal. c. 7.

IVDICANDO.

Cum esset controuersia inter Calydonios & Eleos, utriq; rem ad arbitrium BVNÆ cuiusdā Atheniensis detulerunt. Conueniat autem, à manibus temperaret, donec ille de negotio pronunciaffer. Quod ubi sensisset Bunas, de industria audiebat quidem utraq; partem, ceterum per fistas occasiones rem in longum distulit, nec unquam de lite uoluit pronunciare. Hinc prouerb. Bunas index est. Mnafcas apud Zenodotum. Erasmus in Adagijs.

NERO Cæsar, in iurisdictione postulatoribus, nisi sequenti die, ac per libellos, non temerè respondit. Suetonius.

BELLANDO.

Artaxerxes Persarum rex contra Aegyptios bellum moliens, barbarorum duces Pharnabazum, Iphicratem Græcorum constituit. Multis uero annis PHARNABAZO circa apparatum consumtis, Iphicratis uidens eum in sermone ualde potentem, in opere autem tardum, ad eum dixit, Mirari se, cur sermone sit tam celer, factis uero admodum tardus. Ibi respondit Pharnabazus, Id fieri, quod ipse qui dem sermone sui dominus sit, factorem autem rex. Nam quoniam Persarum duces non plenam omnium agendorum potestatem habent, de omnibus ad regē referunt, similiter de unoquoq; responsa expectat. Et hoc ipsum eo tempore irritam fecit expeditionem, quod Nectenabus Aegyptijs satis spacij habuit ad se præparandum. Dio dorus lib. 15.

NICIAS

NICIAS Atheniensium dux, traducebatur quod cunctator esset in re militari, qualis apud Romanos fuisse narratur Fabius: eoq; iocularè uocè finxit uetus comœdia, μεθονοιός, ex μεθον, quod est cunctari, & νοιός. Aristophanes in Anib.

id est, Porro officandi tempus haud est amplius, Nec more Nicia decet cunctarier, Sed oportet aliquid agere quam celerimè. Erasmus in Adagijs, & Cælius lib. 23. cap. 27. A. L.

Cn. Pompeius in campis Pharsalicis Cæsarem assecutus, bellum ducere, & hostem inopia comœtatu opprimere staturat. Verum dum ita Cæsarem sensum subsequitur, impetuerunt eum obrestitutionibus: non Cæsarem ipsius artibus, sed patriam & senatum circumueniri, quod semper cū imperio sit, neq; unquam desistat illis, qui deberent orbem terrę regere, pro aëtelis & satellitibus uti. Domitius Aenobarbus eum perpetuò Agamemnonem appellas & regem regum, inuidiam ei cōflabat. Nec minus erant Fauonij importuna cauilla, quam aliorum liberè emissa intemptatiuæ uoces. Quiritis, clamabat ille, toto hoc anno non uescimini scibus Tusculanis. L. Afranius, qui exercitus Hispanienses amiserat, proditionis nota aspersus, cū Pompeium tunc detrectantem cerneret certamen, demirari se dicebat accufatores suos, cūr non ad dimicandum eum prouinciatarum mercatore procederent. His & huiusmodi multis dictis uirum impotentem gloriæ & ruboris erga amicos impulerunt Pompeium, ut relictis consilij optimis suis, ipsorum obsecundaret spei & motibus. At prælio commissio, ingenij pugna uictus uix effugit. Plut. in Pompeio.

SALVANDO.

Otho I. Imp. diem ad conueniendū principibus Vormaciam edixerat. Quod ubi VENESLAVS quoq; Boemoriū princeps euocatus uenit, dicitur postridie, dum solenne sacrificium cunctantijs sacerdos facit, ipse similiter cunctantijs curiam introiisse: eamq; moram, quasi ex ambitione nata fuisset, principes adeo ægrè tulisse, ut conspirarent, ne quis

INTERMISSIO, INFREQUENTIA, REMISSIO studij, officij, laboris, considerata

RESPECTV RERV QVÆ omittuntur. Intermissa, Omisssa

SACRA.

Tempestate iactatus AGAMEMNON, delatus est in Cretā, ingressusq; Polyrrhene oppidum, rem diuinam fecit. Interea uero captiui consensu nauibus aufugerunt. Quæ res cum illi renunciaretur, fertur didiciatum & imperfedum sacrificium, & iam incensam uictimā reliquisse, curriculoq; ad maris litus properasse, perturbatus maiorem in modū, animo que consternatus. Ibi uix unam reperit nauem restitutam, qua deuectus est, eum imprecatus maiorū eius insulæ cultoribus. Vnde si qua res per tumultum ac turbulētem ferret, ægrotis uoluit, id est, Cretense sacrum uocari. Erasmus ex Zenodoto.

ADSCETHLANDICARVM insularum, quæ ab Orca dibus 'CM tractu distant, incolas semel quotannis ex Orca dibus, citius dicecesos sunt, sacerdos accedēs, sacra uniuersa administrat, ac eo anno natos infantes baptizat: quem post aliquot dies decimis piscium (eorum enim solus prouentus illis est) donatum ad sua remittunt. H. Boethius in Scotiæ descriptione.

ARGVMENTA.

Suidas & Zenodorus scribunt, prius PŒTAS, de Baccho fabularum argumēta consulesse tradere, eaq; demū aditari solita. Deinde paulatim ad tragœdias scribedas cōuersos, alias fabulas & historias scriptas se, prætermisiss Bacchi mentione. Spectatores igitur cum alijs, rum præsertim Epigeni acclamasse, Nihil ad Bacchum quoq; conuicio moniti, Satyros deinceps intro duxerit, ne dei prorsus uiderentur oblit. Eiusq; feruē sententia suffragator citat Chamæleonem. Huic opinioni astruit Plutarchus in 1. lib. Symposia cōn, ostēdens ab Aëthylo & Phrynico natam parœciam, qui fabularum argumēta ad historias & calamitates deflexerint.

CAVSARVM COGNITIO.

NERO in cognoscendo morē eum tenuit, ut cōtinuis actio-

ACCVSATIO.

Cum Aristophō ex senio presidēdi loco cessisset, DEMOSTENES factus choragus est, ac Midiam Anagrasium, qui cū in theatro choragi fungentem munere pulsauerat, in iudicium uocauit: actionē tamen tribus drachmarum acceptis reliquit. Plus in uita Demosthenis:

iporum ueniēti assurgeret, neu supra se lo cum confidendi dare uellet: persuasum denique Cæsari fuisse, ut sine ullo honore Boemum, uelut arrogantem, dimitteret. At Cæsar ex conspectu duorum angelorum, qui Veneslaum incutiām deducebant, subitoq; ibidem disparuerant, obstupescens, throno exiit, aduersum uadit, ipsumq; Veneslaum tantum non adorat, ac manu mox sua ad subfella perductum, aspicere sibi proximum iubet. Cæteris uehementer factum admirantibus, Cæsar facti causam aperit, uicissimq; miratur, quod nemo præter se quisquam angelos, tam clarum manifestumq; sui spectaculum exhibentes; oculis suis aspexerit. Hic Mogūtinus pōtifex se quidē nihil planè uidisse dixit, cæterum horrore quodā persusum fuisse. Dubr. li. 5.

OPVS MECHANICVM FACIENDO.

RVTICVS quidam, referente Suida, quum plaustrum hæret in lama, otiosus inuocabat Hercule. At ille assas, Admo-

QVŌ EVENTV. SE-

gnes cuncti

BONO, FELICE.

In re bellica plus effecit FABII cunctatio, q̄ M. Minutij præceps temeritas. Siquidem is unus Hannibalem multis iam prælijs inuictum, non uiribus, sed lentitudine superauit. De eo præclare Ennius apud M. Tullium in Catone maiore: Vnus homo nobis cunctando restituit rem: Non ponebat enim rumores ante salutem. Erasmus in Adagijs.

INFELICE.

Fuit litēris proditū, ab IGNAVIS uota Herculi & preces effusas non exaudiri, quod soli strenuo & peruiigili prosperos successus faceret, & propitius foret. Alex. lib. 3. cap. 14. GALIENVS Imp. cum infelicitate contra Persas, Saporem regem, Gallos & Illyrios pugnasset, postremū in socordiam atq; luxuriam lapsus, XXX tyrannus per diuersas orbis partes occasionem sumendi purpuram dedit.

CENSURA ECCLESIASTICA.

Vt nullum conuentum indici, nullumq; à quibusvis actum hæberi ratum liceret sine Romani pont. auctoritate, Marcellus primus omnium sanxit, deinde Iulius, & Damasus, & Gregorius illud idem statuere. Cæterum cessantibus PONTIFICIBVS qui sunt secuti, suaq; auctoritate conuentus sacros suspendentibus, uel saltem eludentibus, multa schismata exorta sunt, & ecclesia miserè afflictā. Tandem Martinus quintus ut primum pontifex creatus est, in Constantinensi concilio, decreuit ut decimo quoq; anno Rom. pontifex, & omnes Christiani principes in unum locum coiret, de summa rei cōsulturi. Quod decretū cum Eugenius III. ne in ordinem redigeretur, obseruare noller, Basilienſi concilio, nouoq; schismati occasionem dedit. Polyd. lib. 8. c. 5. de Rerum inuent.

LECTIO.

CLINIUS quum recitatore quiddam perperam pronūciantem amicorū quispiam reuocasset, & ut repperet coegisset: Quid, inquit, an intellexeras? quū ille annuisset: Quis ergo, inquit, reuocabas? Decem amplius uersus ista tua interpellatione perdidimus. Tanta erat parsimonia tēporis. Eras. lib. 8. Apoph.

AVGVSTINVS Mediolani sese baptismo accingens, à D. Ambrosio episcopo petijt, quid potissimū de sacris literis legere deberet, quod ad percipiendam spiritus gratiam aptior fieret. Rescripsit illi, Esaiam prophetam, quod præ cæteris euangelij uocationisq; gentium sit prægnantior apertus: At ille eum propter obcuritatem legere distulit. Testis ipsemet lib. 9. Confess. c. 5.

ITER.

SPITIGNEVS II. Boemoriū princeps iter cœptum, à uindicta interpellatus præ causæ suæ cognitione, interimit. Vide Tit. Interpellatio.

VICTORIÆ CURSVS.

CHABRIAS Atheniensis, ad Naxū magno prælio uicta Lacedæmoniorum classe, cui Pollis præerat, omnibus hostium nauibus in fugam cōuersis, ab infectione profus cessauit: recordatus ueteris illius in Arginusius commissi naualis prælij, in quo populus potius uictoria, duces pro ingenti beneficio morte multauerat, non aliam ob causam, nisi quod occisos non sepeliuissent. Cessans igitur ab insuetudine ciues in manū adhuc nantes cōlegit: mortuos humas

humari iussit. Circa quam curam nisi occupatus fuisset, facile uniuersam hostium classem deleuisset. Diod. lib. 15.
Fufis ad Alliam Romanis, si ex acie ueligijs institissent illicò **GALLI** fugientium, haud dubiè Romam funditus euersa, & qui ibi remanserant delecti essent omnes. Tanto pauore Romani, qui ex fuga se receperant, repleuerant ciuitatem: tanta etiam inceserat eam perturbatio & stupor. Nunc cum uictoriam non putarent Barbari tantam, ex ingenti læticia ad epulas, simulq; ad prædæ in castris captæ partitionem conuersi, spacium profugendi ex urbe effusa turbæ, & remanentibus sese colligendi præbuerunt, & ad defensionem parati. di. nam reliqua deserta urbe Capitolium telis & munitionibus firmauerunt. Plut. in Camillo.

Victis ad Cannas Rom. Maharbal præfectus equitum **HANNIBALEM** monuit, ut nulla quiete militibus. data, ex Cannis Romam contenderet, ut prius percussa ciuitas uideret hostem, quàm uicturum putaret: sic fore, ut quinto post die in Capitolio epularetur. Laudasse id consilium Hannibal dicitur, sed uiam maiore esse dixit, quàm animo facile concipi posset. tempore opus esse ad id deliberandum. Tum illud à Maharbale subiectum, Non omnia eidem dii dedere. Vincere scis Hannibal, sed uictoria uti nefcis. Sic Linius. Plut. Biliu quendâ Barcham nomine fuisse ait, à quo ea sint uerba in Hannibalem dicta. Sab. lib. 1. En. 5. & Plut. in Fabio.

MARCIAVS filius Anthemij Imp. Zenonis gmulus, uictor acie, cum rem in crastinum differret, à suis desertus, ad templum Apóstolorum supplicem confugit. Inde extractus, presbyter factus est. Nicephorus lib. 16. cap. 22.

Friedericum Boemæ regem **SOBIESLAVS II.** à Cæsare deiectus è Suctua redeuntem, & trifariam diuisas copias ducentem, aggressus, mira celeritate & felicitate fudit, fugauitq;. Cæterum dum militi in præda diripienda locum dat, nec uictoriam persequitur, Friedericus biduo antè à Pragensibus receptus, collecto undiq; milite, uictoria triplici tumen-tem prælio uicit, & in exilium redire cõpulsit. Dubr. lib. 13.

GENVENSES capta Clodia, si Venetias properè mouissent, urbem capere potuissent. Vide Tit. Mærotis ob acceptam cladem.

Subactò ab **CAROLO VIII.** rege Gallorum, Neapolitano regno, pulsusq; Aragonijs, ut in maritimis Calabrorum Salernitanorumq; urbibus Gallica arma conspècta sunt, tantus repente Turcis omnibus, qui circa Epiri & Macedoniæ orâ in prædijs erant, terror illatus, ut plures oppida desererent, & Græci in spem recuperandæ libertatis erigerentur, ac tum apertè arma, equos, cõmeatusq; expeditent, deq; recipiendis Gallis, & Turcis uno edicto trucidandis cõsilia inirent. At rex iuuenis cum suis proceribus, qui ex facilitate uictoriae contentum totius Italiæ præ se ferebant, conuiuijs & equestribus spectaculis Neapoli intètus, speciosorum paulo antè consiliorû oblitus, omnes penitus transmarini belli cogitationes ita abiicit, ut manifestè apparet, Gallos idcirco eius suscipiendæ contra Turcas expeditionis famam præbuisse, ut maioribus uiribus niterentur, si consilijs suis causam religionis adiungerent. Iouius lib. 2. hist.

RESPECTV PERSONARUM.

Qui intermittunt. v. c.
MILITES.
ITAMVS Antigonij miles, ex splendè laboris periculis omnibus sese intrepidum obiecit. At cura Antigonij sanitati restitutus, pericula etiam leuissè declinabat. Ob id à rege reprehensus, Tu uerò, inquit, ò rex, in causa es, qui uirum mihi iucundam effecisti, quam prius ut miseram & afflictam paruipendebam. Brutonius lib. 4. c. 15.

Cum longes cum 363. triremibus, contra 600. naues Persicas ad Ladam prope Miletum pugnaturi essent, Dionysius Phoenicium dux uidens exercitaram Ionum multitudinem, eis iussit, ut se duce in bellicis munijs exererentur, quotidie comua producendo, aciem instruendo, simulata pugna concurrerendo. Pertulerunt eos labores **IONES** ad septimū usq; diem. Postea uerò laboris pertæsi, quidam etiam propter laborum infuetudinem morbis afflicti, Dionysio parere amplius noluerunt, sed defixis in insula umbraculis, naues ingredi neglexerunt. Mox Samij sublatijs uelis ex acie excellerunt, Lesbij itidem. Soli Chij cum centum nauibus permanentes, strenuè contra Persas pugnauerunt, multitu-

dine tamen hostium circumuenti sunt. Herod. lib. 6.
SO CII Spartanorum bello Bœotico se tot expeditionibus tamq; diuturnis atteri conqueriebantur. Eorum ignauiam Agestilus rex scitè redarguit, seditionemq; compescuit. Vide Tit. Seditionem castris prohibere ne oritur.

L. Sylla in Bœotia castrametatus erat contra duces Mithridatis. **MILITES** eius multitudine & splendore hostiū terri, in pugnam descendere nolebāt. Sylla militari imperio eos labori admouit, & Cephisum deriuare, fossasq; ducere cogit, nullum laxamentum ulli indulgens. Sic ut tandè operis tædio certamen concupiscere ceperint. Plut. in Sylla.

Victo Caradaco Scotorum rege bellicosissimo, ab Ostorio Scapula, Claudij Imp. legato, **ROMANI** milites, qui in Albione erant, ac si debellatur penitus esset, disciplina militarem negligentiū administrare. Hinc Pictis accessit animus, ut multis prælijs Romanos uicerint, & posteaquam Ostorius ex uulnere perijt, A. quoq; Didium, qui ei successerat, magnis cladibus affecerit. H. Boethius lib. 4.

SCOTORVM militum animi feroces admodum cunctatione franguntur: atq; ubi diutius in armis manserint, remittuntur. Ibidem.

Quemadmodum **ANGLORVM** uirtus, nisi sint longo bellu usu exercitati, in præfenti negotio recens habetur: ita mora, quam belligerando intoleranter ferunt, interposita, fatigari solet. Quo circa Angli in ciuili bello omnia uia prælio committere confueuerunt. Et Carolus V. Gallorū rex multarum cladum ab Anglo acceptarum memor, cum etiam Ioannes pater ab ijs captus fuisset, per duces tantummodo bellum cū tali hoste gessit, nec ipsos duces permitit ad manus uenire, nisi manifesta foret spes uincendi, ut res Franca ne amplius in extremum adduceretur dicerim: sæpeque passus est, omnem agrum uastari, sub muris etiam Lutetiæ, quæ regni caput est, ut hostem ferocissimum mora frangeret. Polydorus lib. 20.

ORATORES.

PISO orator interpellari nolens, præcepit seruis suis, ut ad quæstra responderent, nihil præterea loquerentur. Vide Tit. Interpellatio.

SENES.

LACEDÆMONII ex ijs ciuibus, qui equestri militia ad senectutem usque perfuncti essent, uacationem muneris permittebant quolibet anno quinis: ea tamen lege, ut quo anno ex equitibus exirent, ne otio torpescerent, alij aliò miterentur. Ciues autem istos *ἀπαργεῖες*, hoc est, Benemeritos appellabant. Ex horum numero fuit Liches. De quo uide Tit. Oraculorum, ex Herodoto.

RESPECTV FINIS. CVR.

Intermissio causa
OBEDIENTIÆ.

CHRYSANTHAS apud Xenophontè à Cyro rege laudatur, quòd obtruncaturus hostem, sublatumq; tenens gladium, ut tubam au diuit receptui canentem, hominem missum fecisset. Plut. in quæst. Rom.

CENSVRÆ.

PICTORES opera sua, interposito spacio, prius quàm extremam manum his imponant, inspicunt: quòd, dum auertit uisum suum, frequenti iudicio nouum faciant, quo acrius exiguū exploratur discrimen, quod claudit assiduitas & assuetudo. Plut. de Non irascendo.

DILIGENTIÆ NIMIÆ.

HORATIUS lib. 2. satyra 3. Damasippum Stoicū inducit secum expostulantem, quòd otiosus nihil scriberet, neque commentaretur:

Sic raro scribis, ut toto non quater anno
 Membranam poses, scriptorum quæq; retexens:
 Iratus tibi, quòd uini somniq; benignus,
 Nil dignum sermone canas.

SOMNI.

PHILIPPVS Macedo cum longo spacio in expeditione dormitasset, inde excitatus: Secure, inquit, dormiebam. quippe excubabat Antipater. Alio tempore cubante eo interdiu, Græcisq;, qui ad fores eius erāt coacti, frementibus & eum inculantibus, Parmenio: Nolite mirari, inquit, dormire nunc Philippum. nam cum sopitui uos essetis, hic uigilabat. Plut. in Regum apoph.

PHILIPPVS Macedoniæ rex in iudicio obdormitans, cõtra Machætam pronõciauerat. Cum is ad Philippum sobrium prouocasset, rex errore cognito, iudicium quidem non rescidit, cæterum litis æstimationem ipse dependit. Plut. in Regum apophthegmatis.

EADMVNDVS Cantuariensis archiepiscopus, dum Biblia legit, soporatur: eandè ardens super paginas delapsa, ipsa consumitur, sed librū inoffensum relinquit. Flamma ceram deu-

RESPECTV EVENTVS. IN-
termiffionis fructus uel

Bonus.

Nulli, inquit Seneca, intermissio manifestius proderat, quàm Latroni **PORTIO**: quòties ex interuallo dixerat, multo acrius uolentiūsq; dicebat. Cælius lib. n. cap. 1. A. L.

Malus.

Hannibalis Carthaginensis inuictus **EXERCITVS**, tot uictorijs nobilitatus, dū Campanijs uoluptatibus per hyemè unicè eneruat, à Romanis tandè profligatus est. Linius & Plut. **CAROLVS IX.** Gallorum rex, Neapoli rediens, sex dies Senis sine ulla causa cõstitit. Quæ mora hostibus spacium ad uires coniungendas dedit: quos alioqui adhuc imparatòs facile potuisset effugere. Sed fatali forte Tarësis strages Italiæ debebatur, ut in ea maiorum calamitatum successa materies, nouo incendio fomitum præberet. Guicciard. lib. 2.

CELERITAS, VELOCITAS, IN EXPEDIENDO,
PERFICIENDO, ABSOLVENDO.

QUÏ PVTA

REGES.

DIONYSIVS tūc maxime frui se dixit imperio, cum statim, quæ uellet, efficeret. Plut. ad Principem indoctum.

DVCEB BELLICI.

VIRIATVS Lusitanus, ubi bellum aliquod mente conceperat, non prius à cumberebat mensæ, aut in lecto quiescebat, quàm propositum absoluisset. Plut.

SELYMVVS Turcicus Imp. eum minime prudentem esse aiēbat, qui quod proposuisset, non illicò exequeretur: quoniā in mora sæpe amitteretur occasio, atq; impedimentum designatæ sententiæ contrarium oboriretur. Ipsum certe fulminis instar ad res agendas ferri solitum constat. unde etiā cognomen Hildrim traxit, quod lingua Turcica fulmen sonat. Iouius in eius uita.

IN QVIBVS CELERES.

PVTA

IMITANDO.

Vide Tit. Imitationis ingeniosæ, quatenus illi iungitur celeritas.

ORANDO.

*Exempla consule facili & extemporanea Dictio-
nis, quatenus facilius uinculam ha-
bet uelocitatem.*

SCRIBENDO.

De CASSIO Horat. lib. 1. Satyra 10.
 — Si quis pedibus quid claudere senis
 Hoc tantum contentus, amet scripsisse ducentos
 Ante cibum uersus, totidem cœnatus: Hærucei
 Quale fuit **CASSI** rapido feruentis anni
 Ingenium: capis quem fama est esse librisq;
 Ambustum proprijs.

NOTARII sui admirandam celeritatem Aufonius eleganti epistola **XXII** celebrat: Puer notarium præceptum, &c.

NUMCANDO.

Vide Titulum Curforum, Numciorum.

REMP. TRACTANDO.

Vacantibus ecclesijs nullus pontifex celerius ac maturius cõsultuit **NICOLAUS V.** cum eas statim optimo cuiq; & idoneo committeret. Prius enim mores hominum & doctrinā inspiciebat, deinde uacantes sedes his statim committebat, quòd diceret in mora periculum esse, cum non deessent qui diuina etiā cupidissime diriperent & occuparent. Platina.

SEDITIONEM SEDANDO.

M. POPILIVS consul cum sacrificium publicum cū læna faceret, quòd erat flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione nunciata, ut erat læna amictus, ita uenit in concionem: seditionemq; cum auctoritate, tum oratione sedauit. Cic. in Bruto.

IN APPARATV BELLICO, IN

Opere militari.

Vide Tit. Celeritate hostem circumuenire.

NICIAS Atheniensium dux in Sicilia, ut fame Syracusanos ad deditiōnem compelleret, modico tempore Syracusas circumuallauit urbem Athenis non angustiorē, sed asperiorē locorū inæqualitate & maris uicinitate, & propinquitate paludū ad eam muro tam longo in orbè circumiectam. Consecit autem propemodum totum homo, qui nec firmā ualitudine ad tãtas curas uteretur, nec um laboret reuui dolore; cui quòd residuum operis non fuerit

exactum, iure ferendum est expensum. Et certè prædicanda est ducis sollicitudo militumq; fortitudo ijs in rebus, quas præclare gesserunt. Plut. in Nicia.

Sutrium peruectum Hetruriæ oppidum. Id olim defecerat à Romanis, cū quibus intrant societatem. **L. FUR. CAMILLVS** ad id delectus à senatu, ut eos cogeret ad fidem. Is ne in apparando comœatu multum temporis tereretur, utq; Sutrii ipsa celeritate opprimerentur, edixit, ut singuli milites trium dierum comœatum secum exportarent. Id inde uerbum est in prouerbium, quod usuri confueuit, quoties aliquis suo sumtu nauat operam alijs. Sic enim interpretatur Festus Pompeius in fragmentis quibusdam, quæ Romæ inueniuntur. Arbitror eandem esse historiam, quam aliquando aliter narrat Titus Linius lib. ab Vrbe condita 6. Eralmus in Adagijs.

Cum de Sicilia possessione bellum Punicum primum inter Rom. & Carthaginenses ortum esset, & Romani quidè terra, Carthaginenses mari præstarent: **ROMANI** de perducendo ad exitum bello desperantes, nisi hostium conatibus mari iretur obuiam, de classe publicè paratâ decretum tulerunt, quæ centum uiginti haberet naues, quarum centum quintuplici ordine agerentur, terijs reliquæ. In hoc nauitæ rei apparatu quinquereuitt ædificatio perdifficilis fuit, quarum tum nullus erat in Italia usus. Quo magis miranda est uerus illa animorum præstantia, populiq; Rom. magnitudo, qui nauitæ rei ad id tempus ignarus, ita intrepidè pelagus tractare sit ausus, priusq; cum hoste naualij prælio certant, quàm ullum fecerit rei maritimæ periculum. Nā quum in Sicilia primò Romani transfretarunt, Tarëntinorum, Locrensiū & Rheginorum fuerant nauibus usi, quum ipsi ea tempestate ne lembum quidè illum publicè possiderent. Erant per id tempus circa fretum pleræq; Carthaginensium naues, ex quibus quinquereuittis una semilacera fortè ad Romanorum manus peruenit, hoc unum illis exemplar fuit ad nouas ædificandas. Huius instar centum alia fabrefactæ breui in portibus sederunt. Sed dum hæ studio naues texuntur, multitudo ingens ad remigum exercitabatur, sublellis in arena dispositis futuri remiges insidetes, ad nutum & uocem unius stantis, qui medio ordine uersabatur, remorum pulsium accommodabant, intendentes remos unâ atque inhibentes: moueri simul cuncti, ac simul residere. Sicq; plures dies exerciti, posteaquam naues, quæ instruatæ erant, conscenderunt, uerò in salo experientiam dedere, Cn. Cornelio Asina, & C. Duellio Cofs. Cornelio classis data, qui in portu Liparitano inclusus, cum **XVII.** nauibus se dedere coactus est. Reliqua classis, Duellio duce, nauali una pugna uictrix, præter spem maris imperio posita est. Vario inde uenturo per multos annos pugnatum, fœtamen, ut propter frequentia naufragia rei maritimæ curâ sepius abicerent, maxime cum circa Siciliâ 384. naues amississent. Quia tamen urgente hoste haud dubiè apparebat, id bellū non aliter ad exitum perducī posse, summo studio classent repararūt. Cæterum diuturni belli sumtu arario exhausto, priuatum ciues in hunc usum pecuniam cõstulerunt. Pleriq; quinquereuittis unam proprio sumtu construere & ornare non recusarunt. Tanta tunc erat reipublicæ caritas, propagandiq; imperij studium. C. C. quinquereuittis, trium mensurâ spacio contextas, C. Lucatius cõsul sub initium ueris in Sicillam egit. Cuius auspicijs fractæ sunt Carthaginensiu opes, ut bello Punico primo, quod per **XXIII.** annos durauerat, finis sit impositus; pax facta; qua Romanis Siciliæ possessionem hostes cessere. Sab. lib. 3. En. 4.

CARTHAGINENSES à Rom. perfidè traditis armis & obfidibus circumuenti, & tandem urbem quòque relinquere ad bellum cõuersi, seruos omnes libet-

liberatae donarunt. Omnia officia negotiaq; sacra & prophana in praesentem belli usum ueruntur. Omnis sexus & aetas in medium operari, frumento & labore per partes diuiso. Centum quadraginta clypei singulis diebus fiebant, trecenti enses, mille catapulta, sagittae, lanceae, & iacula quinquaginta. Mulieres quoq; memorabili exemplo, canabris & lini inopia capillos sibi fecerunt. Duobus mensibus cxx naues cataphractas construxerunt, & nouum portum effodere, & quo subiecto clavis erupit. Sab. lib. 8. En. 3. ex Liuio & Strabone lib. 37.

Cum P. CORN. Scipio Cofs. creatus esset in Sicilia, eiq; permissum a senatu, ut si arbitaretur utile exq; repub. esse, cum omni exercitu in Africam traiceret: in rebus necessarijs comparandis maxima difficultas proponebatur, cum ob ararij in opiam, tum ob iuuentutis penuriam, cuius florem praeterea clades a Poeno illatae absumferant. Ipse tamen, ne tantae expeditioni deesset, ingenti studio in apparatus belli intendit. Et ad fuerit ei multi Hercuriae atq; Umbriae populi, quorum alij materiam ad fabricandas naues, alij arma, quidam frumentum ac omnis generis commectum ad iuuantum exercitum detulerunt. Quadragesimo quinto die, quod uix cuiquam credibile uideretur, fabricata instructaq; classe ex Italia decedens Scipio in Siciliam contendit. Auctoritate.

Cum Bruti & Cassij exercitus bello ciuili una per Macedoniam iter faceret, priorq; Brutus ad fluium, in quo pontem iungi oportebat, peruenisset: CASSIUS tam exercitus, & in efficiendo ponte, & in transitu maturando praecessit. Qui uigor disciplinae effecit, ne solum in operibus, uerum etiam in summa belli praestarent Cassiani Brutianis. Frontinus lib. 4. cap. 2.

Cum Maximianum Herculium de imperio inuadendo cogitare Constantini Magni MILITES accepissent, tanto perendi hominis studio exarserunt, ut protinus a Constantino signum professionis poposcerint, nec uariis expectato, arreptis armis abierint. Inire, quod est a Rheno ad Aram, integris uiribus, animisq; flagrantibus sine ulla cunctatione confecto, naues exceperunt, quae in Cabillonensi statione ad rescindenda corpora fuerant preparatae. Ibi segnem nimis ac cunctandam animem esse, ac carinis tacite labentibus, stare se, non ire, uociferantes, usum pedum manibus aggressi, nauibus incubere, & naturam fluminis urgendo uicere. Quia etiam ab Arari ad Rhodanum progressi, ne ipsa quidem rapidissimi amnis uelocitate fuere contenti. Vbi uero ad late profecti Maximianum se commisit. Massiliani didicerunt, extemplo nauibus egressi eodem perexerunt, & tyrannum captum strangularunt. Sigonius lib. 2. Imp. occid.

Cum Mahometus II. Myria portus, ac reliqua Graeciae penes omni in Macedonia exercitum esset translaturus, VENETI Corinthiacum isthmum munire tanta celeritate, ut totam muri longitudinem, quae ab Ionio ad Aegeum mare protenditur, quadraginta circiter stadia, quindecim diebus spacio duplici fossa, subitariaq; molitione firmarint. Triginta millia hominum eo loco operata dicuntur. Veteris structurae saxa, quae ad manus fuere, materiam praebuerunt operis celerius consummandi. Sabellicus lib. 3. Decadis octauae, Cuspinianus.

VINCENDO.

ALEXANDRI uictoria nihil uelocius fuit, qui ab Illyrico & Adriatico mari usq; ad Indicum oceanum & Pangem fluium, non tam praeris, quam uictorij percurrit, & in sex annis partem Europae, & omnem sibi Asiam subiugauit. Hieron. in 7. cap. Danielis.

Trium aut quatuor, ut quidam tradunt, mensium spacio, difficillimum alioqui bellum piraticum a CN. Pompeio celeritate maxima, dubij maioris ducis uirtute, an felicitate, est confectum. Nempe intra quadragessimam diem, postquam Brandusio Pompeius soluit. Florus, & Cicero pro lege Manilia.

C. IVLIVS Caesar Pharnacem Ponti regem primò aduentu suo fudit, & incredibili celeritate castra hostium cepit. Quo contigit, ut hostibus primo congressu fugatis exclamarit, Hi sunt, qui te magnam fecere Pompei. & ad senatum scribens, his uerbis uictoriae celeritatem significauit, Veni, Vidi, Vici. Sab. lib. 7. Ennea dis 6. Sed & inter triumphalis pompae ferula trium uerborum praetulit titulum, Veni, Vidi, Vici: non acta belli significandem, sicut caeteris, sed celeriter confecti notam. Suetonius.

Cum Radagaisus rex Scytharum cum CC millibus Romanis ceruicibus immineret, uno die tanta celeritate uictus est, a STILICONE Honorij Imp. feroce atq; duce, ut ne uno quidem non dicam extincto, sed nec uulnerato Romano, multo amplius quam centum milium prosterneretur eius exercitus, atq; ipse cum filijs mox captus poena debita necaretur. Augustinus lib. 5. de ciuit. Dei. c. 23.

Alemanian. 287. receptis ex pestilentia uiribus Rhenum sum-

ma, ut affluerant, hunc, quippe gelu duratu, traiecerunt, ac proximos Galliarum agros hostiliter inierunt. Hanc rem cum MAXIMIANVS Imp. eodem die Treuiris accepisset, quo ineundi magistratus causa solennia uota coepicibat, usq; adeo iram non tenuit, ut uotis perfectis raptim sumtis armis exiret. Quae illi audacia felicissimè cessit. nam hostes palatos adeptus, atq; ex improbitu aggressus, praecipit agmine se trans fluium referre coegit. Sigon. lib. 1. Imp. occid.

AEDIFICANDO.

SOLOMO rex Iudaeorum sumtuosissimum templum Domino septem annis extruxit: at regiam domum, longè minore & sumtu & ornatu, annis uix tredecim absoluit. Namq; in ijs, quae ad Deum pertinent, longè maiori alacritate praeditos esse oportet, quam in ijs quae ad homines pertinent. 3. Regum 6. & 7. & Iosephus lib. 8. Antiq. cap. 5.

NAVYCODONOSOR Magnus XV diebus spacio Babylonem nē muniuit. Vide Tit. Sumtus liberalis in muniendis urbibus. SEMIRAMIS Babylonem muro cinxit lateritio, stadia CCC LXV in circuitu habentem. Singulis diebus stadium absoluit. Diodorus lib. 2. cap. 4.

DIONYSIVS tyrannus Syracusanorum areas omnes ad portum uergentes muro includit inexpugnabili, xx dierum spacio. Diodorus lib. 14.

PERICLES sumtuosissimis aedificijs Athenas exornauit, uenustate & gratia incomparabili, celeritate incredibili. Quae enim arbitrabantur uix multis successibus & auis singula in absoluta, in unius ea florescere administratione principis confecta fuere cuncta. Et quidem tunc memorat, cum gloriantem pictorem Agatharchum, quod citò & facile pingere imagines, audiisset Zeuxis, dixisset: Ego uero longo tempore. Dexteritas enim in faciendo & acceleratio non addit pondus operi durable, neq; absoluti decorem: tempus uero ad producendum labori coniunctum, robur addit ad operis conseruationem. Quo magis opera admiranda sunt Periclis, quae ad diuinitatem modico peperata tempore fuere. Elegantia enim singula iam tum erant antiqua: flore in hanc uelocem diem recentia sunt & noua. Cum tyrocinium quoddam luceat in eis, integram ab iniuria temporis speciem retinens: quasi habeant opera illa perpetuo uirentem spiritum, & animam admixta non emarcescentem. Plut. in Pericle.

C. GRACCHVS Trib. plenis inter alias leges etiam tulit de uijs muniendis, de aedificandis horreis. His muneribus omnibus rectorem se & dispensatorem praefecit, nihil in tot tantisq; fastidiosis negotijs. Imò incredibili celeritate & labore, quasi singulis tantum incumberet, consummauit instituta opera: ut etiam illi, qui impense oderant & timebant eum, obstupescerent expeditam ubiq; eius atq; efficacem industriam. Plutarchus.

Mirum, apud antiquos primo Punico bello classem DVELLI imperatoris ab arbore excisa LX die nauigasse. Contra uero Hieronem regē CCCX naues effectas dieb. XLV tradit L. Piso. Secundo quoq; Punico bello Scipionis classis XL die a securi nauigauit. Tantum tempus uitas etiam in rapida celeritate pollet. Plin. lib. 16. cap. 39.

Post uictos a Camillo Gallos, cum aueretur in diem urbana multitudo, urbs nouis aedificijs inflaurata est, tantoq; studio properatum opus, ut intra annum ROMA ex integro steterit. Sab. lib. 1. Ennea. 4.

PINGENDO.

AGATHARCHVS pictor sese iactabat de pingendi celeritate, quum Zeuxis diutius immoraretur operi. Zeuxis respondit: Tu tempori, ego pingo aeternitati. Eleganti & diuinitate operis exprimens. Citò nata, citò percunt: diu elaborata, ferunt aetatem. Beta citò nascitur, buxus paulatim. Val. Max. & Plut. in Pericle.

NICOMACHVS pictor ab Aristrato Sicyoniorum tyranno ad pingendum monumētum Thelesti poetae Dithyramborum conductus, praefinito die intra quem perageretur, non multo ante uenit, accessitq; in poenam tyranno, paucis diebus absoluit mira arte & celeritate. Plinius lib. 35.

PICTOR, uti fertur, malus, ostensa Apelli imaginē, Hanc inquit, modò pinxi. Qui: Ut mihi non referas, uideo pictam properè. minor uerb, quò minus eiuscemodi pinxeris plures. Plut. de Inst. liberis.

NAVICANDO.

MILTIADES Cimonis F. ex Eleunte Chersonesi Thraciae (quae tunc Atheniensium ditiois erat) in Lemnum uno die delatus, infulam Atheniensibus adiecit, quòd Pelasgi, qui infulam incolabant, ita demum se imperata facturos multo antè dixissent, si nauis uento Aquilone acta, uno die ex Attica in Lemnum perueniret. quod fieri non posse sciebant, cum Attica australior multo sit quam Lemnus. Herodotus libro 6.

Quod

Quod miraculum maius, herbam esse, quae admoear Aegyptum Italiae: in tantum, ut GALERIVS a fructu Siciliae Alexandriam septima die perueniret, BABYLIVS sexta, ambo praefecti: astate uero proxima VALERIVS Marianus ex praetoris senatoribus, a Puteolis nono die lenissimo flatu herbam esse quae Gadeis ad Herculis colinas septimo die Ostiam afferat, & citeriorem Hispaniam quarto, prouinciam Narbonensem tertio, Africam altero: quod etiam mollissimo flatu contigit C. Flacco legato Vibij Crispj procòsulis? Plin. lib. 19. in praem. de Lino.

ICELVVS libertus Galbae septem diebus ex Hispania Romam nauigat. Vide Tit. Gracitudois pro nuncio felici.

OCVRRENDO, APPARENDO.

Spartae ephoris REGES affurgebant, atq; ex populo, qui acciti esset ab eis, non leno gradu, sed cursum & properè per forum uolans, ostētabat ciuibus obsequelam suam: gloria baturq; in eo, quòd honore magistratus prosequeret. Plutarchus in praecipis Politicis.

TARDITAS IN PERFICIENDO, ABSOLVENDO,

INVENIENDO.

ALCIBIADES, in rebus excogitandis acerrimus, in distione meticolosior, seipsum in agendo protelabat, ac saepenumero inter dicendum quaerens & aucupans uocabulis aut uerbis, quae fugerent ipsum, sermone deficiebat. Plut. de Virtutis profectu, & in Praecept. polit. ex Theophrasto.

DISCENDO.

HERCVLES cithara discēs, cum ingenio effect tardus, ob eaq; rem uapularet, ira motus Linum cithara peremit. Diodorus lib. 3. cap. 5.

Ex Plutarchi commentariis εὐδαιμονία: CLEANTHES & XENOCRATES, cum ex scholasticis hebeti maximè uisiterentur ingenio, nec tamen eo nomine relanguerent, ab iocis in tarditatem suam non abstinere, cum se perfimiles dicerent ἀρμόιος τὸ βραχυτέρως & παναίσι γελῶναι. hoc est, uasis angustioris oris, ac eneis tabellis, quòd uix quidē dictata perciperent, at retinebant tenaciūs. Caelius libro 10. cap. 20. Antiq. lect.

Zeno Citicus successorem suum, CLEANTHEM δὲ ληπτοῖς, id est, tabellis ceræ durioris comparabat, quae scripturam ut uix admitterent, ita probè conseruarent. Suidas. Timon Arictem uocabat. Alij etiam Asinū. Quibus ille respondebat: Fateor, & solus certe Zenonis sarcinam ferre possum. Eam tamen tarditatem studio & diligentia superauit. Laertius lib. 6. secto.

Isoocrates EPHORVM Cumanum, qui scholā ipsius reliquerat nullo profectu, atque ob id a patre Demophilò dehuò missus fuerat, ut ab integro data mercede discipulum ageret, ἀψόφος appellabat. Diphros enim Graecis dicitur curus, quòd duos ferat, pugnantem & arigam: Isoocrates autem ex uocis etymologia captiui iocum in stupidum discipulum, qui bis attulerit mercedem. ἀψόφος enim dici uidetur ἀπὸ τῆς φθοῖας, id est, a bis ferendo. Erasmus in Apophth. Verbum translatum ab his, a quibus duplicatum tributum exigitur: φθῶνος nanque tributum ualere, planum est. Vistorius lib. 4. Var. lect. cap. 20.

Stratonius musicus cum doceret MACEDONEM quendam, nec ille quicquam proficeret, exasperatus in discipulum: in Macedonia, inquit: pro eo quòd alij dicit, ἐξ ἰσχυροῦ, si cui precantur exitum. Obiter notauit & Macedonice genit barbariem. Erasmus in Apoph. ex Athen. lib. 8. c. 7.

CATO minor, ut literis admotus est, stupidus erat ad percipiendum & tardus. At quòd semel percepisset, id retinebat, neq; dabat obliuioni. Quòd alioquin est natura comparata, ut memoria minus ualeant sagaces: ualeat autem qui cum labore & sudore arripuerunt, quippe existit una quaeq; disciplinae comprehensio quasi fax animi. Plut. in Carone.

CLAVDIVS Caesar tanta fuit hebetudine in discendo, ut mater ANTONIA cum monstrum hominis appellaret. Volat. lib. 23. Anthrop. At idem tamen firmissima fuit memoria.

ATTICVS Herodis sophistae filius praeter ingenij hebetudinem ac soliditatem, ita fuit memoria nulla, ut ne elementorum quidem nomina perdiscere aut retinere unquam poterit. Cui infortunio ut mederetur pater, quatuor & xx pueros coenos & a literis cognomina singulos habentes cum filio simul educabat, ut hac saltem ratione illi infiderent. Caelius lib. 20. cap. 10. A. L.

CONSTANTIVS Imp. facundiae cupidus, cum eam assequi tarditate ingenij non posset, aliis inuidebat, eloquens tamē satis, & carminibus componendis aptus. Cusp.

BELLYM GERENDO.

Bellum fugituum gladiatorum, quamuis multis Romanis ducibus, Ario praetore & duobus consulibus Gn. Lentulo & L. Gelio uictis, Italiaq; horribiliter contrita atq; uastata,

DIGNITATES CONFERENDO. CAROLVS IIX. Galliae rex, post memorabilem Tarrensem cum Venetis Sforciaiisq; copiis pugnam, signis receptui cauentibus, insignes aliquot ex suis ob eximiam spectatamq; uirtutem equestri dignitate donauit. Quòd statim fiebat, & maximi honoris loco habebatur, cum rex ipso gladio disti cto uiri fortis humerū leuiter percussisset. Iouius lib. 2. Hist.

QVO FRVCTV. CELERITATIS FRVCTVS.

Euripides ALCESTIDI poetae Tragico obicit, quòd tri-duo tria tantum carmina composuisset, se uero centum: respondit, Sed hoc interest: tua triuo tantummodo, mea uero in omne tempus sufficient. Gyrard. dial. 7. Hist. poet. AGATHARCHVS pictor sese iactabat de pingendi celeritate, cum Zeuxis diutius immoraretur operi. Zeuxis respòdit: Tu tempori, ego pingo aeternitati: μὲν γὰρ γέγραμ. elegantiam philolia & moram in opere, & diuinitatem operis exprimens. Val. Max. & Plut. in Pericle.

tertio tñ anno a ROM. consummatū est. Pientes, Marsi, & Peligni, gentes Italicae, post diurnam sub Romano iugo seruitutem, in libertate caput erigere tentauerunt: iam multis nationibus Romano imperio subiugatis, deletaq; Carthaginē. Cui bello Italico, Romanis sapissimè uictis, ubi & duo consules L. Iul. Caesar, & P. Rutilius perierit, & alij nobilissimi senatores, quintus annus finem dedit. D. August. lib. 5. de Ciuit. dei, cap. 32.

Bellum Punicum secundum cum maximis detrimentis & calamitate reipub. per annos decem & octo Romanas uires extenuauit, & penè consumit: in duobus praeris ad Thrasymenum & ad Cannas ferme septuaginta Romanorū milia ceciderunt. Bellum Punicum primum per XX & tres annos peractum est: bellum Mithridaticum quadraginta annis. Bellum Samniticum annis tractum est ferme quinque: in quo bello ita Romani uicti sunt, ut sub iugum etiam mitterentur. August. lib. 5. de Ciuit. dei, cap. 22. Eutropius, & Orofius unde quinque annos in hoc bello numerant, Florus quinquaginta, Appianus octoginta, quòd est Liuji computationi uicinius, qui lib. 23. per centum prope annos bellum dicit gestum inter Romanos & Samnites, uariante fortuna euentum. Quòd si bellum Samniticum Fabio Gurgite consule finitur, non sunt plures quā anni quinquaginta a M. Valerio Coruino, & a Cornelio Cosso cofs. sed iunxerūt se Samnitium arma etiam cum Pyrrho, & iam antea cum Dentato conseruauerant manus, post Gurgite conditum, & antequam in Italiam transiret Pyrrhus. Ludouicus Viues ibidem.

AVXILIANO.

Hectoris de RHESO Thraece, ueniente iam propè deuictis hostibus, apud Eurip. in Rheso:

Ρῆσος δὲ ἦν ἄριστος οἰκῶν τῶν ἰσθμῶν φίλος. ἦν γὰρ ἐς Ἀργίαν, ἢ παρὰ τὴν ἰσθμῶν ἄριστος ἄριστος, ἔδωκεν ἡμῶν δόξαι.

Rhesus scilicet ostēdit, qualis sit Troiae amicus. Venit enim ad conuiuium, non praefens existens uenatoribus capientibus praedam, neq; unā laborans bello.

Eò die quo Galli in Formiano litore longa uariaq; pugna ab Hispanis uicti, intra portam Caietae còpuli sunt, cum CERBELLIO è citeriore Hispania nobilis eques ad nauandā operam seriūs quā oporteret se expedisset, confecto que iam praerio, partaq; uictoria armatus in nauicula concitatis nemis ad uictores socios appropinquaret, & multis è litore spectantibus, Quisnam esset qui thoracatus aduentaret, Didacus Mendocius sciscitaretur: repente ad eum Consalus respondens inquit: An adeò tibi hebes est oculus ut sanctum Hermum non agnoscas? Sancti enim Hermi fidus Christiani nauata uocant, quòd ex turbulenta tempestate tranquillitatem pronunciat, cum in antennis apparet, non secus ac antiqui de Caloris & Pollucis ignib. crediderunt. Agnouere astantes lepidissimè dictum, cum tarditate Cerbellioni fallus Imperator exprobraret, qui còfecto praerio, & pacatis rebus armatus aduentasset, tanto omnibus exortu rifu, ut Cerbellionem è nauicula descendente sancti Hermi nomine salutarent. Idq; ei postea cognomen inter milites aeternum fuit. Iouius in Consaluo.

NAVIGANDO.

In pigros NAVITAS, Martialis Epigram. lib. 3. sic ludit: Cessatis pueri, nihilq; nohis, Veterno refinaq; pigrioris. Quorum per uada tarda nauigantes, Lentos fugituum ad celeuma remos. Iam prono Phaethonte sudat Aethon, Exarsitq; dies, & hora lassos

rrrrr Inter

Interiungit equos meridiana.
 At nos tam placidas uagi per undas
 Tutaludit otium carina.
 Non nautas puto nos, sed argonautas.
Quum è mediterraneis insulæ Scandix, tribus uecti nauibus
 Gothi, Berigo rege, Sarmaticum litus attingissent, tertia na-
 uis tardius applicuit: & à pigritia, quæ horum lingua Ge-
 pania dicitur, Gepidarum nomen NAVTÆ isti accepere.
 Ad insulam Vistulæ annis diu commorati, eam Gepidam
 appellarunt. Deinde quum Sarmatiæ intima penetrassent,
 ad Danubium usq; descenderunt: & regem magnanimum
 fortiti, cui Fastidiæ nomen erat, patrios fines armis propa-
 garunt: Burgundiones ad internecionem ferè deliquerunt.
 Bonifinius lib. 2. Decad. j. & Cranzius lib. 2. Succæ, cap. 6. ex
 Iordane.
Quum magna cura Rhodij belli pontifex Hadrianus VI. tene-
 retur, ad Adurnios Petrum Raborium Genuam misit, qui

PROVIDENTIA

ALIQUA.
PHILIPPVS rex Macedonum, cum longo spacio in expedi-
 tione dormitasset, inde excitatus: Securè, inquit, dormiebam,
 quippe excubabat Antipater. Plut. in Apoph.
AGESILAVS rex quodam adhortante, ut genio indulgeret,
 ac suggerente, ob incertum fortunæ fortasse non datum iri
 eius faciendi occasionem: At ego, inquit, sic cõsuefaci me,
 nulla ut in uicissitudine quaram uicissitudinem. Idem.
PHICRATES in agro pacato ac socialia castra locans, dū ea
 uallo & fossa munit accuratè, instanti: Qujdnam formida-
 mus? Vox hæc, inquit, est imperatoris turpissima: Non expe-
 ctaram. Ibidem.
EPAMINONDA Thebanò duce, nunquam tumultus pani-
 cus castra occupauit. Idem.
IDEM Bœotarcha, cum Thebani ciues festis quibusdam die-
 bus computationibus indulgeret, solus uigil ac sobrius ar-
 ma lustrabat, urbisq; obambulabat mœnia. Rogatus cur id
 faceret, respondit, *Se μήσειν & ἀργυροῦν, ὅπως ἐξῆ τοῖς ἀλλοῖς με-
 θύειν & ἠγυρῆσθαι*, id est, sobrius esse se ac uigilare, quo reli-
 quis liceret temulentis esse ac dormire: quemadmodum re-
 fert Plutarchus in libello Aduersus duces imperitum.
ROMANI ciuiliis dei initia à medio noctis duxere, ut solis
 exortus esset quidem operis initium, tempus uerò quod præ-
 cedit, apparatus impèderetur. Quippe paratos instructosq;

ALACRITAS, CVPIDITAS, STVDIVM IN SV
scipienda subeundaue exercitatione.

**RESPECTV MATERIAE SVB-
 IECTÆ. ALACRIS.**
DOCENDO.
Vide locum, Doctrina, studium.
DISCENDO.
Consule Tit. Disquisitorum, Quo studio.
CONSVLENDO.
ROMÆ olim senatus assiduam stationem eo loci peragebat,
 qui Senaculum appellatur: nec exspectabat, ut edicto con-
 traheretur, sed inde citatus, p̄tinus in curiam ueniebat, am-
 biguæ laudis ciuem existimans, qui debitis R. P. officiis, nō
 sua sp̄tè, sed iussus fungeretur: Quia quicquid imperio co-
 gitur, exigenti magis quàm præstanti acceptum refertur. Val.
 lib. 2. cap. j.
SACRIFICANDO.
 Apud **ROMANOS** cum sacra fiunt, præco exclamare solet:
 Hoc age: ad attentionem sacerorum spectatores & operato-
 res hortans. Plutarchus.
 In sacris **CHRISTIANORVM** nota est formula illa sancta,
 sed perperam à multis intellecta, Sursum corda.
MILITANDO.
BRASIDAS profectus ad bellum ephoris scripsit, Quæcumq;
 belli nocumenta aut repellam, aut occumbam. Et quidē ce-
 cidit, dum in eoletas in Thracia Græcos in libertatem affe-
 rit. Plut. in Apoph.
Cn. POMPEIVS postquam in Africam traiecit aduersus Do-
 mitium, atq; hostes ingenti prælio fudit, salutantib. ipsum
 militibus imperatorem, honorem eum negauit, dum ere-
 ctum hostium uallum stare, agnoscere. Tum illi, tametsi lar-
 gus imber cœlo deflueret, impressione facta castra excide-
 runt. Reuersum cum aliis honoribus Sylla excepit benignè,
 tum Magnum primus appellauit. Idem.
IOANNES rex Boemiæ, F. Henrici VII. & pater Caroli IV.
 Imp. licet cæcus, eo prælio, quod gestum est inter Eduar-
 dum Angliæ, & Philippum Galliæ reges pro ducatu Nor-
 manniæ, anno Salutis humanæ MCCCLV. pugnauit

oncrarias naues conduceret. Sed agrè admodum expedita
 pecunia, aliquanto tardius quàm oporteret, TRES excelsæ
 naues sunt exornatæ, quibus incredibili euentu felicem cur-
 sum Fortuna denegauit. Nam perpetuos duos menses pro-
 digio quodam contra anni consuetudinem Euris & Vul-
 turnis, qui sunt uenti omnium aduersissimi nauigantibus
 ad orientem, maria tenuerunt, quum eo tempore naturali
 terrarum halitu Etesias flare consueuerint. Paulus Iouius in
 Hadriani uita.

AEDIFICANDO.

DIPHILVS architectus tardissimus in perducendis ad finem
 susceptis operibus. Hinc ortum prouerb. Diphilo Diphilus
 tardior, usurpatum à Cic. lib. 3. ad Q. fratrem. Cælius lib. 15.
 cap. 24. Antiq. lect.
Augusti iocum in tardum sui Theatri ARCHITECTVM, præ-
 ce Tit. Causidicorum imperitorum.

obire negotia oportet, non inter obeundum instrui, appa-
 rari. Cælius lib. 11. c. j. A. L.
TIBERIVS Caesar post domitos Illyrios repetita Germania,
 cum animaduerteret, Variam cladem temeritate, & ne-
 gligentia ducis accidisse, nihil non de consilij sententiâ egit:
 semper aliis sui arbitrij, cõtenuisq; se uno, tunc præter con-
 suetudinem cum pluribus de ratione belli communicauit.
 Curam quoq; solito exactiorem præstitit. Traiecturus Rhe-
 num, commacatum omnem ad certam formulam astrictum
 non ante transmisit, quàm consistens apud ripam exploraf-
 set uehiculorum onerane qua deponeretur, nisi concess-
 sa, aut necessaria. Trans Rhenum uerò eum uita ordinè te-
 nuit, ut sedens in cespite nudo cibum caperet: sæpè sine ren-
 torio pernoctaret: præcepta sequētis diei omnia, & si quid
 subitu muneris iniungendum esset, per libellos daret: addi-
 ta monitione, ut de quo quisq; dubitaret, se, nec alio inter-
 prete, quacumq; uel noctis hora, ueretur. Suetonius, & A-
 uentinus lib. 11. Annal. Boiorum.

NVLLA.

Dum instruitur acies, conspicatus **ALEXANDER** militem
 quendam, qui iaculum amantaret: exegit eum ut inutilem
 acie, qui pararet arma tunc, cum esset eis utendum. Pluta-
 chus in Apophthegmatibus.

fortiter, & sagitta traiectus interiit. Hedio, & Aemilius.
RECONCILIANDO.
PISISTRATVS Athenienſium tyrannus, cum nonnulli ami-
 ci ab eo descessissent, atque Phylon infedissent, profectus est
 ad eos ipse ferens culcitram. Sciscitantibus illis, Quid sibi
 uellet? Vt, inquit, in sententiam meam ad duos uos redu-
 cam: aut si id non poterò, maneam uobiscum: atque ideo
 apportans mecum necessaria ueni. Plut. in Apoph.
RECUPERANDO.
SEMIRAMIS audita Babyloniorum defectione, dum comas
 pestis, capillorum cultum distulit eoufque, donec Babylo-
 nios rebelles subigeret. Vide Tit. Sueritas erga defectores.
 Idem de RHODOGVNE scribitur.
MOLENDO.
LESBIÆ mulierculæ ad molam capiebant, *ἄλει μύλα ἄλει*. &
ἄδ Πιπτακὸς ἄλει μύλας μύλας βασιλείων. Mole mola mo-
 le: Mollit enim Pittacus Magnæ rex Mitylenes. Plutarchus
 in Conuuiuo.
MOSCHI singulis mechanicis operib. nomen uel instrumen-
 ti uel operis accinere solent, & ex more ueteris factorū for-
 mulæ (Hoc age) ad hoc quod agunt agendum ipso cantu
 incitare, Gaguinus.
PINGENDO.
ANDOCYDEM pictorem perhibet, cum piingeret Scyllam,
 pisces, qui ad eam nascuntur, maximo animi motu pendē ut
 uos ex opsoniorum auditate expressisset. Plut. lib. 4. Quæst.
 conuiuium 2. & 4.
METENDO.
 Plinius lib. 18. cap. 30. oraculum esse putat hoc dictum, Biduo
 celerius metem facere potius quàm biduo ferius. Eo enim
 commentari diligentiam agricolæ. Quod Helioidus ait, *με-
 τειν κινάβρατος*.

RESPECTV DETERRENTIVM, A-
uertentium, Impedientium, Prohibitium.

Se Alacritati attestatur
LEGVM NEGLECTVS.
EPAMINONDA S multas res & præclaras p̄tor gessit. Qui-
 bus

bus non est tamen inferius, qd̄ perpetrasset eum perhibent,
 cum neque in prætura neq; in magistratu ullo esset, in The-
 salia: quando, cum exercitum prætores in loca incommo-
 da coniecissent, & obstreperet eis tumultus militaris (nam
 premebant missilibus eos hostes) euocatus ex cohorte sua,
 primum confirmado exercitum tumulum & trepidationem
 repressit: deinde instruatam ac digestam aciem, quæ confu-
 sa fuerat, facillè inde recepit, atque infestam hostibus oppo-
 suit, ut concederet illi aliò. Plur. An fenit tract. resp.
 Cum Nabis tyrannus Lacedæmoniorum in Messenem irrupis-
 set, nec posset PHILOPOEMEN Achæorum prætori per-
 suadere, ut Messeniis opem ferret: priuatus ipse iuuenem su-
 orum manu coacta (qui nec legem, nec decretum ullum ex-
 pectarunt, sed meliorem naturam, ut perpetuò prætorem, ac
 imperio præditum, secuti illum sunt) immitissimum regem
 è capto iam oppido fama sola cecit. Plur. in Philopœme-
 ne, At comment. Precept. polit. Agis pro Nabide legitur.
P. SCIPIO Nasica, quatumuis priuatus, ac si consul esset, qui
 Rempub. saluam esse uellent se sequi iussit contra Tib. Grac-
 chum: & confirmauit reipsa Stoicorum illud, Sapientem
 nunquam priuatum esse, semper magistratum gerere. Cic.
 libro 4. Tuscul.
MORBI CONTEMPTVS.
SAMSONI fortitudinem non minuit cæcitas, multoq; plu-
 res hostium occidit crutis oculis, quàm antè integris occi-
 derat. Marulus lib. 3. cap. 4.
LACON qui ex oculis laborabat, ad bellum profectus est. Cui
 cum dicerent nonnulli: Quòd abis ista ualitudine, aut quid
 es facturus? Vt nihil aliud agam, inquit, hostis gladium cer-
 tē obrundam. Plur. in apoph. Laconicis.
EPICVRVS, adolefcens etiamnum, haud facillè poterat è le-
 ctulo descendere, cæcitiens, & radios solis nō ferens, amœ-
 nissimo & splendidissimo deo inimicus. Auertabatur etiam
 ignis splendorem, & sanguinem per inferiores meatus ex-
 cernebat: corpore ita extenuato, ut insecta uestimenta fer-
 re non posset. Nihil scicius tamen literis ea incubuit alacri-
 tate, ut sectam ex se Epicuream deduxerit. Suidas.
DEMOSTHENES, cum inter initia iuuentutis, aris quam affe-
 ctabat primam literam dicere non posset, oris sui uitium tan-
 to studio expugnauit, ut ea à nullo expressus proferretur.
 Deinde propter nimiam exilitatem, acerbam auditu uocē
 suam exercitatione continua ad maturum & gratum auri-
 bus sonum perduxit. Lateris etiam firmitate defectus, quas
 corporis habitus uires negauerat, à labore muruatus est.
 Multos enim uersus uo impetu spiritus complectebatur,
 eosq; ardua loca celeri gradu scandens pronuntiabat. Ac
 uadofis litoribus insitens, declamationes fluctuum frago-
 ribus oblectatibus edebat, ut ad fremitus concitatarū con-
 cionum, patientia duratis auribus in actionibus ueteretur.
 Domi magnum habuit specullū, cuius ex aduerso stans de-
 clamare solebat. Fertur quoq; ore insertis calculis, multum
 ac diu loqui solitus, quò uacuum promius esset, & solutus.
 Præliatus est cum rectum natura, & quidem uictor abiit, ma-
 lignitate eius pertinacissimo animi robore superando. Ita-
 que alterum Demosthenem mater, alterum in dulstra eni-
 xa est. Valerius lib. 8. cap. 7. & Plur. in eius uita, testimonio
 Demetrii Phaleri.
ARISTOTELES quum iaceret grauiter affectus, ac eum in-
 ueniens medicus quampiam mandaret, *εἰπε*, inquit, *ὁ θεὸς λέ-
 γει μὲ ἰσχυρότερος, μὴ τὸ τοσοῦτον ἀλλὰ διὰ τὸ εὐχόμενον τὸ
 αἰτίον, ὅπως ἐξῆς ἐπιμαγὸς αὐτὸ τὸ πάθος, διὰ τὸ πῶς μὴ
 δὲν ποῖς αἰτίαι ἀποσφίξουσιν*. Ne mihi perinde ac busteque aut
 fossori medicam adhibueris manum, sed reddita omnium
 ratione prius, dicto audientior es habiturus, ut qui citra
 causam nil te proferre iam docueris. Cælius libro 21. cap. 39.
 Antiq. lect. ex Aelianis lib. 9.
 Plato affirmat **THEAEM** nulla alia occasione philosophiæ
 ita uita cognouisse, quàm morbi otio. Nam cum is eum à ci-
 uilibus rebus prohiberet, compulsi ad sapientiæ studium &
 amorem. Aelianus de Var. hist. lib. 4.
AGIS Lacedæmoniorum rex, æger licet eum hoste dimicat.
 Vide Tit. Duces, Reges, Imperatores fortes.
ALEXANDER Magnus sagitta in crure ictus, ut os radij in-
 fractum excileret: rursus, lapide secundum ceruicem affi-
 ctus, ut caligo oculis eius offundere, que non paruo spa-
 cio tenuit eum: nusquam tamen parceret sibi in periculis.
 Sed & transmissio Orecarte amem, quem ipse esse arbitrabat-
 ur Tanaim, fufos fugatosq; Scythas, quamuis uentris fluo-
 re infestaretur, ad centum stadia est infestatus. Sabellicus li-
 bro 6. Enneadis 4.
HELION Siciliæ tyrannus, primum fuisse priuatus dicitur, &
 omnium hominum à musica alienis, ac rusticitate nihil in-
 ferior fratre Gelone. Verum cum aliquando in morbum in-
 cidisset, factus est literatissimus, cum otium, quod è ei corpo-
 ris imbecillitas imponebat, doctorum hominum sermoni-
 bus audiendis tribueret. Conualescēs igitur ex aduersa ua-

litudine, frequenter adibat Simonidem Ceum, Pindarum
 Thebanum, & Bacchylidem Iulietam. Gelon uerò indoctus
 homo permanfit. Aelianus de Var. hist. lib. 4.
PTOLEMÆVM Philadelphum doctissimum aiunt euasisse,
 cum egrotaret. Solet enim aduersa corporis ualutudo da-
 re otium ad meliora prosequenda studia, iis præsertim, qui
 ad honores & reipublicæ gubernationem uecti, nullū ha-
 bent otium, quò literis ac bonorum auctorum lectiōni ab-
 que impedimento incumbant, corpore bene habentes. A-
 lianus lib. 4. Var. hist. & Strabo lib. 17.
ITAMVS miles Antigoni, cum corporis aduersa ualitudine
 laboraret, rogatus à rege palloris causam, ægritudinem in-
 cognitam causatus est. Rex iubet remedia adhiberi ad eum
 sanandum. Restitutus sanitati miles, omnia mortis pericu-
 la uitabat. Rogatus igitur à rege mutationis causam, O rex
 ait, tu me minus audacem fecisti, quòd iis malis me uindici-
 casti, quibus uita à me mea contentui habetur. Brusonius
 lib. 4. cap. 15.
STRATON filius Corrhagi, cū esset ex illustri familia oriun-
 dus, & diuitiis abundaret, non antè corporis exercitia usur-
 pauit, quàm ex splendore laborare cepit. Tūc enim cum reme-
 dium pellere ex palæstra, & corporis exercitiis oporteret,
 primum quidem ad recuperandam ualutidinē ius usus est.
 Deinde uerò cum profectus in arte non pœnitendos fecis-
 set, & iam specimen eius daret, in ludis Olympicis una die
 uicit luctam & pancratium, & sequenti olympiade & in Ne-
 mea, & in Isthmice, & in Pythice. Aelianus de Var. hist. lib. 4.
POETARVM ueterum cæcos plurimos fuisse legitimus: Tere-
 sium, Homërum, Demodocum in Odyss. apud Phæacis. si-
 ue reuera ita se habuit res, siue fabula tantū est, indicat cer-
 tē, ex uehementi studio, multis uigiliis, indefessis lucubrati-
 onibus oculorum corporis cæcitatem eos contraxisse, ut
 mentis oculis clarissimè naturæ obscuritatem intueri & ex-
 plicare possent. Quando enim (inquit Plato in Symposio)
 corporeus oculus tabescit, mentis oculi acutissimè uidere
 incipiunt. Hæc eadem causa fuit Democrito, ut semetipsum
 excæcasset.
PHILOPOEMENES Achæorū prætor, septuagenarius iam,
 febre laborans, audiens Dinocratem Messenem ab Achæis
 alienare uelle, illi ad Euandri tumulum cum paucis equi-
 tibus occurrit, uno die CCC stadia confectis. Sed tū mor-
 bum senio debilis ab equo effusus, in potestatem inimi-
 cissimi hominis perierit, qui uirum fortissimum in carcere
 cicuta necauit. Plur. in Philopœmētē.
CÆCVS unus cum aliis nouem coniuat contra Herodem Iu-
 dæorum regem. Vide Tit. Mortis uolentæ ethica toleratia.
Cn. Aufidius à Cic. inter iureconsultos numeratus, cæcus e-
 tiam in Senatu sententiam dicebat, & Prætorius amicis nō
 deerat: Græcam insuper scribebat historiam.
AVGVSTVS Iul. Cæsarem uix tum firmus à graui ualitudine
 in Hispania aduersus Cn. Pompeij liberos subsequitur. Vi-
 de Tit. Bonorum animi theoricorum in dolens.
DIDYMVS Alexandrinus, à teneris annis oculis captus, &
 ob id etiam primarum literarum ignarus, ita geometriam
 & dialecticam, quæ magno usu indigent, itaq; grandis natu-
 cum primis elementis didicit, ut præclara quædam opera
 in mathematicis scripserit: in Psalmos quoq; & in Euange-
 lium Marthæ ac Ioannis, & contra Arianos multa edidit.
 Sub Valentiniano Imp. Alexandrinæ scholæ præfuit. D. Hier-
 onymus cum magistrum appellare non ueretur. Socrates
 lib. 4. cap. 25. & Platina.
IOSCELINVS Comes Edessanus, à Latinis in Syria creatus
 summus bello dux, ueteranusq; imperator, cum æger in cu-
 bili iaceret, hostibus eam occasionem captantibus, iussit ter-
 lium eodem nomine Ioscellinum in eos ducere. Iuuenis ter-
 guerfabatur, multitudinem hostium horrens. Pater senex
 ægerq; lectica latus aciem instruxit tanta arte, ac ita milites
 acuit, ut de uictoria non dubitaretur. Hostis senem ipsum
 imperare ubi primum accepit, quem ætate ualitudineque
 infirma esse crederat, discessit. Aemilius lib. 5.
FRYFANDO, dux Britonum, cum mille uiris, Pasquitani ex-
 ercitus, qui erat ad tria milia uirorum deleuit. Aeger in le-
 ctō decumbens, sese in aciem produci iussit, suisq; iterū au-
 ctor fuit uictoria. Regino lib. 2.
Philippus VI. Gallorum rex, post aduersam pugnam in portu
 Flandriæ, à classe Edouardi Angliæ regis acceptam (plus e-
 nim quàm triginta Gallorum milia occisa feruntur) misit
 in Boemiam ad **IOANNEM** regem, & ad Carolum Cæsarem
 tanquam generum suum, auxilia contra Britannos pe-
 titem. Aderat Ioanni parata ob cæcitatem excusatio, dein
 amicorum omnium adhortatio, ne se in ullam, nedum in
 tam longinquam daret peregrinationem: posse uicem eius
 Carolum implere. Excanduit uehementer ad hæc Ioannes:
 Etuos (inquit) me ad eum cæcum facitis, ut uiam in Gal-
 lias à me sapissimè tritam inuenire nesciam? Mihi, mihi in-
 quam ipsi, uel toto orbe diffusa dente, illud eundem, & pro a-
 micissimo

micissimo mihi rege mea manu dimicandum est. Edixitq; & uesigio ad diem certum militibus profectioem. Pugna ad Cresciacum in terra, anno Salutis humanæ MCCCXVI. flos nobilitatis Gallicæ perit. Ioannes cum Adolfo Lotharingæ princepe, & Ludouico comite Flandriæ cecidit. Dubrauius libro 21.

PERTVS Laurentius, Venetæ classis Imperator, quum grauem in area D. Marci Venetiis tumultum exaudisset à clafsiariis Dalmatici sanguinis excitatum, licet aduersa ualetudine oppressus lecto decumberet, arreptis statim uestimentis, in forum ita descendit, ut audio tantum eius aduentu, classiarum statim recesserint: quorū nonnullos captos laqueo suspendi iussit. Egnatius lib. 8. c. 15.

ALEXANDER magnus dux Lituaniæ, Vilnæ infirmitate cor reptus erat. Interea Tartarorum XX millia populabundi in Lituaniam excurrerunt: contra quos rex Stanislauum Kiskam Lituaniam cum armata manu destinauit, ipseque sua persona semiuuui ferè exercitum secutus est, recensisque copiis in Lida arce remansit. Lituani igitur inopinatè in Tartaros securos ad Kleczko oppidum ingenti impetu iruerunt, eosque ad sumum cruenta clade fuderunt, & spolia captiuosque abegerunt. Quæ uictoria cum regi iamiam animâ agentis nunciaretur, ille quamuis beneficio linguæ priuatus, manus tamen in altum extollens, suspirantiq; cum lacrimis Deo gratias egit, omnibusque circumstantibus manus porrigens, ad superos commigravit. Guaguinus in uita Alexandri.

IOANNES Fernandus patre Hispano in Belgico ortus, cæcus à natiuitate fuit, & eam in super calamitate pauperis aggregauit. His duobus superatis, quæ per multum doctriinæ repugnât, Poeta, Logicus, Philosophus, Musicusq; tam excellens euasit, ut solus memoriter quatuor uocū cæcum componeret: id quod uix alij scribendo consequi possent. Præterquam quod aliis Musicis instrumentis tam peritè sonos modularetur, ut aduentum aures non solum suauitate demulceret, sed etiâ artificij magnitudine ueluti captas detineret. Fulgofus.

Trimus uisum amisit NICASIVS Vuerdanus, Belgicæ nationis (quæ Brabantia dicitur) incolæ: & tamen ille idem, imperante Federico III, in Colonienfi Academia, Canonica atq; Ciuilia iura professus est, & in Louanienfi gymnasio Theologie peritissimum studiorum præfetti cœnuerunt. Diu factiarum rerum concionator exiit: & aliena usus manu, in Institutiones & super Sententiarum libro multa scripsit, quibus Theologicae quæstiones atque epistolæ cruditas addidit. Ibidem.

ANTONIUS à Leua podagricus bellica munia tamen obibat. Vide Tit. Duces, Reges, Imperatores fortes.

VALETUDINIS NEGLECTVS.

HADRIANVS Imperator, quum prouincias omnes adiisset, morbum ex diuturno labore contraxit, quo etiam periit. Spartianus.

GALLENVS continuo scribendi legendiq; labore diaria aliquando correptus est febre, ob uigilandi assiduitatem: & ob hoc ipsum quum iam confiderate ætate cœpisset, somnū amisit. Gesnerus in eius uita.

PERICULORVM CONTEMPTVS.

THALES Milesius sidera contemplans, in foueam incidit. Eū ancilla Thracensis irrifit, quod ea quæ in sublimi essent, cognoscere uellet, eūm ea quæ ante pedes essent, non uideret. Plato in Theæteto.

EVCLIDES Megarensis, quum disciplinæ Socraticæ percipiens esset, neque tamen Athenas (ubi profictebatur Socrates) auderet ire, quòd capitale foret, si quis Megarensium Athenis, aut Atheniensium Megaris, propter mutuū utriusq; urbis odiū, deprehenderetur: sub noctem tunica longa muliebris indutus, millia passuum amplius XX, ad ipsum philosophum commeabat, ut uel noctis aliquo tempore cōsiliōrum sermonumq; eius fieret particeps. Rursus sub lucē eadem indutus ueste redibat. Cælius.

Fama tenet, EMPEDEOCLEM Agrigentinum cupiditate cognoscendi Actnæ incendia, ad ipsos crateres ascendisse, & ut cineris feruorē tolerare posset, ferreos sibi induxisse calceos. Verūm dum incautus progreditur, in craterem incidisse, & alterum ex sandaliis in supericilio crateris repertū, eius mortem ostendisse. Sab. lib. 6. Ann. j.

LYSIMACHVS Agathoclis filius, unus è successoribus Alexandri Magni, Pergamo præfuit. Illustris autem genere natus, uirtute illustrior fuit. Amorē enim literarum ac philosophiæ ardebat aded, ut Callisthenem tunc ab Alexandro cum eam in cauea clausum, non ueritus Alexandri auctoritatē, de uirtute differretē sæpius audierit. Ex Trogi lib. 15. lustin. c. 28.

PLINIUS dum incautus progreditur, incendij, quo mons Vesuuuius deflagrabit, cautas inspecurus, sumi magnitudinem præfocatus interiit. Fulg. lib. 8. c. 7. ex Plin. Nepot. epist.

ALFONSVS Aragonius decades Liuji ab hoste licet dono missas, absque illo ueneni metu, formidinem medicorum superstitiofam irridens, legit atque relegit. Vide Tit. Bibliothecarum.

ALIMENTORVM NEGLECTVS.

CARNEADES philosophus eūm cibi capiendi causa recubiffet, cogitationibus inhærens, manum ad mensam porrigere obliuifcebat. Sed Melissa, quam uxor loco habebat, dexteram suam necessariis uifibus aptabat. Ergo animo tantummodo uita frucebatur, corpore quasi alieno & super uacuo circumdatus erat. Val. lib. 8. c. 7.

HERODES Atticus sophista eūm doctiffimus omnium esset, studia nunquam intermittebat, uel inter ipsas epulas, & noctis interualla. Philoftratus in eius uita.

NICIAS Atheniensis pictor tanta uel attentionis & industria, uel sepe obliuifcebat. Aelianus lib. 3. de Varia historia, & Stobæus.

PROTOGENES eūm Rhodi Ialysum pingeret, solo lupino aqua macerato alebatur, ut ita sit fameque depulsa, minus curando corpori occuparetur: ciboq; perisco utebatur, ne uaporibus mens turbaretur. Plin. lib. 35. c. 10.

QCOTIVS propter fortitudinem Achilles Romanus dicti, intermissi prandio Celiberum prouocatum interimit. Videt Tit. Certamina ex prouocatione.

PHAVORINI philosophi legēdi & audiendi studium ex eo quis colligat, quòd semper serus mensæ eius assistens aliquid uel Græcorum uel Latinorum auditorum legeret. ut ex Gellij Noctibus Atticis intelligere licet.

ALEXANDER Scuerus Imp. in conuiujs cōstituebat uel legentes audire, uel ipse alijs uelentibus legere. Fulgofus.

ANTONIUS Eremita, eūm federet prandens cum fratribus suis, à cibo qui fuerat appositus, meditationibus & memoria ecclæ spiritualis sæpe abstraherebat. Et quancūq; ipse modo dico cibo uteretur, tamen admecebat fratres reliquos, habendam esse corporis curam, dicens, Corpus non esse eucandam penitens, ne operatio contra uoluntatem creatoris dissoluere: omne interea studium animæ conferendum, ne uitis corporis pollueretur. Gilbertus Cognatus libro 6. Narrationum.

ORIGENES nunquam, aut perrard, cibum absque lectioe sumere solebat: unde quibusdam dictus est etiam Adamantinus, & Chalcenterus.

BA SILLVS Magnus, mundanæ philosophiæ studiis plurimū delectabatur. Verūm posteaquā sciretis spiritualis dulcedinem gustare cœpit, illi totum se dedit. Sunt qui eum dicant panis ac uini usum sibi interdixisse, donec mysteriōrum intelligentiam plenius perciperet. Marulus lib. 2. c. 5.

CAROLO Magni prandenti uel cœnanti historiae legebantur, & antiquorum regum gesta. Auentinus lib. 4. Annalium Boiorum, & Cranzius lib. 2. c. 8. Saxonia.

HENRICVS VI. Germanorum Imp. (quem Nicetas Ammerichum uocat) eūm serd cibum caperet, & moneretur cauendum esse, ne ea re ualetudinem laderet: respondit, Homini priuato quo diuis tempus ad cibum capiendum esse idoneum, id præfertur cui assueuerit. Regi uerò, tot curis distracto, si nonnisi suo respondere uelit, satis esse, si uespertina cura re corpus liceat. Nicetas lib. 2.

Sedit in Cassinate cœnobio, ad sedãdas diffensiones fratrum LOTHARIVS Imp. in Capitulo, à prima diei hora usq; ad uesperam ut absq; cibo poruq; perdurans, ut paci unitatiq; cōsuleret. P. Diaconus.

CAROLVS IV. Imp. in Pragenfi Academia recens instituta frequenter ad multum usque diem disputationibus & interpretationibus doctorum intererat: & in arcem ad prandium ascendere monitus, Hocse cibos uoluptatis esse, illos uerò necessitatis, respondit. Cuius in Silesia Annalib. & Cranzius lib. 10. Vandal. cap. j.

PHILIPPVS Corneus Perulfus Iureconf. tam pertinacitenebatur studio, ut uix uifibus ab eo naturæ abduceretur necessariis: eam capiendi cibi & somni sibi præscribens & efficiens cōfectu dinem, ut utraq; re oppidò quāmodi ceteretur. Nec nisi uxor, postquam eam duxit, & propina quorum sæpè elicitus uo cibis, ac nonnunquam conuiuijs extractus, epulandi gratia, studiorum & lucubratiōnū egre dederet secretum, quietis uerò tempora quinq; summū impleteret horis. Fran. Matruantius Perulfus in eius uita.

PIVS II. pontifex Spoleterium cardinalem, uel Transensem, uel Papiensem in conuiuium semper serè adhibebat. Inter cœnandum de studijs bonarum artium loquebatur, memori ueterum reprecabat, & quid quisque laudis uel dicendo uel scribendo consecutus esset, exquisito iudicio ostendebat. Platina.

VITOLDVS Lituaniæ dux bellicosissimus temporis peparatus, supra mensam iudicabat, & respōsa legatis dabat. Cromerus libro 19.

D. THOMAS dū regis Gallorū mensæ accēbit mente abreptus,

ptus, contra Manichæos concludit. Vide Tit. Contemplationis theoricæ.

HADRIANVS VI. ante & in pontificatu cœnæ & prandio semper lectorem adhibuit. Iouius.

VEREORVM NEGLECTVS.

ICCVS Tarentinus, ut ex Olympia alijsq; certaminibus Græciæ uictoriam reportaret, mulierem nullam artigit: seq; ab omni uenere abstinuit, durante tempore illo, quo se ad studium ludicrū preparabat. CRISSEONEM quendam & Athylum & Diopompum aliosque etiam referri posse affirmat Plato lib. 8. de Legib. qui desiderio eiusdem gloriae consequendæ, ceciderant à se omnem libidinem, castitatemq; amplexati fuerant. Victorius lib. 6. Var. lect. c. 20.

SOMNI NEGLECTVS.

Plato lib. 7. de Legib. multis modis uigilantiam commendat, maximè in PRINCIPE. Eius sunt hæc uerba: Ερημότεροι δὲ ἕρηντες οὐ πόλιτιν νόμους, φρονέειν καί τινα, πολέμους πάλιν καὶ πολεμίους, id est, Principes qui noctu uigilant in ciuitatib. malis sunt formidabiles, ciuib. pariter & hostibus. Ac paulò superius eodem in loco: Καθηδὼν γὰρ ἑδὲ ἐστὶν ἕξι. id est, Nullus enim dormiens, aliusque est rei. Dormiunt autē qui oscitanter agunt, quibus interdum succedet, fed. rarò. Erasmus in Adagijs.

AGAMEMNONEM cæteris dormientibus solū uigilantem facit Iliados. Homerus:

Ἄλλος μιν παρεθένηεν ἀερεΐτες πικρὰ κελύων ἐδὼν πικρὰν, καὶ καλὸν δὲ δὲ μενεοί ὕπνου ἀλλ' οὐκ Ἀργείοισι Ἀγαμέμνονα ποιητὴν λαοῦ ὕπνου ἐπὶ γλυκύνερον, πικρὰ φέρων ὄρμουσιν.

Inter pleraq; Homerii carmina, quæ quondam prouerbiorum uice celebrata fuisse testatur Macrobius, illud uel principū attentauerim, quod est in Iliados lib. 2. eūm dicitur ad Agamemnonem sub persona Somnii, Nestoris speciem imitantis:

Εὐθέως Ἀγεῖθ' ἢ δὲ δαίφρον' ἔκασπιδά μιν; ἔρηθ' πικρὰν ἴδεν' ἑδὲ φρονέειν ἀδ' ἄρα, ἢ λαοῖτ' ἐπὶ τὴν ἀφάρτην & τὴν οὐρανίαν. id est,

Belligeri Atidæ proles dormisne Agamemnon? Perpetuum noctem dormire haud principe dignū est, Cui populi commissi, & tanta negotia cura.

Erasmus in Adagijs.

Vergilius AENEAM suum aliis dormientibus aut uoluptati indulgentibus, aut uigilantem facit, aut certè excitat, fingitq; cogitandum, sobrium, & de futuris agitantē animo: At pius Aeneas per noctē plurima uoluens. Et uisum, Aenea potius hoc sub casu ducere somnos? Atq; iterū, — Vigilæ decūm genus Aeneæ: uigila.

EPAMINONDA S dux Thebanus, eūm Thebani ciues festis quibusdam diebus solutius compositationibus indulgeret, licentiusq; uoluptatibus frueretur, ille solum uigil ac sobrius arma lustrabat, & urbis obambulabat mœnia. Rogatus cur id faceret, respondit Se Nilipson & ἐργασθῆναι, ὅπως εὐχὴ τοῦ ἄλλοις μεδόντι γὰρ καὶ δὲ φανέω, id est, sobriū esse fe ac uigilare, quòd reliquis liceret temulentis esse ac dormire. Plutarchus in libello Aduerfus ducent imperitum.

ALEXANDER Magnus (eūm dormitaret) brachio extra cubile protentum, pilam tenuit argentæam, supposita pelui, ut quum neruorū rigorem sopor laxasset, fassis elapsæ tinnitus somnum abrupterent. Imitatus ea in re græcos. Ammianus Marcellinus lib. 16.

ARISTOTELES græcos imitatus, spherulam manu tenebat, subiecto lebetæ enco: quæ per somnū de lapsa, strepitu suo dormientem excitaret. Laetius in eius uita.

PRAXAGORAS somni euitandi causā, capillos supernè laquearibus oblongo filo alligabat, ut nutante capite, ppter somnum, ipso dolore excitaretur. Guido Bitur.

CHÆREPHONTIS Tragicus studium in lucubrândo, pete extit. Tragicorum.

SOCRATES in militiam profectus ad Potidæam, manē nescio quid contemplans, usq; ad meridiem eodem in loco fixus & immobilis stetit. Animaduertent hoc Ionici quidā milites: emug; in eodem loco usq; ad alterius diei auroram stantem obseruauerunt. Exorto sole, eoq; salutato, ad contra-benales rediit. Plato in Symposio.

DEDEMOSTHENE hoc celebratur elogium, quòd plus olei quam uini cōsumserit. Erat enim abstemius & ὑπόσπυγος atque extrema etiam senectæ ad lucernulam illam suam exercebat. Fabros certè omnes antelucanis uigilijs superauit. Eapropter Pylitæ eius entymemata lucernam oleere dicebat. Plut. in Demosth.

CHRESTVS Byzantius philosophia, & Herodis discipulus, licet uino deditus esset, in primis tamen studiofissus & uigilantissimus semper fuit. Non enim prius somno quam studio indulgebat. Volat. lib. 14. cap. 2. Anthrop.

Nota est PLINII Secundi diligentia, quam Cæcilus sororis eius filius, in literas retulit: & idem ipse in præfatione naturalis historię satis indicat, de somno se, & rebus ualetudini necessariis detrahare solitum, quod impenderet studijs: mirū quòd tum demum se uiuere censeferet, dum illa comenteretur usq; est M. Varronis testimonio, quòd uita est fetu uigilia. L. Viues de Causis corrupt. art. lib. j.

PANNIUS CITVS Imp. fuit admodum literatus. Nec unquam noctem intermit, qua non aliquid uel scriberet uel legeret. Cuspinianus.

ULIANVS Augustus, philosophiæ audiffimus per noctem, in castris aduersus Persas atq; Germanos, quanquam præfatus curarum laborumq; magnitudine (quorum nullam partem omittebat) tempora quæ alij dabant quieti, ipse uigilans, uel scribendo uel legendo transigere solebat. Media nocte semper exurgebat, non è plurimis pedicum subalaribus, ut Helio gabalus, aut fragulis sericis ambiguo nitore fulgētib; sed ex a speris stratis, in quibus uix decumberent abiectissimi uernæ. Sic noctē in tria diuidebat tempora, quietis, Reipublicæ, & Musarum, Alexandri Magni exemplo. Macellinus lib. 16. Eodem nocte lucubranti dixit ostentum se obulit, paulo antè quā in Perside moreretur. Vide Tit. Ostenta mortis.

SCOPELIANVM sophistam præstantissimum Philoftratus δὲ νῆπιον ὑπὸ πλάτανου fuisse commemorat, hoc est, inter mortales omnes somni parcissimum. Solutumq; subinde scitum illud proferre, ὅ τινος, σὺ γὰρ ἄλγ' ὑπὸ πλάτανου σαφῶς μετῴχεις μέθῃ. ἧ δὲν, id est, O nox, tu quidem sapientiæ diuinæ obtines plurimū. Narratur sæpè à uespera in diluculum lucubrationem protulisse. Quo nomine scitissimum inde proximi adagiū potest, ut Scopeliano more dicamus eos libros inuigilare, qui summè lucernarum fulgines hauriunt, & inexplēbiles ac minus iusto ualetudinem cum somno computant. Cælius libro 20. cap. ii. A. L.

AVIENNA Medicus plurimum noctu lucubrabit, & ad uitium restaurationem uini cyatho, quamuis contra legis suæ institutum, utebatur. Si difficilem aliquem locum inter studendum per noctem obseruasset, mane templum ingreffus, factaque oratione, uesperæ ad consuetæ studia reuertebatur tanto successu, ut sæpè dormiens arduas maximè quæstiones enodaret, quas uigilans non potuerat soluere. Sorzanus in eius uita.

CAROLVS Magnus, noctu dum in cubili cubaret, capiti pugillares supponebat, si quippiam utile in mentem ueniret, annotabat, ne memoria laboreretur. Somnū quater aut quinque non solum expergiscendo, sed surgendo etiam intrerumperebat. Auentinus lib. 4. Annalium Boiorum. Cranzius lib. 2. Saxoniæ, cap. 8.

HOGERYVS Hamburgensium archiepiscopus, anno Sal. humanæ DCCCCIX. disciplinæ ecclesiasticæ feneratoris, ac diligentissimus exactor, Monasteria suæ fidei commissi, sæpè interpesta nocte inuifit: ne quid à uera pietate alienū, per incuriam monachorum obreperet. Cranzius in Metropoli lib. 2. cap. 24. & lib. 3. c. j.

FRAN. Petrarcha somni fuit parcissimus, uesitis ferè semper dormiebat. Media nocte uel clericum decet, surgebat: inde ad suos reuertebatur libros, legens scribētiue. Hier. Squarzacicus in eius uita.

POMPONIUS Lætus grāmaticus noctibus totis uigilabat, libros scriptitando. Volat. lib. 21. Anthrop.

ALBERTVS Pius Carpi princeps, Magno Ioā. Pico equalis, eiusq; studiorum gmulus, eūm optimarum artiū magistros domi aleret, tū ipse pæpè diurnis studiis nocturnas quoque lucubratiōnes adiunxit. Fulg. lib. 8. c. 7.

CVLTVS, CVRÀ CORPORIS VEL

Interrupta, Omiffa, causa exercitiij.

RHODOGVNES diligentiam in defectuibus subigendis, pete ex Tit. Mulieres fortes.

FEMINÆ Carthaginenses totorūderūt capita, capillosq; suos intendentes machinis & organis pro patria præbuerunt. Plut. de Non fœnerando.

CARNEADES eūm maiorem animi quā corporis curam haberet, capillos atq; unguis ed usq; excrescere sinebat, ut sens quāmodi homini similior uideretur. Sæpè etiâ cibi capiendi obliuifcebat, præ nimio studio. Laetius, & Valerius Maximus lib. 8.

ABSALON Roskyldenensis episcopus bellicosiss. eūm in Sretinensia arce munditiarum gratia balneis uteretur, animaduertit cuiusdam nauis è Septentione uentientis mentionem foris stantium colloctione crebrescere. Quam ut piraticā intellexit, semiloto corpore uestem poposcit, nauemq; quā in portu uelatam dimiserat, remigibus ltuco cōtraclis, con-

scenam in altum dirigere curavit, & piratas oppressit. Saxo libro decimo quarto.

Coniuncta exercitio.

INDORVM rex ad iudicium exit per diem audiens, etiam si hora sit ut corpus curet. Id autem sit frigidum perfrictio ne. nam simul & audit, & a tribus perfrictorib. perfricitur, exit etiam ad sacrificia. Strabo lib. 13.

AVGVSTVS Caesar eo ipso tempore, quo raderet barbā, aut legebat aut scribebat aliquid. Tempore balnei epigrammata meditabatur. Inter somni intervalla confabulatores adhibebat. Suetonius.

VE SPASTANVS manē amicos admittēs, inter salutationes calciamenta & uestes sumere consueverat. Cuspin.

CAROLVS Magnus dum manē uestiretur ac calciaretur, nō solum amicos salutatum, sed & litigātes admittit, & eorum decedit negotia, iusque dixit. tanta parsimonia temporis erat. Eo quoque tempore officia, & quicquid fieri tota die placet, breuiariis aperuit. Auentinus lib. 4. Annal. Boiorum.

LABORIS TOLERANTIA.

CERES cū ostenderet usum frumenti Triptolemo, ita dixit se fertur: *ἄν μὴ ἰσθῆγεις καὶ λάργεις, ἔ μὴ φάργεις*. id est, Nisi repurges & molas, haud unquam edes. id est, Non contingeret tibi uictus, nisi tuam item industriam adiunxeris. Eras. in Adag.

DEMOSTHENES habitus est parum ingeniosus, sed uim & facultatem dicendi parafle ex labore. Plut. in eius uita.

HERACLIDES sophista Lycius, hebeti ingenio, & ad politiorum cultum ineptissimo erat, tamen sedulitate, ac lucubranda, fulginesque lucernarum bibendi, & in sudata ueste durandi laboribus, ac proposito pertinaci id demum est assequutus, ut a magnis auditoribus dignus sit habitus, qui inter facundia studiosos recenseretur, imò etiam elegantissimus appellaretur atque eloquentissimus. quod eo mirabilis contigit, quia eum ut *πρὸς φάργειν*, id est uoracem, notat historia. Ergo re ipsa edoctus, esse nihil, quod improbus uolentis labor & pertinax non perueniat, librum concinnauit, cui titulum fecit *πρὸς ἐγκάρσιον*, id est, Laboris laus. Fortè ita euenit, obambulabat quadam die, eumque librum manibus gestans apud Naucratiū (est ea Aegypti urbs) Ptolemaeo regis factus obuiam est, facundia studioso & ipsi: ab eoque interrogatus, Quisnam esset id quod promississe in literas uidebatur? respondit, *πρὸς ἐγκάρσιον*. Caput librum Ptolemaeus, ac primo elemento, hoc est si expuncto, abrafoque; (ita ut reliquum fieret *πρὸς ἐγκάρσιον*: quod non aliud profectò est, quam asini praeconium) Accipe, inquit, & lege laudis nomen attitulationemque. Caelius lib. 21. cap. 27. Antiquarum lectionum, ex Quintiliano.

APION Alexandrinus, Grammaticus, ob laborem studiorum *μὲν* dicitur est. Suidas.

PAMPHILVS presbyter, Eusebij Caesariensis episcopi necessarius, ad eò diuinarum uoluminum cupidus fuit, ut magnam partem libròrum Origenis sua manu descripsit; quos quidem libros Hieronymus affirmat se uidisse in bibliotheca Caesariensi tanta auditate, ut Cressi diuitias consecutū se arbitrarerit.

IOANNES Grammaticus, inter Aristotelis interpretes nō potestimus, Philoponi cognomen meruit, propter assiduum studium & exercitationem in literis.

DIONYSIVS tyrannus muro areas Syracusanas in litore circumdans in CCC stadia producto, aderat ipse LX millib. operarum, studiaque laborantium nunc hortando, nunc increpando, adiuuabat: magna praeterea dona uincens. opera laboreque proponebat, duplicia architectis, alia seorsum artificibus, tum rursus operariis & ministris alia. nonnumquam suimet ministerio corporis in opera succedebat, & imperij maiestate seposita inter opera uersabatur, nihil grauis, nihil laboris ministerij recusabat, laboriosissima interdum subiectos ad similem tolerantiam promotos reddens. Quare magna certantium inter se contentione prouehabatur opus. Nonnulli quoque laborem diurnum in certam trahere nodis partem. tanta studij ostendendi, ducendique operis inuaserat ambitio multitudinem. Quare supra quam cuique credibile foret, uigesimo, quam conceptum fuerat, die perfectum opus constitit. Diodorus Siculus libro decimo quarto.

Milites Caij IULII Caesaris intrepidum ad subeunda pericula animum non mirabantur, quòd gloriae audis esset: uerum tolerantiam laborum, quos supra corporis uires uidebatur perferre eximie: quòd qui habitu gracili, corporeque candido & molli, debili quoque foret capite, ac morbo commitali contractus, quod uictum ei fama est Cordubae primū ingruisse: non quae fuerit mollitiae ualerudinis imbecillitate praetextum, sed medicinam imbecillitatis militiam, indefatigatis itineribus, tenui uictu, & tectum non subeundo resistens aegritudini, corpus que aduersus iniuriam ualidum cum

stodiens, Plutarchus in Caesare. NERO Imp. Isthmum Corinthiacum perfodere aggressus, primum ipse corbem suis extulit humeris. Lucianus.

ANTONINVS Cara calla Imp. militaria munera primus omnium obibat, siue quid fodicandum esset, siue pons flumini imponendus. In aperto prandere, simplici cibo contentus, poculis ualidisque esculentariis ex lignea nec alia materia factis. Ipse sibi tantum tritici trusatili mola terebat, quantum uni satis esset, indeque farina subacta, panem carbonibus incustum stans edebat, per omnia gregario militi similis: plurimum pedibus iter facere, curru rarissimè uti. Commilitonem se uocari malebat quàm Imperatorem. Gestare & ipse interdum signa publica, uel robustissimis militibus graui: eratque ob haec ille suis exercitiis gratissimus, mirari, que simul omnes, quòd uir tantula statura tot par esset laboribus. Sab. lib. 5. Enn. 7.

MANVEL Conuenus Imp. urbis Doryleji insurrectionem aggressus, ipse primus saxa humeris portare cepit: eaque re aliorum alacritatem ita excitauit, ut murus celerimè in altum eductus, uallo extrinsecus muniretur, & intra moenia puti complures effoderentur. Nicetas lib. 6.

POMPEIVS Columna Cardinalis unà cum Caesarianis ducibus Clementem VII. Pp. bello persequens, Frufronnis obfidione coactus, Carolo Lanoio Caesarei exercitus duce in re aduersa repentinaque perturbato, reducendi exercitus munus suscepit, ita ut & ipse maiora tormenta, fuisset humeris atque lacertis impelleret: minora singulis ducibus reducenda attribueret: cuius implendae operae specimen atque exemplum dabat, ne tale dedecus admitteretur, ut tormenta in potestatem hostium decernerent. Ita singulari Pompeij cura, laboreque & diligentia exercitus incolumis in pacatum tutumque locum est receptus. Louius in eius uita.

Admunitionem Patauij conueniendam nauagres modò homines militesque, reip. Venetę operam nauauerunt, sed ciues etiam ex nobilitate VENETI, atque ipsius Leonis Laurendani principis liberi suis terram manibus conuexerunt. Bembus lib. 9. Venetę hist.

EMMANVEL Lusitaniae rex, cum primū nunciū de aduentu regis Fesensis, Arzilam Mauritaniae urbem obsessurū, accepit: literas eadem die ad omnes Portugaliae urbes, & ad uiros Principes, & uniuersam denique nobilitatem dedit, & omnes literis euocauit, & quae potuit subsidia, continuo in Algarbiense regnum misit, ut inde quamprimum possent in Africam transmitterent. Post quatuor autem dies, ex literis aliis Ioan. Menesij classis praefecti intellexit, ciuitatem esse captam, & arcem obsessam, & in summas angustias adductam. Proinde equo penicillate mira praedito tanta celeritate iter in Algarbium suscepit, ut septem tantum aut octo ad summum comitibus circūseptus, in uiam ingrederetur. Dies uerò atque noctes iter ita continuabat, ut uix ullū tempus reficiendi corporis gratia sibi sumendum existimaret. In motibus, qui Algarbium à reliqua Lusitania distinguunt, equus, in quo infidebat, ex nimio labore coarctidit, & repenitè mortuus est. Oforius lib. 5. rerum Emmanuelis.

CAROLVS quintus Imperator, primus in agmine suo semper fuit: nonnunquam quindecim horas, nonnunquam plures equo armatus insidens. Gulielmus Zeno carus libro 5. de eius uita.

AE TATIS IMBECILLITAS. AB EXERCITIO NON DISTRACTI ETATE Iuuenili, Puerili.

ALEXANDER puer etiamnum, multas referente uictorias Philippo, non laboratur, uerum contubernaliibus suis dicebat: Nihil mihi reliquum facere pater? Subiicientibus pueris, ei illa parari: Quid refert, inquit, multa si habeam, & agam nihil? Plut. in Apoph.

PYTHEAS etiamnum adolefcens accessit ad dissuadendum, quae in honorem Alexandri ferebantur, rogationes. Ibi cum diceret quidam: Tu dicere iuuenis tantis de rebus audeas? Atqui Alexander, inquit, quem plebiscito deum appellatis, me est iunior. Plut. ibidem.

POMPEIVS nondum in senatum lectus triumphum posulauit. Cum intercederet Sylla: Plures solem, inquit, exorientē adorant quam occidentem. Quod ubi audivit, cessit Sylla. Plut. in praecip. Pol.

Cum L. Lucullus post bella gesta se in luxu demississet, ac sumtuosam duceret uitam, carperet autē POMPEIVM, quòd praeter aetatem multas res gerere affectaret: Magis, ait, delictis indulgere tui, quam remper. gerere, esse praeter aetatem. Plut. in Apophth.

Senili. Vide Tit. Discipline, Qui sero ad discendum accessere.

Cum tribunus plebis Saturninus, & praetor Glaucia, & Equitius

PAUPERATIS TOLERANTIA.

Consule Titulum, Humili loco natus, qui clari euasere.

CLEANTHES Assius, quamuis hebeti ingenio esset, ut potè pugil: tanto tamen literarum amore exarsit, ut non quidē horulano cuidam a quas hauriendo, quęstum faceret, quòd paupertatem suam interdum philosophando sustentare posset. Vnde *φειδωρος*, id est, Exhaustor pureorum dictus fuit. Panes etiam pingere solebat. Propter tolerantiam denique laborum Hercules fuit cognominatus. Quae a Zenone audierat, testis boumque, ossibus inscribere solebat, cum pecuniae defectu chartas emere non posset. Antigono rege rogante, Quis sordidam operam praestaret hauriendo aquam respondit: Num haurio tantum? an nō & fodio, & rigo hortum, denique nihil non facio philosophiae causa? Alius negasset factum: philosophus auxit quòd obiciebatur, gloriae sibi ducens, quòd ille uerebatur probro. Laert. lib. 7. cap. 2.

ZENO Cittiāus cum pecunia, qua satisfeceret praceptorū Dialectices, deesset, clam per posticum Polemonis professoris eius artis irrepit, ut legentem audiret. Quem dum Polemon forte uidisset: Sat uideo, inquit, te furari ea dogmata, quae alii postea mercede uendas. Laert. lib. 7. cap. 1.

EPICTETVS Stoicus philosophus, seruus atque omnium inops adeo, ut unde fores obseraret pauperis tugurij non haberet: his superatis incommodis, permulta in philosophia peritillimè scripsit. Fulg. lib. 3. cap. 7.

MENEDEMVS & ASCLEPIADES philosophiae Athenis operam dabant, pauperes illi, & tamen corporibus bene habitis. Otij sui causas, & qua ratione sustentarent, apud Arcopagitas edere iussi, molitoris cuiusdam testimonio, cui singulis noctibus duarum drachmarum mercede singulis in uolenda rota operas suas locabant, se se purgant, & à iudicibus ducentas drachmas muneris loco acceperunt. Athenaeus lib. 4. cap. 20.

EVDOKVS Gnidius, Astrologus insignis, anno aetatis 23. in Piraeum uenit, & quotidie Athenas ascendere solebat, ut Platonem audiret, nocte ad portum, ob paupertatem regrediebatur. Laertius lib. 8.

AETIVS Antiochenus, aurifaber, ut interdum studiis operam dare posset, ab artis suae hominibus aurum quòd non quae laboraret mercede, petere solebat. Tantum promouit hoc suo studio, ut insignis Dialecticus, Rhetor, Philosophus, Medicus euaserit: omni laude dignus, nisi quòd contentionum cupidus, ad Arrianismum lapsus est, & peculiari dogmate ex se Actianos appellari fecit. Sozomenus & Suid.

PROAERESIVS Armenus genere, Antiochiae Vlpianum rhetoricum audiuit, Athenis Iulianum sophistam, comite & contubernali Hephæstione, cum quo de eloquentia principatu & egestatis tolerantia certabat. Erat utriusque penula, & tria quatuorue stragula, quae cum domestica statura crassitiam facile testabantur praeter ueritate. Proaeresio in publicum procedente, Hephæstion delitecebat domi stragulis inuolutus, sed in dicendo excersens: idem Progreso usum inebat, egrediente in publicum Hephæstione: usque adeo fabulosum illum Geryona imitabantur, duo & unus. Eunapius in uita Proaeresij.

OPVM PROFVSIO, VSVS, IACTURA. Huc pertinent Discipuli liberales erga praecceptores, id est, Liberales in bibliothecis extruendis. De quibus suo loco.

THEOPOMPVS Chius multa numerum millia in diligentem historiae inquisitionem impendit. Athen. lib. 3. cap. 5. Cum aliquando Dialecticus Philo ZENONI Cittiāo septem de ratione diuidendi dialecticas species demonstrasset, interrogasse dicitur, Quanti cuperet eas uendere? Centum respondit, ducenta dedit. Laertius lib. 7. cap. 1.

ARISTOTELEM traditum est pauculos Speusippi libros post mortem eius emisse talentis tribus Atticis. Gellius libro 4. capite 17.

PLATO quantum tenui admodum re familiarij, tres libros Philolai pythagorei decem millibus denariorum, quos Dionysius Syracusanorum Tyrannus ipsi donauit, mercatus est: quae admodum Timon in eo libro, qui *εὐδαιμονία* inscribitur, ipsi obiecit. Laertius lib. 3. & Val. Max. de Stud. & Gellius lib. 4. cap. 17.

D. HIERONYMVS Hebraicae linguae praecceptores magnis comparat sumtibus. Vide Tit. Linguarum studium.

AMBROSIVS, multis precibus impetrauit, ac penè uidegit Origenem Caesaree, septem conductis notariis, & pluribus qui eleganter scriberent, ut sacras Scripturas interpretaretur. Hoc igitur rerum necessarium praebitore usus, otiumque nactus, notariis distant ea quae librarij cum mulieribus eleganter scribere edoctis describerent. Sic omnem diuinam Scripturam annis 18 est interpretatus. Fertur autē stans libros composuisse. Suidas.

ANAXAGORAS opes philosophiae causa reliquit. Vide Tit. Peregrinationes eruditiois causa susceptae.

CRAATES Thebanus aurum omne, quod ex patrimonio habebat, in mare demersit: satius esse inquit, opes mergere, quam ab illis demergi.

DEMOCRITVS Abderites diuitias abundans (quae tanta fuerunt, ut pater eius Xerxis exercitui epulum dare potuerit) quòd magis uacuo animo studiis literarum incurreret, parua admodum summa recenta, patrimonium suum patriae donauit. Athenis autem compluribus annis moratus, omnia temporum momenta ad percipiendam & excercendam doctrinam conferens, Diagoram Milesium seruū mille drachmis emit, ut ab eo erudiretur. Val. lib. 8. cap. 7. Eum Abderite, quia bona paterna absumferat, publice condemnarunt. Sed ubi mundi seriem inferorumque arcana declarasset, atque in haec descendenda se omnia bona consummissse affirmasset, continuo dimissus est. Athen. lib. 4. cap. 20.

SEAVIVTIS TOLERANTIA. SIBYNTIVS, Theodectis Phaelitius seruus, primus seruorū oratoriae operam dedit. Suidas.

MONIMVS Syracusanus, cum Diogenem Cynicum à Xenia de emtu audiret, neque liberè ad eum commeari posset, cum Corinthij cuiusdam trapezite seruus esset: infaniam simulauit, & pecunias spargere, mensaque subuertere coepit. A domino igitur tanquam furiosus repudiatus, Diogenis disciplinam se se commisit, & philosophus doctissimus euasit. Laertius lib. 6.

uis statua locis, rugosisq; partibus uelut relicta, quod nisi offensa statua penitus aboleretur...

Frisonum urbem Groningam obsidebant hostes. Bombardarij FLIVS, artem parentis imitari uolens, igne immisso in maximam bombardam, caput illusterrimi ducis in obsidio...

DILIGENTIA, ATTENTIO

MODERATA. RESPECTU scilicet FUNCTIONVM. DILIGENTES Contemplando.

THALES Milesius sidera contemplans, in foueam incidit. Eam ancilla irrisit, quod ea, que in sublimi essent, cognoscere uellet, cum ea, que ante pedes essent, non uideret.

Inueniendo, Docendo, Discendo, Imitando, Scribendo.

Antiquorum in experiendis iis que ad rem medicam faciunt, cum aliis, tum presertim lib. 23. cap. 6. mali punice floribus, commendat Plinius: Non est fas mirari, in quibus, curam diligentiamq; priscorum, qui omnia scrutati, nihil intentatum reliquerunt.

Antiquorum in experiendis iis que ad rem medicam faciunt, cum aliis, tum presertim lib. 23. cap. 6. mali punice floribus, commendat Plinius: Non est fas mirari, in quibus, curam diligentiamq; priscorum, qui omnia scrutati, nihil intentatum reliquerunt.

AEgyptii in sacris linguam boui exerendo, & caudae pilos explorando, si uel unum pilum nigrum reperissent, hostiam tanquam impuram non admittent. Probatis nota adponant, ubi simulacrum in templo uenerunt, cretae Asiaticae sigillum imprimebant.

Apud ROM. cum sacra faceret consul, praconis uoce attentio adstantium excitabatur, Hoc Age proclamantis. Scribunt historici quidam, neminem NICOLAIO III. qui Carolum Siciliae regem regno exuere studuit sacrificare religiois uisum, cum semper, dum solennia ageret, lacrymas funderet.

EPAMINONDA S, cum Thebani per contumeliam ei magistratum quempiam sordidum & contemptum mandassent, non contempsit, sed ea cura gessit, ut muneris prius contemptissimo dignitas & auctoritas accederet, dicens: Oi mouen oi arxi ton aidra dionusan, id est, Non solum magistratus uirum ostendit, sed magistratum uir. Meminit Plutarchus in Praeceptis ciuilibus.

IO, GALEA CII Vicecomitis in administranda politica diligentiam, uide sub Tit. Oeconomiae magistri. Indicando. Alexandridas rogati eum, Quid causas capitales SENES pluribus diebus disceptent: atque ut noxa quis liberatus sit, nihilominus maneat reus? Multis, inquit, diebus disceptant: quod, si in re capitali citentur, non sit ad poenitentiam regressus. legibus autem obnoxium esse oportet, quod hac ex lege licet etiam rectius consilium capere. Plutarchus in Apophthegmatibus.

T. M. N. L. L. V. Torquatus, cum ad Senatum Macedonia de filio eius Decio Syllano, qui eam provinciam obtinuerat, querelas per legatos detulisset: domi solus uenit, ac tertio die plenè diligentissimeque auditis testibus, ita pronunciauit: Syllanum filium meum pecunias a sociis accepisse, cum mihi probatum sit, & repub. & domo mea indignum iudico, protinusq; e conspectu meo abire iubeo. Tam iusti patris sententia percussus Syllanus, suspensio se proxima nocte consumpsit. Torquatus neq; adolecentis exequiis interfuit: & cum maxime funus duceretur, consilere se uolentibus uacuas aures accommo daut. Val. Max. lib. 5. cap. 8.

LEONIS V. Imp. Constantinopolitani diligentiam in explorandis custodiis, pete ex Tit. Vigilantiam iuorum excitare. Custodiendo. MAHOMETVS II. Turcorum Imp. cum antea negligentissimus esset sui corporis custos, & nihil aliud cogitaret quam ut se uino obrueret, ac obsoniis uariis ingurgitaret: post delectas Ianazarorum quorundam insidias, ita se composuit postea, ut nemo ad custodiendum esset eo diligentior, nemo ad suspicandum sagacior, nemo ad uindicandum ferocior. Cuspinianus.

Amicitiam comparando. P. SCIPIO Africanus, Polybij praecceptum sequens, elaborabat non prius ex foro digredi, quam quauis ratione confuetudinem & amicitiam conciliasset alicuius ex iis, qui ipsum conuenirent. Plut. in Apoph.

PERSONARVM. DILIGENTES Principes, Magistratus. Romani CENSORES inito magistratu omnibus aliis prauebant alimmenta sacrorum anserum, & signi polituram locare. a leuissimis scilicet ordines, & ab iis, quae non magnam impensam uel multum negotij flagitant. Plutarchus in quaestionib. Rom.

CLAVDIVS C. Caesar urbis annonaeq; curam sollicitissimè semper egit. Cum Aemilianam pertinacius arderent, in diribitorio duabus noctibus mansit ac deficiente militum ac familiarum turba, auxilio plebem per magistratus ex omnibus uicis conuocauit: ac postis ante se cum pecunia fideis, ad subueniendum horratu est, representaturus pro opera dignam cuiq; mercedem. Suetonius.

PERICLES corpore ac uita ratione immutauit se, ut composito gradu incederet, sermone leni uteretur, uultu praeretur semper adductu, manum intra pallium contineret, una uia ad foru & ad curia pergeret. Plut. in Praeceptis politicis. Dutes.

PERICLES quoties chlamydem sumebat, Aduerte, inquit, Pericle, animum: liberis imperas, Graecis imperas, ciuibus Atheniensibus imperas. Plut. in Praeceptis politicis.

L. LVCVLVS a Sylla in Aegyptum ad contrahendam classem missus, & a Ptolemaeo magnificè exceptus, dicitur neque Memphim adisse, neq; quicquam ex celebratis Aegypti miraculis uisisse: quod feriantis haec spectatoris & delicati essent: non sicut ipse, qui sub dio tendentem iuxta hostium praedia reliquisset imperator. Plut. in Lucullo. Eum certe M. Cicero scribit profectum Roma, rei militaris penè rudem, quem totum iter & nauigatione consumpsisset partim in percontando a peritis, partim in rebus gestis legendis, in Asia uenisse, factum imperatorem tantum, ut Mithridates rex post Alexandrum maximus, hunc a se maiorem ducem cognouit, quam quonquam aorum, quos legisset aut uidisset, confiteretur. Ludouicus Viues de Trad. disciplinis lib. 5.

TIBERIVS Caesar post Varianam cladem Rhenum traieciturus, summa diligentia in singulis explorandis administrandisq; usus est. Suetonius. Legati.

ELISAEVS Gizehim famulum suum mittens cum baculo suo, ut illum Sunamitidis filio mortuo imponeret, & resuscitaret, praecipit: Si que offenderis, ne salutato: saluantur ne respondet: ac baculum meum faciei pueri impono. Oportet enim manus aratro adiuuentem non respicere, & in negotio Domini nullis aliis rebus impediti, ne humanitatis pratexis studium religionis remotetur. 4. Regum. 4. Cantores.

NERO Imperator, ut inter cantores connumerari posset, & uocalis fieri, semetipsum per uomitum & feculum summo studio purgavit: porro praeterea oleo condito uelcebatur, & plumbam laminam pectori imposta gerebat. Fulg. lib. 8. cap. 7. ex Suetonio.

Oratores, Rhetores. Vide Tit. Rhetorices studium in seipso.

C. MACER caularum patronus, in inueniendis componendisq; rebus mirè accuratus fuit, ut non facile ullum diligentem maioremq; Cicero cognouit: ita tamen, ut citius ueterator, quam orator dici potuerit: uox, gestus, & omnis actio sine lepore. Cic. in Bruto.

Medici. HIPPOCRATIS id fuisse legitur in discendo studium, ut eum non puduerit uel retrimenta gustare, uel de morbi naturam perscrutaret. Quod tamen alij Aesculapio malunt ascribere (unde & ab Aristophane κωμωδία dicitur sunt medicum) alij Asclepiadi. Caellus lib. 29. cap. 13. & lib. 12. cap. 16. Apud ROM. Venetae factionis & Praefinae aurigas equorum subinde retrimenta olfacere consuevit legitur: e quo per noscerent, quam facile cibos conficerent, bona eorumdem habitudinem sic deprehensum. Caellus lib. 29. cap. 13. A. L. GALENVS

GALENVS sapienti die noctuq; ad eundem quandoq; agrum, ut ipse de sese scribit, accessit. Quia & pernoctare interdum apud aegrotos solebat, cum ministrorum diligentia ei suspecta erat: & domum suam aliquando curandos deducebat. Quaestores.

EPAMINONDA S cum per inuidiam atq; contumeliam uicti galibus a Thebanis praefectus esset, non est id munus aspexit, sed fatuus: Non solum magistratus uirum, uerum etiam magistratum demonstrat uir. ad magnam & amplam dignitatem eam praefecturam euegit, quae ante nihil erat quam cura in uisibus augustinibus stercorum eiciendorum, & auctoritatem riuorum. Plut. in Praeceptis politicis.

Cum Ptolemæus Cyrius uiceno sese necasset, CATO in eam missus prouinciam, amplum inuenit & regium in poculis, mensis, gemmis, purpura instrumentum, quod distrahendum & redigendum in argentum erat. Hic curiosè omnia eum persequi uellet, omniaq; ad summum intendere pretium, atque ipse interesse omnibus, & adhibere extremum calculum: ne mori quidem credit forei. Verum simul omnes suspexit, apparitores, praecones, sectores, amicos: Ipse denique cum licitantibus colloquebatur seorsum, & propellebat singulos, atque ea ratione plerumque promerita ad addidit. Quare multos amicos quasi diffidens eis offendit. Plutarchus in Catone.

CATO minor simul atq; factus questor est, multa in ministris ararij & scribis notauit, qui cum perpetua acta publica & leges tractarent, nouosq; quaestores acciperent plane indigentes ob imperitiam & insciam aliorum doctorum & magistrorum, non cedebant illis auctoritate, sed erant ipsi quaestores donec Cato strenue negotium capessens, non satis habuit nomen & honorem tenere tunc officij, sed mentem etiam, animos & uerba: scribis uir, sicut ministris uoluit, hinc scelera eorum corarguens, hinc peccata ignoranti docens. Plut. in eius uita.

IDEM quaestura functus, non tamen a statione decessit ararij: sed feruere eius quotidie agebant ibi acta describentes. Ipse codices, quibus rationes procuratorum publicae pecuniae descriptae ab Sylla temporibus usque ad quaesturam suam erant, comparatos quinq; talentis semper in manibus terebat. Curiam ingrediebatur primus, postremus digrediebatur. Cum frequenter ceteri coirent segniter, sedens legebat submissè praetensa libro toga. Nūquam, cum senatus haberetur, aberat. Cum uideret eum Cn. Pompeius in studiis iniquis suis rigidum semper & inflexibilem aduerfariū, moliebatur eum amicorum quorundam defensionibus uel arbitrijs uel negotijs extra curiam distrahere. Qui citò animaduersis insidijs, praecidit semel omnibus, cum senatus ageretur, ulli se alteri rei dare. Cum enim neque gloriae causa uel avaritiae, neq; casu & fortuito, ut alij nonnulli, esset ad rempub. capessendam delatus, sed eam actionem ut munus boni uiri proprium elegerit: acriorè reipub. curam sibi quam apud fauore ducere intendendam. Nempe etiam prouincialia negotia, decreta, iudicia & acta potissima curauit per amicos, quos passim habebat, ad se transfinit. Plut. in Catone.

Histriones. ROSCIVS histrio, scenicae industriae notissimum exemplum, nullum unquam spectanti populo gestum, nisi quem domi meditatus fuerat, proponere ausus est. Quapropter non ludicra ars Roscium, sed Roscium ludicram artem commendauit: nec uulgi tantum fauorem, uerum etiam principum familiaritates amplexus est. Val. Max. lib. 8. cap. 7. Mechanici quilibet.

Lex fuit THEBIS, praecipiens artificibus, tum pictoribus, tum figuris, ut imaginum formas, quoad possent, optime exprimerent. Iis qui deterius aut fixissimè, aut pinxissent, multa pecuniaria irrogabatur. Aelian. de Var. hist. lib. 4.

ZEVXIS Heracloteus pictor, anno quarto 95 Olympiad. Agrigentinis facturus tabulam, quam in templo Iunonis Laeinae publicè dicarent, insepit uirgines eorum nudas, & quinque elegit: ut quod in qua; laudatissimum esset, exprimeret. Plinius lib. 35. cap. 9.

APELLES Alexandrum fulmen tenentem tam accuratè depinxit, ut uulgò ferrent, quod duorum Alexandrorum alter esset a Philippo genitus inuidus, alter ab Apelle maior omni imitatione. Plut. orat. 2. de Alex. fortuna.

PERONYM quorundam foror sua in mechanica exercitatione in industria occasionem dedit Dario, Peronum gentem in Persiam transfereendi. Vide Tit. Astus in tyrannide occupanda, ex Herodoto.

M. CRASSVS eam a mechanicis diligentiam requirebat, ut ipse etiam seruos suos in iis artibus institueret non erubesceret. Plut. in eius uita.

CEVRIVS Cretinus de seruitute liberatus, cum in paru ad-

modum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex amplissimis uicinitas: in inuidia erat magna, ceu fruges alienas pelliceret maleficijs. Quamobrem a Sp. Albino curuli die dicta, metuens damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in foru attulit, & adduxit filiam ualidam, atque (ut ait Piso) bene curatam ac uictam, ferramentis egregie facta, graues ligones, uomeris ponderosos, boues saturos. postea dixit: Maleficia mea Quiritibus haec sunt: nec possum uobis ostendere, aut in forum adducere lubricationes, uigiliaq; & sudores. omnium sententia absolutus itaq; est. Plin. lib. 18. cap. 6.

PARIDVS Verentis duas filias ac fundum uineis constitutum habuit. Huius fundi tertiam partem nubenti maiori filiae in dotem dedisse dicitur, ac nihilo minus folere aequè magnos fructus ex duabus partibus eiusdem fundi percipere. Minorem deinde filiam nuptui collocasse in dimidia parte reliqui agri: neq; sic tamen ex pristino reditu quicquam detraxisse. Nullis alijs artibus usus est, quam quod postea melius tertiam illam fundi partem coluit, quam antea uincetam. Columella lib. 4.

Abbleta. ICTYS Tarentinus, nobilis palaestrita, toto uitae tempore uentris expertus fuit, ut arti accommodatior esset. Tanta illi gloriae libido. A. Aelianus de Varia historia libro 11. Alij Ichum uel Iccum appellant.

NIMIA DILIGENTIA. Videlicet CONTEMPLANDO.

DEMOCRITVS eucumeris dulcedinem inuestigat. Vide Titulum, Inutilia tractare.

INVENIENDO. XENOCRATES syllabarum numerum ex mutua literarum compositione deprehendit exurgere ad ducenties decies millies decem millium myriadam. Plut. lib. 8. Con. quaest. 9. CHRYSIPPVS ex decem duntaxat pronuntiationum concursu efficit decies centena millia. HIPPARCHVS uerò demonstrat affirmatiuum completi centum millia, mille & XLIX. negatiuum eiusdem CCC millia, non-genta quinquaginta duos. Plut. ibidem.

DOCENDO. BARTOLVS, quinquennium integrum in repet. l. de aetate, ff. de minorib. consumpsisse dicitur.

THOMAS Haselbachius, Theologus & professor Viennensis, duos & uiginti annos in primo capite Esaiæ explicando consumpsit, teste Aenea Sylvio libro 1. Epist. epistola 165. Qui si eadem metho do historiam, quam meditabatur, scripsit, Antimachi Thebaida longè superauerit.

DICENDO, DECLAMANDO. Si Theophrasto credimus, uiro praeceteris philosophis multae inquisitionis & lectionis, inueniendi ea, quae causae conferrent atq; excogitandi, omnium fuit ALCIBIADES acerrimus. Cum uerò inuestigaret non tantum quae dicenda essent, sed & quibus quaeq; nominibus & uerbis, atque eum illa subinde praerentent: offendebar, & inter dicendū obmutescerebat; inter quiescebatq; fugiente ipsum dictione, excutiens memoriam, & rem reputans. Plut. in Alcibiade, & in Praeceptis politicis.

LI CINIVS Caluus orator exquisitum quoddam & accuratius dicendi genus adferebat: quod quamquam eleganter tractaret, nimium tamen inquirens in se atq; se obseruans, metuentiq; ne uiciofum colligeret, etiam uerum sanguinè deperdebat. Itaq; eius oratio nimia religione attenuata, doctis & attentè audientibus erat illustris, à multitudine autè & à foro, cui nata est eloquentia, deuorabatur. Cic. in Orat. CONCIONANDO.

ALEXANDER, episcopus Alexandriae nuper in locū demortui Achillae successus, ecclesiam de more aduocauit, ac praesente clero subtilius aliquanto, quam moris erat, de sancta Trinitate coepit differere, filium eiusdem substantiae atque honoris esse cum patre, aduersus Paulum Apollinaremq; praecipiens. Vbi uerò perorauit, cleru, quid sui iudicij esset, rogauit. Tum Arrius presbyter, sacrarum literarū interpres, homo multarū doctrinarū cognitione imbutus, siue odio, quo erga illum flagrabat, inductus, siue Sabellianam heresim, unā tantum ut substantiā, sic personā constituentē, auctus: ad opinionē profusū cōtrariā declinauit, ac Christum creaturā, & factū esse, sibi uideri respondit. Nā si pater, inquit, filiu genuit, q genitus est, suę essentiae principiu habuerit, necesse est ita se, tempus fuisse, cum filius non fuit, eūq; ex nihilo essentiam accepisse. Cum autem haec ita cōcludisset, factum est, ut multorum, qui aderant, ad ueritatem in dagadā ingenia excitaret. Ex quo impia quaestio paulatim totam Aegyptum peragrauit. Sigonius lib. 3. Imp. occid.

LEGENDO. D. HIERONYMVS ob nimium Ciceronis studium ab angello flagellis caeditur. Vide Tit. Lectionis delectus.

SCRIBENDO.

Vide Tit. Qui non scripsere, vel etiam scripta sua abolere ob nimiam diligentiam.

ISOCRATES ferè tres Olympiadas in scribenda oratione panegyrica posuit. Plut. de gloria Athen.

Horatius lib. 2. Satyra 3. introducit Damaspium Stoicum reprehendentem QVENDAM his verbis:

Sic rarè scribis, ut toto non quater anno Membranam poscas, scriptorum quæq; retexens, Iratus tibi, quòd vini somniq; benignus Nil dignum sermone canas.

TIMOLAVS Larissæus Macedo, Anaximenis Lampfaceni discipulus, rhetor & poeta, in Homerica Iliade heroicum heroicò addidit: ut, τῶν ἑσθλῶν θεῶν ἀρχὴν ἀποδίδωμι, ἢ ἕθερο γὰρ οὐκ ἀρχολόγηται ἕνεκα κίβητος. Gyrat. Dial. 3. Hist. poet. ex Stuida.

NICANOR Alexandrinus grammaticus, Stigmatias est cognominatus, non à seruli foeditate, sed quòd anxie sollicitèque lucubrationibus aliquot τριγυμῶν conscripssisset, id est, de punctis siue distinctionibus, quibus utimur in scribendo. Cælius lib. 7. cap. 31. A. L.

LEGES PONENDO.

Alfonfus, Cansensium Aethiopiùm rex, ad fidem Christi studio Emmanuelis Lusitanie regis conuersus, quinq; libros Lusitanarum legum cum diligenter euolueret, legum quiddam sapientiam, & ordinem atq; disciplinam reipub. laudauit: sed rebus etiam minutissimis leges certas inuenias esse, non facile probabat. Itaq; hanc legum exactissimam diligentiam irridens, de LVSIDANIS quaesuit, Quæ nam poena esset ijs, qui in terra pedem ponerent. Osonius libro decimo rerum Emmanuelis.

AGENDO.

Natura in rebus agendis ita præposterus PAVLVS II. Pp. erat, ut nisi fatigatus, rem quantumvis clarè & apertam incoaret, aut incoatam persiceret. Quanquam ipse iactare so-

NEGLIGENTIA,

IN QVO. NEGLIGENTES

OBSERVANDO.

Catalani MARI TVM in adulterio deprehensæ, quatumvis ignoret, solidis XL. multant, negligentie causa. Io. Montaigne tract. de Bigam. q. 2.

AVDIENDO.

Platone de quibusdam differente, DIOGENES præfens, nõ attentè animaduerebat. Quamobrem indignatione commotus Plato: Quin, inquit, diligenter sermones meos auscultas, canis? Qui nihil perturbatus, At ego, inquit, nunquã ed sum reuersus, unde ueni, quòd canes solent, obscurè taxans ipsius in Siciliam profectioem. Aiant Platonem de Diogene solitum dicere, illum esse Socratem insanum & suarentem. Aelianus de Var. hist. lib. 14.

LEGENDO.

Vide supra, Lectio nulla.

EADMVNDVS Cantuariensis archiepiscopus, cum aliquando inter legendum obdormisset, mox expergiscens, lucernam extinctam reperit, & legendi sibi occasionem sublatã dolens, Dei auxilium inuocauit: lucernaq; repentè illuxit. Marul. lib. 2. cap. 5.

LOQUENDO.

CLAVDIVS Imp. tantam negligentiam sermonis ostendit, ut nec quis, nec inter quos, quòue tempore ac loco uerba faceret, scire ac cogitare existimaretur. Cusp.

SCRIBENDO.

De Descriptione negligente sub loco Descriptionis.

IVDICANDO.

PHILIPPVS Macedo, dum Machetæ cuiusdam causam disceptat, conuincens non attendit causæ eius æquitati, sed damnauit eum. Quo exclamante, prouocare se à sententia, excandescens, Ad quem inquit? Cui Machetas? Ad te ipsum, inquit, rex, uigilantem & attentè audientem. Ac tunc quidè excessu somno magis ad se reuersus, cognouit iniuriam fieri Machetæ: nec recessit rem iudicatam, cæterum litis æstimationem ipse dependit. Plut. in Apoph.

Vetula Macedo DEMETRIVM regem alloqui cupiens, cum is sibi otium non esse respondisset audiendi: Ergo neque imperandi, liberè subintulit. Eadem libertate QVÆDAM alia erga Hadrianum Imperatorem usã dicitur. Fulgositus libro 6. capite 2.

PTOLEMÆVS Aegypti rex tesseris ludens, capitales noxas cognoscebat. Eum Berenice uxor grauiter admonens, Non simile esse casum tesserarum atque corporum, ab hac oscitantia regem in postero cohibuit. Aelianus libro 14. Variæ historie.

lebat, id sibi in multis usui fuisse. Volebat uideri astutus rebus in omnibus, hanc ob rem perplexè nimium interdum loquebatur. Platina.

Apud PRISCO S superstitione seruabatur, ut qui in actione in situenda uel uerbo lapsus esset, causa caderet: cuius superstitionis uestigia non exigua adhuc resident apud Anglos, interdum totum instrumentum reiciunt, si cognomen aliquod una litera fecus fuerit scriptum.

CONVIVANDO.

In more positum fuit apud ANTIQVOS in cœnis præfecto conuiuij schedulam dari, quæ descriptionem haberet eorũ quæ parata fuissent, ut quod obsonium prius coquum mittere oporteret, sciret. Athen. lib. 2. cap. 7.

LVDENDO.

Ex Tit. Ludera tractare, huc quadam.

Alexander AMICIS nonnullis, quos in tesserarum ludo animaduertit seridè agere, multam indixit. Plut. in Apoph.

MECHANICA TRACTANDO.

CALLIMACHVS Atheniensis marmorarius, quòd semper esset calumniator sui, nec finem haberet diligentie, ἄνευ δὲ τοῦ θεοῦ dictus est, teste Plinio lib. 34. cap. 8. dictus est & τῶν ἐπιπέδων, quòd artem subtilissimam expoliisset: siue, ut Pausanias in Atticis inquit, quòd primò lapides perforarit pertuderitq; minutim. ἄνευ enim idem est quid ἀνευθωοῦ, id est, cominuo, attero. Vitruuius etiam lib. 4. cap. 1. inuentorem facit Corinthiarum columnarum.

APOLLODORVS statuarius insignis, sed plus nimio exquiritæ diligentie, ut crebrò perfecta iam signa frangeret. Plinius libro 34. cap. 8.

LVCTANDO.

NERO Imp. iustabatur assidue: nec aliter certamina gymnica Græcia tota spectauerat, quam Brabeutarum more in studio humi assidens: ac si qua paria longius recessissent, in medium manibus suis protrahens. Suetonius.

OSCITANTIA.

SVBSCRIBENDO, APPROBANDO.

THEODOSIVS iunior Imp. non lectis literis magna facilitate seu potius incuria subscribere solebat. Pulcheria eius soror literas componit, quibus uxorem suam rex in seruitium abduci concedebat. Has cum more suo obfignasset non lectas, oscitantia eius seridè castigata, ad diligentem codicillorum & diplomatum inspectionem fratrem traduxit. Nicephorus lib. 14. cap. 23. Socrates lib. 7. cap. 22.

ORANDO.

IVDAS Machabeus, quando cunctè pugnaturus orauit, & diuinum auxilium inuocauit, semper uicit. In duobus autè præcipuis bellis orasse non legitur. Vnum fuit contra Antiochum Eupatorum: secundum contra Bacchidem & Alcimum, & tunc ipse in prælio perit. Machab. 6. & 9.

LEGES OBSERVANDO.

Taxat Aristophanes in Ranis obiter ARCHIDEMVM quem piã, qui morem Atheniensium neglexerat, apud quos ho ipes septem annos in ea uersatus ciuitate, in ciuium numerum adscriptus, iam uelut in cognationem ac ius illorum adscisceretur. Erasmus in Adagijs.

MAGISTRATVM PETENDO.

M. CATO Romæ in petitione consulatus passus repulsam, eam adè constanti animo tulit, ut sequenti die unctus in campum descenderit, & post cibum rursus de more sine calceis & tunica in forum ueniens, unã cum familiaribus deambulauit. Quod Catonis factum Cicero reprehendit, quãdo Republicæ statu postulante, non summa ope conuixus esset ut consul fieret, remisisset; ex ipsa seueritate animi aliquid ad studia hominum sibi concilianda. Sabellicus libro 7. Enneadis 6.

MILITANDO.

Ex Tit. Securitas, item Hostem securum opprimere, huc non pauca.

Apud SCOTOS ueteres si quisquam aut in itinere aut in castris igniario non instructus, & gladium non loricè accinctum nec manu gestare deprehensus esset, loris per magnã ignominiam cedebatur. H. Boethius in Scotia.

EXERCENDO Mechanica.

Vide Tit. Mechanicarum artium odium, contentus.

EXCVBANDO, Cusodiendo.

ABNER Neris F. polemarchus Sauli regis, negligens fuit in excubijs, qui Dauidem cum comite tentoriũ regis clam in gressum nõ senserit. Vide Tit. Clemetia erga hostes uiuos.

CORPVS CVRANDO.

OCTAVIVS Cæsar in capite comendo tam incuriosus fuit, ut rapum compluribus simul tonforibus operam daret, ac modò

modò tonderet, modò raderet barbam: eorq; ipsa tempore aut legeret aliquid, aut etiam scriberet. Suetonius.

QVI.

PRINCIPE, MAGISTRATVS.

PYRRHV M Epirotarum regem, qui bellum intulit populo Romano, præstantissimum belli ducem fuisse accepimus: hunc tamen memoria proditum est egregium in acquirendo imperio, in conseruando uerò minimè aptum fuisse uirum. Auctor uitæ Annibalis.

TIBERIVS Imp. biennio continuo extra urbem pedem non exiit, Reipub. curam abiecit, Capreas Campaniæ insulæ petiit, Hispaniam & Syriam per aliquot annos sine consularibus legatis habuit. Armeniam à Parthis occupari, Mœsiam à Dacis Sarmatisq; Gallias à Germanis uasari neglectit, non sine magno Imperij dedecore. Suetonius.

IVCVNDITAS EXERCITATIONIS. EXERCITATIONI ADIVNCTA

VOLVPTAS.

Cofule sub loco Alacritatis, Somni & Morborum & Cibi neglectus. Illic Studium, hic Voluptas commixtas perpenditur.

Voluptates ex geometria, astrologia, & musica, acribus prædicè & multiplicibus illecebris, nullis blandimentis cedūt, trahuntq; diagrammatibus quasi incatamentis. Quas qui gustauit, modò in eis exercitatus sit, is hæc Sophoclis canauit in ambulans.

Raptus furore musarum ad collum usq; sum, Accedo ueroq; & ex lyra & carminibus.

Non philosophatus est circa alia THAMYRA S, nec hercle EVDORVS & ARCHIMEDES. Quando enim studiosi pictores quæcquid adè ducuntur operum gratia, ut Nicias, dum pingebat Necyam, rogaret subinde ministros, Præfusus ne esset? ac cum rex Ptolemæus sexaginta talenta ei abfoluta pictura misisset, non acciperet ea, neque uenudaret illud opus: quas cenfetes & quantas ex geometria uoluptates collegisse atque ab astrologia EVCLIDEM, cum dioptrica scriberet, & cum demonstrationes de figura lunæ texeret PHILIPPVM, & Archimede, cum inuenisset ex angulo diametrum solis tantam esse maximi circuli partem, quanta est quatuor rectorum linearum: item APOLLO-NIVM & ARISTARCHVM aliorum inuentores similitur quorum nunc aspectus & cognitio delectationes ingentes & mirificos spiritus discitibus infundit? Est autem profusus indignum, culinarum profliborumque uoluptates illas cū hisce componeret de honestate Heliconæ & Musas, Vbi pascere haud elicit suum pastor pecus, Ferrum neq; unquam peruenit.

Sed sunt hæc reuera pascua apum intermerata: porcorum illa & hircorum pruritus imitantur, quæ animi partem perturbationibus patentem explent. Est quidem uaria & procax libido: nunquam tamen, qui amicam fuit complexus, quifquam præ gaudio bouem immolauit: neque optauit distentus dapibus uel bellarijs regalibus extemplò emori. At Eudoxus, si soli astans formam huius sideris percipere, magnitudinemq; eius & speciem posset, optauit sicut Phætho conflagrare. PYTHAGORAS etiam causa diagrammatis bouem Musis immolauit, ut est auctor Apollodorus.

Nobile repperum simul ac diagramma fuisse, Pythagoras superis pinguia sacra tulit. siue id de hypotenusa fuerit (ea linea est trigoni orthogoni, quæ utraq; latera recti anguli complectitur, quòd æqualis sit ambabus illis, quæ rectum illum angulum continet, de qua penultimum est theorema primo Elementorum libro) siue propositio fuerit de circumuente aream cõnilinea. Vitruuius lib. 9. cap. 2. hoc normæ inuenta tribuit. ARCHIMEDEM uero à formis abstractentis ungebãt ministri. Hic uero in uentre figuras strigilli delineabat: atq; inter laudandum, ut aiunt, ex insula aqua coronæ modum cum animaduertisset, quasi fanaticus & numine quodam afflatus exiliit clamans, Inueni: idq; inter eundem crebrò repetiit. Enimuerò helleuonem, qui animo commotus, Comedi, exclamaret, neminem ullum audiuimus: neque amatorq; qui, Suauitatis sum: cum infiniti salaces fuerint & sint: sed ueniunt nobis odio ij, qui maiore animi motu cœnarum meminerunt, tãquam in uoluptatibus minutis & uilibus plus satis acquiescentes. At cum Eudoxo, Archimede & Hipparcho eximus de potestate: credimusq; Platoni, quòd discipulnæ mathematicæ, quamuis negligantur per ignorantiam & inertiam, ut tamen assurgant oblectationis gratia. Plutarchus contra Epicurum.

THALES Milefius cum trianguli in circulo inscriptionem in-

Potuisse ex Tamberlanis interior omnis Syria cum Hierosolymis ab impio Mahometi imperio uindicari, si BONIFACIVS IX. pontifex ad eam rem animum adiecisset. Sabellicus libro 9. Enneadis 9. & Aemilius libro 10.

DV CES.

Germani, post Drusi interitum, QVINTILII Vari, qui cum legionibus ad prouinciæ præsidium remanserat, libidinem & auaritiã pertasi, Arimino duce arma ceperat. At Quintilius quum de Germanorum motu & defectione aliquamto prius rescuisset, nihil tamen commotus, cum incautus ius in castris diceret, subito hostium accessu, ne certamine quidem ullo iniecto, cum tribus est legionibus cæsus. Suet.

MEDICI.

MEDICORVM oscitantiam in medicamentis componendis, & quòd seplassis concedant omnia, Plin. lib. 34. cap. ii. exagitat.

uenisset, bouem diis immolauit. Eadem læticia gestiens in PERSEO fuit, ob helicũ inuentione dæmonas propitiã. ERATOSTHENES, inuentam cubi duplicationem uelut anathema sacrum in decorum templo suspendit.

CANVS sifstulater, hescire dicebat homines; quanto plus scẽ cum tibia caneret, quãni alios demulceret: fore enim, ut qui audire uellent, postulaturi essent, non datur, mercedẽ. Plut. An seni tractanda resq.

Plinius libro 35. & Plut. An seni tract. resp. commemorat NECTIAM pictorem tantopere pingendi studio delectatum, ut dum Necyam pingeret, sæpè interrogari seruos, an præderit. Missis ad eum à Ptolemæo rege ut eam traderet LX talentis, accipere noluit.

D. BERNARDVS contemplationis diuinæ delicias postponit utilitati fratrum suorum ser. 31. in Cantica: Si quando fanè comperi profecisse aliquos uestrum ex meis monitis, tunc non me piguit, fateor, curam prætulisse sermonis proprio otio & quieti. Cum enim (uerbi gratia) post sermonem iracundus quispiam reperitur mutatus in mitem, superbus in humilem, pusillanimis in fortem: potro mitis, humilis, fortis, in sua quisq; gratia excreuisset, & seipso melior factus esse agnoscat: sed & qui fortè repuerant & langucebant circa spirituale studium torpentes & dormitantes, ad ignitum eloquium domini referuissent & euigilasse uidentur: & qui deserto fonte sapientiæ foderant sibi propria uoluntatis cisternas, non ualentes aquas continere, propterea que ad omne inuictum grauati corde arido murmurabãt, nullum in se habentes deuotionis humorem: hi inquam, cum de rore uerbi & pluitia uoluntaria, quam se regauit Deus hereditari suæ, restoruisse probantur in opera obedientiæ, facti in omnibus uoluntarij & deuoti, non est (dico uobis) unde subeat mentem, quasi pro intermisso studio iugundæ contemplationis, tristitia, cum talibus fuero circumdatus floribus atq; fructibus pietatis. Patienter auellor ab infæcundæ Rachelis amplexibus, ut de Lya mihi exuberent fructus profectuum uestrorum. Minimè profusus pigebit me intermissæ quietis pro cura sermonis, cum uidero in uobis geminare semen meum, atq; ex eo augeri incrementa frugum iustitiæ uestræ. Caritas enim quæ non querit quæ sua sunt, id mihi iam dudum facile peruasit, nil scilicet desiderabilem meorum uestris præferre utilitatibus. Orare, legere, scribere, meditari, & si quæ sunt alia spiritualis studij lucra, hæc arbitror sum propter uos detrimenda.

MOLESTIA.

ARCHIMEDES mathematicæ contemplationi ita indulgebat, ut mechanicam exercitationem; in qua tamen citra controuersiam excellentissimus erat, (id quod præclara eius opera contra Romanos ostenderunt) summo prosequere retur odio, nec nisi coactus ad eam descenderet, quòd pulcherrimam & diuinant scientiam operibus euulgatis profectui crederet. Plut. in Marcello. Rectius Socrates, qui scientiarum eos demum fructus præstantissimos esse putabat, teste Xenophonte in Memorab. cum in medium hominum uitam opus aliquod utile, ceu coloniam deduxissent.

PHILIPPVS castra loco commodo metaturus, ut audiuit non esse ibi iumentis pabuli copiam: Quæ est, inquit, & dij immortales, uita nostra, si etiam ea ad asinorum est temporis accommodanda? Plut. An seni tractanda resp. SELEVCVS rex dicere solebat: Si sciret uulgus, scribere solùm tam multas epistolas ac legere quanti laboris sit, nollet in terram abiectum tollere diadema. Plutarchus An seni tractanda respub.

MATERIAE SVBIECTAE.
Constantes in

STVDIO LITERARVM in genere.
GORGIAS Leontinus Isocrates magister, centum & septem uixit annos; nec tamen tam longaeuus ab opere & studio cessauit unquam. Sab. lib. 1. cap. 7.

ORTIUS Latio, Hispanus, condiscipulus Senecae, quicquid cepit, non desit quin perfectisset. Rufus cum se remissioni traderet, in omnes luxus & iocos resoluatur. Vide Titul. Affiduitas, respectu Temporis.

AVR. Augustinus Hippocentis episcopus, quamuis nonagenarius, semper tamen aliquod uel legebat, uel scribebat. Sab. lib. 1. cap. 8. Fulg. lib. 8. cap. 7. & Egnat. eodem.

ALBERTVS Pius, Carpi princeps, si externa spes, Ioanni Pico Mirandalano par. aetate minor: inter finis bellis agitur, eo nihilominus studio literas amplexus est, ut maior eruditionis quam ditionis curam habere uideretur, & non magis duces militum quam philosophia magistrorum maximis aleret scripturis. Fulg. lib. 8. cap. 7.

PHILOSOPHANDO.
SOCRATIS uerba grauiissima & pulcherrima sunt apud Platonem in Apologia: Quod si me, inquit, uiri Athenienses, ea nunc lege absoluere, ut ne amplius huic inquisitioni sapientiae nauem operam, neu uerfer in rebus praeclearis cognoscendis, sed mors sit mihi capitis condenda obeunda: ego sane conditionem hanc recusam. Equidem uos, uiri Athenienses, singulari quadam beneuolentia omnes complector: parendum tamen & potius duco Deo immortalium quam uobis. Itaque quamdiu & sperabo, & poteram, nunquam philosophiae curam abiiciam, nec uerfer admonendi, moraeque ac modo meo adhortandi ad uirtutem, quemcumque fuerit ex uobis nactus.

CAERNE ADEBS laboriosus & diuturnus miles sapientiae fuit: siquidem nonaginta expletis annis, idem illi uiuendi ac philosophandi finis fuit. Val. lib. 8. cap. 7.

CLEANTHES Affilius, Chrysippi discipulus, non minore studio philosophiam exercuit, quam eam didicerit. nam centesimo aetatis anno auditoribus adhuc erudiebatur. Laert.

DIOGENES Cynicus cuidam admonenti, ut iam senex qui efferet laboribus: Quid, inquit, si in stadio currem, utrum oporteret iam metare uicinum, cursum remittere, an magis intendere? Redde sensit, uirtutis studium hoc magis intendendum, quo minus superest uita: quod turpe sit, tum ab honesto instituto refugere. Laert. lib. 6.

ARCHIMEDES, captis a Marcello Syracusis, mathematicae contemplationi affixus, interfectus est. Plut. in Marcello.

PYRRHONEM Eliensem Scepticorum principem si quis inter dicendum desereret, ipse nihilominus id quod ceperat peragebat. Laert. lib. 9.

BEDA Anglofaxo monachus, scholastici doctoris officio in Vuermuthensi cenobio functus est usque ad extremum spiritum: obiit anno Christi 734. aetatis suae 72. Discipulos habuit celebres, Albinum, Ioannem, Claudium, Clementem & Rabanum. Praefertur quidam eius scripta Gregorii Magni scriptis. Vincent. lib. 23.

AVDIENDO.
Antimachus cum conuocatis auditoribus, Thebaida suam (in qua antequam septem duces ad Thebas perduceret, 24. libros consumerat) recitaret, & cum omnes praeter PLATONEM reliquissent, dixit: Plato instar omnium. Cic. in Bruto.

ALFONSVS Aragonum rex, cum Luiana lectione maxime delectaretur, & aliquando tubicines obstrepent, abigi eos (quamuis Musices periculisissimos) iussit, multo studio harmoniam Liuuii audire. Panormitanus libro 1. de rebus gestis Alphonfi.

SCRIBENDO.
Studium scribendi suum & mores carpendi HORATIUS libro 2. sat. 1. explicat, inquit;

Ne longum faciam, seu me tranquilla senectus Expectat, seu mors aris circumuolat alis: Diues, inops, Romae, seu fors ita iusserit, exul, Quisquis erit uita sentiam color.

MORIBVS PATRIIS.
Cum duae ceterae non admodum antiquae Athenis fierent, haec in Academia, illa in Lyceco, atque coquus ollam ad alium usum quandam in Academia inuoluit, omnes sacrificulos fidele id fregisse narrat, tanquam non urbana fieret inductio, quod res huiusmodi procul abesse conueniret. At qui in Lyceco carnem falsam in salsamento pararat, tanquam improbe desperaret, loris castus fuit. Athen. lib. 4. cap. 3.

TRECENTOS ferme annos MESSENIA a Spartanis cicis e Peloponneso errante, patrios tamen ritus constantissimè tenuere, & Doricam linguam nihil profus immutauit, quam soli ferè maxime integrum etiam Pausania aetate conseruabant. Epaminondas reuocatis urbem aedificauit in monte Ithome, quam Messenem appellauit. Pausan. in Messeniis.

PROBITATE, VIRTUTE.
EPAMINONDAS & AGESILAVS, quamuis plurimis cum hominibus, ciuitatibus, ritibus habuerint rationem, conguos tamen sibi amicitia, uirtute, sermone, uita mores ubique tuebantur. Sic PLATO idem Syracusis, qui in Academia, & is apud Dionysium, qui apud Dionem fuit. Plutarchus de Dignose. aduul.

RELIGIONIS DEFENSIONE, OBSERVATIONE.
Ea loco Martyrum huc non pauca.

Conuentu Mediolanensi a Constantio Imp. Arriano indicto, ante omnia postularum est, ut CATHOLICI Athanasij damnationi subscriberent, & communionem cum Arrianis inirent. Eusebius Vercellarem, Paulinus Treuironum, Hilarius Pictaaurorum, & Lucifer Caralis Sardiniae episcopi, qui constantes in fidei Nicenae defensione manebant, a Constantio iussi, ut postulata perscrerent: haudquaquam facturos dixerunt, quod ab ecclesiasticis alienum legibus foret. Quibus Constantius, Atqui mea mandata pro lege habenda sunt, inquit: aut obtemperate igitur, aut in exilium ite. Tum illi, Atqui regnum tuum non est, sed Dei, qui tradidit uide aetate atque, etiam, ne qui dedit, eripiat: atque extremi iudicij memor, caue, ne morem ecclesiasticum soluas, atque Imperium in Ecclesiasticis constitutionibus inducas. Quibus uerbis Constantius exacerbat, ipsos plura dicere inuoluit, atque in exilium abire praecipit. Illi uero laeti, quod ueritatem non prodidissent, puluere excusso, atque oculis in Deum conuersis, abiierunt. Sigon. lib. 6. Imp. occid. Anno 175. Mediolani GARDINVS archiepiscopus, ut hereticos quosdam, tum praeter solitum uehementer in urbe ferrentes, compeferet, in aedem S. Teclae se conuulit: & quoniam ipse effectus ob senium uiribus erat, Alguisum Pirouanum Cimiliarcham rem pro se diuinam facere iussit: ac mox confessione ritè cum fratribus obita ambonem ante Euangelij recitationem ascendit, ac multis uerbis frequenti audiente populo hereticorum confutare errores instituit. Verum inter agendum uiribus animoque, deficientes corruit, exceptusque a fratribus, in eodem loco post sacra perfecta magno cum omnium desiderio expirauit. Sigonius libro 14. regni Italici.

Ante Christum agnatum nulla gens pertinacior errorum quam NORVAGIORVM: post susceptam Christi fidem, nulla constantior. Ferunt aliquando terra sua qualibet ex causa peregrinatos, quum primum redierint, terramque tetigerint, pronos cadere in terram: & facto signo crucis, eam exosculari: O, inquit, terra Christiana ante omnes. Adeo generis sui cultum extollunt, ceterorum contemnunt. Cranziius lib. 6. Noruegiae, cap. 11.

SACRIS AVDIENDIS, PERAGENDIS.
Cum Ch. Pompeius Hierosolymam obsideret, IVDAEVS opugnacionis terror nihil obfuit, quod minus solentia peragerent sacrificia, bis per singulos dies mane & circa nonam horam super altari immolantibus sacerdotibus, ac ne in extremo quidem discrimine sacra intermitterentibus. Etenim capto templo, tertio domum mense die ieiunij, CLXXIX Olympiade, C. Antonius M. Tullio Cicerone Coss. hostis qui dem irumpens iugulabat omnes obuios: illi uero nihilominus sacris operabantur, neque metu mortis, neque iam capforum multitudine absterrenti, passuri quicquid liberet uertori, potius quam deseruiri altaria, aut aliquid omiffum praecipuum patrii legibus. Attendantur huius rei omnes, qui res a Pompeio gestas conscripserunt, & in his Strabo ac Nicolaus, Romanusque conditor historiæ T. Liuuius. Perierunt

runte Indaeis XII. millia. Iosephus lib. 14. cap. 8.
M. HORATIO Pulo Coss. Capitolini Iouis templum dedicanti, ab aemulis falsus affertur nunciis, filium in praetio petisse. Tum ille, Ego luctum non accipio, inquit, uos cadauer ubi uultis efferre, institutum constantiter peregit. Sab. lib. 9. cap. 2.

Verrius apud Festum Pompeium huiusmodi fabulam adfert: C. Sulpitio, & C. Fuluiis consulibus, M. Calpurnio Pisonere uero urbis, faciente ludos, subito nunciato hostium aduentu, è foro ad arma conuersum est. Sed postquam uictores redissent in theatrum, ne ludi intermissi religionem adferrent, & insaurari oportere dicerent, inueniunt est ibi C. POMPONIUM libertinum, hominem grandem natu, ad tibicinem saltasse. Itaque gaudio non interrupta religionis aeditam uocem, saltante senefalua res, nunc quoque celebra ri. Sunt qui C. Voluuminum arbitretur appellatum fuisse, qui ad tibicinem saltarit. Erasimus in Adagijs.

D. CANVTVS Danorum rex subditos simul & proceres ob defeccionem magno tributo multauit: eiusque exigendi negotium Toftoni & Hortæ dedit. Quos illi seditione concitata interfecerat. Rex ipse primùm Slesuicum, inde in Fioniam fugit. Ibi cum Blaconem quendam ad populum placandum miseret: ille populum magis accendit, sed uiciffim regem abitu in Sialandiam parantem pacis spe retinuit. Quem cum in aedem D. Albani sacrorum causa ingressum animaduerteret, seditiosorum dux factus, in aedem irumpit, sed in primo statim limite trucidatur. Rex tumultu nihil teritus, sacra constantiter persequi iussit. Cumque pariete ligneo a coniuatis exciso se peti uideret, accessit sacerdoti factorum arcana confessus, pro passis utrinque, brachijs ante aram, dum uictimam more prostratus percussorem expectat, immissa per fenestram lancea iactu consossus est, & crebris licet telis petitus, corpus tamen immobiliter tenuit, nec ante loco quod cubabat excessit, quam ferretur mandaretur extinctus, multis miraculis nobilitatus. Eius mortem ferè horrenda subsecuta est. Saxo lib. 11.

PETRI Zeni Veneti in sacris audiendis constantiam, pete ex Tit. Tolerantia mortis Ethica.

ALFONSVS Aragonum & Siciliae rex, cum accepisset, Ioannem Patriarcham, illum omnium hominum nequissimum, ingenti exercitu Salerni esse, per iter difficillimum ac per confragosus tractus contra hominem armata manu profectus est: ac cum unum ex ducibus Patriarchae habuisset obuium, cum exercitu fudit, & cepit. Qua clade perculsus Patriarcha, a regis iudicijs belli supplex petit & impetravit. Post hæc cum Iacobo Caudola reconciliata amicitia coniuicit exercitum: atque immemor foederis & iurifurandi, ad uerfus regem nihil tale suspicantem, duplicato exercitu, continuo itineribus contendit. Erat autem rex in uico Iuliano, rem diuinam faciens: siquidem natalis Domini dies celebrabatur. Cui cum nunciatum esset, ambos duces magno cum exercitu iam paratos ad esse, rei diuinæ cultum gloriae & uita preponens, non prius quam peractis sacrificijs, capere milites arma iussit. Contra hostes pugnavit pauca suo manu: & hostes militibus & armis instructores tanta felicitate profligauit, ut plures equos ac milites hostium cepit, quam uorum facinosa miserit. Antonius Panormita, de rebus gestis Alphonfi lib. 3.

FIDE ERGA DEVM.
Tradunt Hebraei huiusmodi fabulam. In exitu Israel ex Aegypto, quando ex alia parte mons, ex alia Rubrum mare, & ex alia Pharaonis cingebat exercitus, & inclusus populus tenebatur: cæteris tribus desperantibus salutem, & aut reuerti in Aegyptum, aut bellare cupientibus: solum Iuda fideliter ingressum esse mare unde & regnum meruit accipere, & hoc esse quod Osee n. dicitur: Iudas testis sermonum Dei, & adimplutor ac uindex descendit cum Deo in mare: & inter sanctos fuit fidelissimus, ut uerbis iubentis crediderit. Hieronymus lib. 3. in Osee. cap. 11.

CARITATIS OFFICIO.
Robertus monachus Clareuallensis, D. BERNARDO propinquus, in adolefcentia sua quorundam persuasione deceptus, Cluniacum se se conuulit. Bernardus posteaquam aliquandiu diffimulauit, eundem statuit per epistolam reuocare. Ergo cum Gulielmo, Ricuallis postea primo abbate, addidendum secretius septa monasterij egressus est. Subitò autem inopinatus imber erupit: & is qui scribebat chartam reponere uoluit. Ad quem pater sanctus: Opus, inquit, Dei est, scribere ne timeas. Scripsit ergo epistolam in medio imbre sine imbre. Cum enim undique plueret, chartam expostam uirtus operuit caritatis: & quæ dictabat epistolam, schedulam quoque pariter conseruauit.

CONSILIO.
HEGESTIPPO, cui cognomen Crobolo fuit, in Philippis concitante Athenienses, succlamauit quidam ex concione: Tu ne belli es auctor? Sane hercle, inquit, etiam pullorum pal-

lorum, publicarum exequiarum, & orationum funebrium, si uicturi simus in libertate, nec imperata Macedonum facturi. Plut. in Apoph.

SENTENTIA TVENDA.
EVRIPIDES Athenis, postulate populo, ut ex tragœdia quandam sententiam tollerent, progressus in scenam, dixit: Se ut cum doceret, non ut ab eo disceret, fabulas componere solere. Laudanda profectò fiducia est, quæ æstimationem sui certo pondere examinat: tantum sibi arrogans, quantum a contemtu & insolentia distare satis est. Valerius Max. lib. 3. cap. 7.

Cum Ludouicus Fortia exul è Germania Mediolanum redire cogitaret, ut erat ariolorum studiosus, DOMINICVM Mariam Ferrarium Nouaricensem, qui Bononiae mathematica docebat, de re dedit consuluit. Is aduersa illi omnia & uel mortem uel certum carcerem praedicere. Ceterum cum secunda fortuna Mediolanum Ludouicus recepisset, & Ferrarius ob mendax praesagium irrideret: & indignatione & artis confidentia uouit, nunquam se pedem extra lineam prolatum, donec artis suæ certitudinem Ludouici exitus confirmaret. Nec ita diu post captus à Gallis Ludouicus praesagium eius confirmauit. Barth. Coeles libro 2. Chiromantia, quaesito 27. & Arunus scet. i. Hist. Mediol.

ARCANIS CELANDIS.
Vide Titulum, Fidei in arcanis. Elie constantia perpenditur.

PUDICITIA TVENDA.
Cæpta ab Alarico Roma, Gothus quidam cum mulierem forma excellentem uidisset, amore percitus ad sui obsequium inuitauit. Vbi uero studio pudicitiae libidini relictari suæ conspexit, strictum gladium iugulo intentaui, ac demum etiam ferit. Cum VIRGO tota perfusa cruore ne ita quidem desententia cederet, tum constantiam admiratus, ad basilicam S. Petri adduxit, ac, datis sex alimoniam causa hūmis aureis, eam templi custodibus commendauit. Sigonius lib. 10. Imp. occid.

VERITATIS CONFESIONE.
HIERESLAVS scriba & Boemiarum rerum procurator, de intentatis Mathiae Ungariae regi insidijs in quaestione missus, prodicionem primùm falsus, non multò post omnia constantem negauit. Per regem admonitus, si uentiam peteret, se non denegaturum esse: capite multari maluit, quam tanti facinoris infamiam sustinere. Bosfinius lib. 6. Dec. 4.

LEGVM OBSERVATIONE.
LYCYRVS legem rogauit, rheda ne mulier Eleusina profisceretur, ne qua opulentioribus cederet. Si qua id admiffis conuicta esset, ut sex milia drachmarum multam solueret. Cui legi cum non paruiffet uxor eius, & compta ab delatoribus esset, dedit eis talentum. Hoc ei cum post exprobaretur ad populum: At certe, inquit, ego dare, non accipere deprehensus sum. Plut. in uita Lycurgi.

Paulanas Plitonadæ interroganti, Quid nullam ex preffis legibus apud SPARTANOS antiquare ius sit? Quod ciues, inquit, esse in potestate legum oporteat, non in ciuium leges. Plut. in Apoph.

Fulsi ad Alliam flumen ingenti praelio Romanis, pars, quos fuga Romam restulit, terrore omnia tumultuque complevit. Ad quorum trepidam nunciu populus, qui cuique usum, diffugit: pauci qui in Capitolium se receperant, obsidione tolerarunt: pars mox à clade Veios agmine delati distatorem creauerunt. M. Furium CAMILLVM, quem luxurians rebus prospere populis peculatus damnatum eiecerat, atque in exilium pepulerat: tunc autem percussum abiectione uulnere illo, quod acceperat, reuocans, permittit ei & credit summum liberumque imperium. Quod ne tempori hic uir sed legi putaretur ferre acceptum, neque ut complorata repub. exercitus suffragijs tumultuarij & palatij rapuae, uoluit ad fenatores, qui Capitolium tenebant, uoluntatem militum referri, eosque auctores fieri. Plut. de Rom. fort.

In quadam epistola Ateij Capironis scriptu legitur, LAEONEM Antium, legum atque morum pop. Rom. iurisque ciuilibus doctum apprimè fuisse. Sed agitabat, inquit, hominè libertas quaedam nimia atque uiciorum usque ad, ut D. Augusto iam principe, & Remp. obtinente, ratum tamen penumque nihil haberet, nisi quod iustum sanctique esse in Rom. antiquitatibus legisset. Cum à muliere quada Tribuni plebis aduersum cum aditi, Gellianum uiatorè ad eum mississent, ut ueniret, & mulieri responderet iussit cum, qui missus erat, redire, & Tribunus dicere, ius eos non habere, neque se neque alium quemquam uocandi: cum moribus maiorum Trib. plebis prehensionem haberent: posse igitur eos uenire, & prehendi se iubere, sed uocandi absentem ius non habere. Gellius lib. 13. cap. 12.

Cum quæretur in Senatu, an uetere ex more familiam omnem Pedanij Secundi praefecti urbis, quæ sub eodem testore

fuerat, cum ille à seruo uno interfectus fuisset, ad supplicium...

REIP. ADMINISTRATIONE.

APPIVS Claudius Romanis ingenti praelio à Pyrrho Epirotarum...

M. CATO neque ut Lucullus & Metellus Pius elanguit senio...

CN. Pompeius procuratori & administrationi prepositus frumentaria...

M. ANTONINVS Pius, factus Imperator, nulli eorum, quos Hadrianus...

FIDE ERGA HOMINES.

AGESILAVS literas ab rege Persarum copulata pace de hospitio...

Lacena rogata à quopiam, An frugi futura esset, si ipsam esset...

M. ATTILIVS Regulus, imperator populi Romani, captivus apud...

CORRECTIONE IVSTA.

Petrus, Consul Magni nepos ex Alfonso fratre, FERDINANDI...

nandus armis vindicare pararet, Consul Magni intercessione...

MECHANICO OPERE.

LAERTES, cum vigente adhuc ætate plurimum per omnem ætatem...

Cum Demetrius rex Rhodum oppugnaret, erat PROTOGENES pictor...

DIGNITATE PETENDA.

LAEMILIVS Paulus aliquoties petenda consulatum petiit. Idem...

C. MARIVS, qui ex obscuro loco gloria militari ad rempublicam...

EXPEDITIONE.

EPAMINONDAS, contra legem Bœotarchiam suam in septem...

LACEDÆMONII contra Messenios, propter stupras virgines...

PELOPIDA, cum septem millibus Thebanorum, suppetias Theffalis...

C. IVL. Cæsar circa solstitium brumale, pelagus Pompeium...

CAROLI Magni adversus Saxones in expeditione constantiam...

Alfonso Aragonum & Siciliæ rex, Caeteram obsidebat cum delectissima...

in posterum colere instituerunt anno Salutis 1434. Iacobus Braccellus...

OBSDIONE.

Veios, opulentissimam Etruriam urbem, decennali obsidione pressam...

CANVTVS II. Danorum rex, à Normānorum duce Richardo, quod...

SANCIVS, Ranimiri primi regis Aragonum F. obsidens Oſcā, & sagitta...

SOLYMANNVS Turcorum Imp. Rhodum obsidens anno 1522, quamvis...

RESPECTV EFFICIENTIS. QVI Constantes. Ex loco Superioris huc quadam. INIVRIOSVS episcopus...

RESPECTV EFFICIENTIS. QVI Constantes.

EX LOCO SUPERIORIS HUC QUADAM.

INIVRIOSVS episcopus Turonensis xv. à Martino, cum Clotharius...

POETA.

SIMONIDES poeta 80 anno & doctissime se carmina, & in æorum...

POETA.

PHILEMONEM comicum & ALEXIM fabulas agentes & corona donatos...

LEGATI.

C. POPILIVM legatum à senatu ad Antiochum missum cuius literis...

citum, neq; sibi affereret liberorum Prolemaei orborum regnum...

Romualdus, Grimoaldi regis Longobardorum F. Beneventi à Costante...

Ob Ferrariam occupatam Clemens v. Venetis aqua ignique interdixerat...

RESPECTV AVERTENTIVM, ABSTINENTIVM, PROHIBENTIVM, DIFFUSIVM, IMPEDIENTIVM.

RESPECTV AVERTENTIVM, ABSTINENTIVM, PROHIBENTIVM, DIFFUSIVM, IMPEDIENTIVM.

CORPORIS BONA. V. C. Voluptates.

Xenophon, cum semper instructum paratum, DIPHRIDAM, Laconum...

Quomodo ALEXANDER Macedo paruo temporis spacio, quo uixit...

CICERO pro lege Manilia, idē de Cn. POMPEIO exposuit, dicens...

CICERO pro Archia poeta, cum se cōmodis civium omni ætate...

CORPORIS MALA. NIMIRVM Senectus.

NESTOR ad Troiam militans, in auctoritate erat & magna existimatione...

SOLOM ut palam factum est blandas Pissistrati actiones ad tyrannidem...

LEGATI.

NESTOR ad Troiam militans, in auctoritate erat & magna existimatione...

SOLOM ut palam factum est blandas Pissistrati actiones ad tyrannidem...

LEGATI.

NESTOR ad Troiam militans, in auctoritate erat & magna existimatione...

SOLOM ut palam factum est blandas Pissistrati actiones ad tyrannidem...

LEGATI.

NESTOR ad Troiam militans, in auctoritate erat & magna existimatione...

SOLOM ut palam factum est blandas Pissistrati actiones ad tyrannidem...

LEGATI.

PERVS Ramus regius eloquentiae & philosophiae professor Luteriae Euclidis libros priuatiu repetebat. Quodam die cum binomij & residui cuiusdam demonstrationem lib. 10. Elementorum summa cum animi intentione, corpore hora integram idem uelut premente, nondum concludisset, sensit collo neruos obriguiffe. Tum uero abacum radiuq; abiecit, indignatusq; mathematicis succensuit, quod sui studiosos & amatores tam acerbe cruciarent. Pudor tamē desistere ueruit, illiusq; tanquam titubationis offensione uehementius irritatus, & decimum librum deuorauit, perque reliquam pyramidum, prismatum, cuborum, sphaerarū, conorum, cylindrorum regionem ire perrexit. Testis ipsemet oratione de sua professione.

Verbera, Pulnena.

Eurybiadae Lacedaemone quiddam aduersum THEMISTOCLES dixerat: cumq; ille baculum intentaret, Verbera tantum, modo audias. Nouerat enim, ea quae dicturus erat, esse publica fore. Aelianus lib. 13. de Var. hist.

ADOLESCENS quidam apud Zenonem diuersatus, plagas patris, philosophiam ut inutilem exprobrantis, perulit. Euanapius id AEDESIO sophista tribuit. Consulē Tit. Amicitiae neglectus Virtutis comparanda causa.

Cum Ansthenes multos ad philosophiae studium inuitaret, & nemo morem ei gereret: tandem indignatus, nemini potestatem audiendi se permisit. Quare DIOGENEM etiam a sua conuersatione repulit. Cum uero frequentior & magis assiduus esset Diogenes, etiam illum increpuit: minatusq; est, se baculum ei inflicurum: aliquando etiam in caput iniecit. At ille non recessit, sed maiore studio cum quadam audiendi sui insitit, inquit: Tu percutere tantum, ego tibi caput praebeto: neq; uero tam durum fustem inuenieris, quomē a tuis disputationibus abigas. Quod quum audisset Ansthenes, intus ei factus est amicus. Aelianus libro 10. de Varia historia.

In oppugnatione Malacae, Alfonso Albuquerque Indiae praetor nauem ingentem ad oppugnandum pontem paraauerat. Naui praetor ANTONIVS Abraxas. Huius cum utraq; mala glandis unius ictu transfixa fuisset, Albuquerque illi uicarium repente substituit. Is uero saue ferociter, Integri, inquit, mihi pedes sunt ad discurrendum, & manus firmae ad praelium conferendum: neq; mihi ad cohortandum oratio deest: mentem uero ad imperandum Dei gratia sanam gero. Quinetiam si in lecto grauissimis uulnibus acceptis decubuissem, ex eo facillime possem, quae in rem essent, meae & consilio prouidere. Quare minime patiar, quandiu animam duxero, alium in locum meum substitui. Ad hunc igitur modum, cum uicarium e nauis pelleret, non se gignis, quae si nullum uulnus accepisset, munere suo perfusus fuit. At nauis tandem, cum aestus maximi essent, ponti, cum suis hostibus frustra repugnantibus, applicata fuit. Orosius lib. 7. rerum Emmanuelis.

Pericula uitae.

In caede magorum GOBRAS, qui in conclave unā cum mago fugiente opacum irruerat, inter luclandum imminenti suspensioq; animi iussit Dario, ut uel uiciumq; gladio traiceret. Plut. de Dignosc. adul.

CALLICRATIDAS in prociactu cum classe ad praeliandum circa Arginusas habere, monente Hermone gubernatore, recte facturum, si recepisset se (nam triremium numero Athenienses longe superiores esse) ait: Quorsum hoc? Enim uero fugam capeffere cum foedum Sparta, tum dispendiosum manentem uero uel cadere uel uincere, optimum. Plutarchus in Apophth.

IDEM cum ex incensis praemactatae uictimae exercitui uictoriam, sed duci mortem portendi audiuit: nihil perplexus, Nō ex uno pendere Spartam, ait. Me namq; defuncto nihil decedet patriae: si nō cesserō hostibus, decedet. Igitur suffecto in locum ductore Cleandro, insitit pugnam naualem committere, ibiq; pugnantibus occubuit. Idem.

LEONIDAS ad Thermopylas contra Persas pugnaturus, cum impuberes ueller esse saluos, sciret autem aperte id eos nō toleraturos: scytalas singulis dedit ad ephoros perferendas. Cupiebat item adultos tres seruare: qui rem odorati, scytalas reiecerunt. Horum unus ait, Non praeco, sed pugnator te secutus sum. Secundus, Hic si maneam, praestantior ero. Tertius, Haud postremus horum, sed primus pugnabo. Idē. THEMISTEAS, regi Leonidae pernicem ad Thermopylas praenunciavit instare. Is cum ab Leonida Lacedaemone futuri casus specie nunciandi ablegaretur, at reuera ne sine causa interiret: non obtemporauit, sed, Pugnator sum, inquit, missus, non nuncio sum. Ibidem.

Captis Syraculis ARCHIMEDES erat forte mente intentus formis. Cum autem in eam cogitationem nō animum modo, sed & oculos defixisset, non senserat discursum Romanorum, neque captam urbem. Cui quum ex improviso su-

peruississet miles, qui sequi eum iussit ad Marcellum: noluit prius, quam absoluisset propositionem, & adaptasset ad demonstrationem. Ita iratus miles ihristo gladio Archimedē confodit. Alij auctores sunt, intercurrentem Romanum illicō ensē intente esse ei ad necem districtum: illum uero, ut respexit, orasse obnixē ut paulisper sustineret, ut ne quod inuestigabat, relinqueret minus absolutum & rude: sed militem nihil ea re motum eum trucidauisse. Tertij memorat, dum fess ad Marcellum instrumenta mathematica, horologia, sphaeras, angulos, quibus magnitudinis solis initur ad usum modus, intercurrentes milites, quia aurum cum fere in uasculo opinabantur, illum interemisse. nam M. Marcello quidem casum eius acerbum fuisse, ac percussorem auerfatum eum ut nefarium, & propinquis iniquis constat habuisse honorem. Plutarchus in Marcello, & Valerius Maximus lib. 8. cap. 7.

Cum ROMA annona grauior laboraret, praepositus uerbo Pompeius procuratoris frumentariae, reuera creatus terrae marisq; dominus, soluit in Africam, Sardiniam, & Siciliam, grandiq; coactio frumenti numero Romā praeparauit. Cum autem grauis tempestas seuiret, dubitantibus gubernatoribus conscendit primus, imperansq; ut anchoras molirentur, exclamauit: Nauigare necesse est, uiuere non est. Plut. in Apophthegmatibus.

C. IVL. Caesar, cum milites ei serius Brundisio Dyrrhachium transportarentur, clam omnibus exiguum nauigium conscendit, tentauitq; transmittere pelagus. Cum autem obrucetur nauigium fluctibus gubernatori, qui esset, aperuit, exclamauitq;: Confide fortunae, cum scias uelere te Caesarē. Ceterum in praesentia quidem increbescēte tempestate impeditus fuit, cōkursusq; factus merentium militum, quod distidens ipsi copias respiceret alias. Plut. in Apophth. & de Rom. fort.

CAROLVS V. Imp. audacissimus fuit in omnibus expeditionibus suis, sic ut mortem plane contemnere uideretur. Ita se ad omnia pericula impaudum offerebat, ut nusquam ad bombardarum ictus caput inclinaret, nusquam pedem moueret, nusquam expallere. Et tamen cum armabatur laminis, thoracibusq; ferreis, initio inter armandum paululū horrebat corpus, ac toto uultu albescebat, quasi pauces. Sed cum armatus, & loricator, & galeatus erat, iam nullus leo illo erat fortior aut animosior, minusq; aliquid expauescens. Gul. Zenocarus lib. 5. de uita Caroli.

Mors.

SOCRATES, cum uenenū hauriret, philosophabatur, & ad philosophiam colendam familiares suos excitabat: cui illi gratulabantur ut beato. Plut. de Exilio.

DIO MEDON, unus ex decē ducibus, qui eadē pugna Atheniensibus uictoriam, sibi uero damnationem (contra praescriptum enim Senatus pugnasse dicuntur) pepererūt, cum iam ad dirum duceretur supplicium, nil aliud exclamauit, quam ut uota pro incolumitate exercitus ab se nuncupata soluereutur. Val. Max. lib. j. c. 2.

FORTYTA BONA. Videlicet

Opes, Praeda.

MENANDRVM Comicum reges Aegypti & Macedoniae, classe & per legatos petierunt. At ille literarium otium regum thesaurus praetulit. Plin. lib. 7. c. 30.

HELVE TII Nouaria egressi, impetu in Gallorum castra facto, se sequi horae spacio & memorabile praelium & grauissimum bellum confecerunt. Nec tamen uel tanta hostiu strage edita, ad praedam discursum est, quanquam praeciosa suppellex ducum, & cuncta opulenti exercitus impedimenta multorum animos allicerent. Viri enim patriae disciplinae memores, quod neminem armatum in acie uiuam capere, nec uertentem terga insequi liceret, medio in campo confertus ordinibus in multam diem immoti constiterunt, ne Galli equites aut ducum astu aut suo pudore concitati regrederentur, & spoliandis cadaueribus occupatos opprimerent. Louius lib. II. Hist.

Honores, Dignitates, Magistratus.

Post triumphum Hispanicum M. CATO consul, hō ut pleriq; qui non uirtutem spiciant, sed gloriam, ubi ad culmen euaferint honorum, consulatum atq; triumphos sine affectu, iam deinceps relicta repub. in uoluptates demergūt se & otium: ita ipse quoq; uirtutē remisit uel laxauit: sed nō secus atq; qui primum attingunt temp. honoremq; & gloriam sutiunt, quasi ab altero carcere incumbens, operam suā omni in re amicis ciuibusq; obtulit, nec patrocina uel militiam detrectauit. Ac Tibertium Sempronium proconsulē in Thracia & ad Danubiū res gerentē, legatus cū eo profectus, inuit. M. Atilium tribunus militū comitatus est ducē in Graeciam aduersus Antiochum Magnū. Plut. in Catone maiore.

LIBANIVS Antiochenus Sophista Constantinopoli palatij praef-

praefectura sub Iuliano Imp. cohone status, noluit accipere, dicitans Sophistam illo maiorem esse. praedius honorē summum uti uulgarem fordidumq; spernens. Euanapius in eius uita.

IOANNES monachus Dominicanus, sacrae Theologiae doctor, cū crearetur episcopus Hildesheimensis ordine XXXVII interrogauit, Vbi Bibliothecam haberet? Monstrauerunt ei aulici armarium, afferentes non aliam esse bibliothecam, ex hac sumi oportere libros, quibus hostis propelleretur, & episcopatus defenderetur. Reliquit ergo irrequietum episcopatum Hildesheimensem: & factus est postea episcopus Augustanus, ubi quietius licuit operā dare literis. Bruschius in Episc. Germ.

ALBERTVS Magnus studiorum amore Ratisponensem episcopatum depoluit, quem tumultu & armis gubernare interdum opus erat, ut nunc etiam apud Germanos mos est, quorum pleriq; Episcopi ense & milite rem suam tutantur. Priuatus itaq; Coloniae aliquandiu publicē legit. Platina in Virbano 4. & Hieron. Zieglerus de illust. uiris Germ. Cranzius lib. 8. Metrop. c. 31.

THOMAS Aquinas Lutetia, ubi publicē profitebatur, Romā uocatus ab Virbano I V. neglectis amplius dignitatibus totum se selectioni dedit & scriptioni. Platina.

Res nouae.

Plutarchum aliquando Romae sermocinantem RVSTICVS ille (quem post, gloriae eius aemulatione ductus, interfecit Dominicanus) auscultabat. Interea accedens miles literas ei traiecit Caesaris. Facto silentio, cum Plutarchus, quo legeret epistolam, sermonem sustineret: noluit, neq; ante reuoluit eas, quam orationem abfoluisset, effertq; dimissum auditorium. Qua de causa grauitatem eius sunt omnes mirati. Plut. de Curiositate.

Successus felix.

PHOCION, cum primi successus ex uoto esset, & ciuitas ob legum nuncium diis honorem haberet: rogatus, An ne hęc optaret: ita fuisse gesta? Omnino, inquit, haec gesta esset sed tamen consilia capta illa. Plut. in Apoph.

FORTYTA MALA. Vt est

Paupertas.

PLAVTVS Saturionem, Aditum & Afinariam comœdias in pistrino scripsit: cum pecunia omni, quam in operis artificum sceniorum pepererat, in mercationibus perita, inops Romam redisset, & ob querendum uictum ad circumagendas molas trufatiles operam pistori locasset. Gellius lib. 3. cap. 3. ex M. Varrone.

Lactura Opum.

Veneti nimia Petri Candiani Ducis saeuitie exacerbat, confuratione facta Praetorium inuasert, & cum irrumper non possent, ignem in proximam domum, quae PETRI Vrscoli erat, ipsomet auctore, iniecerunt: quo non solum Praetorium, sed etiam aedes S. Marci adnexa, & pleraque circumiecta aedificia conflagrarunt. Ita Dux, caloris fumique uapore fauces ad interitum compulsum, ad ianuam aedis euadendi studio uenit: uerū ab occurrentibus coniuuatis repulsum, ibi unā cum Petro filio inimica satellitis manu percussus interit: ac ita Petrus Vrscolus, licet reluctans, pri die Idus Augusti suffectus, anno DCCCCLXXVI. Ab eo subitō Praetorium cum templo resectum. Sigonius lib. 7. regni Italici.

Clades.

P. LICINIVS consul, qui res in Macedonia gerebat, a rege Perse equestri praelio fufus, duo millia octingentos de suis desiderauit, partim ocellos partim captos. Quam autem secundam pugnam misisset ad foedus & pacem faciendā Perseus, imperauit uictus uictori, ut sua omnia pop. Rom. permitteret. Plut. in Apophth.

GALDV S Scotorum rex, aduersante fortuna toties a Romanis uictus, toties fugatus, equitatu penē omni cum pedibus amisso, semper constanti permansit animo: donec fortuna uiro tandem cessit fortissimo. Hostes, tertio praelio uictos, & maximis attritos calamitatibus, in castra compulsi: eoq; adegit, ut quibus paulo ante terrarum orbis totus, nec ultimae extra orbē insulae sufficerent, aegre se intra ea tenerent. Vidit is, quod nulli mortalium, quantumuis opibus & uirtute pollēt, eatenus euenerat, gentis illius legatos ad suos pedes procumbentes, supplicesq; ueniam implorantes, a quibus tot reges, totque populorum & ciuitatum magistratus subacti, gausi sunt se misericordiam consequutos: leges & pacis conditiones, hostium petentes arbitrio, a quibus oēs penē gentes iura expectabant. Loco, ubi parata memorabilis illa est uictoria, Galdiae ad posteros a se nomen dedit: ut praclarissimi facinoris, dum Scotica permanerent regna, monumentum extaret. H. Boethius lib. 5.

Alemanni Rhenum glacie concretum traissientes, in Lingon-

nas proximos illati, hostilia omnia facere institerunt. Constantius Caesar in campis Vindonensium aduersus hostes in aciem prodit. Quo praelio cum exercitu pulsus, ac saucius, sese ad Vindonis oppidum hostibus in tergo hgentibus retulit. Cum Vindonenses patefactis portis fugientem exercitum recepissent, ac protinus eas contra hostium insequentium impetum oclulissent, demum se Constantium suorum agmen claudentem exclusisse animaduertent: portam uero aperire non ausi, ne hostes unā cum eo irumperent, restem prope e mœnibus demiserunt, atq; ita magna felicitate ipsum attractum in moenia conseruarunt. Ibi Constantius haudquaquam discrimine rei gestae perteritus, neque uulnere accepto percussus, ciues protinus ac milites aduocauit, eosq; ad eruptionem in hostes faciendam incendit: nam eos se incautos, atq; alia omnia cogitantes facillē oppressuros, ac sine dubio deleturos. Neq; consilium eluxit euenus. Post quinque horarum spacium cum armata suorum multitudine egressus improviso, Alemannos fufos ac praetoriam securos adortus adeo concidit, ut millia eorum sexaginta prostrauerit. Qui ex pugna euasere, cum se per glaciam fuga in Rheni insula recepissent, repenē se flumine caelo miscelente laxato clausi, ac mox nauigiis demissis obfessi, in deditionem uenerunt. Ea uictoria maximam ei, si qua alia, in re militari gloriam peperit. Sigonius lib. j. Imp. occid.

ATILIA Hunnorum rex, dum soluta obfidione Aureliana in campos Catalaunicos aduersus hostes iter faceret, reperit in praecipitio ardui cuiusdam montis eremita quidam, ad Atiliam ducitur, & post diuturnum silentium, cum inter alia flagellum Dei, ad uita Christianorum corrigenda, missum uocauit: & praelio inferentem fore, non tamen funditus periturum. Atilia, inopinato percussus nuncio, iuberet cum in custodia honesta seruari: donec ab aruspiciis suis certior intelligeret. Hi extis pecorum inspectis, uaticinium e-remitae confirmarunt: addentes, ducem hostium in praelio castrum. Atilia nihilominus maluit extrema omnia experiri, quam terga uertere. Bonifinius lib. 4. Dec. j.

Desertio.

ANTIMACHVS Clarius poeta, cum conuocatis auditoribus, legeret eis magnum uolumen suum, & cum legentem omnes praeter Platonem reliquissent: Legam nihilominus, inquit, Plato enim mihi unus instar est omnium. Cic. in Bruto. PYRRHO Eliensis raro prodibat. Si quid docere cepisset, quamuis ab omnibus auditoribus desereretur, ipse tamen non desinebat, donec omnia ad rem pertinentia edisseruisset. Laertius.

Obreftatio.

Suadebat amici Q. FABIO Max. ut quādo segnis, & timidus Romae haberetur, subire mallet pugnae periculum, quam formidinosam infamiam subire. Tum ille, Estem ego, inquit, uere formidolosus, si leuium hominum obreftationes ueritus, a meorum consiliorum ratione discederem. Sabellicus lib. 9. capite undecimo.

Irrisio.

ANTISTHENES mirante quopiam, quod medio foro ferret saluamentū: Nempe mihi ipsi, inquit, Plutarchus in Praeceptis politicis.

PLUTARCHVS Charonaeus, uitio sibi uertentibus, quod fastigium aedificij dimerenti astaret, calcisq; subactae & lapidibus deportandis: Non mihi ipsi, inquit, sed patriae aedifico. Ibidem.

Repulsa.

Narrat Xenophon, GLAVCONEM Aristonis filium, qui ad populum uerba facere & temp. gerere cuperet, cum annos XX nondum haberet, sepe ob id delusum, & detradum de suggesto: neq; tamen amicorum ac domesticorum precibus, a tam temerario incepto eum reuocare cupientium obtemperantem, desistisse tandem Socratis auctoritate adductū. Socratem autem ei amicum fuisse ait propter Charmidem Glauconis filium, & praeter Platonem, Muretus lib. 5.

cum XI I, etate florentem, in armis educatum, eo tempore domi quiescere, bellum quod præcipue in se generetur, per dices administrare: summum uero Pontificem, Christi in terris uices gerentem, senem atq; egrotum, in deliciis uoluptatibusq; nutritum, ipsummet in bello à se ipso contra Christianos excitato, atque adeo in ipsis castris ad ignobilis oppidi obfidionem stare: ubi uelut copiarum imperator, laboribus periculisq; aditis, nihil præter ornatum nomenq; pontificis retineret. Ergo cum in cepto perseveraret, oppidanos tandem ad deditiōem cōpulsit, & supra mœnia (quia portæ terrâ obstruæ erant) in urbem descendit. Guicciardinius libro nono.

IN SENTENTIA SEMEL SVCEPTA PERTINACES.

Fridericus I. Imp. ad lubigendas Italiæ urbes rebelles conuēta cum principum indixerat. Intererat ei quoq; HENRICVS Leo, Saxonum & Bawarorum dux potentiss. nuper ex sacra peregrinatione Hierosolymitana reuersus: quem tum ante alios appellans Imperator, orabat ut expeditioni tantæ nõ deesset, consilio & armis pro sua parte tutaturus Imperium & rempublicam. Ibi Henricus causatus ætatem & iam imminentem senectam, tolerare se pristinos non posse labores, assurtum armis, opibus, uiris, & omni quo possit apparatu. Imperatore uero uehementius & fidem eius flagitante, & gratitudinem, cum immotus ille in sententia persisteret: Imperator confurgens de folio suo ad pedes ducis se submittere parabat. Dux uehementer turbatus ad hoc Imperatoris factum, quod incuruaretur, sub quo curuatur orbis, apprehendens medium, non est passus ingenuculari: nec

INCONSTANTIA, RATIONE HABITA

RERVM, IN QUIBUS INCONSTANTES SUNT, CONSIDERATIS

MATERIALITER INCONSTANTIA IN

Vita genere, Studio, Professione.

MATTHÆVS de teloneo ad apostolorum uocatus est. ZACHEVS publicanorum princeps, & ipse diues, Saluatore mundi hospitio suscipere meruit. Vterq; igitur cum usuras reliquissent, lucrati sunt regna cœlorum. Talem questum facere solent, qui conuerti, spem suam de terrenis diuitiis in Deum transferunt, cœlestium diuitiarum æternæq; beatitudinis largitorem. Marulus lib. 2. c. 12.

BARTHOLOMÆVS non publicanus, sed regio stemmatæ fulgens, cum diu aulicam expertus esset uitam impiissimâ, diuinorum demum cupiditate captus, Christi Apostolus esse uoluit. Idem.

LV CVLLVS de Mithridate acto triumpho, deseruit abdicâ uitæ; Rempub. cum Senatus cum aduersus Pompeij dominationem propugnaculum se habiturum sperasset. Quidâ hanc illius commutationem tantam commendant, qd in uitium & æritiam non incidit Marij: qui à uictoris Cimbricis, celsiq; illis & eximiiis rebus abestis, non contentus summis honoribus, quibus haberi poterat beatus, sed infatigabili gloria & imperij fame, cum iuuenibus in repub. gubernanda certâs senex, in horrêda facinora impegit, atq; in cladis facinoribus suis horrendiores. At Crassus & Pompeius improperebant Lucullo, quod in uoluptates & luxû se demersisset: quasi uerò non magis essent delicia à tanta ætate alienæ, quàm reipub. cura & administratio belli. Abiecta autem reipub. cura, de principatu & summâ potentia ambitionem contentionemq; quæ nec periculo erat nec cõtumelias libera, delegauit statim Crasso & Caroni. Nãq; hos illi, quibus erat Pompeij suspècta potentia, propugnatores senatus, repudiante priuatiua Lucullo, ceperrunt. Plut. in Lucullo.

Horatius expostulat cū ICICIO familiari suo, qui omisso philosophi studio, prædæ & pecuniæ inhians, militiæ se adixerit, præter omnium opinionem: quippe qui pulcè iam instructus esset ad Stoicam disciplinam, odc 29. lib. j.

Quis neget arduis

- Pronos relabi posse riuos
- Montibus, & Tyberim reuertit?
- Cum tu coemtos undique nobileis
- Libros Panæti, Socraticam & domum,
- Mutare loriceis Hiberis
- Pollicitus, meliora terminis?

DAMA STIPPVS de se ipso hæc narrat, apud Horatium lib. 2. satyra 3.

— Olim nam quæere amabam
Quo uaser ille pedes lauisset Sisyplius ære,
Quid scilicet infabre, quid solum durius esset:
Callidus huic signo ponebam millia centum,

tamen flexus animo consensit uoto. Alij narrant Imperatorem ad ducis pedes prociidisse, ducem ne leuare quidem dignatum: tum Imperatricem (quæ aderat) Casarem è terra leuasse, Surge, inquit, mi domine: memor esse uelis casus huius, meminere, Deus, Cranzius non fuisse tantam in duce barbariem putat, ut pareatur ante se Imperatorem procumbentem iacere. Imperator in Italia uictor de Mediolanensibus in Germaniam reuersus, cum interea multi principes contra Henricum insurrexissent, cum ad dicendam causam quater uocatum, cum non comparuisset, sententiâ principum, omni honore & beneficio ad imperium pertinente in conuentu Herbipolensi exiit, & Bernardo comite de Anhold, filio Alberti marchionis, ducatum Saxonie solenniter donauit, anno M C X X C. Henrico deiecto, hostes omnes eius excitati, parum prosperè pugnarunt. Tandem Imperator ipse in eum duxit. Henricus armis coactus sub publica fide Erfordiam petens, pedibus Imperatoris prouolutus, ueniam & gratiam postulauit. Imperator illum de terra leuans osculatus est, nec tenuit lacrymas, qd tanta tamq; diuturna inter olim familiarissimos & sanguine coniunctissimos controuersia perduraret. Non tamen potuit Imperator sine principum assensu reponere eum, quem omnium consensu deiecerat: bene tamè sperare iustum hortatus est, ut de finibus Imperij per aliquod tempus cedens, sententiâ Imperij honoraret: futurum interim, ut principum in eum animi mollirentur. Abiit ergo in exilium, anno M C X C I. abiurans triennio fines Imperij, translatus in Angliâ ad fororium suum Richardum Angliæ regem, cum uxore ac liberis. Patrimonium tamen illi suum Imperator permisit in medullio Saxonie. Cranzius lib. 6. Saxonie, c. 35. usq; ad 45.

Hortos, egregiasq; domos mercariæ unus
Cum lucro noram: unde frequentia Mercuriale
Imposuerit mihi cognomen compita. Verum
Emouit ueterem mirè nouus, ut solet, in cor
Traiecitq; lateris mihi capitisq; dolore:
Nam malè re gesta quum uellem mittere operto
Me capite in flumen, dexter steterit, & Cauæ faxis
Te quicquam indigni: pudor, inquit, te malus urget,
Infanos qui inter uerècè infanos haberi.

Subinde infanæ species omnes recensendo, ex infortunato mercatore felicem reddidit philosophum Stertinius.

LOTHARIVS Imp. Ludouici Pij F. eam uitæ uarietatem atulit, ut meliõre an deterior fuerit, diiudicari non possit. Contra patrem optimum factiosus, tandem monachum in Pruniensi cœnobio induit. Sigonius lib. 3. regi Ital.

ALDEFONSVS IV. Asturum rex, leuitate potius quàm pietate religionis opèribus deuotus, & aliquandiu huic proposito inhærens, decreuit sibi substitueret fratrem suum nomine Ranimirum. Ranimirus cū magno exercitu ueniens Zemoriam, Aldefonso sponte abdicante substituitur. Aldefonsus ad locum, qui Dominos sanctos uulgò dicitur, super ripam Ceiæ fluminis, habitum monachalem assumpsit. Interea cūm Ranimirus contra Mauros abestis, Aldefonsus uicè monasticæ pertæsus, Legionem ueniens, regno iterum inhære cepit. Ranimirus duobus annis obsequium in deditiōnem recepit, & in carcerem mitti iussit. Dum hæc sunt, Aldefonsus, & Ordoñus, & Ranimirus, filij regis Froilæ, fratris Aldefonsi, apud Astures rebellarunt, indignati quod in cessione Aldefonsi, & substitutione Ranimiri, nõ fuerant uocati. At Ranimirus uictor fratrem Aldefonsum & consobrinos crudeliter excæcauit. Tandè penitentia ductus prope Legionem in ripa Turij monasterium sancti Iuliani construxit, & in eo fratrem & consobrinos collocauit, ubi usq; ad finem uitæ necessaria habuerunt. Rodericus Toletanus lib. 5. rerum Hisp. cap. 3.

AMVRATHESIS I. Turcorum rex, quum ad Varnam exercitus suos ad fugam inclinare cerneret, uouit, si incolumis euaderet præfens periculum, & uictoria potiretur, se cessurum regno, & id commissurum filio, & abiturum in Asiam, ut ibi admixtus sacerdotibus & Nazareis, uitam traderet, & culturum frequenter Mahumetem, etiã immolatuum. Adeptus igitur uictoriam, Mahumetem F. iuniorè ad regni moderamen uocauit: sed penitentia paulo post ductus, per Chatitem, Mahumetem filium uenatum extrudit, filioq; uenatione occupato, ad præstitutam à Chatibè diem regnum inuasit: cuius lanusq; ut regem decet, ius dixit. Chalcocondylas libro 7.

Ioannes PIVS Mirandula XIIII. ætatis annum agens, descendit iustis Pontificij gratia, Bohoniam abiit. Quo biennium degustato, Decretalium epitomen quandam collegit. Sed eo studio relicto suum secutus genium, philosophiatum humanæ tum diuinæ se dedit. Ioannes Franciscus in eius uita.

Moribus

Moribus patrijs.

Alcameni & Theopompo regibus editum oraculum fuit, & Philozæ prædixit, ut si quædam daret, & non daret. Cupiditas pecuniæ Spartam perdet. Nihil minus, receptis Athenis, uim ingenem Lyfander auri & argenti deportauit, quam ceperunt SPARTANI, illiq; habuerit honores. Itaq; quàm diu hæc ciuitas legibus inhæsit Lycurgi, ac iureiurando stetit, publica disciplina & gloria quingentorum spacio annorum principatum tenuit Græciæ. Quibus pederetum solutus, irrepen- teq; diuitiarum studio & immodica cupiditate, corû opes extenuatæ, & animi ab eis sociorum alienati sunt. Post Philippum Macedonem ad Chæroneam uictoriam, cum omnes cū Græci ducem terra mariq; renunciaissent, ac deinceps delectis Thebis filium eius Alexandrum: foli Lacedæmonij, ceteri nudam muris urbem Alexant, atq; æffiduis bellis forent infrequentes ac longè infirmiores, hostiq; redditi oportuni, quia tamè scintillas sanequàm exiguas Lycurgi sanctiōnum feruabant, neq; meruerunt sub eis uel secutus Macedoniæ regibus, neq; ad concilium publicum uenere, neq; tributarij fuere: quousque Lycurgi institutus semel reiectis, dominatum in eos sui ipsorum ciues usurpauerunt, quod nullam micam amplius tenerent disciplinæ patriæ: ac germani redditi ceterorum, pristinum splendorem libertatemq; excuerunt, & in seruitutē sunt redacti. Romanoq; imperio, sicut reliqui Græci, se submiserunt. Plut. in institutis Laconicis.

Quoniam intra murum ferè ROM. patres familiæ correpserunt, inquit Vatro lib. 2. Re iusticæ in proœmio, relicti salce & aratro, & manus mouere maluerunt in theatro ac circo, quàm in segetibus ac uinitis: frumentum locamus qui nobis aduehat, qui futuri sumus, ex Africa & Sardinia: & nauibus uindemiâ cõdimus ex insula Coa & Chia. Itaq; in qua terra culturam agri docuerunt pastores progeniem suam, qui condiderunt urbem, ibi contra progenies eorum, propter auaritiâ, contra leges, ex segetibus fecit prata.

SCOTORVM mores patrij circa Macolmi Cammoir tempore mutari ceperunt. Vide Tit. Imitatio mala.

Sueno III. Danorum rex, uictor & in gratiam recepto Canuto regi nullo, in uxorem ducta Conradi Saxonu ducis filia, patrios mores, quod parum uiderentur exculti, tanquã agrestes & inconditos, mutauit: prætoq; Danico ritu, Germanicum æmulatus est. Nam & cultum Saxonicum sumisit, & militum studia ad similem uestis usum adduxit. Quinetiam externos comestationum ritus instituit, ededi bibendiq; facietias tradidit. Idè studij in nouanda clientela, asciscendisq; faciliibus habuit. Honores nobilibus demtos, histronibus deferebat: ut ditati fortunam suam regi, non generi imparent. Nec insolentia eius auaritia desuit. Si quidem luxurosa sibi illorum fata, quorû bona ausisset, constituit, pupillarumq; parentibus mortuus expilator euasit. Ipsos quoq; milites prius à se locupletatos, ad uilem paupertatis statum beneficij sui penitentia adductus reiecit. Quinetiam ingentis clientelæ uocacitate compulsus, prouincialia ministeria impensâq; ab agrestibus arctius exigere coepit. Itaq; dum militum luxui consulit, plebis fauorem amittit. Præterea controuersiarum iura eatenus sacramenti religione subnixâ, ad palæstras & palmas athleticas relegauit, iudiciumq; rationis speculationi debitum, in sola corporum exercitacione cõstituit. Et ne quid fastus desisset, non nisi ex alto tribunali suppositæ plebi ius dicere uoluit. Saxo lib. 14.

Functionibus uitæ quotidiane diuersis.

DETGELLO Sardo Horat. lib. 1. sat. 3. sic scribit: Nil æquale homini fuit illi: sæpè uelut qui Cuttebat fugiens hostem, per sæpè uelut qui Iunonis sacra ferret: habebat sæpè ducentos, Sæpè decem seruos. modò reges, atq; tetrarchas, Omnia magna loquens: modò, sit mihi mēsa tripes, & Concha salis puri, & toga, quæ defendere frigus Quamuis erassa queat. decies centena dedisses Huic parco patris contento, quinq; diebus Nil erat in loculis, noctis uigilabat ad ipsum Manè, diem totum stertebat. Nil fuit unquam Sic impar sibi.

DEPRISCI mirabilitè sic scribit ille idè lib. 2. sat. 7. — Sæpe notatus

Cum tribus anellis, modò læua PRISCVS inani, Vixit inæqualis, clauum ut mutaret in horas: Aedibus ex magnis subitò se conderet, unde Mundior exiret uix libertinus honestè: Iam mœchus Romæ, iam mallet doctus Athenis Viuere: Verumis, quocumque sunt, natus iniquis. In TARVM, Martialis Epigram. lib. 2. sic loquitur: Dum modò caudicem, dū te modò Rhetora fingis, Et non decernis, Taure, quid esse uelis: Pelcos, & Priami transit uel Nestoris ætas,

Et fuerat serum iam tibi desinere.
Incipe, tres uno perierunt Rhetores anno;
Si quid habes animi, si quid in arte uales.
Si schola damnatur, fora libus omnia feruent:
Ipse potest fieri Marfia caudicicus.
Eia age rumpe moras, quo te spectabimus usq;?
Dum quid sis dubitas, iam potes esse nihil.

Scriptiōnis genere.

Cicero in Oratore tradit ISOCRATEM in senectute temporasse sibi iudicio ac uoluntate à frequētia numerorū, quafi cognosset usu nimis linctam illâ numeris orationē, quam antea adamarat, uitio non carere: comprobataq; hoc testimonio ipsius auctoris, quem affirmat hoc scripsisse in oratione ad Philippum Macedonem. Verba tamen Isocratis uidentur potius significare idipsum fecisse labore deteritū, quod tantum molestia, confectus annis, sustinere non posset: enim scilicet purgat magno illi regi, ad quem librum misit. Victorius lib. 2. Var. c. 17.

Eruditione in BALDOLIO. C. nobiliss. nemo, constantia multi desiderant, quod sibipsum multis in locis pugnantia scribat, Iuris tam ciuilis quàm canonici peritissimus fuit.

Sententia.

ROMANI in foro Boario duos Græcos & totidè Gallos sub terra uiuos defodere, cum ob stupratas uestales uirgines dira mala urbis impendere libri Sibyllini denunciasset. At iudè Romani cum Eleoneros barbaros, hominem dijs immolasse cognouissent, magistratus corū punire uoluerunt: qui cum lege certa se hoc fecisse demonstraret, noxæ quidem illos exemerūt, uerum rē illā in posteros sustulerūt. Plut. in Rom. quæst.

Silas, AGRIIPPÆ regis Iudæorum indiuiduus omnium periculorum socius, & ab eo tandem omni militia præfectus, cum etiam regij honoris particeps esse uellet, & regi in omnibus obloqueretur, suaq; beneficia subinde commemoraret: offensus rex inmodicâ libertate, præfecturam ei ademit, & unctum in patria asseruandū misit. Anno post elapso, natalem suum celebrans rex, pietate motus, eum accersit curauit. At ille stomachabundus è uinculis exire noluit, Iosephus lib. 19. cap. 6. Antiquitatum Iudaicarum.

Iudicio.

MELITENSIS pendente uidentes de manu Pauli ad ignē astantis uiperam, scelestū hominem esse iudicauerunt, quem ex mari seruatum fata uiuere non sinerent. At cū is excussa in ignem bestia nihil mali passus esset, mutati protinus Deum esse dicebant. Actorum 28.

Cum DEMOSTHENS exilij sui tempore scripsisset Athenensibus, malè eos liberorū Lycurgi oratoris gratia (quos Menesæchmo accusatore, Thrasyde delatore, tradiderunt uencimur, audire, mutata uoluntate missos fecerunt, Democle Theophrasti discipulo pro eis causam dicente. Plut. in uita Lycurgi.

DOMITIANVS Augustus (ut principibus plerunq; mos est, in alios ob ea crimina se uisus animaduertere, quæ ipsi frequentius admittunt) cū cœsuræ munus suscepisset, ciuem Romanum quæsturæ fundū honore, Senatu mouit, quod choreis ac mimicis gestulationibus nimium daret operæ. Suetonijs.

IDEM pauidus semper, atq; anxius, minimis etiam suspiciōnibus præter modum commouebatur, ut edicti de excidendis uineis propositi gratiam facere non alia magis re compulsi eredatur, quàm quod sparfi libelli eū his uerbis, erat: *ἐπιπροσέτι μὴ πρὸς τὴν βίβλον, ἀλλὰ ἐπὶ τῆς ἀπογραφῆς, ὅσοι ἐπιπροσέτι καὶ αὐτῶν, ὁμοίως.* Suetonijs.

Promisso.

Cum quidâ AGESILA O aliquando dixisset Pollicitor es, idèq; subinde inculcaret: Certè, inquit, si iustum est: si minus, dixi quidem, sed non pollicitus sum. Subiciente illo: At qui decet reges, quicquid capite annuerint, præstare. Non magis, respondit, quàm eos, qui aduent reges, petere decet: æqua & dicere, rationem habetis tum temporis, tum eius, quod conueniat regibus. Plut. in Apophth.

Uoto.

LACON uoto cõcepto, ut precipitaret se ab Leucate: postquã conscendit, conspecta altitudine, recepit se. Quod cum ei impropere uerit: Non arbitrabit, inquit, uotum illud uotò indiguuisse alio maiore. Idem.

Legibus.

Quum è senioribus quidâ, uideus prisca leges & instituta uetera aboleri, & alia praua succedere, atq; ob id res SPARTANORVM inuerti, quæ summa fuerant in imum deijci, & conteri: idipsum cūm Agidem regem iam senem deplo-

rarere;

raret, ioco respōdit: Si fit, inquit, quod narras, recto ordine res procedūt. Si quidem ego puer à patre audivi, quōd iam tum illis temporibus res inuenerentur. Itaq; si rursus inuentur, redierunt in locum pristinum. Hoc quidem ille ludens, cæterum serid dicebat, se puerū hoc quoq; accepisse à patre, nihil esse mirum, si præsentibus succedant deteriora: sed mirandum, si succedant meliora, aut similia. Notauit peculiare senibus querelam, de rebus in deterius prolapsis: simulq; rerum humanarum hanc esse naturam, ut usque in peius degenerent. Plur. in Lac.

Licinio Stolone ingentem in urbe concitante tumultum (nam plebs ROMANA insurgēbat aduersus patres, ut duorum consulum, qui quotannis designarentur, alter ex suo corpore crearetur, nō patrij ambo) Camillus IV. dictator dicitur, magistro equitum dicto ipso seditionis duce Stolone, legem maximē aduersam nobilitati (qua cautū est, ne quis plus quinquaginta iugera agri possideret) permisit perrogari. In præsentia quidem Stolone plebiscito uictor magnificus, paulo post conuictus tenere modū agri, quem ceteris interdixerat, sua ipse lege multatus est. Plur. in Camillo.

Anticitia, Federe.

Vide locum Anticitie, quatenus de dissolutione illius agitur.

Nulli arbitrator plures statuas dicatas, quam Phalereo Demetrio ATHENIS, quibus per decem annos præfuit. Si quidem 360 statueret: quas mox lacerauerunt, nondum anno hunc numerum dierum excedente. Plin. lib. 34. cap. 6. Plutarchus in Politicis.

Obiit Aelchines DEMOSTHENI, quōd subinde commutata factio, Euripum ipsum inconstantia sua uicisset. Vnde Græci Euripison, hominem incerta fide uocant.

Cæso à coniuertis Cæsare, cum MBRVTVS in capitolio oratione sua populum sedasset, & M Antonius quoq; obliuione præteritorum frequente senatu suasset: Brutus & eius confortes laudibus præfentes sunt celebrati, & prouinciae deniq; eis assignatae. Deceuerunt Bruto Cretam, Africam Cæso, Trebonio Asiā, Cimbro Bithyniam, Decio Bruto Galliam circumpadanam. Hinc cum de Cæsaris testamento & funere mentio facta esset, & postularer, ut testamentū recitaretur Antonius, atq; ut corpus non occulte neq; ignominiosē efferretur, ne populus inde magis exasperaretur: repugnauit Cassius acriter, uerū cessit Brutus, atq; id permisit. At ubi testamento resignato, populo Rom. uictum tre cētōs sestertios legasse, & publice hortos trans Tiberim, cognouit plebs: & Antonius in funebri oratione uelēt Cæsaris uulnerum multitudine dilaceratam explicauit: impositū rogo cadauer congelit subleuatis atque mensis combussit, & titiōnibus semiuisus ad tecta percussorum Cæsaris infamanda discutere. Coniurati igitur urbe excellere in Graciam: unde belli ciuilis initia inter Triumuiros & Cæsaris interfectores: quo ad Brutus & Cassius in Philippis capis uitam cum uictoria amiserunt. Plur. in Bruto & Cæsare.

HENRICVS V. dñi coronā à PASCHALI II. Pp. Romæ an. M C X L. expectat, neq; ille eam cōferre uellet, nisi Ecclesiæ collationi renunciaasset: ab Henrico captus, & in Sabinos abductus, tandem metu coactus sententia cessit. Iuramentum est à parte Pontificis in hac uerba in agro iuxta pontē Mammarum, qui Germanorum Romanorumq; exercitum diuidebat: Pontifex in posterū propter uiolata ecclesiarum iura & iniuriam sibi suisq; illatam, neq; Imperatorē ipsū, neq; bona eius aliqua ratione insectum habebit, neq; anathemate feriet. Priuilegio scripto cum anathemate permitteret, ut Henricus Imperator episcopos & abbates liberis suffragiis lectos, sine simonia, annulo & uirga inuestiat, episcopo, ad quem pertinet, sumat. Qui uerō à clero & populo electus fuerit, uerū ab Imperatore non inuestitus, à nemine consecratur. A parte uerō Henrici ita: Henricus Pontifex cum episcopis & cardinalibus, & omnes, qui cum eo aut pro eo capti sunt, & obsides, securos intra portas Triastiberrinæ urbis deducet, neq; amplius aut capiet, aut capere permittet. Iis, q in sede sedis apostolicæ sunt, & populo Romano tam per se, quam per suos fidem seruabit. Pontificem bona fide iuuabit, ut pōtificatum tutō & quietē possideat. patrimoniam & possessiones ecclesiæ Romanæ restituet, & exemplo antecessorum suorum auxilio erit, ut cætera, quæ iure habere debet, recuperet & possideat. Bide Pōtifici fidei iter obediēt, saluo honore Imperij & Regni, sicuti Catholicī Imperatores Romanis pontificibus solent. Itaq; Idibus Aprilis pontifex cum Henrico urbē Leoninam intrauit, ac portis, ne quis ciuium interueniret, obseratis, in gde S. Petri ante Confessionem ipsum corona Imperatoria redimuit, atq; Augustum consecrauit, cumq; rem diuinam faciens ad hostias cōstitiōnem uenisset, parte sumpta, reliquā astanti porrexerat, atq; ita dixit: Sicuti pars hæc uincti corporis di-

uisa est, ita diuisus sit à regno Christi domini nostri, qui paterum hoc uolare temptauerit. Atque his rebus actis Imperator in castra, Pōtifex in Vrbe se recepit. Hic tum finis perniciosa huius discordiæ fuit. Non defuere interim, qui Pontificem maledictis lacerarent, quōd coronam Henrico, & perniciosa priuilegium induisset. Inprimis autem Bruno episcopus Signinus, idemq; abbas Cassinas, adiuuato sibi Guala episcopo Regenti, & Cardinalibus nonnullis, tale priuilegium rescindendum, & Henricum anathemate feriendum censebat. Huius rei certior Paschalis factus, Brunonem ad se uocari iussit, & num se maledictis inimici more conceperisset, rogauit. Cui abbas: Qui tibi te à me nō diligis, sed probis confidit nunciatur, fallā narrarunt. Ego enim ita te dilige, ut dominum ac patrem meum, neminemq; alium te uiuere uolo habere pontificem, ut cum multis aliis tibi promisi. Audio uerō Saluatorum meum mihi ita dicentem: Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Vnde, & Apostolus: Siquis nō diligit dominum Iesum, anathema sit. Debeo igitur diligere te, sed magis illum, qui te fecit, & me. Cæterum pactum illud scōdum per uim expressum, ac pietati religioniq; contrarium, ego non laudo. quis enim illud laudaret, in quo uolunt fides, ecclesiæ libertas laeditur, sacerdotium tollitur, unicum ecclesiæ ostium clauditur, multa ostia aperiuntur, per quæ qui intrat, fur est & latro. Habemus canones, habemus sanctorum patrum cōstitutiones, ab apostolorum temporibus ad te usq; perductas. Via regia incendendum est: neq; ab ea aliō declinandum. Apostoli illos omnes damnant, & à piorum communione seungunt, qui à seculari potestate ecclesiam obtinent: laici enim etiam religiosi nullum gubernandæ ecclesiæ ius habent. Hinc sancta apostolorum cōstitutione qui contradicit, catholicus non est: quicumq; autem tuetur hæresim, hæreticus est. hanc autem esse hæresim, nemo negarit, quā sancta & apostolica ecclesia in multis conciliis hæresim nominat, & cum suis auctoribus damnat. His uerbis commotus Pontifex abbati mandauit, ne monasterio post hac præficeret neq; enim decere aliquem episcopum esse, & monasteriū tam celebre administrare: monachis etiam per Leonem Ostiensem episcopum, eundemq; monachū præcepit, ne illi obtempèrent, sed alium sibi abbatem deligerent. Verū diluendæ, quā contraxerat, infamij causa concilium in Lateranum uocauit: ac de sede apostolica, Imperioq; Romano ad patres reuoluit. Ibi notatus est iterū à plebriq; quōd Henricum, capto summo Pontifice, tractis Cardinalibus, ac multo cleri populiq; profuso sanguine infamem, ad Imperiale fastigium prouexisset: & institutiones episcoporum, quas maiores eius acerbissimis uexationibus & durissimis exiliis contra Henricum IV. eius patrem defendissent, indignissimo priuilegio cōdonasset. Quibus ille promitē respōdit, se quo d egisset, necessitate adactum fecisse: neq; enim aliter se imminetentem irragem populū, incendia Urbis, uasitatem agri prohibere potuisset. id si piaculū putaretur, se eō scilicet arbitrio expiaturum. Eo responso cum iram acculaturum maxima ex parte lenisset, tum uerō, ne quis de fide sua dubitaret, quōd sacriligum, ut obijciēbatur, sacrilego priuilegium indulgisset, extremo concilio die ita audientibus omnibus et locutus: ut, præter cætera à Romana ecclesia approbata, se probare aut respicere diceret, quæcunq; Gregorius septimus, aut Urbanus secundus aut decreuissent, aut repudiasent. quo pacto gratia eorum etiam aduersus Henricum senem propter ecclesiarum collationem decreta se approbare significauit. Quibus dictis sur rexit Gerardus Engolismensis episcopus legatus ex Aquitania, totiusq; concilij consensu præsentibus omnibus ita ex scripto pronunciauit: Priuilegium pro liberatione captiuorum ecclesiæ à Paschali Pontifice ut per Henricum regē extortum, omnes in hoc sancto concilio congregati legitima censura & auctoritate ecclesiastica, iudicio sancti Spiritus, condemnamus, & irritū esse iudicamus, eo nomine, quōd in eo scriptum est, iure lectum à nemine consecrandum, nisi prius à rege instituat, quod est contra Spiritum sanctum & iustam institutionē. Quibus recitatis, omnes ita esse iudicauerunt: atq; in ea CEN TV M fermē episcopi subscripserunt. Hæc autem ubi Alpes perlati sunt, archiepiscopus Viennensis graue in Henricum anathema explicuit, & Moguntinus cum quibusdam principibus apertam contra eundem coniurationem iniuit. Henricus itaq; anno mē. rursus in Italiam cum regina ac tota familia sua traiecit, ac Mantuam progressus, legatos ad Pontificem de componendis regni & pontificatus discordiis misit. Paschalis conuentu in Laterano habito, admonitus, ut de republica ageret, id est, ut de Henrici priuilegio referret, quā ea de re uocati ex omnib. terris episcopi conuenissent, ita uerba fecit: Postquam Dominus in manus me tradidit Regis, uidebam quotidie fieri rapinas, incendia, cædes & adulteria, eaq; ab ecclesia Dei auctore cupiebam. Itaq;, quæ Henrico tribui,

pro

pro liberando Dei populo tribui, fateorq; perperam me fecisse, rogoque uos omnes, ut precibus à Deo mihi ueniam imperetis. Iniquum priuilegium, quod in castis Henrici scripti, tanquam irritum perpetuo anathemate damno, horrore, uos omnes, ut idem faciatis. Sub quam uocem cum uniuersū exclamassent, Vt rogas: tum Bruno Signinus episcopus: Gratias, inquit, Deo agamus, quōd pontifex Paschalem huic concilio præfidentem proprio tandem ore conscriptum illud audiuitis condemnantē, quōd prauitatem & hæresim cōtinēbat. Qua re audita quidam ex astantibus episcopus subiecit: Si scriptū illud hæresim continēbat, ergo qui scripsit illud hæreticus fuit. Tum Ioannes Castellanus cōmotus: Tūne in concilio, inquit, & nobis audientibus Romanum Pontificem appellare audet hæreticum? scriptū à Pontifice confectum malum quidem fuit, sed hæresis non fuit. Tum alter: Immo uerō ne malum quidem, quia eo populum Pontifex liberauit. Tum Pontifex his uocibus excitatis silentio manu indicto ita locutus est: Fratres & domini mei audite: Ecclesia hæc nunquam inquinata hæresi fuit, imō omnes labe hæresis expurgauit, Eutyrianam, Sabellianam, cæterasq;: siquidem pro hac filius Dei, dum pateretur, orauit, cum dixit: Ego pro te orauī, Petre, ut nō deficiat fides tua. atq; ita alterationem sustulit. Inde priuilegium, quod in castris cōcesserat, renouat Gregotij VII decreto ita abrogauit, ut & qui daret, & qui acciperet, à cōmunionē priorū seungeretur. Tū Prænestinus: Domine pater, inquit, si uerē tuus fui legatus, omnibus his audientibus legationem meam uerbo tuo confirmā. Cui Pontifex: Verē legatus ex latere nostro fuisti, & quicquid tu, cæteri q; fratres nostri Cardinales, episcopi, legati Dei & apostolorum Petri & Pauli, huius sedis & nostræ auctoritate fecerit, confirmauerunt, probauerunt, ego quoq; probō & confirmo: quicquid damnauerunt, condemno. Tum Prænestinus: Atqui, inquit, cum legatus Hierosolymis agens audissem, Regem Henricum post sacramenta, obfides, & oscula, Pontifex in ipso beati Petri templo cepisse, indigneq; tractasse, Cardinales exuisse, uexasse, nobiles Romanos partim occidisse, partim captiuos fecisse, stragemq; populi ingentē edidisse: cum hæc, inquam, flagitia ac scelera cognouissem, Ecclesiæ Hierosolymitanæ consilio excretionem in Regem Henricum intēdi, eamq; pōst in Græciā, Hungariā, Saxoniam, Lotharingiam, Franciam concilij consilio harum Ecclesiarum confirmauit. Quamobrem oro uos, Patres amplissimi, ut quemadmodum legationem meam dominus Pontifex confirmauit, sic & uos cōsentientibus sententijs comprobetis. Itā cum eadem archiepiscopus Viennensis legatus literisq; missis postularer, in eam sententiā à pluribus sine ulla dubitatione discessum est. Paschalis post hæc Romanam defectionem mollentibus inuisit, processit in Apuliam, & conuentu Beneuenti acto, Gulielmum Apulicū confirmauit Duce. Henricus ex Lombardia Romam uersus iter suscepit, atq; oppidis pontificiæ ditionis occupandis Romam progressus, in frequenti occurū ciuitatis, Leoninam urbem iniuit. Ibi cum reuocata à Paschali sacerdotiorum sententiā pariter fe dignitate nudatum Imperatoria uerereur, iterum se Imperatorio diademate uoluit redimiri: omnibusq; id muneri sufficere recusantibus, quōd solus adhuc pontifex obire solitus, Mauriciū Braccarensem episcopū ex Campania uocauit, & se ab eo coronari iussit, ac statim Vrbe egressus in Marchiam Taruinam bello tumultuantem se reuoluit. Interim Cuno Prænestinus episcopus, Gelasij II. qui Paschali successerat, legatus, conuentum episcoporum Germanicorū Coloniae & Fritelariæ habuit, atq; utroq; in loco Henricum cætu piorum eiectionē declarauit. Quo factō permoti Germani principes, conuentum Viriburgum indixerunt, atq; eō Henricum ad dicendam causam uocarunt: haud obscure denunciantes, se, nisi uenisset, absentem regno spoliaturus. Quibus rebus excitatus Henricus, copijs in Italia cum uxore relicta, in Germaniam redire maturauit: ac procerum sacerdotumq; suorum concordia uoluntate commotus, cōuentum apud Triburias haberi permisit, se q; de omnibus, quæ sibi obijcerentur, rationem ibi reddendum ostendit. Cōuentu inde ad habito omnes in possessiones suas redegit, ac legatū pōtificis Callisti II. qui Gelasio successus erat, conuentum alium Remos indicentibus, ipse quoq; ut reconciliaretur ecclesiæ, eō se occursum sponōdit. Et conuentus pontifex ipse præfedit: atq; inter cætera Henrico, ut sacerdotiorum collationi renunciarer, præcepit. Henricus per legatos spaciū petijt, quō cum principibus suis colloqui super ea re posset. Ita infecta pace Callisti prædecessorum suorum decreta super ea re facta probauit, ac in Italiam redijt. Tandē Henricus in cōuentu Vormaciensē, cum per septē dies assidue de cōcordia componenda diuersis inter principes certatum sententijs esser, neq; manentibus adhuc ipsarum partium studijs res commodum habitura finem uideretur, Quid tantopere, inquit,

de re nō necessaria concertatis, cum ego paratus sim auctōritati sanctæ utiq; ecclesiæ obedire, ac liberē id, quod concordiam dilinet, ius sacerdotiorum remittere? quæq; aut à me, aut à patre meo ecclesiæ ablata oppida sunt, restituere? Quam uocem ubi legati pontificis & episcopi audiuerunt, continuo alacres lumis cum laudibus exceperunt, atq; ut in sententia permāneret, hortati sunt. Itaq; ipse cum toto suo exercitu, qui execrationis contagione corruptus erat, in cōmunionem ecclesiæ fidemq; recepit, ius episcoporum abbatumq; instituendorum, quod nunquam remissurum statuerat, in perpetuū in manus Lamberti Ostiensis episcopi, legati pontificis, maxima humilitate dimisit, ac tabulis scriptis tale sacramentum concēpit. Ego Henricus, Dei gratia Romanorum Imperator Augustus, pro amore Dei, & sanctæ Romanæ ecclesiæ, & Callisti pōtificis, & pro salute animæ meæ, dimitto Deo & sanctis eius apostolis Petro & Paulo & sanctæ catholicæ ecclesiæ omnem inuestituram per annulum & baculum, & cōcedo in omnibus ecclesijs fieri electionem, & liberam consecrationem. His tabulis inde extra urbem in campo ad Rheum propter ingentem quæ conuenerat mortalium multitudinē recitatis, atq; ingentibus omnium clamoribus gratijs Deo omnipotenti actis, legatus rem diuinam magna cæremōnia fecit, ac pacis osculo & sancta eucharistia oblata, Henricum Romanæ ecclesiæ recepit in gratiam. Atq; ita diuina inter Pontificem Imperatoremq; discordiæ finis tandē impostus est. Sigonius lib. 10. regni Ital.

Vribanus VI. quinq; Cardinales, qui contra ipsum conspirarāt, in uincula cōiecerat. Id indignē ferēs PLEVS de Rauēna pridem legatus per Germaniam Vrbanū, scriptis principibus per Germaniam, se magno pridē errore captum, fouisse partes Vrbanū: nunc diuina misericordia sibi patefactā ueritatem, quam hæctenus præstigijs Vrbanū, oculos suos fascinantem, uidere nequieuit. Illos quoq; cōfutare animabus suis, & ab his quæ ille præfens disseminasset, prudenter emendatos recedere iussit: præstare serō quam nunquam emendari. Principes, acceptis literis, risere inconstantiam uiri, alioqui docti. Idem tum Pileus, priusquam Italia cederet ad Clementem VII Antipapam, Auenione uiuentem, galerum cardinalitium ab Vrbanū concessum in foro publico Papiæ concremauit, Comite Virtutum idipsum comprobante, quōd illi Vrbanus nuper negasset regni titulum per Lombardiam. Cranzius lib. 10. Metrop. c. 20.

Philippum Suetiæ Principem Archiepiscopus Moguntinus, Othonem Saxonem Archiepiscopus Colonienis in augurauerat, utrumq; factiohe potētē fultum. Quippe ultra Germaniæ Principes, Philippum rex Gallia, Othonem rex Britannia adiuebat. P R E M Y S L A V S Boemorum princeps mediū tum adhuc agebat, animo fluctans, in utram partem sese daret, cum ei ex Lusacia afferret, Saxones excursionem illd factā, pagos aliquot diripuisse, pecoraq; inde in Saxoniam abegisse. Otho per legatos de iniuria admonitus, Nimis, inquit, intemptiuam sibi uideri hanc querelam, quasi Premyslaus morum militarium sit ignarus, qui aliter uiuere nisi rapto uix sciant: & postquam in Saxonia rebus necessarijs in præfens destituantur, quid noui, si illas apud uicinos rerum abundantiores querant? Inter ea Legati à Philippo in Boemiam ueniunt, ipse amplissimas Premyslao ostentantes, si philippizare in animum induxerit. Sine ulla deliberatione, ita se facturum respondit, & illis adhuc præfentibus, Othoni bonam uicinitatem renūciat, subiuungens: Suūm quoq; militem seire ex rapinis & spolijs uiuere. deletoq; robore trium millium, de Saxonia prædas egit. Ob id factum à Philippo Moguntij rex Boemiam dictus est, eidemq; contra Othonem fidā tulit auxiliā, quō ad Arnolphus Episcopus, cognomento Tarfonus, grauior Premyslaum accusauit de damnis Bauariæ illatis, dum ab expeditione tum Germanica tum Italica reuertitur, tam graui, ut Bautari quouis gentium multō libentius abire malint, quam expectare tertiam Boemorum per Bauariam expeditionem, quæ haud dubid illos ad extremā uasitatem redigeret. Tum Philippus præcisās ad Premyslaum scribit literas: Non egere se amplius, inquit, ciuimō di Premyslāi auxilio, quōd ultimū suis subditis exitium afferat. Otho interea per Hermannū Turingiæ principem, muneribus & ingentibus promissis Premyslaum in suas partes trahit, ad eō ut Theoderici etiam Misniæ Marchionis, qui Philippi adharebat factioni, sororem sub sterilitatis prætextu repudiauerit, Constantiam, Beæ Regis Pannoniæ filia, superinducta, Innocentij II. Pontificis assensu. Saxonēs Premyslaum laudantes, sua lingua, Othelchgar, hoc est, Othoni totum dediuu uocabant: quod Boemi nō intelligentes, putabant nouum Premyslao à Germanis indi nomen, uocantiq; Otogaram, nec aliter posthac quàm Otogaram cognominabant. Ergo ut se Othonianum esse ostenderet, igne, cæde, uasitate, Philippi subiectos opprimit. Cæterum

tttt 2 non

nō multo post Philippus maiestatis suæ oblitus, ultrò Egrā uenit, & Premillao reconciliatus est, filiola Cunigunda Venceflao Premillai filio desponsata. Eius ope Othonem Colonia Philippus expulit, Bambergē inde per insidias cæso Philippo, Othoni in conuentum principum reconciliatus est. At ubi Otho anathemate pontificio percussus est, Premillaus eo deserto Friderici II. partes secutus est. Dubrauius libro 15.

Odio.

ALEXINVM scribunt sophistam multa probra coniecisse in deambulando in Scilponem Megarensē. Cui cum diceret ex socijs quidam: ille uerò nō ita dudum te celebrauit: Hercle uerò, dixisse illum: optimus enim uir & præclarissimus est. Plut. de Nimia uerecundia.

In **ARCADIONEM** Achiuū (qui semper Philippo obtestabatur, non ebatq; profugiendū, dū uerum esset eò, ubi nemo Philippum cognosceret: cum post aliquando fuit in Macedonia conspectus) amici consulendū cenfebant, nec incuria id transmittendū. Philippus uerò benignè appellatum lautijs & donis profectus, iussit eis deinceps requirere, quid de se ille apud Græcos prædicaret. Ut omnes testimonium dederunt, laudari ipsū ab eò minime: Medicus ergo, inquit, sum ego quàm uos melior. Plutarchus de Nō irascendo.

Interfecto à coniuratis Cæsare, Senatus Rom. de obliuione præteritorum & reconciliatione inter omnes agens decreuit Cæsari diuinos honores, acta eius omnia confirmauit, coniuratis dedit prouincias, conuenientesq; tribuit honores. Vnde putabāt Rempub. omnes pacatam esse, atq; optimè compositam. At postquàm apertis testamētī Cæsaris tabulis compertum est, legatum populo Romano uicinia lulecentum relictum esse, alarumq; per forum corpus uulneribus conspexere laceratum, haud potuit ultra cōtineri aut regi **MULTITVDO**: sed congestis ex foro subsellijs, cancellis, mensisq;, succenderunt & cremauerūt caudat. Inde ardentibus titonibus ad domos inflammandas percussorū tetendere. Alij per totam urbem discurrent requirentes eos ut cōprehenderent & dicerent. Plut. in Cæsare.

TOTILAS Gothorum rex legatos ad regē Francorum Theo debertum miserat, filiam in matrimonium postulatum. Quā conditionem ille respucrat, Eum neque nunc regem Italiæ esse, neq; in posterum fore, inquit, ut qui urbis captæ tenere possessionem nequiter, sed à se deletam hostibus habendam permisit. Quo responso permotus Totilas, recepta urbe, commectus importari, sarcinijq; omnia imperauit, quæ à se uel incendio, uel ruina deleta fuissent: Romanosq; & nobiles omnes, quos in Campaniam emiserat, reuocauit: ac ludis equestribus edis lustrauit exercitum, quem in Siciliam erat ducturus. Sigonius lib. 19. Imp. occid.

Pace, Bello.

Vix possunt, aut saltem noluit, **SCOTTI** aut pacem aut bellum diutius ferre: bello, opibus exhausti, desideratam pacē summa ope perquirunt: pace facti insolentiores, contumacibus animis impatientes æquæ administrationis, aut externum bellum aut intestina discidia, in quæ semper proni fuerunt, inueniunt. H. Boethius lib. 10.

FORMALITER. ET VEL

In genere. Inconstantia

In Malo. Mores, Vita in melius commutata.

MANASSES rex post multa scelera, & post captiuitatem in Babylone, egit poenitentiam, & ad meliora conuersus, Domini misericordiam consecutus est. Hieronymus in Sophoniā cap. 1.

CECROPEM existimo à priscis biforem dictum: nō quia, ut quidā uolunt, ex rege laudato ferus & truculētus euasit tyrānus: imo cōtra, quòd cum teter & efferratus antè fuisset, post comiter & blādè imperauerit. Plut. de Tarda dei uind. Socrates **PHÆDONEM**, ex cuius nomine Platonis liber est, de lupanari ob crudelitatem & auaritiam domini multorū libidini seruientem, liberauit, & in Academiam transtulit. Hieron. in Osæ c. 1.

Xenocrates POLEMONEM luxuriosissimum iuuenē, & inter psalterias atq; tibicinas & impudicas mulieres ebrium, & hedera coronatum, peculāter in Academiam irumpentem, sermone de Temperatā inlustrauit fecit obedire sapientia, & adolescentē turpissimum mutauit in sapientissimum philosophorū. Hieron. in Osæ c. 1. De eo Horat. lib. 2. sat. 3. Mutatus Polemon? Ponas insignia morbi, Fasciolas, cubitale, focalia: potus ut ille Dicitur ex collo furtim carpisse coronas, Postquam est impraui correptus uoce magistrī.

THEMISTOCLES adhuc adolescentulus in uino & lustris uolutabatur. At ut in Marathonē fudit fugauitq; Miltiades

dux legiones barbarorum, non offenderes deinceps ageatē Themistoclem dissolutē. Eam stupentibus conuersionē: Haud finit, inquit, me dormire aut torpescere Miltiadis trophæum. Plut. in Apophth. & in præceptis Politicis.

ANTIGONVS rex cunctis mirātib, quòd iam senex blandè & comiter regnaret: Antè, in se, opus habebam potētia, nunc gloria & beneuolentia. Plut. in Apophth.

GELONEM scimus & **HIERONEM** & **PISISTRATVM** Hippocratis, cum malis artibus tyrannidas inuassent, cum uirtute eas administrasse: & qui uiolato iure ad dominatū aspirauerant, principes fuisse moderatos & reip. salutares: qui resp. suas rectis legibus constituerunt, agriculturæ studium induxerūt, ipsosq; ciues ex penulantib. & garrulis frugales & industrius reddiderūt. Plut. de Tarda dei uindicta. Megalopoli tyrannus fuit **LYDIADVS**. Inde in ipsa dominatione immolatus & uiolētī iuris peratus, reddidit ciuib. leges suas: post patriā dimicans magna cum gloria cecidit. Plut. de Tarda dei uindicta.

VALENTINIANVS II. Imp. nondum XX an. natus, errorem iuuentutis antè correxit, quàm disceret, esse lapsū alius cuius erroris. Ferebatur primò ludis Circensibus delectari, sic istud absterit, ut ne solēbus quidem principum natalibus, uel Imperialis honoris gratia, Circenses putaret esse celebrandos. Aiebant aliqui, ferarū eum uenationibus occupari, atq; ab actibus publicis intentionem eius abduci, omnes feras uno momento iussit interficere. Iactabant inuidi, quòd præmaturè prandium peteret. cœpit ita frequenter ieiunium, ut plerunq; ipse impransus conuiuium sola ne suis comitibus exhiberet, quòd & religioni sacra satisfeceret, & principis humanitati. Scenicæ cuiusdam formæ ad decore deperire Romæ adolefcentes nobiles nunciabantur. iussit eam ad comitatum uenire. Missus, precio deprauatus, sine mandati effectu rediit. Alterum misit, ne uoluisset emendare uitia adolefcentum, & non potuisse, uideretur. Datus est obtestadī aliquibus locus. Dedidit tamen nunquam aut spectauit, aut uidit: Postea redire præcepit: ut & omnes agnoscerent, irritum eius nō esse mandatum, & adolefcentes doceret ab amore mulieris temperare, quam ipse, qui potuit habere in potestate, despererat. Et hæc fecit, cum adhuc nō haberet uxorem, & tamen exhiberet suis tanquā uinctus cōiugem castitatē. D. Ambrosius in eius laudatione.

AVGVSTINVS in iuuentute libidinosisimus fuit, 16 ætatis anno. Aliquit inde concubinam, quæ illum ex Africa Mediolanum usq; secuta est, eiq; filium Adeodatum peperit. Mediolani nuptias contrahens cum uirgine, quia nondum uiro matura erat, per biennium expectare coactus, nouam interea concubinam sibi seieuit, cum prior indigna eius nuptijs in Africam rediisset. Tandem ad Christianam fidem conuersus, sanctissimè uixit, ita ut omnium mulierū, etiam cognatarum, commercium fugeret, ne suspicione aliqua hominibus præberet. Vide Tit. Doctorum ecclesiasticorū.

ALIPIVS Tagasta Africa urbe natus, popularis & amicus summus D. Augustini, ethnicus, & qui Christi nomē dignū non ducebat quòd licetis præfegeret: in primis adolefcentiæ annis promiscuo concubitu se polleuit, & Circensibus ludis ad insaniam usq; deditus fuit. Sed postea cum Augustino Mediolani conuersus, uoluptates omnes exacerat tanto feruore castitatem amplexus est, ut Augustino quoq; auctor fuerit, ne uxori duceret, ut eo liberius Domino seruire posset: ille Hippocentis, Alipius uerò Tagastensis episcopus factus est. Augustinus lib. 6. Confessionum, cap. 12.

PELAGIA Antiochena pima, non modò corpus uulgauerat, uerū Antiochiæ quoq; scenæ ac theatro operā suam locarat. Hæc postea mutato uiuendi genere, cum in desertis loca se contulisset, absentia alijsq; uirtutibus permultos monachos atq; eremitas superauit: editisq;, & dum uixit, & post mortem, miraculis, in sanctarum numerū referri meruit. Fulg. lib. 6. c. 9.

Annas, Orientalium Anglorū rex, CENOVALCHIVM Occidentalium Saxonum regem perditissimum (qui ob diuortium cum Sexburga, Pendæ Merciorum regis sorore, à Pendæ regno fuerat priuatus, & ad Annam confugerat) suscepit benignè hospitio: deinde acriter increpauit, quòd religionem spreuisset, quòd uxorem ablegasset, quòd denique se ita turpiter uitijs dedisset. Tum ille poenitens præteritæ uitæ, subito ex malo bonus, monitis Annæ, euasit. Recepit enim quamprimum Euangelicū dogma, recepit uxorem, & non multo post regnum totum recuperauit. Polyd. lib. 4.

Scotici annales tractum, **RICARDVM II.** Anglorum regem in carcere detrumum, deceptis custo dijs muliebri ornatu, agafonis cuiusdā ductu in Hiberniam peruenisse: quumq; se illic perquiri sensisset à satellitibus regijs, in Gallouidiā traiecit, feruissetq; nobili cuidam regionis illius, nomine Magdougat, carerum ab aulico quodam agnitus, ac ad Robertum III. Scotorum regem perductum, regio honore exceptum, totum se Deo tradidisse, & orationibus ac elemo-

elemosynis, ieiunijsq; inuigilantem, in castello Sterlingensi fato fundum esse: sepulturn in Prædicatorum cœnobio ad cornu summi altaris, cuius hæc etiam ætate titulus extat. H. Boethius lib. 16.

CTAVIVS Britannia regno occupato, à Romanis cinctus, Scotorum ope restitutus, cum totius Britannia imperio inhiaret, & Scotis fidem datam nō seruet, iterum à Romanis pulsus ad Danos cōfugit. Tertius inde repetit, regnoq; recepto, ex iniquo principe optimus & pacis studiosissimus euasit: adeoque beneficentia Cæsaris Constantini regnum confirmatum obtinuit. H. Boethius lib. 6.

VORTIGERNVS Britannorum rex, malis artibus regnum adeptus, peioribus idipsum per Saxones ueri conatus, religionis profanata reus, uxori superinducta pellice Roxiena Hengistū Saxonom ducis filia, à procerib. in cūsto diā coniecit, Vortimerō filio substituto: cuius opera Saxones eiecit. Mortuo Vortimerō è carcere eductus Vortigerus, populi consensu regno restitutus, principem optimum egit: similitate omni deposita, erga proceres & benignum & liberalem se præbuit, in ijs quæ ad bellum pertinere sagacem & sollicitum. Fœdus cum Scotis atq; Pictis confirmauit. Cæterum non multo post ab Hengistō denudò regno exutus, ab Aurelio Ambrosio igni exustus est. H. Boeth. li. 8.

SPITIGNEVS II. Bretillai F. cum patri in principatu Bœmiæ successisset, libidine imperandi Vratislauū fratrem Olomucio cinctum ad Hungaros fugere compulsi: Conradum uerò & Othonem aulicis ministerijs destinauit. Eum per quictē D. Vitus acerbè obiurgauit, & uindictam diuinam non longè abfuturam minatus est. Quo somnio terribus, è crudelissimo principe factus est mansuetissimus & iustissimus, fratresq; in gratiam receptos paternis bonis restituit. Dubrauius lib. 8.

Guntherum archiepiscopum Magdeburgensem morti proximum de successore interrogabat amici. Tum ille: Si me consulitis, offerendam uobis dignum successorem, **FRIDERICVM** Comitem de Bichlinge, non hoc intus, quod foris, præferentem. Ego noui optimum cor uiri ad Dei timorem, eiusq; religionem. Nolite, quòd foris apparet, intueri. Illustrem uirum habetis, animo & corpore integrum. Illius ergo moritū Fridericus electus, (subiò in uirum aliū commutatur. Literis non usque adeò erat imbutus: adhibuit tamen magistrōs, breuiq; profecit in eum modum, ut multis antecelleret. Officium diuinum ipse obijt. Maior illi curā in reformandis moribus, quàm ædibus, à religiosis uerū quæ sexus exortus, ut ad secularis perueniret, quos non nisi arma ad officium permouere poterat. Gauderet ille, ubi maior apparebat contradicō, ibique rem bene processuram fidebat: ibi scilicet abundaturam gratiam, ubi exuberaret pertinacia. Nec cessabat, donec ad iuga humilitatis & religionis perduceret repugnantes. Sibi nihil indulgebatur: in uisū patris, in ieiunijs assiduis, intus cilicio, foris honestiore uictu utens. Qui antè episcopatum assiduis erat in uenationibus, comestationibus & amoribus, post tale sese prebuit, ut magnus ille Nicolāus de Cusā Cardinalis, de la rege legatus, testaretur, unum se per totam Germaniam reperisse pontificem. Fridericū. Cranzius lib. II. Metrōp. c. 38.

In Bono. Mores, Vita in deterius mutata.

IOAS filius Ochoziæ regis Iuda, puer septem annorum, cum regnare cœpisset. Domini religio coluit. Est post obitum Ioiaæ sacerdotis à pietate defecit, & interfecit Zachariam prophetam filium eius. 4. Reg. 22 & 2. Paralip. 24.

GRÆCIS nihil seruitutem & molliem perinde arbitrantur inuexisse, ut gymnasia: ac palastras multū languoris & orij intulisse ciuitatibus, artiūq; studium malarum, atq; amare pueros, labefactare iuuenum corpora somnis, ambulationibus, motionibus concinnis, & arguta uictus ratione: per quæ exciderūt imprudentes ab armis, malueruntq; lepidi palastræ, & pulchelli, quàm pedites & equites fortes dici. Plut. in quæst. Rom.

PERIANDER Corinthius, initio popularitè ac moderate gerebat imperium, postea uersis moribus tyrannicè agere cepit. Id simul atq; cognitum esset Pittaco Mytilenæo, diffidum de sui ipsius animi cōstantia, magistratum deposuisset, relictoq; imperio priuatum uixisse. Percontantib. deinde quibusdam, Quæ gratia fugisset imperium? respondisse, Quòd admodum esset arduum, probum esse, propter mutatum Periandri. Quibus auditis, Solonem addidisse suum apophth. *ἄδελφός τῶ ἰσθλά.* Erasmus in Adagijs, ex Laertio. Sicut in ueteris Comœdiæ, ita quoque in **LVCYLLI** uitæ exordio sese offerunt aduersus politicæ & expeditiones: in calce computationes, cœnæ, & tantum non comestiones, faces, & omne genus ludī. Plut. in Lucullo.

Sergius **GALBVS**, dum uigebat græs, militari laude apud Germanias floruit. Proconsul Africani & ceteriorem Hispaniam pari iustitia continuit: maior priuato uisus, dum priuatus

fuit: & omnium consensu capax imperij, nisi imperasset. De eo sic cecinit Ausonius:

Spem frustrate senex, priuatus scepra mereri Vifus es, imperio prodius inferior. Fama tibi melior iuuenis: sed iustior ordo est, Complacuisse debitas, displicuisse prius.

CONSTANS Imp. occidit, pacatis Rhēni limitibus, uitam corruptam & parum attentam agere instituit. Quippe uenationibus assiduis, atq; indignis amoribus, ac turpibus uoluptatibus, fœdisq; libidibus se dedit: ita ut ab hominum congressu oculisq; remotus, quò animo liberius indulgeret, omnem prope curam omisisset Imperij, uelut ab omnibus tutus insidijs, uideretur: quin etiā eam superbiam induit, ut prouincialibus grauis, militibus parum iucundus esset. Quæ cum Magnentius Comes Iouiorum & Herculiorum in Gallia animaduertisset, animo ad ipsum opprimendum, atq; Imperium inuadendū, præferit uerò Constantio fratre malè in Perside rem gerente, adiecit, ac sequenti anno prosperè cogitata perfecit. Sigon. lib. 5. Imp. occid.

VITIZA Hispanorum rex, Egicæ patri tyranno succedēs, primis regni annis optimum se principem exhibuit. Post in omnem genus scelere effusus, à Roderoico oculis & regno priuatus fuit. Roderoico Tolentanus lib. 3. rerum Hispan. c. 16.

DARDANNVS Scotorum rex imperij initio bonū egit principem, optimatum usus consilio in publica administratione, à domestica iniuria externaq; probè suos tuauit. At tertio anno uix emenso, omisiss quæ ad iustitiam attingebant, præceptis in ueneris uicia dicitur abijisse, regijs liberis necè intentasse. Acie proinde uictus, captusq;, præcisō capite in cloacas deiecit. H. Boethius lib. 4.

AMBIRKLETHVS, Eugenij V. regis Scotorum F. uirtutū studiosus, ac acerrimus imbecillis plebis sacerdotumq; defensor erat. Sed regnum adeptus, gastrimargia, libidine, auaritiaq; insigni, præter omnium opinionem in spurcum atq; infamem belluonem abiit. Eius ignaui Garnardus Pictorū rex animatus in Scotos duxit. Ambirkelethus collectis uix tantè copijs, metatus castra ad Tairipam, egressusq; post cœnam dubia luce ad naturæ requisita, duobus famulis tantum comitatus, sagitta ab incerto auctore emissa confixus interijt: annos duos duntaxat imperio potius. H. Boethius lib. 9.

FERQVARDVS II. Scotorum rex, ex uiro liberali ac humanissimo, regnō potius, in insatiabilem ac crudētem belluam mutatus est. Ibidem.

VAIDEMARVS Gothorum & Suconum rex, puer etiam nū, Bingeri patris Ostrogothorum ducis consilij regnum præclare administrauit. Eo autem mortuo, Sophiæ uxoris Danæ instinctu fratres suos contemnens, paternam hereditatem cum illis diuisit, lutham uxoris sororem confuprauit. Magnū fratē Danorū regis Erici ope anno 1277 Valdemarum uicit, atq; cepit ueniamq; petentem Gothorum regnō donauit, ipse sibi Sueciam retinuit. Tandem tamen etiā Gothiæ regnō à proceribus priuatus, & in carcere coniectus. Ioan. Magnus lib. 19.

SPITIGNEVS cum Boriuotio patri sponte abdicanti in regnō Boemice successisset, quamdiu sub Detonij & Myronis tutela uixit, pium sese principem præstitit. At sui iuris factus, ipsismet parētibus ad tuendam fidem Christi cum adhortantibus ferociter respondere ausus est. Non minus sibi idololatræ quàm Christianos caros futuros, quòd utriusque ad frequentandam regionem æquò facerent. Sed in ipso itinere morbo correptus, uix octiduum superuixit. Dubrauius lib. 4.

In specie. Inconstantia in

Liberalitate.

MALCOLMVS II. Scotorum rex, bello & pace clariss. nisi extremam eius senectam immoderata cupiditas contaminasset. Penitens enim factæ in nobilitatem liberalitatis (quandoquidem agrōs omnes ijs largitus erat) ut erogata dudum prædia reciperet, quæstis confictisq; causis quosdā magnæ dignitatis uiros coegit ultima subire. Itaq; ad Glammys, à quibusdā necessarijs nobilitum iniuste cessorū noctū intromissis interficitur: regno paulo plus triginta annis occupato. Percussores simul cum aulicis, quorum dolo malò rex interierat, pernicibus equis aufugientes, capis ita nitue operis, ut iter nulli facile pateret, in lacum Forfair glaciē constructum delapsi, & aquis abforpti perierunt omnes. Gelu tandem soluto fercinulis extracti, nullo lūditij genere non habiti, in partes à carnifices sunt dissecti, & hinc inde per cōspita in circibus suspensi. H. Boethius lib. 11.

Popularitate.

MATHIAS Coruinus Vngariæ rex, postquam Beatrix Aragonia regina uenit, uiuendi rationem mutauit, magnificas

conationes, exulta triclina, aurata cubicula introduxit, regem a popularitate reuocauit, inuitos foribus affouit assiduus, intercepti faciles aditus, regiam matasata ad feruandum decorum redegit. Bonfinius lib.7. Dec.4.

Pietate.

SALOMO Iudaorum rex sapientissimus, concubinarum intricatus amoribus, in uera pietate naufragium fecit.

Generis rex Africae, post Romaum Imperium diminutum, & religionem Catholica laceratam, an. 478. uita sua finem impoſuit, HONORICO filio rege relicto. Is initio regni magnam aequitatem atq; animi moderationem adhibuit, ac planè se à paterna adhaerere in colenda pietate ratione ostendit, siquidem Catholicos in locis etiam à patre interdictis conuentus habere, & rogatu Zenonis Imperatoris episcopum Carthagini Catholicum Eugenium creare concessit, qui per uiginti quatuor annos nullus existerat. At quinquennio post pristinam comitate deposita, a crem demum hostem se Catholicis prodidit. Sigonius lib.15. Imp. occid.

ARCHONENSES Rugiani ab Erico III. Danorum rege obſeſſi, necessitate uicti, salutem in Christiana sacra transiione pacis, statua qua uenerantur reuera, Danis se tradiderunt. Erat enim simulacrum urbi praecipua ciuim religione cultum, crebrisq; finitiorum officii celebratum, sancti uiri nomine. Primum itaq; solenni ritu proliu iussu, stagnum maiore pellendae stis, quam iniciandae religionis ardore perentes, sub specie sacrorum festa obſidione corpora reſecerunt. Datus Archonenſibus pariter rerum diuinarum antistes, qui & eis cultioris uita formam praescriberet, & noua religionis rudimenta traderet. Sed post discessum Erici, cum antistite pulsa religio. Saxo lib.14.

Ambitione.

DIOCLETIANVM sunt qui tradant, primum se ut Deū adorari iuſſiſſe, quum gemmas uestibus & calciamentis inſeruiſſe: quanquam ante illum Imperatores omnes salutari ut iudices conſueuiſſent, & chlamyde tantum purpurea ab priuatis diſtarent. Sed id utiq; mirabilius, eundem hunc Diocletianum apud Salonas in proprio uillae palatio, ſtatu priuato morientem, uiuim in deos eſſe relatum, quod uni tantum contigiffe putant chronographi. Caelius libro tertio, cap.5. Antiq. Lect.

IO. PICVS Miradula celeberrimas Italiae & Galliae Academiaſ perluſtrauit, tantumq; profecit, ut perfectus Theologus & Philoſophus uel imberbis haberetur. Gloriam ſtudio Romam profectus, noningentas quaſtiones diſputandas propoſuit in omnibus diſciplinis, omnes omnium gētium philoſophos prouocans, nouoq; liberalitatis genere omnes impenſas reſuſurum ſe pollicens, ſi qui ex remotis oris diſceptandi gratia Romam ueniſſent. Manſit ob hanc cauſam Romae per annum. Obſtreſtatores interea clam illius uirtuti detrudere, palam uero XII quaſtiones ut haereticas traducere, ita ut Apologiam edere coactus fuerit. Alexander VI. Concluſionum leſionem edito ſuſtulit, Apologiam admittit. His circumuentus inuidioſi calumniis, dum falſo obiectos errores excuſare ſtudet, ueros errores à nemine obiectos nec rephrenſos, agnoſcere coepit. Amoriſus illaſtrium ſeminarum ob omis gratiam, generis ſplendorem, diuitiarum amplitudinem, priuata gloriam erat ad diſtor. At ſimultate illa ita ſuit exercitata, ut ab nugis iſtis animum reuocauit. Amorim libros Latina & Etruſca lingua conſcriptos igni tradiderit, & profana philoſophiae ſomniiſ relictiſ, ad ſacrarum literarum ſtudia totum ſe conuerterit. Io. Francisus in eius uita.

Feritate. Cicurati.

BRETIſLAVS II. Boemorum princeps, cum ob ingenij intractabilitatem à patre Vratislao praeritus eſſet, ab Vngaris, apud quos exulabat, poſt mortem Conradi patris reductus, administrationem moſtiffimè inuit, ac tantam omnibus benignitatè exhibuit, ut in cōniuiis, quod per triduum cum ordinibus celebrauit, ad nullam perpetuè menſam afſideret, ſed ſingulas obiens, ſingulis praesentiam ſui comunicaret, alios conuiuuarum perblandè compellans, nonnullos poculorum inſuper inuitatiuiculis prouocans, deniq; ſummos, medios, inſimos ciuiliſſimè tractans. Et cum cœlebs tunc adhuc eſſet, conuiuae epularū hilaritate principisq; comitate prouecti, ad uota & preces conuerſuntur, rogates principem, ut ſolitaria uitam, & proinde inamœnam, cōiuge accepta muret. Id quod breui ab illo factum eſt. nam Lueretiam principis Rhenani filiam duxit uxorem. Dubrauius lib.9.

Impietate, Superſtitione.

Vide Titulum, Conuerſionem.

SALVS Tharſenſis, crudeliter in Christiani nominis homines ſeuit pro uiribus ſuis, per totam Syriam, uſq; ad eadē enīx, ut quanquam admodum adoleſcens, ad lapidandū Ste-

phanum leuitam, cum eius perſecutoribus conueniret. Murtatis poſtea moribus, mutato etiam nomine, eſt fidei, cuius fuerat acerimus perſecutor, dux atq; praedicator extitit: & qui martyrum ſanguinem ſparſit, dum Chriſtianam fidem impugnaret, ſuum poſtea ut eam tueretur, effudit.

Quum Vngari tyrannidē Petri regis ſui perſi, ANDREAM & Leuentam fratres Diui Stephani nepotes, ex Ruſſia, ubi exulabant, ad regnum capēſſendū acceſſerent, in caſtra Petri tres aeneatores ab ipſiſ miſſi ſunt, qui Andreae & Leuentae, regum nomine, editum pro uallo graue ita praecinerēt: Vngarus quicumq; eſt, antiquas maiorum caeremonias reſumito, ſcythicos deos recolito, Chriſtianos peregrinosq; ritus exigito, aduerſus Chriſtianos arma ſumito, Petrū tyrannum interſicito. Teutonem & Latinum quenq; paſſim caedito, noua templa amolito, pōſtices ac ſacerdotes ubiq; trucidato: qui contra ſancionem hanc dixerit feceritq; capitalis eſto, ac hoſtis Vngaricè gentis, haud aliter, atq; ſi Martis Herculiſue aris ac focis uim intulerit. Verum Andreas, confirmato deinde regno, pœnitudine ductus, contrarium priori, (quod ſumma necelſitas ob Vngarorū feritatem preſſerat) per uniuerſum regnū promulgauit editum: Quicumq; Vngarus, Vngaricè incola, peregrinatus frequentans, depoſito pagano ritu, caeremonijsq; ſcythiſ abrogatis, quas rex, ga uſus ita poſtularat, paulo antè permiſerat, ad ueram Ieſu Chriſti fidem euſtigiò non redierit, ac ſacram legem à diuo rege Stephano traditam non receperit, capitalis eſto: uiuus, oppidum, & ciuitas quæq; demolita templa baſilicasq; reſicito: pontifices, collegiaq; ſacerdotum priſtino more obſeruaſto, & paret: Chriſtiano ritus reuocato: prophanas caeremonias falſoſq; deos exigito, eorum ſimulacra demolito. Si quis magnis uerisq; numinibus ac ſacerdotibus male dixerit, feceritq; Deum hominumq; hoſtis eſto. Si quis ſacra legerit, leſta cōtinuò reſtituito: quicumq; ſacro, uel quouis alio humano ſanguine manus ſoedatit, commiſſa picaula expiata. Vngarus demū quiſq; cœdibus, latrocinijs, ac cœtera denique ui & iniuria abſtineto. Sanctio nem igitur hanc quicumq; contempſerit, aduerſus ſe iuerit, capitis ac rerum omnium reus eſto. Bonfinius lib.2. Decadis 2.

Heresi.

VALENTINIANVS II. Imp. iuſtinae matris inſtinctu Arrianis fauebat, & Ambroſium episcopum Mediolanenſem eo nomine perſequebatur. At poſteaquam à Maximo tyranno Italiae imperio exurus, à Theodoſio Magno reſtitutus eſt, aſſiduus Theodoſij præceptis imbutus, Catholicam pietatem ita colere coepit, ut Ambroſium eodem loco atq; honore, quo parentem, habuerit, ac mandata eius diligenter exauſerit. Sigonius lib.9. Imp. occid.

Apoſtaſia.

MARCELLINVS Pp. cum à miniſtris Maximiani ſupplicio intentalo ad ſacrificandum eſſet adductus, timore exanimatus thura adoleuit: mox agniti erroris acri penitentia tactus, remedium oportunitum adhibuit. Etenim conuentū episcoporum in crypta Suelae in Campania habuit, atque ibi X. Kal. Septemb. cinere conſperſus, & cilicio obductus, effuſis lacrymis flere delictū ſuum inſtituit, ac ſemetipſum ultro damnauit. Miniſtri Maximiani ut cognouerunt, Marcellinum peracta penitentia expiatum ardentius in Chriſti cauſa perſiſtere, ipſum de integro corripuerit, & palam ſacrificare abnuerit, ac ſacro Maximianum praesentem conuitio laceranti, caput à ceruicibus amputarunt, pariterq; cum eo diaconos tres, Claudium, Quirinum, & Antonium peremerunt, atq; eorum corpora proiecerunt: quæ ſine honore ſepulturæ per dies triginta ſex iacuerunt, donec à Marcello preſbytero collecta ſepulcro ſunt tradita. Sigonius lib.1. Imp. occid.

QVI INCONSTANTES FVERE.

Homo nanci, ſuſſiſi, inconſtans, leuiſ, à Græco νεῖ & εἰς, qui momento aſſirmat, idemq; negat. Feſtus.

POPVLII, GENTES.

De mutatis morib. MEGARENSIVM Theognis in Gnomis ſic conqueritur:

νεῖ οἱ ἀπέθῃ ἀγαθοί, νεῖ οὐ κακοί οἱ δὲ νεκοί πῆρ, νεῖ ἀγαθοί, τῆς κατὰ ἀνέροτ' ἐσοῦν; τῆς ἀγαθῆς μὲν ἀπαρτίτης, νεκοῖς δὲ κακοῖς τῆς τῆς; μὴ τῆς δ' ἐκ κακοῦ ἐσθ' ἀγαθῆς, ἀλλ' ἀγαθῆς δ' ἀπαρτίτης τῆς ἀλλοτρίῃς ὑπ' ἀνέροτ', ὅς ἀγαθῶν πῆρ ἄδ' ἀγαθῶν, ὅς κακοῦ.

Cyrne, qui prius boni erant, nūc mali ſunt: mali autē prius, nunc boni. Quis poſſet hæc ferre? intencens bonos quidem contentiores eſſe, peiores uero ſortitos honorem? Vxorē ducit autē ex malo bonus uir: ſe inuicē uero fallētes, ſe mutuo deſidēt, neq; bonorū memoriā habentes neq; malorū. De re

De re quæ piæ, quæ melioribus inuitijs cepta, paulatim ad deturpationem delabitur, ut pleriq; mortaliū faciunt, exortū ad agiū, Ἰδ' ἀγῶν' ἀγῶν' ἀγῶν' ἀγῶν' ἀγῶν' id eſt,

AGINA primum optimos pueros alit.

ob Achillem, Patroclum, Aiace, Neoptolemu, quod hi uirtute præcelluerint, eſt Aeginæ. Concinat hiſ Stra-bo lib.8. oſtendens, ex hac inſula profectū Acacum cum ſua poſteritate. Nam Stephanus inſula nomen in ditum putat ab Aegina Aea matre. Eandem aliquando maris imperium tenuiſſe, quæ ne cum Athenienſibus quidē in nauali ad Salaminem prælio de principatu cœtare dubitauerit, quum Perſæ Græciam inuaderent. Hiſ meminit etiā Homerus. Eſt autem Cycladum nobiſſima, quæ diu dicta ſuit Oenone, ut indicat idē Strabo & Stephanus. Ob laborum autem tolerantiam & induſtriam frugalitatemq; dicti ſunt Aeginæ Myrmidones: quum enim haberēt terram ſuperne lapidofam, inferne fruementis idoneam, ſodientes in cauernis habitare uifi ſunt fornicari more, & aſportādis lapidibus quodā modo eis animantis induſtriam repreſentare. Deinde labente morum integritate, male coepit audire Aeginetæ: id quod prouerbij aliquoſ teſtaſt eſt, quorum eſt illud, Aeginenſes neq; tertij neq; quati. Eraſmus.

ROMANVM mores mutari. Ex colluic Italig (quæ aſylo primum à Romulo aperto eō cōfluxit) ſcaturig uirtutū omnium. ſic ex facib. ſpiritus uini generoſus eductur, quod ille uult, qui poteſt omnia. Noſtra ætas, inquit Cic. lib.3. de Rep. cūm temp. ſicut picturam accepſit egregiā, ſed euaneſcentem uetulaſte, non modo eam coloribus iſtisdē, quibus fuerat, renouare negligit, ſed ne id quidem curauit, ut formam ſaltem eius & extrema tantquam lineamēta ſerua-ret. Quid enim manet ex antiquis moribus, quibus Ennius dixit rem ſtare Romanā, quos ita obliuione obſoletos uide-re, ut non modo non colantur, ſed etiam ignorentur? Nam de uirg quid dicam? mores enim ipſi interierit uiuorum penuria. cuius tanti mali nō modo reddenda ratio nobis, ſed etiam tantquam reis capitū quodammodo dicēda cauſa eſt. Noſtris enim uitijſ, non caſu aliquo, temp. uerbo

retinemus, re ipſa uero iam pridē amiſimus. Auguſt. lib.2. de ciuit. Dei, cap.21.

BRITANNI, Angloſaxonum rege Occa diuinitūſ proſſigato, ſucceſſu elati, contemtiſ Saxoniciſ armis, neglediſq; ſuis, popinis & ganeis ſe adē addixerunt: ut turuam bi-duum, nonnunquam triduum (teſte Beda) potando epu-landoq; conſumentes, ex ſtrenuis in ſordidiſſimū pleriq; uerteterent gancones: Aegerrimē infamem populi luxu-riem pontificis Britannig, & qui ceteros erudiebant ſacer-dotes, tulerē: uaticinari frequentius inter concionandum, ſi tanta peſtis in gente non exterminaretur; fore ut Britan-nig regnū, toties extremo obiectū diſcrimini, totiesq; Dei benignitate in priſtinum decus reſtitutum, tandem in ultimū dilaberetur exitium. Neq; ſacos antiſtitēſ feſellit opinio: Occa enim paucis poſt annis Britannis flagitijs in-fames denuo bello adortus, XV. millib. cæſis uictor euafit. H. Boethius lib.9.

Carolus Magnus Imp. HVNNIS uictis præſectos & ſacerdo-tes dedit, qui in ea gente Chriſtianam fidem plantarent. Ergo partim Caroli pietate, partim auctoritate & armis re-ſpreſſi, ac Chriſti doctrina imbuti illi homines, in ipſa quoq; communi uita miſcere coepunt, ita ut armis depoſitiſ quieti ſeſe darent, pacem cum ſinitimig gentibus colerēt, & mercurionia admitterēt. Bonfinius lib.10. Dec.1. Cromerus;

FAMILIARVM MUTATI MORES.

Ex loco Degenerum huc quedam.

In CAROLO Simplice præclara illa Caroli Magni ſoboles planè degenerauit apud Francoſ. Aemilius lib.3.

PRINCIPES INCONSTANTES.

Vide ſuprà, Mores mutati in meliſ, uel deterioriſ.

PERI INCONSTANTES.

PERITIÆ proprietates Horatiuſ in Arte perſequitur: Reddere qui uoces iam ſcit puer, & pede certo Signat humum, gēſit paribus colludere, & iram Colligit, & ponit temerè, & mutat in horas.

VEHEMENTIA.

MENEDEMVS Eretriēſis, in Philoſophia ſimul & in Repub. clarus, in diſputationibus adē uehementes erat, ut ex illius oculis ardentes ſcintillæ egredi uiderentur. Lært. lib.2.

AESOPVM Tragœdium tradunt, dum in teatro agit Atræa de puniendo deliberrantē Thyete, ita fuiſſe motum, ut im-petu mentis miniſtrum quendam, qui repetēt prætercurrere bat, ſerret cepto, & occideret. Plut. in Ciceronē.

Proditor memoria, SCOPELLIANVM ſophiſtam præſtantif-ſimum in declamationibus, in quibus Diuus eſſingeretur aut Xerxes, tanto impetu ac uehementia ſolium dicere, ut ex Polemonis aſſecutoribus quidam eum ut ſuſtinentem ac omnino debacchantē ſcomitare urbanūſ lacelſerit, ῥητε-παις illum dicendo. Cui Scopelianus: Tympanizo, in-quit, fed Aiactis ſcuto. Cælius lib.20. cap.11. ex Philoſtrato.

MAXIMVS Sophiſta & magus inſignis, à quo Iulianus Apoſ-tata Ephēſi magiam didicit, oculorū pupilillas habebat uo-lubiles, canam promittebat barbami, ingenijq; uelocis uig-or & agilitas ex oculis elucebat. Siue audiretur, ſiue aſpi-ceretur, utraq; ſenſus uia percelleret conuulſantes, dū neq; uolubilitatem luminum, neq; curſum & ſtumen orationis ſerent, ita ut nec diſtortio quidem hominum quiſquam aur ſuſ peritorum, qui colloquium cum eo miſceret, con-

FACILITAS IN PERFICIENDO.

IMITANDO, INVENIENDO DOCENDO, DISCENDO, SCRIBENDO, DICENDO.

Vide ſub ſiſs locis, Inuentio, Imitatio, Diſcipu-lina, Scriptio, Diſſio facilis.

COMMENTANDO.

Cum de caede in ſylus ſcantiæ facta publicani accuſarentur, & C. Lelius pro publicanis bis dixiſſet, uerūm à SER. GAL-BA meliſ cauſam illam deſendi poſſe arbitraretur, quod in dicendo fortior aciorq; eſſet: auctoritate Lælij, publi-cani cauſam ad Galbam detulerunt. Ille autem, quod ei ui-ro ſuccedendum eſſet, uerecundē & dubitanter recepit: u-num quaſi comperendinatū medium diem ſuit, eumq; to-tum in conſiderandā cauſa componendāq; poſuit. Et cum cognitionis dies aſſeſſet, P. Rutiliuſ rogatuſ ſociorum do-num ad Galbam manē uenit, eum cum admoneret, & ad di-cendi tempus adduceret. Galba uerò, uſquequod ei nuncia-rum eſſet conſules deſen diſſe, omnibus excluſiſ, commen-tatus eſt in quadam teſtuſine cum ſeruiſ literatiſ, quorum aliud aliq dicēte eodē tempore, & ſi cruiſſent malè eos

trā hiſcere fuerit auſus. Eunapius in eius uita.

CHRYSANTHVS Sardinianus pontifex in Lydia ſophiſta & magus, in congreſſu ualde comiſ & perhumanis, uti rarò ad diſputandum deſcendebat, ne quem contriſtaret, ita ſi diſſerere & dogmatibus argumentiſq; ſeſe inuolueret coepiſſet, planè diueſus à ſcripto in dialecticis hiſce turbis ut-debatur, comā horrore arriſebatur, oculiq; animi quod dā tripodij circa dogmata occupati teſtabantur. Eunapius eius diſcipulus in ſiſ ſophiſtarum.

multare ſolebat. Interim cum eſſet ei annuatū, tempus eſſe, in ædes exiit eo colore, & iſs oculis, ut egreſſe iam cauſam, non commentatus uideretur. Ex quo colligi poterat, illum non in agendo ſolum, ſed etiam in meditando uehemen-tem atq; incenſum fuiſſe. Magna itaq; expectatione, pluri-mis audientibus, tāta ui grauitateq; dixit, ut nulla ſerē pars orationis ſilentio præteritur. Cicero in Bruto.

ANNEVS SENECÆ moriſ iam in folio aquæ calidæ Epita-phium carmine ſiſiſſiſ compoſuit.

BOETHIVS Seuertinus Rom. patriciuſ mira in uerſibus faci-litate. Gyralduſ de Poetis.

CICERO dexterritate uerſibus cōdendis animi gratia ute-batur. Dicitur cum ad id ferretur, carmina facere una nocte quingenta ſolitū. Plut. in Cicerone.

SORACVLA DANDO.

PYTHIA ſacerdos Apolliniſ nondū rogata ex tempore di-ctiones aliquando dare ſolebat. Quippe cui ſeruit, deus ῥῆ καφῆ ζωνοῖς, ὅς δ' ἀλλοτρίοις ἀκρωσὶ. (ruſitate.) Et tacitū exaudit, mutiq; intelligit omne. Plut. de Gar-tttt 4 55 ON-

TIBERIVS Imp. repentinis consilij melior erat quam mediatatis: illis naturae bonitas, his acquisita improbitas praerarat. Suetonius.

Lycurgus simplicissimas hostias SPARTANIS prescripsit: quod semper deos exijs, quae ad manum essent, colere promittit & facile ualerent. Plut. Apophth. regum.

POSSIBILITAS.

ACTIVS Nauius pastor, sub rege Tarquinio, uaticinandi artem fumis laudibus extollebat, eiusque praesidio de cunctis futura essent necne, praedici posse assererat. Tu rex, uaticinantis coarguenda causa, fieri ne id quod mentem concepit-

set: interrogabat. Actio uero id affirmante: At ego, inquit, an cote nouacula diuidi posset, ambegebam. Neque uero Actius tergiversari: allata nouacula cote scidit. Lilius, & Plinius.

IMPOSSIBILITAS.

AGIDIS regis Spartani clarissimi uires cum iam praesentio obdormissent, ac ferè recubans in grabato diem traduceret: accesserunt eum in forum Ephoris, exurgens, pergere ad eos moliebatur. Cum aegre & cum labore progredere- tur, & in uia incidisset in pueros, requisit, Equid magis

urgens nosset quam domino parere? Quibus responderentibus, Non posse: huc terminum esse reputans muneris publici, regressus est domum. Neque enim dependenda uigentibus uiribus alacritas est: nec quando pro derelicta est habita, uis ei facienda. Plut. An seni tractanda respublica.

CONSECVTIO, EXERCITATIO FELIX, SVCCESSVS. Profectus, Perfectio, Absolutio, Effectio.

CVIVS REL. HVC SVCESSVS, Absolutio

INGENIO, STUDIO.

Ex Titulo, Inuentiois, Contemplationis, Imitationis, Discipline, huc pleraque.

ORATIONIS.

Moris fuit oratoribus & caudicibus ROM. inquit Aconius, qui satis usum esset fluxisse uerborum, hanc sibi necessitatem finitendae orationis imponere, uti dicerent ad ultimum, Dixi: quod etiam ab utraque parte oratione consumpta, ut in consilium dimitterentur, Praetor soleret pronuntiare, Dixit. Hoto man. de Verbis iuris.

STVDIORVM.

AVICENNA Medicus quadragesies perfectis libris Metaphysicis, & memoriae mandatis, sed sine fructu, desperabat de ea scientia. Fortè fortuna in forum profectus, praeconeum librorum librum tribus denarijs addicentè reperit. Vilitate precij allectus, librum emit. erat autè Albumafaris Alpharabij commentarius in diuinam philosophiam. Quo quidem perfecto, lucem maximam ad ea, de quibus prius dubitauerat, intelligenda sibi affundi sensit. Deoq; actis gratijs, sequenti die largas pauperibus dedit elemosynas. Nic. Massa, ex Sorzano Arabe.

THOMAE Aquinati uaticinia Prophetarum legenti, cum in locum obscuriorem incidisset, hereretq; uelut in salebra, atq; à Deo intelligerem efflagitare: Petrus & Paulus apostoli apparuerunt, & quod quaerebatur exponentes, satis ei fecere. Marul. lib. 2. cap. 5.

REGNI.

NVMÆ Pompilij regnum, quod fuisse quam longeuum, in cōfesso est à minica usq; gubernatum fortuna fuisse. Nā Egeriam quidem nympham, ex Dryadibus unam, deam sapientem, quae amans Numae consuetudinē cum eo habuerit, in temperanda & constituenda repub. ei adfuisse, fortassis plus fabulam respicit. Etenim alij, quos fama est potitos nuptijs diuinis, dijsq; caros fuisse, Pelci, Anchise, Orionis, Aemathionis, nō usquequaq; latam & suauem uitam transegerit. Numae secundam fortunam, contubernale, consiliariam, ac regni collegam adfuisse apparet: quae, sicut in seua tempestate atq; procelloso salo, finitimum & uicinarum odio & acerbitate exagitata atq; astuantem sextentis grumnis & seditionibus cum urbe accepisset, in castas flamas & inuidias ut uictos restinxit. Plut. de Rom. fortuna.

VICTORIAE.

Vide Titulum, P' Victoria illustres.

QVO MODO, PER QVEM Sic Perficiunt, Consequuntur aliquid

OPE DIVINA.

Vide Titulum, deo d' auxilio.

FRVSTRATIO, CONSIDERATA

RESPECTV MATERIAE. Frustratio

INSTITVTIONIS.

PLATO in Siciliam nauigauit hac spe, fore ut dogmata sua leges efficeret, & in opus educeret in Dionysij actionibus. Ceterum Dionysium offendit sicut librum palimpsestum liturarum iam plenum, ex quo tyrannidis tinctura elui aegre posset, quod eam imbibisset penitus. Plut. Cū principibus esse philosophandum.

CAROLI Magni cura in liberis instituendis & obseruandis eximia fuit, sed dispar euentus. Namq; & filij patri dissimi-

les, Pio excepto, & filiae ob impudicitiam infames fuere. Autentius lib. 4. Aemil. lib. 2.

ROMANVS monachus à Doneualdo Scotorum rege ad Northumbros religionis propagandae causa missus, anno ferè toto cum sublimia arcana pietatis rudi populo maiore eruditionis ostentatione quam pietate proponeret, absq; spectu redijt, eiq; Aidanus successit datus. H. Boeth. lib. 9.

DISCIPLINAE.

Romanus SEXTIVS, relictis philosophiae causa honoribus urbanis & magistratibus, cum in philosophiae studio rursus torqueret sese, atq; in principio doctrina offenderetur, pend ex biremi quada se abiicit. Plut. de Virtutis profectu.

AVT.

AVICENNA Medicus, puer metaphysicos libros quadragesies euoluit, & memoriae mandauit, neque tamen illos potuit intelligere, quoad Alpharabij libros naetus est. Sorzano in eius uita.

IMITATIONIS.

TELESIAS Thebanus in optima musica ueterum nobilium Lyricorum educatus, ad scenicam & picturam animū deflectens, Philoxeni & Timothei poemata didicit: neq; tamen in hoc genere quicquam eximij praestitit, quod optimam institutionem à teneris imbibitam elucere nequiret. Plut. de Musica.

PERSVASIONIS.

Vide Titulum, Rhetoric, qui non perfructu sunt.

MAMERCVS Catanensium tyrannus ultrò se in fidem Timoleontis permisit, hac lege, ut Timoleonte non accusante causam diceret Syracusis. Ductus Syracusas, & in concionem progressus, orationem, quam iam pridem committatuerat, extorsit esse dicere. Verum obstrepente sibi populo, concionem cemens implacabilem, abiecto pallio medio se proripuit theatro, atque impetu in unum ex cuneis ad necem sibi consciscendam illisit caput. Atqui non obtrigit ei hic exitus: sed spirans adhuc abstractus, more laetorum est plexus. Plut. in Timolonte.

PRECVM.

Consilio Titulum, Praes non exaudite.

CVSTODIAE.

PHANIS dicitur, id est Phani ostium, prouerbio accinebatur, ubi quis frustra seruasset aliquid. Natū aiunt à PHANO quodam usurario, uel, ut alij dicunt, caeco, qui cum cellae penuriae ostium ita obstruxisset, ut circa strepitum nō quiret aperiri, tamē à ministro apertum est, (sublatumq; penū. Alij narant, huic Phano uxorem fuisse parum spectatae fidei, quam quod is haberet adulterij suspectam, atrij fores sic occlusit, ut non nisi cum stridore sonitūq; possent aperiri. Verum illa cum per regulas reciperet adulterū, uicini per iocum dicebant, q' Phani dicitur. Erasmus in Adagijs.

OPERIS MAGNIFICI.

PERIANDER Isthmum tentauit perfodere. Mirantibus coepri audaciam, respondit: Μελέτην ὑπέβη δ' ἄνευ πόντου. id est, Cura omnia potest. Laertius. Erasmus in Adagijs.

CLEOPATRA post cladem Aethiacam opus aggressa est audax & grande. Isthmum, qui mare rubrū dirimit ab Aegypto, qui etiam distinguere Aiam & Africam putatur, quae maximè ab utroq; stringitur pelago, & coarctatur, ut non plus trecentis stadijs pateat in latū, adorta est traiecere clausum, demissisq; in sinum Arabicum cum magna pecuniae uic copijs & nauibus, sedes quaerere remotas, feruitorem & bellum fugiens. Ceterum quia primas naues, quae subuehebantur, Arabes Petraei inflammauerunt, & Antonius exercitum terrestrem Aethiacum exstimatū adhuc integrū esse: destitit coepo, atque ostia Nili stationibus sepuit. Plutarch. in Antonio.

GRIPPA Iudaeorum rex, muros Hierosolymorum aduersus omnem humanam uim inexpugnabiles facturus, Claudij principis interdico impeditus fuit. Iosephus libro 19. cap. 7. Antiq.

INSIDIARVM.

MAXENTIVS tyrannus Roma cōtra Constantianum Magnū egressus, pontem supra Tiberim ex litribus ita contabula uit, ut sibus ferreis, quibus ab utraque ripa distinebatur, reuulsis, facile solui posset, si quis rescindere uellet. Praecipit autem fabris, ut cum primū exercitum Constantini pontem sui insequendi causa conscendisse uiderent, sibus laxarent, ac pontem secundo ire flumine sinnerent. Pōt paulo Constantinus aciem instruere coepit, quae rem animaduersa idem quoque Maxentius fecit: uerū, ut euentus statim ostendit, impetuosissime, nam in ripa amnis ita constitit, ut nemo suorum eua dēre, nemo gradum referre, & si opus esset, pugilium redintegrare posset, cum à fronte armis, à tergo Tiberi arceretur. Ad eū uerò magnus erat exercitus, ut ultra, quam prospici posset, extenta acies pertinere: tanta porò subsidiorum atq; ordinum firmamenta erant, ut acies non proiecitur, quam robustior, ualidū murum utriusque praerberet. Aeri commisso praelio Maxentius, ubi equitatum suum in fugam uersum cōspexit, & ipse per pontem ad urbem redire mastrauit, quem sequenti effudit sui, siue ponte ingentem molem non sustinente, siue propter angustias tantam multitudinem excludente, omnes in flumen praecipites abiire. Cum alios amnis haussisset, Maxentium etiam cum equo & armis insignibus, fluitatū conatum per abrupta ripae ulteriois eua dēre idē correptum gurgite deuorauit, & aliorum quidem corpora atque arma praecipit

fluuius uolucendo deuexit, illum autem eodem, quo extinxerat, loco retinuit. Sigonius lib. 2. Imp. occid. Baiazetis DV. CES cum in colloquium uenissent cum Temiris siue Tamerlanis Tartarorum regis fossoribus, eos promissis accenderunt, daturi immensam argenti uim, si cuniculo acto in eam castrorum partem, ubi unctus asseruabatur Baiazetes Turcorum tyrannus, emerissent, eumq; in de eripissent. Fodientes itaque uersus castra & tentorium, tandemq; prorepentes, uisi à custodibus, capti sunt, & intercepti. Chalcocondylas lib. 3.

DIGNITATIS ACQVIRENDAE.

HADRIANVS Cometanus cardinalis, Leonis X. mortem expectabat, ex oraculo fatidicae mulieris, quae constanter affirmarat, Fore, ut Leonis immatura morte sublato succederet uir senex, nomine Hadrianus, obscuro natus loco, literarum studijs insignis, qui sacros honores gradatim solahixus uirtute meruisset. Haec omnia sibi uni apertè cōgruere putabat. Nam Cometo, infami Tuscorum ora oppido, familia tenui, & propè sordida ortus, uno bonarum literarum beneficio, singulas sacrorum ordinum dignitates fuerat consequutus. At sicuti uetulae oraculum fidem non fessit, ita Cometanum fessit. Neq; enim ipse Leonis successit, sed Hadrianus senex Batauus, egei opificis filius, doctrina illustris, post Leonē prodigiosa felicitate pontificatum est adeptus. Louius in Leonis uita lib. 4.

THESAURI INVENIENDI.

Inualuerat aliquando fama apud uulgus ATHENIENSIVM, in Hymetto monte magna auri fragmenta uideri, quae à formicis illis pugnaq; seruarentur. Itaq; quidam creduli sumtis armis exierunt illas expugnaturi. qui quum re infecta, frustra quoque sumto labore redirent in urbem, irrisi sunt à ceteris ciuibus, illud obiectatis, ὅτι δὲ αὐτὸν ἔρησαν. id est, Tu credebas te futurum auri. Meminit huius rei Eubulus in fabula cui titulus Glaucus:

Ἡμῶν πατρὶς αὐτὸς νεκροῦ τοῦ ἐπιείσαντος

ἑλθόντας αὐτὸν ὑπερβῆν ἔργων ὄρατα,

καὶ εἶπον ἐπὶ μνημονίας ἡμερῶν ἡμῶν,

ὅτι χρυσὸν τεύκεν ὑσμῖνας πειθροῦτος.

id est,

Quondam uiris nos Cécropidis persuasimus,

Suntis ut armis montem Hymettum incurrerent,

Contraq; formicas cibaria tridui

Ferrent, uelut fragmentula auri fessis

Apparuissent. Erasmus in Adagijs.

Cn. Pompeio contra Domitium cum lex legionibus in Africam à Sylla missa, prope Carthaginem aiunt accidisse ridiculam. Inciderant MILITES aliquot in thesaurum, ac magna ui argentū erant potiti. Re uulgata, locum eum alij omnes existimauerunt argenti plenum esse, per superiores Pæoniū clades ibi reconditi. Nihil igitur uti Pompeius militibus potuit, permultos dies thesauros scrutatibus, sed obambulauit ridens, cum contempleretur tot millia in fodiendo & uertendo campū occupata: quo ad deposita spe, dixerunt Pompeio, Duceret quod liberet, satis se pœnarum dedisse stulticiae suae. Plut. in Pompeij uita.

EXPEDITIONIS BELICAE.

ZELIMVS Imperator Turcarum, Afrachan Tartarū regnum occupaturus, anno Domini 1569. 20. Martij die, ex Constaantinopoli exercitum ingentem Turcarum 25000. equitum, & Ianizarorum 3000. eduxit: naualis classis centum quinquaginta triremibus, & multis celocibus constabat. His demum omnes Hordae Tartarorum Praeceptum, ex mandato Imperatoris, adiunctae sunt, 80000 equitum excedentes. Inuictis uiribus, longissimo eoque periculossimo campēstri itinere, multis fluijs & paludibus superatis, ad Azoph peruenierunt, omni commeatu profus consumto. Vix tandem per campestria & Hordas Tartarorum Nahaiensium, & Circassorum Quinquemontanorū, infestissimū itinere, ad Afrachan V. Septembris peruenerunt, X. I. V. hebdomadas cum faure & siti luctati. Vix bis mille Constantino-polim ex toto eo exercitu re infecta redierunt. Alexandri Guaghinus in Tartaria.

VRBIS OCCVPANDAE.

CLEOMENES Spartanus, à Ptolemao Philopatore in carcerem coniectus, conspiratione cum amicis tredecim facta erumpens, Ptolemao fortè Canopum profecto, primò uulgauerunt rumorem, liberati eum à rege custodia. Deinde quod in more regi esset, ut quos erat carcere soluturus, eonam his & munera mitteret: amici multa talia appārata miserunt foris in urbem Cleomeni, quod circumuenirent cūctos, qui ista missa putabant à rege, quippe sacrificauit & participauit eis haeriberaliter, impositaq; corona accumbens cū amicis epularis est. Fama est autē, maritum cum, quam instituerat, ad rem exequendam erupisse

quod

quod percipisset feruum unum ex facti conficiis foris cum muliere, quam amabat, cubuisse: ac metuens indicium, cum mediis esset, & custo des sensit ex temulentia sopitos, in duit runicam, ac futura ex dextero humero aperta, stridit: & gladio eiecit se domo cum amicis pariter instructis. Tredecim hi erant. Hippotas, qui erat claudus, primo impetu erupit cum eis alacriter, quos ut lentius sui causa pergere uidit, perijt ut interficerent se, neq; hominem inutilē expectando cœpta corrumpere. Fortē Alexandrinorū quilibet equū præter ianuam ducebat. Hunc abstulerit, impositosq; Hippota cursulari sunt per plateas, plebemq; uocauerūt ad liberratē. Hinc ad arcē contendunt eo consilio, ut carcerē effrangerent, uterenturq; custo diaru manu. Verum matura uerant custo des diligenter fores obcurare. Ita ubi hoc lapsus conatu Cleomenes est, palatus est uagabundus per urbem, neq; ei quisquam adiunxit se, sed fugerunt trepida ueruntq; omnes. Igitur ad cœpto desitens, atq; ad amicos factus: Nihil sanè miri est imperare feminas uiris libertatē refugientibus: hortatusq; cunctos est, ut uitam deponerent, sicut se rebuq; gestis esset dignū. Primus Hippotas precibus à quo dam ex iunioribus obtinuit, ut occideret se. Mox aliorū quisq; æquo animo & intrepidē seipsum intemit, præter Pantea, qui Megalopolim primus olim ingressus erat, cum à Cleomene caperetur. Huic, quē Cleomenes rex specie formosissimum, & iuuentutis disciplina præter æquales optimè institutum amauerat, præcepit, cum ipsum atq; alios uidisset iam occubuisse, tum sibi conficeret mortē. Omnibus iam humi stratis, accedens Panteus, & pugione singulos fodiens tentauit, num quis adhuc fortē spiraret. Cum Cleomenem quoq; in planta pedis punxisset, atq; aduerterisset faciem eum contrahere: osculum illi tulit, inde ascedit ei, hinc exanimem iam complexus, semetipsum super eum confodit. Plutarchus in Cleomene.

Vitige Romam obsidente, GOTHII silentio noctis homines per aqueductum intercessum amiserunt. Qui cum ad medium urbis uenissent, & locum eum, unde aliis in curiā descensus erat, Belisarij prouidentia obstruatum reperissent, lapide quodam extracto, infecta re, discesserunt. Quoniam autem lumē per aqueductum uisum à uigilibus Romanis au diuit, licet illi lupi oculum se uidisse iactarent, explorari aqueductū præcepit. Speculatores, cum lucernarum & facum uestigia reperissent, & locum notassent, unde lapidem extraxissent, dolū hostium retulerūt. itaq; post aqueductus interiore cura est custo ditus. Vbi dolus Gothib; nō, pcessit, uis tentata est. quippe hora prandij præter opinionem ad portam Pincianam uenerant, ut dum omnes auersi in cibū essent, muros inuaderent. Quos ubi uidit Hil digerus equitum præfectus, cum suis occurrit, eosq; in fugā conuertit. Clamore autē excepto cum Romani ad muros aduolauissent, Gothi in proxima castra se receperunt. Ne ui quidem felicem euentum adepti, Vitiges iterum ad fraudem se cōtulit. Fratres duos Romanos, qui ædes prope Sanctum Petrum habebant, pecunia data corrupit, ut in unum custo dibus eius loci donarent, & potantibus eis singulis poculis medicamentum ad soporem inducendū, quod ipse dedisset, infunderent: & in altera fluminis ripa lembos cum militibus præparauit, qui, custodib; somno captis, flumen traijcerent, & admotis scalis in muros ascenderent. atq; in eam occasionem exercitum uniuersum instruxit. Sed res ab altero fratre Belisario prodita effectum non habuit: alter frater naso & auribus delectis ad castra Gothorum dimissus, spē eorum infirmauit. Sigonius lib. 18. Imp. occid.

RESPECTV EFFICIENTIS
Frustrati v. c.

RESPECTV EFFICIENTIS
Frustrati v. c.

FORTVNA, CASV.

Perfa STRAMNES mirantibus, quod cum dicta eius prudentiæ plena essent, nihil gereret prosperè, Verba sua ait in arbitrio suo esse, in fortunæ & regis gesta. Plut. in Apophtheg. THEAGENEM Thebanum, qui Epaminondam, Pelopidam atq; optimates pro libertate patriæ imitari studebat, communis Græciæ fortuna ad Charoneam destituit, uincetē iam & insequentem, quod sibi oppositū in acie fuerat, corruit. Plut. de Virtutib; mulierum.

Mithridates à Lucullo uirtute frequenter superatus, insidijs eum appetijt, per Adathanem quendam. Receptus ille tanquam transfuga à Lucullo in gregem equitum, cum frequentibus excursionibus, promptam & enixam operam exhiberet, fide acquisita, tempus elegit, quo missa principia quietem omnibus castrensibus dabant, prætoriumq; secretijs præstant. Casus adiuuit Lucullum. Nam qui ad uigilantem usq; admitti solebat, fatigatum nocturnis cogitationibus illo tempore quiescentem inuenit. Cum deinde, tanquam nunciaturus aliquid subitum ac necessarium, in-

trare uellet, & pertinaciter à seruis ualetudini domini consulentibus excluderetur, uerius, ne suspectus esset, equis, quos ante portam paratos habebat, ad Mithridatem refugit irritus. Front. lib. 2. cap. 5. & Plut. in Lucullo.

PERFIDIA HVMANA.

PETRVS Fulgostus, cum Genuæ principatum obtineret, Aragonij Alphonsi regis Siciliae, armis pressus, Carolo VII. Gallorum regi, eius quem ipse hostem habebat hosti, urbe atq; imperio cessit. Cæterum cum Carolo ministri promissa non præstarent, iusto necessarioq; dolore compulsus, bellum ei longè minore militum numero intulit, quam Galli essent, qui rerum in urbe potiebantur. Igitur per muros urbem ingressus Salucis anno 1459. pridie idus Martias, cum militum præfecti imperata non fecissent, solutus militū ordinibus, duobus solis comitatus, à quib; haud multo post desertus fuit, armatus atq; equo insidens infecta hasta inter medios hostes uiam strauit: & solus urbis longitudinem emensus est. Posteaquam uerò clausam portam inuenit, retrò in urbem conuersus, multis uulneribus cum equo confossus, in medijs hostibus corruit. Fulg. lib. 3. cap. 2.

Nazzarius Fessō Rex Zeiamū Mequinezia in Mauritania regem regno expulerat. Is ad Regē Lusitanie Emmanuelem se contulit, eiq; fidem dedit, se perpetuò in illius potestate futurum, atq; perfecturum, ut quamplurimas ciuitates medicri clasie expugnaret. Emmanuel, quod auctor Rex esset, & iusto odio commotus, Mauro fidem adhibuit. Itaque classem non ualde magnam festinanter instruendam curauit, eiq; Ioannē Menesium præfecit, anno M D VIII. Cæterū cum Zeiamus pro more gentis fidē fecisset, Azamoram urbem quam obsederat relinquere coactus Menesius, educta in altum classe, in fretum Gaditanū cursum tenuit. Quod non humano consilio, sed diuino motu & instinctu factum fuisse, postea à multis sapientissimè iudicatum fuit. Quin etiā Zeiamus fraus, & Regis Emmanuelis in illa classe comparanda celeritas, & Azamorē alieno tempore & paruis copijs oppugnandæ parū sapiens cogitatio, nō absq; celestis numinis prouidentia, quæ Emmanuelis rebus fauebat, suscepa fuisse uidebatur. Nam dum hæc geruntur, Fessens ut Arzilam obsideret, exercitum tanta dissimulatione cogerat, ut nemo id futurū conijcere posset, antè quam acies explicatas, & maximis munitionib; & bellicis instrumentis armatas aspiceret. Habebat autem sub signis equitum 20. millia, peditem uerò millia centum atque uiginti. Arzilam expugnauit, Lusitanos qui in arcē fugerant arcta obfisione cinxit, eamq; expugnasset, nisi Menesius cū classe superuenisset. Oforius lib. 5. rerum Em.

AETATE.

CAROLVS Magnus tabulas & codicillos in lecto sub cervicalibus reponere solebat, ut cum uacuum tempus esset, manum effugiendis literis confusaceret. Sed parum successit labor serò inchoatus. Cranz. lib. 2. Saxoniae, cap. 8.

MORTE.

Vide Titulum, Mors immatura.

C. IV. L. Cæsar de ornanda instruendaq; urbe, item de tuendo ampliandoq; Imperio, plura ac maiora indies destinabat. In primis Martis templum, quantum nunquam esset, extruere, repleto & complanato lacu, in quo nauamachia spectaculum ediderat, Theatruq; summæ magnitudinis Tarpeio monti accubans. Ius ciuile ad certum modum redigere, atque ex immensa diffusaq; legum copia, optima quæque & necessaria in paucissimos conferre libros. Bibliothecas Græcas & Latinas, quas maximas posset publicare, data M. Varioni cura comparandarum ac dirigendarum. Siccare Pontinas paludes: emittere Fucinum lacum: uiam munire à mari supeto per Appennini dorsum ad Tiberim usq;: perferre Isthmum: Dacos, qui se in Pontum & Thraciam effuderant coercere: mox Parthis inferre bellum per Armeniam minorem, nec nisi antè expertos aggredi prælio. Talia agentem atq; meditantem mors præuenit. Suetonius.

RESPECTV EVENTVS. HVC
Frustrati

FELIX, FORTVNATA.
Consule locum Felicis.

QUIDAM à cane aberrauerat, & lapide icerat nouerçā. Ne sic quidem, inquit, malè. Licet enim eorum que præter uoluntatem acciderunt fortunam corrigere. Pulsus fuit in exiliū Diogenes: ne sic quidem malè. Quippe philosophari in exilio est auspiciatus. Plut. de Tranq; animi.

Citiens ZENONI nauis erat una reliqua oneraria. Quam ut accepit cū mercibus perisse fluctibus haustam, Bene sane, inquit, agis, Fortuna, quæ ad palliū obsolectum illud me & ad Stoaam redegisti. Ibidem.

EFFICACIA, EAQVE VEL

INGENIOSA.

Vide locum Acuminis, Ingenij.

Fuit APHELLES pictor Alexandri quo & plastes Lyfippus: quorū superior Alexandrum pinxit sumè tenentem, ad eò indisereta similitudine & concinnè, ut uulgò ferent, quod duorum Alexandrorum alter esset à Philippo genitus inuictus, alter ab Apelle omni maior imitatione. Plut. orat. 2. de Alex. fortuna uel uirt.

HEGESIAS Cyrenaicus philosophus tantum ualebat eloquentia, ut cum sæpius mala huius caducæ ac miserimæ uitæ uel docendo uel declamando representaret, miserandā imagine ad dementium inferta pectoribus, multis uoluntariæ mortis appetendæ cupiditate ingeneraret. Id ei sine fraude fuit, quod ab eo dolus malus abesse uideretur: tamen

INEFFICACIA:

EPHRANOR cum Athenis duodecim deos pingeret, Neptuni imaginem, quam poterat, excellentissimis maiestatibus coloribus complexus est, perinde ac Iouis aliquotò augustior rem representaturus. Sed omni impetu cogitationis in superiorum opere absumtò, posteriores eius cōturus assurgere, quò tendebant, nequieerunt. Valerius Max. lib. 8. cap. 12.

LYCON Troadenfis philosophus, Stratonis discipulus, cum

Prölemæus rex Aegyptiorum, ne posthac Hegesias de hæc re publicè differeret, prohibuit. Val. Max. lib. 8. ca. 9. & Plut. de amore liberosum.

GALENVS de seipso sic scribit lib. 3. de Locis aff. cap. 2. Ego seipsum, & publicè & priuatim, apud eos uidelicet qui seclā quamlibet à me discere cupiebant, ostendit, in omniū sectarum scientia (ne maius quicquā dixerò) me esse posthabendum nemini. quod si uni sectarum patrociniū ferre uelim, ita in promptu sunt mihi rationes, ut non uerear ne quis me conuincat. Nō enim, ut nonnulli faciunt, è libris eas didici, sed præstantissimis in quaq; secta præceptoribus usus sum.

FORTVITA.

Vide Tit. Casus, & Fortuna in arit.

PEREGRINATIONES SVSCEPTAE, Obitæ

À QVO, QUI PEREgrinati sunt v. c.

REGES, PRINCIPES.

MITHRIDATES rex, cum quo Rom. magister gessere, ubi regnum adijt, de eo non regendo solum, sed augendo etiam primum omnium cepit cogitare; uicq; primus omnium finitimos Scythas, gentem ad id tempus inuictam. Pontum inde, mox & Cappadociam, omnemq; Asiam ignoto habi tu peragravit. Urbium sciam ac statum dignitū cura perferaturus est. Sab. lib. 2. En. 6.

GERMANICVM Cæsarem incredibili cupiditate uetères locos & fama celebres uisendi, Græciam, Thraciam, oram Asiae, & ipsas demum Armenias peragrasset, Tacitus scribit. Nec factus erat uidisse Asiam, in Aegyptū profectus est: idq; iusta causa facere uideretur, cū prædiciuē præterdidit, cum reuera antiquitatis cognoscendæ gratia illuc trāgisset.

ADRIANVS Imp. omnes Rom. pop. provincias inuisit. Nec quisquam Rom. principum tam breui tempore tantum terrarum peragravit unquam. Dicitur sub eius in Aphricam appulsum affatim pluuisse, quum toto antea quinquennio cecidisset nunquam è caelo imber. Fuit prouide eius accessus Aphris gratissimus. Scilicet Aquæ miracula contemplaturus. Quod ut commo dius faceret, montem ascendit, inuisitq; craterem ex proximo. Perueniens Arabiam ad Casū montē peruenit, ut ex eius uertice, tercia non dis uigilia, orientē Solem intueretur. Spartianus & Sab. lib. 4. En. 7.

RODYLFVS rex Sueonum & Gothorum, principum unam felicitatem cum grauius, curis æqualiæ expendēs, assumtis comitibus, regnoq; relicto, Germanicas & Vandalicas terras perlustrauit, & peragrata Græcia, tandem ad Gothos in Italia regnantes peruenit. de quo Iordanus Gothus scribit, cum in Scandia rex esset, contempto proprio regno, ad Theodorici regis Gothorum gremium conuolasset. Io. Magnus lib. 8. cap. 32.

Lusitanie regis FLLIVS, audito Sigismundi Imp. & Vng. regis nomine, in Vngariam profectus, & ab Augusto illic hibernare coactus, quum stantem glacie Danubium, onustis curribus uiam præbere uidisset, ut summum naturæ miraculum, ad patre multosq; regulos id scripserit dicitur. Bonfinius lib. 3. Dec. 3.

Legislatores.

LYCVRGVS Charilai nepotis sui ex fratre Polydæe tutor, cum regnum Sparte ei tradidisset, inuidiam aduersariorum declinās, peregrinationem instituit, in Cretam primum, ubi leges Cretensium cognouit, mox in Asiam, ut Ionum molliem cum Cretensium austeritate cōferret, ubi uersus Homeri qui apud Cleophylli posteros assenuabantur, primum legit, & Sparta uulgauit, Aegyptio peragrata, atq; etiam (ut asserit Aristocrates) Africa, Hispania, & India. Plut. in Lycurgo. In Cretam profectum, inquit Strabo lib. 10. Thaleti musico & iurico consilio consuetudine sese deinxisse tradunt, à quo doctus fuit, quo nam modo primum quidem Rhadamanthus, deinde Mino leges à Ioue ad mortales ederet. Tum in Aegyptio uersatū gentis illius iura didicisse: aduentantem deinde Chium cum Homero (secundū quosdam) colloquium habuisse: rursum in patriam redijt, ibiq; Charilaum nepotem imperantem reperisse: postea ad ordinandas leges incitatum, à Apollinem Delphicum adijt, & ad illius iura deferentem, Minoiū in morem è Iouis an-

in docēdo eloquentissimus esset, ad eò ut Glycon diceretur in scribendo tamen sui omnino dissimilis erat. Laert. lib. 5.

SE R. Galba eloquentissimus habitus est, propter uim dicendi, qua pollebat. Eius tamen orationes nō legebantur aëte Ciceronis: quoniam omnis illa uis & quasi flamma orationis, quæ in agendo emicabat, in ipsa seripcione fuit extincta. Cic. in Bruto.

tro magna ex parte similia promulgasse.

Quia perlatis legibus adibant indies aliqui SOLONEM, qui uel laudarent eas uel obtulerent, uel mouerent, ut tabulis intexeret uel demeret, quod cuiq; in mentem ueniret: importunitatem subterfugeret, & querimonias ciuium: ad spectem peregrinationis munus naucleri prætexens, impetrato à populo Atheniense, ut abesse sibi decennium liceret, nauem cōscendit: interea fore sperans illis leges suas familiaris, prius tamē iureiurando adactis, nihil de legibus in suū usq; reditum mutatum iri. Hero d. lib. 1. & Plut. in Solone.

Philosophi.

PYTHAGORAS Samius patria relicta, primò in Aegyptū, & Iudæam, sacris etiam Iudaicis initiatus, & Cabalisticis mysterijs degustatis, mox Babyloniam ad Persarū magos, ad contēplandos siderum motus, originemq; mundi spectandam, profectus est. Inde Cretam Lacedæmonemq; ad cognoscendas Minois & Lycurgi inclytas ea tempestate leges, contēdit: quibus instructus, tanquā ex mercatura bonarum artium ad Olympicum certamē, inde Metapontum & Crotonem uenit: ubi suis monitis præceptisq; tantūm processit, ut populum in uita lapsū, ad frugales mores modestiamq; reuocaret. Ibiq; Archytam primò & Epicharmum, mox Philolaum & Alemaonem, deinde Zenonem, Parmenidem, ac Lyfiam suæ disciplinæ sectatores habuit: qui eius monitis doctrinaq; imbuiti, diuina mente & consilio uiri euasere, lumenq; ornamentum suæ republicæ fuerit. Alex. lib. 1. cap. 30. Cum multiplicis scientiæ maximā toti Græciæ admirationem ac speciem exhibuisset, quis esset, à Leone tyranno rogatus: non scire, sed Philoſophon esse respondit. Val. Max. lib. 8. cap. 7. Plin. lib. 23. cap. 2. etiam herbarum gratia cum peregrinatum scribit.

ANAXAGORAS Clazomenius post diuinam peregrinationem patriam repetens, ubi possessiones suas desertas uidit, Non essem (inquit) ego saluus, nisi istæ perijissent. Nam si prædiorū potius, quam ingenij cultura uacasset, dominus rei familiaris intra penates mansisset: non tantus Anaxagoras ad eos redijisset. Val. lib. 8. cap. 7.

ANACHARSIS philosophiæ studio (præter communē Scytharum morem) accensus, relicto fratri suo Scythiæ regno, uenit in Græciam, & apud Solonem in magna fuit admiratione. Aelian. de Var. hist. lib. 5.

DEMOCRITVS Abderites, mortuo patre Damippo (qui Xerxis exercitui epulum dare potuit) reliquas opes duobus reliquis fratribus: ipse solummodo pecuniam, quæ ad uitaticum sufficeret, accepit, & primum ad Aegyptios sacerdotes disciplinæ causa profectus est, mox ad Chaldæos & Gymnosophistas. Postremò Athenas ad Socratem, ignotus omnib; reuersus, ut ea quæ hauserat sapientiæ semina absq; ullo impedimēto facilius excolere posset, oculos sibi eruit: nimirum ut animo cerneret, parui iacturam oculorum fecit. Ael. lib. 4. Laert. in eius uita, Plin. lib. 23. cap. 2. Gellius lib. 10. cap. 17. & Cic. lib. 5. de Finib; Fulg. lib. 8. cap. 7.

PLATO patriam Athenas, præceptorem Socratem sortitus, & locum & hominē doctrinæ fertilissimum, ingenij quoq; diuina instructus abundantia, cum omnium iam mortaliū sapientissimus haberetur, eò quidem usq; ut si ipse Jupiter cœlo descēdisset, nec elegatiore nec beatiore facundia ueris uideretur, mortuo Socrate (Val. lib. 8. c. 7. Cic. de Rep. Aegyptū peragravit: ubi à sacerdotib; Geometriā & Astro-

nomiam percepit. Inde in Italiam transgressus est, ut ab Archyta Tarenti, a Timogo & Arione & Ceto Locris, Pythagoræ præcepta & instituta acciperet. Apud Gymnosophistas libros Mosis legisse creditur. Volatet. libro 18. Anthropol. Lactius tradit, in Italiâ primum ipsum uenisse, ut Philolai Eurytiumq; Pythagoreos audiret: indeq; in Aegyptum ad prophetas se contulisse. Idem tamen narrat, antequam in Italiam ueniret, Cyrenas nauigasse, Gregorum oppidum in Africa, Theodori mathematici fama excitatum: quoru' antea studiorum desiderio captus, post interitû Socratis unâ cum reliquis Socraticis uiris ad Euclidem Megara accesserit. Victorius lib. 21. Var. lect. c. 18.

HELLESPONTIUS Galata siue Gallus, propemodum inhabitata orbis partes accessit, Iuliano imperante, exquirendi studio, si quem forte doctiorem se reperire posset. Petijt quoq; uetustam Lydiæ urbem Sardes, ut Chrysanthij sophistæ colloquio frueretur. Eunapius in eius uita.

IO. PICVS Mirandula relicto iuris Canonici studio, ad philosophiam se contulit, in gymnasia septennio integro perulstrans, celebres doctores tempore illius perquirebat, operam ad eod in defessam studijs impendens, ut cõsummaris simul & theologus & philosophus imberbis adhuc & esset & haberetur. Io. Franciscus in eius uita.

§ MAGI.

APOLLONIUS Tyaneus Asiaticus philosophus sub Vespasiano & Tito Imp. Persas, Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas prætergressus, in Indiam penetrauit: ac Phylonem amne superato, ad Brachmanas peruenit, & ab Iarcha Brachmanum principe permulta didicit. Inde autem per Elamitas, Babylonios, Chaldeos, Medos, Parthos, Assyrios, Phoenicas, Arabes atq; Palæstinos in Aegyptum, omnibus alijs in omni scientiarum genere doctior, regressus est. Sed nec tunc quidem extrinsecta hauriendarum scientiarum siti, in Aethiopiâ ad Gymnosophistas transiit: ubi eorum principem Thespionem audiuit. Tunc discendi sibi modum ponens, cum alijs uiuere desijt, pane herbisq; ac simul aqua tantum uesceretur, ut ingenio ad discendû promptior esset. Paternas autem opes, quæ satis magnæ fuerunt, non stultè, quemadmodum Crates Thebanus, in mare proiecit, sed parte fratri tradita, quod superfluum pauperibus, qui propinquitate aut amicitia iuncti essent, distribuit. Itaq; minime mirum uideri debuit, si philosophus atq; magus, alios doctrinæ magnitudine superaret, adeo ut illa quæ ab ipso fierent, præ admiratione mortalium mentes uix caperent, atq; ob id eum numen habere crederent: essentq; permulti impiorum, qui ea quæ præstigiator Apollonius supra communis naturæ cursum gereret, Redemptoris nostri miraculis anteferebant. Fulg. lib. 8. cap. 7.

EMPEDOCLES Agrigenti similem peregrinationem, Plin. lib. 30. cap. 1. ubi de Magiæ auctoribus loquitur, tradit.

§ MEDICI.

HIPPOCRATES Cõis paulò ante Peloponnesiacum bellum, cum Medicinam præceptis indigere intelligeret, uarias peregrinationes suscepit: & historias morborum, quæ in Co insula in Aesculapij templo, tum & in reliquis templis deorum anathematum loco in tabellis descripte suspendebantur, exscripsit: omnesq; obseruationes in unû colligens, primus fuit qui artis medicæ præcepta generalia tradidit. Cui rei attestantur libri Epidemiorum. Atque ut diuino numine rem tantum suscepit: ita nullus adhuc inuentus est, qui eius gloriam adæquare, nec eum superare potuerit. Plin. lib. 29. cap. 1. & Soranus in eius uita.

DIOSCORIDES Anazarbarus, M. Antonij & Cleopatrac reginæ Aegypti medicus, & eques, cum herbariis & metallorum uires scriberet, non famæ cedere, sed in omnibus graues auctores legere, atq; magnâ ex parte eorum omnium longinquis peregrinationibus caltra secutus pericula facere uoluit. Fulg. lib. 8. c. 7. ex præmio commen. de scriptis.

GALLENVS Pergamenus parentis liberalitate sumtus in studiâ maximò fecit. Smyrnæ Pelopem audiuit, Nuhesianû Corinthi. Alexandriæ quoque diu commoratus est. Ea relicta, ad Palæstinam Syriæ exportandi opobalsami gratia, & bituminis Iudaici inspiciendi, contendit. Nauigauit etiâ in Lemnum insulam, ut quæ de terra Lemnia tradebantur, ista ne essent, præsens inspiceret, & ipsius copiam secum auferret: primum cum ex Asia Romani Imperatoris iussu proficisceretur, quo tempore tamen, non ad eum ubi terra Lemnia reperitur locum à nauclero deductus est: itaq; ad futum in Asiam reditum distulit: secundo cum se in Asiam reciperet, ad eam quam uoluit Lemni partem peruenit. lib. 9. de Simpl. med. fac. Item in Cyprum, inde inspectis metallis, cadmiâ, pompholygem, diphryges, aliaq; plurimâ in usum Pergamenum auexit, imprimis uerò ingentem chalcanthi copiam. Sed & Lyciam aliquando, sola rerum inuestigatio

ne allectus, pario præteruectus est nauigio totâ. Commentario tertio in Hippocratis librû de uictu in morbis acutis, scribit se unum aquosum, id laudas pro febricitantibus, passim reperisse in Cilicia, Phœnicia, Palæstina, Scyro, Creta, Aegypto, & alijs quas peragrati regionibus omnibus.

PAVLVS Aegineta Medicinæ studio peregrinatus est. Id qd ex senario præfixo eius operi uidere licet.

CONSTANTINVS Afer per XXXIX. annos peregrinatus medicinæ & philosophiæ causa. Vide Tit. Monachorum seculi undecimi.

§ POETÆ.

HOMERVM omnis Philosophiæ parentem ad Aegyptios profectum legimus, ut multa ab eorum sacerdotibus perciperet, uariosq; ritus & mores hominum inuestigaret. Diodorus Siculus lib. 1. cap. 2. de Rebus ant. Vtq; poemam suam in locorum descriptionibus (in Bœotia enim totam describit Græciam) & rerum gestarû narrationibus, quam iam animo præconceperat, aboluere posset, peregrinandum sibi putauit, ut mores gentiû & urbium regionumq; situs oculata fide cognosceret. Vide Tit. Mercatorum.

CON. CELTES Germanus poeta peregrinationis audissimus discendi gratia fuit, totam Germaniam, & eius quindecim publica gymnasia perlustrauit. Primus patriæ linguæ suæ terminos ad quatuor latera conspexit. Sodalicis literariæ Rhenana in eius uita.

§ HISTORICI.

HERODOTVS Halicarnassensis uel historiâ Græcorû & Barbarorum diligenter & fideliter scribere posset, Aegyptum perlustrauit, cum sacerdotibus eorundem uersatus est, Babylonem adiit, Persidis mores & urbes inspicere: ut uidere licet ex ijs, quos nobis Musarum nomine inscriptos reliquit, commentarijs.

ARCHESTRATVS uniuersum terrarum orbem ob gulam, uentrisq; uoluptatem peragravit, ut ea monumentis literarum traderet Athen. lib. 3. cap. 19.

DIODORVS Siculus triginta annos, dum orbis terrarû historias scribendo complecteretur, consumpsit. Et ne in ijs erraret, in quibus permultos errasse agnouerat, magno suo incommodo, maiorem Asiæ atq; Europæ partem perlustrauit, ut ipsemet in præmio suæ Bibliothecæ testatur. In Aegyptum profectus, ut populi antiquitates penitus intelligeret, comperit omnem, quæ de Aegyptijs haberi poterat, historiam, tribus annorum millibus a septingentis comprehensam, idq; restat est lib. 11. Vbi refertur Aegyptiorû mendacia, qui ut generis antiquitate ceteris prætare uiderentur, trium ac triginta millium annorum antiquitates se habere prædicabant. Ioan. Bodinus Meth. hist. cap. 8.

SALLVSTIVS ut Inugurthinum bellum uerius scriberet, in Africam usq; nauigasse dicitur.

PAYSANTAS Cæsariensis Cappadox, magister dictus, quanto studio, labore & diligentia in ueteris Græciæ monumentis, locis, regionibus, cõsuetudinibus inuestigandis, & oculata fide cognoscendis usus fuerit, testantur Commentarij illius doctissimi, decem libris comprehensi, quibus totius Græciæ topographiam simul & historiam luculenter persequitur: ut plus ne eruditioni an diligentia laboribusq; illius tribuendum sit, æquus lector merito dubitare queat. Philostratus in eius uita.

§ COSMOGRAPHI, GEOGRAPHI.

PTOLEMÆVS Geographus, ut fide & certitudine omnes alios superaret, periculosis itineribus continentem, nauigationibus maritima loca inuestigauit: magno quidem labore, maxima tamen & nunquam intermittenura nominis sui gloria atq; fama.

ANDALONVS Genuensis, Negrona gente ortus, Astronomiæ studiosiss. penè totum terrarum orbem peragravit, ut climatium locorumq; horizontes, ueterum nomq; ac regulis æquaret. Fulg. lib. 8. cap. 7.

CHRISTOPHORVS Longolius historiâ naturalis causâ in Galliam Narbonensem profectus est: Geographiæ gratia Europam ferè totam, quæ Christianis pareat, perlustrauit. Auditor uita.

§ MULIERES.

NICAVLA regina Aethiopia ab intimis regni finibus Hierosolymam profecta est, ut Salomonis sapientiæ particeps redderetur. Liber Regum.

PAVLA Romana Hierosolymam peregrinata, Bethlechema cœnobium crexit. uide Tit. Monachorum.

§ CVR. PEREGRINARI CAUSA

§ LINGVÆ.

ANDREAS Alpagus Bellunenfis Medicus in Syriam nauigauit, ibiq; per triginta & amplius annos cõmoratus, linguæ

græcâ Arabicâ, Damasci operâ dedit, & non pauca Arabum uolumina, & inter ea Auicennæ quoq; opera, in Latinum sermonem conuertit. Nicolau Massa in uita Auicennæ.

NICOLAVS Clenardus. Vide Tit. Inuentionis facillit & ingeniosæ.

§ STVDIORVM, DOCTRINÆ.

Minos Cretensiu rex Athenas Philosophiæ causa ANDROGEON filium misit. Quem cum inuidiâ Athenienses sustulissent, Minos uictis hostibus memorabile illud & crudele tributum imposuit, in quo abolendo Theseus præclaram patriæ nauauit operam. Plut. in Theseo.

SOLON in Aegyptum profectus, cum Psenophe Heliopolita & Sonche Saita inter sacerdotes literatissimos, in cõtemplandâ egit sapienciâ: ex quibus audiuit, ut aucto Plato est, sermonem Atlanticum, quem uersibus apud Græcos exortus est explicare. Plut. in Solone.

CYRSAS Chus, Athenas uenit, Socratis consuetudine usus, qui paulo antè elutam biberat: cui iuxta sepulchrum dormienti, insomnis usus, atq; locutus est. Itaq; statim abiit illud, hoc tantum fructu capto ex philosopho. Suidas.

CLARCHVS iunior è Ponto Athenas profectus est, ut Platone philosophantem audire posset. Suidas.

PHILICVS Athenas profectus Diogenis sit auditor. uide Tit. Auditores diligentes.

Apud Diogenem Laertium legimus, in Aegyptum nauigasse EYRIPIDEM cum Platone, ad prophetas, & sapientes, & sacerdotes: ubi forte, cum nescio quo casu egrotaret, marinia est aqua à sacerdotibus puluice restituta ualeudini: unde postea ipse in Iphigenia Aulidense, Homini (inquit) procellosum mala abluuit mare: *ὄλασσα κλύει τὴν πύλας τὴν ὑπὸ Ἰφίγιαν κρητὴν.*

Gyraldus in hist. Poetarum.

HORATIVVS lib. 2. Epistolarum ad Florum inquit: Romæ nutriti mihi contigit, atq; docti, Iratus Graijs quantum nouissit Achilles. Adiecere bonæ paulò plus artis Athenæ, Scilicet ut possem curuo dignoscere redum, Atq; inter syluas Atademî quærere uerum. Dura sed amouere loco mē tempora grato, Ciuilisq; nudem belli tulit æstus in arma, Cæsaris Auguli non responsura lacertis.

AVGVSTVS Cæsarem auunculum in Hispaniam secutus, per annum princeps equitum cum eo mansit. Paulo post Apolloniam Epiri urbem nobilissimam præmissus est, quoniam adolefens adhuc esset, ut literis uacaret, & in militia simul instrueretur. Suetonius.

SEVERVS Imp. puer etiamnum studiorum causa Romæ profectus, ab hospitijs sui lectioe omen cepit imperij. uide Tit. Omnia imperij.

IVLIANVS Imp. philosophiæ causa Pergamum profectus est ad audiendum Acedesum: hinc magis studio Ephesum conrendit ad Maximum, & paulo post ad antistitè Eleusinum, Eunapius in Maximo.

PORPHYRVS è Tyro Romam uenit, ut Plotini sapientia frueretur. Eunapius.

PRORESIUS è Cæsarea Cappadociæ, adolefens, fama Vipiani Rhetoris permouas, relicta patria Antiochiam uenit: & cum eo paruo post tempore Athenas profectus sub Iuliano sophista ad eod profecit, ut primus inter auditors esset. Eunapius in eius uita.

THEODORVS, qui postea Gregorius appellatus est, Neocæsareæ Ponti episcopus, admodum adolefens, ob studia Græcarum & Latinarum literarû ex Cappadocia Berytum & Cæsaream Palæstinæ migravit, iuncto sibi fratre Theodoro D. Hieronymus.

DIUS HIERONYMVS Stridone oppido in Istria narus, qua uxor Ecclesiasticorum doctorum unus, ceu alter Plato aut Pythagoras, doctrinam per totum terrarû orbem secutus, Syriam, Iudæam atq; Aegyptû peragravit, ut ea oculis suis prius lustraret, de quibus postea scripturus erat. Fulg. lib. 8. cap. 7.

THOMAS Aquinas relicta patria insigniq; cognatione (originem enim è comitibus Apuliæ ducbat) Coloniam pergens ut Albertum Magnum audiret, tantu profecit, ut post aliquot annos apud Parisios primum in doctrina locu tenuerit. Platina in Urbano 4.

§ LIBRORVM, BIBLIOTHECARVM.

PLVARCHVS Lacedæmona profectus, antiquissimos rerum Laconicarû scriptores conquisiuit, ut uerius ac melius scriberet. Ioan. Bodinus Methodi histor. cap. 6.

LEO Philosophus Imp. scientiarum rudimentis à Michaele Pello instructus, neq; tantum quantum desiderabat adeptus, monasteria peruagatus est, libros in ijs repositos perquirens atq; scrutans, sic ut ad summâ doctrinæ fastigium eualerit. Cedrenus.

SEVERVS sophista Romanus, sub Anthemio, in Arabiam & Syriam & Palæstinam uenit, & in Aegyptum superiore nauigio per Nilum ascendit, eamq; totam perlustrauit. Aethiopiæ confinia propter pessilentia ingredi non potuit. Is neq; diuinarum neq; humanarum rerum quicquam imperuestigatum reliquit, & libros arcanos omnes, quos reperire potuit, ex omnibus adyris sustulit, & Alexandri monimeto inclausit, quod nec corpus eius quicquâ cerneret amplius, neq; libris inscripta legeret. Suidas.

§ TERRAS LVSTRANDI.

TRAIANVS à bello Parthico uarijs periculis in mari iactatus, cum Oceanj naturâ inuestigare accuratè niteretur, nauigantes forte in Indiam conspicatus: Vtinam (inquit) iudicis essem, uiresq; ac robur suppetere, profectò in fines Indorum penetrarem. Indicas enim res agitabat animo, eorumque magno tenebatur studio, multa de gentis uictu & uicturum gentium rebellionem impeditus fuisset. Cuspinianus.

PVSI. Pont. Max. Iustrandi orbem & uagandi ad eod cupidus fuit, ut aliquando dederit calumniam locum. Et legationem quidem Scoticam non inuitum suscepisse constat. Britanniam uerò itinere obliquo, & unde circumspicere multa posset obijisse, dissimulata ueste Londinû ingressum: uoluisse etiam ad Orca des nauigare, sed deterritum malè roties tentato mari, dixisse trium illud: Plusquam temere Neptunû accusare, qui tertio iactetur. Campanus in eius uita.

Lustitaniæ Rex Ioannes secundus, ardebat cupiditate in credibili Indicæ regionis penitus explorandæ. Cùm uerò accepisset, esse quendam Christianum Imperatorem mira sancti monia præditu, qui Indias imperio contineret, eumq; Presbyterum Ioannem appellari, & cerneret se penumerò sacerdotes Christianos Aethiopas, qui Romam uenerat, & Galliam Hispaniamq; peragrabant: suspicari cepit, eos ex ea Indiæ parte profectos esse, in qua Presbyter ille Ioannes (summum enim sacerdotium cum imperij regij maiestate obtinere dicebatur) regnum possideret. Igitur existimauit sibi uel ad nominis decus, uel ad religionis fructum, uel ad Indiæ peruestigandæ facilitatem, nihil opratius cadere posse, quam cum hoc Christiano principe foedere coniungi. Idcirco uarijs temporibus homines Arabicæ linguæ peritissimos magnis præmijs inuitauit, ut eas regiones perlustrarent. Inter hos extitit quidam nomine ALFONSVS Paima; & alter, cui nomen erat IOANNES Petreus. Hi profecti è Lustitania anno salutis M CCCC LXXXVI. Aegyptum mercatorum habitu peragrârunt, atque inde Adenam urbem Arabici finis perueniunt. Ibi cùm intellexissent, in ea Aethiopiæ parte, quæ sub Aegypto est, esse summum quendam Principem Christianum, cuius imperium esset latissimum, & cui multi principes obtemperarent, suspicati sunt, illum eundem esse, cuius cognoscendi gratia missi à Ioanne fuerant. Sed eos Indiæ nomen interurbabat. Missi namq; fuerant, ut Christianum Indiæ Imperatorem, nomine Presbyterum Ioannem conuenirent. At nec imperium, neq; nomen, neq; sacerdotij dignitas in Aethiopiæ Regem conueniebat. Petreus ergo peregrinatione in Indiâ suscipit: sed absque fructu reuertitur, & mortuo interim Thebis Aegyptijs Paima, ad Aethiopiæ Imp. se contulit. Rex Alexander appellabatur: qui Ioannis literis lætitiâ incredibiliter elatus est, Petreumq; singulari humanitate tractauit. Ei frater quidam illius, Nau nomine, in regnum successit, à quo nunquam Petreus imperare potuit, ut sibi in patriam redire liceret. Hoc Rege defuncto, filius illius, cui Dauid nomen erat, etiamnum puer, rex creatus est: qui tamen in eo perseuerauit, ut nullo modo Petreum regni sui finibus abire permitteret, quod fructu prudentiæ & sagacitatis illius caecere nollet. Igitur cùm reditum in patriam omnino desperaret, uxorem duxit, & filios ex ea suscepit, stabilemq; sedem in illa regione necessariò collocauit. Sed progressu temporis cùm Vafcus Gama primum in Indiam iter aperiret, & famâ nominis Lustitani per omnes illas oras cum hominum admiratione uagaretur: Dauid ex Petreio intellexit, gentem eandem esse, à cuius ipse Rege missus fuisset. Ergo legatum missit ad Emmanuelem, Matthæum quendam Armenium. Qui postea quâ Olyssipponem uenit, literas Helenæ reginæ (Dauidis autq; in cuius ille tutela erat) quinq; bullis aureis consignatas Regi detulit, deinde crucem è ligno Crucis, qua Christus pro generis humani salute martiri sustinuit, Regi, nomine Principis sui, donauit. Hæc Emmanuel obortis Iachymis uenerabilibus accepit, summasq; gratias Deo egit, quod in longinquis illis regionibus, hostium immunitate uastatis, Christianæ religionis & pietatis semina cõseruasset. Alteras deinde literas arundine aurea inclusa eduxit, quas Dauid Rex ad Emmanuelem dederat, Arabica & Persica lingua conscripserat, Orosius libro 9. rerum Emmanuelis.

Vide Titulum Peregrinationes sacre.

Quantus fuit MAGORVM ardor, Christum opt. max. cuius itellam in Orientē uiderant, coram allo quendi, ei q; tanquā uerō Deo ueroq; hōmīnū inuenerunt offerendi? Non labor itēnis, non sumtus, nōh pericula illos deterruere, sed omnes fortunās suas neglexere, ut regem ludæorum, humani genētis solem, aspicerent. Matth. 2.

PAULI apostoli incredibilem in propagando Euanĝelio ardorem longinquā eaq; periculosisimā peregrinationes restantur. Sortitū sunt discipulorum alij alias orbis terrarū prouincias. At Paulus gentiū doctor de uniuerso orbe optima spolia Christo opt. max. retulit, & cum eodem eternū triumphabit.

Hunericus, Vandalorum rex, Arianā sectā addidit, infensē orthodoxam fidem infectatus est. Quæ res peperit illi conubij diuidium. EYDOXIA Valentiniāni III. uxor sine foror, olim uerā pietatis cultrix, uiri impietatem pertesa, uotum simulans Hierosolymam petijt, ubi postea uitā cum morte commutauit. Sab. lib. 2. En. 8.

MONICA D. Augustinum filium Mediolani oratoriam docentem ex Africa usque secuta est, ut eius ad Manichæorum hæresi per D. Ambrosium episcopū retrahendi uiam reperiret. Testis ipsemet lib. 6. Confess. c. 1.

MARTYRII.

SEBASTIANVS martyr, Mediolanensis patria, cum uel iā discessisset persecutor, uel nondum uenisset, uel mitior esset, adeo q; in patria aut nullum esse, aut tepere martyrij certamen animaduertet: Romam profectus est, ubi propter fidei studium persecutiones acerbe feruebāt: ibi passus est, hoc est, ibi coronatus. D. Ambrosius ser. 20. in Psa. 118.

VITÆ, SALVTIS.

Cæso Tib. Graccho, Senatus ad leniendum dolorem plebis, agrorum diuisionem impugnavit, facta illi potestate alterius in Gracchi locum eligendi, qui agros cum duobus alijs plebi assignaret. P. Crassus est illi substitutus. Sed nec sic quoq; plebs dolori suo temperare potuit: odat infensē senatum, sed omnium maximē P. SCIPIONEM Nasicam, cædis Tiberianæ auctorem, maledictis propalā inuicē, prætereuntes execrari, ut impiū abominari, quōd d. tribunio pollutus esset sanguine. Etiam accusatores illius ad populū parabantur, perijissetq; sub tam infenso iudice, nisi Senatus de eius salute sollicitus, legationis pretextu in Asiā ablegasset, ubi haud multo post circa Pergamum fato decessit. Parū absuit, quin & P. Scipio Africanus abfens sit eadem inuidia resperus, atque fauore populi destitutus, quōd ad primam Gracchanæ cædis famam Homerium illud pronunciauerit, Sic pereant & qui moliri talia pergunt. Sab. lib. 9. En. 3.

SOBOLIS.

THALESTRIS Amazonū regina inter Phasin & Thermoodontem, CCC Amazonib. comitata ad Alexandrum Magnū in Hyrcaniā profecta est, ut ex summo imperatore regina pulcherrima & robustissima cōciperet. Diodorus lib. 17.

AMORIS EXCVTIENDI.

PROPERTIUS amoris causa peregrinari instituit lib. 3. Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas, Vt me longa graui soluat amore uia. Crescit enim assidue spectando cura puella, Illa alimenta sibi maxima præbet amor.

QUESTVS, LVCRII.

Vide Titulum Mercatorum.

QVOMODO PEREGRINATIO considerata respectu

CONSILII, INSTITVTI, VEL

Voluntaria.

Ex precedentibus petuntur quedam exempla.

Non uoluntaria, coacta.

Capta Troia cum in patriam nauigaret Vlysses, ad litus Ciconum Thraciæ populorum tempestate delatus, multis de suis in prælio desideratis, solvere tandem ab illo litore coactus est. Rursus in Aphricam tempestate delatus, ad Lotophagorum regionē appulit: ibi cum socij eius loti fructum gustassent, patriæ obliuī, ad naues non nisi coacti reuertunt. Inde delatus in Siciliam, Polyphemi antrum cū duo decim socijs intravit, liberioribus poculis inuitatum excæcauit, & pellibus ouium indutus, cum superstitibus sex socijs exantro inter oues clam elapsus est. E Sicilia deinde ad insulam Aesoliam delatus, uentos in utrem inclusos, præter Zephyrum, omnes accepit ab Aeolo. At cum sociorum auidia, qui thesaurum in utre inclusum credebant, reclusisset utrem, restantibus uentis acerbiſſimē ad Aesoliam insulam

deno repellitur. Hic rursus cum frustra Aeoli munus repetet, repulſam passus, ad Læstrygones immanissimos Campaniæ populos Neptuni filios accedit, qui humanis caribus uelcebantur. Mox ad Aesoliam insulam cursum tenuit, quo in loco Circe, uenefica mulier, Solis, filia habitabat. Hæc nonnullos de socijs Vlyſſis exploratum missos, in belluas conuertit. Ad hanc Vlyſſes accessit sumpto moly pharmaco, eamq; stricto gladio socios primæ formæ cogit restituere. Cum hæc annum uersatus, filium suscepit Telegonum. Mox ad inferos descendit, ut e uate Tiresia, quæ sibi agenda forent, perdisceret. Inde reuersus, ad insulam Sirenum delatus, aures sociorum cera illitas obturauit, se q; ad malum nauis alligari iussit, ne sua uitate cantus uicij periret. Deinde Scyllam & Charydim pertransiens, non sine aliqua sociorū iactura in Siciliam rursus peruenit, ubi Solis filia paternos greges custodiebat. Socij eo dormiente oues macerant. Ob id scelus naufragio facto omnes perire: Vlyſſes unum malo nauis arrepto ad Ogygiam insulam delatus, cum Calypsone nympha per septennium uixit. Domum rate repetens, non procul a Phæacia, Neptuni ira, Polyphemi filij cæcitatem ueluti, iterum naufragus, in Phæacum litus eiectus, cum Leucothoe tabulam illi subiecisset, Alcinei regis benignitate XX anno errorum uix tandem in patriam peruenit. Homer. X.

HABITVS, PVTA

Disſimulata persona.

LVDOVICVS Vartmanus, patria Bononiensis, studio orbis terrarum cognoscendi, multas regiones peragravit, atque tandem sub mercatoris habitu, cum se Saqæcū esse simularet, Calcetum peruenit: & cum se in familiaritatem eorum, qui plurimum poterant, insinuaſſet, & consilia Regis explorauit, & quo animo classem ingentem compararet, quibus auxilijs se in nominis Lusitani pernicitē spiret, intellexit, & Lusitanos, ut sibi consulerent, oportune monuit. Oforius lib. 4. rerum Emmanuelis.

IOANNES Medicus cardinalis Florentinus ter improspere tentata reditus fortuna excedere utiſper Italia, & per externos populos, ut temporibus feruere, peregrinari constituit. Itaq; ab Alexandro VI. Pp. commeatu facile imperato, cum Iulio fratre patruelle, & duo decim equitibus, depolita purpura, pari cultu cum cæteris, de Venetijs in Vindeliçiam transiit: peruagant q; est Germaniam singulari cum sua, tum comitum omnium hilaritate. Nā quum personam disſimularet, & unū singulū quoq; die, qui specie domini cæteris imperaret, ex corona forte crearetur, acerbiter q; præsentis fortunæ ingenti animo contemneret, nihil inquam fe expertum iucundius atque festiuus eam ita liberate prædicabat. In Vlmam demum Sueuorum urbem peruenit, ubi quum ad magistratu honeste retineretur, non multo post, sub custodia ad Maximilianum Cæsarem est deductus: qui eum per benignē suscepit, deditq; insuper ei diplomata ad securitatem itineris, ac epistolas, quibus eum Philippo filio Belgarum regi obnixē commendabat. Inde in Morinos ad Oceanum perrexit, in Britanniam traieciturus, nisi comitum ingentes tum forte Oceani fluctus formidantium hortatu in Galliam deflexisset. Quum Romagi ad ostia Sequanæ uerſaretur, Galli eū cepere, neq; eum, quanquam sese detegentem, ac Cardinalem esse profitentem, dimissuri erant, nisi Petrus frater, qui tum Mediolani Ludouico regi aderat, literas ad id impetrasset. Ab Oceano demum per totam Galliam latitudinem Massiliam delatus in Italiam redijt. Iouius in Leone X.

MOTVS.

CAIVS Cæsar expeditione Germanica suscepta, cum inter dum segniter & delicate octophoro ueheretur, a propinquarum urbium plebe uerri sibi uias & conspergi propter puluerem exigebat. Suetonius.

QVO SUCCESSV PEREGRINATI successu

FELICE.

Homerus de VLYSSE suo inquit, ἠὲ δὴ τὸν ἄριστον ἵδεν ἄνθρωπον (quæ historica cognitio est) ἡν ἄνθρωπον (quæ philosophica est) eius q; interpret Horatius: Multorum prouidus urbes Et mores hominum inspicit. ἀνθρώπων δὲ διὰ τὸν ἄριστον, κενὸν τὸ ἴδεν. Proinde a fructu peregrinationis ἀνθρώπων appellat, nō uersutum, sed qui sese omnium moribus accommodare possit. Itaq; ab Aeolo Physica, a Circe Magica, a Calypso Astro nomica, sub uarijs fabularum inuolucris didicisse perhibetur. Eustathio auctore. Ingenio abundante oportet peregrinantem, ut quid sequendum, quid fugiendum sit sciat: deinde ad finem omnia referre, ad patriæ suorumque utilitatem. Sic Vlyſſes omnia Penelopæ dilectæ postponit. Aelianus tamen lib. 4. Democriti peregrinationē laudat, Vlyſſis & Menelai ex Theophrasti opinione reprehendit.

hendit: quōd nō eruditionis nōmīte, sed luci tantūm studio, imitati mercatores Phœnicia, peregrinati fuerint.

INFELICE.

De LAVINA casta, & ad Baias adultera, Martialis lib. 1.

Casti, nec antiquis cedens Læuina Sabina,

Et quamuis tetrico tristior ipsa uiro,

Dum modò Lucrino, modò se permitit Auerno,

Et dum Baianis saepe fouetur aquis,

Incidit in flammās, iuuenemq; secuta, relitō

Coniuge, Penelope uenit, abijt Helēnē.

Ludouicus Iunior, Francorum rex, Leonoram Aquitanam duxerat. Nullum auspiciatū coniugium inuē uisum: nullum diuortium infelicitus eiecit. Nam cum LEONORA Ludouicum in sacra expeditionem, & amore ipsius, & cupiditate uidenti Raymondum Antiochenſium principem patrum, comitata esset, dum desidet inter delicias luxuriamq; Antiochenſem, mulier iam castris ferroq; ac proceribus militaribus affueta, parū pudica uerſe cepit. Sed cum nec locus apud patrum, nec tempus taura in rerum mole criminis discutieudi esset, simulac in Franciam reuersus est de bello sacro, nihil antiquius habuit, quā ut Leonoræ matrimonium dirimeret. Baugentiaci concilium habitum. Rhenorum, Senonum, Rotomagensium, Burdegalensium archiepiscopi conſedere. Interrogati testes: fides propinquitatis facta: constitutum, confare coniugium pē non posse. Ita non sine admiratione terrarū dimissa Leonora (quam per tot annos uxorem habuerat, unde duas filias procrearat) Constantiam Adelpthoni Galecorum regis filiam uxorem duxit. Leonora dimissa Henricus Andegauensis uxor tem duxit: qui mortuo Stephano regi in Angliā regnū succēssit. Hinc Anglici belli occasio. Acmiliius lib. 5.

NVLLO.

TELEMACHVS ab Homero in Odyſſea introducitur peregrinans, abiq; fructu tamen: ut qui sub matris imperio educatus esset, & a patriſ Vlyſſis uirtute iam degeneraſſet. Iudicio opus est, & eō quidem summo. Vlyſſis socij a Circe uenefica in uaria animalia conuertuntur. nam peregrinationum usum ignorabāt. Vlyſſes solus humanam formam retinet, atq; insuper cubile Circes ascendit.

VIDAM querent, quōd peregrinationes sibi nihil proficiunt: Non immeritō, inquit Socrates, tibi istud euenit. tecū enim peregrinabar. Congressus sapientum conſert, uidentiam, non mōtes aut maria. Erasmus ex Laertio. Et propterea Socrates peregrinari nolēbat, quōd ab oib; & montes fe nihil docere poſſet diceret. sed hominēs tantum.

Horatius lib. i. Epist. ad VLLATIVM ineptos peregrinatores reprehendit elegantib; argumentis, & tandē subinfert: Tu quocunq; loco fueris, uixiſſe libenter Te dicas. Nam si ratio & prudentia curās; Non locus effuſi latē maris arbiter auferat, Cælum, non animū mutant, qui trans mare currunt.

Rodolfus Camerinus princeps VIDAM Camerinenſis, qui uisendi causa orbem peragrare cupiebat, iuſſit uſq; Maceratam oppidū proficisci. Quo illi cum effeciſſet, Orbem, inquit, terrarum uniuersum conſpexiſti. nihil eſt aliud aſſerens mundum hunc quam colles, conualles, montes, planitiē, culta atq; inculta loca, nemora & syluas, quæ omniā eo loci ſpacio continentur. Poggij in Facetijſ. Et reuera quidem ei qui uidere tantum loca uult peregrina, abiq; alio ſine, inutilis erit peregrinatio.

PEREGRINATIONES NON SVSCEPTÆ, INTERMISSÆ.

Academia tribus millibus drachmarum cōparatum prædium penates fuit PLATONIS, XENOCRATIS, & POLEMONIS, qui literis ibi uacauerat, totamq; uitam tradiderit, die excepto uno, quo Xenocrates quoq; anno transibat in urbem, ludis Bacchanalibus nouorū tragædiorum, ornans, uti ferebat, solenne. Plur. de Exilio.

ALIANVM Sophiſtam Romanam, auctore Philoſtrato, prædicare ſolent ferunt, nunquam fe extra Italiam peruagatum, nauem nunquam inſcendiſſe, mare ne nouiſſe quidē quo nomine in magna erat auctoritate, ueluti patrij moris studiosus inprimis. Conſimilia iſs ſunt, quæ a SOCRATE narrantur in Platonis Phædro, ubi illo dicente, O admirabilis uir abſurdiſſimus quidam uideris, ac hoſpiti, non idole ſimilis, quando nec ſines notros tranſiſſe unquam, neq; extra inœnia ipſa egreſſus uideris. Mox Socrates ita, Ignofcas optime Phædre, nāſi diſcendi cupidus ſum, agri uerō & arbores nihil docere me poſſunt, ſed hominēs qui in urbe ſanctam. Cognata his ſerē, que ſem de AGLAOProphidjo prodita memoria ſunt, quem etiam ſeiſcitante Gyge, Lydorum rege, Apollo felicem pronunciauit, qui ſenior in anguſtiſſimo Arcadiæ angulo paruorum, ſed annuo

uictui largē ſufficiens prædium colebat, nunquam ex eō egreſſus, atq; ut ex uita genere manifeſtum eſt, minima cupiditate minimum in uita mali expertus: quod Plinius ſcribit. Cælius lib. 21. cap. 32. A. I.

MANTONIVS Pius nullas expeditiones obiit, niſi quōd ad agrōs ſuos profectus eſt ad Campaniam, dicēs, grauem eſſe prouincialibus cōſtitutum principis etiam nimis patri. & tamen ingenti auctoritate apud omnes gentes ſuit, cum in urbe propterea federet, ut undiq; nuncios, medijs utpote, citius poſſet accipere. Capitoliūſ.

GALENVS otium omne in literarijs & rei medicæ ampliſſandæ ſtudijs aſſiduē collocauit. Itaque non eſt aliquando uerſus, ne Cæsarem M. Antoninū ſequi in Germaniam cogeretur, armorumq; experiri ſtrepitū, religionis apud eum uicuiſdam excuſatione, patrium deum Aesculapium inſomnis profectionem diſſuadiſſe aſſerens.

POMPONIUS Lærus Grammaticus, Romanæ uerſitatis uincius admirator, Roma pedē nūquā exulit, q; uel ex ipſis uerſitatis urbis plus ſe uirtutis & eruditionis percipere diceret, q; ex toto reliquō orbe. Semel tantum ad Tanain excurrit, ut q; illic incōperta ſerere Straboni inueſtigaret. Fr. Polyardus.

EXERCITATIONIS OPORVNITAS

OBSERVATA. EXERCITATIO OPORVNA, TEMPESTIVA.

Ex loco Prudentie huc multa, quatenus loco & tempore uir prudens in quibus altimum genere abſoluitare nouit

Bello ciuili, cum L. Sylla Cinnā expulſiſſet, QERTORIUS, ſpe ſemel abiecta ſeruandæ urbis, contendit in Hiſpaniam: quō, ſi eam obtineret prouinciam, refugij amicis foret in Italia oppreſſis. Cum crebris tempeſtatibus iactaretur, exegerunt ab eo in locis montioſis barbari, ueſtigal ac mercedem tranſitus. In dignantibus comitibus eius, & ſedū eſſe dictantibus, pro cōſtule Romano tributum ſeceleſtis barbaris pendere: floccipendens iud, quod in ſpeciem erat turpe, & tempus fe, quo nihil ſit uiro grandia aſſeātū carius, redimere ſerens, barbaros argento conciliauit, & Hiſpaniā manuraui occupare. Plutarchus in Sertorio.

NON OBSERVATA. EXERCITATIO IMPORTVNA, imtempetiua.

IN GENERE. TEMPORA ACTIO-num importunē inuicere.

HELIO GABALVS traiecit diei aſtus noctibus, & nocturnis diebus, æſtimans hoc inter inſtrumenta luxuria: ita ut ſero de ſomno ſurgeret & ſalutari inciperet, mane autem dormire inceperet. Lampridius.

Seneca lib. Epist. 22. epistola 122. Lychnobij prouerbium dictū oſtendit in luſtigam QVENDAM, cuius tota uita erat præpoſtera, adeo ut quicquid hominum uulguſ interdiu ſolet facere, id ille faceret noctū. Sub noctem expergicebatur, diluculo ibat cubitum. In quem ita iocatus Varus lepidiſſimus fabulator, ut eum diceret admodum frugaliter uiuere, quippe qui nihil inſumeret niſi noctem. Et quibuſdam illum ſordidum & auarum dicentibus, Vos, inquit, illum & lychnobiū dicetis. Eſt autem in ioco uox ambigua, ut intelligas eum uſque adeo non ſordidum, ut lucernas etiam abſumeret: uel adeo parū, ut lucernis uiuere: Cæterum alluſum eſt ad uitam hominis præpoſteram: cuiuſmodi deſcribit in eadem Epistola & VTAM quendā Attilium. Erasmus in Adagijs.

IN SPECIE. INTEMPESTIVE

Philoſophari.

Sapientem eum odi, qui ſibi ipſi non ſapit. Hunc uerſum Alexander torſit in CALLISTHENEM, qui ſe moribus eorū quibuſcum uiuebat non accommodaret, ſed præ fe ferebat, nihil eorum quæ illic gerebantur ſibi placere. Ea q; libertas optimo uiro atulit exitium: eū Anaxarchus philoſophus, omnium adulatorum abiectiſſimus, haberetur in precio. Plutarchus in Alexandro.

Senex Antigonus, cum SOPHISTA neſcio quis commentarios ei occineret de iuſticia: Stoilius es, inquit, qui cum alie nas me urbes cernas machinis quatiētem, de iuſticia diſputas. Plut. orat. r. de Alex. fortuna uel uirtute.

Bello

Bello clausi Vitellij & Vespasiani, quum legatos ex urbe Vitellios ad Antonum & Vespasiani exercitus de pace misisset, saucia erat selegans, inquit Tacitus, MVSONIVS Ruffus, equestris ordinis, studium philosophiae & placita Stoicorum emulatus, captabatq; petiuitus manipulis, bona pacis ac belli discrimina differens, armatos monere. Id plerisque Rom. militum ludibrio, pluribus erat taedio, nec deerant qui propellerent, proculcaerentq; ni admōnitu modestissimi cuiusq; & alijs munitatibus, omisset intempestiuam sapientiam. Lud. Viues de Concordia & Discordia lib. 2.

Religionem docere.

ELPHEGVS Cantuariensis episcopus, capta & direpta Cantuaria à Danis, circa annum Christi 1025. propagandæ religionis studio in denfos hostium cuneos irrucens, & barbaros ad ueræ pietatis cultum intèr armorum strepitus hortatus, post multa tormetorum genera lapidibus obruitur, sepultus Londoniæ, & in sanctorum humerum relatus. Polydorus lib. 7. Anglicæ historiæ, Chronicon Hirsaugiense.

Dedicare.

LYSIA S bouis imaginem æream in arce collocavit Athenis. Ea res in uulgi iocum cessit: nam in agris bouum usus est, nō in urbibus. Dicebatur autē, Bos in ciuitate, ubi quis ad novos honores tēteretur præter meritū. Erasim. in Adagijs.

Expeditionem bellicam suscipere.

Cūm cerneret Pericles TOLMIDEM Tolmæi, ob superiores uictorias, & laudē ex reb. bello gestis insignē, incursionē alieno tēpore moliri in Bœotiā; atq; induxisse fortissimos quosq; ex iuētute & animosissimos, ut uolūtarij ad mille, pter reliquū delectū, nomina darēt: retinere tētauit eū, & p cōcione orauit, illud tritū dictū referēs, Si nō crederet Pericli, at nō erraturū tamē, si prudētissimū cōsiliariū o piretur Tēpus. Atq; in præsentia quidē laudē ex hoc dicto cōsecutus est mediocrē. Paucis pōst dieb. eū cecidisse nūciatū est Tolmidē ipsum apud Coronēā acie fusū, multosq; & fortes ciues occubuisse: tunc uerō magnā prudētiæ & amoris in ciues ex ea re cum beneuolentia retulit laudē. Plur. in Pericle.



VOLUMINIS VIGESIMIPRIMI
FINIS.

